BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 91
25 D
8

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRI CANONIS MISSAE LVCIDISS. EXPOSITIO PROFVNDISSIMI, AC DISERTISS. THEOLOGI GABRIELIS BIEL.

CVM ASSERTIONIBVS IN MARGINE SACRI Conc. Trid. & annotationibus neceßarijs.

CVI IN FINE ADDITA FVIT PERSPICVA SANCTISS. Altaris Sacrificij expoſitio, Autore Zacharia Andriano Brix.

OPVS QVIDEM EGREGIVM, ET OMNIBVS Sacerdotibus, & piè viuentibus neceſſarium.

CAMERALE BIBLIOTECA DI ROMA

BRIXIAE APVD THOMAM BOZZOLAM.

M. D. LXXVI.

Digitized by Google

SACRI CANONIS MISSAE

EVCIDISS. EXPOSITIO

PROFVNDISSIMI, AC

DIVINISS. THEOLOGI

GABRIELIS BIEL.

CVM ASSERTIONIBVS IN MARGINE SVIS

Cum. Trib. & annotationibus necessariis.

CVI IN FINE ADDITA EVIT PERSPICVA SANCTISS.

Altaris Sacrificii materia, Amore Zelatoris Auditoris Lib.

CVPIS CVIDEM SCIRE CVNCTA, ET OMNIVM

sacrificiorum, & pie viventium rectissima.

M. D. LXXVI.

Digitized by Google

VALDE REVER.

PATRI CYPRIANO PONTECARARIO

NOBILI BRIXIANO.

S. IOANNIS IN VIRIDARIO PATAVII

ABBATI MERITISSIMO,

THOMAS BOZZOLA

BIBLIOPOLA

S. P. D.

QVEMADMODVM, à summa DEI Optimi Maximi liberalitate augustius donum, aut ampliori dignius Maiestate, quàm Sacrosanctum Missæ Sacrificium in Christianam Rempublicam proficisci non potuit. Sic (Amplissime Abbas) nullius Sacerdotis diligentia in

eo perficiendo, & pietas ad eum unquam peruenit gradum, quem augustissimi mysterij maiestas postulare uideretur, uel certè, qui aliqua ex parte tantæ dignitati etiam pro uirium humanarum conditione respondere posset. Ex quo profectò intelligere licet, quanto sanctiorem, & omnium opinione, immo admiratione maiorem cultum, atq; cæremoniarum religionem a Sacerdotibus, dum ijs sacris operantur, suo diuinitatis iure Deus requirat; tanto grauius scelus, & acerbissimo supplicio uix expiandum in se concipere, qui ad statas cæremonias, & certos tanti sacrificij ritus minus diligentem curam adhibuerint, aut oscitabundi accesserint. Nam si duorum Aaron filiorum temeritatem, qui alieno igne, præter quam præceptum fuerat, thura Deo incendere, atq; Ozæ imprudentiam, qui præter cæremoniarum leges Domini Arcam, consilio quamuis pio, manibus contingere non horruerint, ultima tunc pœna affecit Deus, ut non sine iustissima causa, ita frequenter legislator ille diuinus Moses, & tam religiosè diuinorum rituum, & cæremoniarum cultum morte in negligentes constituta Hæbræis præciperet, & quinto quoque uerbo inculcaret; profectò non sine turpissima nefarij sceleris nota, & insigni supplicio aliquid in Eucharistiæ sacris statutum cæremoniarum ignoratione, aut ieiuna, & minus multa cognitione peccarint, uel omiserint Euangelici Sacerdotes. Cum illi ritus tanto maioris dignitatis interuallo legalibus cæremonijs antecellant, quantis partibus cælum terra, æterna certo temporis spacio definitis, anima corpore, corpus umbra, lege Euangelium, nostri Sacerdotes Mosaicis, Dei Filius

lius Aaron, sanguine Hircorum Christi sanguis, uitulorum sacrificijs superior est illa in Crucis ara oblata hostia, quam cælum admiratur, terra suspicit, homines reuerentur, infernus exhorret, Dæmonum agmina contremiscunt, & Angelici exercitus uenerantur. Hæ ferè causæ tam necessariæ fecerunt, ut Gabriel Biel, cuius præclarissima merita extant in Theologicis, & Ecclesiasticis disciplinis, sacerdotum ignorantiæ, tanti Sacramenti dignitati, & cæremoniarum sacri Canonis religioni prudentissimè consulens ea literarum monumentis commiserit, quæ hæreticorum præsidia, perfugia, & figmenta ita eludant, expugnent, & frangant, ut a nullo unquam alio Dei, & sacrosancti Missæ sacrificij causam, honorem, & maiestatem uel acrius aduersus hæreticorum conatus defensam, uel maiorem in modum contra sacerdotum socordiam illustratam, uel luculentius mysterijs omnibus palam collocatis explicitam profiteri iure merito possimus; adeo decenter, grauiter, ingeniosè, piè, diligenter, copiosè, & admirabili quadam solertia Canonem illum diuinum exposuit, ut nihil amplius ab eo desiderari, nec melius quicquam fieri potuisse credamus. Neque enim opus est, ut immensas huius operis (uel ut rectius loquar) Thesauri diuitias ego in dicendo infantissimus hic exponam.

Quoniam uerò tam præclarum opus, quod librorũ penuria in tenebris diliteſcens interciderat, mea opera, cura, impensis, & ea typorum elegantia, quæ operis diuinitati respondaret, non parum splendoris, & dignitatis me illi allaturum putaui, ut minus honestissimo, & conspicuo loco statueretur, non cõmisi, ne nobis illud idẽ uitio iure uerti possit, quod ineptis quibusdam,

& stolidis uel inuidis hominibus obijci solet, qui si quando in excellentissimam pulcherrimæ statuæ ui uetustatis & belli iniuria collapsæ fragmentum inciderint, aut ab hominum conspectu monumentum illud imprudentissime remouent, aut in turpi loco collocant, ut ad summæ illius excellentiæ & dignitatis illius contemplationem, admirationemq; cæteri peruenire nullo modo possint.

Tanti itaq; operis dignitas & grauitas effecit, ut tuo amplissimo nomini, præstantiss. Præsul, illud consecratum, quasi in editissimo quodam loco, & maxime conspicuo positum diu ulgaretur; & ut ex summa tuæ Amplitudinis authoritate maximus ad illius honorem splendor accederet. Cui uero potius, quàm Theologorum præstantissimo diuinum doctissimi Theologi opus dicari debebat? aut cui iustius quam tibi Vrbis Brixiæ ornamento animi propensionem hoc argumento significatam, & quasi pignore obstrictam testari poteram? Tu Brixiæ decus singulare. Tu familiæ Pontecarariæ lumen amplissimum. Tu Canonicorum collegij Patauini splendor eximius, cui tanta cum pietate, sanctitate, prudentia, sapientia, dignitate, nunc præes, ut neminem te maiorem ac iucundiorē unquam fortassis habuerit. Nam ut generis tui Nobilitatem, & Antiquitatem præteream, cuius memoriam, si uel ex monumentis, & Annalium urbis Brixiæ eruamus, uel ex historicis petamus, Pontecarariam familiam plus quingentis ab hinc annis ad summam gloriam floruisse, & amplissimis in patria honoribus defunctam comperiemus: quam tu etsi quasi patrimonium amplissimum a maioribus acceptum amplificas perficisq; tamen in maxima tua laude non pono, ampliorē

multo

multo ex earum uirtutum, dignitate laudem es assequutus, quarum cumulum nunquam satis exponerem. Hæc te in isto, quem dignissime obtines & egregie tueris, gradu collocarunt. Hæc te Antistitis dignitate exornandum reliquerunt. Hæc semel atque iterum te totius Congregationis (ut aiunt) Visitatorem, qui honor spectatissimis tantum uiris, & integerrimis deferri solet, constituerunt. Quid plura? Clausula est me sperare ut nostram hanc grati in te animi mei significationem, & summæ erga tuam Amplitudinem obseruantiæ testimonium acceptum feras, æqui bonique consulas. Deus te fortunet.

Brix. Kl. Mart. M. D. LXXVI.

LECTORIBVS PIIS ET SACRORVM MYSTERIORVM STVDIOSIS,

SCIPIO BADALOCCHIVS.

I SVPERIORIBVS mensibus, Lectores Candidissimi, eruditissimos in Magistrum sententiarum commentarios Gabrielis Bielis uiri inter Theologos facilè principis libentissimo animo, lętissimo vultu, promptissimisq; manibus accepistis: quid uos nunc facturos putem; cum eiusdem in Canonē Missæ expositio (opus quidem sacerdotibus, & diuinum sacrificium tractantibus per necessarium, addo illud, quòd Illustrissimus Cardinalis Borromeus talem expositionem omnibus habendam percupit) tam vtilis, quàm docta prodit? Libentiori quidem animo, hilariori vultu, promptioribus manibus vos, qui rerum diuinarum scientiam percupitis, accepturos mihi persuadeo. Quis enim vestrum domini comminationem ignorat? Quia tu scientiam repulisti: & ego te repellam: ne sacerdotio mihi fungaris. & Gregorij in moralibus sententiā: Qui ea, quę Dei sunt, sciūt, a domino sciuntur, & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, a domino nesciuntur. Omnes igitur sacerdotali dignitate decorati, & vos, qui ad hunc scopum neruos uestros intenditis, ut perneceſſarium ritum, & tanti muneris ministerium ministrare summa cum intelligentia, & ratione posſitis; hoc opus nocturna, diurnaq; manu versate. Vtile quidem est. Nam abdita sacratissimi sacerdotalis officij mysteria continet, sed hoc primum

vobis

Digitized by

vobis proponite, ne hoc tantum legatis; ac non etiam, quæ in illo præcipiuntur, præstare conemini.

Alioquin perinde erit; ac si quis præcepta legat de arte natandi, & interim nunquam in aquam intret ad artem discendam. Enimuerò non legendo tantum, sed natando discitur natatio. Sic Paulus non auditores, sed executores legis iustos pronunciat. Quantam uerò ex hac lectione delectationem capturi sitis, non attinet dicere. Experimini: si enim homo ad rerum nouarum cognitionem semper desiderio quodam naturali ducitur, hoc opus legat: vetera recluſa, noua illuminata, grauia faciliori expositioni commendata, obscuriora ex philosophica, & theologica doctrina excerpta ab hoc uiro omnium peritorum doctissimo inueniet, & maximam in se habere grauitatem cognoscet, quòd vetusta nouitati, noua autoritati, abolita nitori, obscura luci reddantur. Facilis erat huius operis lectio; quòd triplici ornatum sit indice. In hoc maxime incubuit diligentissimus Thomas Bozzola, qui, ut facilius ex hoc opere memoratu digniora percipi possent, tribus elenchis auctum esse curauit. Habetis in uno auctores, quorum doctrinis, & sententijs innititur hic grauissimus vir. Quæ uerò singulis lectionibus precipuè tractentur materiæ, ex altero indice facile cognoscetis. Tertius autem ut amenus ager res, tamquam multi colores, & suaue olentes flores, uel potius suauissimos fructus colligendos proponit. Ne tardetis igitur vos sacrorum mysteriorum custodes hunc librum emere, qui nunquam ex manibus vestris recedat. Vestrum interim Thomam Bozzolam, qui suo ære hoc uolumen imprimendum, qua potuit fieri diligentia, curauit, (studet. n. omnibus prodesse,) eo numero, quo vobis coniunctissimũ quemque, habeatis. Me autem compresbyterum vestrum, qui in his indicibus, & postillis, (ut aiunt) aliquantum lucubrationis posui; in vestris orationibus Deo Opt. Max. commendate, ut, qui me in terris sacerdotum numero adscribi voluit, in cœlis quoq; suæ maiestatis cum sanctis faciat contemplatorem. Valete.

AVTORVM CATALOGVS QVORVM sententijs, & dictis vsus est Gabriel Biel in hoc sacro opere.

Alanus.
Albertus Magnus.
Alexander Ales.
Ambrosius.
Anselmus.
Antoninus Archiepiscopus.
Aristoteles.
Armicanus primas Hiberniæ.
Athanasius.
Augustinus.
Basilius.
Beda.
Bibliorum libri.
Boethius.
Bonauentura.
Bonifacius martyr. & Episc.
Cameracensis.
Cantor Parisiensis.
Canones.
Cassianus.
Cassiodorus.
Chrisostomus.
Concilia.
Agathense.
Aurelianense.
Basilense.
Carthaginense.
Constantiense.
Gabilonense.
Gerundense.
Hipponense.
Lateranense.
Placentinum.
Nicenum.
Triburicense.
Varense.

Quibus addita est in marginibus omnium fere locorum ad hanc doctrinam spectantium confirmatio Sacrosancti Concilij Tridentini.

Damascenus.
Dionysius.
Durandus.
Epistolæ Pauli. & Canon.
Euangelia.
Eusebius Cesariensis.
Eusebius Nyssenus.
Egidius.
Franciscus Maronis.
Glossa.
Gregorius.
Gregorius de Arimino.
Guilielmus Occham autoris magister.
Guilielmus Altisiodorensis.
Guilielmus de Monte Lugduno.
Haymo.
Henricus de Hassia.
Hieronymus.
Hostiensis.
Hugo de S. Victore.

Ianuen

Tanuensis.
Ioannes Gerson.
Innocentius.
Isaac abbas.
Isidorus.

Leo Papa.

Magister sententiarum.

Nicolaus de Lyra.

Origenes.
Ouidius Naso.

Papias Petrus de Aliaco.
Petrus Damiani.
Petrus de palude.
Petrus de Candia

Petrus de Tharantasia.
Pisanus.
Prosper.

Rabanus.
Raymundus.
Remigius.
Ricardus de mediauilla.
Robertus Holcot.

Scotus.
Seneca.
Simon de Cassia.
Stephanus Cantuariensis.

Thomas Aquinas.
Thomas Argentina.
Virgilius.
Vlricus.

FINIS.

INDEX NOTABILIVM, QVAE SINGVLIS LECTIONIBVS TRACTANTVR.



RATIO initialis. pag. 1
De Requisitis ad consecrationem lectio 1. pag. 7
De potestatibus sacerdotum lectio 2. pag. 10
De potestate dispositionis. lectio 3. pag. 14
De excellentia status Sacerdotum. lectio 4. pag. 20
De potestate consecrandi. lectio 5. pag. 25
De facultate sermonis in ministro. lectio 6. pag. 29
De requisitis ad ordinatè consecrandum. lectio 7. pag. 34
De modo cauendi nouum peccatum mortale. lectio 8. pag. 38
De impedimentis pœnæ. lectio 9. pag. 44
De ieiunio, & immunditia. lectio 10. pag. 47
De conuenientibus ministro. lectio 11. pag. 57
De uestibus per tropologiam. lectio 12. pag. 61
De orationibus, & septem locis canonicis. lectio. 13. pag. 67
De tempore missæ. lectio 14. pag. 75
De parte principali missæ. lectio 15. pag. 29
De Canone. pag. 80
De decem particulis primæ partis missæ. lect. 16. pag. 86
De secunda parte missæ. pag. 87
De tertia parte missæ ad præparationem. lectio. 17 pag. 93
De expositione præfationis. lectio 18. pag. 100
De sanctus diuisione, & expositione. lectio 19. pag. 109
Canonis diuisio. lectio 20. pag. 117
Expositio Canonis ab eo loco Vti accepta habeas: ubi agitur de his quæ petuntur. lectio 21. pag. 124
Expositio In primis usq; pacificare: ubi agitur, quæ sint petita. lectio 22. pag. 131
Expositio Quam pacificare, quę ad pacem spectant, declarantur. lectio 23. pag. 141
Expos. Omnibus orthodoxis. de oratione pro omnibus catholicis. lectio 24. pag. 153
De applicatione sacrificij. lectio 26. pag. 162
De malitia ministri, an impediat. lectio 27 pag. 124
De simonia in hoc sacrificio. lectio 28. pag. 187
De audienda missa, & eius utilitate. lectio 29. pag. 198
Cum quibus sanctis communicamus. lectio 30. pag. 207
De utilitatibus orationum sanctorum. lectio 31. pag. 215

De inuocatione

De inuocatione sanctorum in canone. lectio 32. pag. 226
De oblationis & sacrificij acceptatione. lectio 33. pag. 242
De institutione Eucharistiæ lectio 34. pag. 252
De materia Eucharistiæ. lectio 35. pag. 261
De modo, & circunstantia consecrationis. lectio 36. pag. 278
De assistentibus, & sumentibus corpus Christi in cœna ultima. lectio 37. pag. 291
De forma Eucharistiæ. lectio 38. pag. 299
De formæ efficacia & consecrationis forma. lectio 39. pag. 310
De mutatione Quando incipit corpus Christi esse sub speciebus panis & uini. lectio 40. pag. 320
De annihilatione, uel corruptione. lectio 41. pag. 333
De contento in Eucharistia. lectio 42. pag. 339
De prædicamento quantitatis. lectio 43. pag. 351
De prædicamento relationis. lectio 44. pag. 362
De prædicamento actionis & passionis. lectio 45. pag. 369
De prædicamento Vbi. lectio 46. pag. 384
De Christi descensu in Eucharistiam. lectio 47. pag. 396
De formæ consecrationis ueritate & conuenientia lectio 48. pag. 409
De præpositionibus, quibus exprimitur conuersio panis in corpus Christi. lectio 49. pag. 422
De diuinissimi sacramenti eucharistiæ ueneratione seu cultu. pag. 425
De reliquiarum ueneratione. lectio 50. pag. 436
De multiplici apparitione. lectio 51. pag. 449
De consecratione uini. lectio 52. pag. 455
De perfectione formæ calicis. lectio 53. pag. 465
De excellentia & utilitate huius sacramenti. pag. 474
De tertio effectu ideſt remissione peccatorum. pag. 476
De rememoratiua oblatione consecratorum. lectio 54. pag. 481
De petitione Acceptationis oblatorum. lectio 55. pag. 488
De diuinæ gratiæ participatione. pag. 499
De postulatione suffragij, iteratæ inuocatione sanctorum lectio 56. pag. 502
De genere suffragiorum quibus iuuantur animæ. lectio 57. pag. 519
Solutio quæstionis de suffragijs. lectio 58. pag. 535
De petitione suffragiorum pro uiuis. lectio 59. pag. 544
De persona per quam petimus patrem ueniæ largitionem. lectio 60. pag. 558
Eucharistiæ communio, & pars secunda expositionis canonis. pag. 568
De præparatione ad orationem dominicam. lectio 61. pag. 568
De orationis qualitate quantū ad locum & tempus. lect. 62. pag. 580

De

De orationis efficacia quantum ad impetrationem. lect. 63. pag. 593
De excellentia orationis dominicæ propter eius dignitatem. lectio. 64. pag. 602
De expositione orationis dominicæ. pag. 606
Expositio uerborum, qui es in cælis. lect. 65. pag. 614
Expositio uerborum Sanctificetur. lect. 66. pag. 620
Expositio uerborum Adueniat. lect. 67. pag. 631
De uerborum, fiat uoluntas tua, expositione. lect. 68. pag. 647
De uerbis sicut in cælo, & in terra. lect. 69. pag. 659
De petitione bonorum infimorum. lect. 70. pag. 670
De pane sacramentali lectio. 71. pag. 685
De ablatione malorum. lectio. 72. pag. 692
De modificatione petitionis. lect. 73. pag. 701
De correctione fraterna & eius ordine. lectio. 74. pag. 715
De correctione potestatiua. lectio. 75. pag. 732
De exterioribus signis dilectionis. lect. 76. pag. 749
De ablatione mediocris mali. lect. 77. pag. 755
De tentationibus. lect. 78. pag. 772
De liberatione a malis minimis. lectio. 79. pag. 789
De excrescentia orationis dominicæ. lect. 80. pag. 798
De unione communicandorum. lect. 81. pag. 814
De sumptione Sacramenti. lect. 82. pag. 819
De orationibus inter communicandum. lect. 83. pag. 840
De materia communionis lect. 84. pag. 856
De fructibus, & effectibus Euch. lect. 85. pag. 869
De aliis fructibus lect. 86. pag. 879
De pœna indigne sumentium. lect. 87. pag. 895
De negligentijs in consecratione, & officio misse. lect. 88. pag. 913
De post Communione. lectio. 89. pag. 916

FINIS.

VITA CAROLI LINNÆI

VITA GABRIELIS BIEL.

EX IOANNIS TRITTENHEMII Abbatis Sphanhemen. de scriptoribus Ecclesiasticis libro.

GABRIEL BIEL natione Theutonicus ordinis eorum, qui se fratres de communi uita, uel in communi viuentes appellant. Vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregiè doctus, ingenio excellens, uita, & conuersatione præclarus, qui gymnasio Thubingensi ab exordio suæ institutionis præfuit annis multis: ubi tam in philosophia, quàm in sacris literis multos discipulos erudiuit. Scripsit quædam non spernendæ auctoritatis opuscula, quibus nomen suum notificauit: Scilicet.

In Canonem Missæ. lib. i.
Super quatuor lib. senten.
De passione domini. lib. i.
Sermones quoque varios. lib. i.
Et quædam alia.

Claruit senex, prouectęq; ætatis apud Ducem Vuitembergen. maximo in prętio sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro Papa sexto. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimoquarto.

INDEX MATERIARVM IN EXPOSITIONE SACRI Canonis Missæ contentarum, MAGISTRI GABRIELIS BIEL.

A

BOLITIO uide inlex. folio. 15

Absoluere, confessio, uide in potestas ecclesiastica, & in eucharistia.

Accidēs. Omne accidens absolutum per diuinam potentiam esse potest: produci & conseruari sine subiecto: tam substantiali quam accidentali. lectio. 44. 364

Vtrum accidēs possit stare sine subiecto: & si sic: quomodo saluatur diffinitio accidentis. 365

Itē rūc posset esse substātia sine accidēte. 365

Itē respectus sine fundamēto, & termino. 365

Itē homo sine qualitate, & figura. lec. 44. 365

An accidens possit esse subiectum alterius accidentis. lec. 44. 367

Actus uirtuosus, uel uitiosus in quo subiectatur. lec. 48. 417

Actio passio creare.

Nulla transmutatio acquisitiua potest fieri a causa naturali sine subiecto presupposito. lec. 45. 373

Secus secūdum Ockam: quia licet creatura non possit creare, potest tamen annihilare. Sed communior opinio habet, q̄ omnis uirtus creata præsupponit subiectum in omni actione sua tam deperditiua, quam acquisitiua.

Actio corporalis, & actio spiritualis quid est lec. 45. 177

An quid actionem, & passionem requiratur q̄ quodlibet eorum sit extēsiue magnum & in loco circūscriptiue paulisper distans ab agente, aut passo. le. 45. 378

Omnis Christi actio nostra est instructio. qūo intelligitur lec. 64. 613

Actio aliqua dicitur iusta, uel iniusta dupliciter. lec. 72.

Quicquid deus in creatura misericorditer agit: dignationis est & non debiti, nec ideo agit aliquid quia bonum: sed ideo bonū quia a deo uolitum. lec. 23. 413

Actus meritorius.

In actu meritorio aliqua considerantur, quę se tenēt ex parte dei aliqua ex parte nostra. Et qūo omnis actio meritoria nostra dici potest, & esse dei: & a nobis deo reddi. Ibidem quæ requiruntur ad actum meritorium. lect. 29. 205

Non minus, est opus meritorium si est factis factorium. lec. 28. 190

Adorare, adorario cultus dei.

Adorationis tres sunt species: scilicet latria, dulia, & hyperdulia. Et quid est singulum eorum. lec. 49. 426

Latria quid est, quotuplex est latria interior quid est. 426

Quid est colere deū. Quomodo deus colitur fide, spe, & charitate: siue latria interiori, multum pulchre habetur. 426

Quid est deum adorare actu interiori. 427

Latria exterior quid est. Et quod signa latriæ exterioris sunt æquiuoca. Quod que latria, quandoq; sumitur pro habitu, & uirtute. lec. 49. 427

Dulia quid est. Quot modis accipitur. Quæ sunt causæ ob quas homines quādoq; dulia adorantur. lec. 49. 428

Dulia cōissime sumpta extēditur ad latriā. 429

Tametsi signa dulię siue adorationis exteriorisſint æquiuoca: aliqua tamen soli deo referuanda sunt & quæ sunt illa: & ob quam causam. lect. 49 ibidē.

Non sunt diuersæ rationes adorandi in deo: quamuis nomen adorationis mul

tipliciter : & quandoq; communicatur creaturæ: quãdoq; uerè nõ: sed soli deo secundũ speciem appropriatur. lec. 49. 430
Licet una sit adorationis ratio in deo: infinita scilicet bonitas, & maiestas dei: multiplex tamẽ ratio debiti est in creatura. lectio. 49. 431
Dulia ut soli creaturæ debetur: dividitur in hyperduliam, & duliam maiorem. Quid est hyperdulia. Cui debetur. & similiter dulia minor lect. 49. 432
Adoratio analogicè attribuitur deo, & creaturę animatæ, uel inanimatę rationali, & irrationali ex certa ratione. Et secundum hoc nomen latria, dulia, hyperdulia solent aliter, & aliter notificari. Et quomodo lec. 49. 432
Habitudo rei inanimatæ, aut insensibilis ad naturam intellectualem adorabilẽ: multiplex est. lec. 49. 432
An creaturę rationales, & res insensibiles utputa imagines sanctorũ: crux Christi, & similia sint adorandæ, & qualiter. lec. 49. 432
Imagines quomodo, & ad quem sensum dicũtur adorari ea specie adorationis, quæ adoratur protypus: scilicet analogice. Item quomodo eodem actu adoratur imago, & id, cuius est imago. lectio. 49. 433
De imaginum adoratione ratione repręsentationis. lec. 49. Vsq; in finem lec. per totum. 433
Contra illos, qui plus sanctitatis credunt esse in imaginem tali, uel tali: in loco tali, uel tali, &c. & ob hoc aliter, & aliter, hic, uel ibi adorant. lec. 49. 435
Ibidem de miraculorum ratione, & diuersitate: cur fiant coram tali, uel tali imagine uetusta uel pulchra &c ibidem.
De adoratione rerum ratione specialis unionis ad naturam rationalem adorabilem. lec. 50. per totum. 436
Sanctorum reliquiæ quomodo sunt adorandæ dulia adoratione exteriori, & interiori. lec. 50. 436
Ibidem quid est sanctorum reliquias dulia adorare exteriori, uel interiori multum pulchrę. Et quomodo est ibi idem actus exterior cum latria: sed nõ interior. De armis triumphalibus, uestibus, sepulchris &c. De præputio Christi: de eius sanguine in terris forte derelicto. De lancea clauis &c. 437
De cruce Christi. 437
De humanitate Christi recitãtur opiniones quomodo sit adoranda. 438
Veritas ostenditur præmisso q; refert loqui de homine Christo, & humana natura Christi. Similiter de adoratione hominis Xpi, & humanitatis Christi. 440
Ponũtur quattuor propositiones responsales ad dubium. s. q. Christus adorandus est latria proprie dicta: humanitas Christi in se considerata dulia maiore: considerata ut diuinitati unita, latria communiter dicta. 441
Vbi in fine ponitur prædictarum opinionum concordia. 442
Agnus Christus dicitur agnus multiplici ratione. lec. 81. 821
Alleluia. Quare interpres in transferendo nõ mutauit nomẽ alleluya. lec. 79. 793
Altare debet esse lapideum, cõsecratum, integrũ, nõ enormiter fractũ &c. lec. 13. 72
De hoc plura uide ibi. Item quomodo altare uiolatur. Quando est denuo cõsecrãdum. De altari ligneo in ecclesia lateranensi. Vnde dicitur altrare. Quis exhibuit primum altaris ritũ: Item altare debet esse tectum duabus pallis, & corporali consecrati: non de serico: sed lino formatis, & qd hoc significat. 73
Item de esse lumine fulgidum, & splendidũ ibidẽ. Vide amplius in eucharistia.
Amen accipitur multis modis. lec. 79. 793
Qualis dictio. Quare interpretes nõ mutauerunt in aliam linguam.
Anniuersarius quomodo potest licite institui, ut euitetur simonia: uide in simonia uide etiam in applicatio.
Ecclesia quare orat pro defunctis. lec. 56. 502
Ibi quare dãt dormitiones ipsi defuncti &c.
Anniuersarius. Suffragia pro defunctis. 504
Quare ecclesia orat in genere pro defunctis: cũ tñ multi nõ indigeãt suffragijs. 506
Verum uiuorum suffragia defunctis prosint. lec. 56. 507
Recitatur error quorundam ibidẽ. Improbatur error multipliciter. 507
Respondetur ad auctoritates tenentium partem negatiuam. 508

Ibi quomodo opera uiuorum possunt dici esse ipsorum defunctorum. Soluuntur rationes hæreticorum. 510
Ostenditur etiam quo animæ in purgatorio quantum ad aliquid sunt in termino: & quantum ad aliquid non. 510
Quibus defunctis prosunt uiuorum, & ecclesiæ suffragia. 510
Suffragia ecclesiæ nō prosunt beatis: sed constitutis in purgatorio. 510
An prosint damnatis. 511
Ibi an omnibus dānatis, uel aliqbus tm.
Et ad quid prosunt damnatis recitantur opiniones primo prælocutiui. 512
Cantoris parisiēs. & Stephani cantuariē.
Vilhelmi altisiodor.
Sancti Thomæ, & aliorum cōiter. 515
Ibidem an in aliquo sensu cōcedi possint suffragia uiuorum prodesse damnatis: scilicet de uenialibus hic non dimissis: aut de mortalium hic quoad culpā dimissorum pœna. Item de Machabæis: de traianoc de sancto Machario, seu capite per eum inuēto. An illi fuerint dānati, & suffragio uiuorum liberati. 516
Quo damnatorum pœnæ augeri possunt non minui. 517
Datur modus saluandi, q̄ suffragia uinorum prosint damnatis: & improbatur. 518
Quibus suffragijs animæ defunctorum iuuari possint. Ponuntur quattuor modi generales: & ostēditur: q̄ suffragia uiuorum dupliciter possunt prodesse defunctis. lec. 57. 519
Quæ opera magis proficiunt defunctis.
Suffragia habent effectum uel ex genere operis: uel ex dispositione operātis. 520
Ibi suffragiorum quædā ualent ex opere operante tantum: ex opere operato tantum ex utroq; simul.
Ibi de horis canonicis. Oratione dominica. Eleemosinarū largitione. An aliquid ualeant ex opere operato. 520
Ad dubiū rādetur multis ꝓpositionibus. 520
Ad defunctorum liberationem excellit eucharistiæ oblatio: inter omnia alia genera suffragiorum lec. 57. 521
Quod late ostenditur, quia in ea omnes rationes suffragandi concurrunt: charitatis cōmunio, intentionis directio, meritum & pia supplicatio. 521
Exemplis etiam ostenditur. 521
Verum ad liberationem animæ per suffragia ecclesiæ, & præsertim per oblationem eucharistiæ: idem & tantūdem ualeat missa quocūq; sacerdote bono uel malo celebrata. lec. 57. 523
Ibidem: si idē sit legere de domina pro defunctis uel de sancto, aut requiem ad liberationem animæ a pœna. 523
Ad oblationem eucharistiæ pro defunctis reducuntur cerei, thura, oleum, & cætera ad diuinum cultum pertinentia. Et quid innuunt talia facta dum fiunt a uiuis pro mortuis. lec. 57. 523
Orationes, ieiunia, & elemosynæ quomodo prosunt defunctis. lec. 57. 524
Verum indulgentiæ per modum suffragij ualeant defunctis. lec. 57. 524
Additio necessaria de indulgentijs. 526
Et quomodo dicūtur ualere per modū suffragij. Ad quem sensum. 527
Vbi etiam respondetur ad dubiū & soluūtur rationes pro oppositā opinione adductæ & nondum solutæ. 528
Quomodo respondendum est ad illam auctoritatem. Quodcunq; ligaueris super terram &c. Et quomodo potestas papæ se extendit ad purgatorium. 526
Quomodo defenditur papa a negligentia: si eius potestas respicit purgatoriū: q̄ ipsum prorsus non euacuat: & animas per indulgentias modo suffragij non liberat. 529
Cur indulgentiæ nunc temporum crebrescunt: & olim latuerunt. ibidem. 530
Cur fiunt suffragia, & exequiæ in ecclesia magnis sumptibus, & laboribus: cum omnia per indulgētias facile tolli possint. 530
Cur deniq; pro pueris, & ad quid sacrificium offertur altaris. 530
Et an exequiæ sint omittendæ habitis indulgentijs. 531
An magis proficit animabus liberati per operā satisfactionis, quam per indulgentias. 531
Ad quid suffragia ualent defunctis: respōdetur per aliquot propositiones, q̄ nō ualent ad status mutationem, nec ad nouorū meritorū cōparationē: sed ad beatitudinis accelerationē: ad pœnæ

missionem: ad accidentalis gaudij augmentationem. lec. 57 532
Suffragium uni animæ impensum quomodo ualet oibus. Et quãdoq; plus alijs, quã illi, pro qua specialiter fit lec. 57. 533
Suffragiorum ualor ex duobus attẽdi potest: scilicet ex radice charitatis, & intentionis applicatione. lec. 57. 533
Item lec. 58. 535
Quorum suffragia prosunt defunctis: ibi de multiplici differentia suffragia facientium: cum auisamento & doctrina uolentium suffragia pro se fienda ordinare. lec. 57. 533
Solutio quæstionis. 535
Vtrum ordinans aliquid in testamento: si id postea negligatur: nihilominus fructum consequatur. lec. 58. 535
Respõdetur per aliquas propositiones notabiles: ex quibus clare sumi pót: quando omisso suffragiorum priuat fructu: & quando non. Ibi multæ doctrinæ de testamentorum editione: ne priuetur testator fructu suffragiorũ, & legatorum. Quomodo testator fideliter debet testari. Auisamenta eorundem. &c. 535. 576

Suffragia pro defunctis.

Vtrum magis prosit statuere anniuersaria, uel eleemosynas perpetuas: quam si semel una uice omnia pauperibus, uel celebrãtibus impenduntur. lec. 58. 538
Vtrum suffragia pro defunctis facta tantum ualeant facienti: quãtum ualerẽt, si intentionem suam ad alium non dirigeret. lec. 58. 540
Respõdetur per quinq; propositiones. De præmio essentiali. De præmio uerò accidentali, & pœnæ remissione. 541
Late ostenditur ad quid tale opus factum pro defuncto ualeat actori, scilicet ad remissionem pœnę: ad augmentum gratiæ: ad perseuerantiam in bono: ad primam gratiam impetrandã. 543
Anichilatio, desitio. Annihilare quid est: & quot modis sumitur anichilare. l. 41. 334
Ibi quompliciter res dicitur transire in non esse. 334
Annihilatio quid connotat. 334
Desitio rei fit quandoq; a causa naturali: quãdoq; a causa supernaturali. lec. 42. 335
De pane si annihiletur in conuersione, uel non: uide eucharistia: & lec. 41. 335
An creatura possit annihilare: & an requirit in omni actione sua subiectum præ suppositum. lec. 41. 337
Antistes unde dicitur, & de eius officio, & pro quo episcopo sacerdos in canone orare debet. Et q̃ nomen exprimi debet in canone. lec. 23. 151

Applicatio fructus missæ, & sacrificij.

Vtrum applicatio fructus, & uirtutis sacrificij subsit celebrãtis potestati. lect. 26. 162
Per totam lec.
Sacerdos offerens sacrificium in persona ecclesiæ, potest eius fructum aliquibus specialiter applicare. Et quomodo sacerdos super hoc habet ius assignandi cui uoluerit. lec. 26. 163
Non ex merito uel personali sanctitate, sed ex officio. ibidem. 164
Non est enim solum organum & ecclesiæ instrumentum: sed minister & dispensator. 164
Hæc omnia late determinantur. 164
Vtrum sacerdos pro libito suo possit applicare, & distribuere bonum missæ, quod debetur uirtute sacrificij. lec. 26. 165
Veritatis opinionibus respondetur sub distinctione. 165
Missa dupliciter ualet: ex opere operato: & ex opere operante. lec. 26. 165
Offerens sacrificium missæ duplex est: mediatus scilicet, & immediatus. lect. 26. 166
Missa potest alicui applicari tripliciter: specialissime, generalissime, & specialiter. lec. 26. 167
An Ecclesia possit arcere sacerdotem, ne applicet sacrificium pro excommunicatis. Et quo modo suffragia ecclesiæ ualent excommunicantis. lec. 26. 168
Applicatio missæ cui in quo gradu fieri debet: cum solutione multarum rationum, & comparationum hinc inde. lect. 26. 170
Doctrina generalis pro conscientiæ quietatione, quomodo fieri debet applicatio. 171
Quo ordine fieri possit applicatio spe

cialis. 172
Ibi de intentione quã habere debet sacerdos in hmõi applicationis ordine. 174
Applicationem specialem missæ sacerdos omittere non debet. lec. 26. 171
Vtrum applicationem uirtutis sacrificij impediat malicia, uel suspẽsio celebrãtis ministri. lec. 27. 174
Est responsio negatiua, si alias rite ministrat: breuis, & optima responsio. lect. 71. 695
An sacerdos hæreticus porrigens preces pro congregatione suorum complicũ, possit sic specialiter applicãdo eis proficere. lec. 27. 176
Vbi exponitur dictum Greg. Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur. &c. 176
Cur ecclesia plerosq; sacerdotes prohibet celebrare: si eorum malitia applicationem uirtutis sacrificij, seu fructũ missæ non impedit. Et qui prohibentur. Quomodo deniq; membrum mortuum influere potest uitam. lectio. 27. 177
Ibi quæ est differentia inter participationem influxus uitæ membrorum corporis mystici, & naturalis. 178
Item quomodo sacerdos suspensus, aut excommunicatus potest esse nuncius ecclesiæ: cum eum ecclesia nõ mittat: sed ab officij executione prohibeat. 178
Quomodo licet alicui ordinare, ut missa specialiter pro se celebretur: cum quilibet tenetur diligere proximum sicut seipsum: late determinatur. lectio. 27. Vsq; in finem: cum solutione multarum rationum, quæ uidentur in oppositum sonare: & opinionum recitatione. Responsio in litera. S. 179
Obligatus celebrare pro duobus obligationibus distinctis non satisfacit celebrando unam pro ambobus. lec. 27. 185
Meritũ missæ est finitum. 182
Non æquiualens passioni Christi in cruce exhibitæ. lec. 27. 180
Obligatus ad celebrandum missam specialiter pro uno: nõ satisfacit, si adiungit alios in eodem gradu. lec. 27. 181
Anniuersaria quomodo possunt licite instituí: & missæ priores superueniẽtibus sine iactura priorum applicari in collegijs &c. ubi datur notabilis doctrina lec. 27. 183
Vtile est alicui uolenti saluari pro se missas specialiter procurare. lec. 27. 184
Idem habetur. lec. 25. 184
Pro uiuis & defunctis & seipso cum cæteris limitationibus, & conditionibus. 162
Manet sacerdoti pro alijs celebranti ius suum saluũ ad beatitudinem: quæ correspondet actioni personali meritorie quoad præmium essentiale: non obstãte applicatione facta pro alienis delictis tollendis pro alio. lec. 28. 190
Sacerdos quantumcunq; applicet sacrificium suum pro satisfactione peccatorum suorum, uel alterius: non minuit sibi per hoc præmiũ essentiale: tametsi opus illud sit satisfactorium pro alio, & alteri applicatum. lec. 28. 191
Sacerdos recipiens temporalia cum obligatione ad rependendum spiritualia, caute uideat, qd liceat, deceat, aut ꝑsit, uel expediat, ne rẽporum successu ex oneris grauitate omissis suffragijs, benefactores defraudentur iustis obsequijs. lec. 28. 195
Vtrum tantundem ualeat missa mali sacerdotis sicut boni lec. 57. 522
Breuiter, & succinctẽ respondetur. An ad liberationem animæ a penatantundem ualeat missa boni sacerdotis sicut mali & econtra. lec. 57. 522
An idem sit legere pro defuncto requiẽ: uel missam de domina: aut sancto aliquo. lec. 57. 523
Archon quid significat. lec. 34. 261
Ascẽsio domini, quare celebratur decem diebus. In quos cælos, & quam gloriose ascendit. lec. 54. 484
Assimilatio hominis cum deo triplex. lectio. 64. 610
Attentio, uide in oratio. Orare. 589

Attributa diuina, deus.

Deus attribuitur deo uero, homini, diabolo, & imagini, seu simulacro, sed differenter. lec. 29. 205

Attributa diuina. Æternitas, ueritas, uita quomodo appropriantur personis, & quibus. Et quomodo per ea innuitur tota trinitatem operari in hoc sacramento: attamen per appropriationem operationes, quæ fiunt circa hoc sacramentum de singulis personis dicitur. Et quomodo. lec. 29. 206
Nihil, quod est in deo communicatur creaturæ: nisi solum secundum nomē. Et hoc secūdum rationem generalem non specificam. lec. 40. 430
Attributa in deo nullatenus distinguūtur a diuina essentia. Probatur auctoritate, & dicto beati Aug. lec. 49. 430
Non plures misericordiæ: sed una misericordia est in deo lec. 59. 545
Deo soli uere', & proprie conuenit esse. lec. 65. 614
Vide latius in nomen dei. 614

B

Beatitudo.

Nemo potest consequi beatitudinem cū obligatione ad pœnam, quantumcūq; sit a peccatis absolutus. lec. 27. 185
An pertineat ad beatitudinem essentialē, uel accidentalem beatorū, uidere orationes uiatorum in terris, & alia, quæ apud homines hic aguntur. lec. 31. 224
Quomodo beatitudo, cū sit una omniū, & impartibilis: petitur per partes. An illa partialitas sit referenda ad uisionis actum: an ad obiectum usum. lec. 59. 546
Beatitudinis commendatio, & notificatio gaudiosa. lec. 67. 635
Vtrum animæ ante extremum iudicium uere sint beatæ. lec. 67. 637
Arguitur, q̄ non. Respōdetur affirmatiue 639
Beatitudo tam uitæ, quam patriæ sumitur multipliciter. lec. 67. 641
Beatorum gaudium est duplex: essentiale, & accidentale. Et quod illorum augeri potest. lec. 85. 870
Ibi de quo gaudent beati. Et an tristentur de malo 871
Bellum ingressuri prius debēt deo reconciliari pœnitētia, & cōfessione &c. lec. 75. 736
Benedictio: uide in expositio missæ in fine.
Bonum quanto communius, tanto diuinius: quomodo intelligitur lec. 27. 186
Ordo bonorum fratris quis est secundum maius, & minus. lec. 74. 725
Quando propter maius bonum acquirendum, negligendum est minus bonum: ita de malo. lec. 74. 725

C

Calix simul, & patena debet esse aureus, argenteus, uel stāneus: non ligneus: sed neq; lapideus: licet domini sepulcrū & lapidem suprapositum repræsentent: nec oportet signans, & signatum in materia conuenire. Ibi quomodo respondetur ad auctoritates patrum sonantes in oppositum lec. 13. 74
Nomen calix tripliciter accipitur. lec. 52. 456
Canon. De canone quis est: eius diuisione, expositione &c. uide in missæ seu canonis expositio.
Capur. Capitis conditiones quot, & quæ sunt. lec. 23.
Vide in ecclesia. 147
Character quid est: q̄ est inuseribilis: nec repugnat peccato mortali: nec potest per peccatum quodcunq; corrumpi. lec. 2. 10
Charitas fraterna. Charitas quod bonū & quale, cui, & quali iuste præfertur. lec. 74. 725
Catholica ueritas quid est. lec. 22. 133
Castitas. Castitatis magna cōmendatio, utilitas & necessitas lec. 12. 64
Causare. Cā. Aliquid dicitur fieri ab alio tripliciter. f. naturali, potestate: meritoria actione, & assistente uirtute lec. 4. 24
Item. lec. 86.
Vide amplius in facere.
Causa est, ad cuius esse sequitur aliud: dupliciter intelligitur. lec. 47. 407
Causa fine qua nō: & causa naturalis quid est. lec. 47. 407
Actus meritorij quo sunt causa futuræ beatitudinis, & generaliter sacramenta effectus gratuiti. lec. 47. 408

Celebrare celebratio:uide in eucharistia. Vide & in missa.
Cœlum quid est,& q̃ multiplex est cælũ. lec. 65. 617
Cælũ dicuntur uiri sancti,& apostoli. Et quare hoc. Quomõ deniq; in huiusmodi cælis spiritualibus inhabitat trinitas tota lec. 65. 618
Et quid operantur tres personæ in homine cæleste:cum eum per gratiam inhabitant: ibidem
Certitudo Dubium
Certitudo triplex. Et qualis sufficit,& requiritur in actione morali, non culpabili. lec. 8. 39
Et quemadmodum certitudo moralis compatitur quandam uacillationem, & animi hæsitationem. 42
Certitudo se esse in gratia: aut liberatum a peccatis:unde colligi potest. Et qualis certitudo. lec. 8. 42
Dubium probabile,& nõ probabile quomodo differt. Et quo illorum stante cõmittit se homo discrimini peccatis mortalis. lec. 8. 42
Bonarum mẽtium est formidare culpam ubi culpa non est, quomodo intelligitur. lectio. 8. 43
In moralibus, & dubijs tutior uia est eligenda. lec. 9. 44
Cibus. De cibis delicatis an sint a deo petendi. Late de ciborum lauta præparatione an sit mala: uel non. Si aliquando excusentur fic delicate uiuẽtes, uel non. lec. 70. 671
Quibus hoc plus liceat,& ob cãm. 647
Clauis scientiæ, & clauis potestatis quid est,in quo fundantur. lect. 1. 8
Clementia, uirtus quid est:quorum est esse clementes. lec. 20. 121
Clericus.
Clericus potest ultra ea, quæ ad propriũ statum pertinent: pro pia restitutione egentium, & pauperum bona temporalia colligere,& retinere. lec. 28. 192
Clericus beneficiatus infirmitate grauatus an excusetur nihil prorsus tacẽdo pro beneficio, sed dumtaxat uiuens de prouentibus beneficialibus. Et quando teneatur prouidere per aliũ. lec. 28. 193
Clericus sufficienter dotatus non põt nouas obligationes,& noua suffragia per soluenda assumere prioribus incompassibiles:cõmitteret enim fraudẽ. lec. 28. 194
Clerici uolentes ecclesias suas per assumptionẽ tẽporalium,& nouorum onerũ grauare,notent regulam Cancell. parisiensis. lectione. 28. 195
Clerici in beneficijs plurales,quando possunt excusari:& quãdo non. Itẽ ex qua radice non possunt excusari. Quã multa mala committũt plurales clerici. Inuectiua contra eosdem, qui se tuentur beneficio dispensationis. & similia multa quæ respiciunt pluralitatem beneficiorum lec. 28. 196 197
Ibidem quãdo dispensatio papalis ualet: & quando non. Et ad quæ se extendit in pluralitate beneficiorum. 196
Coactio. An mali sint ad bonum,& ad diuinæ legis obseruantiã cogendi. lec. 75. 740
Cognitio,noticia.
Cognitio matutina,& uespertina quomodo differunt. 218
Item in uerbo,in genere proprio. lec. 31. & quorum sunt illæ cognitiones. &c. 217
Cur non ponitur cognitio meridiana media inter uespertinã,& matutinã. lec. 31. 218
De differentia illarũ trium. 219
Cognitio dei cognoscentis omnia intuitiue potest dici meridiana. lec. 31. 219
Qua cognitione sancti cognoscunt,& uident orationes nostras mentales, aut uocales. lec. 31. 219
Sicut in angelis ponitur cognitio multiplex:ita & in animabus beatis eædem ponuntur. lec. 31. 219
Angelus siue beatus utrum cognoscat naturaliter, & intuitiue cogitationes nostras, recitatis opinionibus, & concluditur: q̃ sic. lec. 31. 220
Quod late explicatur & determinatur usq; in finem lectionis.
An sit in potestate dyaboli uidere cogitationes nostras : & quomodo impeditur, & per quem ne uideat. lec. 31. 220
Solus deus quomdo dicitur scrutator cordium : si admittitur locutio angelorum. lec. 31. 220
Improbatur opinio Greg. de ari. de locutione;& cognitione angelorũ lectione. 31. &c. 221

Angelus custos hominis an uideat secreta sui cordis lectio. 31. 222
Angelus quomodo loquitur angelo: & quomodo uidet, uel audit angelum loquentem. lec. 31. 222
Et an possit alteri celare suã cogitationem. ibidem. Et idem tractatur de locutione, & uisione animarum beatarum. ibidem.
An cognoscens uerbum, cognoscat. omniã in uerbo. lec. 31. 224
Cognitio dei sine obliuione. lec. 56. 499
Item Quomodo deus dicitur habere oblitum super nos: nos cognoscendo ad pœnam, uel gratiam. lec. 55. 489
Ibidem plura de intuitiua dei cognitione omnium, quæ sunt, fuerunt, aut erunt.

Confessio.

Cõfessio præmittẽda est eucharistiæ sumptioni peccatorum mortalium, secus de uenialibus. Et quare hoc lec. 7. 36
Præsertim habita copia cõfessoris. Sed quid si confessor haberi non potest, an liceat, & quãdo, celebrare, uel communicare. ibidem.
Confessio generalis ad quid ualet. lectione. 15. 84
An liceat confitenti detegere coram confessore personam, cum qua peccauit. lectio. 74. 731
Consecrare. consecratio: uide in eucharistiæ consecratio. Sumptio &c.
Contraria opposita. Quæ contraria inferunt contradictoria, an qualitates contrariæ, uel propositiones. lectione. 46. 379
Qualitates contrariæ an possint esse in eodem subiecto adæquato. 390
Priuatiuæ opposita an possint dici de eodem. Et quando prædicata priuatiue opposita inferant contradictoria. lectio. 46. 390
Ibi de multiplici acceptione terminorum priuatiuorum. 391
Conuersio, uide in eucharistia.

Correctio. Correptio fraterna.

De fraterna correctione, & eius ordine. lec. 74. per totum. 715
Verum correctio fraterna sit præcepti. lect. 74. 716
Quando obligat: & quando non. ibidem.
Quando correctio est uitiosa. 717
Correctio delinquentis est duplex. lectione. 74. 715
Omissio correctionis fraternæ potest fieri cum merito: aut cum peccato. lectione. 74. 719
Ad correctionem fraternam quæ requiruntur ex parte corripientis. lect. 74. 717
Quæ ex parte peccantis. 718
Fraterna correctio cui est in præceptum. lect. 74. 720
Quis debet fraternæ corrigi, & pro quali peccato. lect. 74. 720
An inferior superiorem teneatur fraterne corripere. An correctione potestatiua. 721
An quærendi sint qui indigeant correctione. 721
Pro quo peccato debet quis ex præcepto fraternæ charitatis corrigi. lectione. 74. 722
An ꝓ peccato occulto uel publico. ibidẽ.
Contingit aliquem corripere quadrupliciter. lect. 74.
De modo & ordine correctionis fraternæ. lect 74. &c. 723
Late habẽtur, & recitantur opiniones
Finis correctionis fraternę quis est. lect. 74. 724
Casus nouem, in quibus non oporret seruare ordinem fraternæ correctionis a Christo designatum. lec. 74. &c. 726
Quando potest prælatus mandare suo subdito, ut reuelet sua uel alterius forefacta secreta, quæ aliqualiter sunt manifestata lec. 74. 728
Vide late de examinatione prælatorum in uisitationibus religiosorũ. ibid.
In correctione fraterna quattuor sunt obseruanda. lect. 74. 729
Præceptum correptionis fraternæ quomodo intelligendum est. lec. 74. 729
Epilogus & summarium de modo, & ordine correctionis fraternæ. lectio. 74. 730
In fratris correctione ad quid assumuntur testes. lect. 74. 731

De correctione potestatiua seculari, & ecclesiastica quoad fratris correctionem. lect. 75. per totum. 732
Vtrum correctio criminũ pertineat ad potestatem secularem, uel solum ad ecclesiasticam. Probatur primũ, q solum ad ecclesiasticam pertineat potestatem. lect. 75. 732
Sed quod etiam pertineat ad potestatẽ secularem: late probatur ratione, & autoritate. 733
Primum ratione originis potestatis.
Ex parte finis regiminis.
Ex parte personæ principantis. 735
Soluuntur rationes priores. 738
Probatio quarta exemplis extenditur. 742
In correctione potestatiua criminum, & diuinæ legis transgressorum quæ sunt obseruanda. 743
Soluuntur rationes tenentes, q correctio potestatiua criminum non pertineat etiam ad potestatem secularem. usq; in finem lect. 744
Ad ecclesiam pertinet duplex correctio: scilicet in foro pœnitentiæ, & contentioso. Quodq; eiusdem peccati correctio spectare potest ad diuersas potestates. lect. 75. 744
Ibidem q omnia peccata quoad forũ pœnitentialem spectant ad ecclesiasticam potestatem. Non autẽ ad forum contentiosum nisi in casu. Item ibidẽ 748
Spiritualia quomodo pertinent ad potestatem secularem quantum ad defensionem. lect. 75. 745
Sed non quoad ordinationem. Item etiam quantum ad repugnantium oppressionem. ibidem. Quomodo fidei defensio ad omnes pertinet. 745
Crimen ecclesiasticum multis modis dicitur ecclesiasticum, uel seculare. Et quomodo secundũ diuersam acceptionem, crimen ecclesiasticum quandoq; pertinet uel non pertinet ad potestatem secularem. lect. 75. 745
Plura uide ibidem pro solutiõe rationum in oppositum. 746
Corpus. Pars integralis corporis
Corpus in quod conuertitur panis quid est, late recitatur secundum opiniones de pluralitate formarum. lect. 42. 339
Per totam lectionem. Respondetur. 345
Corpus accipitur tripliciter secundum Gregorium de Ari. lect. 42. 340
Corpus ut est pars altera essentialis cõpositi: sumitur dupliciter. lect. 42. 341
Corpus ut est pars compositi organ zata, sumitur dupliciter. lect. 42. 342
Caro, Os accipiuntur dupliciter. lec. 42. 345
Vbi etiam habetur: an sint eiusdem rationis in uiuo, & mortuo: ibidem. 349
Et quid connotant. Item lect. 44. 366
Corporale, Materiale. Aliquid dicitur corporalis res, seu materialis tripliciter. lect. 44. 365
Creare uide in actio passio.
Credere, uide in fides.
Crux. Crucis Christi laudes explicantur lect. 20. 118
Cruces in canone missæ factæ ante uel post consecrationem quid repræsentant. lect. 54. 486
Cultus Dei: uide in adoratio, adorare.
Custodia angelica. Angelicæ custodiæ effectus per Christi mediationẽ perficitur, & eorũ lapsus reparat. lect. 18. 103

D

Desitio: uide in annihilatio.
Deus. Attributa diuina: uide in attributa diuina.
Deuotio. Deuotionis gratia cur sæpe subtrahitur iustis a Deo. lectio 86. 893
Differentia contrahens. Quælibet res seipsa est hæc: & non indiuiduatur per quantitatem quæ est seipsa hæc. Alia uero per quantitatem. lect. 44. 365
Diligere Deum, & proximum quid est. In quo consistit dilectio Dei, & proximi. Quando quis diligit proximum sicut seipsum. lectio. 27. 185
Dispensatio papalis quando ualet: & qñ non. Ad quem se extendit potestas dispensandi. lect. 28. 196
Diuitiæ. Vtrum licitum sit a Deo diuitias petere. Diuitiæ an sint bonæ uel malæ. Quæ faciunt diuitias malas. lect. 70. 680

Quare diuitiæ in aliquibus condemnantur,& ob quas causas. ibid. 682
Diuitiæ quomodo sunt contemnendæ. Et quid est diuitijs renunciare, & eas relinquere. ibidem.
Habentur ibidem expositiones quarundam autoritatum de contemptu diuitiarum. 684
Doctor,Scriptura. Dictis doctorum quãdo standum est: & quando non. lectione 41. 338
Dubium,uide in certitudo.

E

Ecclesia. Caput ecclesiæ.
Ecclesia est multiplex, & multipliciter accipitur nomen ecclesiæ. lect. 22. 133
Ibi de ecclesia triumphante, militante,uniuersali,particulari,uera, repræsentatiua,christiana &c. 136
Ecclesia cur, & quomodo dicitur sancta. lectio.22.
Allegantur multæ & præsertim nouæ rationes sanctitatis. 137
Ecclesia cur dicitur catholica: & ibi de uniuersitate ecclesiæ. lect.22. 139
Esse soli Deo uere, & proprie conuenit: & nulli creature mutabili. lect.45. 614
Eucharistia, de requisitis ad dignam eucharistiæ consecrationem, sumptionem &c.
Ecclesiæ ordinata adunatio ad caput Christum:& q̃ per ordinem omnia reducuntur ad unum. lect. 23. 141
Ecclesia toto orbe terrarum diffusa est: & ex omnibus gentibus collecta. lectio.23. 144
Extra ecclesiam existentes: & quibus fides nunquam est prædicata, an excusentur de fide ignota ignorantia inuincibili:ita ut saluari possit sine fide eis prædicata. lect.23. 144 145
Ecclesiæ caput Christus est, & similiter Papa ejus uicarius: sed multum differenter. lect.23. 147
Ibi quæ sunt capitis conditiones. 147
Ecclesia mortuo Papa, nõ est acephala, sed nec eo uiuente monstruosa, & biceps, habet enim unum solum principale caput lect.23. 149
Ecclesia Romana quomodo,& quare dicitur habere principatũ respectu aliarum ecclesiarum.lect.23. 152
Ecclesia fundata dicitur supra petram:& quæ est hæc petra an Christus,uel Petrus. lect.24. 156
Ecclesia adornatur,& roboratur ex diuersitate officiorum,& ministrorum in ea existentium. lect 26. 164
Ecclesia determinando articulum fidei, nihil noui addit fidei ueritati: sed qđ erat uerum: declarat esse uerum. lectione 41. 338
Ecclesia determinando articulũ nouum cui innititur. ibid.
Ecclesiæ multiplex acceptio. lect.75. 748
Ecclesia triumphans,militans, dormiẽs, quid est. lect.80. 805
Ecclesia quã doq; laudabiliter aliqua põt instituere contra morem primitiuæ ecclesiæ ex certa ratione. lect. 84. usque in finem. 858
Eucharistia. De requisitis ad dignam eucharistiæ consecrationem, sumptionem &c. Potestas ecclesiastica, consecrandi,ordinis, iurisditionis &c. 7 8
Ordini sacerdotali quæ conueniunt respectu corporis Christi ueri, & mystici. lect.1. 7
Ibidem quid est corpus Christi uerũ, & mysticum. Plura ibidem uide de potestate ordinis sacerdotalis respectu corporis Christi. 8. 9
Potestas ecclesiastica quid est diffinitiue cum singularum clausularum explicatione. In quo fundatur: an in charactere: an in gratia gratum faciente. lectio.1. 8
Potestas sexuplex data discipulis a Christo pro se, & eorum successoribus. lect.1. 8
Potestas consecrationis quid est lect.1. 8
Potestas administrationis sacramentorum, quæ & potestas clauis dicitur: quid est lect. 1. 8
Potestas clauis duplex est. lect. 1.
Ibidẽ quid est potestas clauis & scientiæ. 9
Potestas administrationis sacramentorũ,

& consecrationis, quando fuit promissa, aut data discipulis. Et quomodo sunt potestates ordinis sacerdotalis. An distinctis verbis, & actibus pariter, & temporibus conferantur. An sit una & eadem potestas, uel an sint distinctæ. Et quomodo. lect. 1. 9

Potestates ordinis sacerdotalis: consecrationis scilicet & clauis: sunt æquales in omnibus sacerdotibus rite ordinatis: & inauferibiles. lect. 2. 10

Potestas conficiendi, & ligandi fundantur in charactere indelebili: & non in gratia gratum faciente. Ideo errant dicentes sacerdotem in mortali peccato existentē non conficere, nec absoluere posse. lect 2. 11

Gratia necessaria est ad dignam potestatis ordinis executionem: sed non ad susceptionem, nec ad executionē potestatis ordinis. lect. 2. 11. 12.

Quomodo, & quare Christus collaturus potestatem ordinis præmisit. Accipite spiritumsanctum &c. lect. 2. 12

Ligatus peccato mortali quomodo potest alium soluere. lect 2. 13

Ibi de duplici ligatione, reali scilicet & præcepti. 13

Exercens actum sui ordinis siue quoad executionem, siue quoad susceptionē per peccatum mortale. lect. 2. 13

Quare dominus noluit impedire potestatem ordinis, siue quoad executionē: siue quoad susceptionem per peccatū mortale. lect. 2. 13

De potestate ordinis plura uide lectio. 2. per totum. 10

Potestas dispositionis ministrorum ecclesiæ quoad determinationē iurisdictionis ecclesiasticæ quid est. cui, & quando collata est a Christo. lect. 3. 14

Iurisdictio quid est, in quo cōsistit. lect. 3. 14

Potestas iurisdictionis in quo consistit in sua plenitudine.

Et quomodo requiritur ad absolutionem peccatoris, ministram materiam potestati ordinis. An Episcopus, uel curatos possit absoluere alienos sibi non subiectos. lect. 3. 14

Potestas iurisdictionis est duplex. lect. 3. 14

Potestas iurisdictionis in foro animæ interiori non est potestas ordinis: nec cōfertur in ordinis susceptione, fundatur tamē in potestate ordinis sacerdotalis. Et mutuo sibi cohærent potestas ordinis, & iurisdictionis quātum ad forum animæ. lect. 3. 15

Sacerdotes simplices an possint se mutuo absoluere in casibus nō reseruatis, cum alter non uideatur in alterum habere iurisdictionem. lect 3. 16

Ibi quæ opinio est tutior & magis tenenda, late disputatur. 16

Cōsensus tacitus prelatorum quomodo censetur dare iurisdictionem sacerdotibus ad absoluendum se mutuo sine licentia expressa prælati. lect. 3. 16

Quomodo consuetudo quandoq; dat iurisdictionem. lect. 3. 16

Quia ad exercitium, seu executionem iurisdictionis in foro animæ requiritur duplicis materiæ subiectio, scilicet peccatoris & peccati, ideo sacerdos non potest subditum suum ab omni peccato absoluere sine autoritate superioris. lect. 3. 17

Potestatis clauium, & sacramenti pœnitentiæ materia est peccatum, & peccator. peccator materia remota: sed peccatum propinqua. lect. 3. 17

In reseruationibus casuum, aut concessionibus, potestas clauium nec restringitur, nec extenditur, sed illimitabilis manet in sua radice, duntaxat autem usus illius potestatis, materiæ sublatione impeditur. lect. 3. 17

Potestas clauium, & potestas cōsecrationis multū differenter se habent, quantum ad earum exercitium. lect 3. 18

Potestas prædicandi quid est. quando, & quibus est a domino collata. lect. 3. 18

Potestas prędicandi an sit potestas ordinis. Et an solum sit diaconorum. Et quomodo datur eis potestas prędicandi. lect 3. 18

Ad potestatem confecrationis eucharistię plura requiruntur: tam ex parte ministri, quam ex parte sacramenti. lectio. 1. 7

Potestas coerciuæ correctionis quid est. quomodo exerceri potest, & in quos. lect. 3. 19

Potestas accipiendi uitæ necessaria ubi est a Christo tradita. Et quæ fundantur in hac potestate. lect 3. 19

Potestas consecrandi corpus domini nobilissima est operatio inter omnia concessa ecclesiæ militanti. lect 4. 20

Potestas consecrãdi cum sit omnium potestatum dignissima: quare non est solis summis pontificibus reseruata. lectio. 5. 25

Potestas consecrandi quare est omnibus sacerdotibus communicata: Et quale commodum uenit ex frequenti celebratione. lect. 5. 26

Ecclesia quare plura officia: & actus plures solennes solis episcopis reseruauit. lect 5. 26

Potestas consecrandi cum magnam afferat ecclesiæ ex sua frequentatione utilitatem: quare non est etiam laicis iustis, & deuotis data lect. 5. 26

Potestas consecrandi quare non est data omni homini: sicut potestas baptizandi lect. 5. 27

Item cum communicare sit omnium hominum: quare non etiam consecrare est omnibus concessum. ibid. 27

Cum iustus, & sanctus laicus sit dignior peccatore sacerdote, & potestas consecrandi est potestas dignitatis: quare nõ est concessa laicis sanctis, & iustis. lectio. 5. 28

Potestas consecrandi consequitur dignitatem autoritatis, non meriti. Et sicut datur bonis in bonum: ita malis suo abusu in pernicium, & exitium perpetuum. lect. 5. 28. Item lect. 22. 132

Ad consecrationem ex parte ministri requiritur facultas sermonis: ideo mutus, aut elinguis consecrare non potest: tametsi si mutus gestus, signa, & cetera perficere, & alius uerba consecrationis proferret. lect. 6. 29

Simile est si mutus puerum in fontem mergeret: & mancus uerba baptizationis proferret: tunc enim nihil fit. ibidem. 29

An plures possint eandem hostiam consecrare: cum simul proferunt consecrationis uerba: uel non. Quod si alter alterum præuenit: quid tunc dicendum &c. lect 6. 29

Ibi qualis debet esse intentio sic concedentium episcopo de consecrationis actu, & tempore. 30

Ad consecrationem ex parte ministri necessariò requiritur intentio. Et qualis intentio requiritur, & sufficit. Et quare requirit intentio consecrantis. Insuper quid debet intendere sacerdos consecrare uolens. Item intentio cuius esse debet, ut obiecti. lect. 6. Per totam lect. 30. 31

Hæreticus habita intẽtione recta: etsi fide careat: potest ceteris paribus conficere. Non enim requiritur fides ministri: sed sufficit, & requiritur fides ecclesiæ, cæteris paribus. lect. 6. 31

Intentio generalis faciendi, quod ecclesia facit, sufficit ad consecrationem: ceteris paribus. lect. 6. 32

Ad necessitatem sacramenti: siue ad potestatem consecrandi, necessariò requiruntur ex parte ministri potestas ordinis, facultas sermonis, integritas intentionis: de quibus in sex primis lectionibus diffuse habetur. 27

Ad ordinate consecrandum plura requiruntur ex parte ministri: quæ sunt impedimentorum multiplicium pœnæ & culpæ remotio: & conuenientium appositio. De quibus omnibus in lect. 7. & deinceps diffuse habetur. 34

Celebrãs in mortali peccato peccat mortaliter lect. 7. Et secundum aliquos duplici peccato mortali. 35

Sumens eucharistiam in mortali peccato, peccat mortaliter. lect. 7. 36

Celebrare uolens, & sciens se habere peccatum mortale nondum confessum: non tamen habens oportunitatẽ confitendi: quomodo se habebit in celebrando, uel communicando, ut uitet scandalum pusillorum. lect. 7. 36

Celebrare uolens digne, an sicut tenetur prius confiteri mortalia habito confessore: ita teneatur ad confessionem uenialium. lect 8. 37

Ostenditur, q̃ uenialium neq; contritio: neq; confessio necessaria est ad dignã celebrationem. ibid. 38

In eucharistiæ sumptione, aut consecra-

tione

tione quomodo contingit nouum uitari peccatum. lect. 8. per totum. 38
Quantam, & qualem oportet: & sufficit præmittere conscientiæ examinationem. ibidem. 38
An necessarium sit se esse certum: & quali certitudine (ut nouum peccatum euitet) & non habet peccatum per totam lectionem. 39
Item an requiratur ad dignã eucharistię sumptionem, & sumens sit in gratia. 41
Refert esse indignũ eucharistiæ sumptionis: & indigne eam sumere. lect. 82. 834
Inter dignũ, & indignum accessum ad eucharistiæ sumptionẽ dat mediũ. lect. 8. 41
Accedens nescienter ad eucharistiam in mortali prævia diligenti conscientiæ examinatione, quid cõsequitur. lect. 8. 41
Qualis conscientiæ trepidatio, & dubietas de non sufficienti præparatione repellere potest hominem a digna sacramenti sumptione. lect. 8. 42
Vtrum populus uolens communicare, teneatur sacramẽtum sub utraq; specie sumere lect. 84. 855
Et an communicare sub utraq; specie sit præceptum a Christo. ibid. 856
Pœnæ canonis impedientes dignam eucharistię sumptionem, uel celebrationem, quæ & quot sunt. lect. 9. per totũ. 44
Ibidem qñ & qualis ignorantia huiusmodi pœnarum excusat accedentem. 44
Ad eucharistiæ dignã sumptionem requiritur eiusdem naturæ: secus tñ de infirmis. Itẽ de sacerdote, qui casu, & ex negligentia aquam pro uino consecrato in altari sumpsit. &c. lect. 10. 47
An liceat post cibum sumptum sine dormitione med a celebrare: aut post potum sumptũ post matutinas de fero lectas, mane cõicare, uel celebrare. le. 10. 48
Ibidem de reliquijs ciborum dentibus adhærentib? & similibus, an impediãt, cum degluriuntur, a communione. 48
Quando, & in quot, quibus casibus licitũ est non ieiunũ communicare. lect. 10 49
Præceptum ecclesię de sumendo eucharistiam ieiuno stomacho, est minus strictum: quam sit præceptum Christi, & ecclesię simul datum sacerdoti de non dividendo sacramentum: dimissa sumptione sub specie uini: uideo minus præceptum in casu cedit maiori. lect. 10. sine perplexitate ministri. 49
Sacerdos cum sumpsit aquam pro ulno: quomodo agere debet: cum id perceperit, ne sacramentum diuidat: & populum scandalizet. lect. 10. 50
Vsus communicandi sub una specie uetustissimus est. Et quare sic introductus est usus talis. lect. 84. 858
Corporalis immundicia, quę & qualis: & quando impedit dignam eucharistiæ sumptionem uel celebrationem. lectio. 10. usq; in finem: ubi late habetur an lepra: an pollutio: aut fluxus menstruorum, & similia impediant secundum mentem diuersorum doctorum. 50
Item de pollutione nocturna diffuse tractatur secundum mentem diuersorum doctorum: & traditur finaliter regula, & doctrina moralis. 51
Quando & quæ pollutio impedit. 56
De commixtione coniugatorum: an impediat communionem. De fornicationis peccato subito perpetrato ab eo, qui est uerè contritus, an impediat. 56
Digna sacerdotis celebratio certas requirit uestes benedictas, quarum usum ecclesia recepit partim ex ueteri, & partim ex nouo testamento. hæ uestes sex sunt numero. de ratione earundem. Itẽ quid significant per allegoriam per totam lect. 11. 57
Vestimentorum sacerdotalium significatio, ut conuenit Christo capiti per allegoriam. lect. 11. 58
Vsq; in finem. & primo quomodo repręsentant ea, quę Christus pro nobis passus est. Dehinc allegoricæ uirtutes capitis ostendunt: Quid uerò per tropologiam significent prout conuenit membris Christi: explicat. lec. 12. p totũ. 61
Secũdũ hanc. n. repsentãt uestes uirtutũ, quibus aĩa sumẽtis, & celebrãtis debet ipsus spũaliter ornari. hę sũt fides, & fortitudo p amictũ. Sobrietas & uitæ mũdicia p albã. Castitas mẽtis, & corpis p zonã. Hũtilis obediẽtia p stolã. Vigilãtia cõtra accidiã p manipulum. Charitas gemina per planetam repręsentatur. Hęc late explicantur. lect. 12. 62

Mensa sacramentalis cena magna est, & nuptiale conuiuium lect. 12. 61
Sacerdos non in persona sua tantum: sed totius populi circunstantis celebrat, ipsiq; populi sibi suo modo concelebrant. lect. 12. 61
Senarius numerus uestium sacerdotaliū quid significat per tropologiam. lectio. 12. 61
Eminalia quare non computantur modo in no. le. inter uestes sacerdotales sicut in lege ue. le. 12. 64
Dignæ celebrationi præmittendæ sunt horæ canonicæ: & quædam orationes: de quo late lect. 13. 67
Item de præparamentis præmittendis precibus, & collectis, accōfessione publica ibidem. 70
De loco triplici consecrationis. remoto, qui est ecclesia consecrata, propinquo, qui est altare lapideum consecratum, & integrum aut ligneum, & mobile necessitatis tempore, & proprio, qui est calix aureus, argenteus, uel stāneus. Simile est de patena. lec. 13. Vsq; in finem. 71
Celebratio missarum quare debet fieri in loco consecrato, & non alias. lect. 13. 71
Altare, super quo celebrandum est: quare debet esse lapideum, consecratum, integrum, non enormiter fractum. lectio. 13. 72 73
Cum figura debeat respondere figurato: quare altaria non struuntur modo de ea materia, de qua fiebant in lege ue. Item de altari ligneo in Ecclesia Lateranen. lect. 13. 72
Celebratio fieri debet super duabus pallis, & corporali consecratis, non tinctis, nec de serico, sed lino factis, præsente lumine. Ibidem de significatione omnium illorum, & qualificatione. lect. 13. 73
Potestas, & dignitas duplex in ecclesia reperitur, & de officio, ac necessitate cuiuslibet De præcellentia deniq; potestatis, & dignitatis ecclesiasticæ super seculare lect. 23. 150
Eucharistiæ institutio quando facta est: recitatur error græcorum, & improbatur. Dehinc ueritas ostenditur. Vbi & determinatur de fermento & azymo, in quo posset fieri consecratio lect. 33. per totum. 141
Eucharistiæ consecratio fit in azymo, licet de facto posset fieri in fermento. Christus consecrauit in azymo. Et unde ille ritus peruenit ad Romanos. lectio. 34. 255
Item quare Ecclesia Romana non indifferenter conficit in utroq; i. fermēto, & azymos sicut conficit in uino albo, & rubeo. 256

Consecrationis materia.

Eucharistiæ seu consecrationis materia est panis, & uinum. lect. 35. 264
An pasta sit materia apta consecrationis. 262
An omnis panis secundum substantiā sit materia apta. 263
An sacerdos posset consecrare panem quantumcunq; magnum. Et an panis quantumcunque magnus sit materia consecrationis. 266
Materia consecrationis calicis, seu sanguinis, ex uinum uitis. 267
An in agresta: in uino pomorum: an uuarum: in acetosin musto, posset fieri consecratio. 268
An solum uinum sine aquę admixtione sit materia consecrationis sanguinis. An necessaria de necessitate sacramenti, uel ministri requiritur aquæ admixtio. 268
Verum aquæ uino admixta conuertatur in sanguinem Christi. 269
An oporteat aquam prius naturaliter conuerti in uinum, priusquam conuertatur in sanguinem. ibidem. 272
Quantum aqua imponendum est calici. 272
Rationes mysticæ appositionis aquæ cum uino. 273
Sed quid fiet de aqua, si in instanti consecrationis nondum conuersa est in uinum. 274
Item dum aqua post consecrationem, uel ab accidentibus, uel a Deo conuertitur i species uini, an sub illis speciebus etiam incipiat esse sanguinis Christi sicuti sub consecratis. An sicut aqua nó benedicta, admixta benedictæ censetur benedicta ita hic dum uinum nó

consecratum admiscetus consecratio sit ex hoc consecratum. 274
Item an sumens calicem in quo adhuc est substantia aquæ: per hoc soluat ieiunium. Qualis debet esse aqua apponenda, an sufficit admisceri in dolio. 274
Eucharistiæ consecratio quare fit sub distinctis speciebus. Et quare in parasceue non fit consecratio. lect. 53. 280
Quare dominus instituit hoc sacramentum sub materia panis & uini, plures poriuntur congruitates. lect. 35. 275
Ibidem quare occulte tradidit corpus suum sub specie panis, & uini. 275
Item lect. 53. 467
Qua forma uerborum Christus consecrauit. An aliquo signo sensibili, An sola uirtute diuina. lect. 36.
Et recitatis opinionibus respondetur. 279
Manducatio corporis domini spiritualis multipliciter intelligitur: & quomodo extenditur ad patres ueteris test. & ad pueros. Et q multiplici ratione dicitur spiritualis. lect. 36. 285
Mãducare Christum spiritualiter ut etiã conuenit paruulis: quid est lect. 36. 287
Vtrum iudas fuit unus ex sumentibus sacramentum corporis Christi: recitantur opiniones pro, & contra: & respondetur ad quæstionem. lect. 37. 291 294
An eucharistia danda sit, uel subtrahenda occulto peccatori. lect 37. 294
An dominus iudæ eucharistiam dedit in bonum, uel in malum. lect. 37. 294
Vtrum Christus dedit discipulis corpus mortale, uel immortale. lect. 37. 295
Vtrum Christus sumpsit corpus suum, & sanguinem in cœna: ac deinde apostolis tradidit. lect. 37. 297
An Christus seipsum sumpsit in cœna sacramentaliter, uel spiritualiter lectio. 35. 298

Consecrationis forma.

Consecrationis sacramenti eucharistiæ forma quæ est. Et quomodo refert loqui de forma eucharistiæ: & de forma cõsecrationis sacramenti: & q hoc singulare est in hoc sacramento, & quare. lect. 38. 300
Ibidem quæ est forma eucharistiæ: & an habeat aliquam formam. 300
Quę & quot uerba sunt de necessitate formæ consecrationis panis: & quæ de necessitate ministri. 303
Non uacat a mysterio q quinq; sunt uerba consecrationis. 303
Differentia formę eucharistię a formis aliorum sacramentorum. 304
Quę sit forma consecrationis: ostenditur ratione & autoritate. 305
An illa forma. Hoc est corpus meum ad consecrandũ sufficiat, prætermissis uerbis præcedentibus & sequentibus in canone: recitantur opi. doctorum: & respondetur ad dubium. 306
An aliquę formæ mutatio: & quæ impedit consecrationis effectum. 307
De mutatione secundum substantiam. 307
De mutatione secundum quantitatem. 308
De mutatione secundum qualitatem. secundum ubi. 309
Summarium. 309

De forma consecrationis sanguinis.

Vtrum ad perfectionem formæ consecrationis sanguinis, pertineant omnia uerba ab eo loco. Simili modo. usq; ad illum. Vnde. & memores. lect. 53. 465
De formę ueritate. 467
Et quale tempus importat (est & effundetur) ibid.
Vtrum ille duæ formæ consecrationis sese expectent mutuo quantum ad eorũ efficaciam. lect. 53. 468
In quo præcise consistit effectus formæ consecrationis sanguinis. lect. 53. 468
An in sanguinem in terra derelictum (ex suppositione) conuertatur hodie uinũ calicis. Item de carne præputij. Et quid si in triduo quis celebrasset: an uinum conuersum fuisset tunc in illum sanguinem sparsum in terram. lect. 53. 469

De contentis sub speciebus uini.

De contentis sub speciebus uinì consecratis de contentorum ordine sub speciebus panis, & uini. Quid est ibi per se quid per concomitantiam, propinquam, aut remotam. An idem sit sub speciebus uini: non plus, uel minus qđ est, & quam sit sub speciebus panis. Et quis est ille ordo: an temporis naturæ

uel præsuppositionis. lect. 53. 469
An uinum uel alius liquor infusum calici consecrato consecretur, & in sanguinem Christi conuertatur, cum ad consecratum non cõsecratum quid infunditur. Et an tangat sanguinem Christi. An Christi sanguis fluat in calice extra uenas corporis. lect. 53 470
Ibi quomodo accidentia derelicta dicuntur afficere causaliter.
Quomodo sanguis datur nobis in potũ: si non est fluidus extra uenas. lect. 53. 471
Deitas fuit unita suppositaliter carni, & animæ, non sanguini: & tamen est sub speciebus uini per concomitãtiam. Et quomodo. lect. 53. 471
Quomodo eucharistiæ sacramentum dicitur unum. Qua unitate. lect. 53. 472
Et quomodo B. Grego. ea nom nat sacramenta pluraliter. ibid.
Eucharistia quomodo, & quare dicitur misterium fidei. Et quare non mysterium charitatis. lect. 53. 475

Formæ consecrationis panis efficacia.

De consecratiouis panis formæ efficacia. Et quid sub specie panis facta consecratione continetur. lectio. 39. per totum. 310
Sub sacramento eucharistiæ est uerum Christi corpus. Hęc prępositio explanatur secundum decẽ prædicamenta.

Quantum ad prædicamentum substantiæ.

Vtrum sub sacramento sit uerum & substantiale corpus Christi. lectio. 39. per totum. 312
Qua substantiali mutatione incipit corpus Christi esse sub sacramento. An per conuersionem alicuius in ipsum. An fine conuersione incipiat esse corpus Christi cum pane, manẽtibus substantia, & accidentibus: uel accidentibus tantum. lect. 40. per totum. & rectatis opinionibus. 320
Respondetur ad quæstionem. 321
Quod substantia panis non manet: sed realiter in substantiam corporis Christi conuertitur: transubstantiatur seu commutatur. 321
Conuersio quid est Quæ & quot connotat secundum Scotum. lect. 40. 321
Quid in quid conuerti potest. An qdlibet creatum in quodlibet. An in Deũ aliquid potest cõuerti. Vnum in aliud conuerti quid est. An sit unum fieri aliud. 322
Autoritates quæ uidentur sonare in oppositum soluuntur. 323
Conuersio est multiplex. 324
Qua specie conuersionis panis conuertitur in corpus Christi. lect. 40. 325
Transubstantiatio quid est diffinitiue secundum Scotum. 324
Responsione ad quæstionem, q conuersio panis dicitur transubstantiatio. 325
An uirtus creata habet transubstantiare in sua potestate: uel solus Deus. 325
Secundum Scotum. An sit de ratione transubstantiationis esse præsens accidentibus. Et an substantia panis possit transubstãtiari in corpus Christi ut in cælo secundum Scot. 325
Successio quid dicit secundum Scotum. lect. 40. secundum Ockam. 322
Transubstantiatio secundum Ockam qd est lect. 40. 326
Ad transubstantiationem quid requiritur. bid.
An substantia panis possit transubstantiari in corpus Christi ut in cęlo secũdum Ockam. 326
Conuersio panis quæ dicitur transubstantiatio: quomodo dicitur transubstantiatio: cum tamen (ut uidetur) eius terminus formalis nõ est substantia: sed ubi: prętentia, sufficet corpus Christi lectio. 40. mouetur dubium. & respondetur. 329
In transubstantiatione panis in corpus Christi, concurrunt duæ mutationes, & una successio. lect. 40. 328
Ibidem an una possit ab alia separari uel non.
Transubstantiatio secundum Scot. duo connotat: secũdum Ockam uero tria & quæ sunt illa. lect. 40. 328
Ibidem quotupliciter potest fieri trãsubstantiatio secundum hunc, uel illum doc.
Transubstantiationis terminus formalis quis est. an ubi acquisitum uel sub-

ſtantia conſeruata, aut ſuccedens. lect.40. 329
Vbi eſt terminus formalis mutationis localis: ſed non tranſſubſtantiationis. ibid.
Conſeruari ad definitionem alterius quid eſt. lect.40. 329
An id in quod fit conuerſio oporteat eſſe in loco conuerſi adequate, & præciſe. An diffinitiue, uel circunſcriptiue. lect.40. 329
Tranſſubſtantiationis poſſibilitas oſtenditur multipliciter: ubi etiam diuinæ potẽtia circa rerum mutationem multipliciter explicatur. lect.40. 330
An panis conuertatur in ſolum corpus Chriſti, an etiam in corpus, & ſanguinem, aut deitatem. Et an de facto panis conuertatur in animam, & ſanguinem. lect.40. 331
Reſpondetur per multas propoſitiones. 332
Tranſſubſtantiatio, & conuerſio ſumitur dupliciter. lect.40. 331
Terminus formalis conuerſionis dupliciter accipitur. lect.40. 331
Tot poſſunt in euchariſtiæ conſecratione poni conuerſiones: quot incipiunt de nouo eſſe ſub ſpẽbus panis. lect.40. 332
Qũo aliqd cẽſſe ſub ſpẽbus panis ui cõuerſionis aut per cõcomitantiam. Ad quem intellectum. Et quid eſt ibi ui cõuerſionis tantum. Quid per concomitantiam. Et an pro quolibet tempore, eadem ſint præſentia facta conſecratione panis. lect.40.
Qualis mutatio eſt panis deſitio. An annihilatio, uel corruptio. lect.41. 332
Reſpondetur. 333
De annihilatione latius uide annihilatio. 335
Cur ad tam difficilem intellectum limitauit eccleſia articulum de euchariſtiæ ſacramento. lect.41. 336
Ibi primum recitatur opiniones: & præſertim rationes ſancti Thom. & improbantur. Reſpõdetur uerò ad dubium. 337
Ibidem utrum eccleſia determinando illum articulum, fecit de non uero, uerum. Aut an ſolum quod uerum fuit: declarauit uerum. 338
Ibi an eccleſia per ſuam determinationem, faciat nouum articulum fidei. 338
Quid intelligitur per corpus, in quod cõuertitur panis, late tractatur lectio.42. per totum. 339
Secundum diuerſitatem opinionũ de pluralitate formarum, reſpõdetur ad quęſitum ſecundum opi. de paucitate formarum gaudentem. 344
An cõuerſio panis in corpus Chriſti, fiat in inſtanti, aut ſucceſſiue. lect.42. 345
Quomodo & quando operatur uirtus diuina ad ſucceſſiuam uerborum prolationem. 345
An totus Chriſtus ſit præſens in altari facta conſecratione. lect.42. 346
Reſpondetur quoad omnem totalitatem quæ poteſt eſſe in Chriſto, & ſecundũ utranq; naturam, multũ pulchre. 347 350
Et ibidem quid eſt eſſe ibi per concomitantiam quid ui conuerſionis. 347
Item dupliciter aliquid dicitur eſſe ſub euchariſtia per concomitantiam. 348
Quid uerò eſt ſub ſacramento reſpiciens humanitatem Chriſti late habetur. 349
De partibus eſſentialibus, & accidentalibus corporis, & animæ. Item de ſanguine &c. Summarie reſpondetur de contentis ſub ſacramento. Multum pulchre, & ſuccincte. Item an ſub qualibet particula fractionis totus Chriſtus contineatur. lect.80. 809
Siue hoſtia diuidatur, ſiue non: ſed maneat integra poſt conſecrationem.
De reſpicientibus corpus Chriſti quantum ad prædicamentum quantitatis.
Vtrum corpus Chriſti ſit ſub ſacramento altaris quantum, & extenſum: late diſputatur per totam lectio.43 & recitatis opin. concluditur cum Ocham: q̃ non eſt ibi circunſcriptiue, ſed diffinitiue. huius poſſibilitas late oſtenditur. lect.43. 351
Et quòd multa in hoc ſacramento ſunt ſupra naturam, & intelligentiam noſtram. 353
Recitatis diuerſis opinionibus. 355
Et ipſis improbatis a Scoto.
Ponuntur rationes Ocham contra Scotum. 358
Opinio Ocham recitatur. 359
Secundum eam reſpondetur.

Quomodo saluari potest partium organicarū, distinctio, & ordo in corpore Christi: cum non est in sacro quātum & circumscriptiue, sed solū diffinitiue. 360
Quo saluatur figura partium cum nō est ibi quantum. 361
In quo dissonant, & quo pnt concordari ille opiniōes Scoti, & Ockā. & aliorū. 361
De respicientibus corpus Christi, quantū ad prædicamēta relationis.
Accidentia siue species sacramēti eucharistiæ in quo subiectantur. An maneant eædem ante, & post consecrationem. lect. 44. 362 363
Cum autem non sint in substantia panis, aut uini, aut aeris circunstātis: nec corporis Christi: an sint in aliquo subiecto accidentali, puta in quantitate. Recitatur opinio. 363
Improbatur per Scotum. 364
Respondetur secundum Ockam. 365
Solumtur rationes alterius opinionis.
An de facto in sacro altaris oīa accidentia stant nude sine subiecto, recitantur opiniones: & secundū eas diuersimode respondetur lect. 44. 367
Ibi an accidens unum possit esse subiectū alterius accidentis de prædicamento qualitatis.
Vtrum oēs qualitates substantiæ panis, & uini inhærentes ante cōsecrationē: maneant facta consecratione lect. 44. 368
Vtrum oēs qualitates corporis Christi: immo omnia accidentia absoluta corpori Xpi in cœlo inhærentia: quorum rōmbus formalibus modus existendi sub sacro diffinitiuus non repugnat: inhæreant corpori Christi ut in sacramento. lect. 44. 368
De hoc supra lect. 42 per totum.
Vtrum in hoc sacro contraria sint simul in eodem loco uel subiecto, puta humiditas, & siccitas panis, & uini lec. 44. 369
De prædicamento actionis, & passionis: prout respiciunt uel Christum in sacramēto, uel qualitates corporis Christi: aut sacramentalium speciērum. 369
De actionibus, & passionibus accidentiū tam sacri q̄ corpis Xpi. p totā lec. 45. 369
Vtrū accidēs possit esse principiū generādæ substātiæ. Et utrū illæ qualitates sacrales nūc hñt eandē actionē extra subiectū, quā hñe poterant in subiecto. Et sim liter de transmutatione passiua circa species sacrales: an nunc fieri possit ab agente naturali in eas: sicut dum erant in subiecto. Recitatis opinionibus. 370
Respondetur secundum Ockam.
Et secundum Alex.
Item an species possunt uideri, tangi, odorari, calefacere, humefactare &c. Muscā incidentem in calicē occidere: inebriare. &c. 371
De transmutatione passiua circa species nota aliquas regulas bonas. lect. 45. 372
Quæ transmutatio passiua specierum facit corpus definere esse: & q̄ nō. lec. 45. 372
Quæ trāsmutatio passiua circa species fit a solo Deo miraculose, quæ a creatura. Et an omnes passiue transmutationes nunc aut fiant circa species facta consecratione: quæ prius fieri potuissent. Et a quo agente. An nouo miraculo. lect 48. 373
Productio substantiæ nouæ ad speciērū desitionem, a quo fit: puta dū spēs desinerent informare panēm si esset ibi panis substantia. Et an fit secundū materiā, & formā: uel sēm alterū trm. le. 45. 373
Ibi an prior materia uel forma reproducat: q̄ fuit ipsius panis, ante conuersionē. Aliter & aliter trādē secundū Sco. & Ockam de transmutatione passiua specierum quoad substantiam.
An nutriatur sumēs eucharistiæ species. Et a quo. unde producitur substantia in alendo cōuertenda per nutritionē. An sacramentum nutriat. lect. 45. 374
Et quomodo sacerdos sumendo species sacramentales, non soluit ieiunium: licet nutriatur. 375
Ibi ad quem intellectum dicuntur species sacramentales nutrire.
De transmutatione passiua accidentium sensibilium eucharistiæ quæ fuerunt in pane, aut eis successerunt. 376
Per quem fit mutatio specierum ad locū. Respondetur secundum duas opiniones de motu. lect. 45. 376
Ad quantitatem. 377
Ad qualitatem acquisitiuam, & deperditiuam.

ditiuam ibidem dicitur secundum uarietatem opinionum. 377
De actione, & passione corporis Christi, & accidentium eius: quæ sibi primo cõpetunt, ut in sacramento: dato q̃ nulli sibi esset nisi in sacramento. 377
An oculus Christi seipsum uideat in sacramento. Et an aliqua operatione creata spirituali prout est in sacramẽto. Aliter & aliter respondetur secundum Scot. & Ockam. lect. 45. 378
Omnis operatio spiritualis puta intellectus, & uoluntatis, potest primo inesse Christo ut in eucharistia. lect 45. 377
Quandiu manet Christus sub speciebus sacramentalibus: & cum desinit esse, quo peruenit. lect. 84. 850
Recitantur diuersę doc. opiniones.
Omnem actionem tã corporalem, q̃ spiritualem, quã põt habere corpus Christi, si esset in loco circumscriptiue, potest etiam habere cum non est in loco circumscriptiue: sed definitiue: passis æqualiter dispositis secũdum Ockam: secus secundum Sco. lect. 45. 379
Vtrum, & in quo sensu concedi potest: q̃ corpus Christi ut in sacramento, uideatur corporali oculo. lect. 45. 380
Ibi ostenditur q̃ aliquid quadrupliciter contingit uideri uisione sensitiua. 381
De uisione intellectuali corporis Christi sub eucharistia. An possit uideri ab intellectu separato, & non separato. A bono, & malo angelo. A beato, & non beato. An diabolus prohibeatur uidere præsentiam corporis Christi sub eucharistia: & quomodo. 382
An angeli, & beati in cœlo uideant existentiam corporis Christi sub eucharistia in uerbo. 383
An intellectus coniunctus uiatoris, possit uidere corpus Christi sub eucharistia. Aliter & aliter dicendum secundum Scot. & Ockam. ibid. 383
An aliquæ transmutationes corporales passiuæ possint naturaliter fieri circa corpus in eucharistia, ut q̃ percutiatur lędatur &c. Et quid si nobac ibi esset mortale, ut i cena domini, an aliquod agens naturale possit in ipsum agere. Aliter ridet Scotus, aliter Ochã. lec. 45. 383
De respicientibus corpus Christi in sacramento & in genere: quantum ad prædicamentum ubi.
Vtrum corpus Christi simul possit esse in diuersis locis circumscriptiue. Et idẽ quæritur de quolibet alio corpore. lectio 46. per totum. 384
Recitatur opinio cum suis motiuis, quod non. 385
Responsio uera, q̃ sic cum suis rationibus, & probationibus, quia non includit contradictionem, ideo non est a diuina potentia negandum. 386
Quid concedendum, & quid negandum est de corpore Christi in diuersis locis existente. Et de quolibet alio corpore secundum Scot. ibid. secundum Ochã. 387
Respondetur ad rationes oppositas.
Ad inconuenientia inducta. 389
Vbi late habetur de terminis priuatiuis, & eorum multiplici acceptione, & qñ conceduntur de eodem, quando prædicata priuatiua inferunt contradictoria, uel non inferunt. 392
Vtrum desinentibus speciebus, dicatur corpus Xp̃i localiter moueri. lec. 84. 854
Vtrũ corpus Christi localiter mutetur, dum ui consecrationis incipit esse sub speciebus panis. recitatur opinio, & improbatur. 393
Et ostenditur ueritas. lect. 46. 394
Et si est ibi mutatio: quale sortitur nomen. 854
An debeat dici mutatio localis. Quid est mutatio localis. ibi d.
Ad idem lect 84.
Vtrum corpus Christi in hora consecrationis descendat p̃ mediũ localiter ad species sacramenti altaris. lect. 47. 396
Cum autem corpus Christi ante consecrationem est in cœlo, quomodo potest uenire ad locum specierum, & nõ moueri per medium. 797
Late ostenditur & declaratur. Existentia corporis Christi sub sacramento non necessario præsupponit secũdum Sco. eius existentiam sub modo naturali: immo posset post incarnationem desinere esse modo naturali, & tantum manere in eucharistia. 397
Potuisset quoque eucharistiam instituisse

ante suu incarnationem cum eadem efficacia signi & signati: sed tunc in consecratione corpus Christi incepisset esse a nouo. 398

Vtrum corpus Christi in hora consecrationis descendat localiter de cœlis per media ad species sacramentales iuxta uerbum Grego. in lib. dial. Et quomodo tempore consecrationis dicuntur cœli aperiri tripliciter. lect. 47. 399

Vtrum corpus Christi motis speciebus, localiter moueatur, & per quem. an per sacerdotem: uel uirtute diuina. Aliter respondetur secundũ Sco. lect. 47. 400

Aliter secundum Ocham. 401

Anima Christi potest corpus suum mouere in cœlo organice: sed in sacramento non organice. 402

Summarie hæc epilogantur secundum utrosque doctores. 402

Consecrationis forma efficacia.

Vtrum uerba consecrationis formã integrantia habeant aliquam uirtutẽ effectiuam naturalem, uel supernaturalem respectu præsentiæ corporis Christi. lectio 47. recitantur opiniones doctorũ, & motiua eorundem. 402

In quo deniq; concordant. 403

Quorum dicta breuiter improbantur.

Et respondetur ad quæstionem. 404

Si uero omnia illa fiũt uirtute diuina assistente, quomodo uerba dicuntur consecratiua, & quomodo corpus Christi sit præsens speciebus panis ex ui uerborum. Ad quem deniq; sensum dñs sacerdos consecrare. 405

Quod cõsecratio fiat diuina uirtute non insistente: sed assistẽte: deducitur exẽplis miraculorum Christi. 406

Verba consecrationis dicunt causæ sine qua non, trãssubstantiationis. Et quare sic dicuntur causę sine qua non. 407

Quomodo pactum fecit Deus cum ecclesia in nouo testa. In ueteri cum patribus. 407

Quomodo sacramenta causant, quod significant per uirtutem assistentem non insistentem diuinam. 408

De formæ consecrationis ueritate, & conuenientia.

Et quid demonstratur per (hoc). Quale tempus importat (est) lect. 48. 409

Opinio Inno. 9 termini formæ consecrationis accipiantur materialiter. 410

Improbatur opinio. Et soluuntur nihilominus rationes. 411

Inducitur alia opinio. 412

Quod uerba sumãtur significatiue. Quid autem tunc demonstrent (hoc) & (est) recitantur opiniones multæ Rich. de S. Vict. & Rich. de media uilla, & aliorum. 413

Opinio Alex. de Ales, & altisiodorensis. 414

Opinio sancti Thom. Egidij, Bona.

Comparantur opiniones adinuicem. 415

Ostenditur maior difficultas de copula est. 416

Circa quod recitantur opiniones Scot. Ocham. 417

Quid demonstrat (hoc). Est, quale tempus significat, & quãtum spacium temporis secundum mentem Gabrielis lect. 48. 418

Finalis responsio breuis, & clara quid significat hæc propositio, hoc est corpus meum.

Hoc est corpus meum an sit consecratiua inquantum uera, uel falsa: significatiua, uel non significatiua: aut ut a Deo instituta. Et qua intentione proferri debet a sacerdote celebrante. lect. 48. 419

Consecrationis formæ congruentia.

Pulchre ostenditur cõsecrationis formæ cõgruentia. Quodq; omnia illa quatuor uerba aptẽ, & congruẽ, sunt posita: nec superflua: nec diminuta: quod late ostẽditur, quoad singula uerba in eo posita. lect. 48. 420

Conuersionis panis, & uini in corpus, & sanguinem domini apta expressio, seu locutio.

Conuersio panis, & uini in corpus, & sanguinem domini a diuersis sanctis diuersimode exprimitur lect. 49. 422

Veritas tenenda circa conuersionem præmittitur, & summatim epilogatur. 423

Dehinc ostenditur, quæ propositiones in hac materia, circa panis conuersionem sint proprie, aut improprie admittendæ, uel respuendæ, aut exponendæ. 424 425

Diuinissimi sacramenti eucharistiæ adoratio.

Quo cultu, quaue adoratione diuinissimum sacramentū est uenerandum, & adorandum: uide latius Adoratio: adorare: de hoc habes lec. 49. usq; in finem lectio. de adoratione in genere, & eius speciebus. Responsionem ad dubium de adoratione eucharistiæ. lect. 50. 425 444

Ibi multū bene qūo latria interiore Christus adorandus est in eucharistiæ ostensione: fide. spe, & charitate. Quomodo adorandus est latria exteriore. 444

Vbi late habetur de gestu corporis in elevatione eucharistiæ, de capitis nudatione, genuum flexione, pectoris tūsione, manuum eleuatione, &c. Reprehensio hęc negligenter tpe eleuationis omittentium. 445

Ibidem de meditatione, quam formabit sacerdos eleuando, & ostendendo populo eucharistiam. 446

Diuinissimi sacramenti uisio.

Quare ecclesia instituit eucharistiā in alta eleuari debere: ut ab omnibus uideatur. An peccator peccet uidendo eucharistiam: sicut peccat eā manducando, & si non: quæ est ratio diuersitatis, & peccet manducans in peccato: & nō sic uidens in peccato. lect. 50. 446

Quid de tangente eucharistiā in peccato siue sit laicus, siue ordinatus. 447

De boza tangente arcam calcitrantibus bobus. Idem de bethsamitis uidentibus arcam reductā: & percussis plaga magna. 447

Quid de uidentibus hostiam non consecratā eleuari quasi cōsecratā. An sufficiat illis habitualis adoratio ad euitā dū idolatriā. Et qualis intētio debet eē in adorāte, dū hostia eleuatur. lect. 50. 448

Quid de adorante diabolū transfigurantē se in angelum lucis nesciente. ibid. 449

Quid agēdum, si in loco hostię appareat species alterius, puta, carnis, cruoris, pueri &c. lect. 51. 449

Ibi de multiplicibus apparitionibus, quæ multis factæ fuere de corpore Christi, & eucharistia. Quare fiunt, & ad quid. An ibi sub illa effigie Christus uere contineatur: & quomodo. 450

Ibi quomodo saluantur huiusmodi apparitiones a fictione falsa, & mendacio. 451

Recitantur uariæ opiniones hincinde. 453

Sed quid agendum dum tales apparitiones fiunt sine reuelatione diuina de corporis Christi prēsentia. 454

Et quid si sacerdos ante consecrationem reperiret in altari carnem pueri, aut sanguinem in calice: debet ne manducare: aut abstinendo inter reliquias recludere. 454

Eucharistię præfiguratio multiplex.

De sacramenti eucharistiæ præfiguratione: & de figurarum ratione & congruētia, numero, & sufficientia: ordine, & excellentia. lect. 55. 491

Eucharistiæ. quid est lect. 45. 372

Horę canonicæ.

Horæ canonicæ ad quid institutæ sunt. Quo tempore diei sunt legendæ. Et quemadmodum deputatæ sunt illis horis quibus dominica passio incepta, cōtinuata, & consummata est. ubi sententiosissime ostenditur quid dominus qualibet hora: & ubi: & a quo pallus est. lectio. 13. 67

Horę canonicæ ex causa rationabili possunt præueniri. Et matutinæ sequentis diei nocte legi stante rationabili causa lect. 13. 69

Ibidem quomodo ante finem naturalis diei sunt terminandæ.

Legens horas canonicas extra tempus legitimum, ad quid diriget suam intentionem. lect 13. 70

Quæ horę canonicę legendæ sunt antemissam. Ibi de diuerso more celebrantium: uel ante tertias: uel ante sextas: aut ante nonas. lect. 13. 70

Horæ canonicæ an aliquid ualeāt ex opere operaro. Similiter oratio dominica secluſa dispositione orantis. lect. 57. 524

Horæ canonicæ quomodo sunt dicēdæ: qualis in eis requiritur attētio, uel intellectus. lect. 62. 524

Ibi de distractione in horis canonicis, qñ est peccatum: & quando non. 587

Vide latiꝰ de oratione & lectione, eadem. lect. 588 589

Hostiæ seu eucharistię fractio.
Causa fractionis hostiæ post cõsecrationem multiplex est, ibi multæ dicuntur de fractionis, ac partium significatione. lect. 80. 803
Ibi etiam de modo fractionis. De ueritate fractionis ibidem 807
Et recitãtur opiniones quatuor: ueritas determinatur. respondetur ad rationes in oppositum: & saluatur dictũ Berengarii. 808
Item an sub qualibet particula fractionis totus Christus contineatur. 809
Item an sub qualibet parte sacramenti indiuisi, & non fracti, sit totus Christus: recitantur opiniones. 810
Vtrum sit uerum dicere, q̃ in sumptione eucharistię est uera mãducatio. lec. 80. 808
Vtrum corpus Christi multotiens: an solum semel sit sub una hostia consecrata. lect. 80. 812
Vtrum corpus Christi sit sub parte punctuali. lect. 80. 813
Vtrum sumentes particulas in communione accipiant dem, uel diuersa. lectio. 80. 813
Vtrum eadem hostia sit in diuersis altaribus. lect. 80. 814
Vtrum partes hostiæ fractæ sunt eędem, uel diuersæ. lect. 80. 813
Eucharistiam indigne sumentium pœna, peccatum, & periculum. De pœna & periculo indigne sumentium eucharistiam. lect. 87. 896
Peccatum indigne sumentium eucharistiam comparatur peccato proditionis iudæ. lect. 87. 896
Quare hoc. 896
Comparatur secundo ingratitudini, & blasphemiæ iudeorum. 897
Immo indigne sumentes aliquid amplius faciunt, quam iudæi. 898
Comparatur peccato crucifigentium 898
Duodecim mala prophera enumerat consequentia indignam sumptionem. lect. 86. 899
De grauitate peccati indigne communicantium, & unde colligitur grauitas peccati. lect. 87 900
Eucharistiæ frequentatio.
Vtrum expedit frequenter communicare. Et an eligibilius sit non abstinere, quam abstinere a communione cæteris paribus. lect. 87. 900
Arguitur pro & contra. 901
Respondetur ad dubium per tres propositiones. 904
Respondetur ad rationes in oppositũ. 908
Eucharistiæ mandducatio quadruplex. i. pure corpora lis lect. 87. 903
Sacramentalis tantum: spiritualis tantum: sacramentalis, & spiritualis simul. ibid.
Inuectiua contra senes, & effœminatos, qui sine causa a celebratione abstinent: & de pœna, quę contra eos manet. lect. 87. 902
Quare non licet uno die pluries extra celebrationem debitam communicare. lect. 87. 907
In quibus casib⁹ licet pluries uno die celebrare. lect. 87. 907
Vtrum licet sacerdoti, uel laico pro perpetuo a celebratione, uel cõmunione cessare. lect. 87. 909
Eucharistiæ institutio.
Eucharistiæ institutionis tempus factæ a Christo, secundum ueritatem contra græcos: uide in lect. 34. 252
Eucharistia an possit confici in fermentato: an in azymis: in quo Christus confecit: uide in lect. 34. 252
Eucharistiæ materia. lec. 35. de hoc latius in titulo. De requisitis ad sacram communionem sub uerbo. Confecrationis materia. 261
Eucharistiæ forma: & eucharistiæ consecrationis forma, uide late lect. 38. & in titulo, & requisitis ad sacram communionem sub uerbo consecrationis eucharistię forma. 300 302 299
Sub eucharistiæ sacramẽto quid cõtinetur. An totus Christus secundũ naturã diuinam & humanã quoad omnes partes integrales, & essentiales. lec. 42. 347
Respondetur per multas propositiones: & aliquid per concomitantiam, & hoc duplicem: & quæ sunt illa. 350
Quid deniq; sit esse ibi ui cõuertionis & per concomitantiam. lect. 42. 348
Sub eucharistiæ sacrõ quid continetur: & qualiter ex parte humanitatis Christi. lect. 42. 349

Vbi late habere de oĩbus ptibus integralibus,&ornatib⁹,& accidẽtibus &c. Item de sanguine xp̃i. Sũmarie trãdetur de contentis sub eucharistia. 350
Potuisset deus eucharistiã instituisse ante christi incarnationem cum eadẽ efficacia signi,& signati. lec 47. 387
An populus cõicaturus teneatur ex præcepto Christi,uel ecclesiæ cõicare sub utraque specie. lec.84. 855
In sacramento eucharistiæ aliqua a solo Christo,aliqua ab ecclesia sunt immediate instituta lec. 84. 857
An aplis mandauerit corinth.cõicationẽ sub utraq. specietan solũ pmisit. le.84. 861
Vsus communicandi sub una specie quare introductus est :& ob qua pericula uitanda. lec. 84. 858
Dato,q̃ ritus cõtonis sub utraq; specie fuerit in primitiua ecclesia:quod tñ nõ legitur: ex hoc non inducitur p̃ceptũ sic cõicandi. Non .n.omnis actio xp̃i ẽ a nobis imitanda.lec.84. 854
Vsus cõicandi sub una specie, non est nouus:sed uetustissimus lec.84. 858
Et potuit rõnabiliter ab ecclesia sic institui, si obstante forte consuetudine in oppositum primitiuæ ecclesiæ. 860
Quare sacerdos celebrãs cõicat sub utraque specie;non sic laicus. lec.84. 861

Fructus sumptionis eucharistiæ.

Aliũ fructũ bonitaliũ mali consequuntur ex eucharistiæ sumptione. lec.85. 862
Fructus eucharistiæ licet sint ineffabiles: attamen a diuersis diuersimode colliguntur. lectio. 85. 863
Secundum alium,& aliũ respectũ. Eucharistia inst tuta est in sacrificium : & in sacramentum. lec.85. 864
Fructus sacrificij altaris:ut est memoriale crucifixionis xp̃i,qui sunt. lec.85. 867
Quodq; similium effectiuũ est operatiuũ: quas operatum est idipsum sacrificium in cruce,& omnia figuralia. 869
Eucharistiæ sacramentum, ut sacrificium patri oblatũ peccata delet:& quæ peccata:unit deo: pacem affert. lec 85. 869
Eucharistiæ sacramentũ ut sacrificiũ,qũo prodest beatis. lec. 85. 870
Eucharistiæ fructus ut est cibus animæ, & sacramentum:duodecim sunt: de quibus ex ordine dicitur. le.85.& seq.lec. 871
Eucharistia cõsiderata in ordine ad xp̃m in ea cõtẽtũ:primo aiã uiuificat:le.85. 871
Relaxat secundo peccata uenialia,& mortalia:præterita,p̃sitia,& futura. 873
Late ostẽditur quõ relaxet pcã: differenter a baptismo. De relaxatione uenialium. 876
An omnia uenialia remittãt. Et qualiter ueniale peccatum dicitur eucharistię sacramentum remittere. ibid.
Eucharistia cõsiderata ut memoriale dominicæ passionis,mẽtẽ inflãmat. le.85. 877
Dat patientiã.y.& ut sic habet duos fructus. 878
Eucharistia considerata ut cibus,& potus spiritualis animæ ;nutriendo alterat cibatum conuertendo in cibum. lect.86. 879
Deperditum restaurat. 880
Eucharistia considerata ut sacramentum panis,& uini,unit Deo transformando hominem in Deum. lect.86. 881
Dat communionem omnium bonorum, & sanctorum. 882
Hinc dicitur sacramentum unionis,& cõmunionis, cuius ratio explicatur. 883
Eucharistię sacramentum operatur in nobis communionem totius meriti Christi. lect 86. 883
Gloriæ angelorum. 884
Totius boni sanctorum. 884
In passionibus mystici corporis. 886
Facit etiam participationem humanorum,& diuinorum. ibid. 886
In eucharistię sacramẽto fons omnis gratię sumitur : qui in sumente quatuor operatur:secundum quatuor commoditates sinistrorum. lect.86. 883
Eucharistia ut est antidotum , & medicina animę, sanat ab infirmitate causam amouendo, & sanitatem restituendo lect.86. 886
Conseruat sanitatem recuperatam. 888
Eucharistia ut est uiaticum , roborat uiatorem in itinere. lect.86. 888
Perducit uiatorem ad terminum. 889
Eucharistia quomodo dicitur hos fructꝰ efficere in sumente ipsam: seu etiã corpus domini lect.86. 890
Quomodo deniq; uerum est , quod dicit saluator. Caro mea uere est cibus &c.

Et sanguis meus uere est potus: sibi fructus efficiuntur uirtute diuina. 891
Verũ indigne sumãt eucharistiã: q̃ ꝑfatos eucharistiæ fructꝰ ñ expiunt in se, nec sentiũt dulcedinẽ suauitatis ad Christũ post perceptionẽ eucharistiæ. lect. 86. 892
Et quare illa deuotio q̃q; subtrahit hominꝰ a Deo, quandoq; ex alia causa. 893
Carẽtia sentiẽdi dulcedinis cuiusdã i peceptione eucharistiæ nõ est signũ digne, uel indigne sumptionis. Nec est causa abstinendi. lect. 86. 894

Excommunicatio.

Qũo & q̃n licet ꝓ excõicatis orare. Ibidẽ quando possunt eis ualere suffragia ecclesiæ. lect. 26. 168
Excõicatus põt plus mereri hũiliter abstinẽdo ab exteriori participatione sacramentorum: quam se ingerendo. lc. 26. 169
Excõicatio est in detrimẽtũ animæ etiã eius, qui humiliter fert eam. lect. 26. 169
Excõicatio ut talis, pœna institiæ nõ excludit a gloria: sed peccatum pro quo fertur excommunicatio. lect. 26. 169
Nec ꝺs est excõicatus a Deo, qui est excommunicatus a prælato. ibid. 169
Quã tẽperate, & parce uti debet ꝓlatus gladio excõicationis, ut habeat rõnẽ non uindictæ: sed medicinæ. lect. 26. 170
Contra eos, qui hoc gladio utuntur ad causas profanas lect 26. 170
Qũo intelligendũ ẽ, ꝙ qdã dicũt excõicatione ligare corpus nõ animã. lect. 26. 168
Vide plura in pœna canonis.

Expositio missæ seu canonis.

Missa est duplex, priuata, & publica, q̃n licet hãc, uel illi celebrare. Añ diẽ, aut i nocte. ubi explicanẽ diuersa tempora. lect. 14. 75 76
Missam an licet celebrare sine assistentia duorũ, i pñtia uniꝰ tm̃. Et qũo ꝛtelligẽdi sũt canones, q uidenẽ dicere, ꝙ nõ licet celebrare nisi in præsentia duorum. lect. 14. 77
Missa quo loco celebrãda ẽ uide i altari. Itẽ i calix. Ibi de pallis, & corporali, & similibus. Sub titulo, q̃ requiruntur ad dignam, uel absolutam consecrationẽ.
Missæ pars principalis. Canon, secreta, actio, sacrificiũ dr. Et quare hoc. l. 15. 80 83
Canon a quibus, uel a quo institutus est. lect. 15. 81
Missam primam quis, & ubi celebrauit: & quarum oronũ fuit hmõi missa. lec. 15. 81
Canon quare dicitur secretum: & quare actio. lect. 15. 81
Miraculum de subita cõuersione panis in corpus domini, dum canon publice, & profane a pastoribꝰ decantaret lec. 15 82
Canon quare est sub silentio legẽdus ex patrum institutione. lect. 15. 82
Canon recte dicitur sacrificium, quia in missæ officio offertur sacrificium summum omnia ue. rect. sacrificia eminentur continens. lect. 15. 83
Missa unde dicit, & quomodo missa multipliciter solet diuidi. lect. 15. 84
Missam præcedunt, confessio publica, & generalis. 84
Altaris osculatio. 85
Et thurificatio. 85
Ibi de eorum significationibus. lect. 15. 85
Expositio huius autoritatis. Stetit angelus domini iuxta aram templi, habens thuribulũ aureũ in manu sua. lect. 15. 85
Primę partis missæ, quæ respicit populi illuminationem, sunt decem particulæ, scilicet Introitus, kyrie eleison, gloria in excelsis, collecta, epistola, grad. alleluia, euangelium, symbolum, offerenda, quarum significatio mystica breuiter explanatur. lect. 16. 86
Inueniuntur enim decem, quæ necessaria sunt ad suscipiendum Christum in sacramento, quę etiam fuere necessaria ad suscipiendum Christum in carnem. ibidem. 86
Pars secunda missę, respiciens consecrandorum oblationem, a diuersis diuersimode incipitur, & partitur. lect. 16. 86
Iterata populi salutatio ꝓ Dominus uobiscum. Et de uerbo oremus, quod offertorio prẽmittitur, & dehinc sequitur oratio, quid hoc significat. lect. 16. 86
Offertorium unde dicitur. lect. 16. 87
Quare cantatur. Et unde sumptus est ritus canendi.
In tertia parte missæ sacerdos se præparat primo incenso. ibi de eius significatione; & præparatione. lec. 17. 93
Secundo iterata manuum lotione. Ibidem quare illa fiat quid significat. ubi fieri debet

ri debeat cum reprehensione illorum, qui eam recipiunt post sanctus. Et quo differt a prima lotione. 94

Tertio oratione, & orationis suffragij. lec. 17. 94

Sacerdos quomodo petit in missa sacrificij acceptationem, benedictionem, & consecrationem: cum tamen de ratione sacrificij sit semper esse acceptum domino. lec. 17. 95

De oratione sacerdotis ad populum cum petendo orationum suffragia inquit. Orate pro me fratres &c. & responsione diuersa circunstantis populi. 95

est. 17. 96

In missæ officio diuersi ritus obseruantur, & tolerantur. Et quare hoc permittitur. lec. 17. 96

Secreta, quæ in missa legitur: quare sic dr & quare secrete legit. Itē q̄ primæ secretæ non præmittitur oremus. Quid secretam significatur &c. lec. 17. 97

Præfatio & eius salutatio ad populum: populi quoq; responsio. 97

Eiusdem excitatio ad dirigendum corda in deum: & quadruplex cordis eleuatio. lectio. 17. 98

Populi excitatio ad dicendū gratias deo: cum expone. Gratias agamus domino deo nostro &c. Et qualiter ac pro quo gratiæ sunt agende. lec. 17. 99

Expositio textus de præfatione. Vere dignum & iustum est: æquum & salutare: cum magna sacramenti eucharistiæ (ueluti omnium sacrificiorum emitissimo) exaltatione & laudatione. lect. 18. 100

Expositio. Nos tibi semp & ubiq; gr̄as agere. cū sequentibus: cum pulchra explicatione: quēadmodum semper & ubiq; deo sint gratiæ agendæ. lec. 18. 102

Expositio Per quem maiestatem tuā laudant angeli &c. usq; in finē. le. 18. Vsq; in finem lec. ubi late explicatur: quem admodū diuina maiestas magis in hoc altaris sacrificio quam in ulla re mundi manifestatur. 104

Expositio Laudant angeli: adorant dominationes: tremunt potestates. Et quid per illa nomina significetur. Quo deniq; commune est angelorum laudare deum: sumendo nomen angelus pro omni spū celesti in genere. lect. 18. 105

Ibi de officio singulorū angelorum. s. dominationum & potestatum secundum Diony. 105

Expositio cæli cælorúq; uirtutes ac beata seraphin usq; ad sanctus. lec. 18. 107

Expositio hymni angelici Sanctus: sanctus: sanctus &c. eius diuisio. lec. 19. 109

Et quomodo triplex acceptio: siue significatio nominis sanctus: uerissime conuenit essentiæ diuinæ. Quare dicitur ter sanctus: & semel dominus deus. 110

De nomine Sabaoth: & quomodo dominus deus dicitur deus sabaoth. 111

Pleni sunt cœli & terra. exponitur. 111

Osanna in excelsis. 111

Alia eiusdem hymni expositione. 113

Quare canoni præmittitur imago passionis Christi. Quare incipit a littera. T. Quare ante canonem sacerdos osculatur librum. Et de alijs ritibus qui præmittunē diuersimode a diuersis. lec. 19. 116

Ibidem de duplici pictura quæ ab aliquibus canoni præmittitur.

Canonis diuisio, & expositio illius textus. Te igitur clementissime pater &c. usq; ibi. Vti accepta &c. per totā lec. 117

Canō quare incipit a littera T. ibi T. littera quid significat & representat: unde sumpta est lec. 20. 118

Expositio canonis ab illo loco. Vti accepta. usq; ibi in primis per totā lec. 21 124

Ibidem de benedictione acceptatione munerum. Itē de effectu sacrificiorum legis ue. 124

Cur offerenda dicuntur dona, munera, sacrificia. Quid importent illa noia. 127

Quid demonstrat pronomen hæc. 128

Et secundum hoc littera, multipliciter exponitur. 127

Item quare dicitur in plurali. Hęc dona: hæc munera. 128

Quid significant tres cruces quas facit sacerdos, dicendo: hæc dona &c. 130

Expositio canonis ab illo loco. In primis quę &c. usq; quam pacificare. lectio. 22. per totum. 132

Ibi de ordine offerendi. Item pro quibus offertur, generaliter, spiritualiter. fraternaliter, singulariter. 132

Expositio canonis ab illo loco. Quam pacificare usq; ibi. Et omnibus orthodoxis lec. 23. per totum. 141
Ibi de oratione quæ fit in canone pro papa: pro rege: pro antistite.
Expositio canonis ab illo loco. Et omnibus orthodoxis: usq; Memento. lectione. 24. per totum. 153
Expositio canonis: Memento domine famulorum famularumq; tuarum. lectio. 25. per totum. 158
Quare dicitur famulorum famularumq; & non uirorum & mulierum. 159
Et qualiter in hoc loco orare debet pro quibusdam singulariter: quorum nomina mente recitare potest. 160
Missa dupliciter ualet: ex opere operato. & ex opere operante lec. 26. 161
Offerens sacrificium missæ duplex est. s. mediatus & immediatus. lec. 26. 161
Ratione meriti ecclesiæ missa potest uno tempore plus ualere quam alio lectione. 26. 162
Vtrum missa celebrata pro pluribus minus ualeat cuilibet plurium: quam si pro paucis: aut pro uno solo celebretur. lec. 27. Vsq; in finem lec. Recitatis opinionibus: respondetur a quæstionem. 179
Expositio canonis ab illo loco. Et omnium circumstantium: usq; Communicantes. lec. 29. per totum 185
Missam audire fructuosum est. Et quando & ad quam fideles tenentur ad missæ auditionem. Præceptum de auditione missæ specificat præceptum dilectionis. lec. 29. 198
Contra gyrouagos: & in ecclesia tempore diuinorum ambulantes hinc inde & in ecclesia uel cemiterio placitantes. 198
Quomodo missa debet audiri. ibidem. 199
Quales dispositio requiritur in audientibus missam: ut gratiam sacramenti participiant. lec. 29. 199
Missam audiens populus: quomodo dicitur offerre sacrificium laudis cum sacerdote. lec. 29. 200
Pro quibus missam offert populus circunstans. 201
Expositio textus. Cómunicantes & memoriam uenerantes: ubi late tractatur in quibus cum sanctis communicamus. lec. 30. 207
De collectis in fine missæ legendis: & ritibus ac gestibus cęremonialibus sacerdotis lec. 89. 917
Ibi de eorundem significatione. 618
De septem salutationibus sacerdotis, & quinq; conuersionibus ad populum in missa. lec. 79. 792
Et quid hoc representat. De multiplici conclusiua missæ per Ite, benedicamus. requiescat. lec. 89. 923
Et quando sic uel sic concluditur: exponuntur he conclusiones. ibid. 919
Cur Ite missa est dicitur in festis. Benedicamus domino in ferijs. lec. 89. 919
Ibidem de responsione chori aut ministri. De benedictione sacerdotis: modo: forma. lec. 89. Cum expositione singulorum uerborum benedictionis. 921
Item quid significat illa benedictio. unde sumpta est. 921
Expositio orationis: placeat tibi sancta trinitas. lec. 89. 923
Expositio canonis ab illo loco. In primis quæ tibi offerimus: usq; hanc igitur. lec. 22. 132
Expositio canonis ab illo loco. Hanc igitur. usq; qui pridie. ubi innuitur quomodo omnes ordines suis officijs concurrunt in sacrificio missæ. Petiturq; acceptari sacrificium non ex parte sacrificijs sed ministri. 235
Item de ritu quem tenet sacerdos in horum uerborum prolatione. 250
Expositio horum uerborum. Qui pridie quam pateretur. lec. 34. 251
Expositio horum uerborum. Accepit panem in sanctas & uenerabiles manus suas lec. 35. 261
De tersione digitorum & alijs quę per sacerdotem ante consecrationem cõmuniter fiunt. uide in fine lec. 3. 19
Expositio textus. Et eleuatis oculis: usq; Hoc est enim corpus meum lec. 36. 278
Et quomodo aliqua habẽtur in canone: quæ nullus euãgelistarum de Christo scripsit puta de oculorum leuatione. 279
Quare Christus leuauit oculos ad patrem suum. 279

Expositio uerborum. Hoc est enim corpus meum, ubi late tractatur de forma consecrationis. Quæ uerba sint de integritate formæ &c. lectio. 28 per totum. 241
Expositio textus. Simili modo postquam cænatum est, usq; ad finem consecrationis calicis. lec. 52. per totum. & partim lec. 53. 455
Annectuntur rationes de singulis terminis ibi positis in textu. Ibi quomodo forma consecrationis calicis est forma certa, congrua, sufficiēs & perfecta. lec. 52. 462
Plura alia iuxta litteram notātur ibi: & remittuntur ad prædicta. Expositio textus. Vnde & memores. usq; ibi. 482
Supra quæ propitio. ubi etiam habetur quare fit in canone memoria passionis, resurrectionis, & ascensionis Christi: ubi etiam ponitur ratio eorum, quæ sacerdos facit in altari. lec. 54. Expositio textus Supra quæ ppitio &c. usq; ad memoriam mortuorum. lec. 55. 488
Cur plus sacrificia Abel, Melchisedech & Abrahæ commemorantur in canone quam aliorum. 497
Et cur potius de lege naturæ quam de lege Mosaica sumuntur hæc sacrificia. ibidem. 501
De gestibus sacerdotis legentis hanc orationem. Supplices te rogamus &c. Et de crucibus quæ fiunt, ac osculo altaris. 501
Manuum compone &c. 501
Expositio textus. Memento etiam domine &c. usq; Nobis quoq;. lec. 56. 502
Ibi docetur q̄ memoria habenda in missa debet esse b reuis & quare. lectio. 56. 505
Expositio textus. Nobis quoq; peccatoribus usq; Per Christum dominum nostrum. lec. 59. 544
Ibi cur fit secunda sanctorum commemoratio. 547
Quis fuit ille Ioān. de quo fit memoratio. 547
Cur repetitur. Stephanus ibid. Quare nominatim memoria. b. Ioannis Baptiste in canone. 547
Expositio textus Per Christum Dominum nostrum: usq; Pater noster. lectione. 60. 555
Expositio mysteriorum in gestibus: signis & ritibus sacerdotis ab illo loco. Nobis autem: usq; pater noster. &c. 564
Expositio & continuatio textus. Oremus præceptis salutaribus &c. usq; Pater noster. lec. 61. 568
Expositio orationis dominice Pater nostes. lect. 64. 606
Qui es in cælis. lec. 65. 614
Sanctificetur nomen tuum. lec. 66. 620
Adueniat regnum tuum. lec. 67. 631
De septuplici regno diuersimode exponitur. Fiat uoluntas tua. lect. 68. 647
Sicut in cælo & in terra. lec. 69. 659
Panem nostrum quotidianum. lectione. 70. & 71. 670
Exponitur multipliciter de multiplici pane: & præsertim. lec. 71. 685
Et dimitte nobis debita nostra. lectione. 72. 694
Diffuse exponitur. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. lec. 73. 602
Et ne nos inducas. le. 77. 755
Latius exponitur. lec. 78. 798
Sed libera nos a malo. lec. 79. 796
Expositio orationis. Libera nos quæsumus domine. exponitur. lec. 80. 798
Cum rationibus multis: quare tres apostoli præsertim ibi nominentur, cum ceteris ritibus & mistic ationibus horū quæ tunc cum legitur: fiunt usq; Pax domini. 798
Expositio Pax domini sit semper uobiscum. lec. 81. 814
Et de gestis ac crucis signationibus, quas facit sacerdos hanc orationem dicendo. De responsione chori &c. 817
Expositio orationis. Hæc sacrosancta commixtio & consecratio. lec. 81. &c. 819
Ibi quomodo & qualis dicitur fieri cōmixtio & consecratio. Et quæ commiscentur. 819
Expositio Agnus dei. lec. 81. 821
Quis hanc orationem instituit. 823
Cur in Missa defunctorum non dicitur Miserere nobis sed dona nobis requiē. 823
Expositio orationis. Domine Iesu Christe qui dixisti. lec. 80. 809
Ibi de osculo pacis quod datur in missa. 809

Exponuntur ibidem alie orationes.s.Pax tecum. Habente. &c. 828
Expositio orationis. Domine Iesu Christe filij dei uiui.lec.81. 829
Item Perceptio domine. 832
Cum sequentibus orationibus.
Expositio orationis.Corpus domini nostri Iesu Christi. lec. 83.usq; Quod ore sumpsimus:inclusiue. 840
De cantu finali missæ qui communio siue antiphona dicitur : & quid significat. Item de salutatione populi &c. lectione. 89. 916 917

F

FACERE quod in se est quid est.lec.59. 554
Aliquid dicitur effici ab aliquo tripliciter.lec.86. 890
Item lec.4. Vide latius incausare.
Fama.Famę quomodo & quando parcendum est:& an sit præferenda bonis exterioribus corporis aut rerum lectione. 74. 725
Emendatio fratris quæ est bonum conscientiæ:an sit præferenda bonæ famæ si utraq; simul stare non possunt lectione. 74. 726
Famæ custodia utilis est propter multa. lectio. 74. 730
Festum. Festiuitates quare currũt a uespera ad uesperam̃.lec. 34. 257
Fides : credere.
Fidei necessitas & utilitas in genere & p̃sertim fidei implicite : fidei duo sunt principalia obiecta. Item fides fundamentum est edificij spiritualis & animæ uitæ : & multa similia.lec.12. 62
De fidei commendatione,utilitate, & necessitate dicuntur. Item q̃ fides uniuersalis ecclesiæ seu fides implicita ualet contra omnes scrupulos & dubitationes in fide ibi. 63
Item q̃ quandoq; non tam est meritorium credere:quam uelle credere: 63
Puer autem adultus existens extra ecclesiam cui nunquam est fides prędicata : an sit de numero saluandorum: sic de habitantibus in insulis maritimis. lectione. 23 144
Fides quare dicitur catholica & apostolica lectione. 24. 153
Fides quomodo est in apostolis ueluti in radicibus firmis fundata.lect.24. 154
Fidei plurimum contulerunt miracula. lectione. 41. 339
Fides non nascitur ex intellectu credibilium:sed intellectus ex fide fidelis credendo quomodo debet ingenium suũ captiuare in obsequium Christi. lectione. 41. 338
Fidei ueritas propter scandalum non est omittenda.lec. 41. 339
Notitia articulorum fidei quomodo dicitur crescere per temporum incrementa. lectio. 41. 338
Figura legalis. Vide in iudaizare.
Forma. An in eodem composito sit una uel plures formæ. Et a qua totum recipit denominationem lec. 42. 340
Quod est maius inconueniens, materiam stare nude sine forma substantiali,uel sine forma specifica. lec.42. 344
Eadem materia in diuersis locis potest habere diuersas formas si replicatur ad diuersa ubi.lec.46. 392
Frangere,fractio,quære in hostie fractio.
Fructus missæ quære,in missa. in applicatio fructus missæ. In missæ expositio. Item in fructus sumptionis eucharistie.
Fundamentum multiplex, & quomodo differenter Christus & apostoli dicuntur fundamentum ecclesiæ lec. 24. 155
Et quomodo solus Christus dicitur uere & uerum ecclesiæ fundamentũ principale,apostoli uero secundarium. 156
Ad quem deniq; sensum apostoli quãdoq; negantur esse fundamentum. 157
Quomodo deniq; præcæteris apostolis petrus dicitur ecclesiæ & fidei fundamentum & petra. 158

G

GAVDIVM beatorũ essentiale & accidẽtale,de eorũ augmentatione.lec.85. 870
Ibi si beati gaudeant de ho

nore eis in terra impenso: & cultu eis exhibito. An etiam e regione tristentur de malo. 871

IEIVNIVM.

IEIVNIVM. De ieiunio requisito ad eucharistię sumptionem: uide de eucharistiæ sumptione.

Ieiunium naturæ, & ecclesiæ quomodo differunt. lect. 10. 47

Diei principium pium tempore ieiunij quãdo habet initium. lec. 10. 48

Ignorantia est multiplex. Et quæ illarum excuset, uel aggrauet peccatum a toto, uel tanto. lect 7. 36

Impossibile: necessarium, quid est utrũq; quomodo interdũ accipitur le. 78 786

Indulgentia. De indulgentijs: uide in suffragia pro defunctis.

Iniuria: iniuriæ remissio. Iniuriam dimittere: uide in peccatum, & in diligere.

Intentio est multiplex: actualis, habitualis & uirtualis. Et quæ illarum sufficit, & requiritur in actu sacramentali. lectione. 6. 32

Iudaizare figura legalis. Quomodo stat aliquem facere ea, quæ iudæi secundũ legem fecerant: & tamen nullatenus iudaizare. Et quomodo figuræ legales cessauerunt sub ratione figuræ. Et possunt manere sub alia ratione. lect. 34. 260

Iurisdictio uide in potestas ecclesiastica.

LATRIA.

LATRIA uide in adorare. Ibi etiã de speciebus cultus dei, & de latria multiplici.

Laus, honor quomodo differunt. lectione. 18. 104

Honoris, & reuerentię exhibitio in quibus consistit lec 8. 18

Lex, abolitio, abolere. Lex positiua quomodo aboletur ex tolerantia prælatorum sine reclamatione, & non obseruantium correctione. lec. 3. 75

Lex quomodo uenit interpretanda secũdum intentionem legislatoris. Et unde illa cognoscitur lec 74. 724

Ligare, ligatio. Ligatio realis seu corporalis & præcepti qũo differunt. le. 2. 12 13

Locus Motus localis.

Potest deus facere, ꝙ corpus quod nunc est hic: sit & alibi sine trãsitu per remedium. lec. 47. 396

Aliquid mouetur localiter: aut est mobile uel per se, & primo. alio modo per accidens. lec. 47. 400

Res corporea. Item res spiritualis, & deus quomodo aliter, & aliter dicuntur esse in loco. lect. 65. 616

Item quomodo deus dicitur esse ubiq; in omnibus rebus supernus, infernus &c. 616

Item per essentiã, præsentiã, potẽtiam. 616

Cum deus sit ubiq; : quare communiter in scripturis dẽ esse in cælis. lec. 65. 617

Locus, Situs.

De hoc plura uide in eucharistia de prædicamento ubi per totum: Per diuinã potentiã duo corpora possunt esse in eodem loco. Et plures partes eiusdem corporis eidem loco coassistẽre. le. 43. 352

Quomodo saluari põt in corpore Christi, quod est in sacramento definitiue, partium organicarum distinctio, qualificatio, & ab inuicem realis, non localis distinctio. lect. 43. 360

Idem est locus subiecti, & accidentis, substantiæ & accidẽtis: patet ex diffinitione loci. lec. 44. 363

Verum idem corpus possit esse in diuersis locis, latè tractatur. lect. 46. per totũ. 384

Item quid attribuendum sit: & quid non; corpori replicato ad diuersa ubi secundum Sco. 387

Secundum Ockam. 388

Sicut idem corpus potest esse in diuersis locis: ita plura possunt esse in eodem loco penetratiue. Et similiter plura possunt esse loca unius per diuinam potentiam. lec. 46. 389

Termini loci quomodo, etsi sunt contrarij. lec. 46. 389

Qualitates contrariæ an possint esse in eodem subiecto: & loco lec. 46. 390

Esse ubiq; qũo est proprium diuinæ potentiæ solum. lec. 46. 380

An priuatiue oppositæ: aut ẽ qualitates cõtrariæ possint dici de replicato corpore ad diuersa ubi. lec. 46. 390

De priuatiuis. 390
Et nota ibi mirabiles ꝓpositiones quæ uerificant de replicatis ad diuersa ubi. secundum aliam & aliam acceptionem terminorum priuatiuorum. 390
Cum corpus replicatur ad diuersa: quomodo hoc intelligitur uel enim uadit de loco ad locū. Aut quomodo fit ista replicatio. lec. 46.
Eadem materiā replicata potest habere in diuersis ubi diuersas formas. lectione. 46. 392
Nullam implicat contraditionem idem corpus esse in diuersis locis circumscriptiue. lec. 46. 393
Non oportet omnia absoluta quæ insunt alicui in uno: inesse eidem in pluribus locis si ad ea replicatur. lec. 46. 393
Propter replicationem alicuius corporis ad diuersa ubi, non sequitur agens naturale agere per distantiam improportionatam. lec. 49.
Locutio angelorum: uide in cognitio. 393

A M X

MANDVCARE, Comedere, quare in hostię seu eucharistię manducatio.
Manducare quid dicit. lectione. 80. 309
Maria. Marię multiplex præconizatio: quia plena: gratia quia nostræ calamitatis asylum: quia sinus misericordiæ: quia stella maris: & cætera plurima. lec. 32. 226
Item lectio. 79

Meditatio.

Mediationes circa prologum orationis dominicæ. lec. 65. 619
Meditatio Circa Adueniat regnum tuū. lectione. 67 646
Meditatio circa clausulam: Fiat uoluntas tua. lec. 69. 664
Sicut in cælo & in terra. 669
Meditatio circa clausulam. Panem nostrum quo. lec. 71. 691
Meditatio circa clau. Et dimitte no. &c. lectio. 76. 754
Meditatio circa clausulam. Et ne nos inducas in tentationem. lec. 78. 787
Meditatio circa clausulam. Sed libera nos a malo lect. 79. 792
Meditatio circa Amen. lec. 79. 794
Meditatio ante sumptionem eucharistiæ. lectio. 82. 839
Et similiter tempore sumptionis.

Meritorium: Meritum.

Quomodo opera nostra cum sint temporalia: possunt esse meritoria premij æterni. lec. 49. 552
Opera nostra considerantur dupliciter. 551
Ad rationem meriti duo concurrunt. Actus meritorius quid est. 552
Meritum est duplex: sed congrui & condigni. 552
Ibidem ad meritum condigni quę requiruntur. In quo consistit & fundatur condignitas operis & operantis ad præmium.
Meritum congrui quid est. Responsio ad quæsitum. 553
Facere quod in se est quid est. 554
Quomodo deus est debitor hominis sua uoluntate: non rei necessitate. Promissio dei quid est. Et an potest fallere uel mutari. 556
An aliquis possit mereri primam gratiam de condigno. 557
Ad meritum condigni quæ requiruntur. 557
An aliquis possit immediate alteri mereri beatitudinem. lec. 67. 636
Vide amplius in actus meritorius.
Miraculum. Cur fiunt miracula nonnunquam in loco determinato. Coram determinata imagine: & non sic passim, ubiq; lec. 49. 436
Mysterium. Diuina mysteria secrete sunt retractanda. lec. 17. 96
Motus primi. Motus primus sensualitatis quid est. lec. 78. 784
Motus primus quando est uitiosus, & quando non: quādo peccatum mortale uel ueniale: & quando non lec. 78. 785
Mundus. Miseria. De miserijs huius uitæ mundialis late habetur lec. 79. 789
Mutatio accipitur multipliciter. lectione. 40. 324

N

NECESSARIVM, uide impossibile.

Negligentiæ quæ contingunt in missis.

De negligentijs commissis in materia. lec. 88. 911

Quid si deprehenderetur panis non esse triticeus. 911

Quid si loco uini alius liquor calici infusus esset. 911

Ibidem si aqua non fuisset admixta. 911

Quid si sacerdos cognosceret se non baptizatũ: aut non legitime ordinatũ. 911

Quid si sacerdos morte uel aliqua infirmitate deficeret. 912

Quid si particula aliqua in altari inueniretur quã celebrans ignorauit. Simile de guttulis foris calici adhærẽtibus. 913

Quid si sacerdos uolens consecrare plures particulas in prolatione uerborum consecrationis: non cogitaret nisi tantum de particula maiore: quam manu teneret. 913

Quid si certum numerum consecrare intenderet & facta consecratione inueniret plures uel pauciores. 913

De cautelis habendis a consecrante plures particulas. 913

De defectibus contingentibus circa cerimonialia: puta uestes: locũ: tempus: ignem: uasa: orationes: & similia. 914

Quid si sanguis effunderetur aut stillaret, aut panem mus comederet. 914

Si aranea in calicem caderet, aut perderetur particula uel putresceret. 914

Quid si sacerdos recordaretur se aliquid comedisse, aut se excommunicatum esse uel irregularem, aut in peccato mortali non confesso. 915

Notitia, uide in cognitio.

O

OBLIVISCI, recordari dei. Quomodo deus dicitur aliquorũ recordari uel obliuisci, scire uel ignorare aliqua. lec. 25. 508

Item lect. 55. & 56. 489. 499

Offerre: Oblatio.

Vtrũ populus teneatur offerre in missa, allegantur diuersa iura & doc. opiniones, tandem respondetur per quattuor propositiones, prima est de oblatione interiori, quæ est, necessaria. Secunda de oblatione exteriori quæ est meritoria deo grata & fructuosa. Tertia quibus diebus oblatio est præcepta. Quarta quod etiam alijs diebus in casu est debita lec. 16. 88

Offerenda sunt domino tria. lec. 16. 87

Exterior siue exteriorum oblatio facta domino quid significat. lec. 16. 89

In oblatione exterioris substantiæ, pauperum conditio non est peior conditione diuitum. lec. 16 89

Parochiani tenentur suo curato offerre & prouidere in temporalibus. Attamen de huiusmodi populi oblatione & quisione non debet luxoriari, aut superbire, sed substentari. lec. 16. 90

Oblatio exterior quę fieri debet deo, plures habebit conditiones. lec. 16. 91

Oblationes exterioris finis duplex est. s. cognitio diuini dominij, & substentatio ecclesiæ ministri. lec. 16. 92

Inuectio contra offerentes domino uiliora reseruatis melioribus. lec. 16. 92

Doctrina generalis quæ sunt domino offerenda. Et quomodo in oblationibus deo uel sanctis fiendis superstitio est cauenda. lec. 16. 92

Oblatio sacerdotis debet fieri pro omnibus orthodoxis. Schismatici enim hęretici excludũtur a fructu sacrificij missę. lectione. 24. 153

Oratio, orare.

Oratio fieri debet humiliter & simpliciter. lect. 20. 122

Et per Iesum Christum dominum nostrum. ibidem.

Cur sacerdos oraturus deũ in missa dicitur. Memento domine cum tamen deũ nulla seu nullius rei capiat obliuio. lectio. 25. 158

Vult deus quandoq; orari, & ad aliorum petitionem cõferre aliquid, alias non daretur. lec. 25. 161

Orandum est pro bonis corporalibus, spiritualibus & æternis, sed multum differenter

renter, & ordine quodam lec. 29. 203
Cum uirtus in infirmitate perficitur: quo modo oramus deum ut missa pro sanitate lec. 29. 204
Alio fine orandus est deus: alio fine homo. lect. 31. 215
Ibi diffuse quære & ad quid oramus sanctos lect. 30. & 31. 215
Orator secularis, & orator spiritualis multum differenter agunt in suis officijs. le. 31. 216
Orandus est deus: qualiter & quo. le. 31. 217
Oramus sanctos tanquam mediatores coram deo propter multas rationes. lectione. 31. 217
De oratione, uide sanctorum inuocatio.
Orationes quando non expedit esse longas, ne populo nauseam præstent. lectione. 56. 505
Oratio aliqua potest dici priuilegiata: uel quia a Christo instituta, uel quia ab ecclesia ordinata lec. 57. 521
Orationes peccatorum an, & quomodo exaudiuntur a deo lec. 49. 544
Orationis quidditas, & definitio. Et quo modo a diuersis diuersimode definitur lectio. 61. 572
Oratio cuius potentiæ est actus lec. 61. 572
Oratio ad quem est dirigenda lec. 61. 573
Oratio cuius uirtutis est actus. lec. 61. 573
Orationis multæ sunt species. Et quot, & quę sunt illæ. lec. 61. 574
Ad orationem plura requiruntur lectione. 61. &c. 575
In oratione quæ sunt a deo petenda simpliciter. quæ sub conditione. lec. 61. 576
Orare quibus conuenit personis lec. 61.
An personis diuinis, & Christo.
An spiritui sancto.
An beatis animabus, & angelis sanctis.
An omnibus uiatoribus bonis, & malis.
An damnatis. 578
De orationis qualitate quantum ad uocem, locum, tempus, gestum. lec. 62. per totum. 580
Oratio an debeat esse uocalis: & q oratio est multiplex. l & 62. 580
Oratio mentalis, uocalis, mixta, quid est lectio. 62. 580
Oratio publica, & priuata. lec. 62. 581
De orationis publice & cantus uocalis utilitate. 581
Quando utendum est oratione uocali in priuato, & quando non. 583
Oratio priuata, ac singularis quandoq; & quare fit corde tantũ: quandoq; uoce, & corde. lec. 62. 583
Oratio in quo loco fieri debet: & quare magis conuenit orare in ecclesijs. lectio. 62. 583
De orationis diuturnitate, & continuatione. & quomodo uerum est, q oportet semper orare. lec. 62. 584
Ibi de multiplici orationis continuitate. 585
De corporis gestibus in oratione. Et quare uersi ad orientem oramus lectione. 62. 585
Ibi quid significat pectoris tunsio: manuum extensio, genuflexio &c.
De attentione in oratione habenda. Et q triplex est attentio. Una, quæ fertur in uoces, & uerba. Alia in uerborum significata. Alia nec ad hæc, nec illa lectione. 62. 586
Qualis uero attentio requiratur in oratione: patet ex propositionibus multis de actuali attentione. 587
De habituali, & uirtuali. &c. 589
Orationis effectus multiplex lectione 62. 586
De distractione in oratione quãdo est peccatum: & quando non lec. 62. 588
Et qualis distractio exigit orationis repetitionem. ibid. 589
Vtrum liceat inter orandum meditationes cælestium: sed tamen impertinentiũ admittere. Et quid agẽdum, si talia inter orandum occurrunt. lec. 62. 588
Ad orationem, ut sit exaudibilis, duo requiruntur. lec. 79. & lec. 16. & 17. 795
Vtrum quilibet uiator fidelis possit exaudibiliter orare hanc clausulam orationis dominicæ. Adueniat regnum tuũ. lectione. 67. 636

Oratio, Orare.

Interruptio orationis quando & qualis est peccatum. Et in quo casu licitum est orationem interrũpere. Ibi de tardeuenientibus ad horas, ubi incipient orationes suas lect. 62. 588

Expeditior est attentio in oratione ad sensum litteralem. lec. 62. 589
Affectus quibus oratio redditur exaudibilis tres sunt. lec. 62. 590
Cur uerbis utimur in oratione lec. 62. 590
Quomodo psalmi, nullam petitionē continentes, aut petitioni non correspondentes, nostris orationibus commiscētur. lectio. 62. 591
De quinto; sci meditatione, quæ præcedere debet orationē exaudibilē. le. 62. 592
De orationis efficacia quantum ad impetrationem. lec. 63 per totum. 593
Orationum alia est meritoria, & non impetratoria. Aliud deniq; est orationem esse meritoriā, aliud impetratoriā. l. 63. 593
Ad orationē esse impetratoriā quattuor requiruntur conditiones. lec. 63. 593
Oratio impetratoria fieri debet pie ut autem pie fiat; quinq; requiruntur conditionis, quæ includunt omnia requisita ad orationem ex parte orantis ut sit impetratoria. lect. 63. 594. 595
Orans in peccato mortali quando peccat mortaliter: & qñ non peccat. le. 63. 595
Petens pie non omittet debita media ad acquirendum aliquid ordinata. Ibi de petitione filiorum zebædei. lect. 63. 596
Orans petet perseueranter. Et quid est perseueranter petere, & orare. lec. 63. 597
Orans petet ea quæ sunt ad salutem. 598
Et qui sic petunt, lec. 63. ibid.
Oratio impetratoria fieri debet pro se. ibid.
Sepæ enim quis non auditur pro alio orans lectione. 63. 598
Oratio quare semper est impetratoria omnium, quæ petuntur si fiat pie, perseueranter ad salutem pro se. lec. 63. 598
Et q sic petētem semper exaudit ad utilitatem: licet non ad uoluntatem, & sic intelligitur, q talis oratio semper exauditur. ibidem. 599
Martyres clamantes ad deum in suis pœnis: quomodo dicuntur exauditi, cum tamen in pœnis fuerūt derelicti a deo. lectione. 63. 599
Oratio meritoria quomodo se habet ad orationem impetratoriam. lec. 63. 600
Vt sic oratio sit simul impetratoria, & meritoria quæ requiruntur. lec. 63. 600
Orationem esse impetratoriam non coexigit gratiam secus si debet esse meritoria. lectione. 63. 600
Orationis utilitas, & fructus multiplex pariter, & necessitas. lec. 63. 600
Orationis dominicæ excellētia propter eius dignitatem. In quo consistit talis dignitas. lec. 64. 602
Breuitatem. 602
Quare dñica oratio tārę breuitatis est Fœcunditatem, & sententiarum ponderositatem. 602
Quomodo oratio dominica omnia petenda, & omnes precationes hincinde in scripturis contentas in se claudit, & continet. 603
Præter contenta in ea, nihil licet petere. 603
Vtrum solis uerbis in oratione dominica contentis utendum sit tempore orationis. lec. 64. 605
Item. 603
Orationem dominicam quis instituit legi ante communionem, & quare. lectio. 64. 606
Orationis dominicæ diuisio. lec. 64. 606
Eius exordium ad quid ponitur: & quomodo differt ab exordijs nostrarum orationum & uete. testamenti. 606
Nomen pater in oratione dominica, quomō accipitur notionaliter, uel essentialiter. Quomodo deniq; deus multipliciratione dicitur. Pater noster. lectione. 64. 608
Quare orationes nostræ diriguntur speciali nomine nunc ad hanc, nunc ad illam personam lec. 64. 609
Cum oratio nostra dirigitur ad totam trinitatem: quare non ponitur in oratione dominica deus, loco pater, ut dicatur deus noster. lec. 610
Quid importat noster in oratione dominica. Cur deniq; Noster & non meus. lectione. 64. 612
Orandum est nunc singulariter: nunc pluraliter secundum diuersos status orantium. lectio. 64. 613
Oro Xpi qūo est nostra instructio. Et in genere, ad quem sensum Christi actio est nostra instructio. lectione. 64. 613
Quare Christus in oratione dominica potius uoluit nos dicere. Qui es in cælis, quam qui es ubiq; lec. 65. 617

Multiplex ordo petitionū orationis dominicæ: & multiplex assignatio eorundem lec. 66. 621
Aug. uero applicat septem petitiones donis septem, & beatitudinibus. 623
Lucas quare ponit quinque petitiones orationis dominicæ. Matthæus uerò septem lectio. 66. 623
Ordo, ordinatio. Ordò in omnibus diuinis operibus in cælo, & in terra repetitur lec. 23. 142
Ordinate confert deus ea, quę largitur, per aliorum orationes: non collaturus alias lec. 25. 161
Orthodoxus unde dicitur & quis dicitur orthodoxus. Et quomodo pro orthodoxis solum seclusis hæreticis, & schismaticis. qui Christo capiti non adhærent sacrificium missæ fructuose offertur. lectione. 24. 153
Osanna quid significat: unde dicitur: de eius interpretatione. lec. 19. 122
Quare interpres illæsum tenuit, & immutatum nomen osanna. lec. 79 793
Osculum De utilitate osculi imaginis crucifixi. lec. 20 119
Osculum multiplex reperitur in scriptura. lect. 81. 825
Ibidem de osculo pacis, quod datur in missa, diffuse habetur. &c. 826

P

PATIENTIA. Patientię præcepta quomodo sunt intelligenda. lect. 73. 717
Pactum. Deus fecit pactum in ueteri lege cum patribus: in noua cū ecclesia lectio. 47. 408
Panis multiplex reperitur in scripturis. lectione. 70. 670
Quidnam nomine panis. Et cur in oratione non petimus nisi panem dari nobis. 671
Panis substantialis, supersubstantialis, superfluus quis est. lectione. 70. 675
Panis Christus in scripturis nominatus multiplici ratione, & tropo. le. 71. 685

Papa, Papatus.

Papa unde dicitur: unde sumptum est nomen. Nunc conuenit soli summo pontifici, olim omnibus episcopis competebat. lec. 23. 145
Item & papa est caput fidelium, & ecclesiæ. lc. 23. 145
Papatus petri excellentia, & officij dignitate, & uirtutum multitudine prælatabat. lectione. 23. 146
Ibi de qualitate successorū in papatu. Papa & si quandoq; ut homo peccator deuiat: non tamen ex hoc capitis dignitatem amittit, nisi in hæresim labatur. lec. 23. 147
Papa quomodo differenter a Christo dicitur caput ecclesiæ. lec. 23. 148
Papę nomen debet in canone exprimi. Ea quare pro papa oratur in canone lectione. 23. 149
Pascha sumitur multipliciter. lect. 34. 257
Quomodo mulieres dicuntur in die paschæ secundum Innocentium unguenta parasse. Ibi de tempore præparationis unguentorum. lect. 34 258

Passio Christi.

Passio domini multum notabiliter summatur: & sententiose comportatur correspondenter ad septem horas canonicas lec. 13. 68
Passio domini qualiter representatur in missæ officio per uerba, gestus, uestes, &c. & cruces uarias ante & post consecrationem a sacerdote fieri solitas, ad Christi passionē representādam le. 21. 130
Traditus est Christus a patre ex dono: a iuda pro munere: a iudęis in sacrificiū. Ibi de multiplici Christi traditione, & multiplici traditionis fine. lec. 21. 130
Crucifixio Christi triplex. lec. 21. 131
Christus in passione sua non partem sanguinis: sed totum abundantissime pro peccatoribus effudit: pro omnibus sufficienter: sed non efficienter. Et quot uulnera pertulit in passione Christus. lectio. 53. 477
Ibidem quotiens in passione sanguinem fudit. Multipliciter fuit præfiguratum sanguinem Christi fundendū esse in remissionem peccatorum. 478
Passionis Christi memoria quare fit ab ecclesia. lect. 53. 482
Passio Xpi quæ bona cōtulit nobis. le. 54. 483

Quomodo aperuit, & clausit portam regni. 484
Vtrum Christus sua potestate in cruce morte aduocauit, uel an Christi mortem uiolentia nullerum effecit. Et quomodo iudæi dicunt occidisse Christum, si sua potestate animam a se posuit. lect. 81. 831
Patena unde dicitur, quid significat. lectio 80. 801
Pater de multiplici ratione dicitur pater noster. lect. 20. 120
Item lect. 64. 608
In expositione orationis dominicæ. Pater accipitur multis modis, notionaliter & essentialiter. Essentialiter multipliciter sumitur. lect. 64. 609
Item lect. 20. 119
Pax: Pacis commendatio, utilitas, necessitas, descriptio, & uisio lect. 81. 815
Pax bona, pax mala quid est. lect. 81. 815
Ibi pax ad Deum, ad seipsum, ad proximum quid est. Et quomodo diabolus hanc pacem turbare studuit. Christus uero restauravit. 816
Pax interna, externa, superna quid est. lect. 81. 816
Pax hominis ad Deum, ad proximum, ad seipsum. lect. 81. 826
Peccatum: peccati, seu iniuriæ remissio.
Aliquis dicitur esse in peccato multipliciter. lect 7. 35
Peccatum ueniale quomodo opponitur feruori charitatis: licet non repugnet eidem. lect. 7. 38
Peccatum & uitium differunt. lect. 78. 785
De peccati grauitate, unde attenditur grauitas peccati: & quomodo unum dicitur esse grauius alio. lect 87. 760
Quomodo peccata dicuntur debita nostra. lec. 72. 695
Item quomodo peccata dicuntur nostra. 696
Peccatum mortale quomodo infert eternam pœnam a solo Deo infligendam. lect. 72. 697
Contra excusantes se in peccatis: & attribuentes ea fato, ueneri &c. lect. 72. 696
Quomodo potest aliquis petere dimitti sibi peccatum, ne puniatur, cũ hoc sit contrarium iustitiæ Dei. lect. 72. 698
Ibidem an liceat petere a Deo pœnæ uel remissionem uel omnimodam dimissionem. An de communi lege aliquis inueniatur in hac uita sine peccato. Et an omnium hominum sit petere: Dimitte nobis debita nostra. præsertim cum aliquis non est sibi conscius peccati. lect. 72. 699
Peccatum originale an dicitur peccatum nostrum seu debitum nostrum. Et quomodo contrahitur. Quomodo deniq; & ubi parnuli pro eo puniuntur lectio. 72. 700
Cum peccatum dimittere sit solius Dei: quomodo dicimus in oratione dominica. Sicut & nos dimitti. &c. lect. 73. 703
In peccati dimissione: siue in peccato tria considerantur. lect. 73. 704
Et quod illorum dimittere est solius dei. quod hominis læsi. 705
Ad dimittẽdum fratri peccanti in aliquẽ, plura mouere possunt. lec. 73. 706
Iniuriã passus ab aliquo, quando, & qualiter est necessario remittẽda, & dimittenda, habetur p aliquot propositiones lect. 73. multum diffuse. 708
Peccatum dicitur oculum tripliciter. lectio. 74. 722
Ibidem peccatum dicitur publicum multis modis.
Pœna. Pœna canonis. Excommunicatio.
Pœna canonis quid est. lect. 9. 44
Quot sunt pœnæ canonis, & quæ per totam lectionem. Ibidem quomodo contrahuntur, & tolluntur. Item quomodo differunt. usq; in finem lectionis. 45
Infamis, & infamatus quomodo differunt. lect 9. 45
Excommunicatio quid est, & quotuplex lect. 9. 46
An celebrans in loco interdicto: in calice nõ idoneo: sine igne, & lumine nullo præsente, incurrat pœnam canonis: & qualem lect. 14. 78
Pœna damni, pœna sensus in quo cõsistit. lect. 56. 515
Pœna uenialium peccatorum hic non dimissorum. Aut mortalium quoad culpam remissorum: an semper & perpetuo maneat in damnato in inferno. lect 56. 515
Pœna infernalis. Infernales pœnæ quoad

omnes corporis sensus,& omnes animæ potentias late reciuantur.lec.33. 245
Animæ in purgatorio a quibus affliguntur: an a dæmonibus.lec.56. 245
An habeant refrigerium consulationis. Et unde siue a quo. 245
Ibi de luce earundem & tenebris, quibus præmuntur, 249
Petra super quam ecclesia fundata est, quis est.lectione.24. 156
Pietas,latria,theosebea.lec.18. 106
Pollutio nocturna,uide in eucharistia:& de requisitis ad dignam celebrationē.
Potestas. Potestas ecclesiastica:uide in titulo eucharistiæ consecratio.
Prædicator. Quomodo quidam prædicátes multum excedunt non allegando quicquam : aut nimium allegando. lectione. 77. 708
Prædestinatio,præscientia,prædestinatorum numerus non augetur nec minuitur: quia est æterna prædestinatio. 246
Quomodo ergo sacerdos petit in canone associari numero electorum.le. 33 246
Prędestinatus, aut præscitus dicitur aliquis dupliciter.lec.79. 796
Verum præscitus possit uere orare, & dicere. Libera nos a malo gehēne.le.79. 796
Præscientia:uide in prædestinatio.
Propositio.
Christus an possit dici filius trinitatis, & quomodo.lec.20. 120
Christus est filius uerbi,aut spiritussancti, an sit concedenda.lec.20. 120
Ad inferna descendit Christus: Christus iacuit in sepulchro: in peplo:Christus descēdit ad inferna. Verbum fuit Christus heri,& hodie &c. An & quomodo sint concedendæ, & similes.lec.42. 547
Christus, quod semel assumpsit, nūquam dimisit. quomodo conceditur. lec.42. 248
Corpus Christi est in sacramento quātum. Corpus Christi quantum est in sacramento quomodo differunt. lectione. 43. 360
Propositio mentalis quando est: & quando est uera propositio:quando dicitur uera. Quando ad prolationem uocalis propositionis formatur correspondenter sua mentalis.lec.47. 418
Multa ibi de ueritate propositionum uocalium,& suarum mentalium. Ibi quāto tempore uti possumus pro tempore præsenti copula præsentis tēporis. 418
Hoc est corpus meum, quando & qualiter est uera.lec.48. per totum. 409
De propositionibus, quibus exprimitur cōuersio panis in corpus Christi. Quę uerę,quæ falsæ.uide.lec.49.iuxta principium. 422
De ueritate propositionum de præsenti, præterito aut futuro,de inesse aut possibile.lectio.49. 423
Prædicatio nominum essentialium,& notionalium in diuinis fit differenter.lectione. 20. 119

Q

QVANTVM,Quantitas. Quomodo saluari potest corpus Christi gloriosum, & forma speciosum, esse sub parua hostia non circumscriptiue, sed definitiue. lec.43. per totum. Possibilitas ostenditur ex diuina potentia pulchris medijs. 351
Quæ maior est, quam nostra intelligentia. 453
An quantitas sit accidens inhærens rei quātę.recitantur opiniones. le.43 &c. 354
Positio secundum differentiam quantitatis;ubi & situs secundum Sco. quid.lectione.43. 355
Et de earum separabilitate secundum Sco. ibidem secundum Ockam. 360
Quid est de ratione quanti quātitate moliv. lectione.43. 359

R

REGNVM est multiplex, & secundum hoc de quolibet exponi,& intelligi potest oratio dominica, cum dicitur. Adueniat regnum tuum. lectione.67.&c. 632
Reliquiæ sanctorum:an ossa, & pulueres sanctorum:quæ reliquiæ dicuntur, unquā fuerint partes sanctorum.lec. 42. 343

Respectus an potest a solo deo causari, & conseruari sine fundamento, & termino. lec. 44. 366
Rogare, rogatio quid est. Et q̃ rogatio non est oratio optatiua: sed inclinati ua. lectione. 20. 122

S

SACERDOS, præcellen tia status sacerdotalis Status, & officium clericale quante sit præcellentiæ dignitatis, & nobilitatis, quod nec uirgini Mariæ, nec angelis concessum fuit. lectione. 4. 20
Sacerdotes propter sui præcellentiam, uarijs nominibus nominantur in scripturis: ut puta reges, angeli, dij, sacerdotes, clerici, seniores, præsbyteri &c. lectione. 4. 21
Sacerdotum, & clericorum est habere uitam omni uirtute decoram, hoc enim clamant omnia insignia clericalia. l. 4. 21
Sacerdotis, uel sacerdotij euangelici præeminentia, super sacerdotem legis mosaicæ, lec. 4. 22
Sacerdotum est considerare suam dignitatem, & humilitatem. Non enim humano merito: sed diuinæ uoluntatis beneplacito in sortem domini uocati sunt. lectione. 4. 22
Sacerdos quid efficit in missæ officio potestate propria. Quid uirtute diuina assistente. lec. 4. 23
Sacerdos dicitur conficere, & consecrare corpus domini, ad quē sensum, & qua uirtute assistente. lect. 4. 24
Sacramentum. Sacramentorum commēdatio &c. Solus Christus sacramenta instituit: & soli Christo conuenit essentialia sacramentorum immutare. Solus deniq; Christus dare potest certitudinem, & efficaciam sacramentis. l. 14 28
Sacra nouæ legis gratiam conferunt: nec requiritur bonus motus interior: secus si de sacramētis ueteris legis. l. 87. 904
Sacramenti eucharistiæ multiplex commendatio, laus, & utilitas ex illo uerbo præfationis. Vere dignum, & iustū est. &c. lec. 18. 100

Sacrificium.

Sacrificia legis ue. imperfecta fuerunt: qa nec deo acceptā: nec abstulerūt peccatā: nec cōtulerunt gratię dona. l. 21. 114
Et nota ibidem pulchram distinctionē attendendorum circa ue. le. sacrificia: secundum quæ possunt dici grata uel non grata: iustificare uel non iustificare iustitia morali uel gratuita. Et secundum hoc possunt cōcordari multæ autoritates scripturæ. 126
Sacrificium quid est. lec. 22. 132
Item. lectio. 85. 864
Et est duplex ibidē uisibile, & inuisibile.
Sacrificio indiget hō propter tria. l. 85. 865
In unico sacrificio crucis, est pfectio omnium sacrificiorum figuralium. lec. 85. 865
Eucharistiæ sumptio quare dicitur, sacrificium, & oblatio. lec. 85. 866
Sacrificij altaris multiplex præcellentia ultra omnia alia sacrificia. lec. 85. 867
De eius acceptabilitate. 868
Ibi de eius fructu ut est memoriale crucifixionis Christi. 869
Et q̃ ē simil. ū effectuū optatiuū ut ī cruce. 869
Salutatio sacerdotis: uide in expositione missæ in fine.
Sanguis an sit animatus, uel animabilis. lectione. 21. 128
Ibidem q̃ corpus non est sanguis. Item lectione. 53. 471
De sanguinis Christi abundanti effusione, & omnimoda pro omnibus sufficienter; sed non efficienter. Et numero uulnerum eius. uide in passio Christi. & lectione. 53. 477

Sanctus, Sanctitas.

Sanctus unde dicitur: quot modis accipitur. Quid significat. lec. 19. 109
Ad idem. lec. 66. 627
Sanctitas an dicat perfectionem simpliciter. Et quomodo ac etiam ratione cuius est in tribus personis diuinis. l. 19. 110
Sanctificatur aliquid dupliciter. Et qūo a nobis deus dicitur sanctificari. Sanctitas uiæ, & patriæ quid est. lec. 66. 624. 625
Quod nomen dei a nobis sanctificādum est: cū multa ponunt nomina dei. l. 66. 628
Ibidē qūo in nobis sanctificatur nomē creatoris, redēptoris, Iesus, deus, Xps.

Quæ ſanctitas in nobis eſſe debet: ut nomen dei a nobis ſanctificetur. lec. 56 617

Sanctorum veneratio: Inuocatio.

Sanctorum memoriam habet eccleſia: & quare. Quomodo deniq; ſancti inuocãdi ſunt. lec. 30. 208

Verum ſancti in patria orent pro nobis exiſtentibus in via: recitatis opinionibus hæreticorum, & eorum motiuis, q; non. lectione. 30 208. 209

Concluditur q; ſic. 210

Et probatur multipliciter, q; orent pro nobis merito, prece, ſiue uoto, ex auctoritate utriuſq; teſtamenti. Ex ueteri. 210

Ex nouo. 210

Probatur ratione facto. 211

Rñdetur ad rationes hæreticorũ. &c. 212

Oſtenditur deum dare gratiam, & gloriã, ad preces ſanctorũ, alias non daturus. 213

Et licet omnia poſſit ſeipſo efficere: uult tamen creaturam ex ſua bonitate infinita cõcaulare. ibidem. Item q; ſanctu nobis ſubueniunt merito, & pcibus. 214

Item quomodo ſancti orant pro nobis mentaliter. Et eorum oratio eſt nobis, non ipſis meritoria, licet ſint in termino. 214

Sanctos inuocare eſt deum honorare, & magnificum ac benignum predicare. lectio. 30. 215

Cum deus per ſuam æternam prouidentiam & omnia nouit: & immutabiliter facienda diſpoſuit, ad quid ualent preces ſanctorum, & orationes: quibus nec deum informare, nec a ſtatuto ordine poſſunt flectere. lec. 31. 215

Sanctos quare oramus. lec. 31. 217

Ad idem. lec. 30. 208

Quomodo ſancti in cælis uident, uel cognoſcunt orationes uiatorum in terris. Ibi de multiplici cognitione angelorum, & ſanctorum ueſpertina, & matutina. In uerbo in genere ꝓprio. l. 31. Vſq; in finem lec. 217

Reſponderur ad quæſtionem. 224

Vbi etiam tractatur, an pertineat ad eorum beatitudinem ſcire, & uidere orationes noſtras 224

Sanctorum memoria cur haberur ante conſecrationẽ euchariſtiæ. lect. 31. 225

Sanctorum memoria, & ſolennitas quomodo differunt. lec. 31. 225

In canone cur fit memoria apoſtolorum, & martyrum: & non confeſſorum, nec patrum uete. teſta. lec. 22. 230

Sanctorum apoſtolorum quorundã martyrum in canone contentorum laudes lect. 32 &c. 231

Quolibet die anni multa milia ſanctorũ ſuam haberent feſtiuitatem, ſi ſinguli feſtiuari deberent. lect. 32. 231

In canone duodecim martyres recitantur. & cur illi & non alij. lect. 32. 233

Ante cõſecrationem ſanctorum auxiliũ: poſt conſecrationẽ uero eorũde cõſortiũ in canone petit. Et quare ſic. l. 32. 234

Diuerſi ſancti pro diuerſis neceſſitatibus ſunt inuocandi. Et magna in eorũ cultu, ueneratione, & inuocatione differẽtia habenda eſt. lec. 32 235

Ibi. Quõ aliqui ſancti dati ſunt patroni prouincijs certis: certis pſonis. Quidã certis beneficijs impetrandis. Quodq; plus uno loco, & tempore, quam alio exaudire uoluit: & ſimilia multa. 236

In omni ordinato ſanctorum cultu diuinam colimus porentiam, ſapientiam, & bonitatem. Et ſecundũ hoc triplex eſt ſanctorum cultus, quo deum in ſanctis ſuis laudamus. lec. 32. 237

In ſanctorum cultu diſcreto: & in eorum diſcreta inploratione nunc hunc, nullum illum, iam pro illo, tam pro alio inuocando, qualis diſcretio, & uarietas ſeruanda eſt. lect. 32 238

Diſcretus ſanctorum cultus multos uiatoribus affert fructus. lectione. 32 240

Reprehẽditur indiſcretus ſanctorum cultus, & error multiplex indiſcrete colẽtium eoſdem. lec. 32. &c. 240. 241

Sanctorum cultus indiſcretus eſt, ſeu indiſcrete fit quadrupliciter. lec. 32. 241

Scrupulus quid eſt lec. 8. 42

Doctrina ſalubris cõtra ſcrupuloſos. l. 8 43

Item lec. 10. 56

Symonia.

Quomodo dantes & recipientes temporalia, ut rependantur ſpiritualia: excuſantur a prauitate ſimoniaca. lect. 28. per totum. 187

Simonia quid eſt deſcriptiue. lec. 18. 187

Impendens ſpiritualia & recipiens temporalia,

poralia, potest habere intuitu quadruplicem. Et quis illorum est simoniacus. lect. 28. 187
Ibi de rectificatione intentionis: ut euitetur simonia. 187. 185
Simoniaca prauitas quando est hæresis. Et quomodo, ac quando differunt simoniacos, & hæreticus. lec. 28. 187
Munus quo incurritur simonia triplex. lectio. 28. 187
Spirituale, aut spirituali annexum cuius emptione incurritur simonia, multipliciter dicitur. le. 28. 187
Simonia mentalis quid est: an punitur ab ecclesia. lect. 28. 187
Ad quem sensum potest concedi hoc dictum. Sacerdos celebrat pro pecunia. Et qualis erit rectificatio intentionis. lectione 28. 188. 189
Potest quis celebrare propter pecunias alias non celebraturus abiq; hoc, q̃ incurrat simoniam. lec. 28. 189
Sacerdos habes alias unde sustentetur: potest se obligare ad misterium spirituale: & loco eius temporalia licite recipere sine simonia. lec. 28. 190
Et licet per hoc faciat conditionẽ suã uiliorem in eo, q̃ satisfacit pro alio, & non pro delictis ꝓprijs, non tamen diminuit sibi præmium essentiale. 191
Dans temporalia ad institutione alicuius beneficij ecclesiastici, &c. licite potest certas conditiones apponere obligatiuas. lec. 28. 193
Et licet recipiẽti temporalia sic sese obligare ad onera soluenda. 193
Dans eleemosynam seu fundans eleemosynæ erogationem, licite potest apponere obligationem orandi pro se, & suis. lect. 28. 193
Et hæc eleemosyna transit ad successores cum onere.
Quando, & in quibus casibus non tenetur recipiens temporale beneficium secundum strictam iustitiam implere uoluntate benefici, aut eleemosynam cõferẽtis. ita q̃ cesset obligatio le. 28. 193
Situs uide in locus & in eucharistia de prædicamento ubi.
Sollicitudo multiplex. Et quomodo licitum est pro temporalibus solicitudinem habere. lec. 70. 678
Spiritussanctus dupliciter dicitur dari homini ad ecclesiæ utilitatem, & ad personalem sanctificationem. lec. 2. 21
Status: statuum diuersitas: & officiorum uarietate ecclesiam ornat. le. 26. 164
Successio: uide in eucharistia.
Suffragia pro defunctis: uide in anniuersarius.

T

ENTARE.
De multis laqueisten tationum. lec. 77. 755
Tentare quid est descriptiue. Quibus attribuitur tẽtare in scriptura. 756
Finis tẽtationis quis est dei, & diaboli. 757
Tentatio sumitur in bono quandoq;, sæpe tamen in malo. 757
Tentationum species quod sunt, & quæ. lectione. 77. 758
Tentatio interior, & exterior quid est. An omnis tentatio oriatur a dæmone. lectione. 77. 758
Tentatio sumpta a modo tentandi reduci potest ad duos modos. lec. 77. 759
Quis illorum modorum difficilius uincitur. 760
Tentatio fit tripliciter: & quomodo hæc genera tentationum præfigurata sunt in primi hominis lapsu. lec. 77. 760
Quæ tentatio difficilius uincitur a carne, uel ab hoste. lec. 78. 761
Tentationum fraudes septem. lec. 77. 762
In omnibus uitijs est quædam imago, & & species umbratica uirtutis. lec. 77. 763
Tentationis cessationem, & pacem multa mala sequuntur. lec. 77. 764
Tẽtationum modi speciales plures sunt lec. 77. 767
Tentatio, uolentis ingredi religionẽ. l. 77. Ibid. de instabilitate existentis in religione. 766
Tentatio insistentium studio. lec. 77. 767
Tentatio confessorum. lec. 77. 767
Tentatio prædicantium. lec. 77. 768
Tentationum remedia. lec. 77. 769
Tentationum utilitas. lec. 77. 772
An tentatio sit a nobis appetenda. le. 77. 774

An sit appetenda propter aliud. 775
Soluuntur rationes in oppositum. 776
Differunt tentari,& in tentationem induci.lectione. 78. 773
Cū oramus. Ne nos indu. quid petimus. lectione. 78. 774
Quomodo & ad quē sensum dicitur deus nos inducere in tentationem.lec.78. 774
Cur tā callide insidiatē diabol⁹ homini cū multifariā multis modis tētādo.l. 78. 774
Vtrum diabolus aliqua tētatione uictus ab aliquo perdat tētandi prātē.lec.78. 778
Vtrum homo uiator ex libertate suæ uoluntatis sine speciali dei grā, oēs possit tentationes diabolicas uincere.le.78 781
Tentationi resistere:& tentationem uincere,differunt.lec.78. 780
Vtrū ois tētatio carnis sit peccatū.l.78. 783
Responsio habetur. &c. 785
Terminus. Termini priuatiui dupliciter accipiuntur. Et secundum hoc uel inferunt, uel nō inferunt cōtradictoria. prædicantur, uel non prædicantur de eodem.lec. 46. 390
Terminus patet quandoq; sumitur essentialiter:quādoq; notionaliter.lec. 20. 119
Testamentū dicitur quandoq; lex noua: quandoq; promissio regni cęlestis. Et quomodo nouum testamentum roboratum est in morte Christi.lec. 53. 474
Ibi quomodo dicitur æternū, & nouū late ostenditur. Et de præcellentia noui testamenti ad uetus. Et quare nouū testa. roboratum est in sanguine.
De testamentorum editione, & expeditione pariter & ualore &c. Vide in suffragia pro defunctis. Item quomodo se habere debet testator, ut fideliter testetur. De insipientia magna testantiū. Auisamēta testatoriu olentiū.lec.58.&c. 535
Testamentarius. Testamentariorum negligentia plurimum reprehenditur: quia multum est damnosa.lec.25. 160
Transubstantiatio:uide in eucharistia.

V

VERBVM dei quid est.lec.71. 689
Multiplex uerbi dei,& sacræ scripturæ commendatio,& utilitas: licet a multis negligatur ibidem. 689
Vestes sacerdotū: uide in eucharistia.
Videre,uisibilis,uisio.
An rex existens in loco definitiue possit oculo corporali uideri lec. 44. 365
Item.lec.45. 379
Aliquid dicitur uideri oculo corporis quadrupliciter.lec.45. 380
De uisione multa dicuntur ibidem. 381
An substantia aliqua per se uideri possit. Et quomodo uidetur accidens.lec.45. 381
De uisione corporis Christi sub eucharistia. An possit uideri oculo corporali uel intellectuali ab angelis bonis, & malis &c. 382
Vide etiā in eucharistia de actione, & passione corporis Christi &c.
Visio sępe extenditur ad fidem propter eius certitudinem & infallibilitatem ut credita dicamur uidere. lec.45. 383
Quomodo se habere debet homo circa uisiones insolitas sibi factas. An sint desiderandæ.lec.50. 449
Virtus. An latria sit uirtus moralis, uel theologica. lec.50. 442
Multe,late,& pulchre.Differētia inter uirtutem moralem, & theologicam. lectione. 50. 443
Voluntarium dicitur aliquid dupliciter. lectione.78. 784

Voluntas.

Voluntas dei multiplex est. Non multiplicando rem:sed termini significationem.lec.68. 647
Voluntas dei beneplaciti quid est. Et q̄ alia est uoluntas antecedens,alia consequens.lec.68. 647
Voluntas dei beneplaciti antecedens quid est descriptiue. 647
Quomodo deniq; Deus dicit aliqua uelle antecedenter. Item quomodo essentia diuina dr alia,& alia cōne uoluntas bńplaciti antecedens, uel consequens respectu diuersorum. lec.68. 648
Voluntas bńplaciti consequens quid est. Et qūq; semp impletur impedibiliter. Non sic uoluntas antecedens.lec.78. 649
Voluntas signi quid est. Quodq; pluraliter dicitur uolūtas signi propter pluralitatem signorum.lec.68. 650
Ibidem q̄ talis uoluntas non sp implet.

Nec dominus uult eā semper impleri. 650
Ibidem quid est dictu uoluntas signi non impletur. Aut aliquid fit cōtra uoluntatem Dei. Quomodo deniq; intelligitur, q̄ deꝰ uult oēs hoies saluos fieri. 650
Omnis iustitia, & rectitudo creaturæ rationalis consistit in conformitate nostræ uoluntatis cū uolūtate dei. lec. 68. 651
Vtrum homo teneatur suam uoluntatem diuinę uoluntati in omnibus conformare. Conformatio nostræ uoluntatis cū uoluntate diuina potest esse triplex. Item potest esse uoluntas actualis, uel habitualis. lect. 69. 651 652
Respondetur ad dubium. 653
Per aliquot propositiones. Ibi de incendijs, & similibus causalibus an debeant nobis placere &c. 656 657
Per quid innotescit nobis uoluntas dei beneplaciti & consequens. lect. 68. 656
Vtrum sciens Deum uelle se damnari teneatur uelle suam damnationem. Et in hoc se conformare diuinæ uoluntati. lect 68. 657
De conformitate uoluntatis nostrę diuinæ uolūtati, quæ dicitur signi. Et quomodo cōformare nos renemur uolūtati Dei beneplaciti in actu uolendi. lect. 69. 659
Ibidem unde innotescitur nobis diuinæ prohibitiones, præcepta, & consilia. 660
Ponūtur propositiones quomodo, & qñ tenetur se homo conformare uoluntati signi. Ibidem de surdo, & muto de immolatione Abraæ &c. 661
De conformitate uoluntatis nostræ ad diuinam in modo uolendi. lect. 69. 667
Vtrum beati in cœlo possint se diuinæ difformare uoluntati. lect. 69. 667

X

Christi passio uide in passio Christi.
Christus multipliciter defertur, & nominē propter diuersos eius effectus salutares. lectio. 20. 123
Christus quid dicit. Et quomodo est nomē suppositi geminæ substātiæ. Christus pro quo supponit. An uerbum semp fuit Christus. An in triduo mortis uerbum fuit Christus. Christus iacuit in sepulchro: quomodo conceditur, & similia. lect. 42. 346
Item Christus descendit ad inferna: Christus pependit in peplo. 347
Christus in terris manens fuit uiator, & comprehensor. lect 11. 60

Y

Imagines sanctorum, & Christi quomodo sunt adorandæ. uide in adoratio. Ibi quare, & quomodo ecclesia tolerat, & colit imagines sanctorum lect. 49. usq; in finem. 473
Ibi quomodo imagines consecratæ non sunt proijciendæ. Et quomodo, & quare ibi, uel ibi coram imaginibus sanctorum fiunt miracula: & ratione cuius fiunt miracula, coram sancto tali, uel tali &c. 435
Imaginibus Christi, & sanctorum quare, & ad quid utitur ecclesia: & quare imago crucifixi præmittitur canoni. lectio. 19. 116
Imaginis Christi osculum quam affert utilitatem. lect. 20. 119
Hanc dictionem ymago quidam scribere solent per græcum. y. ob hoc posita est hoc loco.

Finitur indicionarium: aut (si mauis) index huius operis.

INDEX RERVM, ET VERBORVM MEMORABILIVM, IN EXPOsitione sanctissimi Altaris sacrificij.

D. ZACHARIAE ANDRIANI.

A

BEL cur puer dicitur. 999
Aduẽtus Christi duplex. 979
In secundo aduentu quid fiet. 979
Agnus paschalis cuius rei similitudinem gerebat. 925
Alba quid repræsentet.
Cur ex byſſo, uel lino conficiatur, & talos usque descendat. 961
Altaris dignitas quanta.
Amictus quid significet. 940
Cur caput operit, duas habeat cordulas collum, & renes cingat, & pectus complectatur. 961
Ad fraternum amorem adhortatio. 952
Altaris ascensus mystica significatio. 962
Altaris osculum quid significat. 962
Ad altaris osculũ cur introit⁹ subsequit. 962
Agnus ter in missa repetitur, & cur. 1005 1008
Altaris sacrificio adstantium quanta sit utilitas. 992
Qualia bona altaris sacrificio adstantibus contingant, 993
Altaris sacrificij fructus consequuturi qd tenere debent. 992
Huius dictionis Amen quotuplex in sacris scripturis significatio. 967
Cur in conclusione orationis ponitur. 967
Qua ex causa dictio Amen in Hæbream linguam Ecclesia utitur. 967
Singulare nomen Angeli pro plurali positum. 999
Vtraq; animæ nostræ parte uitiata duplici morbo opus erat. 971
Animæ tres partes internæ. 1008
Animalia immaculata quid significabãt. 928
Si cœlum ascendere cupimus ascendentem teneamus. 979
Aqua quasi ab æqualitate dicitur. 986
Quibus ex causis aqua uino imponitur. 987

B

IN Baptismo quid conferatur. 937
Baptisma cur unum dicitur. 984
Sub Baptismatis nomine i symbolo Nicæno cætera quoq; sacramenta comprehenduntur. 984
Breuitas qualis seruanda. 926

C

CAnon unde dicitur. 989
Canon cur alijs nominibus secretũ, Actio, & sacrificium dicitur. 989
In toto Canone quid potissimum tractetur. 990
In fronte Canonis quid animaduersione dignum. 990
In Canone cur sanctorum recensentur memoriæ. 993
Cærimoniarum usum unde Ecclesia acceperit. 1011
Christus, & in sacrificium offerendum, & in sacramentum sumendum se dedit. 926
Quam ob causam solus Christus instituit hoc sacrificium. 998
Quomodo Christus ad Dei patris dexteram sedeat, & re ipsa in Eucharistiæ sacramento contineatur. 948
Cur ppst consecrationem corpus Christi nonnunquam panis uocetur. 949
Qua ex causa Christus sub speciebus se nobis exhibuerit. 949
Christus qua ex causa post cœnam suum corpus dedit. 958
Duæ Christi natiuitates non duos filios

arguunt,

arguunt, sed eundem semper aliter, & aliter natum. 975
Christus in diuinitate nunquam passus. 977
Cur Christus ad inferos descendit.
Cur Christus ad cœlum ascendit. 978
Quomodo Christus ad cœlum ascendit. 979
Charitas ordinata qualis. 993
Cingulum quid designat. 961
Cur pectus, & renes fortiter cingit. 961
Cæteris omnibus proprietatibus congruentius Deo clementia attribuitur. 990
Collecta cur sic dicitur. 966
Communicantes sacramentaliter qui. 956
Communicantes solum spiritualiter. 956
Communicantes sacramentaliter, & spiritualiter qui sint. 956
In Confirmatione quid assequimur. 937
Conuersio panis in corpus, & uini in sanguinem Christi quo nomine proprie uocetur. 952
Consuetudo Ecclesiæ sumendi corpus Domini in ieiunio unde. 959
Consuetudo qualis est pro authoritate admittenda. 964
Corpus, & sanguis Christi in altari præsentia cur sacrificium nominentur. 937
Corpus Iesu Christi manducandi modi tres. 956
Manducare corpus Domini quid. 956
Quales post uerba sacramentalia commixtio, & consecratio. 1005
Communicaturus sacerdos inter sacrum stat, & saxum. 1006
Corporis sanitas quo fine sit expetenda. 993
Calicem non eundem, sed ei similem accipit sacerdos, quem Christus in manus suas accepit. 997
Cur magis calix, quam cyphus positus est. 991
Confessorum mentio cur nulla in Canone est facta. 994
Quæ in Concilijs traduntur, ut minus hæreticos conuincunt, sic magis catholicos confirmant. 929
Cur Deus in cœlis esse dicitur. 1003
Omnis creatura longe distata suo creatore. 975
Triplex credendi ratio. 971
Credere Deum quid. 971
Deo credentes qui sint. 971
In Deum credere quid. 971
Quibus ex causis ignominiosum mortis genus, scilicet, mortis Christus subierit. 977
Pro quibus saluator fuerit crucifixus. 977
In crucibus signandis impar numerus semper obseruatur: & cur. 1009
Crucis signandæ modus. 1008
De crucis uaria significatione plura habes. 1009

D

QVid agendum, ut Deus debita nostra dimittat. 1003
Debita cur nostra dicuntur. 1003
Consuetudo digitos contrahendi post consecrationem studiose obseruanda. 990
Dextra, & sinistra pars corporis quid in sacris scripturis significent. 962
Dextræ, & sinistræ partis alia significatio sacræ scripturæ familiaris. 963
Solus Deus sanctus, Dominus, altissimus est ex sua natura, absolute, per se, & formaliter, cætera uerò participatione. 965
Dei nomine quid concipitur. 973
Deus cur unus. 973
Dei magnificentia maior quæ. 988
Cur de Christi descensu ad inferos nulla fuerit facta in symbolo Niceno mentio. 978
Quomodo donum, munus, & sacrificium inter se distinguuntur. 991
Donum de se gratum est, ut aliquando ingratum redditur ob donantis indignitatem. 995

E

QVatuor sunt, quæ pro Ecclesiæ statu Sacerdos orat. 991
Quatuor sunt, quæ de Ecclesia sunt credenda. 984
Ecclesia duplex. 984
Ecclesia triumphans quid. 984
Ecclesia militans qualis. 984
Ab Ecclesia militante qui secludantur, & cur. 984
Ecclesia pluribus comparata. 982
Ecclesiæ nomen pressius sumptum. 982
Qualis Ecclesia audienda. 983

Ecclesia quid sit ab ethimologia definitione accepta. 981
Quibus ex locis sancta mater Ecclesia hunc morem acceperit, ut sacerdotes consecrentur, & per Episcopi manus impositionem ordinentur. 943
Ecclesia propter malorũ permistionem nunquam deserenda. 977
Manuum Episcopi impositio unde. 943
Quare Epistola statim orationem, quam Collectam uocant, subsequatur. 968
Epistola ex qua lectione accipitur. 968
Cur Epistola aut ex ueteri testamento, aut ex Apostolica lectione sumitur. 968
Quibus conceditur, ut Epistolam legant. 968
Cur Episcopi alijs Episcopis aduenis sacram Eucharistiam transmittebant, 1006
Eucharistię sacramentum cur in Missa in altum eleuetur. 930
Eucharistiæ uerbum est sermo Christi. 930
Quibus de causis decens fuit, ut in hoc Eucharistię sacramento Christus contineretur. 949
Quod ad huius sacramenti rem significandam nihil congruentius assumi potuit, quam panis. 951
Eucharistia cur synaxis græce dicitur. 951
Huius sacramenti quanta sit dignitas nemo absolute referare potest. 952
Quid singulare reperitur in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, quo ab alijs sacramentis penitus distinguatur. 953
Fructus huius Sacramenti, & si innumeri sint, in quo tamen contrahuntur. 1012
Quæ uitia magis huic Sacramento repugnent. 1006
Præcipua huius sacramenti excellentia super alia & ueteris, & noui testamenti, quæ sit. 952
Eucharistiæ primarius finis quis. 953
Secundus eucharistiæ finis quis. 953
Tertius qualis. 954
Tres huius sacramenti fructus qui sint. 954
Tribus causis, ob quas fuit hoc sacramẽtũ institutũ, tres respondent fructus. 955
Causa potissima instruendi hoc sacramentum. 998
Accidenti ad hoc sacramentum fides uiua diligens suæ conscientiæ excussio, & oris confessio est necessaria. 956
Indigne accedentibus quid contingat. 957
Quid postulandum ante huius sacramẽti perceptionem. 1007
Euangelium unde nomen traxit. 970
In solemni Missa quo in loco Euangeliũ legebatur. 970
In Missa priuata ad cornu sinistrum legitur, & quam ob causam. 970
Consueta sacerdotis salutatio cur euangelio præmittitur. 970
Cur sacerdos, & populꝰ ternis se muniũt crucibus, & quibus in locis. 970
Cur populus erectus stat, & caput detegit. 970
Cur sacerdos postremò euangelium osculetur. 970

F

Fides in Deum quid. 972
Fides, qua in Deum creditur, unde fluant. 971
Fidei fructus qui sint. 972
Qualis fides necessaria est accedẽti ad Eucharistiæ sacramentum. 957
Filius ex substantia patris. 974
Filius Dei duabus naturis deitate, ac humanitate constat. 973
Filius Dei cur Dominus dicitur. 973
Filius omnipotens. 973
Filius Dei Dñs dicitur tribus modis, primũ secũdum diuinitatem, deinde secũdum humanitatem, tertiò ratione quadam priuata credentium dominus dicitur. 973
Qua ratione filius Dei fratres, & cohæredes habeat. 974
Filius Dei cur unigenitus. 974
Filius Dei est, per quem tanquam per internam Patris uirtutẽ facta sunt oia. 975
Filius Dei quomodo ex cœlis descenderit. 976
Quibus de causis filius Dei factus sit homo. 976
Filius Dei quomodo ad dexterã Patris sedere dicitur. 979
Fractio panis cõsecrati in specie tãtũ fit. 1010

G

Qui gestus olim habent repræsentandi Christi passionem. 960
Nulla productio in rebus creatis magis assimilatur æternæ generationi, quam lucis productio. 975

Graduale cur Epistolam subsequitur. 968
Graduale unde dicatur. 968
Cur aspero,& grauicanto persoluitur. 968
Nil æquitati magis consentaneum,quam gratiarum actiones Deo persoluere. 989
Gratias Christum egisse dicitur, & qua ex causa. 996
Gloria Deo persoluenda quoto tẽpore. 1002
Qui gratias agere Deo peracto sacrificio quam necessarium. 1002

H

HAleluia quid significet. 969
Dictio haleluia ex duabus coalescit in unum.
Haleluia cantus est hilaritatis. 969
Cur Haleluia statim graduali adijcitur. 969
Quis in Romanã Ecclesiam introduxit. 969
Hæretica assertio,qua dicitur in Missæ sacrificio non contineri ueram Christi carnem, sed esse solum illius carnis cõmemorationem,& gratiarum actionẽ. 934
Hæretici quid per opus operatum intelligunt. 93
Hæreticorum ea est consuetudo, ut quadrata rotundis euertant. 941
Hæretica positio asserens Missæ actionem non esse uerum sacrificium,sed memoriale solum illius sacrificij. 927
Hæretice dr memoriale solũ sacrificij, catholice uero memoriale sacrificium. 936
Hæretica,impiaq; assertio est;qua creditẽ in Missa iterum Christum crucifigi. 937
Hæretici faciunt oẽs Christianos æqualiter Sacerdotes. 941
Hæreticis imminet uindex Dei ira. 942
Hæretici sacerdotum sacram ordinationem reijciunt. 942
Hæretica positio negans ad mortuorum animas nostri sacrificij diuinam uirtutem pertingere. 944
Hæretici more suo oĩa euertẽtes nihil penitus erubescũt afferere abrogandã esse piã Ecclesiæ illam consuetudinẽ celebrandi Missas in honorem sanctorum. 946
Impia hæreticorũ assertio est dicere solã fidem esse sufficientẽ præparationem ad suscipiendum Eucharistię sacrm. 946
Contra perfidam Hæreticorum opinionem de absoluta necessitate. 968
Contra Arianos in Symbolo per totũ. 968
Hæretica positio solam fidẽ ad salutem consequendam sufficere asserens. 979
Hæreticorum impia Canonis reiectio. 989
Cõtra hæreticos de sãctorũ inuocatiõe. 994
Contra hęreticos de cęrimoniarum usu. 1011
Quot hominum genera sunt, pro quibus Sacerdos sacrificium offert. 991
Hominis natura in rebus diuinis assequẽdis qualis. 1012
Cuius rei gratia conditus sit homo. 973
Homini uanæ curiositati quomodo occurrendum. 973
Homini quid post peccatum contigit. 971
Maxima hominis conditi dignitas. 972
Honorem Deo debitũ qũo conuenientius homines exprimere possint. 925
Hostia cur circularis est. 986
Tres particulæ hostiæ quid indicent nobis. 1005
Hymnus Angelicus cur sic dicitur. 964
In hymno Angelico facile est inspicere duplicem filij Dei naturam, & diuinam & humanam. 965
Pulchra eius dictionis, solus, in hymno Angelico positæ obseruatio. 965
Hymnus partim Angelicus, partim humanus. 988

I

IEsus quid significat. 974
Iesus nomen a quo inditum. 974
Iesus filius Dei natura est, cæteri oẽs filij adoptione dicuntur. 974
De præpositione in pulchrę obseruationes. 980 983
Incarnationis opus cur spũi sãcto tribuatur, quũ tamen tribus personis sit cõe. 976
Sacrorum indumentorum usus unde. 961
Indumenta,qbus in Missa utimur, quę. 961
Cur in Ecclesiasticis officijs exercendis alijs utimur indumentis ab eis,quos in usu communi habemus. 960
Infidelis est, qui uerbo Dei omnipotentiam detrahit. 948
Introitus cur sic dicitur. 963
Cur ex Prophetis accipitur,& illi sanctæ Trinitatis additur inuocatio. 963
Introitus repetitio qua ex causa. 963
Iudicis nomen sub quo Christus passus est,cur explicatur. 977
Iudicium illud uniuersale quomodo fiet. 979
Cur extremi iudicij tempus nobis ignotum sit. 980

L

Latus domini quando significetur. 1010
Laici quomodo intelliguntur sacrificium Missæ offerre. 993
Legalis sacerdos in sancta sanctorum ingrediens quid agebat. 993
Quando calix eleuatur, & deponitur, quid significetur. 1010
Angelorum laudes quam longe a nostris dissident. 988
Laudatur Dei maiestas per Christum. 988
Laudes nostræ cur diuinæ maiestati minus sint gratæ. 988
Libri huius tres pertracta. 927
Laicis, & quietis locus qualis. 1002

M

Manipulus quid significat. 961
Cur in leua manu ponitur, & stringitur. 961
Manuum lotio quid significet. 961
Manuum extensio quid designat. 960
Manuum iunctio quid. 961
Mariæ præconium. 976
Melchisedech quomodo Saluatoris nostri figuram portauit. 928
Missa in duas partes diuiditur. 660
Missæ nomen quid significet. 927
Integra, absolutaq; Missæ definitio quatenus sacrificium est. 927
Missæ plures definitiones. 927
Missam ab Apostolis semper aut sacrificium, aut oblationem dici. 931
Omnium catholicorum consensu astruitur Missam esse uerum sacrificium. 930
Missa quale sacrificium: 934
In Missa duo aguntur. 934
Quòd in honore sanctorum Missæ sint celebrandæ. 946
In Missis pro sanctorum honore celebratis quid agatur.
Cur una ab introitu usq; ad offertorium, & abeo in finem usq; altera pars Missæ dicatur & qualis. 960
Quid magis inflectit diuinam maiestatem ad impendendam hominibus misericordiam. 1002
Modus, quo panis in corpus, & uinum in sanguinem transubstantiatur, inexplicabilis est. 996
Pro quibus defunctis exoramus. 1001
Quod ijs, qui huius uitæ munere functi fideliter sunt, Missæ sacrificium prosit ad relaxationem. 944
Si Ecclesiæ supplicationes mortuis prodesse debent, duo exiguntur. 945
Pulchra obseruatio de mortuis minime prætermissa. 945
Nulla efficacius oratio mortuis prodest, quam quæ sacrificio altaris soluitur. 1001
Cur dictio multis, & magis omnibus posita est. 998
Mysterium quid latine significat. 998

N

Nouena cur ponitur sanctæ Trinitatis supplicatio. 964
In nouena supplicatione Kyrie eleison, Christe eleison semper diuisim proferenda, & scribenda. 964
Kirie, & eleison quid significant. 964
In nouena supplicatione cur eisdem uocibus Pater, & Spiritus sanctus supplicentur. 964
Nomen Dei quomodo sanctificetur. 1003

O

Oblatio munda qualis. 930
Res oblata quotuplex. 934
Oblatio ad duo respicit. 935
Qualis Christi oblatio non est reiterabilis. 936
Oblatio sub speciebus panis, & uini non minus odie efficax est, quam eo die quum de saucio latere sanguis, & aqua exiuit. 936
Quot modis uerbum offerre accipiatur. 939
Cur Iesus Christus ad institutionem huius sacramenti uoluit uerbo offerre. 940
Offertorium unde nomen traxit. 986
Quo modo quæ in altari offeruntur, ante consecrationẽ appellentur sancta. 991
Oblatio seruitutis dicitur: & cur. 995
Oculos in cœlum Christum eleuasse dicitur, & cur. 996
Diuerso plane modo Sacerdos, & populus circunstans sacrificium Deo offerunt. 999
Oipotentis nomen soli Deo conuenit. 973
Oipotentia licet tribus diuinis personis conueniat, Deo Pri tñ attribuit sub eatione, qua est oium causa, & principiũ. 973
Orationis ordo qualis seruandus. 966
In orationis conclusione pulchra Romani ordinis obseruatio. 966

Numerus orationum septenarium non debet excedere.
Cur aut una, aut tres, ut quinque, aut septem orationes legantur. 967
Orationes authenticæ quales habendæ. 968
Loci quam multi orationis erigendæ. 968
Oratio Dñica quot partes complectatur 1002
Orationis Dominicæ super alias excellẽtia, & dignitas. 1002
Cur a principio Orationis Dominicæ posita est uox illa, Pater. 1002
Septem orationis Dominicæ petitiones. 1003
Oratio post offertorium, quantis de causis secreta nominatur. 986
Orthodoxus quis.
Orthodoxũ nomẽ græcũ est, & quid oñdit 992
Osanna ex duabus dictionibus conflata quid significet. 989
Quam ob causam prius orandum est pro uniuersalibus, q̃ particularibus psonis. 992
Quis ordo seruandus in oratione pro singularibus personis habenda. 993

P

Quare Christus panẽ in manus suas acceperit. 996
Panis quot modis in sacris scripturis accipiatur. 951
Nomine panis in oratione Dominica quid uenit intelligendum. 1003
Panis ethimologia. 986
Papa nomen unde initium duxerit, & quid significet. 991
Pater quot modis in sacris scrip. accip. 1003
Passio Christi tribus repsentatur modis. 960
Varia passionis genera. 977
Sanctorum Patrum pulchra obseruatio. 938
Pax qualis seruanda. 1005
Cur pax ante communionem datur. 1006
Pectoris trina in confessione percussio, quid ind cet. 962
Peccata impedimento sunt ad pacem impetrandam. 1005
In pace tradenda quid significetur. 1010
Planeta quid repsentet, cur unica, & integra est, atque ad brachia eleuatur, & omnibus supereminet uestibus. 962
Pœnitentiæ fructus qualis. 938
Præfatio est ueluti sacri Cano. exordiũ. 989
In præfatione quid agit Sacerdos. 989
Nihil est suipsius principium, & causa. 976

Quatuor sunt motiua, quæ Deum patrem inflectere possunt, ut nostras preces exaudiat, & quæ. 990

R

Regis potestas in sacra scriptura duplex interna, & externa. 941
Quo modo una ab altera differt. 942
Quo modo quilibet fidelis Rex & Sacerdos appelletur. 942
Reges apud Iudæos Christi nominabantur, sed non eadem ratione, qua Filius Dei dicitur Christus. 974
Regnum quid significat. 1000
Resurrectio Xpi cur credenda difficilior. 978
Quibus de causis facta est resurrectio. 978
Resurrectio Christi ex sacris scripturis collecta. 978
Qui resurrectionem non credit, neque Christum resurrexisse credit. 985
Resurgendi modus. 985
Quæ sint qualitates in resurrectione amittendæ. 985

S

Quales esse debent Sacerdotis exercitia. 959
Sacerdos inter Deũ, & populũ mediator. 986
Sacerdos cuius personam gerat in sacrificio offerendo. 934
Sacerdos quid agat. 938
Sacerdos unde dicatur. 940
Quid Sacerdotis nomine sit intelligẽdũ. 941
Quotuplex Sacerdotium. 942
Sacerdotium internum quo ab externo distinguitur. 942
Sacrificiorum ueteris legis causa præcipua quæ. 925
Inter omnia sacrificia nobilissimũ quale. 926
Sacrificij nouæ legis super omnia sacrificia uirtus, & efficacia. 926
Sacrificiũ quot modis a sacrificio differat. 926
Sacrificia & oblationes legalis antiquæ ad quem finem ordinabantur. 928
Quæ figuræ in priori testamẽto significauerint sacrificiũ posterioris testamẽti. 928
Quam ob causam aliquorum sacrificia Deus repudiat. 928
Sacrificium nostrum quoto tpe sit pmãsurũ ex Daniele Propheta colligitur. 929
Altaris sacrificium ab æterno in mente diuina, fuisse ordinatum. 933
Tam eximium est hoc sacrificium, ut ne-

Digitized by

queat reperiri aliquod uocabulũ quod tante rei conueniat. 990
Nouæ legis sacrificium qũo a sacrificijs ueteris testamenti differat. 934
In Missæ sacrificio Ecclesia quid agat per ministerium sacerdotis. 934
Altaris sacrificium quomodo propitiatorium, & Eucharisticum est. 93
Vnũ,idemq; est sacrificiũ, quod in cruce fuit oblatũ, & quod in Missa quotidie offertur,sed modo essẽdi plane diuersus. 934
Quomodo tot sacrificia sacrificium unũ, & hostia una dicantur. 935
Qũo uerum Xpi corpus, quod in cruce fuit oblatum, in altare iterum offerat. 636
Quo pacto sacrificiũ, quod ex institutione Xpi Sacerdos offert ꝓpiatoriũ sit. 936
Sacrificij nostri uirtus,& efficacia. 937
Cur traditum sit hoc sacrificium. 937
Quis instituit, quibus uerbis & quando hoc sacrificium. 940
Quod simul, ac semel Christus instituit sacrificium,& sacerdotium. 939
Cur pedibus calceatis sacerdos sacrificet. 962
Qua ex causa sacerdos se inclinat. 962
Salutatio sacerdotis ad populum unde accepta, atq; eiusdẽ populi responsio. 966
Sacramentorum uirtus unde pendet. 983
Sanctorum intercessio. 1005
Sabaoth quid indicet. 989
Sacerdos offerẽs nõ ꝓ sua solius orat psona,sed pro oĩbus Xpi fidelibus. 990
Sancti de nostra sunt salute soliciti. 994
Sanguis Christi cur dr sãguis noui test. 998
Nostræ salutis causa. 976
Signũ efficax,quo quis experitur, an digne susceperit sanctissimum Eucharistiæ sacramentum. 958
Signorum forma unde petenda. 1009
Cur spẽs panis,& uini dicantur sacramẽtum,& non magis res sacramenti. 939
Quomodo sub panis specie sanguis, & sub huius specie panis contineatur. 950
Sub ijs speciebus diuinitas, & aĩa Christi ex naturali, & reali concomitãtia continentur. 950
Sub alterutra,atq; sub utraq; Christus totus continetur. 950
Quibus de causis sub duabus separatim speciebus consecratur, & sumitur. 952
Cur loco corporis,& sanguinis nõ positũ est specierum corporis, & sanguinis. 1005
Stola quid significet, & eius longitudo. 961
Quibus competit. 961
Cur alio nomine orarium dicitur, & a collo per modum crucis descendat. 962
Cur ad genua usq; prætenditur,atque ad lumbos succingitur. 962
Falsa Græcorum de Spiritus sancti processione assertio. 981
De Spiritu sancto quot sint credenda. 980
Spũs quot modis sumit in sacris eloquijs. 980
Spiritus sanctus omnipotens. 973
Spũs sancti uaria i scripturis sanctis noia. 980
Sancti dicunt Angelorũ, & piorũ hoium Spũs, sed longe diuersa rõne a Spũ sancto,quiin diuinis tertia est persona. 981
Cur in symbolo Nicæno nulla sit de Christi morte mentio. 978
Symbolum quid latine sonat. 971
Symbolum cur collatio, & indicium dr. 971
Symbolum Apostolorũ idẽ cũ Nicẽno. 971
Quam ob causam Apostolorum fuius est declaratum. 971
In quot partes principales diuiditur. 971

T

IN tentationem ne nos inducat Deus, quomodo intelligendum. 1003
Littera T, apud Hebræos Tau dicitur. 990
Littera T,qd ex sui effigiatiõe significet. 990
Tractus a quo nomen habet. 970
Tractus quo tempore dicatur,& cur. 970

V

VErbum fiat quibus de causis Ecclesia utitur in Canone. 995
In uerbis, quibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum conficitur, quid firma fide tenendum est. 996
Qualia uerba Xpi passionem deliniunt 960
Catholica horũ uerborum, Hoc facite in meam commemorationem expositio. 939
Triplex est uiuendi genus, dum in hac uita fungimur. 945
Præsentis uitæ uaria,multipliciaque tormentorum genera. 1004
Aeterna uita quanta bona cõplectitur. 985
Vinum quo in tempore fuerit a Christo in materiam consecrationis: & cur. 997
Vt uox humilis efficax sit oportet, ut ꝓferentis cor humiliter in primis de se sentiat. 1006
Votũ in canone quo i sensu accipi debet. 993

MAGISTRI GABRIELIS BIEL,

SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATI PERITISSIMI

IN SACRO CANONE MISSAE EXPOSITIO.

ORATIO INITIALIS.

Propositio quid tractaturus sit & diuisio operis.

IN NOMINE superbenedictæ trinitatis patris,& filij,& spiritussancti. Amen. In huius lectionis meæ principio, tria mihi perficienda conspicio. Primum legendæ materiæ breuis recommendatoria introductio. Secundum præuia temeritatis excusatione theologica breuior protestatio. Tertium præsentibus dominis meis, & præceptoribus gratiarũ breuissima relatio. ¶ In primi executione assumo uerba, q̃ digessit Iesus filius Syrach hierosolymita eruditissimus. Cibauit illum pane uitæ,& intellectus. Eccl.15. Nostis patres optimi fide certissima illustrati,primũ humanæ naturæ propagatiuum principium,a summo deo in culmine corporalis creaturæ de nouo esse leuatum. Pane cognitionis necessariæ, qua creatorem suum,seq; cæteris cũ creaturis ab eo productum agnosceret. Necnon quid deo,quid superiori,quid sibi, quid æquali, quid inferiori deberet,quid deniq; agere, quid cauere oportuerat excellentiore quædam noticia illustratum. Alijs quoq; uirtutibus, & donis,quibus castissimo amore suo inhæreret iam cognito creatori, delectabiliterq; seruiret, præditum fuisse: quatenus expleto dispensationis sibi creditę officio, nulla morte media, tandem in paradisum alterum translatum, ipso totius boni fonte beatifice, ac interminabiliter frueretur. Sed prohdolor honoris, & bonorum homo impatiens,dum reiecto conditoris timore superbiens præcepto ligari contempsit,uitam perdidit pariter,& intellectum. dist. 38. cap. ignorantia. Indicat hoc ipsum horrenda quædam ignorantiæ profunditas,errorum omnium mater,quæ cunctos Adæ filios in tenebroso quodam susceptit sinu. Amor quoq; tot rerum uanarum, & noxiarum, mordatium perturbationum,mærorum,formidinum,insanorum gaudiorum,litiũ:fraudiũ,cæterorũq; uitiorũ. Quis enim ignorat, ait doct. Aure. cum quanta ignorantia ueritatis, quæ iam in infantibus manifesta est. Et cum quanta 22. de ciuit. Dei c. 22.

abundantia uanæ cupiditatis, quæ in pueris apparere incipit, homo ueniat in hanc uitam: quibus pro ueritatibus certissimis multifarios errores pro

Luce. x. bonis uerissimis bonorum umbram apparentium nanciscatur. Gratuitis siquidem spoliato homini, & naturalibus uulnerato, secundum euangelicum paradigma descendentis ab hierusalem in hiericho, incidentisq; in latrones, remansit naturalis inclinatio ad uerũ in intellectu, ad bonum in affectu. Hinc fames illa ualidissima sciendi, quam prisci philosophantes acerrimis ibusi ingenijs, non filiorum pane, sed porcorum siliquis (licet frustra) pellere quæsierunt. Vere frustra; nam morbus creuit ex remedijs. Quippe hu

2. ad Tim. 3. mana curiositas, quia satiari nequit; nunquam sibi sufficiens, semper adulteriora tendit. Hinc philosophus noster, & ueritatis præco Paulus huiusce mo di uocat stultarum, & sine disciplina quæstionum inquisitores, a diaboli laqueis captiuos, ad ipsius uoluntatem semper addiscentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Enimuerò processerunt in se confisi in regionem longinquam multiplicium errorum; & uanissimorum cultuum; dũ deum inuisibilem, quem ex creatis rebus uisibilibus esse comprobarunt. Nõ sicut deum glorificauerunt, nec gratias egerunt: sed putantes se aliquid esse euanuerunt in cogitationibus suis. Et quod curiose inuenerunt, per su-

In glo. Ro. 1 perbiam perdiderunt: ut ait Aug. Sicq; obscuratum est insipiens cor eorũ. Dicentes, n. se esse sapientes: stulti fácti sunt. Quid rogo insipientius, quã seruire creaturæ potius, quã creatori? Quid stultius, quã mutare gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis creaturæ corruptibilis? Hinc tanta philosophorum dissensio, qua a magistris discipuli, & inter se dissidérãt condiscipuli; dum eos non diuina autoritas, sed humana duxit temeritas. Nam eodem beato Aug. teste. palam in conspicua, & notissima porti-

18. de ciui. dei. c. philosophorũ uaria opiniones de anima. cu, in gymnasijs, in hortulis, in locis publicis, ac priuatis, cæteruarim unusquisq; pro sua opinione certabat. Alij asserentes unum: alij innumerabiles mundos. Ipsum uerò unum, alij ortum esse; alij uerò initium non habere; alij interiturum; alij semper futurũ; alij mente diuina; alij fortuitu, & casibus agi. Alij immortales esse animas, alij mortales. Et qui immortales, alij reuolui in bestias, alij nequaquam. Qui uerò mortales, alij mox interire post corpus, alij uiuere etiam postea, uel paululum, uel diutius non tñ semper. Alij in corpore constituentes finem boni, alij in animo, alij in utroq;. Alij extrinsecus posita etiam bona ad animam, & corpus addẽtes. Alij sensibus corporis semper: alij non semper: alij nunquam putantes esse credendum. Sed & de fine ultimo, propter quem cætera omnia quærenda sunt. Marcus uarro sue recitat idem Aug. tam multam dogmatum uarietatem diligenter

19. de ciui. dei. c. 1. & 2. De præparatione euãg. scrutatus aduerit, ut ad ducentas octuaginta octo sectas perueniret. Testis est etiam horum multiplicium errorum Eusebius, qui innumeras gentium sectas & recitat, & reprobat. His alijsque erroribus: ut rationalium mentes uelut blandicijs quibusdam infatuaret, ac dulcibus uenenis incurabilibus inficeret humanæ salutis insidiator dyabolus, poetarum figmentis, uerborumque coloribus res turpissimas, uelut honestare gestiens: hac uerborum sagena plurimos irretiuit. De quo quid bea. Hiero. aliquando cicero nianus, post doctus uerberibus christianus sentiat, aduertamus. Ait enim. Dæmonum cibus est carmina poetarum. Secularis sapientia rhetoricorum pompa uerborum. Hæc sua omnes suauitate delectant. Et dum aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt: animã quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt. Verum ubi in summo fuerint studio, ac labore perfecta, nihil aliud nisi inanem sonum, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi saturitas ueritatis: nulla refectio iustitiæ re-

Hieron. castigatur qđ Ciceronianus in Ep. ad Damasum.

peri

peritur. Studiosi eorum in fame ueri, & uirtutum penuria perseuerant. Hęc ille. Hoc triplici qui difficile rumpitur fraudum funiculo, errorum ui delicet uanitatis, ignorantiæ, fraudulentus protoplasti seductor, quem pro strauit in mortem, ne quandoque ad salutarem ueritatis cognitionem reuiuisceret, colligauit. Nouit enim ille uersutus, quia sine ueritatis cognitione ad ueritatem, in qua non stetit, redire nemo potest, nec sine dei notitia ulla homini poterit esse salus, dicente scriptura. Vbi non est scientia (haud dubium quin dei) animæ non est bonum. Nam uani sunt omnes homines, in quibus non est scientia dei. Si quis ignorat, ignorabitur. Sed benignissimus deus scientiarum dominus, cuius sapiẽciam non uincit malitia. Diligit enim omnia, quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit; Plasma suum aliena fraude deceptum, in æternum perire non sustinens, erranti mundo cognoscendæ ueritatis fame; ac pudendæ uanitatis squallore, iamiamque deficienti subuenire decreuit. Idcirco dum medium silentium tenerent omnia ueritatis prædicamenta. Noxque peccatorum, & ignorantiæ medium iter perageret, ut puta ueri dei cognitione in omnibus pene' extincta; Omnipotens sermo de regalibus exiliens sedibus, geminam rationalium cibauit inediam, dans panem non uentris, sed mentis, panem non ad ruinas huius uitæ, quæ uapor est ad modicum parens, reparandum; sed panem uitæ, & intellectus ad indeficientis uitæ beatitudinem consequendam. Dedit autem manus liberalissima panem dulcem, defectum totuplicem restaurantem; Panem uerbi ex ore dei procedentem, quo pasceretur intellectus; Et panem uerbum factum carnem, quo uita nutriretur, & affectus; quamuis ad utrunque conferat uterque. An non panis uitæ, doctrina scripturæ canonicæ, a summa reuelata ueritate, quo uita uera cognoscitur, uita animæ roboratur, & ad uitam felicissimam ambulatur. Non in solo pane uiuit homo, inquit ueritas, sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. Est quoque panis intellectus, intellectum erudiens; affectum sua eruditione uelut ignea lex inflammans. Ipsa nempe est, quæ finem, quo tenditur, ostendit; ipsa quæ uiam, qua itur, dirigit: Finem uitam æternam: Viam, sanctificationem nostram. Habetis, inquit apostolus fructum uestrum in sanctificatione, finem uerò uitam æternam. Ipsa denique instruit ignorantem, ipsa reducit deuiantem, associat itinerantem, inducit perseuerantem. Cuius salutiferos fructus beatus Hierony. in prolo. quodam in lib. psalmorum, breuiloquo sermone complectitur dicens; Hic habet infans, quid lactet; puer, quid laudet; adolescens, quid corrigat; iuuenis, quid sequatur; senior, quid præcetur. Hic discunt fœminæ pudicitiam; populi inueniunt pietatem; uiduæ iudicem; pauperes protectorem; aduenæ custodem. Hic inueniunt reges, quid audiant; iudices, quid timeant. Hæc tristem consolatur, lætum temperat, iratum mitigat, pauperem recreat, diuitem, ut se cognoscat, increpat, omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit, nec peccatorem despicit, sed per pœnitentiam remedium ei ingerit. Post hæc deus ostenditur; simulacra irridentur; fides asseritur; perfidia repudiatur; iustitia ingeritur; iniquitas prohibetur; misericordia laudatur; crudelitas abdicatur, ueritas requiritur; mendacium damnatur; dolus accusatur; prædicatur pœnitentia; pax consequenda promittitur; spes certa nutritur. Sed quod his omnibus est excellentius, christi sacramenta laudantur Hæc Hiero. Hæc sacra theologica doctrina, uera, & diuina sapientia, sola est omnium scientiarũ imperatrix, & dña, quia cãdor ẽ lucis æternę, & speculũ sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius.

Prouer. 19. Sap. 13. & 1. Cor. 14. Sap. 2. Sapien. 18. Deut. 8. & Matt. 4. Rom. 6. Sap. 7.

Laudes sacrę scripturę.

Hieron.

Cui niſi artes cæteræ ancillentur, non illuminant, ſed obſcurant: non eru
diunt ſed tenebris errorum inuoluunt. Non hanc diuinam ſapientiam
gentium principes, non terræ negociatores, non potentes ad bella gigãtes
Baruch 3. inuenerunt; propterea, & perierunt. Sed ea de ſupernis ſedibus, quæ in
altiſſimis habitat, ſuperſubſtantialis ſapientia reuelauit: eamque reuelãdo
populum ſuum humilem pane uitæ, & intellectus cibauit. Liber addere,
quod ſequitur. Et aqua ſapientiæ ſalutaris potauit eum. Vere aqua ſaluta
ris ſapientiæ; ex fonte manans ſapientiæ, quæ eſt uerbum dei in excelſis,
Eccl. 1. quæ eſt Chriſtus dominus uirtus, & ſapientia dei patris. Magnum profe-
1. Cor. 1. cto ſapientiæ donum, quę in animas ſanctas ſe tranſfert, amicos dei, & pro
Sap. 7. phetas, id eſt procul uidentes, conſtituit. Sed parum ſumme' uiſum eſt libe
ralitati, niſi ſe fontem ſapientiæ homini per cibi præuaricationem damna
to, donaret in cibum ſaluantem, & ſpiritualiter nutrientem, mirabili con
gruentia, naturæ conditioni, & lapſus reparationi. Coniunxit nempe di
uina ſapientia in prima hominis formatione rationalem ſpiritum materię
corporali pro exemplo futuræ ſocietatis, quæ inter deum, & ſpiritum ratio
nalem in glorificatione eiuſdem perficienda eratenit ſciret homo deum tam
diſparem corporis, & animæ naturam in ſęderationem unam, & amicitiam
tantam coniungentẽ, etiã rationalis creaturę humilitatem licet longè infe
riorem poſſe ad ſui participationem gloriæ ſublimare, vt loquitur magi-
dist. 1. lib. 2. ſter. Et quoniam ex eiſdem gigniuntur, & nutrimur incarnata prius: dehinc
uelut impanata, ſeu ineſcata ſub ſpeciebus ſacramenti ſapientia facta eſt
nutritio noſtra. Lapſus deniq;, & e paradiſo extruſus pecorinam induit ſi
pſal. 48. militudinem ſecundum illud prophetæ. Homo cum in honore eſſet, non
intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt eis.
Idcirco ſęno indiguit pabulo pecorino. Ea propter cæleſtis cibus angelo-
rũ mutauit ſe in cibum pecoris, homine mutato in pecus. Panis enim an-
gelorũ factus eſt ſęnũ, unicus patris filius hominis, uerbum quippe caro
Eſa. 40. factum eſt. Et iuxta prophetã. Omnis caro ſęnũ. Comedunt igitur angeli
uerbum de deo natum: comedũt homines uerbum ſęnum factũ. Pane ſuo
uiuunt angeli in cęlis, & beati ſunt. Sęno ſuo uiuunt homines in terris, &
ſancti ſunt. Sęnum quippe iſtud de prato uirginalis uteri collectũ, factũ eſt
refectio iumentorum. Verbum .n. ut ſęnum fieret, latuit in uirgine, ſol in
ſydere, artifex in opere. O ſtupenda dei miſeratio, exclamat doctor melli-
fluus; uerbum carnem, deus cinerem, figulus lutum, uita morticinum in-
Ioh. 6. duit; ut angelorum panem iumenta manducarent. Hic uere' panis eſt uitę
de cęlo deſcẽdens: ut daret uitam mundo. Non quomodo moyſes panẽ
dedit patribus in deſerto, quem manducantes mortui ſunt. Nam qui ex
hoc pane manducauerit, uiuet in æternum, manęns in Chriſto, & habens
Chriſtum uitam manentem in ſeipſo. Hic panis eſt intellectus, quo nobis
mortalibus immenſitatem ſuæ potentiæ, incomprehenſibilitatem ſuæ ſa-
pientiæ: inenarrabilitatem ſuæ beniuolentiæ, dominus mirabilius declara-
Pſal. 110. uit. Memoriam fecit mirabilium ſuorum: inquit pſaltes dominus: hoc cibo
ſpiritualiter ſatiatus, miſericors, & miſerator dominus eſcam dedit time-
ntibus ſe. In prompto eſt quemadmodum ſacroſanctum hoc edulium, meta
phiſicorum naturalium, logicorum, cæterorumq; philoſophorũ æſtimata
ſuorũ principiorũ theoremata caſtiget: & uerum in eis intellectum admi-
niſtret, quorum deductionis ueritas uetat. Panis iſte bene a pan, quod ſo-
nat totum, dicitur: quia totum, quod ad ſalutem pertinet, confert homini
uiatori. Lapſus ſiquidem homo omnia confudit. Conſtitutum a plaſma-
tore ordinem pulcherrimum temerauit. Nam deum per inobedientiam

contem

contempſit,carnem de ſua carne,& os de ſuis oſſibus productum proximã ſuam incuſauit, in ſeipſo rationem uoluntatis ductricẽ appetitui ſubegit. Indiguit itaque ad perfectam reſtaurationem triplici remedio. Sacrificio, quo placaretur deo; charitatis diffuſione,qua communicaret proximo;gratia reformatiua ordinis in ſeipſo. Omnia hæc confert panis Chriſti excellentiſsimum ſacramentum. Nam ipſum eſt ſacrificij oblatio, quo ad deum. Charitatiua communio ad proximum. Viaticum,& refectio ad ſeipſum. Sacrificium enim ſicut, & uerbum abbreuiatum fecit nobis dñs ſuper terram,hoſtiam uiuam unicam, mundam, plenam bonis,plenam effectibus,omnibus illis pro quibus offerri conſueuerat hoſtia litteralis.In hoc ſacrificio corporis ſui,& ſanguinis noua fecit omnia ueteris teſtamẽti oblationes,& ſacramenta,paſchalem agnum,manna deſerti, panes propoſitionis,tauros,& uitulos immolationis,hircum emiſſarium, paſſeres,turtures, mel, & columbas, uinum, & libamina, ſal in omni ſacrificio, atque oleum, neq; mel,neque fermentũ. Denique quotidianũ bis ſacrificiũ cum matutino ueſpertinum. Hinc beatus Bern. Chriſtus ait, pro ſalute mundi ſemel factus hoſtia ſalutaris,rei reconciliatio generalis omnibus tam præcedentibus, quam ſequentibus, uirtutem dedit, & efficaciam',ut tanta, & tali hoſtia ſanctificarentur omnes liberandi per illam. Et beatus Auguſt. Huius inquit,ueri ſacrificij multiplicia, uariaque ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum. Cum hoc unum per multa figuraretur, tanquã uerbis multis una res diceretur,ut ſine faſtidio multum commendaretur. Eſt denique ſacramentum illud communio,qua inter ſe membra cum capite Chriſto charitate connexa communicant. Nam in hoc ſacrificio tota ipſa redempta ciuitas, hoc eſt congregatio,ſocietasque ſanctorum,uniuerſale ſacrificium offertur deo per ſacerdotem magnum, qui etiam ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis,ut tanti capitis corpus eſſemus ſecundum formam ſerui. Hanc enim obtulit,in hac oblatus eſt:quia ſecundum hanc mediator eſt,in hac ſacerdos,in hac ſacrificium. Verba ſunt beati Aug. Et ſequitur ad propoſitum: Hoc eſt ſacrificium chriſtianorum. Multi unum corpus ſumus in Chriſto,quod etiam ſacramento altaris fidelibus noto frequentat eccleſia; ubi ei demonſtratur,q; in ea oblatione, quam offert, ipſa offeratur. Eſt demum panis ille refectio animæ, ſpiritum reſtaurans, deſiderium ſatians;cor ſpirituale delectans,infirma roborans,gratię uitam augmentans, uiaticum perducens. In cuius fortitudine ambulatur per deſertũ huius mundi ad montem dei oreb,qui interpretatur ardor,cælum uidelicet empyreum ſeraphico ardore fulgidum. Sic cibus ille oblatio eſt initiata in cruce. Facto deo ſacrificium uiaticum perducens ad terminum,communio tenens interim proximos in unum. Huius tanti ſacramenti digniſſimus ſacerdotum ordo miniſterium accepit· quorum officio iſte panis uitæ mortalibus quotidie præparatur. O uere cæleſtis indulgentia. O cumulata gratia. O ſuperexcellens gloria,ſacerdotem deum ſuum tenere,& porrigendo alijs diſpenſare. Quorum quia ignorantiæ circa tantum myſterium a dño per prophetam damnantur dicentem. Quia tu ſcientiam repuliſti,repellã & ego te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Ideo omnium ſacerdotum indigniſſimus,propriæ conſulens inſcitiæ,non præſumptione temeraria, ſed almæ huius uniuerſitatis matris meæ præcepto mihi pridem per digniſſimos ſuos oratores inſinuato, contraniti iniuſtum arbitratus humiliter obtemperãs, legendi laborem,inſufficientiſſimus licet aſſumpſi. Canonem quoque miſſæ,quo diuinus ille ſacramentalis cibus conficitur,exponendum delegi. Larem hunc non penitus reputans inutilem, quo Chriſti ſacerdotes ad ſa-

Triplici remedio indiguit homo.

In ſermone de ſacramento.

j. de ciui. dei. c. 20.

10. de ciuit. dei. c. 6.

Cauſa cur hoc opus ſcripſerit autor Biel.

Oſee. 4

cerdotij ue gradum aſpirantes, tanti officij dignitatem, ritum & debitæ exe cutionis peritiam contemplari. Necnon ſcolaſticorum ingenia myſterij profunditate exerceri. Omniumque hoc ſalutari edulio paſci optantiũ, conſcientiæ ad dignam eius ſumptionem informari poterunt, & accendi. Opus quidem arduum, & ignaro peccatori improportionatum, cuius altiſ
Ruth. 2. ſimam profunditatem gigantium humeros premere non ignoro. Deſperarem penitus, & deficerem, ſi uel cum Moabitide poſt terga metentium ſpicas eorundem manus fugientes colligere, & non magis maiorum iam collecta comportando præſumerem recitare. In qua re inſufficientiam propriam uerbis cultoribus nescio, an palliare dicam, an excuſare, ſuperfluum duxi, cum ipſam plus cupito operis exequendi imperfectio demonſtrabit.

PROTESTATIO
Theologica.

IN huius igitur lectionis initio theologicam proteſtationem frequenter per me factam renouans: coram uobis uenerabilibus, ac doctiſſimis præceptoribus meis proteſtor ſolenniter, & expreſſe, non eſſe mentis meæ in futuris meis lectionibus, aut alijs quibuſuis actibus per me uolente domino faciendis, aliquid dicere, aut pertinaciter defendere: quod catholicæ fidei, ſeu determinationi ſacroſanctæ matris eccleſiæ quomodolibet obuiet, uel pias aures offendat. Si uerò (quod per ſuam miſericordiam dominus auertat) aliquid tale ex lapſu linguæ, ignorantia, alia ue qualicunq; occaſione contingeret: reuoco ex nunc prout ex tunc: ex tunc prout ex nunc, uolens ea habere pro non dictis ſubijciens me humiliter eorum directioni, quorũ eſt errantes corrigere, & deuios ad uiam catholicæ ueritatis reducere. Verum ne dicendorum indiſtincta congeries cõfuſionem afferat, placuit opus ipſum, quod Sacri canonis miſſæ expoſitio intitulari poteſt, per lectiones partiri, & lectiones per §. aut litteras alphabeticas ulterius ſecare, quatenus ſtudioſo lectori in prompto, quod uoluerit, occurrat: cum noſtrum, quem edidimus, indicem: ſeu ut aiunt, inuentarium, inuiſere placuerit. Diuiſio operis.

DVODECASTICHON MAGISTRI GASPARIS
Haslachij Symmeringenſis ad lectorem.

GRammata glotiolam redolentia deſine uanam:
Mundani faſtos ſuſpicere illecebras.
Atque philoſophicos, ſacrosque reuolue libellos:
Turpia contemnens ſcommata muſicolum.
Auſu, quos diro Iulianus apoſtata preſſit:
Quod fidei nouit fortia ſcuta ſacræ.
Hinc ea chalcotypis pulchris cirrata iuuentus:
Sancta theologiæ, quæ tibi ſcripta damus.
Perlege nocturnis uigili cum mente lucernis:
In primis tu quæ es initianda ſacris:
Nec te presbyterum quorundam luxus inertum
Abſtrahat, & talus ocia ſcorta ſopor.

DE

DE REQVISITIS AD CONSECRATIONEM. LECTIO. I.

RAEMISSA in cubiculo cordis deuotissima spiritussancti inuocatione, quatenus qui huius diuinissimi est autor muneris, sit mentium nostrarũ illuminator, & doctor internus sacri canonis. Cuius expositionem priusquam ordiamur, præmittenda sunt aliqua ad consecrationis actum, (ad quem canon etiam totius missæ officium ordinatur) requisita. Quæ tria sunt in genere. Requiruntur enim aliqua ex parte sacramenti conficiendi, consecrãtis ministri, circumstantiarum temporis, & loci. Et horum aliqua requiruntur tã quam simpliciter ad consecrationem necessaria, ita q̃ eis non existentibus non fieret consecratio eucharistiæ, siue transsubstantiatio panis, & uini in corpus, & sanguinem Christi. Aliqua requiruntur de congruo tanquam decentia ad legitime & ordinatè consecrandũ, quibus non existentibus, licet non impediatur consecrationis effectus, quæ est transsubstantiatio, impeditur tamen eucharistię fructus. Quę igitur ex parte sacramenti requiruntur; requiruntur, de necessitate, quæ ex parte circumstantiarum, requiruntur de congruo. Eorum uerò, quæ requiruntur ex parte ministri, quædam de necessitate requiruntur, quædam de congruitate. Ex parte sacramenti requiritur debita materia, & debita consecrationis forma. De quibus infra suo loco dicetur. Ex parte ministri aliqua requiruntur de necessitate, aliqua de congruitate, ut dictum est. De necessitate ministri requiritur potestas ordinis, facultas sermonis, integritas intentionis. Propter defectum primi non possunt consecrare angeli, mulieres, nec laici, nec aliqui non sacerdotes, seu presbyteri. Propter defectum secundi, repelluntur ab hoc ministerio elingues, & muti. Propter defectum tertij excluduntur usu rationis carentes, & fatui, etiam si fuerint sacerdotes. ¶ Primò, scilicet potestati ordinis, paulò latius immorandum est. Vbi in primis considerandum, q̃ multa competunt ordini sacerdotali respectu corporis Christi, tã mystici, quam ueri. Corpus Christi mysticum, intelligo fidelium congregationem, ecclesiam uidelicet catholicam, secundum illud apostoli. Vos estis corpus Christi, & membra de mẽbro. Membra dependentia de mẽbro .s. capite Christo cõmembro. gl. interli. Ipsum dedit caput supra oẽm ecclesiam: quæ est corpus eius. Corpus Christi uerum est corpulenta substantia de uergine Maria, operatione spũssancti sumpta, uel ẽt natura humana, diuinæ naturę in suppposito uerbi unita. de quo infra dr̃. Et hoc secundũ duplicẽ acceptionẽ, corpis, ut distinguitur, uel cõtra aiam, uel cõtra spm̃. Sup utrũ q̃ corpus insignes sacerdos accipit ptãtes. Super corpus mysticum ptãtem ligandi, soluendi, docendi, confortandi. ligandi pęnis, soluendi a pctis, docendi uiã salutis, cõfortandi sacrs. Ad quorũ expletionẽ Paulus hortatur. Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spũssanctus posuit epos, regere ecclesiã dei, q̃ acqsiuit sanguine suo. Epos. i. sacerdotes: qa olim idẽ epus, & pbyter, ait Hier. ad euandrũ uel Eugen. epum, & hr̃ in canone .xciij. dis. legimus. Super corpus Christi uerũ ptãtem cõsecrandi offerẽdi, fidelibus dispensandi. ¶ Pro quorum clariori intellectu, uidendũ, quid sit ptãs ecclesiastica, & quotuplex. Potestatẽ ecclesiasticã causaliter diffinit illuminatissimꝰ doct. Ioh. Gerson cãcell. parisien. in tractatu de eccles. ptãte sic; Est ptãs a Christo supernaturaliter, & spiritualiter collata suis apostolis, & discipulis, & eorũ successoribus legitimis usque in finem seculi ad ædificationẽ ecclesiæ militantis secundũ leges euangelicas, pro cõsecutione felicitatis eternę.

A

Ad consecrationem requisita tria.

Aliqua simpliciter, aliqua de congruo requisita.

B

Ordini sacerdotali q̃ conueniunt respectu corporis Christi ueri, et mystici.

1. Cor. 12.

Quid est corpus Christi uerũ, & mysticum.

Ephe. 1.

Act. 20.

Hiero.

C

Io. Gerson. Diffinitio potestatis ecclesiasticæ, & quotuplex.

In hac diffinitione cauſali poteſtas ponitur pro genere. Eſt autem poteſtas facultas propinqua ad exeundū in actū. Dicitur propinqua; quia obedientialis remota, quę eſt in qualibet creatura rationali reſpectu dei ad quā libet hierarchicam actionem, non dicitur poteſtas eccleſiaſtica. Dicitur etiā potentia propinqua, quæ in paſſum diſpoſitū remotis impedimentis ſtatim exire pōt in actum. Cauſa efficiens principalis tāgitur, cū dicitur, a Chriſto ſuper naturaliter collata. Non enim ineſt eccleſiaſtica poteſtas a principijs naturę: ſed ab eo, qui naturā condidit. Cauſa materialis, uel ſubiectiua notatur; cum dicitur, Apoſtolis, & diſci. &c. Formalis inſinuatur, cum additur ſecundū leges euāgelicas, dant enim formā utendi. Cauſa finalis concluditur, cū ſubditur; Ad ędificationē eccleſiæ militātis, p̄ ꝓſecutione fælicitatis æternę. Additū eſt, ſpecialiter, ad excluſionē donorū ſupnaturaliū, q̄ poſſunt eſſe cōmunia omni uiatori, qualia ſunt fides, ſpes, charitas, prophetia, timor, pietas &c. Per has particulas omnis alia ptās excludiē, qm̄ oīs alia ptās uel eſt naturaliter indita, ſicut poteſtas corporalis, quo ad cām efficiētē. Vel eſt ſecundū leges humanas regulata, ſicut poteſtas ſecularis quo ad cauſam formalem. Vel eſt radicata in habentibus eā ſecundū dona naturalia, ēt ubi ſupernaturalia, utputa fides, ſpes charitas, non adeſſent. Vnde poteſtas ſecularis, contra quam diſtinguitur poteſtas eccleſiaſtica, conuenit, alijs quam Chriſtianis. Poteſtas autē eccleſiaſtica de neceſſitate fundatur in dono ſupnaturali. ſ. charactere baptiſmali de communi lege, qui caracter uiatores facit eſſe de eccleſia militante, & ita capaces eccleſiaſticæ poteſtatis. Tamen charitas, ſeu gratia gratumfactens, & ſi ualde decens ſit ſuſcipientibus eccleſiaſticam poteſtatem, non tamē exigitur pro dando titulo, quaſi ſine ea nō poſſit ineſſe eccleſiaſtica poteſtas, prout uualdenſiū hereſis errādo aſſeruit.

D ¶ Legitur aūt in euangelio ſextuplex poteſtas a Chriſto data apoſtolis, diſcipulis pro ſe, & eorū ſucceſſoribus, miniſtris. ſ. eccleſiæ quales ſunt epiſcopi, & præsbyteri. Vnde Anacletus papa. 21. diſtin. In nouo ait, Apoſtolis decedētibus, in locū eorū ſurrexerūt epiſcopi. Et ſequitur. Videtes aūt apoſtoli meſſem eſſe multā, & operarios paucos, rogauerūt dūm meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuā. Vñ ab eo electi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli. quorū typū gerunt præsbyteri, atq; in eorū loco ſunt conſtituti in eccleſia. Hæc ibi. Sex ergo poteſtates prædictę prout eas colligit do. Petrus de alliaco cardinalis, hę ſunt. Poteſtas cōſecrationis, ſacramētorū adminiſtrationis, prædicationis, iudiciariæ correctionis, diſpoſitionis miniſtrorū eccleſiæ, accipiēdi uitæ neceſſaria ab his quibus ſpiritualia adminiſtrant. De primis duabus magis ad propoſitū, eo q̄ conferri uidentur ordini ſacerdotali. Prima igitur poteſtas eſt poteſtas cōſecrationis, qua quilibet ſacerdos rite ordinatus cōficere pōt corpus, & ſanguinē dñi Ieſu Chriſti. Hanc contulit dñs in ultima cœnacū dixit. Hoc facite in meam cōmemorationem. Hæc poteſtas quandoq; dicitur character, uel poteſtas ordinis, de quo infra latius dicendū erit. Secūda poteſtas. ſ. adminiſtrationis ſacramētorū, & ſpecialiter ſacramēti pœnitētiæ eſt poteſtas iuriſdictionis ſpūalis in foro pœnitētiæ, quę dicit poteſtas clauiū, quibus ſacerdotes poſſunt aperire cęlū, & claudere. Aperire dignis, claudere indignis. Per peccatū. n. mortale quilibet peccās claudit ſibi cęlū, quia præſtat ſibi impedimētū intrādi cęlū, & gaudia paradiſi. Ad cuius admotionē cōtulit dñs poteſtatē eccleſię, qua diſcernere pōt in cā, ꝓpter quā cęlum clauditur, & ferre ſniam, pronūciādo illū dignū, & illū indignū; Dignū dolētē de pctis, & ea cōfitētē, indignū nō dolētē de peccatis, quāuis cōfitentē. Et hoc eſt cęlū aperire, & cęlū claudere, quātū pertinet ad miniſterium ſacerdotum. Et auctoritas hæc faciendi uocatur

Sextuplex poteſtas data a Chriſto apoſtolis.

Matt. 9. Luc. 10.

Poteſtas conſecrādi quid eſt.

Luc. 22.

poteſtas

Clauis eccle siastica du plex.

potestas clauis. Quæ duplex est scilicet autoritas cognoscendi in causa pec catoris confitentis,& autoritas sententiandi,quæ dicuntur claues. Prima clauis scientiæ,secunda clauis potestatis. Vnde clauis scientiæ non est scien tia habitualis,uel actualis,ut quidam putauerũt,quia & si autoritas cogno scendi requirat scientiam,uel discretionem comitantem rectum usum eius, quemadmodum etiam clauis potestatis requirit iustitiam ad rectum usum sui; Tamen sicut potestas iudicandi non est iustitia,immo potest esse sine iu stitia,ita potestas,uel autoritas cognoscendi in aliqua causa non est scien tia,uel discretio, quinimmo potest esse sine discretione cognoscendi. De quo pulchre loquitur doctor subtilis. Concordat Alexan. de Ales. ¶ Hæc potestas promissa fuit Petro a dño,cum dixit. Tibi dabo claues regni cæ lorum &c. Promissa fuit etiam omnibus apostolis,cum dixit. Amen dico uobis,quęcunq; ligaueritis super terram,erit ligata & in cęlis. Et quæcun que solueritis super terram,erit soluta & in cęlis. Collata uerò fuit eis in die dominicæ resurrectionis,dum apparens eis Iesus in conclaui congrega tis insufflauit,& dixit. Accipite spiritum sanctum,quorum remiseritis pec cata,remittuntur eis. Hæ duæ potestates consecrationis,& clauium dicun tur potestates ordinis sacerdotalis,neque eædem sunt,neque simul tempo re collatę apostolis. Quarum una respicit consecrationem corporis christi ueri:quoniam habens eam consecrare potest uerum corpus, & sanguinem christi uirtute uerborum sacramentalium. Secunda respicit corpus christi mysticum,seu membra eius:quia habens eam potest soluere,& ligare pec catores;fideles tantum,qui sunt membra ecclesiæ numero,& si non merito licet solutione fiant etiam membra meritò. Prima,ut dictum est,collata est apostolis in cæna ante Christi passionem. secunda post resurrectionem. Et uidetur,ꝙ etiam modo in ordinatione sacerdotis distinctis actibus, & tem poribus conferantur. Primá enim confert ordinator episcopus ordinan do,cum tradens ei calicem cum uino,& aqua pane suprapositio dicit. Ac cipite potestatem offerendi,& conficiendi pro uiuis,& mortuis. Secundam uerò tradit aliquibus interpositis, ponens manum super caput eius, & di cẽs. Accipite.ſſ.quorum rem. peccata &c. Et si in collatione cuiuslibet po testatis imprimitur spiritualis character, ut quidam tenent,& recitat Scot. tanquam probabiliter dictum,tunc tres sunt characteres ordinem sacerdo talem integrantes secundum tres potestates collatas, & si collata prima.ſ. potestate consecrandi non procederet episcopus ad collationem aliarum, non esset ille perfecte in sacerdotem ordinatus. Posseтque conficere cor pus Christi,non tamen ligare,& soluere peccatores, quia ad hoc nondum fuisset sibi collata potestas. Ex hoc uidetur opinio quorundam doctorum minus probabilis,dicentium,ꝙ una est potestas sacerdotalis secundum es sentiam,& radicem,sed multiplex secundum effectum. Quodque cum apo stolis in cæna data fuit potestas consecrandi super corpus Christi uerum, etiam collata sit eis potestas super totum corpus Christi mysticum, ipsum scilicet in membris eius ligandi,& soluendi:nam uerba illa. Hoc facite in meam commemorationem, quibus tradita est prima potestas,nullum pœ nitus ordinem habent, uel habitudinem ad secundam potestatem. Neque enim significant ipsum,nec exprimunt:quod tamen regulariter fit per uer ba, quibus aliqua confertur potestas. Quomodo enim alias sciretur,ꝙ col lata esset hæc, uel illa potestas. Et pręterea cum uerba sacramentalia hoc, quod significant,efficiunt, & uerba quibus prima potestas con fertur,secundam potestatem pęnitus non significent, sequitur,ꝙ neq; ipsum conferant.

dist. 19. 4. B Part. 4. q. 78. ar. 2. mẽ. 3. Mat. 16. Mat. 18.

Quãdo apo stolis fit col lata pote stas a Xpo.

Ioh. 20.

Conc. Trid. Sess. 14. cap. 1. & can. 3.

dist. 19. 4.

Improbatio quorundam doctorum.

DE POTESTATIBVS SACERdotum.

LECTIO II.

HAE potestates sacerdotales æquales sunt in omnibus ritè cõsecratis sacerdotibus, maioribus,& minoribus, hoc est epis,& simplicibus sacerdotibus. Sunt etiã inauferibiles. Ratio primi patet ex præmissis: quia cuilibet sacerdoti indifferẽter cõferũtur per easdẽ uerborũ formas,& per eorũdem exhibitionẽ signorũ quasi materiarũ, dicẽte ordinatore super quẽlibet. Accipite potestatẽ celebrãdi &c. Ac porrigente cuilibet calicẽ cũ pane,& uino rursus ad manũ impositionẽ cuilibet. Accipite spũmsanctũ, quorum remisse.&c. Hæ formæ sicut exdẽ: ita & eiusdẽ efficaciæ sunt in omnibus, sicut & aliæ formæ sacramentales, quantum est ex parte earũ. Itẽ ijdẽ characteres imprimũtur oĩbus sacerdotibus in sua ordinatione, in quibus fundãtur hæ ptãtes. Ratio secundi. s. inauferibilitatis est: qa character in sacerdotali ordinatione impressus manet, nec unquã deletur: & per cõsequẽs nec potestas, quę in eo fundatur. Est. n. character forma supernaturalis a deo creata, q̃ per nullã uirtutẽ creatã corrumpi põt. Eius namq; desitio annihilatio est, ad q̃ uirtus creata se nõ extẽdit, sicut nec ad creationẽ. Neq; a deo tollitur, quodcũq; ꝓpter pctm̃, sicut cætera dona supernaturalia, quo modo charitas tollitur ꝓpter pctm̃ mortale; fides ꝓpter hæresim; spes ꝓpter desperationẽ: quia caracter sacerdotalis cõfertur a deo etiã existenti in peccato mortali, etiã actu peccãdi, ut si quis cum proposito peccãdi suscipit sacramentũ ordinis: & ideo nulli pctõ repugnat. Quãtũcũq; igitur sacerdos suspẽdatur, excõicetur, degradetur, semper manet in eo ptãs consecrãdi, similiter & auctoritas ligãdi,& soluendi. In cuius signum cũ hi reconciliantur ecclesiæ; non reordinãtur in sacerdotes: qd̃ tñ foret necessariũ, si ptãs sacerdotalis per hmõi actus auferretur. De hoc beatus Aug. reprobans positionẽ, Cypriani dicẽtis, ꝙ hæretici uera sacramẽta non habent. Et illorũ, qui dixerit, ꝙ sacerdos recedens ab ecclesia baptisma non amittit: sed ordinẽ. Ad permenianũ scribẽs ait de hæreticis,& dãnatis,& habetur 1. q. 1. ꝙ quidã. Quod quidã dicũt, ꝙ baptisma, qd̃ accepit, nõ amittit, qui recedit ab ecclesia, ius tamẽ dãdi, quod accepit, amittit (. i. ordinẽ gl.) multis modis apparet frustra, & inaniter dici. Primõ, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrumq; .n. sacramentum est, & quadã cõsecratione homini datur, illud .n. cũ baptizatur, illud cũ ordinatur,& ideo, non licet catholico utrũq; .s. sacramentum iterari. Nam si quando ex parte ipsa uenientes etiã præpositi pro bono pacis correcto scismatis errore susceptis sunt: et si uisum est opus esse, ut eadẽ officia gererent, quæ agebãt, non sunt rursus ordinandi; sed sicut baptismus in eis, ita & ordinatio mansit integra, quia in ꝓcisione fuerat uitiũ quod unitate pacis est correctum, non in sacramẽtis, q̃ ubicũq; sunt, ipsa uera sunt. Et infra eodẽ. De his, qui ab unitate ecclesiæ catholicæ separati sunt, nulla iã quæstio est, quin habeãt, & dare possint sacramenta, sed pernicioseˢ habẽt, pernitioseq; tradunt, qui extra uinculum pacis sunt. Neutri sacramento iniuria facienda est, sicut non rectẽ habet, qui ab unitate recedit, sed tamen habet, & ideo redeunti non redditur: sic etiam non rectẽ dat, quod accepit, & ideo quod ab eo accipitur, uenienti ad unitatẽ nõ iteratur. Ex quibus uerbis. Aug. cõstat in omnibus tã

Potestas sacerdotalis æqualis est in omnibus ritè ordinatis.

Conc. Trid. sess. 23. c. 1.

Quid character quòd inauferibilis.

Conc. Trid. sess. 14. c. 10.

August.

August.

apostatis,

Error eorū, qui dicunt sacerdotē in pctō mortali existentē non conficere.

apostatis,quā hereticis,aut damnatis manere sactamēta xpi ueta, quantum ad se,& sācta:licet ad dānationē sint habentis,dantis,& recipiētis. ¶ Ex his infero,q periculosē errāt dicētes sacerdotē in peccato mortali existentem non conficere:quia potestas conficiendi non fundatur in gratia, nec ipsam necessariò psupponit,sed ut dictū est,in charactere sacerdotali,quē scām le gē statutā prequirit. In cuius signum xps in cena cum apostolos suos sacerdotes ordinauit, ordinauit & iudam proditorem suum sacerdotem secundum doctores,qui tñ tunc non fuit in gratia; quia iā post bucellam panis intrauit in eum sathanas. Cōstat ergo,q tunc recepit consecrādi prātem.Si ergo tūc in debita materia cū certa uerborū forma cōsecrare atētas set,cur nō cōsecrasset: Par ró est de quolibet sacerdote. Vnde beatus Aug. in lib. de corpore dñi ait. Intra ecclesiā catholicā in ministerio corporis, & sanguinis dñi nihil a bono maius,nihil a malo minus pficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris,& uirtute spiritussancti. Infero secūdò ex prædictis,q similiter errant dicentes,sacerdotem in mortali peccato existētem non posse quem absoluere a peccatis. Patet ex eodem fundamento:quia potestas clauiū ex xpi ordinatione gratiam non prerequirit,ut recipiatur, sed potestatē dūtaxat cōficiendi. Non n.uoluit dominus aliquē habere potestatē ligādi, uel soluēdi super corpus xpi mysticū,nisi haberet potestatē super corpus xpi uerū. Et si ad hoc nulla sit auctoritas expressa canonis: sufficit ritus, & usus ecclesiæ, quæ maioris est auctoritatis auctoritate cuiuscunq; doctoris particularis. unde beatus Aug. ex dictis Basilij inquit dist. 11. ecclesiasticarū. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis,quasdam uerò apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus: quasdam uerò consuetudine roborātas approbat usus,quibus par ritus, & idem utriſq; debetur pietatis affectus. Et in epistola ad Ianuarium dist. 12.illa autem. Illa autem, quæ non scripta,sed tradita sunt,custodimus:quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur;datur intelligi,q ab ipsis apostolis,uel ex plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia salubertima auctoritas,cōmendata,atq; statuta retineri. ¶ Sed forte quis obijceret,xps priusquā apostolis diceret; Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis,præmittit; Accipite spiritumsanctum, ergo uidetur,q gratia spiritussancti requiratur ad susceptionem prædictæ potestatis. Ad qđ dicēdū:q spiritussanctus dupliciter,& datur,& accipitur, vz. in gratia gratūfaciēte,& in gratia gratis data. Primo modo datur ad personalem sanctificationem recipientis. Secundo modo non semper ad personalem sanctificationem:semper autem ad ecclesiæ utilitatem. De prima dicitur. Iustificati gratis per gratiam ipsius scilicet christi. glo. per gratiam christi,quæ donum dei est. Maximum autem donū spiritussanctus est. unde & dicitur ibidem.c.5. Charitas dei diffusa est in cordibus uestris per spiritumsanctum,qui datus est uobis. Gratia autem quæ iustificat charitas est:aut ei inseparabiliter coniuncta,quæ datur semper ad sanctificationem, quia ipsa est,quæ operit multitudinem peccatorum. De secunda. Alij per spūm datur sermo sapientiæ:alij sermo scientiæ scām eūdem spūm, alij fides in eodē spū:alij gratia sanitatum in uno spū,alij operatio uirtutū,alij pphetia. Præmisit aūt apostolus. Vnicuiq; datur manifestatio spūs ad utilitatem. Diuisa sunt dona,non ad meritū alicuius singulariter dantur, sed ad utilitatem ecclesiæ ædificandæ. Quod autem non detur ad personalē utilitatē, patet,quia sic datur, & reprobis quibus allegātibus in iudicio recepta dona,& dicentibus. Dñe non ne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dæmonia eiecimus, uirtutes multas fecimus, dicturus est dominus.

B

Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & can.10.

Augusti.

C

.SS.datur dupliciter, & accipitur.

Rom.3.

Rom.5.

1.Cor.12. prouerb.10. & 1.pe.4.

Nunquam noui uos. glo. in nullis approbaui. Itaq; apostoli in potestate ligandi,& soluendi,receperunt quidem spiritumsanctum: quia ipsa potestas ligandi,atq; soluendi donū est spiritussancti,sed gratis datum. Vnde nō dixit dominus. Accipite gratiam spiritussancti, ut accipiatis potestatem remittendi peccata,uel ut remittatis peccata, sed ait. Accipite spiritumsanctum,quorum remiseritis peccata &c. quasi di. Accipite donū spiritussancti,potestatē.s.remittēdi peccata,& accipientes hoc donū spiritussancti,spiritumsanctum recipitis. Nec tamē negandū,q; Christus dedit his uerbis,& signo flatus apostolis augmētū gratiæ,& charitatis. Sed nō dedit illā,ut dispositionē præuiā,necessariō requisitā ad susceptionē potestatis clauiū, sed tāquā dispositionē de cōgruo,ut dignē recipiatur,sicut & nūc gratia cōfert in collatione ordinū,nisi impediat obex in suscipiente ad dignā potestatis executionem. Vnde etsi non ad susceptionem,neq; ad executionem potestatis clauiū simpliciter requiritur gratia gratum faciens, requiritur tamē ad dignam potestatis clauium susceptionē,eiusq; dignā executionem. Vnde sicut ordinandus se disponere debet, ut sine peccato recipiat ordinis sacramentū, ita etiam curet mundus esse a peccato,ut dignē actū receptæ exequatur potestatis,quia teste beato Aug. contra donatistas. Nemo dignē absoluit,nisi columba,uel columbæ membra. Columba. i. Christus;Membrū columbæ,a peccato mundus. ¶ Et pro dictorū confirmatione, potest argui per locum a maiori,si ad recipiendum,& exequendum potestatem cōsecrādi uerū corpus Christi,non requiritur necessariō gratia gratū faciens in ministro,quæ maior est,multō minus requiritur in potestate minus digna respectu scilicet corporis Christi mysticij;sed ibi non requiritur, ut dictū est, ergo nec hic. Concordat his magister distin. 19. lib. 4. allegans illud Hiero. super illo uerbo Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum. Dat deus benedictionem dignē poscenti per indignum ministrum. Fallit autem, & fefellit multos uulgata sententia, qui ligatus est,alium soluere quomodo potest? Quod utiq; uerum est de ligatura corporali,& dum hæc mēbra ligata sunt; quibus,& non alijs soluere potest. Alioquin nihil prohibet pedibus compeditum,& manibus liberum,uincula alterius soluere. In proposito autē nulla est ligatura corporalis,sed dumtaxat ligatio per præceptū. Præceptum enim uidetur sacerdotibus, ut dignē,& iustē opera sui ministerij exequantur,nā Leui. præcipitur. Homo de semine aaron, qui habuerit maculā,non offerat panes corā domino, nec accedat ad ministerium eius. Per maculam uitium intelligitur,ut dicit glo. unde Aug. Ablata est omnis dubitatio. Nemo summorum,uel secundorum sacerdotum debet ad sanctam accedere,si immundus est. immō uedetur esse de iure naturali, ut homo sancta sanctē pertractet,ut dicit sanctus Tho. ubi infra. Item iustē,quod iustum est,exequeris. Sacerdotes,qui accedunt ad domiuum, sanctificentur; ne percutiat eos. Et per Esa. præcipit dominus. Mundamini, qui fertis uasa domini. Biusdem lij. ¶ His.alijsq; autoritatibus moti sanctus Tho. Alber. Petrus de tharan. dicunt, q̄ suscipiens, uel exequens ordinem in peccato mortali mortaliter peccat, quia facit contra præceptum diuinum. Vnde sanctus Tho. dicit, q̄ sanctitas uitæ requiritur ad susceptionem ordinis cuiuslibet,non de necessitate sacramenti, sed necessitate præcepti. Vnde si malus ordinatur,nihilominus ordinem habet, tamen cum peccato, nam in quolibet ordine quasi præsumptuosus mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad ordinem accedit. Hoc quo ad ordinis susceptionem. Sed quo ad executionem actuum ordinis subdit circa finem quest. Lex præcipit, ut homo iustē ea, quæ iusta

Cur Xps nō dixit: accipite gratiam spūssancti, sed ait;accipite spiritū sanctum.

Obseruet sacerdos.

Quomō, & quare xps collaturus potestatē ordinis ꝓmisit. Accipite SS.

Suscipiens ordinem in pctō mortali, mortaliter peccat.

Augustī.

D

dist.19.lib.4. Hieron.

Leuit.c.21.

Thom. 4. Deut. 16. Exod 19.

E

Thom. in 4. dist.24.q.3.

Deuter.16.

sunt,

De duplici ligatione reali, et præcepti.

sunt exequatur. Et ideo quicũq; hoc, quod sibi competit, .s. ratione ordinis facit indigne: quod iustum est, iniuste exequitur: & contra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicũq; autẽ cũ peccato mortali aliquod sacrũ officium pertractat: non est dubiũ, quin indigne illud faciat: unde patet, q̃ mortaliter peccat. Et infra. Quandocũq; minister exhibet se in aliquo actu ut ministrũ ecclesiæ in mortali peccato, mortaliter peccat: & totiens mortaliter peccat, quotiens huiusmodi actum facit: quia ut dicit Dionysius. Immundis nec symbola .i. nec sacramentalia signa tangere fas est. Vnde quando tangunt res sacras, quasi suo officio utentes, mortaliter peccant: secus si in aliqua necessitate aliquod sacramentum contingerent, uel exequerentur: in eo casu in quo etiam laico liceret, sicut si baptizaret in articulo necessitatis. Vel si corpus Christi in terra proiectum, colligeret. Loquitur semper de existente in peccato mortali. Hæc sententia etsi non omnibus placet, tanquam nimis dura, uidetur tñ firmis scripturæ radicibus innixa. Et ideo ecclesiæ ministris sollicitius formidãda. ¶ Sic ergo in propositio non est nisi ligatura præcepti, propter quam factum contra præceptum non est irritum: quamuis peccent præceptũ transgredientes. Et est simile in ciuilibus. Præcipiat dominus seruo suo, ne certum uinculatũ soluat: iam seruus ille ligatus est, eo modo, quo præcepto ligari dicimur. Cõstat autẽ, q̃ seruus ille contrauenire potest præcepto domini, & ligatũ soluere. Quod si facit, non minus solutus est qui uinctus fuerat, quã si præceptum de non soluendo super ipsum latum non fuisset. Ita in proposito. Præceptum non ligat corporaliter, seu realiter potestatẽ clauiũ, ne ipsam hñs possit exire in potestatis actũ: sed ligat, ne licite possit, sed nec peccato mortali ligatur, ne alium a mortali soluere possit: quoniam etsi mortali peccato ligatus est, ne possit perficere actus meritorios, & ita quasi pedibus bonarum affectionum tenetur constrictus; non tamen ligatus est peccato mortali quantũ ad illud, quo soluit .i. potestatem clauium, quæ manibus animæ poterit comparari. Claudicat ergo popularis illa similitudo transferendo ligationem corporalem ad ligationem per prohibitoriũ præceptum, uel per mortale peccatũ. Et rationabiliter, misericorditerq; dominus ordinis potestatem siue ad suscipiendum, siue ad exercendũ impediri noluit simpliciter peccato suscipientis, & exequẽtis; ne hierarchicus ordo ecclesiæ instabilis sit, incertus, totusq; confusus. Cum enim nemo sciat, an amore, uel odio dignus sit, & hoc de seipso: multominus de alio nunquam securi esse possent subditi, sed nec præsidentes. Quippe semper dubitare haberent peccatores, an fuerint rite, uere, & sacramentaliter absoluti: cum semper dubitarent de mundicia sacerdotis ex multis contra eos cõceptis suspitionibus. Sed & ipsi sacerdotes si potestatem in ordinatione rite susceperint; & etiam recepta potestate uere consecrent; si absoluant &c. cum se tunc, uel nunc charitatem habuisse, aut habere ignorent. Et licet in his nõ possit haberi certitudo euidentiæ absq; diuina reuelatione, propter intentionẽ ordinantis, consecrantis, absoluentis, quę alijs ignota est secundum illud; Homo uidet, quæ patent, deus autem intuetur cor. Crẽdibilius tamen est, & uerisimilius intentionem debitam fuisse consecrandi, conferendi, ordines recipiendi & generaliter exequendi, quã oppositum. Secus de ministrorum sanctitate. ¶ Præterea non uidetur diuinę bonitati consentaneum, alterum pro alterius iniquitate puniri, in his præsertim, quæ ad salutem pertinent: dum ille alteri in sua malicia non communicet. Sed si peccatorem confitentem, & ad absolutionem recipiendam secũdũ humanæ fragilitatis possibilitatem se disponentem, sacerdos propter occultum suum peccatũ

Dionysius c. 1. cel. hierar.

Imo cõprobata in sacro Concilio Tridentino sess. 23. canone septimo. uide hoc infra fol. 9. c.

Eccl. 9.

1. Regũ 16.

Deus alterũ pro alterius iniquitate non punit.

non absoluerer: puniretur peccator propter peccatum alienum, cui non communicasset; contra illud. Filius non portabit iniquitatem patris. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij super eum erit &c. Iterum rationabile est, ut deus assistat sacramẽto pœnitẽtię ad peccatorũ remissionẽ, quã significat. Assistat dico certitudinaliter respectu significati in fieri: ne propter signi incertitudinem negligat quis sacramentũ suscipere. Nam quis hominum suæ famæ zelator alteri homini cordis sui secreta fore facta aperiret: nisi firmissime crederet deum assistere sacerdoti ad remissionem suorum peccatorum: dum in se confitente non sit obicis impedimentum. Nemo pro re dubia, & penè neutra rem tam difficilẽ, & naturali inclinationi contrariã, qualis est peccatorum confessio, subiret: quæ necessariò prærequiritur sacramentali absolutioni. Hæc paulo latius de potestate ordinis inferere placuit, quę materiæ nostræ non impertinentia uidebantur.

Exo. 18.

DE POTESTATE DISPOSITIONIS.

LECTIO III.

A

De tertia potestate quę est dispositionis ministrorum ecclesiæ.

TErtia potestas est potestas dispositionis ministrorum ecclesiæ, quo ad determinationem iurisditionis ecclesiasticæ, ut euitetur confusio & dissensionis materia & in populo, & inter ministros; si hi æqualiter & indistincte de omni populo curam haberent. Et hæc potestas collata est singulariter Petro, & eius successoribus, ubi ait ei singulariter Christus. Pasce oues meas. Idipsum tertiò repetens. i. sis pastor, & prælatus generalis, ut scilicet ad te pertineat dispositio, & regimen generale ouium, & ouilis. ¶ Pro quo ad maiorem eorum, quæ dicta sunt, elucidationem notandum, q̃ iurisditio consistit in quadam prælatione, seu superioritate super certam plebem, uel personam. Quia dicitur iurisditio quasi autoritas, uel potestas dicendi ius. Hoc autem nulli competit respectu alterius, nisi super ipsum habeat quãdam prælationem. Et diuiditur, quantum ad propositum sufficit, quia quædam est coerciua, de qua infra dicetur; quædam non coerciua; & hæc est, quæ requiritur in foro interiori ad absolutionem peccatorum, quia hæc ministrat materiam priori potestati, ligandi scilicet, & soluendi: hæc potestas iurisditionis in sua plenitudine residet in summo pontifice, quo ad totam ecclesiam uniuersalem; quia ipsius solius est uniuersaliter instituere rectores, & prelatos in ecclesiastica hierarchia, cum ipsi soli dictum sit. Pasce oues meas. Vbi Christus non distinxit inter has, & illas, sed generaliter omnium curam sibi commisit. Ab eo ergo descendit mediate, uel immediate omnis ecclesiastica iurisditio in inferiores præsidentes, quos uocat ad se in partem sollicitudinis, cum ipse uocatus sit in plenitudinem potestatis, ut in c. Ad honorem. de autoritate, & usu pallij Inno. iij. In inferioribus uero prelatis est hæc potestas limitata secundum summi sacerdotis rationabile arbitrium. Vnde episcopus nullos potest ligare, uel soluere nisi de sua diœcesi, ut in c. Nullus de parrochijs, & alię paroch. Sic etiam curatus in alienos suæ parrochiæ non subiectos absoluendi nullam habet potestatem. Vnde. xiij. q. j. Ecclesias. dicitur. Statuimus, ut nullus alterius parrochiæ terminos, aut ius inuadat. Sit unusquisq; suis terminis contentus: & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non

Ioan. ult.

Iurisditio quid est, in quo cõsistit.

Episc. nõ potest absoluere nisi sibi subiectos.

iudi-

Potestas iurisdictionis non confert in ordinis susceptione.

iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiat. ¶ Hæc potestas iurisdictionis in foro animæ interiori non est potestas ordinis, nec confertur in ordinis susceptione. Nam eoipso quo aliquis ordinatus est præsbyter, non est constitutus prælatus, nec curator alicuius personæ uel plebis. Præsupponit, tamen eam, & fundatur in potestate ordinis sacerdotalis, quia nulli committitur nisi sacerdoti potestatem clauium ex ordine habenti. Non enim per potestatem iurisdictionis datur noua potestas absoluendi sacramentaliter; sed materia subijcitur, in quam accepta potestas clauium ualeat exerceri. Cohærent ergo sibi hæ duæ potestates clauium, & iurisdictionis quantum ad forum animæ; ita q; una sine alia non sufficit ad soluêdum a peccatis. Non sufficit dico, nedum ad ordinatè, & licitè absoluendum, sed simpliciter ad absoluendum; ita q; si sacerdos tentauerit absoluere non suum, non modo peccat mittêdo falcem in messem alienam, sed omnino nihil facit; quoniam a non suo iudice ligari nullus ualet, uel absolui in c. quod autem. de pœni. & remis. & eo. titu. c. Omnis. dicit Innoc. iij. Eum uolentem confiteri non suo sacerdoti id fieri debere decernit de fauore proprij sacerdotis, causam subdit dicens. Cum aliter ipse illum nõ possit soluere, uel ligare. Itaq; ad absoluendum requiritur potestas clauium, & materia, in quam absolutio recipiatur, seu ad quam terminetur. Sicut tam in naturalibus, quam artificialibus ad agendum requiritur potentia, seu uirtus agendi, & materia, in quam actio terminetur. Potestas itaq; agendi, potestas est clauis. Materia propinqua siue per se, est peccatum. Materia secundaria siue per accides, peccator subditus. Subditus dico duplici subiectione, subiectione scilicet uoluntaria, & subiectione prælati superioris. Vtraq; subiectio requiritur, nam quantuncunq; peccator sit subiectus per prælatum sacerdoti parrochiali; nisi tamen uoluntarie se subijciat eidem, a peccatis non absoluetur. Quis enim diceret aliquem inuitum absolui in foro conscientiæ? Similiter quantumcunq; quis uoluntarie se subijciat alicui sacerdoti, nisi talis sibi præfectus sit a superiore, absolueretum non potest. Facit ad hoc. c. peruenit. 16. q. 1. Vbi paschasius papa decernit nullum pœnitentiam, ac peccatorum remissionem dare posse absq; proprij episcopi fauore, uel apostolicæ sedis auctoritate; prout hoc de monachis specialiter statutum est in concilio calcedonensi. ea. q. c. qui uere. Et hoc quidem rationabiliter, ne scilicet præbeatur incentiuũ delinquendi. Quod certe præberetur, si quilibet pro sua uoluntate posset a quocunq; sacerdote absolui. Tolleretur etiam ex hoc non parum erubescentia peccatoris, quæ magna pars est satisfactionis. Tolleretur in super cura, & sollicitudo sacerdotum, quam adhibent circa salutem suorum subditorum, si pro libito subditorum uiderent se contemptos in huius sacramenti susceptione. ¶ Ex hjs infero corrollarium, q; sacerdotes simplices non curati, non possunt sibiinuicem absolutionis beneficium impendere, sine sui superioris fauore concurrente. Patet ex dictis, quia nullus eorum habet super alium iurisditionem. Neq; enim sacerdotes excipiuntur ab illa sacra lateranen. concilij constitutione, qua præcipitur omnibus utriusq; sexus fidelibus suo proprio sacerdoti, uel de eius fauore petito, & obtento alteri confiteri de pœ. & remis. Omnis. Quod uerò ibi additur ad minus semel in anno, specificat præceptum quantum ad partẽ eius affirmatiuã, secundũ quã nõ obligat pro semper sed pro certo tpe. Sed nõ dat libertatẽ extra id tẽpus cõfitẽri alieno sacerdoti, quia eatẽ cã est extra id tps specificatũ, & in illo. Illa scilicet, quia utrobiq; deficit iurisditio sacerdoti alieno Hinc de pœni. di. 6. Placuit. Vrbanus papa secundus generaliter sta-

Incentiuum delinquendi præbet libertas confitendi cuilibet sacerdoti prohibito.

C Corell.

Lex positiua quo aboletur.

tuit,

tuit: ne quis sacerdotum alienum absoluat. Ait enim. Placuit ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti, ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu, cui primo se commisit. Glo. super uerbo commisit. i. cuius parrochianus est, & causam addit glo. Ab alio enim non potest ligari, uel solui. Verum de isto consensu requisito altercatio est inter doc. quibusdam dicentibus; q̃ requiritur consensus expressus sui prælati, aut sacerdotis. Ad hoc multa iura adducuntur, inter quę est. c. Omnis allegatum, Vbi notanter dicitur de licentia petita, & obtenta, quod requirere uidetur expressum consensum. Alijs uidetur, q̃ sufficiat licentia tacita: ita q̃ si episcopus scit talia communiter fieri a sacerdotibus, & non reclamat, sed sustinet: eoipso presumendum est eum tacitè approbare. Vnde Hostien. & Guil. dicunt. cum est de more alicuius ecclesię, ut unus sacerdos audiat alium sacerdotem, & absoluat: & episcopus hoc sciens fieri communiter tolerat, potest fieri: quia eoipso presumitur tacitè approbare, & licentiam dare. Idem refert Asten. in sum. lib. v. titu. xx. Concordat Guilhelmus de monte lugduno: & Ray. in sum. li. i. j. His etiam consonat eximius doctor Ioh. gerson cancel. in multis locis, siue scriptis suis, nominatim in tractatu de contractibus propositione. xvj. dicens. Vbi papa, uel ecclesia, aut legislator scit, q̃ constitutiones sue uel non publicantur, sed dantur oblivioni; uel non approbantur moribus utentium; sed passim declinant in oppositum: tunc constitutiones illæ desinunt habere uim obligationis, tanquam abolitæ per non usum, uel consuetudinem oppositam, quę est optima positiuarum legum interpres. Alioquin tolerantia papæ uel alterius legislatoris esset sibimet repugnans, & populis noxia. Fundantur in hac radice; dicit abolitiones constitutionum quasi sine numero positarum in decretis: etiam quę in generalibus concilijs traditę sunt: ut de ieiunando quinquagesimam, quartam, sextam, & septimam ferias. Vel q̃ sacerdos celebrans duos habeat assistentes: de quo clare habetur di. iiij. In istis. & c. Deniq;. Ita in proposito, & ius illud, quo prohibetur, ne aliquis confessorem presumat eligere, nisi cum certa autoritate; quo ad sacerdotes abolitum uidetur. Cum passim quilibet sacerdos confessionē alterius cuiuslibet sacerdotis audire non uereatur. Quę consuetudo si dicatur corruptela, uix apud sacerdotes salutis erit status.

Conc. Trid sess. 23. c. 15.

Constitutiones papales, uel episcopales quando desinunt habere uim obligationis.

D ¶ Sed forte dicis. Ad absoluendum requiritur iurisditio in absoluente, quis illam tribuit. Potest dici, q̃ prelati dum uidentes suos subditos sacerdotes sibi mutuo confiteri sine speciali licentia, non prohibent, arguũt, nec puniunt; Hoc ipsum non faciendo rationabiliter iudicantur tacitè consentire, & per hoc iurisditionis determinationem quo ad hunc, uel illum (cum sit de iure positiuo. quod uariationem recipit per tacitā reuocationem) abrogare. Immo non debet subditus facilè habere opinionem malam de suo prælato; eumq; iudicare immemorē salutis propriæ, & suorum subditorum: maximè in his, in quibus eum saluare potest. Sic ergo huic consuetudini, cui tacitè consentiunt, non reclamando prælati iurisditionem tribuunt. Nec mirum cum etiam in cæteris causis, & negocijs cõ suetudo det iurisditionem non habenti: ut in c. Dilecti. de arbitris, ubi habetur, q̃ consuetudo approbata dat mulieribus quibusdam in subditos ordinariam iurisditionem contra legem scriptam: quę precepit, q̃ feminæ a publicis officijs sint remotæ. Sed adhuc contra dicta sic opinantium uidetur esse. c. Si episcopus de pœni. & remiss. li. vj. ubi dicitur. Nulla quoq; potest consuetudine introduci: q̃ aliquis præter sui superioris fauorem, cõfessorem sibi eligere ualeat, qui eum possit soluere, uel ligare. Vbi glo.

Sacerdotes simpliciores an possint sibi mutuò absoluere in casibus, non reseruatis.

super uerbo consuetudine, dicit. Est enim onerosa ecclesijs, ideo non ualeat, & de consuetudine. c. 2. Ex eo frangitur ecclesiasticę disciplinæ neruus de consuetudine uenerabilis. Etiam esset hoc contra obedientiam principis præscribere, quod esse non potest. De præscriptionibus, cum non liceat. Hæc ibi. Ex his uidetur; q consuetudo in casu nostro non tribuat iurisditionem, cum per. c. allegatum expresse reprobetur. Qui uult tenere opinionem istam, posset dicere, q. c. dicit sine superioris licentia, sine qua utiq; electus confessor nullam habet iurisditionem, quę tamen iurisditio necessariò requiritur. Hic autem accedit licentia: licet non expressa, tamen tacita Et ita. c. hoc non est contrarium prædictis; propter hoc tamen capitulũ, dñs Antoninus recedit ab hac opinione, dicens eã non esse multum tutam parte. 3. titu. 13. c. 19. Opinio secunda est magis pia pro excusatione sacerdotum, sic sine expresso fauore se absoluentium mutuò. Sed prima est magis tuta maximè quia rationes, & causæ, propter quas iurisditio in ecclesia distincta est, & determinata, non minus locum habent in sacerdotibus (quorum nonnulli utinam hodie essent sicut populus) quam in laicis, in quibus libera cõfessoris electio sine expresso superioris fauore reprobatur. Vnde utile foret, ut prælati suis sacerdotibus fauorem expressum tribuerent, ut sic secure, & sine scrupulo conscientiæ se mutuò possent absoluere; uel si id minus expedire uideretur, q expressa prohibitione, eiusq; efficaci executione hunc abusum, seu corruptelam e medio tollerent. Securum quoq; esset sacerdotibus formidulosis, & timoratis, immo uerè omnibus, ut fauorem a suis curatis, uel superioribus prælatis uerbo, uel scripto obtinerent confitendi, quem elegerint, sacerdoti. Esset etiam tutum scrupulosis non absoluere nisi huiusmodi fauorem assecutos. ¶ Secundò infero, q sacerdos non solum non alienum; sed nec a quolibet crimine absoluere potest suum subditum confitentem. Patet quia sicut per auctoritatem superioris ministrari oportet materiam quantum ad personam absoluendam; ita etiam quãtum ad peccata, a quibus absolui debet. Vtraq; enim & peccator, & peccata sunt materia potestatis clauium, & sacramenti pœnitentię. Et peccata quidem materia propinqua. peccator uerò remota, quia propter peccata cõfitens est materia, qui sine peccatis absolutionis capax non esset. Non enim soluitur nisi ligatus. Et si innocens confessori se offerre posset; non tamen confiteri, uel absolui, cum confiteri sit se de peccatis accusare; Et absoluere sit a peccatis liberare, uel ab eis liberatum iudicare, ac pronunciare. Nunc ergo summus hierarcha, cuius est potestatem iurisdictionis aliis impertiri, sicut partitus est personas, parrochias, & diœceses; ita & peccata partiri. præt. Et sicut non omnibus, quos in partem sollicitudinis assumpsit, omnes generaliter subiecit; Ita & subiectorum non omnia peccata subegit, sed quædam grauia, & enormia peccata sibi, quædam episcopis reseruauit, cætera inferioribus curatis commisit. Sed & episcopi, quorum est tradere materiam immediatè subiectis, per eorum institutionem ad curam agendam populis tantum institutis concesserunt, quantum sibi pro bono regimine populi expedire iudicarunt. Ne si etiam maiora peccata eorum potestati subijcerent, facilitas uenię incentiuũ præberet delinquendi; ideo ĕt sibi quędam reseruarunt. In omnibus itaq; his, uel reseruationibus, siue cõcessionibus, potestas clauium in ordinationibus omnibus æqualiter collata, neq; extenditur, neq; restringitur, sed illimitabilis manet in sua radice. Dum tamen autem usus illius potestatis impeditur, pro quanto tollitur materia, circa quam huiusmodi potestas posset exerceri. Sicut qui fabro tollit ferrum, nihil artis, uel potestatis fabricandi aufert; sicut nec confert

Consuetudo non tribuit iurisdictionem.

Conc. Trid. sess. 23 c. 15.

Notate curati.

E

Ratio reseruationis casuum.

Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & cano. 11.

ferrum tribuendo. Impedit autem usum eius per materiæ subtractionē. Et sicut hierarchis aliquando partim subtrahitur, & partim ministratur, quando certo populo, & eorum certis non omnibus peccatis absoluendis præficiuntur. Ita nonnunquam per suspensionē ab officio, & grauiores pœnas, puta excōmunicationē, depositionem, aut degradationem omnis materia subtrahitur, & usus potestatis clauium penitus impeditur; Ita ut neminem ab aliquo peccato absoluere possint taliter suspensi; & si attentarent, nihil facerent. ¶ Ex his tertio infero, ꝙ non est simile de potestate consecrandi, & potestate absoluendi quantum ad earum exercitium. Patet, quia illa impediri non potest simpliciter per superioris auctoritatem. Ista uerò simpliciter potest impediri. patet ex præmissis. Huius rationem assignat Sco. quia potestas consecrandi est quasi potentia propinqua, quæ habet materiam in natura panem scilicet triticeum. Nec aliquid aliud concurrit, seu requiritur. Vt enim panis sit materia, non requiritur, ꝙ sit a consecrante tanquam res propria possessa. Vel ꝙ sit ab illo, uel isto coctus, uel ministratus; quia omnem triticeum panem facerdos potest consecrare, ad quē dirigit consecrandi intentionem. Sed potestas clauium est quasi potentia remota, non habens materiam in natura, quia materia huius potestatis non est simpliciter peccator pœnitens; sed peccator pœnitens subditus duplici subiectione. Quam subiectionem peccator non habet a natura, sed ab auctoritate superioris; & ideo per eum fit materia, dum subijcitur; & desinit esse materia, dū subiectio reuocatur. Cuius causa supra explicata est. ¶ Quarta potestas, est potestas apostolatus. i. auctoritas prędicandi, quā tradidit dominus discipulis, dum in die ascēsionis ait. Euntes in mundum uniuersum, prędicate euangelium omni creaturæ &c. Hæc potestas non confertur ex ui ordinationis sacerdotali, nec par est in omnibus; sed dumtaxat est primum apostolis collata, quos misit prędicare toti orbi in loco iam allegato. Concessa est & septuaginta duobus discipulis, non per totum orbem; sed tantum per loca, ad quæ christus erat personaliter uenturus, ut patet ubi dicitur. Designauit dominus & alios septuaginta duos discipulos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum; quo erat ipse uenturus. Horum typum, & figuram gerunt modo in ecclesia episcopi, & curati. Apostolorum, episcopi; septuagintaduorum discipulorum, curati, ut in canone. In nouo. 21. dis. Cæteri verò quomodo prædicabunt nisi mittantur. Et hoc uel a deo immediate, quod probabunt per signa, sicut moyses; uel per scripturam, sicut Iohannes baptista speciale suæ missionis testimonium de scriptura protulit, dī. Ego nox clamantis &c. Vel a petro aut eius successore, mediatē, uel immediatē, & hoc probabunt per munimenta. de quo in c. cum ex iniuncto. de hæreticis dicitur. Cum doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quisq; indifferenter prædicationis officium usurpare. Nam secundum apostolum, quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et ueritas ipsa præcepit apostolis. Rogate dominum mes. ut. mit. o, in mes. suam hæc Inno. 3. Et Leo papa, ut habetur in c. Ita dns. di. 19. ait, Ita dns noster Iesus christus humani generis saluator instituit, ut ueritas, quę antea legis, & prophetarū præconio continebatur, per apostolicā tubam in salutē uniuersitatis exiret, sicut scriptum est. In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Sed huius muneris sacramentum, ita dns ad omniū apostolorū officium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro omniū apostolorū summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Sed contra illa uidetur, ꝙ etiā diacono cōfera-

F

In 4. dist. 19. q. 1. art. 4.

G

Peccator pēnitens subditus duplici subiectione.

Quarta potestas apostolatus.

Marc. ult.

Luc. 10.

Conc. Trid. Sess. 5. c. 2. & sess. 24. cap. 4.

Potestas prędicādi quid est quando & qbus collata est.

Rom. 10.

tur

tur prædicandi potestas in sua ordinatione, cum accipiens textum euangelij de mano episcopi, dicitur ei. Accipe potestatem legendi euangelium in ecclesia dei pro uiuis,& mortuis. Cum autem quilibet presbyter sit diaconus,nisi forte per saltũ promotus;sequitur,q̃ ex ordinatione habeat hanc potestatem, & ita erit potestas ordinis, non iurisdictionis. Respondetur,q̃ diacono non confertur hæc potestas in sua ordinatione; Cum enim diaconus accipit textum euangelij de manu episcopi, non dicitur ei. Accipe potestatem docendi, & prędicandi euangelium;sed accipe potestatem legendi euangelũ in ecclesia dei, tam pro uiuis,quam pro defunctis. In nomine domini. Ex quo magis insinuatur eos tũc recipere orandi officiũ, quã prædicandi, uel docẽdi. Et q̃ ipsa recitatio euangelicæ lectionis, magis sit oratio ad aliquid impetrandum pro uiuis, & mortuis, quam populi ædificatio. Absurdum enim intellectu,& dictu est, ut docens,uel prædicans euangelium,docere,aut prædicare intelligatur pro uiuis,& mortuis. Hæc Guil. de sacramentis trac. de ordine, statim post principium. Guil. H

Quinta potestas excommunicandi;

¶ Quinta potestas est potestas coerciuę correctionis in foro exteriori, quam ecclesia exercere potest in inuitum, ad dirigendum subditos in finem beatitudinis ęternę. Hanc contulit Petro Christus,cum dixit ei uice omniũ. Si peccauerit in te frater tuus,corripe eum &c. Et sequitur. Si te non audierit, dic ecclesiæ;q̃ si ecclesiam nõ audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanus. Mat. 18.

Iurisdictio excommunicandi fundatur hic,

Et in hoc loco fundatur iuridica potestas excommunicandi,& interdicendi ab ecclesiasticis sacramentis, & fidelium communione, qua usus est apostolus, dum exhortans titum, ait. Hęreticum hominem p̃ primam, & secundam correctionem deuita. Fundatur & in hoc textu, nedum potestas excommunicandi; sed & potestas diffiniendi,discernendi,& statuendi præcepta, leges, & canones; in hoc, quod subditur. Quæcunq; ligaueritis super terram &c. Ad tit. 3.

Potestas sexta accipiendi uitæ necessaria.

¶ Sexta potestas,est potestas accipiendi uitę necessaria ab his, quibus spiritualia administrant. Hac contulit dominus dum, missis ad prædicandum apostolis dixit. Edentes, & bibentes,quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua uel cibo suo. Quod & apostolus deducit ex radice multiplici dicens. Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineã, & de fructu eius non edet? Quis pascit gregem,& de lacte gregis non manducet? Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia metamus. Et post pauca. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt,edunt;& qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit,qui euangelium annũciant,de euangelio uiuere. Hęc Paulus. I Mar. 10. Luce.10. 1. Cor. 9.

Vbi fundetur potestas dotationis ecclesiarũ & decimarum.

Fundatur in hac potestate sumendi uitæ necessaria rationabilitas dotationis ecclesiæ loco decimarũ, & primitiarum legis. Ex hac potestate inuestigari posset,an sint elemosinæ, quæ ecclesiastici de suis beneficijs percipiunt, sed extra propositum est. Annexa fuit potestati prædicandi uerbum dei per Christum potestas faciendi miracula ad confirmationem fidei, cum dixit. Infirmos curate,mortuos suscitate, lepro sos mundate, dæmones ejcite. Sed in hac potestate modo ecclesiastici regulariter non succedunt, quia fides iam sufficienter fundata non indiget miraculis confirmari secundum beatum Greg. Hæc pro deductione potestatis ecclesiasticæ breuiter inferere placuit. Sed ad primam potestatem consecrationis eucharistiæ,de qua principalis intentio, redeamus. Hæc inquam, in omnibus præsbyteris reperitur. Circa quam principaliter tota canonis intentio uersatur. Mat. 10. Grego. 27. mor. §. 14.

DE EXCELLENTIA STATVS Sacerdotum.

LECTIO. IIII.

A

HRISTVS itaq; æterni patris filius, uerus & ſummus ſacerdos ſeipſum in ara crucis, ſecundum aſſumptam noſtræ mortalitatis ſubſtantiam, in humanæ redemptionis precium immolaturus, ut tanti muneris iugis in nobis maneret memoria, ac pro nobis, qui quotidie peccando labimur, quotidie myſticè immolaretur; Corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum in nouiſſima cæna tradidit ſub euchariſtiæ ſacramento, dum accepto pane gratias egit, fregit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur. Tradidit quoq; eis poteſtatem ſimiliter faciendi cum ſubdit. Hoc facite in meam commemorationem. Et ut oſtenderet hoc ſacramentum in eccleſia uſq; in finem permanſurum in paſſionis ſuæ memoriam, adiunxit. Quotienſcunq; panem hunc manducabitis, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. glo. ſcilicet ad iudicium. Vnde uſq; tunc durabit eccleſia militans, & in ea euchariſtia. Quomodo autem hunc panem manducare poſſent, & calicem bibere, niſi ipſum poſſent continue conſecrare? ¶ Hæc operatio conſecrandi omnium

B nobiliſſima eſt eccleſiæ militanti conceſſarum, propter quam merito ſacerdotium uenit extollendum. Cuius dignitas eximia nullis ualet uerborum pompis explicari. Quoniam & linguas uincit oratorum diſſertiſſimas, & culmen eminentiæ cuiuſlibet creaturæ. De quo beatus Ambro. in ſuo paſtorali ait, & ponitur in decre. diſt. xcvi. c. duo ſunt. Honor fratres, & ſublimitas epiſcopalis, nullis poterit comparationibus adæquari; Si regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius; quaſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares; Quippe cum uideas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & oſculata eorum dextera, eorum ſe credunt orationibus communiri. Hæc ille. Et licet cunctos natura homines æquales, & nulla graduum alteritate diſpates produxerit, diſponendarum tamen rerum ſuſceptum miniſterium hos, & illos cæteris prætulit, & præfecit. Quo fit, ut tanto clericalis eminentia terrenos ſuperet principatus; quanto animabus corpora, perpetuis tranſitoria, terrena cæleſtibus ſuperantur. Sed quid opus eſt terrenis comparationibus immorari, cum ad ſacerdotij auctoritatē angeli cælorum ciues nō audeant aſpirare? Cui nāq; angelorum aliquando dixit deus; Tibi dabo claues regni cęlorum? Ad illos autem. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. Et quod longè maius eſt. Hoc facite in meam commemorationē. Mirantur deniq;, aſſiſtūt, & terrentur, ſecūdū uerbū beati Grego. 4. dialo. c. i. & habetur de cō ſecra. di. 2. quid ſit ſanguis. Quis .n. fidelium dubiū habere poſſit in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis uocē cælos aperiri, & in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorū choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terram cæleſtibus iungi unumq; ex uiſibilibus, & inuiſibilibus fieri? Tranſgrediendo perinde agmina angelica, ad ipſam cœli reginam, & mundi dominam ueniamus Hæc etſi in gratię plenitudine creaturas ſupergrediatur uniuerſas, hierarchis tamen cedit eccleſiæ in commiſſi myſterij executione. Illa nēpe prolatis octo uerbulis. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundū uerbū tuum; ſemel cōcepit dei filium & mundi redemptorē. Iſti a domino conſecrati, quinq; uerbis cōtex-

tam

Lu. 22.

1. Cor. 11.

Ambr.

Greg.

Conſecratio a quo primum inſtituta.

De dignitate ſacerdotij chriſtianorum.

Poteſtas cō ſecrādi corpus domini eſt omnium nobiliſſima.

Maria octo uerbis concepit dei filium ſacerdos quinq;

tam consecrationis formā cū debita intentione proferentes, eundem dei, uirginisq; filium aduocant quotidie corporaliter in sacrificiū, & criminum purgationem. Illa perpetua uirginitate seruata, summum cœli principē de se incarnatum, mortalem, atq; passibilem mundo edidit saluatorē. Isti consecratione diuina eundem cœli terræq; principē in sacramēto uerissime cōtentum impassibilē, gloriosumq; contrectant, uictorē mortis, & baratri destructorē. Hæc benedicta a cuius laude deficit omnis lingua, natū dñm uirgineis lactabat uberibus, contrectabat manibus, brachijs gestabat puellaribus, ac mille talia, & infantilibus Christi mēbris impendit obsequia, quibus educauit beatorū gloriam, & terrę cibatorē. Isti cælestē cibum in crucis frixorio charitatis igne coctum, ore sumunt, & dāt cæteris; angelorū uidelicet panem, ac dulcissimū cordis cōfirmatorē. ¶ Attendite ergo o sacerdotes uel Salomonis picernæ, Iesu christi camerarij, atq; dispensatores mysteriorū dei, attendite in quo gradu, & dignitate sitis constituti. Exclamat scilicet Grego. de hac uestra insignitate generosa: O inquit, ueneranda sacerdotum dignitas, in quorum manibus uelut in utero uirginis filius dei incarnatur. O sacrum, & cæleste misterium, quod per uos pater, & filius, & spiritus sanctus operatur. Vno, eodemq; momento idem deus, qui præsidet in cęlis, in manibus est in sacramento altaris. Super hoc tam insigni priuilegio, stupet cælum, miratur terra, uereatur homo, horret infernus, contremiscit diabolus, ueneratur plurimum angelica celsitudo. Et mellifluus Ber. O uenerabilis sanctitudo manuum, o felix exercitium, o uere mundi gaudium, cū christus tractat christum, sacerdos dei filium, cui sunt delitiæ esse cum filijs hominum. Quis unquam uidit talia? Quis huic uidit similia? Qui creauit me (si fas est dicere) dedit mihi creare se; & qui creauit me sine me, creatur mediante me. Hanc stupendā sacerdotij dignitatem scriptura non ualens unius nominis significatione exprimere, hos nunc reges, nunc angelos, nunc deos crebrius appellauit. Reges quidem. Apocal. j. Fecit nos regnum, & sacerdotes deo, & patri suo &. 1. Petri. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Angelos uerò Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Et sequitur, quia angelus domini exercituum est. Deos autem Exo. 22. Ad deos utriusq; causa perueniet; glo. id est sacerdotes. Nominantur & alijs nominibus, nam dicuntur clerici, appellantur sacerdotes, uocantur & presbyteri. Clerici, a sorte dicuntur, quia cleros græcè sors latinè sonat. unde primum ab apostolis consecratum legimus sorte electum, ideoq; omnes clerici dicuntur. Hic fuit beatus Matthias apostolus, qui sorte electus est cum undecim apostolis. Et dederunt sortes, & cecidit sors super Matthiā. Dicti ergo sunt clerici, id est de sorte domini. Nominantur, & presbyteri, quasi seniores. Presbyter namq; græce, latinè senior interpretatur. Dicuntur autem seniores non annorum ætate, sed morum qualitate, sicut scriptum est. Senectus uenerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominum, & ætas senectutis uita immaculata. Et iterum. Corona dignitatis senectus, quæ in uijs iustitiæ reperietur. In sensibus siquidē maior est animi tranquillitas, maior morum honestas, maior animi religio sitas, maior corporis castitas. ¶ Hæc esse debent in clericis, maximè autem presbyteris, quoniā & hæc ipsa clericalia signa exprimunt, & designāt. unde beatus Hiero. in epistola. Clamat uestis clericalis animæ honestatem, clamat status puritatem, clamat cultus castitatem, clamat professio religionem, clamat officium deuotionem; clamat studium contemplationē. Debent igitur presbyteri morum prudentia, & maturitate cō

Attendite sacerdotes, in quo gradu cōstituti sitis.

C

Grego.

Apoc. 1. Pet. 2.

Varia nomina sacerdotalis dignitatis.

Mal. 2. Exod. 22.

Act. 1.

Sap. 4.

Prouerb. 16.

D

Hierony.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

uersationis præcellere in populo, ait magister. 4. sententiarum. dist. 24.
Appellantur & sacerdotes, quia sacra ministrantes, seu dantes. Solis enim sacerdotibus ratione officij ineſt sacrorum sacramentorum ministrandi potestas. Vel sacerdotes quasi sacra dicentes, quia uerbum dei prædicare habent, horas dicere, missas celebrare. Vel sacerdotes quasi sacra cõficiẽtes, cõficiũt namq; sacratiſs. christi corpus. Hic in eorum unctione dicit episcopus. Consecrentur, quæsumus domine, manus illæ, ut quæcunq; benedixerint, & consecrauerint, fint benedicta, & consecrata. ¶ Ex præmissis multæ elici possunt dignitates, & præeminentiæ euangelici sacerdotis super sacerdotem Moysaicæ legis, quoniam excellit in benignitate electionis, solennitate consecrationis, nobilitate ordinis, præciositate operis, singularitate nutritionis, potestate regiminis. Olim de una tribu tantum, scilicet leuitica cõsecrabantur sacerdotes. Modo sub lege ex omni natione, quæ sub cælo est, ad sacerdotium assumũntur, secundum doctrinam beati Iacobi. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi. Tunc fundebatur oleum super eorum capita, sanctificabantur manus, dextra quoq; auriculæ pollicis, & pedis hostiarum sanguine liniebantur: Hodie in sacerdotis euangelici consecratione, non materiale oleum funditur super capita ordinandorum, nec manus arietis sanguine inunguntur, quoniam non his peccata tolluntur. Sed de super dato lætitiæ oleo gratia sanctispiritus in remissionem peccatorum perfunduntur, quo potestas traditur, per quam aliorum etiam crimina expiantur. Tunc habebant sacerdotes potestatem discernendi inter lepram, & non lepram corporalem, ac per hoc iudicare hunc mundum, istum immundum, habilem, uel dignum ad templi materialis ingressum. Nunc uerò potestatem accipiunt iudicandi inter morbos & languores animæ, ægrotantes soluere, & ligare, aperire, & claudere ianuam cælestis paradisi. Tunc tribubus, & populis mandata dei referebant, qui & legem ex ore ipsorum requirere iussi sunt. Mala. Tunc quoq; pro peccatis populorum inter uestibulum & altare plorantes deum precabantur. Nunc uerò facti iudices peccata remittunt, leges statuunt, & animas proprias tradere pro salute subditorum summi pastoris exemplo edocent. Tunc aliti sunt filij Leui cum cæteris in deserto manna cælestis uermibus in diem crastinum reseruato scatenti, quem patres manducantes mortui sunt. Nunc uerò super substantiali pane, cibo angelorum ueri paschalis agni carne, & sanguine esurientes saturantur, qui panis est in æternum manens manducanti uitam tribuens sempiternam. Tunc sacerdotis officium fuit circa oblationem pecorum animalium irrationalium, & aspersionem sanguinis taurorum, uitulorum, & hircorum. Leui. per totum. Nunc uerò summo sacerdote christo Iesu assistente futurorum bonorum pontifice peramplius tabernaculum non manufactum, nec huius creationis neq; per sanguinem hircorum, aut uitulorum, sed per proprium sanguinem semel in sancta introeunte æternam redemptionem inuenit, atq; nouum sacrificium panis, & uini eiusdem sanguinis sui, & corporis secundum ordinem Melchisedech instituente, omnia illius ueteris testamenti sacrificia abstulit, ecclesiam quoq; suã ab intollerabili iugo tot sacrificiorum liberauit. Sacerdotesq; euangelicos, qui idem præciosissimi corporis, & sanguinis sacrificium sub panis, & uini specie offerrent, quotidie instituit, quo cõscientias nostras ab operibus mortuis mundaret, ad seruiendum deo uiuenti, quod omnia legis sacrificia nõ poterant, ut late deducit apostolus. ¶ Quorsum hæc tendunt? nisi ut sacerdotes nostri tanta sua dignitate, uirtute, & potestate de super nullo

E

Vnde dicuntur sacerdotes.

Differentia sacerdotis legalis, & euangelici.

Exo. 28.

Iacob. 2.

Leuitici. 8.

Leuitici. 1.

Matthei. 18.

Mala. 2.

Iohe. 2.

Iohã. 10.

Exo. 16.

Iohã. 6.

Iohã. 6.

Leui.

Heb. 9.

Sacerdotum est cõsidera

humano

re suam dignitatem & humilitatē.

humano prævio merito concessa, se tanti status excellentiæ dignificent, vita, & moribus conforment. Pudeatq; spurcissimis lenocinijs delectari, carnis, & mundi illecebris pollui, qui ad tremendæ maiestatis sacrificium, & mundissimum animæ cibum præparandū, consecrandum, offerendum, sumendum, & dispensandum ex plebeiorum turba populorum sunt assumpti. Neq; in se glorientur, quasi non acceperint, sed humilientur sub potenti manu dei, qui infinita sua misericordia hęc tradidit. Et nihilominus per inflexibilem iustitiæ rigorem, tempore suæ visitationis, tanti commissi exiget rationem. ¶ Ne autem hac accepta potestate in immensum sacerdotes glorientur, sed acceptum ministerium humiliter, & dignè exequantur, breuiter annotandum, quid in huius sui officij executione, missæ uidelicet celebratione, sacerdos sua uirtute efficiat. ¶ Circa quod aduertendū, q̄ aliquid ab alio effici, uel fieri tripliciter potest accipi. Nam aliquid dicitur ab alio fieri naturali potestate, uel meritoria operatione, uel assistente uirtute. Naturali potestate aliquid fit ab alio, quando agenti ex conditione suæ naturæ, seu naturali uirtute, & proprietate conuenit esse principium eius, quod fit; sic dicimus ignem, & calorem fieri ab igne, quoniam ignis habet in se formam substantialem, & accidentalem, puta calorem naturaliter, per quas actiuè concurrit ad productionem ignis, & caloris. De hac uirtute actiua dicit beatus Aug. Sic deus res administrat, ut eas proprios motus agere sinat: id est actiones, & operationes facere secundum gradū entitatis eorum. Et quod hic fit ab alio, dicitur uerè effectus eius, a quo fit, & ipsum a quo fit causa eius, quod fit. ¶ Alio modo aliquid dicitur fieri ab alio, non tamen naturali eius operatione, sed quia ab illo aliquid fit primo modo, ad quod aliud sequitur, non naturali sequela, sed uoluntaria quadam alterius extrinseci pactione. Sic præmium dicitur aliquo modo fieri a merente pro quanto, qui præmiabitur, facit aliquem actum, qui ab alio acceptatur ad præmium sibi pro huiusmodi operatione conferendum. Sic mercenarius dicitur operari cibum suum; & mercedem acquirere suo opere, & labore, secundum illud, Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. Glo. interlinia. Operamini. i. operibus mereamini. Sic & iustificatio impij dicitur quandoq; fieri intercessione iustorum, ut conuersio Pauli, oratione prothomartyris Stephani; & quod sic fit, non est uerè merentis effectus, sed neq; ipse uerè eius est causa, quia non fit uirtute, & potestate merendi, sed fit per præmiantem, qui acceptat huiusmodi meritum quasi rationem efficiendi, uel cōferendi præmium. secundum hunc modum dicit beatus Augustinus ad Sixtum presbyterum, & allegat magister distin. 27. lib. 3. q̄ diligere est bonus motus ualde, qui meritum est, & donum dei quibus meremur, & ipsorum augmentationem, & alia quę consequenter hic, & in futuro nobis apponuntur. ¶ Tertio modo aliquid dicitur ab alio fieri aliqua uirtute occulta, non insistente ei, a quo tale fieri dicitur, sed assistente. secundum quem modum malefici, & incantatrices quosdam effectus producere dicuntur, & extrahere lac uaccarum de sedibus, uel manubrijs securium, quod fit non aliqua naturali uirtute maleficum, neq; ex eorum merito, sed uirtute occulta, siue mala, siue bona assistente. Sic & sancti dicuntur fecisse miracula, quæ facta sunt assistente uirtute diuina, non semper propter merita sanctorum, sed aliquando propter fidem populorum nutriendam uel generandam. Sic etiam nonnulli reprobi mira fecerunt, dęmones expulerunt &c. qui dicturi sunt in finali iudicio. Domine nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo

E

Aliquid fit ab alio tripliciter.

Augusti.

Sacerdos qd efficit in missę officio potestte propria, et quid uirtute diuina.

Iohan. 6.

Augusti.

Quomodo aliquid fit occulta uirtute.

Math. 7.

dæmonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus: a iudice audituri. Nunquam noui uos. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Non ergo fecerunt ea uirtute propria, quia in nomine tuo, Neq; ex opere meritorio, quia reprobi nunquam noticia approbationis a dño cogniti.

G ¶ Per hoc ad propositum ab omnibus conceditur de sacerdote celebrante, ꝙ consecrat eucharistiam; & conficit corpus, & sanguinem christi in altari. Vnde magister dist. 24. lib. 4. Sacerdos consecrat, & sanctificat corpus christi. Et sequitur. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis, & sanguinis domini in altari dei conficere. Et Dyoni. c. 3. de ecclesiastica hierarchia tradens ritum huius sacrificij ait. At uerò pontifex cum diuina munera laude prosecutus fuerit, sacrosancta, & angusta mysteria conficit. Item & Amb. lib. de sacramentis, hoc quod conficimus, corpus ex uirgine est. Ad idem de consecrat. dist. j. uasa. ubi reperitur terminus conficere. Consecrare autem, & conficere christi corpus, & sanguinẽ, nihil aliud est, quam conuertere substantiam panis in corpus, & substantiam uini in sanguinem christi uerbis saluatoris. Vnde Ambrosius in lib. de sacramentis. de consecr. dist. 2. Panis. 2. Panis est in altari usitatus ante uerba sacramentorum, ubi accessit consecratio, de pane fit caro christi. & August. 4. de trinit. de consecr. dist. 2. Corpus. 1. Corpus, & sanguinem christi: dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, recte sumimus ad salutem spiritualem. Vnde magister dist. 12. 4. cap. 1. Sacerdotes dicuntur conficere corpus christi, & sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia uini fit sanguis christi. Conuersio autem hæc tria dicit scilicet substantiæ panis, & uini desitionem, accidentium dictarum substantiarum consernationem, & corporis, & sanguinis christi sub conseruatis speciebus, & accidentibus præsentialẽ inceptionem: de quo infra latius differetur. Dico ergo, ꝙ sacerdos nullum horum trium facit sua naturali uirtute primo modo prædicto, quo aliquid ab alio fieri dicitur. Patet hoc de primo: quia panis desinit esse tam secundum materiam, quam secundum formam. Nam totus conuertitur in corpus christi, ut inf. suo loco dicetur. Nunc aũt actiua sacerdotis uirtus nihil horum facit. Formam panis non corrumpit, quia substantialis forma non corrumpitur in materia, nisi per introductionem alicuius qualitatis incomposibilis illi formæ. Vel per destructionem alicuius qualitatis necessariò requisitæ ad inexistentiam talis formę. Constat autem, ꝙ sacerdos nihil horum facit per consecrationem, immo nullam qualitatem inducit, uel corrumpit in materia panis per formę consecrationis prolationem. Neq; materiam destruit, quia illa dependet a solo deo secundum theologos, & incepit esse per creationem. Ideoq; definere non potest, nisi per annihilationem, uel in præexistens conuersionem, ad neutrum horum creata uirtus se extendit. Patet de secundo, quia sacerdos sua naturali uirtute non conseruat accidentia panis, & uini sine subiecto, quia cõseruari est dependere ab aliquo in esse, saltem eo modo, quo cõseruatur. Manifestũ est aũt, ꝙ hęc accidẽtia nõ dependẽt a sacerdote eo modo, quo ibi sunt, quia etiã manẽt, uel manere possunt sacerdote defuncto, ut patet in hostia pro infirmis reseruata. Etiã creatura sicut in producendo requirit materiã, ita & in cõseruãdo. Neq; n. natura creata accidens conseruare põt sine subiecto. Patet etiã tertiũ, quia sacerdos corpus christi attingere nõ põt corporaliter, ut ipsum præsens faciat: neq; sufficit uoluntatis imperiũ, quia uoluntas humana suo imperio extra se nihil facere põt. ¶ Secundò dico, ꝙ sacerdos nihil horũ trium facere põt suo merito: quia tũc sacerdos gratia iustificãte carens cõ-

H

Conuersio panis tria dicit.

secrare

Sacerdos ui hil horũ po test facere suo merito.

secrare non posset: cum sine gratia nullus mereatur, quod est manifeste fal sum: nam ut dicit beatus Aug. in lib. de corpore domini. de consecr. dist. 2. Vtrum sub figura. intra sanctam ecclesiam catholicam, in mysterio corporis christi, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote. Cuius rationem subdit, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris, & in uirtute spiritussancti, ut sup. latius probatũ est lect. 2. Tertio dico, ꝙ hæc fiunt a sacerdote uirtute occulta, non insistente, sed assistẽte. Primum patet, quia hæc fiunt a sacerdote; ut probatũ est. Et nõ primo modo, nec secundo, patet. ergo tertio modo qui est facere aliquid uirtute occulta. Secundum, ꝙ nõ uirtute insistente: probatur, quia quælibet uirtus insistens est creatura, quia dependens, sed nulla creatura sua uirtute potest attingere dictos effectus, ut statim supra est deductum. Tertium patet, quia sacerdos facit uirtute occulta, non insistente, ergo assistente. Patet consequentia, quia omnis uirtus occulta aut est insistens, aut assistẽs. Hæc autem uirtus est uirtus creatoris, ipsa uidelicet dei uoluntas. Determinauit enim deus ad se efficiendum prædicta omnia, cum sacerdos intentione debita profert uerba super materiã debitam ad hunc effectum a se domino instituta. Vnde ubi sup. dicit Aug. Credendũ est, ꝙ in uerbis christi sacramenta cõficiantur. Cuius. n. potentia creantur prius, eius utiq; uerbo ad melius procreantur. An autem in uerbis consecrationis sit aliqua uirtus effectiua uel cooperatiua respectu prædictorũ insistens, suo loco inquiretur. De his beatus Aug. iterũ ait. Vnde hoc sanctissime deus, ꝙ sacerdotes cũ sint puluis, & cinis, te præsente habeãt manibus, & oculis. Non utiq; ex debito, nec ipsorũ merito, sed ex tuæ uoluntatis beneplacito. Hæc est uera indulgẽtia, quam nulli angelorum, nulli archangelorum, nullis supernis spiritibus, sed hominibus, non omnibus, sed ordinatis, credimus concessam, tanti uidelicet mysterij celebratio. Augusti.

Sacerdos qũo dicitur conficere, & consecrare corpus domini.

DE POTESTATE CONSECRANDI.

LECTIO V.

potestas cõsecrãdi omnibus sacerdotibus cõceditur inauferibiliter.

A

IRCA hanc potestatem consecrãdi, quæ ut supra habitum est, inauferibiliter omnibus sacerdotibus cõceditur, occurrunt duo dubia. Primum, cum auctoritas celebrandi dignissima est, & summa omnium ecclesiasticarum potestatum, ecclesiæ a christo traditarum, cur nõ summis ecclesiæ hierarchis, uidelicet epis est reseruata. Nã cũ sacramentum confirmationis, quia magna reuerentia tenendũ est a solis pontificibus debeat perfici, ut constituit Eusebius papa, de consecr. dist. 5. Manus. Manus quoq; impositionis sacramentum magna uenerationetenendum est: quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs, quam ab ipsis legitur, aut scitur peractum esse nec ab alijs, quã qui eorum tenent locum unquam perfici potest aut fieri debet. Nã si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & uacuũ, & inter ecclesiastica nunquã reputabitur sacramenta. Ergo multo fortiori ratione uidetur, ꝙ hoc sacramentum solis epis fuerat reseruandũ. quod etiam ex eo uidetur. Nam maior solẽnitas requiritur in consecratione corporis christi quã in confirmatione. Eadem ratione uidetur, ꝙ solẽnior, & excellentior requiritur minister. Ad hoc dubium respondeo, licet propter excellentissimam dignitatem dominici corporis, deceret, ꝙ officium consecrationis huiusmodi dumtaxat esset pontificibus (immo Dubium

potius

potius solummodo summo pontifici, reseruatum; tamen propter utilitatē, quā assequuntur fideles ex missarum frequentia, aliter disposuit diuina sapientia, cuius prouidentia in suis institutionibus regitur ecclesia. Vnde multiplex ratio a doctoribus assignatur, quarū inter alias hæ sunt. s. Diuini cultus dilatatio, humanorum defectuum reparatio, pęne mortuorum mitigatio, beneficij redemptionis frequens recordatio, diuinæ familiaritatis manifestatio, nostræ elationis reprehensio. Ex hoc enim, ꝙ potestas hæc est simpliciter sacerdotibus data, & non solum pontificibus, ex frequenti missarum celebratione multiplicatur cultus dei, qui præcipuus, uel maximus est in eucharistiæ adoratione, & eius summo patri oblatione. Deniq; omnis ecclesiæ deuotio est in ordine ad hoc sacramētū. ait. Scot. dist. 8. 4. li. q. 1. Propter hoc n. clericus deuotius, & maiori diligentia persoluit officium diuinum. Propter hoc populus deuotius audit missam, quam quod cunq; aliud officium ecclesiasticum. Propter hoc etiam populus deuotius, singuliq; cum maiori diligentia confitentur peccata; dum intendunt secundum ecclesiæ ordinationem saltem semel in anno communicare. Et renera facile omnis diuinus cultus euanesceret, si non missarum frequentia seruaretur. Ex hac quoq; frequentatione, quotidiani defectus nostri reparantur, & pęnę animarum in purgatorio existentium mitigātur, & redemptionis beneficium frequēter repræsentatur, & ad memoriam reducitur, & diuina familiaritas ex frequenti suæ præsentiæ exhibitione insinuatur, præsentiæ dico in carne. Et exēplum humilitatis nobis exhibetur, unde elatio nostra reprimitur. Efficax .n. humilitatis exemplum est, ꝙ dominus uoluit corpus suum a simplicibus personis tractari. Et ita propter dispendium, quod sustineret ecclesia ex raritate celebrationis cauendum, & cōmodum quod accidit ex frequentia assequendum, potestas illa omnibus sacerdotibus est communicata. Quod uerō maior solemnitas requiratur in consecratione tanti sacramenti, attestatur celsitudini sacrificij, & in persona cōsecrā te prouidetur nostræ utilitati, & ita non est par ratio in eucharistia, & confirmatione. ¶ Sunt etiam ideo quędā reseruata episcopis, non tamen ea, per quorum reseruationem dispendium sustineret ecclesia, ut dicit Hugo: ne eadem auctoritas prorsus ab omnibus passim uendicata, inferiores erga superiores redderet insolentes, & soluto obedientiæ uinculo scandalum generaret; unde singulariter episcopis reseruata est consecratio chrismatis, manuū impositio, cōis benedictio, cōsecratio uirginū, basilicarū, & huiusmodi, ut per hoc eorū superioritas super alios sacerdotes cognoscatur, atq; debitū honorē & obedientiam a populo consequantur in affectu. Hæc omnia ut sup. Alex. de ales. Alias etiam rationes addit beatus Thom. in 4. scriptō dist. 13. q. 1. sed ille sufficiāt ad præsens. ¶ Secundum dubiū. Cum tanta sit utilitas in frequentatione huius mysterij; cur etiā nō laicis iustis est concessa, præsertim quia secundum Chrys. omnis sanctus sacerdos, & omnibus iustis dicitur quod sup. allegatum est. Vos estis genus electum, regale sacerdotiū. Ad hoc respōdet Sco. dist. 3. q. 2. lib. 4. Sine omni dubitatione solis sacerdotibus tradita est potestas consecrandi. Vnde de trinit. & fi. ca. cap. firmiter dicitur ex constitutione Innoc. 3. in concilio generali. Hoc utiq; sacramentum (loquitur de sacramento eucharistiæ) nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claues ecclesiæ, quas ipse concesit apostolis, eorumq; successoribus Iesus christus. Ipse enim in ultima cęna (ut etiam supradictum est) ait apostolis. Accipite, & diuidite inter uos. gl. Accipite, & date Ex his uerbis domini discretiue ad apostolos directis, patet, ꝙ solis apostolis immediate hanc dedit potestatem.

Rōes quibus mouetur Ecclesia ad frequēdum sacrificium Eucharist.

Cur aliqua reseruantur epis, & quę.

Thom. B

Dub. 2. Chrys.

Cur non laicis iustis, fit concessa potestas celebrandi.

Luc. 20. Conc. Trid. Sess. 23 c. 4.

Ad

Ad idem quod ibi sequitur. Hoc facite in meam commemorationem. Omnia huiusmodi tantum cenantibus dicta sunt, apostolis .s. & discipulis, quorum successores sunt epi, & sacerdotes, ut frequenter dictum est. Facit ad idem uerbum apostoli. Panis, quem frangimus: nõne participatio corporis domini est? Quem inquit, frangimus, nos .s. apostoli, & discipuli. Si.n. quilibet posset conficere, aliũ alij frangere nõ oporteret, sed quilibet posset de suo sacrificio communicare. Hoc deniq; tenet romana ecclesia informata, & edocta ab apostolis, qui informati erant a domino. Vnde qui cõtrariũ astruũt, a fidei ueritate deuiãt, & infideles iudicãdi sunt. Ad illud uero quod allegatur de Chry. & Cano. beati Petri, Dicendum ꝙ non dicuntur sacerdotes propriè .s. a sacerdotali ordine, sed mystice. quia .s. mysticum sacrificium deo offerunt, .s. seipsos hostiã uiuentem, sanctam, deo placentem secundum exhortationem apostoli. Hæc Alex: ubi sup. ¶ Sed aliquis diceret. Etiam dominus solis discipulis dixit. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti &c. Et licet sic dicendo discipulis contulerit omnibus officium, & potestatem baptizandi, nihilominus potestas baptizandi data est & laicis. Vnde licet sacerdotibus conueniat ex officio baptizare, tamen si laicus baptizat est uere baptizatum. Sic uidetur esse de potestate consecrandi. ¶ Item in celebratione duo sunt, Consecratio, & communicatio, quæ etiam separari possunt, quãuis non debeant, ut in c. Relatum de consecr. dist. 2. ubi dicitur. Certum est, ꝙ hi, qui sacrificantes non edũt, rei sunt dominici sacramẽti. Refertur enim, ꝙ quidam consecrantes non cõmunicabant. Consecratio autem est propter cõmunionem, ergo communio maior est, quã consecratio. Cum ergo laico conceditur, quod maius est, .s. communio, uidetur etiam concessum, quod minus est. i. consecratio. Item quia potestas consecrandi est potestas dignitatis, ergo conuenit digniori; sed dignior est iustus laicus sacerdote peccatore, nam peccator non est dignus pane, quo uescitur, priuatus enim est omni dignitate, immo etiam dignitate uiuẽdi. ¶ Ad has obiectiones dicendum, ꝙ quia potestas consecrandi, potestas quędam est, quam nemo habet, nisi qui eã a dño acceperit, hãc autẽ dominus immediatè dedit in cœna apostolis, & mediantibus illis, cæteris: cum ergo iustus laicus illam non accepit a christo, patet, nec ab apostolis, manifestum est, ꝙ non habet eam. Si enim uitæ dignitas conferret eam, etiã angeli, & magis uirgo benedicta eã haberent. Quod uerò apostoli hãc potestatem laicis non dederint, patet ex rito ecclesiæ ab ipsis apostolis ad nos successione legitima descendente, quæ magnæ est auctoritatis, ut sup. habitum est lect. 2. Tẽpore aũt apostolorum baptizabant diaconi, ut patet de philippo diacono eunuchum candacis reginæ baptizante. Et quoniam in omni gente etiam in infidelibus, a quibus aliquis exercebatur cultus, aliquibus personis specialiter committebatur potestas offerendi deo, & consecrandi ea, quæ sunt secundum ritum suũ offerenda, qui & in illis primatũ tenent, quod etiam apud pharaonem regem ægypti seruatum legitur. Cum ergo in ecclesia est ordinatissima potestas offerendi deo, & consecrandi, quę secundum legẽ christi offerenda, & consecranda sunt deo, congruũ fuit illã aliquibus præcipuis personis dari, hi autem sunt sacerdotes. De baptizandi autem officio non est simile, quoniam cum illud sacramentum sit necessitatis, licet officium baptizandi sit sacerdotibus specialiter datum, omnibus tamen instante necessitate est concessum. Et licet sit aliqua similitudo illarum commissionum in genere, quãtũ ad hoc, ꝙ utrumq;. Accipite, .s. & commedite &c. & Ite baptizate, solis discipulis dictum sit, tamen ut patet ex

1. Cor. 10.

C

Rom. 12. Matth. ult.

Cur Laicis cõuenit baptizare, nõ tamẽ consecrare.

D

Quare consecrare non est omnibus concessum, ut communicare.

Act. 8.

Genes. 47.

factis sequentibus, & ipsorum apostolorum institutionibus differenter cõ mittitur potestas consecrandi, & baptizandi. Nam in collatione ordinis sacerdotalis, quo potestas consecrandi confertur, specialibus signis, scilicet manuum unctione, calicis cum patena, & hostiæ porrectione, & certa uerborum forma hanc potestatem expresse significante datur potestas, ut cognoscant se in illo ordinis sacramento auctoritatem consecrandi accipere, & potestatem placabiles deo hostias offerendi, ut dicit Hugo. Non sic autem datur potestas determinata ad baptizandum, sed ex consequenti ad illam, quæ est consecrandi, & quę est ligandi, & soluendi (quæ etiam speciali signo, manus scilicet impositione datur) officium baptizandi consequitur: non specialiter traditur. & ideo etiam in necessitate alijs concessa designatur. Ordinatio autem sacerdotum ad consecrandum, & hierarchizandum ecclesiam dei ab ipsis apostolis cepit, ut patet ex epistolis pauli, & actibus apostolorum. Et beato Dionysio in de Dyonis. ecclesiastica hierarchia ca. 3. & 6. ritum huius sacramenti, & etiam ordinis describente, qui fuit tempore apostolorum. Et per hoc patet ad primam obiectionem. ¶ Ad secundam uerò dicitur post Alexandrum de ales, ꝙ etsi communio sacra sit maior in effectu sanctitatis, & gratiæ quam confert digne suscipienti, consecratio tamen est maior in excellentia siue auctoritate potestatis, unde magnitudo hæc & illa non sunt eiusdem generis, & ita nec magis, nec minus: & propter hoc non sequitur, ꝙ qui potest in hoc, quod maius est, potest etiam in illud, quod minus est sicut lucere excellentius est, quam calefacere, nec tamen quic- B quid potest lucere, potest calefacere. Instantia est de luna. ¶ Ad ter- Sacerdos iniustus & si caret dignitate meriti gaudet tamen dignitate officij. tiam dicitur, ꝙ est dignitas meriti, & est dignitas auctoritatis, uel officij. Sacerdos iniustus, & si caret dignitate meriti, gaudet tamen dignitate officij. Laicus iustus econtrario caret dignitate auctoritatis, gaudet tamen dignitate meriti. Potestas autem consecrandi consequitur dignitatem auctoritatis, non meriti, ut supra patuit. Non in merito consecrantis &c. Illa tamen potestas quantò maior, & dignior est, tantò malis sacerdotibus ea abutentibus periculosior est. Nam & si dominus suorum beneficiorum ingratos, nonnunquam per beneficiorum subtractionem castigat; grauius tamen punit, dum illa non tollit; sed ea permittendo conseruat in reprobis ad eorum ingratitudinis confusionem, uerecundiam, & grauioris damnatio Apoc 22. nis iudicium. ut Qui in sordibus est, sordescat aduc. Et sicut multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultionem adhibere Machab. magni beneficij indicium est, ut habetur. 2. Machab. 6. ita peccatoribus dona sua conseruare, eosq; in peccatis sustinere, ut cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, grauis iræ indicium est. Ad quod 1. thess. 5. pertinet illud apostoli, de iudeis gratiam Christi contemnentibus, ut impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos usq; in finem. Sic secundum Aug. ad permenianum, sacramentalis potestas in bonis permanet ad præmium, in malis permanet ad iudicium. Sic tantum beneficiũ saluatoris iusto iudicio dei permanet in sacerdotibus malis, ut quod in eis fuit indicium diuinæ familiaritatis, & quasi arra glorię excellentis, sit illis in penam, & confusionem maiorem coram electis pariter, & damnatis. Ecce habẽt sacerdotes Christi, unde in domino glorientur, habẽt, unde timeant, & humilientur, habẽt unde mundè, & sollicitè coram domino ambulent, ut in gloria cum fideliter ministeria dei dispensantibus premientur. Et tantum de potestate ordinis necessariò requisita in ministro, ad effectum consecrationis.

DE FACVLTATE SERMONIS in ministro.

LECTIO VI.

Secundū requisitum ad sacramenti prefectionē sermonis facultas.

INTER ea, quæ ex parte ministri ad huius sacrificij perfectionem de necessitate sacramenti superius dictum est requiri, secundum fuit sermonis facultas. Per cuius defectum ab hoc ministerio excluduntur muti, & elingues, etiā si fuerint sacerdotes rite, & legitime ordinati. Cum enim sicut cætera noui testamenti sacramēta, ita & eucharistiæ consecratio certā exigit materiā expressam quoq; uerborum formam secundum illud Aug. homel. lxxx. & habetur 1. q. 1. Detrahe. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentū; si alterum illorum deficit, non fit cōsecratio. Et quoniā uerborum formam muti, & elingues proferre non ualent, manifestum est q̄ non possunt hoc tantum conficere sacramentum. ¶ Et si quæritur. Quid si sacerdos mutus cætera in altari ageret, & alius sacerdos consecrationis uerba proferret, nonne mutus consecraret? Nec obstat, ut uidetur, q̄ unus a pluribus baptizari non potest, quin eadem hostia, siue panis possit a pluribus consecrari. Nam consueuerūt presbyteri cardinales romanum circūstare pontificem, & cum eo pariter celebrare. Similiter in multis ecclesijs consuetū est in ordinationibus sacerdotum, nouellos sacerdotes suo ordinatori ep̄o concelebrare, quod etiam regulariter in consecratione ep̄i obseruatur; tunc n. ordinator ep̄s una cū duobus episcopis coadiutoribus, & nouello episcopo consecrato, missam consecrationis simul perficiunt. Ad hoc respondetur, q̄ in casu sacerdos mutus non consecrat, licet cerimonialia in gestis, & uestitu perficeret. Cuius ratio est, quia nihil eorum facit, quæ sunt de necessitate consecrationis. Nā uestes sacræ, & gestus corporis cerimonialia sunt, & non sunt de necessitate consecrationis, ut inf. dicetur. Formam autem, quæ de necessitate requiritur, ipse non profert, ideo non consecrat. Sacerdos tamen astans, si formam cum intentione consecrandi profert, uere consecrat, licet cerimonialia non perficiat. Et in casu est uera consecratio; sed non per mutum; sed per sacerdotem uerba consecrationis (ut dictum est) proferentem. Nec est simile, si mutus puerum intingeret, seu immergeret, & manēs formam proferret, in hoc casu puer baptizatus nō esset, quia sacramentum baptismi non nisi ab uno baptizante perfici potest: quoniam forma baptismi unam personam exprimit. s. Ego te baptizo &c. Quæ forma si in casu a manco proferretur, falsa esset, quia ipse nō baptizat, tum non immergit. Si uerò diceret, nos baptizamus &c. iam forma debita non seruaretur. Est sententia Alexandri, & Scoti. ¶ Sed cō tra hoc, quod additum est, q̄ unus panis potest a pluribus consecrari: hoc non uidetur, quoniam aut illi plures concelebrantes uerba consecrationis simul proferrent, aut non. Neutrum dici potest. Non simul, quia tunc frustra pronunciātur, & superfluunt, quæcunq; proferuntur nisi ab uno solo: cum ab uno solo pronunciata sufficiunt ad consecrandum, sic non omnes simul; & constat, q̄ qui primò pronunciat, conficit. Quid ergo faciunt cæteri? Numquid iterant sacramentum? Sed hoc est inconueniens, quoniam & si sacramentum eucharistiæ est iterabile quantum ad sumptionem, non tamen quantum ad eiusdem materiæ consecrationem, ut uult Thom. in 4. scripto. dist. 6. & doct. concorditer. ¶ Item posset contingere,

A

Augusti.

Quid si sacerdos mutus cætera peragit & alius proferat uerba consecrationis.

B

An unus panis possit a pluribus cōsecr.

Thom.

nem in corpus,& uinum in sanguinem transubstantiauit. Hoc ergo intendit ecclesia,ut fiat conuersio &c. a christo p sacerdotis misteriú; & hoc est, quod intendere debet sacerdos, cuius intentio ut ministri referri debet ad intentionem ecclesiæ,cuius est minister. Nec tamen oportet,q̄ prætendēdo præcogitet particulariter ut panis in corpus, & uinum in sanguinem suo ministerio cõuertatur:sufficit q̄ in genere intēdat hoc facere,quod ecclesia per suum ministerium (alias ministrum) intendit facere, etiam si nesciat, uel non cogitet in particulari,quid illud sit, quod facere ecclesia intendit. Vnde ut dicit Scotus in 4. dist. 13. q. 2. scismaticus, & hæreticus, & quod plus est, hæreticus circa eucharistiam habere potest intentionem ecclesiæ in conficiendo, si intenderet in uniuersali, quod christus instituit faciendum, & quod ecclesia facit; licet non intendat in speciali, quia credit eucharistiam nihil ualere,hoc est non esse, seu continere uerum corpus christi; sicut aliquis bonæ fidei posset proferre uerba incantationis, quibus utuntur magi, uel magæ circa illam materiam, circa quam alij utuntur non credens ea quicquam ualere,intendens tamen in generali illa proferre ad illum finem, ad quem illi proferunt, quasi diceret,& intēderet, fiat,quod fieri potest, licet crederet per illa nihil fieri posse. Illa ergo generalis intentio sufficit cum cæteris requisitis ad conficiendum. Propter quod & sacerdos hæreticus conficere potest, dum huiusmodi intētionem habuerit generalem. Huic etiam concordat doctor irrefragabilis parte 4. q. 35. artic. 5. Cum ergo hæc generalis intentio sufficit, & potestas conficiendi est inauferibilis, neq; per hæresim, neq; per pœnam canonicam tolli potest, ut supra lectione 2. probatum est; patet, q̄ qui ius sacramentale amittere non potest, nec ius conficiendi amittere potest.

Scotus.

D ¶ Sed contra hoc uidetur. Nam uerba consecrationis efficaciam habent ex fide,unde Aug. cum dixerat. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum.subdit. Non quia dicitur; sed quia creditur. ¶ Item sacramenta nouæ legis habent fundamentum baptismæ, quod est sacramentum fidei, ideo omnia sacramenta habent fidem fundamentum, & uirtutem a fide. Fides est fundamentum omnium bonorum. Glo. in c. Illi offerunt. 1. q. 1. Ideo si infidelis, aut hæreticus attentat conficere, deficit in opere suo ab eo, quod est fundamentum, & a quo debet esse uirtus sacramenti,& per consequens non conficit. ¶ Item Augustinus. & habetur. 1. q. 1. extra ecclesiam. Extra ecclesiam catholicam non est locus ueri sacrificij. Item Hieronym. super Amos. Odit deus sacrificia hæreticorum, detestatur fœtorem eorum;ergo cum ipsi celebrant,nec seipsum mittit, nec angelos, ut interfint sacrificio; sed si non est ibi cælestis missus,non est ibi missa. Ob hoc enim dicitur missa, eo q̄ cœlestis missus ad consecrandum,& uiuificandum corpus aduenit. magister distinct. 13. quarti. Et ita non conficiunt uerum corpus christi.. & Cyprianus in Epistola contra hæreticos, & habetur. 1. quæst. 1. Si quis. 4. Constat oleum, unde baptizati unguntur, sanctificari; & eucharistiam fieri non posse, ubi nulla spes est, & fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur. Multa ad idem adduci possunt. Item magister distinct. 13. quarti In huius misterij expletione sicut formam seruari, ita ordinem haberi, ut scilicet sit sacerdos, & intentionem adhiberi oportet, ut illud facere intendat, sed si non credit de illo mysterio, sicut ueritas habet, nunquid potest intendere illud conficere? Et si non intendit, nunquid conficit? quasi diceret, non. ¶ Ad illa respondetur concedendo, q̄ sacramenta habent aliquam efficaciam ex fide, quæ fides est eis es-

Augustinus.

Intentio cuius debet esse ut obiecti.

Augustinus.

Hieronymus.

Cyprianus.

E

sentialis,

sicut intentio finis habet in se intentionē mediorum ad hunc finem ordinatorum. Et ita in qualibet actuali intentione medij, manet uirtus primæ intentionis pro quanto illud medium non assumeretur, nisi præcessisset intentio prima actualis, quasi finis, in quem medium hoc ordinatur. Exēplum sicut modo intendens ire ad sanctum Iacobum, ex intentione huius finis, ordinat multa alia necessaria ad illum finem; exequens autem illa ordinata, non semper cogitat de eundo ad sanctum Iacobum; sed sæpe per operationes circa media, uel alias distrahitur ab actuali intentione prima: nihilominus tamen omnia dicitur facere ex prima intentione, & uirtualiter habere illam primam intentionem in prosecutione mediorum: pro quanto hæ actiones mediæ processerunt a prima actuali intentione, & in eam tanquam in finem ordinantur. Quod ex eo patet; quia interrogatus, cur hoc agis? statim responderet propter ire ad sanctum Iacobum. ¶ Ad propositum dicitur. Primò, ꝙ ad consecrandum non requiritur intentio actualis consecrandi in prolatione formę cōsecrationis. Patet, nam non requiritur maior intentio in consecratione, quam in meritoria operatione; quia operatio non est meritoria nisi ex proprio conatu uoluntatis, non tamen excludendo gratiam. Consecratio autem efficax est ex uerbo creatoris. Nunc autem in operatione meritoria non requiritur semper actualis intentio ad merendum, id est actualis relatio actus sui meritorij in deum: alioquin continuans actum meritorium cum distractione non mereretur. Et in exemplo proposito, ambulās ad sanctum Iabum, dum actualiter de hoc non cogitaret, non mereretur. Neq; sancti martyres tolerantes durissimas pœnas distracti, aut fortè absorpti immanitate pœnarum; propter quod non semper cogitauerunt actualiter illa pati pro fide christi, seu iustitia, meruissent: quod est inconueniens. Et propterea non est uerisimile deum sacerdotem obligasse ad penè impossibile; uel saltem nimis difficile in illo actu, cuiusmodi est non distrahi ab actuali intentione: Cum secundum beatum Augustinum in secundo de libero arbitrio, non sit in potestate nostra, quin uisis tangamur, hoc est, quæ offeruntur per intellectum uoluntati. ¶ Secundò dico, ꝙ non sufficit habitualis intentio; quia consecrare (ut dictum est) debet esse actus humanus. Actus autem etiam conformis habitui, si non fit a uoluntate intendente; sed aliunde præter intentionem euenit, humanus non est. Nā si quis habeat habitum inclinantem ad desiderium sanitatis: si currat non intendens per hoc sanari, sed ludere; non dicitur consequi sanitatem per actum humanum; sed casualiter, uel fortuito. Sola ergo intentio habitualis non sufficit respectu finis actus humani, ut humani. ¶ Tertiò dico, ꝙ ad consecrandum requiritur, & sufficit in sacerdote intentio uirtualis; hoc est requiritur, & sufficit, ꝙ sacerdos habuerit intentionem actualem consecrandi, ex qua processit ad opus celebrationis: & sufficit hæc intentio, etiā si in uerbis consecrationis distrahatur nihil actu cogitans de consecratione. Et hæc uera sunt, si opus celebrationis processit ex prima intentione actuali, sine omni motu contrariæ uoluntatis interueniente: qui si interueniret, & non de nouo intenderet consecrare; quamuis proferret consecrationis uerba, non tamen consecraret; quia tunc non adesset intentio actualis, nec uirtualis. Hæc multum quietant scrupulosas conscientias: quamuis non minus congruit, ut sacerdos per præuiam deuotam recollectionem uirium, & intentionis obfirmationem omnia distrahentia, & impertinentia possetenus excludat; ac deuotius actualiter intendere satagat, abigens manu sanctæ discretionis uolucres cogitationum peruersarum,

Quæ intentio sufficiat

G

Auguſt.

importunè se ingerentium, & sacrificij fructum uiolare cupientium, exemplo patriarchæ Abraæ; ne mulcæ morientes perdant suauitatem unguenti, id est consolationem, & gustum dulcissimum huius diuinissimi sacramẽti. Et tantum de his, quæ ex parte ministri requiruntur ad necessitatem sacramenti; quæ fuere potestas ordinis, facultas sermonis, & integritas intentionis.

Hæc dicta ualde notãda sunt a sacerdotibus.

DE REQVISITIS AD ORDINATE' consecrandum.

LECTIO VII.

A EXPEDITIS his quæ ex parte ministri requiruntur ad simpliciter consecrandum: uidenda sunt consequenter, quæ ex parte eiusdem requiruntur ad ordinatè consecrandum: & hæc sunt duplicia, uidelicet impedimẽtorum amotio; quorum aliqua sunt tantum culpæ; aliqua tantum pœnę; aliqua nec culpę, nec pœnę. Secũdũ est conuenientium appositio. Impedimenta quę sunt tã tũ culpæ, quibus sacerdos impeditur ab ordinata celebratione, sunt peccata mortalia; quod patet, nam ordinatè celebrat, qui celebrando nõ peccat. Inordinatio enim in celebrando defectus est non naturalis; sed moralis: omnis enim talis peccatum est, ergo a contrario sensu, qui celebrando peccat, inordinatè celebrat. ¶ Peccat autem mortaliter, quicunq; in mortali saltem scienter celebrat. Quod probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate apostoli. Qui manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne; reus erit corporis, & sanguinis domini. Et sequitur. Iudicium sibi manducat, & bibit, ideſt damnationem. Damnationem autem non inducit nisi peccatum mortale: non autem hoc dumtaxat de communicante; sed etiam multò magis de celebrante dicitur. Vnde glosa beati Ambrosij. Indigne manducat, qui aliter celebrat, quã a Christo traditum est. Et qui inde uota mẽte accedit ad eucharistiam, uel in uolũtate peccãdi manet; ille reus erit corporis, & sanguinis domini, ideſt mortis Christi pœnas dabit: ideſt ac si Christum occiderit, punietur. Hæc glo. Cum dicit, qui aliter celebrat mysteriũ eucharistiæ, quã a Christo traditũ est; hoc dicit quãtũ ad conficientes siue conficere uolentes, qui non deuota mente ex cordis desiderio ad eucharistiæ consecrationẽ accedunt. Sic enim tradidit Christus ex maxime charitatis desiderio. unde & ait apostolis. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscum, antequã patiar. Hoc autem facit, qui non discernit corpus domini ab alijs cibis; sed indiscrete, & negligenter tractat, & sumit, uenerationẽ singulariter huic sacramento debitã non exhibens. Quod notatur per apostolũ, cũ addit. Nõ dijudicans corpus domini. ¶ Et quod sequitur in glosa. Vel in uoluntate manet peccandi: dicitur quãtũ ad conficientes, & sumentes. Sic & illud glosæ. Indignus est, & reus, qui beneficiũ eius in irritũ ducit; quòd facit, quisquis sacramentum salutis non tractat, uel sumit (obstante mortalis peccati obice) ad salutẽ. ¶ Itẽ magister di. 12. quarti. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium, quam Christus celebrauit: uel qui habens mortale peccatum, accedit. Probatur idem ratione: quoniam actus conficiendi eucharistiam nobilissimus, & excellentissimus actus est omnium potestatum ecclesiæ. ergo multò magis peccat hunc indigne, &

Ad ordinatè consecrãdũ plura requirũtur ex parte ministri.

B

1. Cor. 11.

Ambr.

Luc. 22.

in

in mortali peccato exercens; quàm alium actum cuiuscunq; potestatis, uel ordinis: sed exercens alium actum ordinis in mortali: mortaliter peccat: ut supra lectione. 2. deductum est: ergo a maiori conficiens, & exercens eu charistiam in mortali peccato, peccat grauiori modo mortaliter: quia actus conficiendi eucharistiam nobilissimus est omnium actuum ecclesiasticorũ: ut supra deductum est. Præterea omnis consecrans etiam sumere debet eucharistiam: ut in cap. Relatum, de consecra. di. 2. ubi dicitur. Modis omnibus tenendum est: ut quotiensc unq; sacrificans corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi in altari immolat, totiens perceptionis eius particip̃ se præbeat. Cum ergo sumens, & manducans in mortali indigne sumit, & mortaliter peccat: ergo & consecrans, quia cõsecrans etiã est manducãs. ¶ Quod etiã sumens in mortali peccet mortaliter: ex hoc deducit beatus Tho. in 4. scripto. dist. 9. q. 3. quia talis abutitur sacramento: & quantò sacramentum est dignius: tantò abusus grauior. Quod uerò abutatur: patet ex tribus, quæ in hoc sacramento attenduntur: quæ sunt sacramentũ tantum: sacramentum, & res: & res, & non sacramentum. Quantũ ad primum, habet rationem cibi, & potus: cibus autem non competit nisi uiuentis: & ideo carens uita gratię per mortale mortuus est spiritualiter, & ita abutitur sacramẽto. Peccatũ. n. tale ideo mortale dicitur, eo q̃ mortificat animam quò ad gratiã gratificantem: nõ quo ad gratiam gratis datã, quã etiã habent hæretici, pagani, iudæi: qui tamen etiam maximè peccare uidentur: & tñ ut cõmuniter alijs habiliores uidentur. Quo ad secundũ, sumitur ibi Christus, qui est sanctus sanctorũ: unde receptaculũ eius debet esse sanctũ; ideo qui sumit cum contrario sanctitatis. i. conscientia mortalis peccati, abutitur. Quo ad tertiũ, quia accedens significat se ad unitatem corporis Christi mystici tendere: unde si peccatũ mortale in conscientia teneat per quod a corpore mystico separatur: fictionis culpã incurrit: & ita abutitur sacro. Hæc Tho. Ex illis sequitur, q̃ sacerdos in mortali peccato celebrans, peccat duobus mortalibus peccatis distinctis. Vno quia indigne cõsecrat: alio, quia indigne manducat. Patet clare ex præmissis: quia mãducare, & cõsecrare duo actus sunt distincti; & in qualibet indigna executione cõmittitur peccatum mortale. ¶ Sed di. aliquis. Si ita se habet officium consecrandi; impossibile esset sine mortali eucharistiã consecrare, aut sumere: & per consequens nulli est sacramentũ illud ad salutẽ: probatur tñ sequela; quia consecrans aut est in peccato mortali: uel non. Si primum ex dictis indigne sumit, & ad iudiciũ: & ita mortaliter peccat. Si non: quia tñ nemo de se scire potest an odio, uel amore dignus sit. Quis potest dicere mũdũ est cor meũ, purus sum a peccato? In tali dubio accedens, periculo mortalis peccati se exponit: & per consequens mortaliter peccat: secundũ illud. Qui amat periculum, peribit in illo. ¶ Ad huius replicæ solutionem duo uidenda sunt. Primò, quot modis aliquis dicitur esse in mortali: & qui horum modorũ reddunt accedentem indignũ. Secundò, quomodo in consecratione, & sumptione possit uitari nouũ mortale. De primo notat. Sco. di. 9. 4. q. unica, q̃ aliquis potest intelligi esse in mortali tripliciter. Primò in actu siue actualiter: quia tunc peccat actualiter peccato mortali actu interiori, uel exteriori: utputa qui habet uoluntatem respectu actus peccati præteriti, præsentis, uel futuri. Hæc enim uoluntas, quæ est actus elicitus: est mortale peccatum primò, & intrinsecè: quo non existente, actus imperatus nunquã est peccatũ. ¶ Pro cuius declaratione notandum, q̃ actus uoluntatis est duplex scilicet actus uoluntatis elicitus, & actus uoluntatis imperatus. Actus uoluntatis elicitus, est actus productus ab ipsa uoluntate sine

C

B. Tho.

B. Tho.

Ecclc. 9
Prouer. 20.

Eccle. 3.

Celebrãs in pãõ mortali mortaliter peccat.

Peccat duobus mortalibus peccatis.

D

Aliquis est in peccato tripliciter.

Actus uoluntatis duplex elicitus, & imperatus.

imperio ipsius uoluntatis, ut uelle peccare, uelle dare elemosynam. Sed actus imperatus uoluntatis est actus productus ab aliqua potentia mediante imperio uoluntatis, dum talis actus possit esse in potestate uoluntatis: ut uelle audire lectionem imperatum a uoluntate, uelle facere hoc uel aliquod imperatum a uoluntate. ¶ Secundò, aliquis intelligitur esse in peccato; quia post peccatum præteritum, de quo non recolit, non pœnituit, nec pœnitet. Tertiò; quia & si pœnituit, aut pœniter, nondum tamen est cõfessus, & in foro ecclesiæ absolutus. Quisquis ergo aliquo triũ modorũ fuerit in mortali; indigne consecrat, & sumit, & accedendo nouum peccatum mortale incurrit, non tamen equaliter; sed alter altero maius. Nam primò modo in peccato mortali existens grauissime peccat: dum se quem indignum, & immundum nouit, præparare negligit; ibi enim est peccatum omissionis, & peccatum contemptus: nam Christo quantum in se est, contumeliam facit. Vnde peccato iudæ comparatur in glosa uenerabilis Bedę, Marci. 14. super illud. Væ autem homini, per quem filius hominis tradetur. In sempiternum uæ homini, qui ad mensam domini indigne accedit: Ille enim in exemplum iudæ filium hominis tradit, non iudæis quidem peccatoribus; sed tamen peccatoribus, membris scilicet suis, qui accipere dominici corporis sacramentum temerarie præsumit; tales enim sunt de primo modo; quia scientes se in mortali, quod actu continuant, accedere non formidant. Qui uerò secundo modo sunt in peccato mortali, licet minus, quam primi peccant, tamen mortaliter pro negligentia, qua se probare negligunt. i. examinare, maxime si hæc negligentia fuerit affectata, crassa, uel supina: ꝙ si affectata fuerit, auget peccatum, & aggrauat; nam & ipsa ignorantia secundum se peccatũ est, unde Aug. ad ualerinũ. In eis, qui scire noluerunt, ignorantia ipsa peccatum est. Et de hac dicit Ambro. Graui ssime peccat, qui ignoranter peccat; ideo grauissime, quia periculosissime. De hoc magister dist. 22. lib. 2. Si uerò crassa fuerit. i. talis quę per debitam diligentiam si adhibita fuisset, excludi potuisset: etsi excusat a tanto, pro quanto minuit contemptum, quem prior ignorantia auget; non tamen excusat a toto. i. non excusat simpliciter a mortali peccato. Vnde Augu. ubi supra. Ignorantia eorum, non qui scire nolunt; sed qui tanquã simpliciter nesciunt; nullũ sic excusat, ut æterno igne non ardeat; sed fortasse ut mitius ardeat. Si autem fuerit ignorantia inuincibilis, simpliciter excusat, de quo infra dicetur. ¶ Similiter, qui sunt in mortali tertio modo, ideſt non confessi post mortale commissum; licet pœnitentes, & contriti, accedentes mortaliter peccant: ut tenent dominus Albertus, Scotus, Richardus, Gerson in regulis moralibus ca. de pœnitentia, & in suo tripertito de confessione. Et est ratio Scoti; quia non tantum debet accedens reconciliari deo; sed etiam ecclesiæ, ut digne suscipiat sacramentum unitatis ecclesiæ. Etiam propter hoc ordinauit ecclesia, ut omnes utriusq; sexus ante festum paschæ, quo communicare tenentur, omnia peccata sua confiteantur; & sic confessi communicent. Et eadem ratione quo cũq; tempore anni communicare quis uoluerit. De hoc uenerabilis Hugo. in lib. de ecclesiastica potestate ligandi, & soluendi ait. Audacter dico, si ante sacerdotis absolutionem ad communionẽ corporis, & sanguinis christi quis accesserit; pro certo sibi iudicium manducat, & bibit; etiam si eum multum pœniteat, & uehementer doleat, & ingemiscat. Et hoc est simpliciter uerum, si confessoris copia haberi potest. Si uerò non occurrat opportunitas confitendi, distinguendum est secundum scotum. Si posset sine scandalo differre celebrationem, aut communionem; debet

Augustꝰ. Ambr.

Hugo. Conc. Trid. Sess. 13. c. 7. De Eucharistia, & cano. 11.

Ignorantia ẽ multiplex quæ excusat a toto uel a tanto.

Confessio peccatorum mortaliũ p̃mittenda est eucharistiæ sumptioni.

expectare confessionem. Si uerò immineat scandalum, nisi statim celebret, aut communicet, ut puta si sacris uestibus indutus memoraretur alicuius peccati mortalis commissi, & nondum confessi; nec haberet ad manum idoneum confessorem, tunc cum contritione, & uoluntate confitendi tempore opportuno potest celebrare, ut scãdalum euitetur, sine nouo mortali; etiam cum merito. Similiter de alio communicaturo in simili casu cẽsendum est, ut exempli causa, in aliqua religione, uel ecclesia consuetum est, ut omnes non sacerdotes certo die communicent, si tunc alicui ex his tẽpore communionis occurrat mortale non confessum, nec habere potest idoneum cofessorem, potest nihilominus cum contritione in actu, & confessione in uoto tempore opportuno facienda accedere, & non confessus cõmunicare. Nec est dicendum, ꝙ talis peccet mortaliter, uel transgrediatur præceptum, ut euitet scandalum; quia nullum præceptum excludit ipsum ab illo actu, in hoc casu; quia dilatio confessionis in actu, quæ tunc habetur in affectu non excludit eum, quin sit membrum ecclesiæ militantis, habile ad actus, in quibus membra communicant, & tenetur uitare scandalum proximi. Hęc Scotus. Eadem ratio uidetur de curato, qui propter necessitatem infirmorum, aut subditorum ad audiendam missam de die dominico obligatorum, missæ celebrationem sine scandalo omittere non potest.

Celebrare uolẽs dignè an sic tenetur prius cõfiteri mortalia, habito confessore, ita ad confessionẽ uenialium.

¶ Sed diceres quid de ueniali? Respondet Sco. ubi supra dicens. De ueniali non oportet dubitare; quia de illo non est necessitas pœnitentię, & ꝙ consequens nec confessionis. Dicendũ igitur, ꝙ quamuis utile sit se a ueniali per confessionem, siue alia remedia purgare, pro quanto reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum deuotionem tollunt, aut minuunt, adimuntq; cautelam cauendi maiora, secundum illud. Qui spernit modica paulatim decidit: tamen non uidetur absolute' necessarium, ꝙ de ipso consecraturus prius confiteatur, aut etiam conteratur. Quod ex eo patet, nam hoc non est necessarium ad secure' moriendum; quia si quis in ueniali decedit sine mortali, etiam moriens in actu peccati uenialis saluabitur, uspalabit tamen secundum illud apostoli. Si quis superædificat lignum, fœnum, stipulam, ideſt peccata uenialia, secundum glo. Gregorij. Sequetur. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, scilicet purgatorij. Non uidetur autem, ꝙ sacerdoti necessarium sit confiteri hoc peccatum ante celebrationem, de quo non tenetur conteri, ut ingrediatur regnum cœlorum. Huius ratio assignari potest; quia peccatum ueniale non repugnat gratię in facto esse, hoc est, stat simul cum gratia, alias enim non esset ueniale; sed ad mortem, si tolleret uitam animæ, quæ est gratia. Nec repugnat gratiæ in fieri, hoc est non impedit gratiæ infusionem, neq; augmẽtationem. Vnde si adultus cupit baptizari, dolens de suis peccatis mortalibus; & actu peccans uenialiter, iustificatur, & gratiam recipit. Ratio est; quia sacramentum baptismi confert gratiam non ponenti obicem. Obex autem non admittens gratiam, peccatum mortale est, secundũ Scotũ dist 4. q. 1. li. 4. Item secundum omnes, peccatum ueniale inexistens nõ prohibet quem meritorie agere, immo sæpę per actum charitatis feruidum extinguitur, & quo ad culpam, & quo ad pœnam; quemadmodum aquę gutta consumitur a uehementi flamma: ideo non impedit gratiæ augmentationem. Si igitur neq; tollit gratiam inexistentem, neq; impedit ipsius infusionem, nec augmentationem, non uidetur, ꝙ sacerdos teneatur ipsum confiteri ad hoc, ut dignè celebret. Non modo dignè' per non imputationem ad nouum peccatum mortale; sed etiam dignè'

Eccle. 19.

1. Cor. 3.

Grego.

G meritorie'. ¶ Sed diceres secundũ cõmune dictũ; licet peccatũ ueniale nõ opponatur charitati, opponitur tamen feruori charitatis. Feruor.n. charitatis est charitas, sicut intensio caloris est caliditas intensa. Respondetur, ꝙ peccatum ueniale nihil charitatis tollit. tum quia si aliquid eius tolleret per uenialium multiplicationem, tota charitas posset tolli, & per consequens non essent uenialia, sed mortifera: Tum quia charitas secundũ ordinatam dei potentiam minui non potest, quia non habet contrarium nisi mortale, quod totam tollit. Dicitur autem tollere, seu minuere feruorem charitatis, pro quanto ex actu peccati uenialis relinquitur quidam habitus in uoluntate, qui ipsam impedit, ne possit in actum charitatis ita intensum, sicut posset tali habitu circumscripto. Inclinat enim habitus peccati uenialis ad actus consimiles eis, a quibus genitus est; & per hoc impeditur conatus potentiæ ad actum oppositum meritorium. Simile est in nouiter conuersis, qui propter habitus uitiosos in eis derelictos, & post iustificationem remanentes, non expedite, & faciliter exercent actus uirtuosos. Sed istis obuiare uidetur auctoritas beati Aug. in ecclesia. dogma. & allegat magister distinct. 12. lib. 4. cap. ultimo. Licet quis peccato mordeatur; si peccandi tamen de cætero non habet uoluntatem, & satisfaciat lacrimis, & orationibus; accedat securus; sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauant. Hæc auctoritas uidetur intelligi de uenialibus propter hoc, quod in eo sequitur. Hoc dico de illo, quem mortalia non grauant. Respondet Scotus dist. 9. quarti, ꝙ hæc auctoritas intelligi põt de mortali peccato confesso, & dimisso per pœnitentiam. Quod si quis de illo mordeatur, quasi non plene' satisfecerit de eodem; & peccandi de cætero non habeat uoluntatem, satisfaciat lachrymis, & orationibus pro eodem, & accedat securus. Et tunc sequitur. Et hoc dico de illo, quem mortalia non grauant, hoc est, qui sine peccato mortali non dimisso accedit. Et ꝙ non aptè exponitur de uenialibi, ex eo uidetur; quia ad digne' celebrãdum non sufficit contritio, uel dolor de peccatis, sed requiritur etiam confessio secundum præmissa. Cũ autem dicat beatus Aug. & peccandi non habet uoluntatem securus accedat; & non addit, & confiteatur; uidetur, ꝙ aptius exponatur, ut dictum est, de mortali, quã de peccato ueniali; quia secundum illa uerba non concluderetur necessitas confitendi uenialia, secũdum intentionem dicentium oppositum; sed dumtaxat detestatio, seu dolor de uenialibus. Et ita patet primum, quis modus mortalis peccati facit accedentem noui peccati reum.

Auguſt.

Scotus.

Auguſt.

Oſtenditur quòd uenialiũ neq; cõtritio, neq; cõfessio ẽ necessãria ad dignã celebrationem.

Peccatũ ueniale quomõ opponitur feruori charitatis.

DE MODO CAVENDI PECCATVM nouum mortale.

LECTIO VIII.

A 2. Cor. 11.

NVNC de secundo uidendum est, quomodo caueri possit nouum peccatum mortale in consecratione, & sumptione huius sacramenti. Attendenda est hic doctrina apostoli, quę dicit. Probet ergo seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Secundum hanc, quilibet & cõsecraturus, aut communicaturus priusquã accedat, debet seipsum probare i. suam conscientiam diligẽter examinare, an peccato mortali sit euacuata. Debet igitur attendere

In euchar. rectiæ sumptione aut consecratio

ne qnomodo cõngit nouũ uitari peccatum.

dere diligenter, si detestetur peccata præterita; si displiceant præsentia; si propositum firmum habeat cauendi futura: quod si aliquod horum defuerit, abstinere debet a missa, donec seipsum iudicauerit, & per seuericatem pœnitentiæ se exercens, purgationem meruerit peccatorum; quatenus sic a seipso iudicatus, non iudicetur a domino. Cessat enim uindicta diuina, si confessio præcurrat humana. ait glos. beati Aug. ubi sup. Alioquin in peccato (ut dictum est) accedens, irreuerentiã facit deo, quem suscipit in sacramento, & æternæ damnationis iudicium incidit indigne accedendo. ¶ Sed forte quæris, quanta diligentia in examinando requiritur, ut indignus accessus caueatur. Respondetur secundum doctores, & præsertim doctorem subtilem. in 4. dist. 17. q. 3. & Iohan. Gerson in suo tripertito. Tantam debet facere diligentiam in examinatione conscientiæ recogitantis præterita peccata, quantam faceret in magno, & arduo negocio pro magna, & ardua re lucranda, aut incommodo graui uitando. Hæc siquidem inquisitio diligens etiam cuilibet sufficit ad fructuose confitendum secundum eosdẽ; ut sic ad memoriam reducat iuxta humanæ fragilitatis possibilitatem præterita peccata, prius per contritionem, & confessionem non delera. Eaq; detestetur, quia contra dei mandata commissa, sicq; ut dictũ est, cõfiteatur. Hac diligentia adhibita, si alicuius peccati obliuiscitur, per accessum ad hoc sacramentum, unum e duobus consequitur; aut uirtute sacramenti peccatum hoc remittitur, aut ad cognitionem talis peccati cor illustratur, quatenus per penitentiam diluatur, ut uult Durandus in 4. dist. 10. q. 10. Et recitat Gerson in tractatu de pol. noc. consid. 2. Sicut frequenter expertum est, q; deuote celebrantes, in plurium peccatorum cognitionem deuenerunt, quæ occulta fuere prius. Secus de his, qui per crassam, & supinam negligentiam peccata grauia non aduertunt, aut obliuiscuntur. ¶ Sed adhuc diceres; si tanta præuiæ recollectionis diligentia requiritur, trepidabit, necesse est, quisquis accesserit, tanquam incertus si debitam diligentiã ad rememorandum peccata confitenda adhibuerit, uel non; & semper incertus, & per consequens in periculo accedit. ¶ Pro huius solutione aduertenda est doctrinalis distinctio certitudinis. Est enim triplex certitudo secundum gersonem ubi sup. s. supernaturalis, naturalis, moralis. Certitudo supernaturalis est, cui innitens per nullam potentiam falli potest: hæc a solo deo est quantum ad ueritates contingentes. Hæc etiam est certitudo primi principij, & propositionum per se notarum, ut quodlibet est, uel non est. Hanc habuere prophetæ in his, quæ per diuinam reuelationem acceperunt. Talem etiam certitudinem habemus & nos de articulorum fidei ueritate, & omnibus in canone bibliæ contentis, in eo sensu in quo a sancto sunt spiritu reuelata. His namq; assentiendo falli, aut decipi non possumus; quia deus, qui summa, & infallibilis est ueritas, non potest falsum tanquam uerum reuelare. Hæc certitudo non accipitur a rebus, alioquin non esset infallibilis, cum secundum apostolum. Omnis creatura uanitati subiecta est. Et sicut de nihilo omnia producta sunt; ita per potentiam creatoris possunt singula in nihilum redigi, & collabi. ¶ Alia est certitudo naturalis, & hæc est ueritatum a rebus acceptarum, quibus innitens falli nõ potest per naturam. Hanc certitudinem habemus de multis euidentibus ueritatibus contingentibus, & necessarijs secundũ naturam: ut sol orietur. Talem certitudinem habemus de existentia rerum intuitiue cognitarum contingentiũ. Item de propositionibus naturaliter necessarijs, ut ignis est calefactiuus: Circa quarum ueritates, stante communi cursu naturæ, nullus fallitur, licet per potentiam supernaturalem, & miraculum quis falli pos-

Quæ & qualis conscientiæ examinatio præmittenda sit.

Augusti.

Iohan. Gerson.

Triplex est certitudo.

Ro. 8.

sec. ¶ Tertio certitudo moralis, siue ciuilis, & hæc non est ex euidentia rei; sed surgit ex probabilibus coniecturis grossis, & figuralibus magis ad unã
C partem, quã ad alteram, qualis sufficit in mortali negocio, & agibilibus humanis, ut vult philosophus 1. Ethico. c. 1. ¶ Ad propositum nostrum. Prima certitudo supernaturalis, & reuelationis non requiritur, ut sacerdos de sufficienti suæ examine conscientiæ securus digne accedat, hodie nãq; nulli talem reuelationem accipiunt. Quæ si necessaria foret, spiritussanctus ecclesiæ suæ rector, & gubernator, qui eam a culpabili errore præseruat, nequaquam generaliter ecclesiæ sacerdotes errare permitteret; quin potius reuelaret, quod sine sua reuelatione sciri non posset. Nam sicut natura in necessarijs non deficit, ita nec deus in ecclesiæ suæ regimine filij sui sponsæ, eiusdem precioso sanguine per lauacrum aqua ablutæ, & sanctificatæ, secundum illud apostoli. Christus seipsum tradidit pro ecclesia, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, neq; rugam. Fatuum ergo esset hanc reuelationis certitudinem expectare. Certitudo etiam naturalis euidentiæ non requiritur, quoniam naturalis hominis cognitio non extendit se ad euidentem notitiam huius sufficientis diligẽtiæ, & expiationis peccatorum, qua consecrans digne conficeret, quoniam hæc dignitas dependet ex clementi omnipotentis dei bonitate, nostram qualẽcũq; dispositionem misericorditer tanquam sufficientem acceptante. Ad sciendum autem hanc dei uoluntatem, naturalis hominis cognitio non ascendit. Nescit, inquam, homo an amore, uel odio dignus sit. Quis enim nesciat fieri posse, secundum gersonem de pol. noc. consil. 1. ut homo detur in reprobum sensum demerito præcedentium peccatorum, ut non uideat peccata sua, & per hoc nihil sibi conscius sit, & tamen non in hoc iustificatus sit. Et uelut Aman superbissimus ad conuiuium Hester ueniens, quod sibi ad honorem putat, ad suspendium sibi inueniat præparatum. Hester. Aut si auditurus est. Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? Aut si talibus annumeratus est, de quibus propheta; non tam imprecatiue, quã prænunciatiue dixit. Fiat mensa illorum coram ipsis in la. & in retri. & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne uideant &c. Conformiter ad illum apostoli. Propter hoc multi inter uos imbecilles, & dormiunt multi. Quæ imbecillitas, & dormitatio magis ad animam, quã ad corpus referri putãtur. Hæc omnia certitudinem euidentiæ
D tollunt. Hæc perfon de pol. noc. confideratione. 1. ¶ Ex quibus certe deducitur necessitas humiliationis nostræ ad deum, ut non glorietur ante eum stulta præsumptio omnis carnis. Nec ultra apponat se magnificare homo super terram, quatenus ex hoc desperemus de uiribus nostris, neq; ponamus carnem brachium nostrum; sed tota spe proijciamur in deum, ut ipse nos enutriat. Neq; putemus nos aliquid esse, cum nihil simus nos seducentes. Galatharum 6. Sed iuxta uerbum Christi. Cum fecerimus omnia, quæ præcepta sunt, dicamus nihilominus, serui inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus; scientes, quia non sumus sufficientes a nobis, quasi ex nobis cogitare aliquid; sed sufficientia nostra ex deo est, qui fecit nos idoneos ministros noui testamenti. Tertia certitudo, probabilis scilicet, & coniecturalis sufficit, quam habere potest sacerdos si conatus est uitam preteritam, præsertim a proxima confessione diligenter facta examinare, si peccata in hoc suo examine occurrentia detestetur propter deum, si ea confiteatur, paratus confiteri omnia oblita, si memoriæ occurrerent. Si non placet obliuio; sed magis desideret ad omnium peccatorum suorum

Qualis sufficit, & requiritur in actione morali, non culpabili.

Ephe. 5.

Eccles. 9.

Hest. 5. & 7. Matth. 22.

Psal. 68.

1. Cor. 11.

Luc. 17.

2. Cor. 3.

illumi

illuminari memoriam. Si nihil uoluntarie omittit, quod reminiscentiam peccatorum adducere posset. Si firmum propositum omnia mortalia cauendi habeat, & coniecturaliter scire potest, si hanc diligentiam fecerit, sicut, & in alijs humanis suis actibus scire potest, quam diligenter, quomodo, qualiter, propter quid operetur. Hæc ergo diligentia eiusque coniecturalis certitudo sufficit ad digne celebrandum. Quod ex eo patet, quia non requiritur maior diligentia in examinatione conscientiæ, ad digne celebrandum, quam ad secure moriendum: talis autem sic se examinans, dolens, & confitens peccata sua si moreretur, saluaretur; quia non requirit dominus ultra possibilitatem humanæ fragilitatis. ¶ Si dicis omnibus prædictis stantibus, adhuc potest manere peccatum aliquod mortale, quod si latuerit, celebrans in mortali, & extra gratiam celebrat, & per consequens indigne celebrat. Ad hoc dicendum, q̃ ad cauendum indignam celebrationem non requiritur, q̃ sacerdos sit in gratia, & charitate, & ideo sine mortali, quoniam si sic; ut dictum est; dispositus accedat, non indigne accedit. Quia sic accedendo etiam si fuerit in mortali, non nouo mortali peccat, licet etiam non digne accedit: ita digne ut per consecrationem, & participationem eucharistiæ mereatur sibi gratiam infundi, licet alterum de duobus supra dictis consequatur, uel remissionem peccati ignoti, uel illuminationem ad eius memoriam; q̃ si conteritur, gratiam consequitur. Vnde patet, q̃ inter indignum accessum, & dignum datur medium. Vt indignus accessus dicatur, quo nouum mortale incurritur. Dignus, quo gratia augetur. Medius, quo neq; nouum peccatum incurritur, neq; gratiæ augmentum percipitur. Et per hoc respondetur ad replicam supra lectione 7. motam, negando, q̃ impossibile est sine mortali eucharistiam consecrare, aut sumere; quoniam multi sumunt non solum sine nouo mortali, sed etiam cum merito, & gratiæ augmento. Vnde glo. Hieronymi super uerbo. Biberunt ex illo omnes. Felix ebrietas, salutaris satietas, quæ quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mentibus dignatur donare. Et ad probationem negetur utraq; pars probationis. Prima, quoniam stat confecrantem esse in peccato mortali; & tamen non indigne sumere, aut consecrare, ut statim declaratum est. Vnde superius caute additum fuit, scienter, ita q̃ consecrans in mortali scienter, indigne accedit. Similiter secunda pars negetur; quia licet homo non posset scire per euidentiæ certitudinem se esse sine mortali, potest tamen de hoc habere certitudinem coniecturalem, & quibusdam signis habere spei fiduciam, ut dicit Alexand. de ales. 4. parte quæst. 46. memb. 1. Et subdit. Vnde Bernard. in sermone de septuagesima. Nescit homo utrum dignus sit amore, an odio; sed spei fiducia consolatur nos scriptura, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt quædam signa, & indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserunt. Et post, ponit quatuor. Primum si deuote audit uerbum dei, secundum illud. Qui ex deo est, uerba dei audit. Alia tria sunt opera uitæ agere, a peccatis continere, commissa deflere, quæ ponit sermo. 2. super canonem Iohannis exponens illud. Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, sanguis, & aqua. Fidelis sermo (inquit) & omni acceptione dignus, quo salutis testimonia commendantur. Quis est, qui testimonium habet effusi sanguinis Christi, nisi qui continet a peccatis? Habet, & ab aqua testimonium, qui laborat in gemitu suo, lauans per singulas noctes lectum suum. Sane

E

An requiratur quòd mens sit in gratia ad dignam sumptionem eu charistiæ.

Marci 14.

Certitudo se esse in gratia aut liberatum a peccatis unde colligitur.

Bernar.

Iohan. 8.

1. Iohan. 5.

sanctum

ſanctum ſuperueniſſe ſpiritum certiſſime noua conuerſatio teſtatur. Iam ut breuiter repetam, & a ſanguine, & a ſpiritu habes teſtimoniũ, & ab aqua: ſi contines a peccatis; ſi dignos pœnitentiæ fructus, ſi facis opera uitæ. Hęc

Bern.] Bern. Hinc accipitur, ꝙ habens propoſitum a peccatis abſtinendi, dolens de peccatis commiſsis, proponens obedire mandatis, cum cæteris ſupra dictis, habet certitudinem ſufficientem. Hinc ait Alexander. Talis accedens ad corpus Chriſti cum debita reuerentia, non peccat; nec exponit ſe diſcrimini. Sufficit enim habere noticiam præſumptionis per coniecturas eo modo, quo dictum eſt. Et hoc uidetur innuere apoſtolus, qui non ait, dum digné accedendi regulam ponit ſit ſine peccato, aut habeat in ſe gratiam; ſed probet ſeipſum homo. Gloſa. i. examinet, & ſic de pane

F illo edat &c. ¶ Et per hoc ad illud. Nemo ſcit utrum amore, uel odio di

Eccle. 9. gnus ſit. dicendum, ꝙ loquitur de amore, & odio finali. Vnde ibi ſequitur. Sed omnia in futurum reſeruantur incerta. Vel ſi loquitur de præſenti, ut communiter exponitur. Dicendum, ꝙ loquitur de ſcientia per certitudinem euidentię. Hoc enim ſonat uerbum, ſcit. Quod uerò additur ex Prouerb. Quis dicere poteſt, mundum eſt cor meum. Dicendum, ꝙ non intendit dicere, ꝙ nullus ſit ſine peccato mortali; ſed loquitur ibi ſapiens contra præſumptuoſos, qui ſeipſos temerariè iactant, ac de ſuis meritis laudant; hi eo ipſo, ꝙ tales ſunt, mali ſunt. Vnde gloſa ibidem

Mat. 5. non dicit, quis habet; quia dicitur. Beati mundo corde. Sed quis poteſt dicere; quia temerarium eſt ſe laudare. Vel intelligitur de peccato ueniali. ¶ Sufficit ergo, quemadmodum ex prædictis, colligitur certitudo moralis, ad cauendum indignum acceſſum ad euchariſtiam uenerabile ſacramentum. Hæc autem certitudo moralis excludit ſcientiam, & firmam fidem de inexiſtenti peccato; & compatitur ſecum uacillationem quandá animi, & ſuſpitionem ſeu hæſitationem, & ſcrupulum non ſufficientis adhibitę diligentiæ ſeu indiſpoſitionis. Sed non debet quis propter hæc celebrationem ſuſpendere ſeu prætermittere. Eſt enim ſcrupulus, ſeu hæſitatio, dubitatio quædam ſeu formido, conſurgens ex aliquibus coniecturis debilibus, & incertis; & hic ſtat cum morali certitudine. Sicut etiam apparet & in cuilibus negocijs, ubi propter leuem timorem de damno, non dimittunt negociatores ſuarum mercantiarum exercitia; ſed magis ſecundum ea, quæ probabilius accidere cognouerint, aut æſtimauerint, operantur, & exequuntur. ¶ Sed diceres ſecundum beatum Grego. Piarum mentium

G eſt cognoſcere ibi etiam culpam, ubi culpa non eſt: multò magis agnoſcenda eſt culpa, ubi dubium culpæ eſt. Et perconſequens etiam in leui dubio celebrandum non eſt. Reſpondetur ſecũdum dominum alriſiodorenſ. & Iohannem ger. cancella. pariſienſ. quod in dubio probabili committeret ſe diſcrimini, qui ſtante illo probabili dubio celebraret; & ita peccaret periculo ſe committens, ſecus in dubio leui. Eſt autem probabile dubium, quando pro utraq; parte ſunt rationes æque fortes, quæ faciunt animum trepidare, ne alicui partium audeat conſentire; ut ſi habeat fortiora motiua, ꝙ non fecerit debitam diligentiam in recolligendo, & examinando ſe de peccatis commiſsis, & deteſtando ea; quam ꝙ fecerit: uel certæ rationes æque fortes: & in tali dubio celebrans peccat. Si uerò uerisimiliter æſtimat ſe feciſſe diligentiam, quam tenetur; timet tamen de oppoſito, & bona fide plus credit ſe feciſſe, quam non feciſſe; & in tali dubio celebrat, nullum peccatum eſt, nec periculo ſe committit. Huic alludit uerbum beati

Auguſt. Aug. ſupra allegatum. Licet quis peccato mordeatur, hoc eſt ſcrupulis, & ſuſpitionibus agitetur, quaſi nondum ſatis pœnituerit; aut clarè ſatis

Certitudo moralis cõpatitur quãdam uacillationem.

Scrupulus quid.

Dubiũ probabile & nõ probabile quomõ differunt.

con

confessus fuerit; uel nondum pro eis satisfecerit; si peccandi tamen de cætero non habet uoluntatem: & satisfaciat lachrymis, non quidem sensibiliter defluentibus. Illæ enim non requiruntur necessariò ad peccati remissionem; sed lachrymis spiritualibus, quæ sunt peccatorum commissorum detestationes: & satisfaciat orationibus, petendo ueniam, & dignam sui dispositionem a domino. Sequitur. Accedat securus, uidelicet non obstante tali remorsu, ac scrupulis. Ad idem facit, quod dicit. Alex. de ales parte. 4. q. 56. memb. 3. ar. 2. Quando existens aliquis in mortali peccato secúdum ueritatem, non tamen habet conscientiam mortalis peccati, qui præparat se sufficienter secundum conscientiã suã ut digne accedat; non tñ sufficienter secundũ ueritatẽ bene accedit; ꝙ in ipsa susceptione cõfertur sibi gratia, & resurgit a morte peccati, & unitur corpori christi. Nonne ut dicunt sancti, hoc sacrameto uniũtur mẽbra christi corpori? Vnde dico, ꝙ quæ unita sunt fortius uniuntur; & quãdoq; gratia collata in ipsa susceptione sacramẽti unit nõ unitũ. Et allegat beatũ Aug. in quodã sermone de uer. euãgelij plane dicentẽ, ꝙ quando manducatur uiuificat mortuos. Hæc Alexan. Conc. Trid. Sess. 13. c. 7. Can. 11. Auguſt.

Bonarũ mẽtium est. Formidare culpam ubi non est culpa quomodo intelligitur.

¶ Ad beatum Greg. respondet cancella. Agnoscere culpam per firmum assensum, ubi non est, non est pium; sed stolidũ, & fatuum. Vnde & uæ eis imprecatur per prophetã. Væ qui dicitis malum bonum, & bonũ malũ. Neq; hoc uoluit beatus Gregorius. Sed agnoscere. i. timere culpam cum reputat culpam ex quadam leui suspitione: ubi secundum ueritatem quam euidenter nescit, culpa non est: hoc est piarũ mentiũ, quæ non solũ abstinent ab his, quæ sciunt, uel firmiter credunt esse culpas; sed & ab his quæ suspicantur esse culpas: Nec solum a malo; sed etiam ab omni specie mali secundum apostoli consilium abstinere satagunt. Valet hæc doctrina scrupulosis, in quibus nulla est animi constantia; qui iugiter in expletione suorum officiorum timent culpabiliter se deficere, quandoq; propter minima, quæ uel modici, uel nullius sunt ponderis, abstinentes ab operibus laudabilibus & uirtuosis, sicut aliqui abstinent a largitione elemosynarum in ecclesia; quia stulte timent hoc eis imputari ad hypocrisim; aliqui celebratione missarum ex modicissima perturbatione mentis. Debent autem hi cõsilijs superiorum, & doctoribus deuotis uiris acquiescere, & ad eorum consilium contra tales uacillationes, trepidationes & scrupulos audacter & uiriliter operari: quatenus fiant robusti, solidi & tranquilli in suis operationibus: sic enim plerumq; uincuntur huiusmodi scrupuli, & abscedunt. Qui uerò renuunt, ac spernunt superiorum, ac prudentium consilia ad deponendum tales scrupulos, & arrogantia & superbia sunt suspecti, præponendo scilicet sua iudicia maiorum doctorumq; consilijs & iudicijs: tales deniq; uix aut nunquam liberari possunt a scrupulis: nec ad solidam conscientię quietem peruenient; sed magis nonnunquam ad tantam pusillanimitatem prolabuntur; ut uix quodcunq; opus audeant explere: fitq; eis persæpe peccatum fallente conscientia, quod aliunde peccatum non foret. Et rursum nullam pacem, nullam conscientiæ puritatem obtinere ualent; spriuantq; se sæpe hospite gratiæ, qui est spiritussanctus. de quo dicit propheta. In pace factus est locus eius. Attendendum est hic consilium beati Bernardi, quod super hac re præstitit. Erat ex discipulis eius quidam tantis inquietatus scrupulis, ut ad celebrandum nullo pacto auderet accedere. Dixit eis deuotus Bernardus hoc percipiens. Vade frater, & in fide mea celebra. Obediuit discipulus; & scrupuli omnes protinus discesserunt. Laudanda, & imitanda tam deuoti patris industria, quam discipuli humilis obedientia. Hæc de impedimentis, quę sunt tãtum culpę. H Grego. Esa. 5. Grego. 1. Thes. 5. Doctrina cõtra scrupulosos. Psal. 75. Bern.

DE

DE IMPEDIMENTIS pœnæ.

LECTIO. VIIII.

A MPEDIMENTA, quæ sunt pœnę tantum, sunt pœnæ iuris, siue canonis, quæ etiam impediunt ordinatam cõsecrationem. Est autem pœna canonis, pœna inflicta per canones, uel saltem secundum canones prohibens uel arcens punitum ab aliquo actu ecclesiastico, qui alias sibi liceret. Dicitur per canones; quia aliquando huiusmodi pœna incurritur ipso facto, dum canon fuerit latæ sententię, ut est canon. Si quis suadente. 17. q. 4. Per quem excommunicatus est quisquis manus uiolentas iniecit in clericum, etiam sine iudicis declaratione. Dicitur uel secundum canones; quia aliquando pœna ipsa non statim ipso facto incurritur; sed per iudices secundum canonum dispositiones infligitur; ut quando canon hæc uel illa facientem mãdat excommunicari. Dicitur, qui alias sibi liceret; quia non est pœna laico, q̃ non conficiat; quia hoc alias sibi non conuenit; sed sacerdoti pœna est. Neq; homini pœna est, si uolare prohibetur. Sunt autem quantũ hic sufficit, sex pœnæ tales, scilicet depositio, degradatio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictum, & suspensio, quarum omnium amotio requiritur, ut sacerdos ordinatẽ celebret. Quia ligatus aliqua dictarum sex pœnarum celebrans, facit contra prohibitionem ecclesiæ, & ita celebrando, mortaliter peccat, præsertim si non ignorat se aliqua dictarum pœnarum ligatum. Ignorat dico ignorantia non iuris; sed factiː nã ignorantia iuris non excusat, quia tenetur ille, qui exponit se ad tantum actum, scire intra secundum quæ potest rite exercere tantum actum. Ignorantia autem facti excusat; ut si quis ignoret se a iudice excommunicatum, & ita excommunicatus celebraret, ut de cle. excommuni. depo. uel inter dic. mi. in pluribus. c. continetur. dummodo tamen ignorantia fuerit probabilis, non crassa, aut supina, ut in c. apostolice. de cleri. excommuni. &c. Quoniam si per famam alicui constaret contra eum latam fuisse excõmunicationis sententiam, etiam si de lata in eum sententia dubitaret, debet potius abstinere, quam sacramenta dominica pertractare, quia in dubijs uia tutior est eligenda. Quod si in tali dubio celebrat, pœnam, quam canon his qui post excommunicationem diuina celebrare præsumpserit, infligit, incurrit; licet cum talibus misericorditer dispensetur, ut in c. Illud dominus. de clerico excommuni. Nec solum sic celebrantes peccant; sed etiam irregularitatem incurrunt, ut in titulo allegato in diuersis c. patet. Inter illas tamen pœnas canonis, non includitur excommunicatio minor, in qua licet celebrans grauiter peccet, tamen irregularitatem nõ incurrit, ut in eodem titulo ca. Si celebret. ubi dicitur. Si celebret minore excommunicatione ligatus, licet grauiter peccet, nullius tamen notã irregularitatis incurrit. Et sequitur. Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta; sed ab eo collata uirtutis non carent effectu. ¶ Pro aliquali, & generali harum pœnarum notitia, notandum secundum Scotum distin. xxv. lib. iiij. q. j q̃ depositio est maxima pœnarum supra nominatarum; quia est totalis amotio a statu clericali, & si degradatio sit amotio ab omni gradu clericali, tunc idem est depositio, & degradatio.

In moralibus, & dubijs uia tutior est eligenda.

Pœnę canonis impedientes dignam Eucharistiæ sumptionẽ, quæ, & quot sunt.

Quando, & qualis ignorantia huius modi pœnarum excusat accedẽtem.

B Scotus.

datio. Si autem degradatio sit depositio tantum a determinato gradu, reseruato gradu aliquo clericali: ut a gradibus maioribus, reseruatis ordinum minorum gradibus, tunc degradatio est quædam pœna partialis respectu depositionis. Remouetur autem depositus a statu, & gradu clericali; non q̃ character ordinis sibi tollatur, nec per consequens ordines susceptis; sed tollitur fauor exequendi actum cuiuscunq; ordinis; & etiam priuilegium clericale, quod competit ordinatis. Vnde & talis traditur curiæ seculari. Ita q̃ quantum ad ecclesiasticos actus licite exercendos, quantum ad tutelam personarum ecclesiasticarum, & quantum ad forum, degradatus totaliter excluditur a numero personarum ecclesiasticarum. Ista pœna nunquam a iure, sed præcise infligenda est a iudice secundum formam, quæ habetur de pœnis degradationis lib. 6. Nec nisi propter enormia crimina, qualia sunt hæresis, sciſma, reuelatio confessionis, ut habetur in diuersis capitulis, & canonibus. Nec tollitur, seu remittitur hæc pœna, nisi per restitutionem in integrum a solo papa: quamuis legitime depositus non ligatur postea restitutus. ¶ Secunda pœna est infamia, quę C
Infamis, & infamatus differunt.
est status læse dignitatis quantum ad uitam, & mores; sicut fama est status illæse dignitatis quantum ad uitam, & mores. Et est differentia inter infamem, & infamatum. Nam infamatus est is, qui de crimine aliquo propter quod ius determinat aliquem infamem fore, ab aliquo accusatur. Sed infamis est non propter impositionem huiusmodi criminis; sed qui crimen tale publicè commisit; uel a iudice coram quo probatur crimen eius, iudicatur infamis. Et ita omnis infamis est publice notatus de crimine, quod ius punit pœna infamiæ. Sed quandoq; non est de hoc in iudicio conuictus; & tunc est infamis tantum a iure, & non a iudice: Quandoq; conuictus; & tali pœna a iudice damnatus; & tunc est utroq; modo infamis, & a iure, & a iudice. Contrahitur autem hæc pœna infamationis ex impositione criminis infamatorij; sed pœna infamiæ contrahitur (ut dictum est) a iure uel a iudice tali pœna puniente. Crimina uero propter quæ hæc pœna infligitur, tanguntur. 3. quæst 7. infamis. & 6. q. 1. infames esse: & c. omnes. ubi dicitur, q̃ omnes infames dicimus, quos leges seculi infames appellant. Hæc pœna quo ad infamationem tollitur purgatione canonica, ut in cap. Ex tuarum. de purgat. cano. Quo ad infamiam tollitur restitutione in integrum ab eo qui sic potest restituere: ut de testi. & attesta. testimonium. in glos. super uerbo emendatus. Ista pœna simpliciter grauior est, quã depositio quãtum ad uitam ciuilem, nisi depositio includat illam; quia ista prohibet ab omni actu legitimo, etiam post actam pœnitentiam; quia talis persona uilis est, & infamibus portę dignitatis patere non debent. de regulis iuris. Infamibus lib 6. ¶ Tertia pœna est irregularitas, & hæc est inhabilitas ad susceptionem ordinum, & executionem actuum eorundem. Ista frequenter in- D
curritur a iure: quamuis posset aliquando infligi a iudice secundum iura. Incurritur autem a iure ex quibusdam criminibus, & ex quibusdam nõ criminibus; & ex quibusdam, quæ quandoq; possunt esse crimina, quandoq; non crimina. Ex criminibus quatuor pertinentibus ad ordines, uel actus eorum; quæ sunt simonia, furtum in ordine, ministerium in ordine non susceptо, contumacia in non seruando pœnas ecclesiasticas. Sequitur etiam irregularitas tria non crimina. s. seruitutem, illegitimitatem, turpem aut enormem mutilationem, uel infirmitatem. Sequitur etiam irregularitas duo, quæ quandoq; esse possunt cum culpa, quãdoq; sine culpa: hæc sunt, homicidium, bigamia. Hæc omnia cum sequentibus latiorem exigunt tractatum, qui principalius pertinet ad dominos canonistas. ¶ Quarta pœ- E

na est

na est excommunicatio maior. Hæc enim simpliciter est excommunicatio, quę est exclusio alicuius a communione fidelium; non quidem exclusio corporalis, quæ fit per incarcerationem, aut realem exclusionem ab alijs; sed per prohibitionem, ne cõmunicet cum alio, uel alij cum eo. Excommunicatio uerò minor non est nisi excommunicatio secundum quid; quia secundum quid excludit a communione fidelium; quia in sacramentis tantũ. Hæc incurritur qñq; a iure: qñq; a iudice. A iure quidẽ in casibus penè innumerabilibus, qui olim fuere pauci. Nec tamen a iure, nec a iudice infligi debet nisi pro mortali: Nec quocunq; ; sed graui, quod etiam concomitatur contumacia: quia quãdiu aliquis paratus est satisfacere pro culpa, & audit ecclesiam; quare habendus esset sicut ethnicus, & publicanus, cum secundum Christum, pœna ista infligatur, quasi ultima illi, qui non uult audire ecclesiam, qui est finaliter contumax? Hæc relaxatur per illum, qui excommunicauit, si est excommunicatio a iudice, uel eius superiore. Si uerò a iure, per absolutionem eius, qui condidit ius, uel cui absolutio est reseruata, aut commissa, uel concessa. Ista pœna comparata ad præcedentẽ, est simpliciter grauior; quia excludit ab omni communione fidelium alias licita. Irregularitas uero tantum ab his, quæ pertinent ad ordines. Sed ista reputatur leuior; quia facilius remittitur. Sed hoc est appositum, nam ideo facilius remittitur; quia grauissima est, & a pluribus excludit. Illæ etiam duæ pœnę, irregularitas, & excommunicatio possunt esse publicæ, uel priuatæ. Et quo ad hoc, q̃ possunt esse priuatæ, sunt minus graues, quã alterutra duarum primarum, quæ semper sunt publicę. ¶ Quinta pœna est interdictum, quæ est arctatio a quibusdam actibus ecclesiasticis exercendis, uel ab assistendo quibusdam talibus. Et illa pœna licet aliquando possit infligi loco, & non personæ, quandoq; personæ, & non loco, quandoq; utriq; & sicut infligitur, ita seruanda est; tamen ut est distincta pœna a cęteris, frequentius infligitur loco, & non personis, id est non nisi, ut in loco, ut. s. in tali loco non liceat celebrare solemniter diuina, nec alijs interesse. Illa pœna interdicti, seu prohibitionis contrahitur quandoq; a iure, ut exẽpli gratia: De receptantibus extraneos usurarios, quorum terrę, quamdiu in eis fuerint, ecclesiastico sunt suppositæ interdicto, ut in c. usurarum uoraginem. de usuris lib. 6. Infligitur uerò a iudice propter causas innumeras, communius tamen propter inobedientiam populi terræ; relaxatur per illum qui posuit interdictum. Quandoq; etiam a iure, ut in c. Alma mater. de sententia excommuni. lib. 6. ¶ Sexta pœna est suspensio, & est prohibitio alicuius ab aliquo alias sibi conueniente, & hoc ad tempus. In hoc distinguitur ista pœna specialiter contra alias. Hæc est multiplex. Quædam est suspensio ab officio: & quædam a beneficio: quædam ab ingressu ecclesiæ. Et incurritur aliquando a iudice: aliquando a iure.

Excommunicatio quid est, & quotuplex.

Tollitur autem ab eo, qui eam tulit, uel eius superiore.

Istam materiam latius tractat Scotus dist. 21. quæst. 1. lib. 4. Hæc breuiter tacta suffi-ciant.

DE

DE IEIVNIO, ET IMmunditia.

LECTIO X.

TERTIVM ordinatæ consecrationis impedimentum remouendum nec est culpa, nec pœna. Et hoc est duplex .s. solutio ieiunij naturæ, & corporalis immunditia in certo casu. ¶ Circa primum est notandum secundum doctorem Scotum. q. 3. dist. 8. lib. 4. q̃ duplex est ieiunium .s. naturæ, & ecclesiæ. Ieiunium naturæ est carentia cibi susceptí in stomachum, uel in uia ad stomachũ, a principio diei, a quo quis dicitur ieiunus. Cibi dico secundum durandũ: hoc est cuiuscunq; rei, quæ nutrire potest siue in se, siue alteri coniuncta. Ieiunium ecclesiæ est, quo aliquis unam comestionem unius diei non trasgreditur per extraordinariam refectionem secundum morem ecclesiæ. Vnde ea, quæ sumuntur propter alios cibos deducendos: puta potum post prãdium: uel digerendos, sicut species medicinales, aut electuaria, ieiunia ecclesiæ non soluunt. Ita nec medicina qualibet hora diei sumpta. Per hoc ad propositum dicitur, q̃ tam ad celebrandum, quã ad manducandum ordinate, & licite, non sufficit ieiunium ecclesiæ: sed regulariter requiritur ieiunium naturę. Hoc patet per beatum Augustinum ad inquisitionem ianuarij. & habetur in canone de consecrat. dist. 2. Liquido placuit spiritui sancto, ut ad honorem tanti sacramenti, prius in os christiani dominicum corpus intraret, quã alii cibi. Et ratio huius principalis est diuina institutio, quã christus discipulis suis dedit uel per ipsos promulgauit, uel saltem instituẽdum reliquit. Ad quod sonat canon allegatus dicens. Namq; saluator, quo uehementius commendaret mysterij huius altitudinem; ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, a quibus erat ad passionem digressurus. Et sequitur ad propositum. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur; ut apostolis, q̃ quos ecclesiã dispositurus erat, hunc locum .s. institutionis seruaret. Et per hoc tollitur obiectio de xp̃o, q̃ post agnum typicum cum discipulis comestum, eucharistiam sumpsit, & dedit, propter causam .s. statim supra expressam. Et ut figuram ueritas sequeretur. Ibi quoq; noua inchoaret, ubi uetera terminabat. De quo infra. unde sequitur in auctori. Aug. si enim christus maluisset, ut post cibos alios semper reciperetur: credo, q̃ eum morem nemo mutasset. Cum uerò, ait apostolus de hoc sacramento loquens. Propter quod fratres cum ueneritis ad manducandum, inuicem expectate: si quis esurit, domi manducet: ut non ad iudicium conueniatis. Statim subtexuit, quæ ad sacramenti eiusdem ordinem pertinent, scilicet quo modo ieiuni &c. Cætera, cum uenero, disponam. Vbi datur intelligi, quia multum erat, ut epistola illis totum agendi ordinem insinuaret: quod uniuersa per orbem seruat ecclesia ab ipso ordinatum esse, quod nulla regionum diuersitate uariatur. Hæc ibi. Probatur etiam idem per ca. ex parte. de celebratione miss. ubi dicitur, q̃ sacerdos non debet uinum persusionis .i. ablutionis accipere: cum uoluerit eodem die missam aliam celebrare. Item. 7. quæst. 1. c. nihil. Nullus post cibum, & potum quemlibet etiam minimum, missas dicere præsumat. Si ergo ablutio quæ tamen ad cautelam accipitur, & modica est impedit: quanto magis omne quod in

A

Ad dignam eucharistiæ sumptionẽ requiritur ieiunium naturę.

Augus.

Ieiuniũ naturæ, & ecclesiæ qũo differunt.

Augus.

os sumitur,& in uentrem traijcitur impedit. Et quidem rationabilis est hæc institutio propter tanti sacramenti reuerentiam, quæ minor est regulariter in pranso quam ieiuno. Et ut prius quæratur cibus spiritualis quã corporalis. ¶ Sed dices. Dictum est, ꝙ ieiunium naturæ est abstinentia a cibo a principio diei. Vnde sumitur principium diei? Ad hoc dicitur, licet principium diei scm diuersos, diuersimodè sumatur. Nam quidã a meridie: quidam ab occasu quidam, ab ortu solis diem incipiunt. In proposito tamen secundum beatum Thom. dist. 13.4. ecclesia incipit diem a media nocte. Et ideo si quis post mediam noctem aliquid sumpserit per modum cibi, aut potus; non debet illa die celebrare, nec communione sacramenti participare. Nec refert dicit beatus Thom. in 3. parte summe, & post eum Durandus, utrum post cibum, & potum dormierit: aut etiam cibus digestus sit quantũ ad rationem præcepti. Et hoc est contra gl. in c. ex parte de celebra. miss. dicentem. Antequam cibus digestus sit, corpus Christi sumi non debet: Et allegat ad hoc canon. Tribus de consecr. dist. 2. Sed ille canon nihil ad propositum; quia loquitur de ieiunio seruando post sumptionem sacramenti, non ante. Vnde dicit. Qui mane sumpsit sacramentum ieiunet usq; ad sextam: qui tertia, uel quarta, usq; ad uesperam. Sed & hoc ipsum abrogatum est per ecclesiæ generalem consuetudinem, quod approbat Hostien. qui nec credit dormitionem esse necessariam. Et quanquam non refert quã tum ad rationem præcepti, utrum dormierit, aut cibum digesserit, refert tamen quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter defectum somni. Ex quo si quis multum perturbatur: debet a communione sacramenti abstinere. Sed quid de reliquijs ciborum manentibus in ore, si traijciantur casualiter? Responsio. Non impediunt a celebratione: tum quia traijciuntur per modum salluæ, tum quia non sumuntur tanquam de nouo, illo die. Idem dicitur de reliquijs aquæ, quã os abluitur; dummodo non traijciantur in tanta quantitate; ut maneãt in propria specie aquæ, sed quasi conuersæ sint in saliuam. Dicit etiam hic. Rich. de media uilla dist. 8.4. q. 3. principali art. 3. Nec est acquiescendum dicentibus, ꝙ illi, qui post dictum matutinum infero bibit, non est licitum celebrare sequente die, nisi prius iterum dicto matutino. Hoc enim non inuenitur statutum. Et hæc Richard. Verum licet non sit necessarium talem abstinere; uidetur tamen, ꝙ sit ualde congruum; cum matutinale officium ad diem istum pertineat, a cuius principio celebrans tenetur esse ieiunus ieiunio naturæ. ¶ Dictum est autem regulariter; quia in casu potest sumi, & consecrari a non ieiuno ieiunio naturæ. Vnus casus est quasi generalis quantum ad sumẽtes, s. corporis infirmitas grauis. Vnde quando timetur periculum mortis imminentis, periculum esset negare infirmo licet pranso poscenti sacramentum, cum sit uiaticum. Et ideo dandum est ei qui proficiscitur ex hoc mundo, ut per ipsum perueniat ad terminum. Concordat Rich. dist 8.4 Alius est casus specialis, quo ad consecrantem, quo etiam non ieiunus potest consecrare; & sumere, & est casus iste. Minister præparat calicem sacerdoti, & per errorem pro uino ponit aquam: sacerdos supponens ministrum bene fecisse, procedit ad consecrationem, & calicis sumptionem: in cuius sumptione aduertit esse aquam ipsa in uentrem traiecta. In quo casu tenetur sacerdos sanguinem de nouo consecrare, & consecratum sumere, quamuis per aquæ sumptionem soluerit ieiunium naturæ. Quod probatur, quia quando sunt duo præcepta ordinata, præceptum superioris magis ligat. Est autem unum præceptum christi, & ecclesiæ sumptu ex ratione sacramẽti, ꝙ ipsum, quando conficitur, integrum perficiatur; quoniam sacrificium

B

C

An liceat post cibum sumptũ sine dormitione media celebrare.

Infirmi excusantur.

Sacerdos ꝙ casu, & ex negligentia aquã pro uino consecrato in altari sũpsit quid faciet.

B. Thom.

inse

in se est quoddam integrum ex duobus. De qua integritate seruanda habetur scriptum ecclesiæ mandatum. de consecra. distin. 2. Comperimus. ubi dicitur. Aut sacramenta integra percipiant: aut ab integris arcentur. & loquitur ibi canon de sacerdotibus cõficientibus, & non sumentibus. Et subditur ratio: quia diuisio unius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio nõ potest prouenire. Ergo non obstante quocunq; alio præcepto ecclesiæ, maxime quod non respicit propriam, & essentialem rationem sacramenti: tenetur celebrans ad illam integritatem seruandam: ergo qui iam percipit aquam, tenetur simpliciter ad cõplendũ illud, quod prætermisit. s. ad consecrationem sanguinis. Et confirmatur per canonem. Nihil. 7. q. 1. ubi sic habetur. Nullus minister, atq; sacerdos absq; prouentu patentis molestiæ, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Et si quis hoc temerarie præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit. Relinqueret autem imperfectũ eucharistiæ sacramentum, qui corpus Christi consecraret sine sanguine, saltẽ quãtũ ad significationem passionis Christi: quæ perfectius significatur per utraq; species panis, & uini: quã per alterã tm. Vnde dicit beatus Aug. in lib. sententiarũ prosperi: & habetur de conse. dist. 2. Dũ frangitur. Dũ frãgitur hostia: vulneratio Christi intelligitur. Dũ sub speciebus uini sanguis eius sumitur: eiusdem sanguinis effusio de latere Christi designatur. Et tunc ultra. Si tenetur consecrare, tenetur & sumere per ca. relatum. de conse. dist. 2. supra allegatum: ubi dicitur, q; qui sacrificantes non edunt, nec sunt dominici sacramenti. Et sequitur. Qui talis est: a cõione uno anno noueris se repulsum. Tenetur ergo nõ ieiunus eucharistiam sumere. q Sed dicere: ergo in casu sacerdos erit perplexus; quia tenetur sumere, & sumendo in casu sumit non ieiunus: & per consequens cõtra præceptũ in c. Liquido. Et ita peccat transgrediendo præceptũ ecclesiæ. Ad hoc respondetur, q; ecclesia non ita stricte prohibet nõ ieiunũ percipere, sicut prohibet diuisionẽ sacramẽti: quæ uidetur esse prohibita a Christo, & a primeua eius institutione. Nec etiã ita stricte prohibet non ieiunũ percipere sicut præcipit consecranti sacerdoti consecratum sanguinẽ sumere. Ex una enim parte habet sacerdos præceptum Christi: ut scilicet sanguinem consecret post corporis consecrationem: habet & districtũ ecclesiæ præceptũ de percipiendo consecratũ. Ex alia autẽ parte nõ habet nisi leue præceptũ ecclesiæ cõparatiue, scilicet de ieiunio. Ibi enim nõ ponitur q; suscipiens non ieiunus sit reus dominici sacramenti: neq; q; cõmittat sacrilegiũ. Nec repellitur a communione per annũ sicut in priori præcepto. Non est ergo ille perplexus; quia seruare debet præceptũ Christi, & ecclesiæ, quod est strictius, & omittere præceptũ ecclesiæ quod est minus strictũ. Nec ecclesia uoluit illũ ligari in hoc casu per secũdũ præceptũ; sed magis uoluit eum non seruare, & ligare ad oppositum. Et patet ex alio, q; ieiunium non est ita necessaria conditio in suscipiente; quia in die parasceues particula posita in calicem percipitur cum uino non consecrato. Et uerisimile est, q; uinũ citius descendat in uentrẽ, quam illa particula: ergo ex cõsuetudine ecclesiæ, sacerdos percipit eucharistiã nõ ieiunus. q Itẽ in primo casu generali licet sumere eucharistiã non ieiuno, scilicet infirmitatis. Sed in nullo casu licet celebranti diuidere sacramentum: aut consecratũ non sumere, nisi in casu impossibilitatis. puta si sacerdos deficeret. de quo infra. Vnde patet non esse ita strictum præceptum de ieiunio, sicut de non diuidendo & sumendo. Hic ergo habet locum regula cancel. gers. in suis moralibus regulis. Si incidant duo præcepta incomposibilia ex culpa sua, agat illud, quod de se est magis obligatorium: & a no-

Augusti.

Quando, & in quot, & in quibus casibus licitũ est non ieiunũ communicare.

D

E quo peccato immunis existit. ¶ Si quæritur. In casu posito sacerdos deprehendit se sanguinem non consecrasse, pro eo q̃ defuit materia debita, B. Thom. ubi incipiet consecrationem dominici sanguinis? Respondet sanctus Tho. q̃ debet sacerdos aliam hostiam ponere, & ipsam simul cum sanguine cõsecrare. Sed non apparet hoc fore necessarium secundum Sco. quia sunt distinctæ formæ consecrationis corporis, & sanguinis seorsum, & diuisim efficaces. In ultimo enim instanti prolationis uerborum super panem, incipit esse corpus Christi: & nõ dependet efficacia huius formæ ex forma consecrationis sanguinis: nec econuerso. Melius igitur (ut uidetur) dicitur q̃ cautè suppleatur, quod omissum est secundũ prædicta. Et quo ad hoc cõcordat Hosti. dicens. Si timet scandalum sacerdos in prorogatione missæ: sufficit dicere tm̃ uerba consecrationis sanguinis. Si dicis, in consecratione calicis de nouo oritur scandalũ populi: ideo uidetur, q̃ sit omittenda. Responsio Scãdalũ illud contemnendũ est; quia est scandalũ phariseorum, acceptũ, & non datum: nã factum illud bonum est in se, & necessarium sacerdoti ad euitationem mortalis peccati: & quilibet debet iudicare hoc bonum, si causam nesciat, supponendo sacerdotem hoc sine rationabili causa non facere, quam causam quisquis eam sciret, deberet utiq; approbare. Hoc autem scãdalum dominus contẽnere docuit, dum dominus dixerat, Audite, & intelligite. Nõ quod intrat in os, coinquinat hominem.; sed quod procedit ex ore: hoc coinquinat hominẽ. Et discipuli respõdẽtes domino aiebant. Scis, Matt. 15. quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt. Respondit. Sinite eos; cæci sunt, & duces cæcorũ. Omnis plantatio &c. Videtur tamen nihilominus, q̃ cauere posset celebrans, ne scandalum accipiatur si caute procedat. Nam cadens quasi pro uino ablutionis post communionem percipiendo, infuso uino in calicem ad aquam adhuc in calice manente. Vel si tota prius exhausta fuerat, aqua denuo admixta, poterit redire in medium aliaris: & statim in breui tempore ab illo loco. Simili modo postquam cœnatum &c. incipiendo, continuare poterit usq; Quotiescunq; uel ubi q; tibi. Vnde & memores. Et illis uerbis prolatis cum debita reuerentia, percipere iam uerum sanguinem Christi. Nec illud de facili percipietur, quia fieri potest in ualde breui tempore. Hæc est intentio Scoti dist. 8. 4. q. 3. ¶ Sed ad 1. Cor. 11. huc di. quis. Videtur, q̃ ieiunium naturæ regulariter non requiratur: nam apostolus disponens de sumptione huius sacramẽti, corripiens corinthios pro eo, q̃ cœnas suas in ecclesia manducaturi conferebant: subiunxit in fine ca. Si quis esurit: domi manducet. Quibus uerbis innuere uidetur, q̃ antequam ad ecclesiam conuenirent; deberent domi famẽ extinguere, ne immoderate in ecclesia de speciebus sumerent. Respõdetur secundum beatum Augustinum. apostolus reprehendit illos, qui pransi eucharistiam sumpserint. Et ideo illud uerbum. Si quis esurit, domi manducet, non debet intelligi domi antequam ueniat ad ecclesiam; sed post recessum ab ecclesia: ita q̃ non satisfaciat famis suæ de eucharistia; sed expectans, quod sibi necessarium fuerit, in domo sua percipiat. Et ideo laudabilis est ecclesiæ latinæ consuetudo, quæ eucharistiam dispensat in modica quantitate, quę nõ possit suscipi ad crapulam: & sufficit ualde ad reuerentiam debitam sacramenti: unde glo. super illo. Si quis esurit, domi manducet suos cibos, & F terreno pane pascatur: ne post eucharistiam sumat. hæc glo. ¶ Secundum impedimentum amouendum, est immundicia corporalis. Vbi in primis considerandum, q̃ nulla corporalis immundicia de per se impeditiua est celebrationis, aut sacræ communionis. Hanc considerationem deducit sanctus Bona. in. 4. sententiarum dist. 12. q. 3. Et patet satis ex uerbis Christi,

Si sacerdos deprehẽdit se sanguinem nõ cõsecrasse unde incipiet cõsecrationem.

August.

An regulariter ieiunium naturę regratur.

Corporalis immundicia quæ & qualis, & quãdo impedit.

si per

si perpendatur benedicendi ratio. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem; quia nulla passio talis, aut exterior immundicia de per se peccatum est, aut de necessitate coniuncta peccato. unde glo. margi nalis Mat. 15. huc allegata. Nihil ē extra hominē, quod interius inquinet. & gl. interli. Aug. non timeo immundiciam obsonij; sed cupiditatis. Obsonium cibus est delicatus, qui post cenam sumitur. Notanter dictum est de per se; quia de per accidens ratione alicuius concomitantiæ, uel sequelæ in anima impedire potest. Pro cuius declaratione aduertendum secundum Ioh. gers. cancel. de materia celebrationis consid. 7 q quædam est immunditia corporalis coniuncta immunditiæ spirituali secundum ueritatem: aut secundō quandō similitudinē, uel cōformitatē: ut actus fornicationis in uigilia perpetratus quo ad primum: & immunditia in somnijs sordidis quo ad secundum. Alia est immundicia corporalis, quæ uisa, uel cogitata horrorem & abominationem quandam generat: quamuis nulla sciatur inesse peccati ueritas, uel effigies: quales sunt lepra, menstrua; & innaturalis fluxus seminis, & aliæ infirmitates corporales. ¶ De ultimis ergo dicendū est, q nec a celebratione, nec a cōmunione impediūr. Nā afflicto, & punito nō est afflictio addenda: immo potius eius miseriæ miserandum, ut in c. ex parte. de clerico ægrotante. Quod uerō eodem titu. c. tua nos. præcipitur, q sacerdos diuino iudicio lepræ morbo percussus remoueatur ab administrationis officio; non per hoc interdicitur leproso facultas celebrandi omnino; sed etiā populo parrochiali propter scandalū, & abominationē populi: ut patet ex uerbis decretalis. Erat enim is, de quo loquitur prælatus ecclesiæ parrochialis: unde priuatim nisi nimia esset debilitas aut deformitas, poterit celebrare: ut dicit Alex. de ales parte. 4. q. 47. mēbro ulti. Et post eū beatus Thomas in. 4. dist. 9. q. 4. arti. ul. Verū secundū Hugo nē cū remouetur a cōmuni cohabitatione, multō fortius a sacris ordinibus percipiendis. Si tamen sit præsbyter leprosus, cessabit a ministerio, quo ad sanos; sed leprosis cātare, & ministrare poterit diuina. ¶ De menstruatis, & seminifluis, q non habent necesse abstinere: patet per beatum Gregorium anglorum episcopo in quadam epistola scribentem: & habetur dist. 5. Ad eius. Mulier dum secundum consuetudinem menstrua patitur, prohiberi ecclesiā intrare nō debet; quia ei naturæ superfluitas in culpā reputari nō debet. Similiter nec debet prohiberi a cōmunione sacramēti: unde ibidē sequitur. Sāctæ cōionis mysteriū in eisdem diebus percipere prohiberi nō debet. Si autē ex uenerationē magna percipere non præsumpserit, laudanda est; sed si susceperit, non est iudicanda. Bonatū quippe mentium est ibi culpas suas agnoscere; ubi culpa non est; quia sæpe sine culpa agitur: quod uenit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, ut esuriamus. Hæc Gregorius. ¶ Idem potest dici (ait Alex. de ales) de uiro seminifluo. Eadem etiam ratio est de muliere tempore purgationis post partum: ut dist. 5. Cum enixa. & de purgatione post partum c. unico. Pariformiter de cęteris corporalibus immundicijs secundi generis: de quibus tamen beatus Tho. hāc facit distinctionem. Quia aut est perpetua: uel diuturna: uel temporalis, & citō purgabilis. Si primum, non est propter hoc abstinendum, ne propter immundiciam corporis perdatur fructus mentis, sicut accidit in leprosis, uel patientibus fluxum sanguinis, uel seminis. Si secundum: tunc si aliquis fuerit in mente bene dispositus: sumere non prohibetur, quamuis ēt possit ad tempus laudabiliter abstinere propter reuerentiam tanti sacramenti. Hæc Tho. ¶ De immundicijs autē primi generis quę ēt distinctæ sunt, quarū

Matt. 15.

Obsonium quid.

Augu.

Ioh. Gerson.

Alex de ales
Hugo.
Thom.

An mēstruū & seminis fluxus impediat.

G
Grego.

Thom.

Thom.

aliquę coniuncte sunt secundum ueritatem immundicie spirituali, quæ est peccatum mortale. Iste quidem nihil dubij habentur quin impediant: ut actus fornicationis, adulterij, & cuiuslibet alterius incontinentie turpioris: quoniã & coniugibus accessuris indicitur cõtinentia triduana. unde de cons. dist. 2. Omnis homo. dicitur. Omnis homo ante sacram cõmunionẽ abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus. De quo infr. dicitur.

H ¶ Alię uerò quæ coniungntur peccatis secundum quandam similitudinẽ: ut resolutio seminis in somno, quæ non est peccatum; sed similitudo peccati. De ista pollutione, & immundicia uariè senserunt doctores. Nam Alexander de ales: quem sequitur Albertus, sanctus Bonauentura, Petrus de palu. tenent, ꝙ qui habuit pollutionem nocturnam: etiam si causam culpabilem non habeat: nihilominus abstinere debet a celebratione: nisi in casu necessitatis, aut uitationis scandali. debet, inquam, de consilio, non de pręcepto: ita ꝙ mortaliter peccet, si celebret. Causam assignat Alex. de ales: quia in hoc actu quasi omnino ordo uirium peruertitur: unde secundum Augustinum. In hoc opere anima fit tota caro: & sicut gustato spiritu desipit omnis caro: sic econtra, & amplius gustata carne, desipit spiritus: & fit carnalis. Generat etiam frequenter in anima hebetudinem quandam discrasiam & deordinationem: ideo abstinendum est, donec fuerit reordinata natura; quod fit regulariter spacio uigintiquattuor horarum: unde ad tantum tempus abstinere debet post pollutionem. Vnde si dormitione merediana contingat pollutio: debet in crastino abstinere a celebratione missę: nisi forte ad nonam celebraretur: ut in tempore ieiunij, quando expletæ sunt uigintiquattuor horæ. Hæc Alexander paucis interpositis. ¶ Richardus de media uilla lib. 4. dist. 9. q. 2. arti. 3. finaliter adhoc hanc materiam resoluit. Si pollutio in somno proueniat ex causa, quæ est peccatum mortale: impedit de necessitate. Si ex ueniali præcedente infirmitate, uel superfluitate: tunc non impedit. Addit etiam, ꝙ periculum uomitus impedit. ¶ Beatus Tho. distin. 9. 4. q. 3. latius prosequitur, & multipliciter distinguit, præmittens, ꝙ ad dignam communionem requiruntur tria. Mundicia conscientiæ: erectio mentis ad deum: mundicia corporalis. Mundicia conscientiæ, non tollitur nisi per peccatum mortale: de quo supra dictum est. Erectio mentis ad deum, per actualem scilicet deuotionem per mentis hebetudinem, uel occupationem, aut euagationem: interdum etiam sine peccato amittitur. Corporalis mundicia, per corporis inquinationẽ tollitur. Primò & principaliter peccatum impedit. Secundò indeuotio, siue mentis hebetudo. Tertiò corporalis immundicia. Propter quod celebraturi, aut tractaturi aliquod sacramentum ob reuerentiam manus lauant. Et qñq; hæc tria cõcurrunt in una pollutione: qñq; duo qñq; unũ, & secũdũ hoc magis uel minus impedit. ¶ Secundò distinguit de pollutione in ordine ad causam, & modũ. Causa est triplex. Extrinseca spiritualis: intrinseca spiritualis: intrinseca corporalis. Extrinseca spiritualis est dæmon illudens dormienti excitans phantasmata. Intrinseca spiritualis, dũ phãtasmata apparent dormienti ex reliquijs præcedentium cogitationum. Intrinseca corporalis, & hęc aut aliquando fuit uoluntati subiecta, ut quando prouenit ex superfluitate cibi, & potus præcedentium. Quandoq; non fuit uoluntati subiecta, ut dum accidit ex debilitate uirtutis retentiuæ seminis. Vel ex uirtute naturę superflua expellente, siue quacunq; alia infirmitate. ¶ Modus triplex, scilicet primo cum imaginatione turpi, & consensu uoluntatis: secundo cum imaginatione turpi, & sine consensu uoluntatis: tertio sine imaginatione turpi. In omnibus his

Augustin.

Thom.

Ad dignam cõmunionẽ tria requiruntur.

Cũ pollutio his est triplex.

pollu-

pollutionibus corporalis immundicia est communis; sed mentis hebetatio non est nisi in illis in quibus pollutiones cum imaginatione accidunt. In alijs enim somnialibus resolutionibus: quæ sine imaginatione accidunt: anima nihil participare uidetur. ¶ Ex his summatur determinatio huius doc. in quatuor propositionibus. Prima. Si illusio nocturna accidit ex mor tali præcedenti: puta ex consensu uoluntatis certo, uel probabiliter dubi tato: omnino abstinendum est. Secunda propositio. Si somnialis reso- lutio feminis ex diabolica illusione accidit: cuius in nobis causa per turpē imaginationem, uel delectationem non præcessit (quod ex eo considera- ri potest: si frequenter accidat: & præcipue in diebus, quibus cōmunicādū est) non est a cōmunicatione aut celebratione abstinēdū: quia signū est, q̄ dyabolos fructum eucharistiæ percipiendę auferre conatur. Sic legitur con sulum cuidā monacho in uitis patrum. ¶ Tertia propositio. Si pollutio hu iusmodi ex naturæ infirmitate, uel alias nō præcedēte pctō accidat; & sine imaginatione turpi nom impedit: si necessitas immineat, aut deuotio expo scat: si tamen propter reuerentiā abstineat, dū infirmitas non fuerit perpe- tua, laudandus est. ¶ Quarta propositio. Patiens pollutionem sine mor tali præcedenti, siue cū ueniali, siue sine peccato præcedēti, tñ imaginatio- ne turpi: licet nō peccet mortaliter extra casum necessitatis celebrādo, uel communicando: minus tamē reuerēter accedit, & peccat ueniialiter. Et qm difficile est discernere omnia prædicta circa pollutionem in somno accidē tē: ideo cōsulit tanquā tutius abstinere: dum necessitas celebrādi, aut cōmu nicādi nō immineat. Abstinere aūt uigintiquattuor horis: ut supra dictū est. Hæc uidetur esse sentēția beati Tho. p ipsum diffusius declarata. Verū quia in premissis uidētur, quædā dubia, & quædā obscura: ideo clarius de hoc im pedimento differit clarissimus doctor Ioh. ger. cancel. in duobus libellis de hac materia ad timoratarum conscientiarū consolationē editis, cuius de terminatio magis placet. ¶ Pro quo aduertendum in primis, q̄ nulla pollu tio in somnis inchoata & perfecta, a celebratione impedit; quia peccatum in se: uel quia contaminet corpus Christi. Sed si impedit: impedit; quia tollit debitam reuerentiam. Primum patet; quia nulla talis est peccatum, ex famosa illa regula Aug. Peccatum est adeo uoluntariū, q̄ si nō esset uo- luntariū, nō esset peccatum. In somno aūt deficit libertas uoluntatis; quia perfectus rationis usus: ergo nihil in somno est uoluntarium. Minorē latis ostēditur beatus Tho. ubi supra. Rursus ista est expressa determinatio bea- ti Aug. 12. super Gen. ad litteram. Ipsa phantasia, quę fit in cogitatione ser mocinantis: cū expressa fuerit in uisione somniātis, ut inter illā, & uerā con iunctionem corporū non discernatur, continuē mouetur caro. Et sequitur: quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato hat, quam sine peccato a uigilātibus dicitur. Item idem. 1. de ciui. dei. c. 25. Si illa cōcupi scentialis inobedientia, quæ adhuc in mēbris moribūdis habitat præter no- stræ uoluntatis legem, quasi lege sua mouetur; quantō magis ablq; culpa est in corpore non consentientis: si absq; culpa est in corpore dormientis. Loquitur de oppressione non consentientis. Item actus exterior nullum peccatum est: nisi denominatione extrinseca: non plus, quam urina, quæ dicitur sana; quia significat sanitatem. Ideo si in animo non sit peccatum proprie' dictum: dum libertate non utitur: nullus protunc actus exterior tanquàm uitiosus culpatur: non utitur autem libertate in somno; quia nec usu rationis. Requirit enim rationis usus operationes uirtutum, & potentia rum sensitiuarum pro statu isto, quæ in somno sunt ligatæ. Quoniam & si intellectus noster nō sit potēția organica: & ita non utatur sensu tanquam

I Prop. 1. Prop. 2. Ptop. 3. Prop. 4. Thom. K Augusti. Thom. Augusti.

Nulla pollutio in somnis inchoata & perfecta a celebratione impedit.

organo: utitur tamen eo tanquam potentia præuia, sine cuius operatione nō uadit in actum: ut patet. 3. de anima. Dicentes oppositū contradicunt nō solū theologicę, sed philosophicæ determinationi. Nec habent, quid respōdeant, si fiat eis argumentū de infantibus, & furiosis, ac alijs non utētibus rōne: quos pro tunc non peccare noua transgressione concors est omniū sententia. Pōt tñ huiusmodi pollutio esse peccati effectus, aliqñ pctī mortalis; aliquando uenialis. ¶ Dictum est aūt notanter pollutio in somnis inchoata, & perfecta in somno: quoniā posset aliquis uigilās impurū habere desideriū se polluēdi, quo urgente caderet in somnū: in quo sui pollutio perficeretur: posset similiter pollutionē in somnis cœptā expergiscēs male cōsummare. Constat in his casibus radicē pollutionis esse liberā, & flagitiosam, propter quam illud opus obscœnū imputabitur ad culpā. Si uerō utrobiq; in principio, & fine fuerit rationis carentia: & per hoc cōsensus uolūtatis: liber ēt erit talis actus a culpa mortali: etiam si nullo accedente cōsensu uigilando cōpleretur: palā est ratio: quia libertate carebat. Sentētia hæc est etiā beati Thomę. Poterit tamen aliquis peccare postmodū cōplacendo sibi in tali uoluptate probrosa, quā habuit; sed propter hoc prior pollutionis actus non redderetur culpabiliter uitiosus; sed sequens illa complacentia a uoluntate libere elicita; quamuis si ipsa seminis resolutio facta placeret: non quia uoluptas; sed quia naturæ exoneratio, uel sanitatem afferret absq; sui, qui patitur procuratione, uel assensu secundū beatum Tho. peccatum non haberet. ¶ Secundum etiam scilicet, q; pollutio non impedit propter timorem contaminationis corporis Christi, manifestum est. Nihil enim attinet ad corpus Christi in sacramēto corporalis immundicia sumentis, uel contrectantis, sicut nec ad radium solarem, aut spiritualium substantiarum aliquam: quoniam etsi in sacramento sit uerū corpus Christi: nō tñ est ibi secundum conditiones corporis naturalium causarum actionibus attingibilis; sed modo quodā spirituali, quomodo rationalis spiritus est in corpore materiali: de quo infra dicetur. Manifesta sunt hæc etiam parum instructis. ¶ Tertium ostenditur, scilicet q; dū impedit perpessa resolutio; impedit, quia tollit debitam reuerentiam. Requirit. n. digna huius sacramenti susceptio deuotum discretionis iudicium secundum apostolum, qui non dijudicantem corpus domini indignū decernit. Exigit itaq; reuerentia debita animū clarū: non hebetem, recollectum, non peruagas maxime lubricas cogitationes aliorsum notabiliter distractum, serenum, constantem, & quietum, non dubium scrupulis fluctuantem. Nunc autem somnialis pollutio etiam, quæ nullo accedente consensu accidit, nonnunquam reddit animum scrupulosum, inquietum, deiectū, hebetē, & distractum: ita ut nequeat cogitationes turpes, aut lubricas sufficienter repellere: & ita ad prædictam dispositionem attingere. Vnde sicut cogitationes uoluntariæ, & lubricæ disponunt maxime ad huiusmodi fædas commotiones: ita uiceuersa ex huiusmodi commotione, & carnis stimulatione proueniunt sæpe somnia de nocte, & cogitationes lubricæ in uigilia de die: quemadmodum iratus aliter, & aliter cogitat, quam mitigatus, & timens, quā securus. Remanet ēt in huiusmodi (licet inuoluntarius patiatur) aliqua carnalis degustatio: unde mens hebetatur, & distrahitur ēt nolens: quæ tamen debitam reuerentiam tollit. Debitam dico, nō debito præceptis; cuius transgressio inducit peccatū mortale; sed debito congruitatis, & cōsilij: cuius omissio frequenter non caret uenialj. Vnde extra necessitatis causam, pollutus, qui mortalis peccati reus nō fuerit: licet nōdū ab hebetudine mentis, & distractione purgatus, & reordinatus ad celebrandum accedens:

Pollutio potest esse peccati effectus aliquando mortalis, aliquando uenialis.

S. Tho.

1. Cor. 11.

1. Pollutio nō impedit pp timorē contaminationis corporis Christi.

cedens, dum laudabiliter posset abstinere, non peccat mortaliter: tamen a ueniali non excusatur. Est expressa sententia sancti. Tho. ubi sup. Quia autem obscœnitas humoris istius, cum suis reliquijs non perpetuo durat: ideo nec perpetuò a celebratione impedit. Et licet pro reformatione animi assignetur spacium uigintiquattuor horarum: ut supra dictum est: potest tamen aliquis una hora purgatior effici, quam alius in centum: & per hoc ad celebrandum aptior: porro si timeatur reuersio talium illecebrarú tempore celebrationis: possunt utiq; hęc etiam post uigintiquattuor horas contingere, uel ex corruptela naturæ, uel ex diabolica operatione. Secundum hæc ergo citius, uel tardius accedendum erit ad hoc uenerabile sacramentum reuerendissime celebrandum; citius ab his quorum facilis est conuersio propter fortem in sanctis cogitationibus habituationem: propter etiam strenuam carnis subiectionem: ut in uiris contemplatiuis, & uere religiosis. Tardius uerò in nouiter conuersis, non exercitatos sensus habentibus: & secularibus, quibus huiusmodi reliquiæ tenacius adhæresunt. De his in figura dictum est antiquis, Leu. 15. Deut. 23. ut taliter immundi separarentur ab alijs usq; ad uesperam, & uestiũ lotionem: quod beatus Grego. sic exponit, ꝙ nisi prius ignis tentationis recesserit: reum se quasi usq; ad uesperam cognoscat. Constat autem nullas tales constitutiones uere. testa. quæ cerimoniales erant, ad obligationes nostras trahendas esse nisi iudaizare uellemus. Ideo uespera hoc loco, & lotio materialis non ad litteram accipiendæ sunt; sed tandiu homo se reputet immundum: ut extra castra sacramentorum mysteriorum secedat: quamdiu tales in eo uigent peccati reliquię, hebetudo scilicet mentis, & cogitationis carnalitas. ¶ Ex his primò infero, ꝙ nulla corporalis immundicia de per se impeditiua est celebrationis; sed de per accidens, ratione alicuius concomitantiæ in anima, uel sequelæ. Patet pro utraq; parte ex præmissis. ¶ Secundo infero, ꝙ non solum sine peccato; sed etiam cum merito contingit pollutum in somno celebrare: sicut etiam quandoq; ipsa pollutio in somno non ex præcedenti peccato accidit; sed ex merito. Prima pars patet: primò de his, qui post pollutionem animo reformati, & alias non indispositi accedunt: habent enim quæ ad dignam celebrationem requiruntur. Patet secundo de his, qui cum hanc immundiciam ex dæmonis illusione accidisse certis indicijs deprehendunt, celebrant: non ut cedant; sed ut tẽratoris fallacijs fortiter obnitantur. Patet tertiò de his, qui ut suscepto officio satisfaciant; uel commissorum necessitati aliorum, cum quibus uiuunt conformitati, sublationi scandali, aut instiganti deuotioni propriæ celebrant. Cum enim hi pĩa feruntur intentione; nec habent legitimum impedimentum: non est dubium eos celebrando mereri. ¶ Secunda pars patet; quia non nunquam accidit ex arcta abstinentia in pane, & aqua: quod perspicuum fecit experientia. Item aliquando ex cogitationibus de carnali uitio meritorie habitis: ut si quis prædicaturus est contra carnis uitia detestanda: Nonne super his cogitare habet, ac doctorum scripta reuoluere: aut etiã confessionem audiens de his audire, & inquirere? Posset utiq; cum magno merito. Nihilominus occurrere sentiet in somnis aliquando præcogitatarum impudicitiarum simulacra: & ipsum ex illis sicut in alijs ad pollutionẽ concitare posse quis neget? Non nunquam deniq; expertum est fuisse, qui dum celebraturi erant sequenti die, cum cubandum erat, orationibus specialibus contra huiusmodi sordes se armare nisi sunt: ex ipsa orationum armatura phantasmata illecebrarum innouarunt: & in illud, quod ue-

B. Thom.

Leuit. 15. Deut. 23. Grego.

Nulla corporalis immunditia de per se impeditiua est celebrationis.

M

rebatur, inciderunt. Omnes hoc in huiusmodi suis cogitationibus prævijs quis dubitat meruisse? Accidit nihilominus ex merito quandoq; occasionaliter; ut dum illusiones dæmonum inuidentium bonis profectibus celebrare uolentium contingunt: uel ad terrendum, & inquietandum timorosæ conscientiæ puritatem: uel pro boni operis ut celebrationis impedimento, uel ut uigilanti placeat, quod somnians pertulit: uel ut dæmon abstinentiam periculosam, & indiscretum uitæ rigorem suadeat: & sic timorosum in insaniam præcipitet: uel ut deo propicio, & permittente deuotam mentem sic exerceat: ut ex tali fæditate stimulatam in humilitate custodiat.

Augustin. Loquitur non differmiter ad prædicta scribens Augustino anglorum episcopo beatus Grego. ut habetur dist. 6. in c. testamentum: ponit enim multiplicem harum illusionum distinctionem. ¶ Ex cuius uerbis Cancel. duo memoranda colligit. Primum q̃ sæpe tales illusiones animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Et loquitur de illusione, quę ex naturæ superfluitate, uel infirmitate euenit: addens q̃ hæc omnino timenda non est. Secundum, q̃ bonarum mentium est ibi agnoscere culpam: ubi culpa non est. Sic tamen agnoscat (ait Cancel.) ut non indiscrete impediatur operatio iusta: neq; corporis debita sustentatio deseratur. Ne præterea aliquis conscientiam sibi fabricet, & nutriat erroneam: ne cadat in scyllam, cupiens uitare carybdim. Et subdit. Patietur fortasse aliquis hæsitationes uarias, dum ad comedendum, uel dormiendum accesserit. Dicetq; sic: pollueris, si hoc, & hoc non omiseris: si tibi non præcauebis. Contemnat talia necesse est, qui discrimen maius imminere circumspicit: si non parem cum alijs uiuendi formam prudenter insequitur. Scrupulosis ergo contra scrupulos agendum est: & fixo operis pede certandum; Tales enim scrupulos euincere melius, quam per contemptum nequimus. tantummodo sit contemptus iste timore reiecto: & regulariter non absq; prævio alterius præsertim superioris consilio, alioquin timor immoderatus facit casum, aut præcipitat inconsulta præsumptio. Hæc cancel. Sed contra prædicta potest dupliciter obijci. Primò, nam coniugati possunt sine peccato: immo cum merito misceri: & tamen indicitur eis triduana abstinentia: ut supra tactum est: ergo uidetur, q̃ in nullo casu liceat pollutum celebrare. ¶ Secundò contra illud, quod dictum est, q̃ impeditus hac illusione a celebratione potest reformari ante spacium uigintiquattuor horarum, & sic celebrare. Nam sic & fornicarius similiter in breui se posset recolligere: & ab omnibus peccati reliquijs animam extergere: posset igitur statim celebrare. ¶ De prima obiectione est sententia Alexãdri de Ales, & aliorum doctorum, q̃ si coniugati prædicti accedant ex deuotione præsertim diebus solemnibus, non peccant; quando non causa adimplendæ libidinis; sed uel causa reddendi debitum, uel affectu gignendæ prolis commixti sunt: nam ad reddendum debitum coniugij præceptum obligat, dicente apostolo; Vxori uir debitum reddat, similiter & uxor uiro. Non autem uidetur, q̃ quis obediendo præcepto prohibeatur a sacra communione. Canon. uero supra allega. de consecra. distin. 2. Omnis homo intelligitur secundum glo. q̃ abstinere debet quantum est in se ut non exigat, exactus tamen reddat, omni tempore. 33. q. v. Si dicat uir. De secundo loquitur beatus Grego. & habetur. 33. q. 4. Vir cum propria. Si quis sua coniuge non cupiditate uoluptatis raptus; sed solummodo procreandorum liberorum gratia utitur, iste profecto seu de ingressu ecclesiæ: seu de sumendo dominici corporis, sanguinisque mysterio, suo est iudicio relinquendus, quia a nobis non debet prohiberi accipere, qui in

N

Cancell.

Alex. de ales

1. Cor. 7.

Greg.

Duo memoranda.

De coinuctione cõiugatorum an impediat cõmunionem.

igne

igne positus nescit ardere: relinquendus est suo iudicio propter statum mentis suæ, quem ipse melius nouit: unde si mente non ardet concupiscentiæ reliquijs, non impeditur a communione. Addit cancell. etiam si commisceantur causa incontinentiæ uitandæ maximè in altero coniugum. ¶ De secunda obiectione dicit cancel. q rarissimum est hoc. s. q fornicator se in breui extergere possit ab omnibus reliquijs fornicationis: & de his, quæ uix aut nunquam eueniunt doct. parum tractant: si tamen immineret graue scandalum pro omissione: si deniq; magis ex surreptione dyabolica: aut uehementi tentatione tale flagitiũ apud se raro cõmisisset. Si præterea grandis contritio concurreret: audeat, qui profundius sapit talem prohibere. Fateor non audeo. In hoc casu, & alijs sicut perspicuum est ex præmissis: relinquendi sunt multi suæ conscientiæ, & iudicio, circumstantijs omnibus quas prudentia circumspicit, indagatis. ¶ Ex omnibus præcedentibus potest hæc doctrinalis resolutio finaliter elici. Pollutus in somno, absq; consensu in uigilijs sequente, uel præuio: dum se non sentit magis hebetem: & per cogitationes ad carnalia reflexum, alijs impedimentis non obstantibus, et iam extra casum necessitatis, aut remouendi scandali: potest sine peccato, & meritorie' celebrare: dum deuotio trahit: pietas suadet, aut susceptum officium exigit, uel requirit. Particulæ singulæ patent ex præmissis.

De fornicationis pcõ subito perpetrato ab eo, qui è uere cõtritus, an impediat

Conclusio, de pollutione.

DE CONVENIENTIBVS ministro.

LECTIO XI.

Digne sacerdotis celebratio certas requirit uestes benedictas.

EXPEDITI de impedimẽtis a ministro sacram oblaturo hostiam remouendis: dicendus est de conuenientibus ipsi ministro apponendis. Hæc autem sunt duplicia: permanentia, & transitoria. Prima sunt ornamenta, & sacratæ uestes. Transitoria uerò signa, gestus, & orationes. ¶ Circa primum aduertendum, q secundum beatum Hieronymum, religio christiana alterum habet habitum in ecclesiasticis officijs, & alium in communi usu. Et rationabiliter quidem ad denotandum, q secundum mutationem uestium uita mutetur in melius secundum spiritum: ut quoq; ecclesiastici his uestibus utentes populo christiano præbeant bonæ conuersationis exemplum, quo per exuitionem antiquarum uestium, ueteris expoliatio hominis cum suis actibus, & uitijs scilicet & peccatis: & per induitionem nouarum, noui hominis reformatio per iustitiam sanctitatis designetur. Assumptus autem est sacrarium uestium ritus partim: ut dicit Hugo. lib. 2. de sacra. parte 4. cap. 1. a ueteri testamento: partim a patribus noui testamenti adiectus. Præcepit enim dominus Moysi ut faceret Aaron sacerdoti & filijs suis uestes sanctas in gloriam, & decorem: ut sic loti, & sacris uestibus induti sacerdotio fungerentur. Exodi. Simile habetur Ezech. Ipsi ingredientur sanctuarium meum: & ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi, & custodiãt cerimonias meas. Cumq; ingredientur portas atrij interioris, uestibus lineis induantur: nec ascendat super ipsos quicquam laneum, quando ministrant in portis atrij interioris. Vestes hę ad litteram, celebrantem sacerdotem a populo discernunt, tegunt, & honestant:

A

Hieron.

Cone. Trid. Sess. 22. can. 7 Hugo.

Exodi 28. Ezech. 44.

ut

ut cerimonialiter ordinate, & inoffense etiam quantum ad exteriorē cultum, & gestus summo huic assistat sacrificio. Unde apostolus. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in uobis. Nec parum exteriores cerimoniæ populo proficiunt: cuius ex his pascitur deuotio: & in exercitatis, ex his animus suscipit incrementum. Sed ad spiritualem harum intelligentiam indagandum conuertamur. ¶ Sunt igitur sex indumenta presbyterorum simplicium, id est non episcoporum, quibus uti debent in celebrandis missarum solennijs, quæ etiam in sua ordinatione recipiunt. Et congruit, ut unusquisq; , quod percepit in consecratione honoris, hoc retineat etiam in oblatione, seu perceptione suæ salutis: ut habetur. 23. distinct. Ecclesiastica, ubi subditur, q̄ sacerdos etiam solum per se offerens, aut sacramentum percipiens, ut in infirmitate secundum gl. non aliter, quam ornario .i. stola utroq; humero circumseptus accedat, sicut tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus. Hæc autem indumenta sunt, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola siue orarium, planeta siue casula: quæ (ut dicitur de consecr. dist. 1. uestimenta) esse debent sacrata, & honesta: nec alijs usibus, quam ecclesiasticis, & deo dignis officijs deputanda. Sunt autem sex, ut ipso numero, & communia sacerdotum officia, & uirtutum perfectio significetur. Sex enim sunt, in quibus potestas eorum consistit: ait Alex. de ales parte 3. q. 36. membro. 6. §. 1. quæ sunt cathetizare, baptizare, prædicare, conficere, soluere, & ligare. Hæc enim opera cōmunia sunt sacerdotibus, & episcopis. Est deniq; senarius numerus perfectus surgens ex suis partibus aliquotis. Senarius igitur numerus perfectionem uirtutum significat, quibus debent sacerdotes perornari. Sunt itaq; hæc sacrata indumenta, non tantum ad honestatem, & ornatum celebrantis: sed etiam ad significationem gestorum, ac uirtutum capitis, & membrorum. i. Christi ac ministri celebrantis: unde hæc indumenta: ut dicit dominus Innoc. de officio missæ parte 1. c. 10. aliud significant in capite Christo: aliud in membris: nam & caput, & membra sacerdotis nomine nuncupantur. Ad caput dicit psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē melchisedech. Ad membra dicitur. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Prius ergo exponenda sunt eorum significationes, & mysteria secundum q̄ capiti congruunt: ac deinde secundum q̄ membris conueniunt.

¶ Quo ad primum occurrit duplex significatio: una uelut exteriorum a Christo passorum: alia magis mystica uirtutum Christi, & interiorum.

¶ Circa primum aduertendum, q̄ quia sacerdos celebrans Christum eiusq; mortem, & passionem repræsentat, secundum illud apostoli: Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Congruum est, ut qui in persona typum Christi gerit pro nobis morientis: ut appropriatior fiat repræsentator, etiā similitudinē teneat in uestimentis, & nostræ salutis armis. Sitq; sacerdoti oblaturo ad gloriā: quod summo pontifici in uespertino suo sacrificio impius iudaici furor populi ad contumeliam intulit. Deniq; congruum est, ut quæ crudelitas sacrilega (benignissimum dominum extrinsecis quibusdam habitibus deridendo) Christo intulit: nunc suis expoliando: nunc ludicris uestiendo: nunc ligando: nunc flagellis cingendo: & sic plenum contumelijs ad altare crucis perrahendo: Horum omnium memoriam sacerdos Christum immolaturus in altaris sacrificio exprimat, & declaret. ¶ Vnde amictus, quo caput tegitur sacerdotis: uelamen significat, quo perfidi iudæi in domo caiphæ Christi faciem uelabant, percutientes, illudentes, & dicentes. Prophetiza nobis christe quis est qui te percussit? ¶ Alba uestem ludricam,

1.Cor.14.

B

Vestes sacerdotales sex sunt.

Alex. de ales

A

Pſal. 109.
1.Pet.2.

C

Duplex significatio uestium sacerdotaliū.

1. Cor.11.

Amictus.

Alba.

Matth.26.

Casula.

oricam, & albam, qua uelut stultus ab Herode illusus remissus est ad Pilatum. ¶ Planeta siue casula uestem purpuream repræsentat, qua in Pilati prætorio, post flagellationem a militibus irrisus contumelioſe salutatus, ac percussus inimicis suis est ostensus: dicente Pilato. Ecce homo. Iohannis 19. ¶ Zona, manipulus, stola, tria ligamina, quibus in captione, in flagellatione, in crucis baiulatione dominus ligatus legitur: quamuis tamen zona ipsa significare poterit flagella corpus christi ambientia. Et stola imposita collo, crucis patibulum Christi humeris impositum, & ad locum calvariæ baiulatum. Manipulus uerò sinistri brachij, quo amoris signa gestari solent ornamentum quasi partis cordi propinquioris, significare potest non incongrue magnum illud uinculum, quo solo salus nostra uinciebatur scilicet ingens nostræ redemptionis desiderium: quo anxiebatur ad passionis suæ qua saluaremur consummationem: secundum qꝯ ait. Baptismo (haud dubium quin sanguinis) habeo baptizari: & quomodo coarctor, usq; dum perficiatur. Non enim claui ferrei quantumlibet grossi eum in cruce tenere potuissent uiuum, quem saxum magnum ualde tenere non potuit mortuum. hæc breuiter sufficiant de prima significatione exteriorum a Christo passorum. ¶ Allegoricè ¶ Quantum autem ad mysterium allegoriæ in capite christi. Amictus, quo sacerdos caput obnubit: Christum dominum sacerdotem magnum secundum ordinem melchisedech pro nobis humanam assumpsisse naturam, qua suam occuluit deitatem, significat, quæ deitas per caput significatur. Caput enim Christi deitas est: secundum illud apostoli. Caput uiri Christus: caput Christi deus. Hoc etiam in Apocal. repræsentatur cum Christus in specie angeli fortis nubæ amicti, de cælo descendentis describitur. Cui consonat illud Esa. Ascendit dominus super nubem candidam, ut ingrederetur ægyptum. Veniés namq; ad illuminandum ægyptum .i. mundum ignorantiæ tenebris obscurum dei filius, magni consilij angelus amictus est nube lucida. Siue ut glos. ibidem dicit. Corpus humanum assumpsit, non grauatum corruptione uirilis cõmixtionis, sub quo occuluerat deitatem: hoc ergo latibulũ carnis amictus significat sacerdotis. ¶ Alba linea totum corpus tegens, puritatem denotat corporis Christi de uirgine gloriosa sine originalis macula criminis assumpti, totiusq; uitæ, & conuersationis Christi candorem. Valde enim distat uestis linea a pelliceis tunicis de mortuis animalibus factis: quibus post peccatum uetus ille Adam uestitus est. Quia plurimum a conuersatione ueteris hominis uitiosa nouitas uitæ distat uirtuosa, quam Christus in se prætulit, uerbo docuit, & nobis tribuit in baptismo. De qua apostolus. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis: & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. & ad Ephe. Renouamini spiritu mentis uestræ: & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Siquidem uestimenta Christi semper fuere candida, qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et hoc est, qꝯ in eius transfiguratione facies eius, ut sol resplenduit: & uestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Matth. ¶ Zona sacerdotalis, qua uestimenta cõstringuntur cum membris: uinculum hoc fortissimum significat, quo nostram naturam filius dei colligauit non quidem formaliter: sed causaliter, & effectiue. Vinculum hoc charitas est: quam apostolus dicit uinculum perfectionis. De hac dicit Iohann. Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat: sed habeat uitam æternam. Hæc est zona aurea, qua præcinctum ad mamillas Iohannes uidit simi-

Luc. 23.

Zona. Manipulus. Stola.

Luc. 12.

Allegoria uestiũ sacerdotaliũ.

D

Amictus.

1. Cor. 11. Apoc. 10. Esa. 19.

Alba.

Gen. 3.

Col. 3.

Ephe. 4. Esai. 53.

1. Pet. 2.

Zona.

Matt. 17.

Col. 3. Iohan. 3.

Apoc. 1.

lem

Esa.11. lem filio hominis. Nec huic dissonat, quod Esaiæ dicit. Erit iustitia cinctorum (alias cingulum) lumborum eius: quoniam iustitia legalis uirtus est communis, omnes uirtutes includens. Quid autem charitate iustius? Quid charitate perfectius: quæ sola cæteras uirtutes perficit atq; formatut uere sint uirtutes? Habet denique zona duas extremitates: quia charitas feruet in corde: & radiat in opere. Habet etiam duo præcepta, quibus præcipitur diligi deus: ac deinde proximus. Ita Christum incarnari fecit, charitas patris, & dilectio nostræ redemptionis: nam incarnatus est ex obe-
B dientia patris: & propter salutem redimendi perditi hominis. ¶ Stola, qua super amictum collo sacerdotis incumbit obedientiam, & seruitutem
Phil. 3. signat, quam propter seruorum salutem omnium dominus subijt. Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: factus obediens patri usque ad mortem: mortem autem crucis. Causam quippe mortalitatis non contraxit originem: nec commisit in operę: sed quod non rapuit, exoluebat. Dedit enim illi calicem pater non iudex: amore, non ira: uoluntate, non necessitate: gratia, non uindicta. ¶ Manipulus, quem in leua ponit sacerdos: brauium significat, quod Christus obtinuit in uia: nam per manipulum brauium, uel præmium, quod est beatitudo, designatur. Leua
Grego. uero præsens est uita, secundum beatum Gregor. in homil. paschali: secun-
Cant. 2. dum q̃ scriptum est. Leua eius sub capite meo; & dextera illius amplexabitur me. Christus autem singulari priuilegio uiator fuit: & perfectus cõprehensor. Viator: quia meruit nobis uitam, & suo corpori gloriam: ut uult magister lib. 3. dist. 18. Fuit & comprehensor: quia ab instanti suæ conceptionis fuit anima sua beata per claram diuinæ essentiæ uisionem, & perfectissimam fruitionem, atq; summam delectationem: ut tangit magister lib. 3. dist. 16. & 18. Licet illa beatitudo portionis superioris, in portionem
Scotus. inferiorem non redundabat speciali, & nouo miraculo: ut uult Scot. dist. 15. lib. 3. donec per beatificam suam passionem nostræ opus redemptionis consummaretur. Hoc dominus ipse uoluit innuere: dum loquens in terra
Ioh. 3. se esse dicit in cælo: ait enim Ioh. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Ecce filius hominis adhuc in terra positus, se esse dicit in cælo utiq; secundum humanitatem, secundum quam hominis est filius. Non enim erat in cælo per localem humanitatis suæ præsentiam, quæ cum sit creatura non deus, licet deitati unita, non est ubiq;. Fuit autem Christi humanitas in cælo adhuc in terris posita per actualem beatitudinis gloriam, quæ per cælum designatur. Sicut alibi, beatitudo dicitur paradisus latroni promissa, quam ipse passionis suæ die fuit habiturus. Non utiq; locum beatorum, cælum uidelicet empyreum: quod ante ascensionem dominicam, nullus hominum beatorum creditur introis-
F se. ¶ Planeta, qua corpus sacerdotis contegitur plenitudo gratiæ Christi
Iohann. 1. significatur, qua membra Christi adornantur: quia de eius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Vel si magis placet. Casula magni sacerdotis uniuersalis est ecclesia, quam sibi dominus copulauit: & copulando uirginem fecit: sanctificans atq; mundans eam lauacro aquæ in uerbo:
Ephes. 5. ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, neq; rugam. ad Ephe. Hæc est uestis magni sacerdotis Aaron, non rumpenda,
Leuit. 21. nec scindenda. Leui. In cuius oram unguentum gratiæ a capite barbam descendens influxit: dum de plenitudine capitis gratiæ Christi acceperunt, primò apostoli; deinde omnes cæteri. Casula hæc est unica, integra, undiq; clausa: quia una est ecclesia Christi sponsa matri suæ electa. Vna

Stola

Manipulus.

Xps in terris fuit uiator & cõprehensor.

Planeta

Casula.

est

est columba mea: ait sponsus candidus, & rubicundus in canticis. 6. cap. Vna, & integra propter fidei unitatem, & sacramentorum integritatem: cui & hæreticorum erroribus fissa. Hinc ad Ephes. Vnum corpus, & unus spiritus: una spes uocationis: unus dominus: una fides: unum baptisma: unus deus, & pater omnium. Vna deniq; ecclesia ex iudæis, & gentibus collecta: in uno angulari lapide Christo coniuncta: ut tangitur ad Ephe. Casula tamen sacerdotis manuum extensione quodammodo diuidi tur in partem anteriorem, & posteriorem: quia Christi passio in cruce distinxit ecclesiam ueteris testamenti, ab ecclesia noui testamenti: quarum illa præcessit: ista sequebatur: utraq; tamen in capite unita: utraq; Christi passione redempta: utraq; in Christi laude consona. Vnde & qui præcedebant, & qui sequebantur clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus, qui uenit in nomine domini. Hæc de significatione uestium, quæ caput concernit per allegoriam.

Ephes. 4.

Eph 1. 2.

Matth. 21.

DE VESTIBVS PER tropologia.

LECTIO XII.

Quid per tropologiã significẽt uestes prout conueniunt mẽbris Xpi.

NVNC attendamus earundem repræsentationem secũdum, q̃ membris conuenit per tropologiam: secundum hanc enim repræsentant uestes uirtutum: quibus anima celebrantis, immo & sumentis debet intus spiritualiter adornari. Nam mensa hæc sacramentalis, cœna magna est: nuptiale conuiuium est, quam magnus paterfamilias, & rex regum filio suo fecit: & ad eam multos: id est omnes fideles inuitauit. Ad quam si quisquis sine nuptiali ueste intrans discubuerit: ligatis manibus, & pedibus, in exteriores tenebras detrudetur. Ideo sacerdos hæc sacrosancta mysteria celebraturus: non in communibus: sed sanctis, & sacratis uestibus, uestem nuptialem designantibus, accedit: quæ habitum mentis tam sacerdotis, quam circumstantium, ac concelebrantium repræsentant. Non enim in sua tantum persona sacerdos: sed simul in persona circumstantium, & totius ecclesiæ sacram offert hostiam. Concelebrant sacerdoti circumstantes, & spiritualiter communicantes: non conficiendo cum sacerdote: quod tantum sacerdotis est: sed cum eo hostiam patri a sacerdote consecratam: seq; ipsos sacrificium placabile deo patri offerendo. Vnde est illud in canone (Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ &c.) propter hoc scriptura omnes Christi fideles regale nominat sacerdotium. Vos estis (inquit) genus electum regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis: ut enarretis uirtutes eius, qui uos uocauit in admirabile lumen suum. Fecit nos regnum, & sacerdotes deo patri suo. Significãt itaq; uestes sacræ quicquid ad dignam præparationem tã celebrantis, quã circumstantis, & communicantis populi requiritur. Et primò quidẽ ex ipso uestium numero perfectio significatur. Est enim sextus numerus perfectus, præcisè ex partibus suis aliquotis quæ sunt 1. 2. 3. resultãs, ut dictũ est. Debent igitur esse sancti & perfecti, qui tantũ mysteriũ celebrare, uel participare præsumunt. Hinc sacerdotibus ait dominus. Sacerdotes, qui

Matt. 22.

Mensa sacramentalis cœna magna è & nuptiale conuiuium.

1. Pet. 2. Apoc. 1.

accedunt

Exo.19. Mat. 5. accedunt ad dominum sanctificentur: ne percutiam eos. Exo. & Matth. omnibus dicitur. Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. Hæc perfectio sicut numerus senarius ex 1. 2. 3. integratur. Ex uno quili, quod est ecclesia. Siquidem necesse est consecrantem, & communicantem, siue sumentem esse unitum ecclesiæ catholicæ: nec ab ea per pœnam canonicam præcisum aut sup. habitum est. Ex duobus primis practicis legis diuinæ, & naturalis principijs, siue duabus legalis iustitiæ partibus, quæ sũt declinare a malo, & facere bonũ. Ex tribus deniq; theologicis uirturibus: fide. s. recta: spe firma: charitateq; perfecta: quæ per uestes significantur.

Vestes sacræ significant uirtutes quibus anima celebrantis debet ornari.

B ¶ Prima ergo uestis amictus, uel superhumerale, conuenienter significat primam uirtutem necessariam ad salutẽ, quæ est fides: nam sine fide impossibile est placere deo. Heb. 11. Est autem amictus quasi substractorium cæteri ornatus sacri. Stringit collum, & duabus chordulis sub pectore colligatur. Sic fides substantia est, & fundamentum totius ædificij spiritualis. Idcirco apostolus fidem describens, ubi sup. ait. Fides est substantia rerum sperandarũ argumentum. i. certitudo, uel probatio secundum glo. non apparentium. Nam sine fide, nec sperare contingit: nec amare cælestia. Amare nemo potest incognitum. 10. de trinitate. Sed nec sperare quis ualet, quod posse futurum esse non credit: cum spes sit certa expectatio futurorum bonorum. Quod uerò possibile non creditur: non expectatur: nec efficaciter appetitur secundum eundem ibidem. Hinc Abachuc propheta totam animæ uitam fidei attribuit. Iustus, inquit, ex fide uiuit. Hac abscedente, non potest spiritus permanere. unde Esaiæ. Si non credideritis, non permanebitis. Fides hæc corde possidetur: uoce gutturis propalatur. Corde namq; creditur ad iustitiam: ore fit confessio ad salutem. ¶ Habet quoq; fides duo principalia obiecta: diuinitatem uidelicet, & christi humanitatem: quæ obiecta omnes articuli apostolici symboli respiciunt. Ad illa representanda, humerale collo circumdatur, & duabus chordulis pectori colligatur. Quamuis autem omnibus in Christo pie uiuere cupientibus necessaria sit fides: maxime tamen his, qui huic mysterio participant, uel ministrant: pro quanto maxima in eo relucent mirabilia omnem humani intellectus capacitatem transcendentia: secundum illud ps. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se. ¶ Celebraturus ergo amictu foris caput, & pectus exornans, fidei scuto se intus armare satagit; quo uniuersa inimici ignea cute possit excipere tela, ne uacillet, si oculus corporis oculo discorder mentis: Aliud foris cernens: aliud intus credens. Aduersario (inquit Petrus) fortes resistite in fide. Iacula namq; uenenata hostis antiquus exacuit, quibus nonnũquam etiam deuotorum corda dubitationis infidelitatisq; ueneno percutit: tantò utiq; facilius, quantò abdita sacrificij huius mysterij a rationis discursu intelligi minus ualent. Quibus obuiantes secundum apostoli consilium, in captiuitatem redigamus omnem intellectum in obsequiũ Christi. Glo. i. fidei Christi. Scutum bonum fidei, est credere, sicut ecclesia credit. Etiá si minus credita intelligantur: dum tamen firmiter credantur. Nisi credideritis, ait Esa. secundum aliam translationem: non intelligetis. Magnum hoc, & solidum fundamentum est credere, sicut ecclesia credit. Hæc enim supra petram firmam fundata est, quam (etsi uenti scrupulorum sęuiant quantumlibet, flumina phantasmatum irruant quomodolibet) non mouebunt, nec prosternent. Quicquid enim dubitationis malignus suggesserit, aut humana infirmitas alligata sensibus ingesserit; contranitatur fidelis, & prudens minister. In hac petra solidetur dicens: credo sicut ecclesia

Heb. 11.

Abachuc. 2

Esai. 7.

Rom. 10.

Fides habet duo principalia obiecta.

Amictus.

1. Pet. 5.

2. Cor. 10.

Esai. 7.

credit.

credit. Hæc enim ueraciter dicens, omnia credenda, accedit fide implicita; dum uera esse credit in genere omnia, quæ catholica credit ecclesia: etiam si in particulari multa ignoret; paratus animo quodlibet particulare credere; dum rite innotuerit illud ad fidem ecclesiæ pertinere. Magna prorsus huius fidei implicitę utilitas, & efficacia, quam ponit dominus Innoc. in gl. c. Firmiter. de tri. & fide cap. ita dicens. In tantum valet fides implicita (ut dicunt quidam) q; si aliquis eam habeat credens quicquid ecclesia credit; licet falsę opinetur ratione naturali motus, q; pater maior uel prior sit filio; uel q; tres personæ sint tres res a se inuicem distantes, nō est hæreticus, nec peccat, dum hunc suum errorem non defendit: & hoc ipsum credit: quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesię supponit; quia licet sic male opinetur, tamen non est illa fides sua; immo fides sua est fides ecclesiæ. Hæc Innoc. Magnum reuera remedium, & nullum scrupulosis, immo curiosis efficatius, & huius sacrosancti mysterij abdita inquirentibus perneccessarium. Contingit enim nonnunquam uolentibus circa hoc sacramentum quæstiones solutionum inquisitione euoluere, q; una succisa hydræ uelut plura capita succrescant. ¶ Narrat Parisien. Cancell. Gerson super magistrum tractatu. 9. de quodam scholastico deuotionis spiritum habente, cuius animo insederunt scrupuli multi quæstionum circa hoc benedictum sacramentum. Petebat hic instantia continua solutionem dubiorū suorum a maximis theologis, quos nouerat parisius: sed crescebat morbus ex remedijs. Et sicut de emoroissa legitur, peius indies habuit ex remedijs, & impensis. Consuluit tandem unus expertorum, ut ad orationem totum se conuerteret: & contra scrupulos omnes ageret, suscipiens sacramentum dicens. Credo, sicut ecclesia credit. Credidit homo, & accessit; serenatus est, & soliditatus; nec parū illuminatus circa ueneration em huius sacramenti. Hæc gerson. ¶ Simile recitat de sancto Bern. quod supra lectione. 8. inuenta finem est habitum. Euenit etiam nonnunquam, q; non tam meritorium est credere, quā uelle credere: sicut quandoq; plus est uelle dolere sensibiliter de peccatis, & non posse; quam ipsum sentire dolorem. Nam desideriū pauperum exaudiuit propheta: præparationem cordis eorum audiuit tua. Præparatio illa est secundum superiorem animę partem. i. secundum intellectum & uoluntatem: & non secundum ea quę nobis inuitis inferior sensualitas aduehit, qualia sunt cogitationum uolubilitas, & phantasmatum turba. Huic igitur anchoræ firmiter adherenti nihil in fide periculi esse potest. Hæc propter scrupulosos addere placuit, occasione accepta ex amictu fidem significante. ¶ Amictu etiam, ut uult Hugo. & Alex. de ales, qui super humeros circumquaq; distenditur, operum fortitudo significatur. Humeri enim fortes sunt ad opera peragenda: secundum illud de isachar. Supposuit humerum suum ad portandum: factusq; est tributis seruiens. Sciat ergo sacerdos se non debere otijs uacare: sed operibus uirtutum insudare secundum illud. Labora, sicut bonus miles Christi. ¶ Secunda uestis est alba, per quam conscientiæ mundicia designatur. Alba enim, quæ super humeralem imponitur larga, cādens, corpus tegit: & ne defluat, cingitur: qua sobrietas, ac uitæ munditia castitate fulgida designatur. Ecclesiastes 9. Omni tempore uestimenta tua sint candida. Glo. i. corpus castum: nam & de sacerdotibus dicitur. Mundamini, qui fertis uasa domini. Hieron. quoq; in proło. super Malach. Per moysem dominus præceperat sacerdotes tabernaculi ab omni corporali uitio liberos, hostias omni uitio uacuas offerre. Sequitur. Vnde sacerdotes angelos dei esse hoc in loco scriptura testatur: ut sicut angeli puri sint, & mundi. Mundi, inquam, ab inquinamento mor-

De fidei cōmēdatione, utilitate, & necessitate.

Innoc.

C

Io. Ger.

P salm. 9

Abal.

D

2. Tim. 2.

Eſai. 52. Hieron.

talis

talis peccati genera aliter,& specialiter a uitijs mundi carnalibus,gulæ vz. ebrietatis,& omnis intemperantiæ. Texitur autem de lino: per quod significatur,q̃ sicut linum non habet candorem per naturam:sed cum multis assequitur laboribus,tũsionibus,& trituris: ita sacerdos munditiam per naturam non habet,nisi multis attritionibus,& laboribus afflictus per gratiam obtineat: & apostoli exemplo,castiget corpus suum,& in seruitutem redigat: ne cum alijs prædicauerit,reprobus ipse fiat. Tegit deniq; totum corpus, ut nulla ex parte,corporis ullo tempore uoluptatibus inuendum esse demonstret. Debet enim euangelici sacerdotis continentia esse perpetua:legalis autem temporalis fuit. Propter quod seminalia: & si sacerdotibus nouæ legis propter honestatem,& significationem conueniant: non tamen inter uestes sacerdotales istis, sicut illis præcepta sunt: quia sacerdotes nouæ legis occidentalis ecclesiæ:quorum hęc sunt indumenta ad perpetuam tenẽtur continentiam,ad quam non tenebatur sacerdotes ueteris legis: tenebantur tamen tempore ministerij sui. Indixit eis lex; q̃ tempore illo haberent fæminalia,in signum,q̃ tunc continere deberent. Vnde Hugo. de sacramentis. par. 2. lib. 2. cap. 4. Voluit sermo dei in sacro officio, ministros dei ad tegenda infirmã corporis, proprium,& singulare operimẽtum habere,ut per hoc ostenderet pudicitiam,& castimoniam illorum præcipuè, cum sancta tractarent:unicam,& singularem esse debere. Vnde ministri noui sacerdotij hoc operimentum in sacro officio singulare non assumunt, quibus est iuiuncta seruandæ castitatis necessitas: sicut est quotidie offerendi concessa potestas. Ministri uerò ueteris figuræ tempore sacrificij seminalia sumunt: quæ ministerio expleto,soluunt: quoniam a contactu carnis uetus lex sancta tractaturos prohibuit,quos rursum explera uice,ad operam carnalis commercij relaxauit. hæc Hugo. Est demum alba larga, quæ in ueteri fuerat stricta propter spiritum seruitutis in timore: nam lex timoris erat. In nouo larga propter spiritum adoptionis in libertatem. Rom. 8. Et quia tunc continentia deo placet, quando ex libertate spiritus offertur. Sunt enim eunuchi, qui seipsos castrauerat propter regnum cælorum. ¶ Hæc quoq; alba cingulo,siue zona præcingitur,& succingitur. Præcingitur quidem,quo principalis temperãtiæ species castitas ipsa adhærere ministro eucharistiæ debere firmiter designatur. Præcingitur circa lumbos,ut nullis incentiuorum stimulis castitas dissoluatur. secundum illud. Sit lumbi uestri præcincti. Lumbos autem præcingimus, ait beatus Greg. cum carnis luxuriam per carnis continentiam coarctamus. ad Ephe. 6. State succincti lumbos uestros in ueritate. Succingitur,ne defluat: ut expeditus ad pietatis opera nulla ocij lasciuia naufragetur. nihil enim tantũ castitatem impugnat, sicut ocij fastidium. unde Naso. Ocia si tollas,periere cupidinis arcus. Bona quippe opera sicut castitatem magnificant: sic castitas opera pietatis exornat. unde ubi supra Grego. Nec castitas magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliquod sine castitate. Ideoq; cum dixerat. Sint lũbi uestri præcincti,per quod castitatem commẽdauit. statim addidit. Et lucernæ ardentes in manibus uestris: per quod ad lucis opera castitatem iam candidos inuitauit. ¶ Succingitur nihilominus alba,ne defluat: per quod omnem superfluitatem a sacerdotis uita excludi oportere penitus demonstraturus nam & leuitici generis sacerdotibus uinum,& quicquid inebriare poterat, cum in templo ministraturi erant, dominus interdixit. Et in c. de uita, & honesta. cle. a crapula. & ca. clerici officia. Clericis crapula,ebrietas,tabernæ,secularia negotia,alearum ludus, superfluus, lasciuus, deauratus, rubei,aut uiridis coloris habitus. Fibulæ,& corrigiæ

Hugo.

Fæminalia quare non cõputantur mõ in no. le. inter uestes sacerdotales.

Rom. 8.

Matt. 25.

Cingulus.

Luc. 12. Greg. Eph. 6.

Naso.

Castitatis magna commendatio.

Leuit. 10.

auri,

auri,uel argenti ornatum habentes,& anuli: nisi quibus ex officio competit. interdicuntur. Indicitur autem corona: & diligens ecclesiastici officij,& bonorum studiorum exercitium: indumentum clausum, nec nimia breuitate,uel longitudine notandum. Et dominus, discipullis ait. Atten dite uobis, ne forte grauentur uestra corda crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ. Neq; enim potest castitas saluari, ubi regnat ingluuies. teste Hiero. & habetur in decreto dist. 35. uenter. Venter mero æstuans citò despumat in libidinem. & ad Ephe. Nolite inebriari uino, in quo est luxu ria. Habet quoq; cingulum brachia duo sese complectentia: quod duplicem significat mundiciam: mentis, scilicet, & corporis: quoniam non solum carnali contagio perit castitas; sed etiam mentali cogitatione impudica consensu accedente. unde beatus Iaco. in sua canonica. Vnusquisq; tentatur a sua concupiscentia abstractus & illectus. Concupiscentia autē cum conceperit parit peccatum: & dominus. Qui uiderit mulierem ad cō cupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Magna reuera mē tis, corporisq; mundicia fulgere debet sacerdos euangelicus in templo do mini sanctum sanctorum tractaturus: cum olim templum illud figurale legis ministri introire non poterant nisi purificationibus multimodis præmū dati. Quæ tunc in figura acta ad nostram doctrinam scripta sunt. Populo deniq; ad montem syna ut angeli uocem, Moysi præcepta dātem;audirent accessuro dicitur. Estote parati in diem tertium: & ne appropinquatis uxoribus uestris. Sed nec licuit Dauid, & pueris suis, panes edere propositionis nisi a proprijs uxoribus continentibus. Vnde sacerdoti Abimelech in nobe quærenti: si pueri mundi sunt. Respondit Dauid. Si de mulieribus agitur: continuimus ab heri, & nudiustertius. Eadem ratione filijs israel in figura præceptum est, ut agnum paschalem non nisi præcinctis ederent lumbis. Recogiter ergo sacerdos ueste candida mundiciam significari. Cingulo continentiam: ut illic non sordescat: hic non effluat uita spiritualis: ait Alex. de ales. ¶ Sequitur quartum indumentum, scilicet stola siue orarium: qua obedientia humilis designatur. Hugo. ubi supra. c. 10. Ipsa enim super collum imponitur: ut iugum domini sacerdos susceпisse demonstretur: & deorsum descendit usq; ad genua, quæ flectuntur: ut tam suo descensu, quam genuum attactu humilitatem repræsentet. Vnde pontifex in sacerdotis ordinatione orarium ei imponens dicit. Accipe iugum domini. Iugum. n. domini suaue est: & onus eius leue. Suaue. s. in prosperis: leue in aduersis: quoniam fidelis deus,qui non permittit tentari hominem ultra, quam poterit; sed facit cum tentatione prouentum, ut possit sustinere. Ideo ad utrumq; latus tenditur,dextrū,& sinistrū: ut nō tā tū in prosperis. sicut is, de quo propheta in ps. ait. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei; sed ēt in aduersis obediat domino. Quod ut fieri posset facilius: formā crucis in pectore sua cancellatione prætendit: ut summæ obedientiæ exēplū: quod in cruce dominus pertulit,factus obediens patri usq; ad mortem,mortē autē crucis: semper in corde teneat. Vt autē obedientia integra perseueret in prosperis,& aduersis: necesse est, ut munita sit prudentia,& patiētia. Prudētia opus est in prosperis: qua mala præcaueantur futura. Patientia uerò in irruentibus aduersis: ne præcipitent in mala. Quo ad primum dicitur. Estote prudentes. Quo ad secundum. Patientia uobis necessaria est: ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem. ¶ Ea propter stola quibusdam nexibus colligatur: quæ uirtutes patientia,& prudentia conseruari designantur. Patiētia ne aliquo impulsu tētationis obedientia moueat: unde dictum est. In patientia uestra possidebitis aīas uestras.

Luc 21.

Hieron. Eph. 5.

Iacobi 1.

Matt. 5.

1. Cor. 10.

Exod. 19.

1. Reg. 21. Exo. 12.

1. Cor. 10.

Matt. 10. Hebr. 10.

Luc. 21.

Cingulū habēs duo brachia mundiciā animæ, & corporis significat.

Stola

Prouerb 4. Prudentia, ne blandimentis peccatorum subuertatur. Posside prudentiã: & ne dimittas eam, & custodiet te, dilige eam, & conseruabit te. ¶ Quin- Manipulus.
G tum indumentum, scilicet manipulus, uel phanon uigilantiam designat: sæpe enim diuino cultui manicparis, surrepit acedia, quæ animum reddit
Psal. dormientem. unde est illud ps. Dormitauit anima mea præ tedio. Gerit igitur sacerdos manipulum alio nomine sudarium in sinistro brachio: quatenus mentis sudore detersо, & animi tædio ac tẽpore depulso, bonis operibus diligenter inuigilet. Vnde sacerdotibus dicitur illud Prouerb. Di-
Prouer. 6. scurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis. nec dormitent palpebræ tuæ. Hæc Alex. Vel pro eo, q̃ brachio manus sinistrę imponitur: in quo digiti discretionis sunt: significare poterit discretione deuotam, & cordialem, qua sacerdos secundum apostoli præceptum: corpus domini discretionis iudicio dijudicet, deuotę discernendo. Quis est, quem sacrificare, & sumere præsumit? quis est in se: quis sibi? In se quidem bonum, summum, ęternum, potentissimum, sapientissimum, benignissimum, patri consubstantialem, persona discretum, quem adorant angeli, dęmones contremiscunt, pauet omnis creatura, & sic de alijs innumeris perfectionalibus attributis. Item quis sibi: quia suus, & uniuersitatis autor, gubernator, conseruator, redemptor: per creationem pater: per incarnationem frater: iudex per finalem discussionem: & præmiator. Qui hominem creauit, dum non esset: reparauit dum malè esse: seipso cibauit, dum inedia consumptus esset: resuscitabit, postquam esse deserit; omni depulsa miseria, æternaliter beatificauit: dijudicabit demũ probando seipsum: & sic de pane illo edet. De qua probatione supra lec. 8. dictũ est.
R ¶ Vltimũ uestimẽtum est planeta, siue casula: quæ quia suprema, rotunda, Planeta.
lata, cetera omnia tegit: & manuũ eleuatione diuidicur: charitatẽ omniũ uirtutũ supremã: operiẽtem peccatorũ multitudinem repræsentat. Et quia
1. Cor. 13. nunquã excidit: sed hic inchoata in futuro consummata in æternum perseuerat. recte per casulæ rotunditatem, æternitatis figura designatur. Cuius diuisio in partes duas, duo charitatis obiecta: uel duo eiusdem præcepta insinuat: sicut latitudo dilectionis latitudinem, se usq; ad inimicos extendentem repræsentat, hãc enim ab offerente dominus exigit. unde.
Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recor. su. quia frater tuus habet aliquid aduer. te relinque ibi munus tuum ante altare: & uade prius recon. fratri tuo: & tunc ueniens offeres munus tuum. Debet ergo accedens habere affectum amorosum: quarenus accedat non metu pęnę, aut humano pudore: multominus uanitatis appetitu: non pharisaica hypocrisi: non desiderio turpis lucri, quæstium æstimans pietatem, non qualibet alia superstitiosa, aut uitiosa corrupta ue intentione: sed ex diuini amoris feruore: ut tanto bono uniatur, & communicet. Vt ordinatam medicinam contra quotidianos defectus applicet. Vt maximum dei donum cum gratiarum actione humiliter acceptet. Vt uirtutum, & gratiæ profectum in se augeat. Vt Christo, & ecclesiæ subditus obediat. Vt proximis uiuis, & defunctis satisfactiuo sacrificio succurrat. Vt iniuncto officio satisfaciat. Cæteroq; huiusmodi sacratissimæ oblationis fructus in se, & proximis consequatur, imitans Christum, quem sumit & sacrificat apostolis in huius sacramenti institutione loquentem. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar.

DE

DE SEPTEM HORIS CANONICIS.

LECTIO XIII.

DE conuenientibus, quæ tranſeuntia ſunt, apponendis: uidelicet orationibus, breuiter dicendum. Sunt autem orationes quæ miſſam antecedere debent, duplices. Quædam Chriſti repræſentant paſsionem: quædam dicuntur ad celebrantis purificationem, & deuotionem. Primæ ſunt horę canonicæ. Secundæ ſunt quidam pſalmi. & orationes, quæ præparamenta dicimus. Horæ canonicæ ſeptem ſunt. Matutinuum, prima, tertia, ſexta, nona, ueſpera, completorium, licet aliqui ut Archidiaco. in roſario matutinum ſeparēt ab alijs horis: ponēs pro prima horis diei artificialis laudes matutinarū. Cui cōſonare uidetur illud beati Benedicti. 91. diſtin. Præsbyter. dicentis, Propheta dicente ſepties in die laudem dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus a nobis ſic impletur; ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, ueſperę, cōpletorij temporæ noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. Nam de nocturnis uigilijs ipſe ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Inſtitutæ autē ſunt horæ ad laudandum deum pro beneficijs ſuis: inter quæ maxima ſunt beneficium creationis ſeptem diebus expletum. Et beneficium redemptionis ſeptem quodāmodo horis peractum. Hunc numerum diuinæ laudis ēt propheta ſe tenuiſſe aſſerit, dicens. Septies in die laudem dixi tibi. Licet, q̄ dicit ſeptem, ſecundum beatum Aug. in gl. ēt uniuerſitatem indicet: quia ſeptem diebus omne tempus currit. Verum quia maius eſt beneficium redemptionis per dominicam paſsionem conſummatum beneficio creationis: ſecundū illud. Maius eſt peccatorem iuſtificare: quam hominem creare. Neq; enim peccatores redemit uerbi facilitate, quomodo dixit, & omnia facta ſunt; ſed triginta annis operatus eſt ſalutem noſtrā in medio terræ, affixus cruci, addictus morti, ludibrijs deputatus. ait Bern. ſermo. 19. de diuerſis. Ideoq; horæ canonicæ ut huius beneficij iugis memoria in cordibus orātiū perſeueret: laus quoq; domino, honor reuerentia, & gratiarum actio pro tanto beneficio redderetur: horis illis, quibus dominica paſsio inchoata, eſt cōtinuata, & cōſummata, canonicæ horæ eiſdē temporibus deputātur. ¶ Cepit, inquā, Chriſti paſsio quātū ad uiolētiā ab extrinſeco illatā hora noctis tertia, in qua primū rabidorū iudeorū furia uiolentas manus iniecit in dominū: & hoc in horto ab oratione ſurgētē, & eis uolūtarie occurrentē. Ibi traditus, conpræhenſus, ligatus, a diſcipulis derelictus. Ad Annā primū, deinde ad cayphā cōtumelioſe tractus, ligatus, accuſatus, falſo teſtimonio reprobatus, ut blaſphemus iudicatus, conſputus, uelatus, irriſus, alapis, colaphis ceſus, alijſq; innumeris affectus iniurijs: tota nocte illa tenebrarū poteſtati traditus: innocēs agnus: ut Auguſtino placet: pēnis exponitur: & ſine intermiſsione cōtumelijs exprobrat: quibus reſpōdet officiū matutinū. ¶ Oriente aūt ſole mane facto prima diei hora poſt iteratū, funeſtū, tenebroſumq; conſilium: poſt inſanas calumniantium uoces: poſt commendaticias ſubornatorum teſtium falſitates: ad examē pilati pontificum delegatione tranſſertur, ut Lucas tradit. Nouis accuſationum fraudibus impeditur, ut populi ſubuerſor, imperij deſtructor: regni appetitor. Diuini honoris ſacrilegus arrogator, duris uinctus nexibus colaphis, alapiſq; ceſus, ſputis oblitus, clamoribus prædamnatus, iudici præſentatur,

A

Dignæ celebrationi ꝓmittēdæ sūt horæ canonicæ.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto.

Gene. 1.

Pſal. 118.

Bern.

Matutinæ.

B

Primæ. Quo tempore diei ſunt legendæ.

Luc. 23.

tur: ut inter tot mortis iudicia, non auderet pilatus absoluere quem omnes uellent perire. Hæc uaria iudicis disceptatio: impudentium canum obstinatio. De tyranno ad tyrannum irrisoria peritur, & dolorosa missio & remissio: seditiosi latronis prælatio: innocentissimi corporis nudatio: uirgineæ carnis sanguinolenta flagellatio, mille uulnerum spinosa coronatio: iudicræ uestis purpuratio: uulnerati capitis percussio: subsannatoria salutatio: excreatorum (alias execratorum) sputaminum iniectio: alaparum iteratio: inumerabiliumq; blasphemarum irrogatio: patientissimum dominum hora diei prima usq; ad tertiam affixere: quibus prima canonici hora officij deputatur. ¶ Tertia hora iudæorum uocibus crucifigitur: dum crucifige, crucifige clamoribus sacrilegis geminatur. Seditioso Baraba dimisso, morte turpissima condemnatur: ab iniquo iudice uano timore, & fauore corrupto: lotis (ut Leo ait) manibus, & ore polluto, eisdem labijs ad crucem mittitur: quibus ante uicibus septem innocens pronũciatur. Sicq; agnus sine macula inimicorum uoluntati seuissimorum traditur. ut Lucas scribit: & pœnę suæ modus nullus: nullus terminus designatur. Hic alienis spoliatur: suis confusibiliter uestibus induitur. In medio damnatorum tanquam princeps latronum eijcitur: & crucis oneratus patibulo loco supplicij auctis continuè doloribus & blasphemijs præsentatur. His itaquæ a tertia hora, usq; ad sextam a domino passis tertiarum hora canonica deputatur. ¶ Ex hic immolandæ hostiæ crucis ara struitur, hostia sacrificio præparatur. Nam pudicitiæ autor toto nudatus corpore, afflictione nimia non sine acceptorum innouatione uulnerum, proprijs spoliatus indumentis, membris usq; ad ossium omnium dinumerationem pœnalissimè distentis: manibus, pedibusq; ferreis clauis transfixis, altari supraponitur, immo uinculis ferreis alligatur: uoluntariumq; sacrificium conquassatione nimia uiolentatur. Sic salutaris hostia, spectaculum deo patri, angelis, & hominibus: inimicis peritur, & amicis: immo, & ululãtibus tenebrarum principibus facta, leuatur: quatenus exaltatus a terra, ut olim præmiserat: trahat omnia ad seipsum. In hoc altari durissimo reclinatorio, hostia nostra: filius hominis non habens ubi caput suũ reclinet: hostia pacifica: hostia pro peccatis totius humani generis, uelut holocaustum tribus horis tota passionis igne refrigerio decrescẽte adoletur in suauissimũ odorẽ patri. In augmentũ doloris animã trãsuerberãtis matris, luminaribus, cœlo, & elementis compatientibus, gaudentibus inimicis, & blasphemantibus: lugentibus, & flentibus mulieribus, & amicis: & uerè hostia suauissimi odoris: quæ in tantis pœnis, quę cœlũ obscurarunt: terram mouerat: petras, & templi uelum scinderunt: monumẽta aperuerunt: & pene totã mundi machinã dissolueret: suæ dulcedinis, & misericordissimæ suauitatis ẽt felleo amaricato poculo obliuiscei non norat: quin potius amorẽ uehementissimũ nostræ redẽptionis, uocibus omni melodia dulcioribus personans declarabat. Voces loquor, quibus in cruce pendens testamentũ condidit: & sua amicis, & inimicis legãdo largiter dispensauit. Remissionẽ uidelicet ignoranter peccantibus: regnũ conuersis: ueniã petentibus: matri discipulũ præ cæteris dilectũ: corpus satisfactorijs pœnis exterminandum: iusticiã discipulis, ac cæteris Christianis: ueritatẽ patribus, & prophetis: spiritum manibus summi patris. Sic fons misericordiæ suorũ neminẽ dereliquit: qui in ultimi supplicij crescentibus pœnis, & angustijs se a summe dilecto patre deo, omniũ quidẽ specialiter suo derelictũ clamore tã ualido, quã miserabili declarabat. ¶ In his dolorũ crementis ad horam nonam perueniens, lachrymis præcibusq; fusis, omnibus ad perditi generis redemptionem patiendis, secundum propheta-

Passio dñi multũ notabiliter, & sẽtentiosè cõportat correspondẽter ad horas canonicas.

C

Tertia.

Sexta.

Hebr. 5.

Nona.

rum

rum oracula consumatis: pro nobis factus maledictus; quia maledictus omnis, qui pendet in ligno, ut nos a maledicto legis redimeret. Et qui peccatum non nouit: deus pater pro nobis fecit peccatum. Glo. i. hostiã pro peccatis: ut de peccato. i. de similitudine carnis peccati damnaret peccatum. Inclinato igitur spinolento capite in manus patris tradidit spiritũ: nostræ reparationis præciũ, quo soluta est inimicitia: dele tũ, quod aduersum nos erat chirographũ decreti contrariũ nobis, ipsum qui dẽ tulit de medio affigens illud cruci: & expoliãs principatus, & potestates traduxit confidẽter palã triũphans illos in semetipso. Sic enim placuit per eũ reconciliari omnia in ipso, pacificãs per sanguinẽ crucis eius siue quæ in terris, siue quæ sunt in cælis. His itaq; in orationibus canonicis horæ sextę & nonæ dedicantur: sicut lanceationi, ac depositioni de cruce uespera: & glorioſę completorium sepulturæ. ¶ Et licet primitus ex ecclesiæ consuetudine uel constitutione horæ canonicæ distinctis horis correspondenter ad prædictas dominicæ passionis horas legi, ac celebrari consueuerint: ut colligitur ex, c. presbyter. de celebratione missa. & eod. titu. c. 1. in cle. ubi dicitur, q̃ diuinum officium nocturnum, & diurnum horis debitis celebretur præsertim in cathedralibus regularibus, & collegiatis ecclesijs. Tamen contra illam ordinationem obtinuit consuetudo ecclesiarum metropolitanarum cathedralium, & aliarum, ut non sic distinctis, & interpolatis temporum horis legantur: quemadmodum in alijs materijs multæ constitutiones antiquæ in dissuetudinem transierunt, & abolitę sunt ex toto, uel ex parte. Et quia talis recessus constat legislatori papæ, uel ecclesiæ non prohibenti, nec punienti: uidetur implicite obligationem priorem, si qua fuerat, relaxare, tollere, seu reuocare. Qui uerò ad partem non in conuẽtu ecclesiarum legunt: possunt secundũ exigentiã suorũ officiorũ: & honestarũ occupationum horas pro magna parte simul legere. Vnde consulitur ecclesiarum minorũ sacerdotibus in allegato ca. præsbyter. q̃ de mane dicant omnes horas usq; ad uesperã, & deinde si uoluerint, exeant ad opus rurale. Et dicit dñs Antoninus. 3. par. summæ. ti. 13. ca. 4. q̃ curiales, & alij occupati solent dicere horas de mane usq; ad uesperas excusatę: de sero uesperas cum completorio: quod etiam pari ratione licere puto studẽtibus clericis: ut soluto seruitutis suę penso, intẽdere quietius studio possint. Sic etiã ex rationabili causa nonnullas horas licet præuenire. Vnde secundũ beatũ Tho. in quotlibetis. Propter necessitatem honestarum occupationũ licite potest quis dicere de sero matutinas, & in alijs horis tempus præuenire: sicut hoc etiam quandoq; in solemnibus ecclesijs fieri solet. sicut in plerisq; ecclesijs in professo corporis Christi, in sero matutine dicũtur in fauorẽ populi: ut sic copiosius ad officiũ diuinũ indulgentijs peccatorũ allectus, cõcurrat. Sic in capella papæ tenebrosæ matutinæ hebdomadę sanctæ, præcedenti sero canuntur: ut sine noctis periculo cardinales, & prælati interesse possint. Et hoc quidẽ licet secũdũ sanctũ Tho. quia melius est deo utrũq; reddere. s. & debitas laudes, & alia honesta officia, quam per unum aliud impedire. Secus tamẽ si hoc fieret, ut indulgeretur somno, aut uacaretur ocio: non esset excusatio huiusmodi præuentionis a peccato. Si uero propter honestas occupationes legi non possunt debitis horis proprijs: melius est præuenire, quã tardare. Præuenire enim secundũ Hugonẽ est prouidentiæ, tardare uerò negligentiæ. Et siue præueniantur, siue tardius dicantur, dummõ nõ transeat dies, qui quantum ad hoc uidetur terminari circa mediam noctem tante horarum solutionem non de se peccatur mortaliter: quia præceptum de horis dicendis, non refertur ad tempus horarum eiusdem diei:

Gal. 3. 2. Cor. 15. Rom. 8. Col. 2. Col. 1. B. D. Antonin. B. Thom. S. Thom. Hugo.

Horę canonicę ex causa rationabili possũt præueniri.

sed ad totam diem ut uult dominus Antoninus ubi supra. ¶ Et licet ex cau sis prædictis horæ canonicæ legi possent extra horas determinatas, intellectus tamen uerborum referri debet ad horas debitas ab ecclesia primo determinatas: ut si quis legat (Iam lucis ordo sydere) ante solis ortum aduerbium, iam) non importare debet tempus illud quo legitur; sed referri ad horam solis ortui determinatam, neq; ex hoc quis mendacium incurrit. Quis enim diceret hunc mentiri, qui in noctis medio legeret, quę hora diei consueuerat legi, puta dicendo (hora nona dominus expirauit) quamuis si diceret. Nunc est hora nona, falsum proferret. Non ergo ad tempus lectionis; sed ad horam, & tempus in eo, quod legitur intentas uel delinatas. Sic ecclesia canit annis singulis. Hodie deus homo factus &c. quod tamen die, quo canitur, cõstat non esse factũ. Sed redeundo ad propositum. Quæ horæ præcedere dicunt missæ officium? Respondetur cõmuniter secundũ omnes doctores, ad minus requiritur, ꝙ celebrans matutinas dixerit: alioquin qui nondum matutinis dictis celebrat: peccat mortaliter. Allegatur ad hoc Guil. & Hostien. & est ratio: quia facit contra generalẽ, & approbatã ecclesiæ consuetudinẽ. dist. 11. In his rebus: ubi dicitur. Sicut præuaricatores diuinarũ legũ: ita contẽptores ecclesiasticarũ consuetudinũ coercẽdi sunt. De primis uerò dicitur, ꝙ celebrans antequã dicat primas, non peccat mortaliter: nisi esset cõtra præceptũ aliquod speciale, uel statutum. Credo tamen: ꝙ cõgruit in talibus attẽdere moré ecclesiæ cathedralis, uel collegi, aut regularis, cuius est pars, uel subditus. Quidã tñ credentes missam esse præcipuũ memoriale dominicę passionis: quę hora nona cõpleta est: horas usq; ad nonã prius dicũt. Alij dictis matutinis primis, & tertijs sistunt in sextis. Tunc siquidem Christus, qui per sacerdotem in altaris sacramẽto offertur: ad altare crucis salutiferæ creditur processisse. Qui etiam modus in multis tam cathedralibus, quam regularibus, & collegiatis ecclesijs laudabiliter obseruatur, in quibus missa summa post tertiam, & ante sextam, decantatur. Alij post sextã, & ante nonã celebrãt, qm̃ sexta hora Christus in cruce leuatus est, in quo doloribus acerrimis laborauit. In his ergo, quæ plus ad decentiam, rẽuerentiam, & deuotionem pertinent, quam præceptũ: quilibet non speciali obligatione constrictus suo sensu abunde: quod proG prie deuotioni amplius seruire dinoscitur, eligat. ¶ Aliæ orationes, quæ missæ præmittẽdę sunt ad sacerdotis purificationẽ, ac excitandũ deuotionẽ, quæ præparamenta dicuntur: sunt quinq; psalmi, licet. Quam delecta tabernacula Bendixisti domine. Inclina aurem. Credidi propter quod. & De profundis clamaui. Dicuntur aũt ex institutione papę Celestini secundum Guil. Guil. in rationali, maxime a pontificibus & episcopis, & ex quædam deuotione, & decentia, ac reuerentia a simplicibus etiam sacerdotibus. Et rationabiliter dicuntur quinq; secundũ Innocentium in de officio missæ: ut quicquid immundũ & facinorosum quinq; sensuũ transgressione cõmissum est: quinq; psalmorũ oratione detergatur. Dicũtur aũt specialiter prædicti quinq; psalmi plus, quã alij quinq; secundũ eundẽ: quia quædã in illis continent, quę directe' cõueniũt celebraturis altaris mysteriũ, & eucharistię sacramẽtũ: ut patet in ps. discurrẽti. Preces uerò, & collectæ: quæ adijciũtur: manifeste' pertinẽt ad impetrandũ cordis mũditiã, & munimẽ. Sic psalmi, & orationes, quæ ad lotionẽ manuũ, & ad indutionem sacrarũ uestiũ dicũtur, simul & psalmi. Iudica me deus, & discerne. qui ad progressum ad altare leguntur ad idẽ pertinent. De confessione aũt publica, quę fit ante officij inchoationem: ipso quoq; officio quantum ad ea, quæ canonem præcedunt: quæ longiorem tractatum requirunt: hic rescindo: ne ad principalis intenti ma-

Legens horas canonicas extra tẽpus canonicum ad quid diriget suã intentionẽ.

Quę horę canonicę legendæ sunt ante missã.

De præparamentis præmittẽdis præcibus ac collectis & confessionem.

De loco triplici consecrationis.

ti materiam, expositionem uidelicet canonis tardius ueniamus. ¶ Restat autem adhuc aliqua præmittere de circūstantijs temporis assistentium, atq; loci: & primo de consecrationis loco. Possunt autem distingui triplicia consecrationis loca remota: propinqua: propria. Remota sunt ecclesię & dei templa. Propinqua sunt altaria, propria calix & patena. ¶ Vbi notādum ꝙ nō in omni loco fieri debet consecratio; sed in certo ad hoc officium specialiter deputato: sicut nec ue. te. oblationibus quilibet locus fuerat communis; sed certus ad hoc a domino designatus, unde Deut. præcipitur, ꝙ in certo loco, quem elegerit dominus deus: offerrant. Vnde dicitur ibi Caue, offeras holocausta in omni loco, quem uideris; sed in eo, quem elegerit dominus, in una tribuum tuarum offeras hostias. unde de conse. di. 1. c. 1. dicitur. Si iudęi. qui umbræ deseruierunt, loca, in quibus sacrificabant, habebant consecrata: non in alijs, quam deo dicatis locis munera deo offerrebant; multo magis nos, quibus ueritas patefacta, & gratia per Iesum Christum data est: templa domino ædificare: & prout melius possumus ornare: eaq; diuinis precibus, & sanctis unctionibus suis cum altaribus, & uasis: uestibus quoq;, & reliquis ad diuinum cultū explendum utēsilibus, deuote, & solēniter sacrare. Et non in alijs, quam dño sacratis ab episcopis tēplis celebrare: nec sacrificia dño offerre debemus. Itē eadē dist. c. Nullus præsbyter. dicit Siluester papa. Nullus presbiter missas celebrare presumat, nisi in consecratis ab episcopo locis, qui sui particeps de cæterō uoluerit esse sacerdotij. Et eadē di. c. Sicut dicit. Sicut nō alij, quā sacrati deo sacerdotes debēt missas celebrare: nec sacrificia super altare offerre: sic nō in alijs quā in sacratis domino locis. i. tabernaculis diuinis precibus ab episcopis delibutis missas cantare, & sacrificia offerre licet: nisi summa coegerit necessitas. Satius est ergo missam non cantare, uel audire, quam in his locis, ubi fieri non oportet nisi summa pro necessitate contingat. quoniam necessitas legem non habet. ¶ Si quæratur, quæ sit tanta necessitas. Respondetur, ꝙ illa determinatur de conse. dist. 1. Concedimus. Vbi dicitur ex concilio triburien. Concedimus ut ſicubi (quod peccatis nostris exigentibus per plurimum factum est) a normānis, & sclauis, ab ungaris, & a malis christianis: seu aliquo qualicunq; modo ecclesiæ fuerint incensæ & combustæ: in capellis cum tabula sacrata missas iterum celebrari: donec ecclesiæ ipsæ restaurari quæant. Glo. super uerbo. Capellis. i. oratorijs non consecratis, alias si consecrate, non esset opus permissione. Vel forte capellæ non erāt ecclesiæ cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta: uel hæc referas ad solennitates maximas. Sequitur. In itinere uerō positis: si ecclesia defuerit, sub diuo seu intentorijs, si tabula altaris consecrata, cæteraq; sacra mysteria ad illud officium pertinentia ibi affuerint, missarum solēnia celebrare concedimus. ¶ Et nota, ꝙ ibi dicitur, concedimus. ubi secundum Alex. de ales notatur fauor generalis celebrandi missam tali necessitate ingruente. Non autem existente tali necessitate, nō licet nisi cōcedēte episcopo loci. De uoluntate enim & concessione episcopi loci sine tali necessitate licet celebrare missam in loco non consecrato. ut de conse. dist. 1. Missarū ubi dicitur. Missarū solēnia nō ubicūq; sed in locis ab episcopis cōsecratis: (uel ubi ipse permiserit) celebrāda esse censemus. Similiter habetur in c. Sic ergo. eadem dist. Debent ergo canones, in quibus, dicitur, ꝙ non licet celebrare nisi in locis consecratis, intelligi. nisi necessitate urgente, uel episcopo loci concedente. Hæc Alex. Veruntamen secundum Guil. non licet celebrare in mari, uel fluminibus. ubi probabiliter timetur ne mutante (alias nutāte) naui sanguis dominicus effundatur:

H

Deut. 12.

De altari portatili tēpore necessitatis.

Cur sit celebrandam in loco consecrato.

I

Alex de ales

Guil.

aut sacramentum inordinate commoueatur. Introitus tamen missę & cętera quæ consecrationem non respiciunt, legi possunt. Itinerantes ergo in mari, uel in terra, ubi prædicta haberi non possunt ab auditione missæ in die dominico, ac cęteris festis excusantur. Nec in casu secundum Sco. in 4. di. 13. q. 2. ligantur præcepto obligante ad missæ auditionem in sabbō: quñ occurrentibus duobus præceptis incomposibilibus, maius præceptū ab soluit ab obseruantia minoris in tali casu. Est autem rationabile locum celebrationis consecratū esse, propter sacro sancti corporis Christi presentiā, quod ibi conficitur: quod est sanctum sanctorum, Christus. s. omnia sanctificans, ideo omnia ad illud sacrificiū pertinētia cōsecrata esse debent. Sacerdos, ministri, altare, calix, panni &c. ut dicit Tho. in 4. di. Etiam propter angelorū præsentiā, qui secundū beatū Gregorium in dialo. lib. 4. assistunt illi sacrificio. Itē propter orationum nostrarum celeriorem exauditionem: propter deuotionis excitationem: impedimentorum diabolicæ tentationis exclusionem, cęteroſq; effectus bonos ecclesiæ consecrationem consequentes. Et nomine ecclesiæ hic intelligende sunt et capellæ consecrate. In his. n. celebrari pōt sine speciali fauore episcopi ipsius loci: eo ipso, q̄ est cōsecrata: ut in c. Si quis de consc. di. 1. & clarius in gl. super illo uerbo. Celebrare concedimus. eadē di. c. Cōcedim⁹. ¶ Debet etiā locus cōsecratus non esse interdictus neq; a iure neq; a iudice. A iure quidē, si est pollutus sanguine, uel semine. de consc. ecclesiæ. c. ultimo. Et de adulterijs, & stu. c. Significasti. A iudice autem per interdicti sententiam contra locū lata: nam in talibus celebrandū nō est, ut infra dicitur. ¶ Locus magis propinquus est altare consecratum, & lapideum, integrum, non enormiter fractū: De primo est statutum in concilio agathen. q̄ altaria non solum unctione chrysmatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrentur. ut in ca. Altaria placuit. de consecra. di. 2. Et hoc eisdem cōgruitatibus, quibus cōgruit ecclesiam fore consecratam. Secundū. s. q̄ debet esse lapideum, patet ex primo; quia alioquin ungi non debet, ut in ca. Altaria si non. ubi statuitur ex concilio Hipponen. q̄ altaria si non fuerint lapidea, chrismatis unctione non consecrentur. Est autem rationabile, q̄ altaria sint lapidea, secundum Alexan. de Ales parte. 4. q. 36. membro. 1. propter lapidis communitatem fortitudinem, siue durabilitatem, & propter significationē. Nā propter communitatem est facilis ad habendum, propter durabilitatem habet aptitudinem, ut consecretur. Non enim conueniret, q̄ aliquid unctione sacra consecraretur, nisi esset solidum, & durabile. Propter significationem, nam petra Christum significat, & Christi fidem. unde Apost. Petra autem erat Christus. & Matth. Super hanc petram. i. fidei confessionem, ædificabo ecclesiam meam. Nam ut Christus fundamentum est ecclesię: ita & fidei Christi. Vtrunque enim, dicit apostolus. Primum; Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus. Secundum; Fides est substantia rerum sperandum. Nunc autem in altari Christus offertur, & fides necessaria est, & quantum ad consecrationem, & quantum ad susceptionem. Quod nerō in uete. testa. de diuersis materijs fiebant altaria, scilicet de lignis sethim. Exod. Item de auro. 3. Regum. Salomon fecit altare aureum. Item de terra. Exod. Alia est ratio: quoniam in ueteri testamento unum tantum fuit altare holocausti, & hoc in deserto mobile erat cum tabernaculo, ideo congruebat ut esset ligneum. In templo uerō hierusalem immobile, sed unicum, ideo potuit fieri de auro, quod fieri non posset, si multiplicandum fuisset, secundum q̄ in lege euangelica multiplicatur, propter materiæ raritatem,

Scot.

S. Thom. Grego.

Alex. de ales

1. Cor. 10.

Matt. 16.

2. Cor. 3.

Heb. 11.

Exo. 27. 3. Reg. 7. Exo. 20.

Non licet celebrare in mari.

Altare debet esse lapideum integrū, nō enormiter fractū consecratū.

& præ

& præciositatem: unde nec ligno, nec terræ, nec auro conueniunt conditiones altaris, quæ dictæ sunt: saltem cuilibet simul, scilicet communitas, soliditas, & significatio. Nec oportet figuram in omnibus circumstãtijs respondere figurato: nec est contra prædicta, q̃ in ecclesia lateranẽ. est altare ligneum: quod quidem altare ob apostolorũ principis (qui super hoc altare dicitur dominicum celebrasse sacramentũ) & sanctorũ præcedentiũ martyrũ reuerẽtiã reseruatur. Licet beatus Siluester papa decreto firmasset, ut nullum deinceps altare esset nisi lapideum. Hoc quoq; altare idem beatus Siluester stabiliuit, ut super illud nullus nisi romanus pontifex audeat celebrare. Ab episcopatu autem apostolorum principis usq; ad tempus beati Siluestri seuiente persecutorum rabie, certa non erat episcopalis statio: sed ubicunq; necessitas cõpulit: siue in criptis: siue in domibus religiosorum: siue alijs quibuscunq; locis missã celebrabant super altare ligneũ in modum arcæ concauum, quod portabatur a sacerdotibus ubicunq; romanus episcopus latitabat: super quod die cenæ, & sabbato sequente a summo pontifice ministerium peragitur sacerdotale. Hæc Alex. ¶ Tertium .s. q̃ L.

Debet esse integrum. debet esse integrum non enormiter fractum: patet de consecratione ecclesiæ uel altaris. c. 1. & ca. q̃ in dubijs. q̃ si altare motum fuerit, aut lapis ille solum modo superpositus, qui sigillum continet: confractus, aut diminutus: debet denuo consecrari. Motum. i. mutatum quo ad formam: ita q̃ formam amiserit per diminutionem, uel augmentum dicit glos. Tabula enim consecrata de loco ad locum mouetur: nec tamen consecratur. c. Concedimus. de consecr. dist. 1. Quod uerum est, si non est affixa structuræ inferioris: sicut altare portabile. Consecratio enim altaris præsertim intelligitur esse in coniunctione mensæ. i. lapidis superioris, & structuræ inferioris: ergo si mensa fuerit mota, uel aliquis de lapidibus inferioribus tangens ipsam: execratur altare, & est consecrandum. Hæc glos. in cap. si motum. de consecr. dist. 1. Dicit tamen Pisanus: q̃ hoc intelligitur de lapidibus principalibus. Similiter dicit, q̃ non est reconsecrandum altare, si tota mensa cum sibi adhærentibus transferatur. Quandocunq; autem sigillum, quo sigillãtur reliquiæ: fractum, uel diminutum fuerit: siue sit in tabula: siue mensa: siue in structura inferiori: execratum est altare, & reconsecrandum. Et dicitur notãter enormiter læsum: quia læsio modica non execrat altare: ut in c. ligneis. de consecr. eccles. Quæ autem dicatur enormis læsio: dicit glo. in cap. Si motum. de consecr. dist. 1. Si est enormiter fracta ultra .s. medietatem. Alij dicunt ut Guil. quando per diminutionem nõ tollitur forma, Hostien. non censetur enormis. Secundum Hostien. autem tunc est enormis, quando in angulis, siue in cornibus, in quibus præcipue solet fieri altaris consecratio .s. inunctio fit læsio talis: credo, per quam tollitur pars inuncta. Vel enormis destructio debet esse talis, quæ inducat deformitatem arbitrio episcopi iudicandam secundũ Innoc. Similiter si fit additio: per quam non tollitur forma altaris: non est reconsecrãdum: quia sacrum trahit ad se nõ sacrum, dicit glosa in allegato ca. Si motum. Etiam sine reliquijs altare cõsecrari non debet: ut in c. Placuit. de consecr. dist. 1. ¶ Dicitur etiã altare quasi alta ara ratione situs: quia eleuatum est super terram. Item ratione sacrificij altissimi, corporis .s. & sanguinis domini. Vel dicitur altare ab ardore: quia in lege ueteri holocausta cremabantur in altari, ex qua lege traxit originem. Veruntamen Noe primum altaris ritum exhibuisse creditur. Gene. 8. Ædificauit Noe altare domino. Deinde Abraam ulum altaris in oblationibus habuit: ex hinc ritus legalis sacrificij in altaribus inoleuit. ¶ Debet autem altare ornatum esse duabus pallis, & corporali consecratis de M

Quo altare violatur.

Vnde dicitur altare.

Quis primus altaris ritũ exhibuit.

sindone

sindone munda: non de serico aut intincto: sed albo terreno lineo: de consecr. di. 1. Consulto. ubi dicitur. Consulto omnium statuimus ut sacrificium altaris non in serico panno, aut intincto quisquam celebrare missā presumat: sed in puro linteo ab episcopo consecrato: terreno scilicet lino procreato, atq; contexto: sicut corpus domini nostri Iesu Christi in munda sindone linea sepultum fuit. Rationabiliter quidem duplici ratione. s. munditiæ maioris, & mysterij profundioris. Inter omnia enim genera panorum illa, quæ sunt de lino puro ad candorem perspicuum perducta mundissima sunt, & mundari melius possunt: & profundius significant, quæ domino contingebant: ut allegati canonis uerba insinuant. Dicit enim in lino puro, in quo notatur innocentia, & puritas omnimoda sine quacunq; macula saluatoris. Purum est enim, cui nihil alterius naturæ est permixtū. Sequitur, terreno: quo notatur corpus saluatoris passibile, & mortale de corpore terreno uirginis assumptum. Addit, lino procreato, atq; contexto. i. pano lineo multiplici tonsione ad candorem perducto: quo notatur Christus, qui multiplici cruciatu, & pessura peruenit ad gloriam. Repræsentat deniq; sindonē mundam, qua dominicum corpus sepulturæ traditū fuerat inuolutum. ¶ Debet etiam altare igne, siue lumine celebrationis tē pore esse fulgidum. de quo in capi. ultimo de celebrat. missarum. Sacerdos sine igne celebrans punitur. Scribitur etiam Leui. Ignis in altari meo semper ardebit. Ille ignis etiam sub aqua uixit septuaginta annis babylonicæ captiuitatis: ut habetur. 2. Mach. qui extinctus fuit Antiocho uendente sacerdotium iasoni: ut dicit Aug. & habetur. 1. q. 1. Sicut eunuchus. Significat autem ignis, siue lumen fidem populi: que non debet esse absconsa sub modio: sed manifesta posita super candelabrum: ut ingredientes ecclesiæ unitatem, uideant opera ex fide relucentia, & glorificent patrem, qui in cœlis est. Et rationabiliter adhibetur ignis luminosus: ubi ille tractatur, qui uenit ignem mittere in terram, quem uult uehementur accendi. Quiq; de se dicit. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ. Iohan. 8. ¶ Locus proprius consecrationis: quæ s. immediate sacramentales continentur species: sunt calix, & patena: & est corporale: sed de illo iam dictum est. Calix ergo, & patena: quales esse debent: determinatum est in concilio remens. & habetur de consecr. di. 1. Calix. ubi dicitur sic. Calix domini eum patena si non ex auro omnino: ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est: saltem uel stāneum calicem habeat. De ære autem, & aurichalco non fiat: quia ob uini uirtutem erugi nem facit: pariterq; uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, aut uitreo calice præsumat missam cantare. Item eadem di. c. Vasa. legitur, q̄ uasa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria: sunt calices, & patenæ. De quibus. Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus. Si liceret in uasculis ligneis sacramenta conficere. Respondit: quondam sacerdotes non aureis: sed ligneis calicibus utebantur. Seuerinus 16. romanus episcopus patenis uitreis missas celebrari constituit. deinde Vrbanus decimus papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut in reliquis cultibus magis, & magis per incrementa temporum decus succreuit ecclesiarū. Nostris enim diebus: qui serui patrisfamilias sumus: ne decus matris ecclesiæ minuatur: sed magis cumuletur, & amplificetur; statuimus, ut deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi in ligneis uasculis ullo modo conficere præsumat: ne unde placari debet: inde irascatur deus. Hæc ibi. Hoc statutum factum fuit in Cōcilio triburicen. ¶ Si replicatur calix secundum Hugo. significat sepul-

Altari debet esse tectū duabus pallis, & corporali consecratis.

Debet esse lumine fulgidum.

Leui. 6.

2. Machab. 1. August.

Luc. 11. Ioann. 8.

N

Calix, & patena debet esse aureus.

Hugo.

crum:

Respõdetur ad auctoritates patrũ sonãtes in oppositum.

crum: patena lapidem suprapositum; quod quia fuit excisum de petra .uidetur ꝙ calix esse deberet de petra. Respondetur, ꝙ non conueniret celebrare in uase lapideo, propter uasorum lapideorum ineptitudinem. Neq; in ligneo propter porositatem, & humorum inbibitionem. Neq; in uitro, uel crystallo propter fragilitatem: ne sic dominicus sanguis effusionis periculo exponatur. Nec oportet, ꝙ signans, & signatum in materia conueniant: unde & calix aureus, & patena propter formæ concauitatem, & sacramentalem ueri corporis, & sanguinis Christi continentiam: sepulchrum domini repræsentat. ¶ Si iterum obijcitur illud Amb. li. de officijs: & habetur. 12. q. 2. Aurum. Aurum sacramenta non quærunt: neq; auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum est: & uere illa sunt uasa preciosa, quæ redimunt animas a morte: ille uerus thesaurus est domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Ex quibus uidetur; ꝙ aurum non debet impendi in uasa sacri mysterij: sed in alimoniam pauperum, & redemptionem captiuorum. Respondetur: ꝙ beatus Ambr. & canon. ibi loquitur in casu, quo res ecclesiæ distrahendæ sunt. s. in extrema necessitate pro alimonia pauperum, & pro redemptione captiuorum. Vnde dicitur ibi. Nonne dicturus est dominus. Cur passus es tot inopes mori fame? Et certe habebas aurum, de quo ministrasses alimoniã? Cur tot captiui in captiuitatem ducti nec redempti, ab hostæ occisi sunt? Quid dices. Timui, ne templo dei ornatus deesset, respondebis. Aurum sacramenta non quærunt &c: ut sup. Aliqui exponunt sic. Non quærunt ad sui efficaciam: non enim minorem efficaciam habent, si in alterius modi uasis conficiantur. Vel non quærunt ad hoc, ut inde magis placeant. Non enim ex eo: ꝙ in auro conficiuntur magis placent deo: sed ex conficientiũ sanctitate & uirtute. Hæc Alex. Nunc de consecrationis tempore.

Mar. 15.

Ambr.

DE TEMPORE MISSAE.

LECTIO XIIII.

EQVITVR nunc de tẽpore, siue horis diei, quibus missam celebrare congruit. Vbi p̃mittẽdũ, ꝙ duplex est missa. Quædã est missa cõuentualis, siue popularis, quæ tãquã principale diei officiũ, in conuẽtu totius populi, seu parochianorũ diebus singulis celebratur: q̃ & parochialis missa solẽnis publica, uel sũma qñq; appellatur. Alia ẽ missa priuata peculiaris, uel uotiua: q̃ a sacerdoti bꝰ ex speciali institutione, bñficio, uel deuotione nõ sic ꝓ toto populo celebrat. De primis. c. Vt dñicis. de parochijs. De secũdis habetur in c. Quidã laicorũ. de celebr. missã. Et de utrisq; loquitur Aug. in c. Et hoc. de cõse. dist. 1. ubi dicit. Attẽdẽdũ, ut missæ peculiares: q̃ per dies solẽnes a sacerdotibus fiũt: nõ ita in publico fiãt, ut propter eas populus a publicis missarũ solẽnijs: q̃ hora tertia canonice fiũt abstrahatur: sed sacerdotes qui in circuitu urbis, aut in eadẽ urbe sũt, & populus in unũ ad missarũ publicã celebratione cõueniãt. Demissis igitur solẽnibus dr, ꝙ tribus horis institutæ sunt: .s. tertia hora diebꝰ festiuis: sexta in diebus profestis: nona in diebus ieiuniorum. de cõsecr. di. 1. c. Nocte sancta natiuitatis. ubi dicitur. Reliquis uerò tẽporibus missarũ celebrationes ante horã diei tertiã minime sunt celebrãde: quia in eadẽ hora, & dñs crucifixꝰ est, & sup apostolos spũssanctus legit descẽdisse.

A

Duplex est missa, priuata, & publica.

Conc. Trid. Sess. 22. cap. de euitandis in missa.

Item

Quãdo licet hanc, uel illã celebrare.

Item in c. Solent. eadem diuinuitur, ꝙ tempore ieiuniorum missa nona hora celebrari debet. Ratio assignatur a doctoribus: nam in missa recolitur mors Christi; qui hora tertia crucifixus est linguis iudæorum: hora sexta manibus militum: hora nona expirauit. In ieiunijs uerò quatuor temporum, dum ordines celebrantur: potest missa post nonam circa horam uespertinam cantari. In sabbato autem sancto paschæ, circa noctis initium: ut in c. Solent. alleg. §. in ieiunijs. Incipit autem noctis initium in uespera, quæ est extrema pars diei. i. ultima. Vltima autem pars diei incipit statim post horam nonam, transacta meridie. & hoc secundum modum loquẽdi philosophorum; qui dicunt, ꝙ quælibet pars continui minor medietate pertingens usq; ad ultimum eius punctum, est eius ultima pars secundum hoc multas partes eiusdem continui ultimas concedentes, quarum tamen ultimarum partium semper una est pars alterius. Sic in proposito. Pars diei designata post meridiem. i. post medietatem diei: potest dici pars eius ultima: quamuis non secundum usualem loquendi modum. Et pro quanto est ultima pars diei: potest uocari sequentis noctis initium. Verum in proposito illa pars diei sabbati sancti, cum nocte sequente ad diem sanctissimum paschæ computatur. Vnde dicitur in oratione. Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicæ resurrectionis illustras. Similia dicuntur in benedictione paschalis cerei. Hæc nox est, in qua destructis uinculis mortis, Christus ab inferis uictor ascendit. Et secundum hoc posset intelligi c. Sabbato. de consecr. dist. 3. ubi dicitur. Traditio ecclesiæ habet illo biduo. s. parasceue, & sancto sabbato paschæ sacramenta pẽnitus non celebrari. Loquitur de sacramento eucharistiæ. Quod uerum uidetur, si pars diei post nonam ad noctem referatur. De hoc uide. ca. ꝙ a patribus
a 75. di. & glos. ibidem multiplicem. ¶ Sed uidetur, ꝙ hi canones de sabbato sancto paschæ, & quatuor temporum quantum ad horas diei abrogati sint per contrariam consuetudinem, quoniam neq; in urbe: neq; in capella papæ præsente summo pontifice officium differtur usq; ad uesperas: uel usq; ad initium noctis: sed usq; ad meridiem terminatur: licet seruetur quantum ad horas canonicas persoluendas; Nam in sabbato sancto paschæ omnes horæ minores leguntur ante officiũ missæ: & uesperæ includuntur missæ officio: & eadem oratione, quæ complenda dicitur: missa, & uesperæ simul concluduntur. Sic in ieiunijs pro festorum nonæ in multis ecclesijs leguntur statim post missam: tamen ante meridiem, & prandij horã. In quadragesima uerò nonæ ante missam leguntur, & uespere statim post missam ante meridiem dicuntur: & hora refectionis ultra meridiem non differtur. Et si sic intelliguntur horæ hodie stat constitutio concilij Gabilonen. de cõsecr. dist. 1. solent. ubi dicitur. Solent plures, qui se ieiunare putant in quadragesima: mox ut signum audierint ad horam nonam comedere: qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerit, quam uespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas: & auditis missarũ solẽnijs, & uespertinis officijs, & largitis elemosinis ad cibum accedendum est. Si uerò aliquis necessitate constrictus fuerit ut ad missam uenire non ualeat: æstimata uespertina hora completa oratione sua ieiunium soluat.

Si autem per horam nonam, & uespertinam intelliguntur horæ diei, meridiam. (sequentes: manifestum est generalem ecclesiæ consuetudinem in
c oppositum laborare. ¶ Missę uerò priuatę possunt celebrari a principio diei, usq; ad horam missę publicę inclusiue: siue hora tertia: siue sexta: siue nona celebretur. Satis in hoc concordant doct. & simul ecclesię ritus. Vnde Leo papa ad Dioscorum Alexandrinum episcopũ. Necesse est, in-

Ante diem autẽ nocte diuersa tempora explicamus.

quit,

quit, ut quædam populi pars sua deuotione priuetur, si unius tantum missæ more seruato sacrificium offerre non possunt: nisi prima diei parte conuenerint: ut habetur de conse. di. 1. Necesse. ubi in rubrico, & nigro dicitur. Etiam prima parte diei missas celebrare licet. De nocte autem exceptis noctibus dominicæ natiuitatis, & resurrectionis: de quibus habetur in c. de cõse. di. 1. Nocte. & c. solenti. non licet celebrare: quia hoc sacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quod per diem designatur: iuxta illud. Nox præcessit: dies autẽ appropinquauit. Et dicit Guil. Credo, ꝙ qui scienter ante diem celebrat, cum hoc sit contra generalem ecclesiæ consuetudinem, mortaliter peccet: nisi sit super hoc specialiter per episcopũ, uel superiorẽ dispensatũ. Videtur tñ, ꝙ ille nõ sit generalis mos ecclesiæ: cum in hyeme frequenter celebretur hora sexta post mediã noctem: dũ adhuc tenebræ sunt. In casu tñ ut pro communicando infirmo in mortis periculo constituto: dũ alias nõ haberetur eucharistia: licet ante diem celebrare secundũ Alex. & Per. de palu. Principiũ autẽ diei accipiendũ est nõ ab ascensu solis super nostrũ orizontẽ: ut dicit. Sco. in. 4. di. 13. q. 2. sed ab illa hora, ex qua radij solares incipiunt illumiuare nostrum hæmisphæriũ: quod dicitur principiũ autoræ: & incipit una hora, & quinta parte horæ ante corporalẽ solis ortũ, secũdũ autorẽ lib. de crepuscul. & patet per situationẽ lineæ crepusculi in facie astrolabij. Hæc Sco. ¶ Consequenter uidendũ de circũstantibus: de hoc autem sic habetur de cõse. di. 1. c. hoc quoq; ex constitutione Sotheris pape. Hoc quoq; statutum est, ut nullus presbyterorum missarum solẽnia celebrare præsumat nisi duobus præsentibus, sibiq; respondentibus: & ipse tertius habeatur: quia cũ pluraliter ab eo dicitur. Dñs uobiscũ: & illud in secretis. Orate pro me &c. aptissimẽ conuenit, ut ipsius rñdeatur salutationi ad hunc autem canonẽ, ita respondet Alex. de ales par. 4. q. 36. mẽbro. 5. Dicẽdum, ꝙ quædã retroactis tẽporibus statuta erant ob reuerentiã tanti mysterij, quę postea abrogata sunt per usum, & propter necessitatem, & utilitatẽ. Multiplicato enim numero presbyterorum, necesse fuit, & utile (ne frequenter cessarent a missarum solẽnijs) uno assistente celebrare, Sacerdos uerò dicendo. Dñs uobiscũ: & Orate pro me loquit ecclesiæ, & ad ecclesiã debet conuertere intentionẽ. Et ita quod dicitur, ꝙ nullus præsumat celebrare nisi duobus præsentibus &c. intelligitur quantũ ad intentionẽ sacerdotis, qui debet cõuertere intentionẽ ad plures: uel assistẽtes, uel ad ecclesiã qui plures uerbis expressis respondeant, uel uoto. Vel põt dici, ꝙ intentio decreti est, ꝙ nullus ex cõtẽptu celebret uno tantũ assistente: bene tñ põt in necessitate. unde Inno. recitato prædicto decreto respõdet sic. Aliud est necessitatis articulus: & aliud religionis contẽptus. Pie' quoq; credendũ est: & latis auctoritatibus sacris comprobatur, ꝙ angeli dei comites assistunt orantibus: secundũ illud prophe. In conspectu angelorũ psallã tibi deus meus. & illud Tob. Quãdo orabas cũ lacrimis, & sepelibas mortuos: & derelinquebas prãdium tuũ: & mortuos abscondebas per diem in domo tua: & nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationẽ tuã domino. Ad idẽ est beatus. Gre. 4. dya. & secundũ Ber. serm. de dedica. dicit ẽt glo. in dist. c. ꝙ recluſus. missam solus cantare potest dũ clerici copia non suffragatur. ¶ Sed circa præmissa de loci, & temporis circumstantijs: quæritur, quæ pœna illorum, quæ ex præmissis aliquod horum omiserint, puta quæ nõ uestibus sacris: aut in loco nõ sacro: seu uasis indebitis sine igne, uel tpe incongruo celebrarẽt: aut prędictarũ aliqua, uel plura ommitterẽt. Ad hoc respondetur primò, ꝙ omissio horũ omniũ, uel aliquorũ cęteris existẽtibus qua supra ad celebrationẽ eucharistiæ de necessitate requi' expressa sunt. s.

Rom. 13.

Alex. Petr. de pal. Scot.

An licet celebrare missam sine assistentia duorum: in præsentia unius tantum.

D

Alex. de ales

Innoc.

Psalm.

Thob. 12.

Greg. Bern.

De circũstãtia tẽpus, & loci quæ pœna sit eorũ, qui aliquid omittunt.

E

debitis

debitis materia, forma, ministro, & intentione, non impedit effectum principalem consecrationis: qui est transsubstantiatio panis, & uini in uerum corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Nam hæc, scilicet uestes, locus, tempus, uasa, ignis, ministri, circumstantes, præuie orationes, & similia sunt de genere illorum, quę non simpliciter ad conficiendum requiruntur: quoniam non requiruntur ex ordinatione Christi: qui sacramentum hoc instituit, & sine his consecrauit: sed requiruntur ex ordinatione ecclesiæ: licet non tempore uno; sed successiue ob reuerentiam tanti sacramenti: ob significationem, & deuotionis tam populorum, quam ministrorum exercitationem: ecclesia autem circa sacramentorum essentialia nihil immutat. Sicut enim sacramenta a solo deo poterant instituí: ita a solo deo possunt mutari: ab eo namq; sacramenta instituuntur: a quo habent cum certitudine efficaciam: quippe cum sint signa practica efficacia, & certa. Certitudinem autem, & efficaciam nemo sacramentis dare potest, nisi solus deus. Siquidem effectus sacramentalis est gratia inherens, uel subsistens, scilicet charitas infusa: uel corporis Christi per transsubstantiationem præsentia, utrumq; a solo deo est, qui gratiam infundendo creat, & naturam transsubstantiando mutat. sequitur, ꝙ solus deus sacramenta instituit. Vnde minus bene sentiunt, qui sacramenta quædam ab apostolis, aut ecclesia asserunt instituta: licet apostoli præcones esse poterant institutionis a Christo factę. Tamen circa ritum, & usum sacramentorum, eorumq; dispensationem ecclesia quędam instituere potest: atq; per eam instituta mutare pro rerum, & temporũ qualitate. Sententia est doc. subti. in 4. di. 4. q. 3. & alijs plerisq; locis. Nihil autem dubium, quin omittens aliquid prædictorum ex contemptu, aut scienter, quin peccet mortaliter faciens in hoc temere contra constitutionem, aut consuetudinem generalem romanæ ecclesiæ, unde beatus Aug. in li. ex dictis Basilij. & habetur di. 11. ecclesiasticarum. ait. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis: quasdam uerò apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Quasdam uerò consuetudine roboratas approbauit usus. quibus par ritus, & idem utrisq; pietatis debetur affectus. Et prosequendo declarat exemplariter in mysterio missę, & consecratione fontis, & unctione baptizatorum &c. Idem ad casulanum præsbyterum. Sicut prævaricatores diuinarum legum: ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinem coercendi sunt: eadem distin. In his. ¶ Sed de pœna canonis dicit Sco. ubi supra. In nullo præmissarum incurritur irregularitas, nisi in duobus casibus. Primus si scienter celebrat quis in loco interdicto a iudice: alius si celebrat in calice non idoneo. Primum probatur, per cap. Postulasti. de clerico excommunicato ministrante. & per c. Tanta. de excessibus prælatorum. Clarius tamen, & expressius habetur in c. si qui. §. is uerò. De sententia excommunicationis lib. 6. Et notanter additum est in loco interdicto a iudice, quod modo celebrans in loco interdicto a iure, non a iudice, ut in loco humano semine, uel sanguine polluto non incurrit irregularitatem: ut in allegato ca. Si qui. dicitur. Si qui in ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta: uel qui præsentibus maioris excõmunicationis sententia nodatis scienter celebrare præsumit: licet temerarie agat: irregularitatis tamẽ (cum illud non sit expressum in iure) laqueũ non incurrit. Is uerò, qui scienter in loco celebrat suppositio interdicto: nisi super hoc priuilegiatus existat, aut iure sit concessum eidem, irregularitatem incurrit, a qua nequit per alium, quam per romanum pontificem liberari. Et hoc uerum, si peccatum fuerit notorium: quoniam si no

Solus Xps dare põt efficaciam sacramentis.

Augus.

Scotus.

F

Quando incurritur irregularitas in celebratiõe.

torium

torium non fuerit; sed priuatum, non est peccatum in loco huiusmodi celebrare: quia reconciliatione non indiget: ut sentit Ioh. in sum. confes. & Host. & Sco. q. supra allega. ¶ Secundum scilicet de calice non idoneo: probatur de cele. mis. c. ulti. Vbi sacerdos, qui in calice non idoneo celebrauerat, iubetur officio, & beneficio perpetuò priuari utrum q̃ hæc pœna infligitur propter multa: quia uidelicet celebrauit in pane fermentato: in calice ligneo: sine igne, & aqua. Et ita dubium est, si propter quodcũq; horũ separatim debeat infligi depositio: quia omnia supradicta insimul concurrebant. Et tãtũ de his, quæ requiruntur ad celebrationem, tam de necessitate sacramenti, quam de necessitate ministri: siue respiciant sacramentum, siue ministrum: siue circumstantias temporis loci, & circumstãtium, quibus non existentibus sacerdos conficere non poterit ordinatè. Sequitur nunc textus canonis.

Si celebratur in calice non idoneo quæ pœna infligitur.

Iohan. Hostien. Scot.

¶ Explicit pars prohemialis canonis.

¶ Incipit pars principalis, & executiua.

DE PARTE PRINCIPALI MISSAE.

LECTIO XV.

AGGRESSVRI canonis expositionẽ postea de quibus differendis materiæ coegit connexio magistri, patres, & domini diuini mecũ impetratores subsidij, oro cõcurrite, quo negato frustra incassumq; labor, & opera impenditur. Et sicut citò discitur quicquid magistrante spiritusancto docetur: ita eius semoto magisterio, obscurum est, quicquid humana uoce profertur. Postulemus autem ea nobis impertiri, quæ dignissimum eucharistiæ sacramentum: circa quod principalis canonis uersatur intentio, exigit, & requirit. Hæc secundum prædicta sunt fides, spes, & charitas. Charitas ut pulset, & excitet affectum, ut rationi imperet: quatenus ad tam fructuosam tanti sacrificij indaginem actum considerationis dirigat. Fides intellectum illuminans, quatenus consideratis, & inuentis fideliter assentiat. Spes, ut appetitum solidet: quatenus tanti fructus misterij longanimiter expecter. Charitas, quæ toto corde diligentes tanti beneficij autorem: quod canonis officio conficitur gratiam, quam possumus, rependamus ipsius beneficij amorosa consideratione exercitio, ac condigna ponderatione: quo ad excitandum nostram dilectionem tantam ad nos indignos charitatem maiestas illa benignissima demonstrauit. Quo namq; magis diuina Christi bonitas ineffabilem suam ad nos miseros, & pauperes charitatem ostenderet: nisi per hoc, q̃ ipse, qui se in præcium patri pro nobis in cruce obtulit: seipsum etiam in cibum nobis tribuit. Vt sicut soluendo precium a morte perditos redemerat, ita cibum tribuendo cælestem, infirmos nos ad uitam spiritualem gratiæ roboraret. Fides, quã cum apostolis deuotè augeri oremus, qua diuinorum memoria mirabiliũ omnem naturalis rationis perspicacitatem excedentium in sacramento, de quo canon noster, factam capiamus, cuius intelligentia nec arte potest nec doctrina hominum indagari. De quo beatus Augu. Mira mihi uidentur, quę de hoc sacramento leguntur. Fides est necessaria: scientia rationis superuacua. Scientia ratione, & intellectu colligitur: fides autoritate

A

Augustin.

ritate uidetur. Hæc ergo sunt, quæ fidem necessario exigunt: rationem omnino non admittunt: eccedunt simplicem creditorem: arguunt improbũ discussorem. Et post pauca. Credi namq; oportet salubriter, quod inuestigari non potest utiliter. Spes rursum ad roborandum nos exigitur: ne cum retro abeuntibus ad huius sacramenti prædicationem: dum non subito, quæ ueritas protulit: uerba intellectu capiebant dicentibus. Durus est hic sermo. Quomodo potest nobis hic dare carnem suam ad manducandũ? & nos ab incepto recedamus; sed longanimiter cum discipulis expectemus ueritatis intellectum: qui perseueranter Christo adhærentes instruB meruerunt: & plene consequi quod sperabant. ¶ Vt ergo deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum misterium Christi: ut oportet sermone sale condito: huius rei gratia flectamus cum apostolo genua nostræ mentis ad patrem, domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur: ut det nobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: Christum habitare per fidem in cordibus nostris in charitate radicati, & fundati, sine qua scientia non ædificat; sed inflat: ut possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit huius sacrosancti sacrificij latitudo in peccatorum expiatione. Longitudo in perseuerantiũ filiorum alendorum, ac ecclesiæ sustentatione: sublimitas in cęlestium fructuum exuberatione: profundum in ministeriorum occultæ sapientiæ comprehensione. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi in huius beneficij largissima donatione: ut impleamur in omnem plenitudinem dei: nunc uirtutum, tunc beatitudinis præmiorum. Ei autem, qui potens est omnia facere in nobis superabundantius, quam petimus, aut intelligimus secundum uirtutem gratiæ, quę operatur in nobis ipsi gloria in ecclesia pro tanto ecclesię sacrificio in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

Humilitas auctoris.

Ephe. 3.

¶ Huius itaq; orationis impetrandi fiducia stipati: simul aggrediamur spe comite, qualemcunq; sacri canonis expositionem, cuius tale est initiũ.

DE CANONE.

C TE igitur clementissime pater per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum &c. ¶ Iste est canon, secreta, actio, seu sanctificium pars principalior totius officij missæ in qua præmissis populi illuminatione, consecrandorumq; munerum oblatione, agitur de ipsorum munerum consecratione, qua in uerum Christi corpus, & sanguinem substantialiter conuertuntur. ¶ Dixi primò. Iste est canon. i. hæc uerborum congeries hac in clausula. Te igitur, incipiens usq; ad mysterij consummationem: quæ secundum Alber. protẽditur usq; ad illam clausulam. Oremus præceptis salutaribus moniti. &c. Vel secundum Alex. usq; ad finem orationis dñicæ canon dicitur. Dicitur & secreta, actio, & sacrificiũ. Ideo canon quia canon græce, latine sonat institutio: secundum Papiam secundum Isido. li. 6. etymo. c. 16. idem est q̃ regula. di. 3. Canon. Hæc autem uerborum connexio, quam canonem appellamus, regulariter partim a Christo: partim a sanctis patribus instituta est. A Christo quidem instituta sunt uerba substantialia, quæ formam integrãt consecrationis. Cætera uerò, quæ ad laudem dei dicuntur, & orationes, quæ populo offeruntur; a sanctis patribus non uno tempore, nec ab uno cantum secundum Inno. & Dura. in rationali; sed a diuersis & diuersis temporibus particulatim edita sunt, & per Gelasium papam Ij. a beato Petro

Canõ secreta ad sacrificiũ dicitur.

Alber.

Alex. de ales

prin-

principaliter simile ordinata, cui tamen etiam posterius quædam addita sunt: ut infra suis in locis apparebit. Ad hoc de cons. di. 1. Iacobus. ubi dicitur in glo. uerba, quibus corpus conficitur ab ipso domino sunt tradita; sed post alij alia addiderut ad decorem, & solemnitatem. Nam & beatus Petrus quasdam orationes, quæ in canone leguntur: fertur instituisse. Vnde Hugo de sacramentis. li. 2. par. 8. c. ulti. ait. Celebratio missæ in cõmemoratione passionis Christi agitur. Hugo.

Missam primus quis, & ubi celebrauit.

Et post pauca. Hanc missam beatus Petrus apostolus primus omniũ Antiochiæ dicitur celebrasse, in qua tres tũ orationes in initio fidei dicebantur: incipientes ab eo loco, ubi dicitur. Hanc igitur oblationem. Sed contra illud est, quod Act. dicitur. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus: quod secundũ glo. & doc. cõmuniter exponitur de sacramentali pane eucharistię, quo tunc quotidie cõmunicabant: unde dominus Anto. in sua chroni. ti. 6. ca. 2. §. 1. exponens illum textum ait. Act. 2. D. Antoni.

Congregatis simul in domo aliqua, præmissis orationibus, & quibusdam cerimonijs deuotis: ut pie credi potest: etsi non per scripturam expressum est: oẽs cõmunicabant etiã laici: quod sacramentũ conficiebant ipsi apostoli, uel alij discipuli ordinati a Christo, uel ab apostolis eius in sacerdotes. Itẽ de cõse. di. 1. Iacobus dicit. Iacobus frater dñi secũdũ carnẽ cui primũ credita est hierosolymitana ecclesia. & Basilius Cesarien. episcopus cuius claritas per totũ orbẽ refulsit: in scripturis addiderunt nobis missæ celebrationem. Glo. i. ordinem celebrãdæ missæ. Potest ergo forte dici, q Hugo. loquebatur de celebratione post apostolorum diuisionem facta: dum beatus Petrus in certo loco sedem primã constituit. Vel primus intelligitur celebrasse cũ solemnitate pontificiali: ut dicit dominus Anto. par. 1. ti. 6. c. 8. ¶ Dicitur. n. canon secretum propter tria: scilicet ratione significationis, operationis, prolationis. Dicitur secretum ratione significationis duplicis: in Christo scilicet & celebrante. In Christo quidem, quia representat secretũ hoc quo Christus latuit, & se abscondit a turbis. Vnde secundũ Inno. & Alex. de ales par. 4. q. 27. membro. 2. ar. 1. Dominus Iesus ubi fuit honorifice susceptꝰ hierosolimis cũ ramis palmarũ, & laudibus. Io. 12. Iudæi uolebant eum capere: propter quod recessit ab eis, & abijt in Bethaniam, & abscondit se ab eis. Non metu formidinis; sed prouidentia dispensationis. quia nondum uenit hora eius, qua adueniente spontaneus accessit. unde Mat. ait. Surgite, eamus: ecce appropinquat, qui me tradet. Et cũ (ut Ioh. ait) cohors uenisset cum laternis, & facibus, & armis, ut appræhenderent eum: ipse sciens omnia, quę super ipsum uentura erant; processit dicens. Quem quæritis? Et respondentibus eis. Iesum nazarenum. Dixit. Ego sum. Et abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram: Postea quoq; accepta surgendi, iterum quærenti domino, quem quærerent respondentes: Iesum nazarenũ. Rursum dixit eis Iesus. Dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Illud ergo latibulum, quo dispensationis gratia latuit: significat hoc secreti silentium. In sacerdote autem silentium significat mentis, quo sine tumultu, & uerborum strepitu mentis deuotio ad deum dirigatur, qui exauditor est cordis non uocis. Nam secundũ beatũ Gre. Illam orationem deus non exaudit, cui ille qui orat, non intendit. Tunc enim sacerdos debet intrare cubiculum cordis, & sensuũ intercluso ostio deum patrẽ orare non in multiloquio: sicut æthnici faciunt; sed in corde puro conscientia bona, & fide non ficta. Neq; exorandus est clamoribus, qui renũ scrutator est, & cordium. Hiere. quod Anna typũ gerens ecclesiæ insinuabat: quæ nõ clamorosa petitione; sed ta- Greg. Hier. 17.

Cur dicatur secretũ, tres causæ.

D

Innocent. Alex. de ales Iohann. 12.

Matth. 26. Iohann. 18.

1.Reg.1. cita deuotione, quod petijt impetrauit. Dicitur enim 1. Regum. ℣ Anna loquebatur in corde suo tantumque labia illius commouebantur: &
Psal. uox penitus non audiebatur. Et in psal. Dicite in cordibus uestris, & in cubilibus uestris cõpũgimini. Verba tamen sunt proferenda: ne quod petere, uel intendere debemus: ignoremus. ¶ Dicitur etiã secretũ ratione operationis: quia operatio illa occultissima est, & abscõdita omni intellectui rationalis creaturæ. Quid .n. secretius, & mirabilius: quam ut panis, & uinum substantialiter desinant remanentibus proprijs, & cõmunibus eorũ accidentibus? Ex quibus ratio in cognitionẽ subſtãtiæ cõsueuit deuenire. Percipit oculus panis colorẽ: gustus ipsius saporẽ: olfactus odorẽ; & tñ fallitur ratio iudicans esse panẽ. Quid insuper secretius: & ab humanis corporis, & mẽtis sensibus remotius: quã ℣ gloriosa Christi persona: quæ in cruce pependit: nõ quidẽ gloriosa: sed mortalis: & nunc residet ad dextrã patris gloriosa, & immortalis: secũdũ omnes suas partes tã essentiales, quã quantitatiuas sub parua hostia, & qualibet eius parte: secũdũ esse suũ uerũ, & reale cõtinetur? absconditũ est hoc mysteriũ a mũdi sapientibus: & reuelatũ parũulis fidelibus omnẽ intellectũ suum captiuantibus in obsequium fidei, ueritatẽ illã occultissimã; sed certissimam astruentis. Iccirco ẽt sacerdos celebrans quibusdã uelatur cortinis in lateribus altaris dependentibus: ad designãdũ ℣ sacerdos intrat ad maximum fidei sacramentũ, in cuius figurã sancta sanctorũ in moysaico tabernaculo dependente uelo claudebantur: nec nisi sumHeb.9. mo sacerdoti semel in anno licuit introire, ut habetur Heb. Vnde statutũ est, ut nulli laicorum liceat in eo loco cõsistere: ut sacerdos possit libere sacramentum .i. sacrũ secretum deuotius celebrare. de ui. & hone. cle. c. 1.
E ¶ Dicitur tertiò, secretũ rõne prolationis: ne .s. tanti mysterij uerba per quotidianũ usum ex manifesta prolatione uilescãt: & in locis nõ cõpetentibus passim, & indiscrete dicãtur, & sint dicentibus in ruinã: ut dicit Alex. Vnde beatus Diony. in ecclesia. hierar. de ritu sacrificiorum loquens dicit.Dionyc. Græci hoc uidentes deridebant, putantes tam humilibus uerbis tantum sacrificiũ ineſſe non posse. Fertur ẽt, ℣ cum antiquitus publice, & alta uoce canon diceretur: omnes penè per usum, illum sciebant. & in plateis, & uicis illum decantabant. Vnde cum quidã pastores in agro pane super lapidẽ posito canonẽ dicerent: ad prolationẽ uerborũ illorum, panis conuersus est in carnẽ: ipsi aũt igne de cęlo acerrimo diuino iudicio sunt pcussi. Propter quod sancti patres statuerat, ut de cætero canon diceretur sub silentio. Sed intelligendum est, ℣ hæc conuersio panis in carnem, non fuit facta uirtute illorum uerborum: quoniam non nisi prolata a sacerdote ritè consecrato cum debita intentione uirtutẽ habẽt conuersiuam substantiæ panis in corpus Christi; sed aliunde facta est diuino miraculo: quomodo cruor fertur effluxisse de hostia consecrata ad punctionem infidelium iudęorum. Sicut & de quibusdam imaginibus Christi, & sanctorum ad sectionem peruersorum factum fuisse referunt hystorię: & hoc in uindictam impiorũ: ut sic eorum infidelitas, peruersitas, ac temeritas puniretur: manifestareturq; potentia diuina: insinuaretur quoq; non in ludo, & iocis utendum esse sacramẽ talibus uerbis, ac diuinis mysterijs; sed cum reuerentia, & timore eis modo, ac fine, quibus sunt a Christo, & sanctis patribus instituta. Factum quoq; est cæteris in exemplum, & terrorem · ne similiter deo irreuerentiam faciant sacra misteria in ludibrium conuertendo. Possunt tamen nihil ominus sacri canonis uerba legi, exponi, masticari pia, & religiosa uoluntate, ac inuestigari: a quo & ad quid instituta sunt, ac doctrinaliter disputari: sicut in præsentiarum agimus, quo sensu intelligenda, quæ eorum

Miraculum de subita cõuersione panis in corpus domini.

Canon quare secreto legendus.

effica-

efficacia: & cætera ad maiorē deuotionem, ac gratitudinem excitantia etiam uirtuosè, & meritoriè dicente scriptura sacra, cuius canon ille pars est per organum sapientis. Qui me elucidant: uitam æternam habebunt. ¶ Dicitur tertiò actio: unde mos locutionis habet, cum sacerdos ad illa uerba peruenit dicere, iam est in actione. Nominatur autem actio dupliciter de causa. Primò: quia in ipsa sanctissimum Christi mysterium peragitur. Secundò: quia causa nostra coram misericordi deo per sacerdotem tanquam coram iudice deducitur. Peragitur siquidem hic Christi misterium, quo ex maxima, & ineffabili charitate pro spirituali refectione in via peregrinantibus dedit carnem propriam in cibum, & sanguinem suum in potum: quæ ut iugiter peregrinantes sibi possent applicare: & in usum salutarem assumere uerba certa ad hoc instituit: quibus ab idoneo ministro super certa materia, intentione debita prolatis statim ibi esse inciperet uerum corpus suum, & sanguis eius naturalis. Verba autem, quibus hoc peragitur, canonis sunt partes principales: hinc rectæ actionis nomen sibi uendicat. Recte utiq;, quia actio propriè accipiendo, non est nisi a principio libero, & contingenter agente. propter quod Damas. dicit, bruta non agere: sed magis per naturæ impetum duci. Hoc autem, quod hic per uerba agitur: fit a principio liberrimo. & maximè contingenter operante, diuina scilicet uoluntate, quæ est tota causa contingentiæ, & libertatis in creaturis. ¶ Agitur secundò causa nostra in canone coram summo omnium iudice Christo deo nostro per sacerdotem, qui nuncius est inter sponsum, & sponsam, Christum, scilicet & ecclesiam. Hic quidem offert corpus, & sanguinem Christi, quæ per canonis uerba consecrauit, pro salute uiuorum, & mortuorum misericordissimo deo, memoriam faciens passionis unigeniti sui, quæ placita fuit, & acceptissima oblata in cruce superbenedictæ trinitati: propter cuius memoriam in oblatione sacerdotis eandem hostiam offerentis, deus ipse agit, & liberalissime concedit uiatoribus dona plurima. Nunc conuersionem per gratiam, nunc conseruationem in gratia, nunc contra mundi pericula firmamentum, nunc angelorum custodiam, nunc tentationum refrænationem, nunc detentorum in purgatorio liberationē: & alia multa, de quibus infra deo duce, latius tractabitur. ¶ Dicitur quartò sacrificium, quia per hunc canonem de exigui panis specie, & modici uini calice, conficitur sacrificium absq; ulla comparatione placidius cruentis ueteris instrumenti uictimarum, & holocaustorum hostijs, ac decimarum primitiarum legalibus sacrificijs: quæ omnia sacrificium nostrum figurabant: & adueniente nostri sacrificij ueritate cessabant, quoniam perfectius omnia præstat, pro quibus consequendis illa litteralia persoluebant. Offerebant enim ueteres illi sacrificium pro peccato, hostiam pacificam pro gratia referenda, uel impetranda, holocaustum pro unione offerentium cum deo per amorem intimum, prout hæc leuitici tradit historia. Omnia autem hæc nostrum sacrificium præstat. Qua propter iure sacrificij nomen obtinet canon, cuius orationibus uerbis, & consecratione sacrificium illud conficitur, & immolatur, quo etiam quę dicta sunt largius, & perfectius impetramur. Hic ergo canon, secreta, uel actio seu sacrificium est, principalior pars missæ. Ad cuius intellectum aduertendum est, q̄ secundum Alex. de ales, par. 4. q. 37. in prin. Officium dicitur quasi efficium, ab efficiendo dictum: prima littera propter sermonis decorem mutata. Vel dicitur ab officiendo, ut quisq; illa agat, quæ nulli officiant; sed prosint omnibus, ut dic. Rabanus. Et ut idem dicit. Officiorum genera licet sint plurima, illud tamen præcipue, quo in diuinis

P

Damasc.

Canon rectè dicit sacrificium: quòd in Missę officio offertur sacrificium summum.

G

Alexand. de Ales.

Raban.

rebus habetur. officij nomine censetur esse nuncupandum. ¶ Missa uerò multipliciter dicitur. Quandoq; dicitur missa totum, quod dicitur ab introitu usq; ad Ite missa est. Quandoq; dicitur pars quæ primò canitur. s. introitus quæ dicitur missa, eo q̃ angelus mittitur. Quandoq; dicitur missa illud, quod dicitur ab introitu usq; ad offertorium, quæ dicitur missa cathecuminorũ. i. nouiter in fide instructorũ nondũ baptizatorũ: & sic dicitur missa ab emittendo: quia tunc emittebantur foras. Tunc enim diaconus dicere solet. Exeant cathecumini foras. Inde missa dicitur secundum Isido. quia sacramẽtis altaris interesse nõ possunt, qui nõdũ regenerati noscuntur. Amplius. n. nõ licet neq; iudæis: neq; paganis, neq; cathecuminis interesse: quia nondũ sunt mẽbra ecclesiæ: de quibus accipitur illud Ioh. 2. Iesus autẽ non credebat semetipsum eis. Quandoq; dicitur missa solũ canon: uel etiam illa canonis uerba, quibus corpus dominicũ cõficitur: eo q̃ tunc mittitur Christus corporalem suã præsentiam exhibens sacramẽto, secũdũ quã acceptio nẽ missę dicitur Christus in cena, & apostoli post misionem spiritussancti missam celebrasse: licet totũ missę officiũ secundũ q̃ nunc institutũ est: neq; omnia uerba canonis, quę temporis successu addita sunt protulerunt. ¶ Missæ itaq; primò modo acceptæ canon est pars principalior: sic. n. accipiẽdo missam põt diuidi in quattuor partes. In prima insinuatur illuminatio populi, quæ extenditur usq; ad offertoriũ inclusiuẽ. In secũda parte cõsecrãdorũ oblatio, quæ incipit ab offertorio exclusiuẽ: & terminatur in principio canonis. Te igitur. In tertia parte oblatorũ cõsecratio, & immolatio: quæ extẽditur usq; post cõmunionẽ. In quarta parte accepti beneficij diuini rememoratio, quæ extenditur usq; ad finem. ¶ Aliter diuidit missam (dicit Albertus magnus) in partes tres: scilicet introitũ, in quo est tanti boni aduocatio. In instructionem, in qua de hoc bono perfecta ponitur illuminatio. Et in oblationẽ, in qua est ipsius boni adeptio, distributio, & communicatio. Et hæc tertia pars respicit canonẽ. Adeptio uerò boni principalius est in missæ officio. Vnde manifestũ, q̃ canon est principalior pars missæ, propter quã aliæ partes missæ præmittuntur, & sequuntur. ¶ Vel melius diuiditur missa in tres partes. s. in præparationem tam populi, quã materiæ cõsecrandæ. In eucharistiæ consecrationem, & oblationem. In consecratę cõmunionem, & misterij conclusionẽ. Prima pars dici põt missam cathecuminorũ. pro eo, q̃ maior eius pars admittit cathecuminos. Secunda canõ. Tertia cõmunio: de hoc infra lectione 61. ¶ Quia autem canon cohæret alijs missæ partibus tanquam consequens antecedenti. quod notatur per notã illatiuã (igitur) in principio canonis posicam, eapropter breuiter præcedentia canonẽ percurramus: ut sic canonis coherentiam clarius agnoscamus. ¶ Eorum itaq;, quę in laudem fiunt, & solemnitatem consecrationis: secundum. Alex. q. 13. parte. 4. §. ulti. quędã præcedunt missarum solẽnia: quædam sunt de integritate ipsius missæ primo modo acceptæ. ¶ Missam præcedunt tria, scilicet confessio: altaris osculatio, thuri ficatio secundũ morẽ romanũ. Quibus significantur tria, quæ reddunt fideles dignos ad celebrãdũ, & ad celebrationi assistendũ. Primũ est peccatorũ purgatio. Secũdum membrorum cum capite unio. Tertium celebrantis, & assistentiũ deuotio siue deuota oratio. Quia ergo iustus prior. i. in sermonis principio est accusator sui. Prouer. 18. Sacerdos sacris uestibus (de quibus dictũ est) ornatus, antequam sacrũ inchoat officiũ, coram astantibus peccata sua cõfitetur. In qua confessione attẽdendũ est, q̃ peccata in genere non in specie (ut quidam minus prouide faciunt) confitenda sunt; quia hæc confessio manifesta est: non occulta. Similiter assistentes sua peccata confitentur: ut

Missa vnde dicitur.

Missa quomodo multipliciter solet dici.

Confessio generalis ad quid valet, & missam præcedit.

Conc. Trid. Sess. 13. ca. 7.

purga-

Iohann. 2.

Prouer. 18

purgari a peccatis mereantur: secundum illud. ps.31. Dixit confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Delet enim confessio generalis peccata uenialia, & oblita criminalia: secundum magistrū in.4.di. 21. allegantē ad hoc beatū Aug. Sed de hoc alibi. ¶ Pectora .n. in confessione percutiunt exemplo publicani, qui percutiebat pectus suū dicēs:deus propitius esto mihi peccatori. Luc. 17. ut sic iustificati in domos suas descendant. ¶ Secundò accedens sacerdor osculatur altare, significans q̄ Christus qui est sacerdos in ęternū secundū ordinem melchisedech, sacram sibi ecclesiam copulauit. Osculetur me osculo oris sui. Osculo siquidē os ori cōiungitur. Et in Christo non solum est humanitas unita deitati. uerūetiā sponsa ecclesia sponso Christo est copulata: secundū illud. Esa. Induit me uestimento salutis: & indumento iustitiæ circūdedit me: quasi sponsum decoratū corona, & quasi sponsam ornatā monilibus suis. Vox est ecclesiæ ad Christū eius sponsum: secūdū glo. qui perfectos in ecclesia eodē nomine appellare dignatur. Lspōs: imperfectos uerò sponsas. Ipse ergo spōsus Christus sponsos fecit,& spōsas:ti una in capite, & mēbris est ecclesia. Hæc glo. Christus ergo sponsus est: ecclesia tota spōsa:unde. Qui habet sponsam,sponsus est. ¶ Per altare significatur ecclesia: de quo. Si altare lapideū feceris mihi: nō ædificabis illud de sectis lapidibus. Per lapidis sectionem, fidelium diuisio designatur. unde dominus sectionem lapidum in altari prohibens, diuisionem fidelium in ecclesia reprobat. Diuisionem dico per errores,& schismata. ¶ Tertiò sequitur thurificatio, qua significatur deuotio, & oratio celebrantis, & assistentium directa ad deum. iuxta illud psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. Quod etiam signatum est in Apocalip. ubi dicitur. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: data sunt ei incensa multa .ut daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est ante thronum dei. Angelus ille sacerdos est. Labia sacerdotis custodiunt scientiam,& legem requirunt ex ore eius:quia angelus domini exercituum est. Ante altare, ideſt in conspectu ecclesiæ. Per thuribulum aureum, Christus incarnatus significatur, cuius bonitas, & immensa charitas per thuribulū aureum plenum igne intelligitur. Habere autem thuribulum ut incenset: moraliter instruit q̄ si quis uult incensum orationis ac deuotionis deo offerre: thuribulum incarnationis per fidem debet tenere. Nam sine fide scilicet mediatoris impossibile est deo placere .ad Hęb. Tunc enim a deo nostrum munus accipitur: cum super dominicæ incarnationis fidem posuerit quicquid operatur. Gręgo. in glo. Exo. 20. Et data sunt ei incensa multa .i. orationes deuotæ, ut eis offerat deo de orationibus sanctorum. Et dicit glo. notanter de orationibus, & non orationes: quia dominus non omnes orationes exaudit; sed illas,quæ sunt ad salutem: ut patet de oratione apostoli, qui ter dominum rogauit, ut discederet a se stimulus carnis angelus sathanæ eum colaphizans: & responsum est ei. Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Super altare aureum,ideſt in summitate ecclesiæ triumphantis. Ante thronum dei, ideſt diuinam maiestatem. Hæc breuiter de prænijs officio missę tacta sufficiant.

Altaris osculatio.

Altaris thurificatio & de significationibus.

Expositio stetit angelus.

Psal.31.

I. uc.17.

K

Cant.1.

Esai.61.

Iohan.3.

Exod.20.

L

Psal.140.

Apoc.8.

Machab.3.

Hęb.11.

Grego.

2.Cor.12.

DE DECEM PARTICVLIS primæ partis missæ.

LECTIO XVI.

A

QVAE uero in ipso missæ officio, ad laudē, & solennitatem, canonem præcedunt: ad illuminationem populi pertinent, uel ad consecrandorum oblationem: ut dictum est: primæ partis sunt particulæ decem. ¶ In prima insinuatur illuminatio populi: ut intelligat aduentum Christi esse desiderandū: & hoc fit per introitum: qui desiderium aduentus Christi in carnem repræsentat: de quo Lucæ. Multi prophetæ, & reges uoluerunt uidere, quæ nos uidetis & non uiderunt &c. Cuius repetitio clamorum multiplicationem designat dicentiū, & clamantiū illud Esa. Emitte agnum domine dominatorem terræ. Et illud eiusdem. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Item illud Esa. Vtinam dirumperes cælū, & descenderes: & similia. ¶ Et nota, q̄ sacrificium illud memoriale est dominicæ passionis secm illud Apost. Quotiēscūq; mā ducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis: mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Ideo totum missæ officium ad passionem domini repræsentandum ordinatur. Et quia Christus non secundum diuinitatem, sed secundum carnem assumptam, passus est: ideo in ipso officio aduentus in carnem primò, & progressio eius ad passionem insinuatur: & deinde ipsa passio signis, & uerbis exprimitur secundum Alex. ¶ In secunda particula illuminatur populus: ut intelligat aduentum Christi: non solum desiderandum fuisse; sed etiam postulandum: hoc per Kyrie eleison. ¶ In tertia, ut intelligat ipsum esse acceptandum, siue eidem se congratulandū. per Gloria in excelsis. ¶ Quartò, ut intelligat postulationi gratiæ illius esse insistendum, scilicet per collectam. ¶ Quintò, ut intelligat doctrinæ illius, quecunq; sit prophetarum, & Apostolorum: totaliter esse innitendum: scilicet per epistolam, quę de prophetarum, & apostolorum scripturis sumitur. ¶ Sexto, ut intelligat, q̄ in statu præsentis miseriæ penitentię lamento est insistendum, scilicet per graduale. ¶ Septimo, q̄ de expectatione lætitiæ est gaudendum: scilicet per alleluya. ¶ Octauo, q̄ eiusdē mā datis est sollicitè, & deuotè obediendum: scilicet per euangelium. ¶ No- B
no, q̄ fidei documenta sunt publice confitenda: scilicet per symbolum. ¶ Decimò, q̄ deo sunt dona, & munera offerenda. scilicet per offertorium. Hæc autem decem fuerunt necessaria ad suscipiendum Christum aduenientem in carne uisibiliter: & tunc etiam necessaria sunt ad suscipiēdum eundem Christum uenientem sub sacramento in uisibiliter. Hic est enim, quasi nouus aduentus: cum Christus, qui secundum carnem erat absens in hoc sacramento, fit præsens. Et hic quidem aduentus desiderandus est, postulandus, & acceptandus. Innitendum quoq; est eius gratiæ ac intendendum eius doctrinæ: nec non propter eius memoriam ingemiscendum gemitu pęnitentiæ, a qua sua cepit prædicatio: atq; exultandum propter spē supernæ lętitiæ. Sed & mandata eius diligentius obseruanda, & fidei eius uerba publicè confitenda: & per ipsam fidem deo dona, & sacrificia sunt offerenda, quæ omnia decet excellenter, & diligentius fieri in eius præsentia. Hæc omnia Alex. qui latius singula prosequitur quæstione superius allegata. Sed hæc breuiter commemorata sufficiant.

Lucę. 10.
Esai. 16.
Idem 45.
Idem. 64.
1. Cor. 11.
Alexand.

DE

DE SECVNDA PARTE MISSAE.

Hæc respicit consecrãdorum oblationem.

POST populi illuminationem, sequitur cõsecrandorum oblatio, quæ est pars missæ secunda: & preparatio immediatior ad tertiã missæ partem, quæ est canon noster. Hanc secundam partem licet Alex. incipiat post offertorium populi in oblatione munerum consecrandorum: tamen dominus Albertus eam in ipso offertorio inchoat: & in canonis principio terminat. Secundum quam pars illa in quinq; subdiuiditur: scilicet in salutationem offertorium, præparationem: secretam, & conclusionem; quæ est præfatio. ¶ Circa primum sacerdos populum salutans dicit. Dominus uobiscum. Primò quidem saluta uit populum post introitum ante orationẽ: ad consolandum de desiderio, quo aduocatus est dominus, optans ut cum eis sit dominus ad eiusdem desiderij complerionem. Secundò cum euangelium legeretur; salutauit: ut cũ eis sit dominus ad instructionis perfectionem: modo salutat, ut dominus adsit ad offerendorum receptionem. q. d. secundum Alber. Dominus uobiscum, ut in sacrificium deo offeramini. Dominus uobiscum, ut circa sapor̃ oblationis afficiamini. Dominus uobiscum: ut oblato sacrificio incorporemini. Nã dominus uobiscũ est, dum nos sibi oblatos suscipit: qñ nos circa suũ sacrificium affici facit: & quando nos sibi unit, Cui ex personis offerentiũ respondetur. Et cũ spũ tuo: quatenus hoc sacrificium in spiritu offeratur, & a domino acceptetur, secundum illud Dan. In animo cõtrito, & spũ humilitatis suscipiamur. Et illud Ps. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: cor cõtritũ, & humiliatũ ds nõ despicies. Et illud. Ioh. Deus spũs est: & eos, qui adorãt oportet in spũ, & ueritate adorare. ¶ Deinde sequitur offertorium. cui præmittit sacerdos uerbũ ad orationẽ exhortatoriam. Oremus: & tñ orationẽ non statim dicit ad innuẽdũ, q̃ pura oratio exigitur, ut deo munera, & dona placabilia offerãtur. Oratio. n. est pius affectus mentis in deum directus. Et populus offerendus domino prius debet toto in ipsum eleuari affectu: ut de se dignũ deo faciat sacrificium. Exhortationem igitur statim offertorium subsequitur dictum ab offerendo: quia tunc cãtante clero fiunt oblationes. Non enim solũ sacerdos; sed cum sacerdote populus sua uota deo offerre debent, & in tãlcã oblatione omnes participare. unde Raba. Post euang. oblationes offeruntur a populo, & offertoriũ cantatur a clero: quod ex ipsa causa uocabulũ sumpsit, quasi offerentiũ canticũ. ¶ Sũt aũt tria offerenda: ut dicit Alex. Primò ipse personæ: secundo manuales oblationes: tertiò ipsi sacrificio necessaria. s. panis, uinũ, & aqua. Sed de hoc tertio in sequenti clausula. Canitur aũt offertoriũ solenniter, dum sacerdos populi munera suscipit: ad significandũ, q̃ quæ deo offerũtur, cũ mentis humilitate offerri debent: quia hilarẽ datorem diligit deus: & oblatio nostra spontanea esse debet nõ coacta: secũdũ illud. Ois uolũtarius, & prono animo offerat ea. s. dona dño & Eccl. In omni dato hilarẽ fac uultũ tuũ: & in exultatione sanctifica decimas tuas. Vñ & Dauid. Ego in simplicitate cordis mei lętus obtuli uniuersa hæc, & populũ tuũ, quæ hic repertus est: uidi cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria. Dñe deus Abraã, & ysaac, & Israel patrũ nostrorũ. custodi in ętternũ hanc uoluntatẽ cordis eorũ, & semper in ueneratione tui, mẽs illa permaneat. Vel ut dicit Inno. Offerenda cãtat: quia per sacrificiũ laudis offert. ps. Circũibo, & immolabo in tabernaculo eius hostiã uociferationis, cantabo, & psalmũ dicam domino. Hæc autem consuetudo tracta est a lege. 2. Paral. Cunq; offerrentur holocausta: ceperunt

B

D. Albert.

Iterata populi salutatio per Dominus uobiscum.

Dan. 3. Psal. 50. Iohan. 4.

Oratio quid

Raban. C Alexan.

Tria sunt offerenda domino.

3. Cor. 9. Exod. 25. Eccl. 35. 1. Paral. ult.

Innoc.

2. Paral. 5.

laudes canere domino: & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ
D Dauid rex Israel præparauerat concrepare. ¶ Circa hæc uidendum, an po-
pulus ad offerendum in missa obligetur simul, & quæ dona licitè offerantur.
Circa primum Greg. pa. 7. ita statuit: ut habetur de conse. di. 1. omnis
Christianus. Omnis Christianus procuret ad missarum solennia aliquid
deo offerre: & ad memoriam reducere, quod dominus per Moysem dixit.
Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo uacuus. In collectis sanctorum patrum
liquidò apparet, q̃ omnes Christiani offerre aliquid ex usu sanctorum pa-
trum dicunt. Hæc ibi. Sonat ad idem. c. statuimus. 16. q. 1. ubi dicitur,
q̃ oblationes, & decimæ, quas populus dare debet extra parochialem ec-
clesiam, sine consensu episcopi, dari non debent: & 32. di. Præter hæc,
ubi dicitur, q̃ oblationes ecclesiæ dei fideliter reddantur a laicis, alias a
sanctæ ecclesiæ communione separentur. Veruntamen hæc duo ultimo
allegata ca. quidam intelligunt de oblationibus inter uiuos, uel causa mor-
tis factis. hoc est de donationibus ecclesijs sponte factis propter uiuentes,
uel mortuos ea conditione, ut de illis fiant certæ oblationes: cuius opinio
Rayn. Hugo. Hostien. nis est Ray. Sed primum capitulum, quod de quotidianis oblationibus lo-
quitur: a diuersis diuersimodè intelligitur, & exponitur. Hugo dixit: ut
recitat. Host. in rubri. de paro. & alijs parochianis. §. In tertia. q̃ quili-
bet cogi potest per excommunicationem offerre secundum tenorem dicti.
c. omnis Christianus. Alij intelligunt dictum. c. de oblatione interiore,
Hostien. seu bonorum operum. Vtrumq; autem reprobat Host. Primum per hoc,
q̃ in dict. c. dicitur. Omnis Christianus procuret ad missarum solẽnia ali-
quid deo offerre. Notandum, inquit, q̃ dicit missarum solẽnia; quasi di-
cat de solẽnibus locorum festiuitatibus; in quibus tenetur quis totam mis-
sam audire: sicut dominicis diebus, & alijs festis, quæ annumerantur de
ferijs. c. conquestus. Contra secundam opinionem similiter dicit, q̃ in
festis istis tenetur offerre aliquod corporale. Nec enim subdit de oblatio-
ne interiore, uel bonorum operum tantum intelligi potest: quia ad illam
tenetur quilibet sine missarum solẽnitatibus. Hæc ille. Siquidem quili-
bet semper habitualiter tenetur offerre deo suam uoluntatem per humilẽ
obedientiam, per quam tenetur semper, etsi non pro semper, opera quæ
in præcepto sunt perficere. Ad hoc facit quod in ipso. c. dicitur. Reduce-
re debet ad memoriam: quod dominus per Moysem dixit. Non appare-
Hostien. bis in conspectu &c. ubi ad litteram dominus loquitur de oblatione, & sa-
crificio corporali. Dicit ergo Hosti. post recitatas opi. prædictas. Tu di-
cas, q̃ in præcipuis festiuitatibus tenetur quis offerre, & cogi potest, ma-
xime cum sit quædam generalis consuetudo hoc ubiq; terrarum. Præ-
cipuas festiuitates, quæ sint, supra declarauit eas esse, de quibus allegat. c.
Conquestus. Huic concordat glo. ca. Omnis Christianus. super uerbo ua
cuus, quæ dicit. Vacuus a bonis operibus: uel ad litteram: & est consiliũ
in diebus priuatis; sed in diebus festiuis præceptum, & ita uidetur, q̃ obla-
tiones sint, ex debito exigendæ, & ad eas dandas parochiani sint cogen-
E di. Hæc glo. ¶ Sed inter hæc quasi uia media incedendo quatuor uiden-
tur tenenda. Primum. Omnis Christianus officio missæ assistens, tene-
tur offerre oblationem interiorem spiritualem: & hoc actu, uirtute, uel ha-
bitu. Hæc oblatio nihil aliud est nisi oblatio suiipsius per promptam, &
obedientem suæ uoluntatis diuinæ uoluntati subiectionem: quæ semper ex
animo dicere posit deo illud saluatoris. Non mea, sed tua uoluntas fiat.
Matth. 26. Prouerb. 23. Psalm. 4. Hanc oblationem ab omnibus requirit dominus: hinc per Salomonem ait:
Præbe fili mi cor tuum mihi. Prouer. 23. & in ps. Sacrificate sacrificium

An populus teneatur offerre in missa.

De oblatione interiori quæ est necessaria.

iusti-

iustitiæ,& spe.in domino. Summa autem iustitia est reddere domino seipsum per obedientiæ debitum. hinc Eccl. Melior est obedientia, quam stultorum uictimæ. Concordat Samuel propheta, & Eccl. Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Hoc est sacrificiū de quo pene omnes clamant prophetæ: unde & in ps. 39. Sacrificium, & oblationēnoluisti: aures autem (haud dubium, quin ad obediendum) perfecisti mihi. Et sequitur, in capite libri scriptum est de me: ut face. uolū. tuam. deus meus uolui & le.t. in medio cordis mei. Sine hac spirituali oblatione cætera corporalia deo minimè sunt accepta: dicēte apostolo. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est promissionem habens uitę quæ nunc est, & futuræ. Pietas ad cultum,& religionem omnipotentis dei refertur glo. qua eligat uoluntas propria loco obedientiæ sub uoluntate diuina. Hæc promissionem habet uitæ &c. ut hic bonis spiritualibus abundet: & temporalium sufficientiam habeat: ut dicit glo. interli. Denique ad Caim, qui munus domino obtulit: seipsum autem diabolo mancipauit: dicitur in glosa beati Grego.32. moralium Genes. 4. Nonne si bene offeras: male autem diuidas, peccasti. Bene obtulit, qui creaturam creatori obtulit. Male autem diuisit, qui de bonis suis deo: & seipsum obtulit diabolo. Hinc ibidem dicitur. Respexit dominus ad Abel, & munera eius: ad Cain autem & munera eius nō respexit. Prius respexit dominus personam. deinde ad munera. Nec unquam possunt placere munera, nisi placeat persona. Non enim placent munera, nisi per gratiam;gratia autem prius iustificat subiectum, idest animam, uel personam: quam eius operationem prius naturaliter etsi non tempore. Et quāuis hæc interior oblatio omni tempore deo sit offerenda: singulariter tamē in missa (in qua comemoratur illa singularis oblatio Christi. qua se patri obtulit pro nobis factus obediens usq; ad mortem crucis) dignum est deuotius offerri. ¶ Secundum: offerre aliquid de exteriori substantia in missæ officio est opus meritorium deo gratum, & acceptum, utile, & fructuosum. Opus dico supererogationis, & consilij: & non generaliter præcepti. Primum scilicet q̄ sit opus meritorium: patet, quoniam opus illud meritorium est, quod refertur finaliter in deum: ipsum recognoscendo summum bonum, a quo nobis omnia bona meritoria, & exteriora spiritualia, & corporalia sunt donata. Sicut autem hoc recognoscimus quantum ad interiora offerendo nostram uoluntatem: ita quantum ad exteriora, offerendo corporalem substantiam. Nam sicut homo per censum, quem tē porali domino offert: recognoscit dominum in se habere temporale dominum: ita per oblationem corporalem deo oblatam:tanquam per signū oblationis interioris idipsum, quo ad dominum profitemur: quod tangitur. Deut. ubi dicitur. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias:& pones in cartallo: pergesq; ad locum, quem dominus deus tuus elegerit, ut inuocetur nomen eius. Accedesq; ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis: & dices ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo, q̄ ingressus sum in terram promissionis. Et sequitur. Id circo nunc offero tibi primitias frugum terrę, quam dominus deus dedit mihi. Sic per oblationem recognoscit se pertinere ad dominū,omniaq; se a domino gratuito recepisse. ¶ Quod etiam oblatio exteriorum sit grata domino, & accepta: patet: quia in ueteri testamento præcepta: & in nouo commendata pariter, & persuasa. Nam licet in cæteris dominus multa israelitico populo miraculo se donauerit. Siquidem præparauit uiam per mare rubrum in deserto: in inuio uiam præuia nube monstrauit, noctis tenebras ignis columna illustrauit:

Ecc.4. 1 Reg.15. Ecc.35.

1.Timoth.4.

Greg.

F

Deut.26.

De obligatione exteriori quę est meritoria.

Opus meritorium.

Exterior oblatio quid significet.

manna

manna de cœlo pluit: aquam de petra perduxit: in terram promissionis induxit: eamq; gentilibus perdidit: habitatoribus tribubus distribuit: ac in omnibus populo necessarijs ipse prouidit. Ea tamen, quæ ad se deum pertinebant: & ad ministros sibi deputatos: voluit communibus populi oblationibus perfici. Vnde tabernaculum suum de donarijs populi fieri præcepit, & suos ministros partem in terræ distributione habere noluit; sed eos de oblationibus decimarum, primitiarum, sacrificiorum, & victimarum populi viuere voluit: ut sic populi zelum ad se, & ad sibi deputatos famulos comprobaret. His autem hodie in ecclesia decimæ succedunt, & populi Christiani oblationes. In nouo quoq; testamento dominus commẽdauit uiduam duo æra in gazophylatium mittentem. Consulit etiam munus ad altare post fratris reconciliationem offerri. ¶ Est deniq; dignum, ut qui spiritualia de altari percipiunt, etiam temporalium participium conferant ad altare. hinc apostolus. Roma. Si spiritualium eorũ participes facti sunt: debent & in carnalibus ministrare eis. Est quoq; offerentibus utile quoniã specialiter participant fructũ sacrificij: & propter suam deuotionẽ, & sacerdotis specialem applicationem: quo. s. sacrificij fructũ offerentibus applicãdo specialiter impertitur. Nec ex hoc uilior est pauperum conditio, q̃ offerant, nõ habentium, aut minima offerentium. Tum quia uidua tantũ duo æra offerens, cunctis diuitibus maiora tribuẽtibus est prælata. Tũ quia ubi deficit substantia, sufficit uoluntas pia. Vnde Greg. homel. 5. Ante dei oculos nunquam est uacua manus a munere, si fuerit arca cordis repleta bona uoluntate. Nam oblatio interior, quæ nunquam uolenti deficit: præfertur exteriori habentibus: utraq; simul melior est. Non habentibus sola sufficit uoluntas pia. ¶ Tertium in his festiuitatibus, in quibus ex generali loci consuetudine, omnes generaliter offerre consueuerunt: qualia sunt quatuor festa principalia: de quibus in c. alma de sententia. excom. lib. 6. Singuli tenentur offerre: & de necessitate præcepti se consuetudini conformare. Singuli intellige utriusq; sexus annos discretionis hñtes: qui secũdũ. c. omnis utriusq;. de pæ. & remis. in paschate uenerabilẽ eucharistiã suscipere sunt astricti. Hæc est omniũ canonistarũ, ac beati Tho. in 2. sen. q. 86. arti. 4. Vnde & addunt, q̃ possunt cogi per episcopũ. cuius in hoc est officiũ implorandũ. Alloquitur ad hoc. c. apostolicã. de simo. Quartum: præsbytero parrochiali pauperi, nec alias unde uiuat & populo ministret habenti tenentur subditi offerre, ut habeat, quo uiuat, & eis spiritualia ministeria impendat. Hæc ueritas est legis naturæ, & diuinæ, quã apostolus tradit dicens. Quis militat suis stipendijs unquã? Quis plantat uineã, & de fructu eius non edit. pascit gregem: & de lacte eius non manducat? Et ne quis hoc apostolũ suo sensu, & non secundũ legẽ dei dicere putet: subdit. Nunquid secũdũ hominẽ hæc dico? An & lex hæc nõ dicit? Scriptũ. n. est in lege moysi. Nõ alligabis os boui trituranti & uelut exponens legem addit. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utiq; dicit. nã propter nos scripta sunt. Et sequitur. Si nos uobis spiritualia seminamus: magnũ est si nos uestra carnalia metamus. Et sequitur. Nescitis quoniã qui in sacrario operantur: quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt: cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Hæc apostolus. Ait. n. dominus Luc. 10. postquã prohibuit euangelizantibus portare sacculũ, & peram: ostendens eis, unde uiuerent. Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est. n. operarius mercede sua. ¶ Ex his uerbis Christi, & apostoli duo nõtantur. Primũ, q̃ sacerdotes populo seruientes in doctrina euã-

Luc. 21. Mat. 5.

Rom. 15.

Greg.

G

H

Conditio pauperũ nõ est peior cõditione diuitum.

Quibus diebus oblatio est præcepta.

Etiã iu alijs diebus in casu est debita

Parochiani tenẽtur suo curato offer

gelij,

gelijs,& ministerio ecclesiastico,& sacramentali, uiuere dicunt, & sustentari impensis, & prouisionibus populi: ut decenter officio suo congruere: & utiliter possunt, ac salubriter suo populo deseruire. Nam de communitate uiuere debet quisquis communitati seruit: patet manifeste ex prælegatis. ¶ Secundum, q̃ de prouisione populi sacerdotes sustentari dicunt non luxuriari: non superbire: non diuitiarum accumulatione pauperes opprimere: aut eis onerosos se reddere. Vnde a diuitijs congregandis cohibuit euangelizantes dominus: dum peram; & sacculum eis abstulit. Et apostolus dum euangelizantes de euangelio uiuere constituit: grauiter eos obiurgans qui in quæstu euangelium ponentes, questum existimant: pietatem. Quæstus autem magnus esse debet ministris ecclesię: pietas cum sufficientia. Et quales esse debeant clericorum diuitiæ, non tacuit: cum addit. Habentes inquit, alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem: & in laqueum diaboli: & in desideria multa inutilia, & nociua. quæ mergunt homines in interitum,& perditionem. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubiũ, quin nec auferre, quid possumus. Huius exemplum apostolus in se prætulit. qui ne esset oneri populis, quibus euangeliizauit: uictum manuum labore acquisiuit: ut habetur Actuum. 20. Vnde in canone di. 90. clericus. dicitur. Clericus uictum, & uestitum sibi artificiolo, uel agricultura, absq; officij sui dumtaxat detrimento præparet. Idem habetur in duobus ca. sequentibus. ¶ Qualia autem exteriora, & corporalia offerri debeant, dominus Albertus circa hanc materiam tradit dicens. Exterior oblatio debet esse pinguis deuotione: lata charitatis dilectione, munda acquisitione, utilis ualore. Debet esse pinguis deuotione, ut plus de cordis deuotione, quam de manu procedat: secundũ illud ps̃. Holocaustа medullata offerã tibi. & Eccl. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu domini. debet esse lata charitatis dilectione, ne fiat proximi rancore, aut odio, uel cum proximi detrimento: quia secundum bea. Grego. nullum sacrificium dominus accipit: nisi quod in altari boni operis flamma charitatis accendit. Hinc dominus ait. Si offers munus tuum ad altare: & recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare: & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. ubi glos. Prius charitatem proximo exoluat, qui munus suum deo placere exoptat. Hoc quo ad primum. ¶ Quo ad secundum reprehendit dominus errorem scribarum, & phariseorum dicentium. Melius fore, si substantia terrena domino offeratur in templo: quam si alẽdis parentibus pauperibus impendatur. Et simile uidetur, si oblatio facta pergat in detrimẽtũ aliorũ, quibus offerens est debitor, siue uxoris, siue liberorum, siue creditorũ: nõ. n. perficienda sunt cõsilia in fraudẽ præceptorũ: in hoc. n. casu, nõ essent consilia. Non tñ propter hoc de suis quis prohibetur facere eleemosinã, aut oblationẽ: aut prouidere saluti animæ propter heredes, quibus nõdũ est ius quæsitũ in hereditate, cũ saluti corporis prouidere possit cõtradictionibus eorũ non obstãtibus quibuscunq;. ¶ Debet esse munda acquisitione. i. non sit res iniuste acquisita: & nõ de re non sua: unde Prouer. 3. Honora dñm de tua substãtia, & de primitijs frugũ tuarũ da pauperibus quasi dicat. Quod tuũ est: nõ quod alterius, offeras dño: nã immolãtis ex iniquo oblatio est maculata: & nõ sunt beneplacitę substannationes iniustorum. Subsannatio enim & non oblatio est: qui offert, de furto: de rapina, de usura, uel aliter de iniusto lucro: unde Eccle. Dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationes iniquorum: nec in mul-

Conc. Trid. Sess. 21. c. 4.

1. Timot. 6.

Act. 20.

Eccl. 35.

Homel. 333.

Matt. 5.

Matt. 15.

Eccl. 34.

tit u

titudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Clamat enim rapina: clamat usura; clamat pauperum sudor contra opprimẽtes eos. Quare qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Ecclesiastici. 34. De re ergo non sua, ad cuius uidelicet restitutionem iniustus possessor tenetur; neq; oblatio, neq; eleemosyna fieri potest; sed nec scienter recipi debet, ut declarat Iohan. cancella. parisi. in de solicitudine ecclesiasticorum. ca. 12. nisi forte nesciretur, cui facienda esset restitutio: tunc enim per modum restitutionis conuerti posset in pios usus pro his, quibus debentur per oblationem, uel elemosynam, de quo alias. ¶ Debet etiam esse munda acquisitione: ut non sit turpiter acquisita, ideſt ut non sit prætium peccati. unde Deutero. præcipitur. Non offeres mercedem prostibuli: nec prætium canis in domo domini dei tui. Et hoc propter cauendum scandalum: ne uideatur ecclesia fouere peccata, si de peccati lucro oblationem reciperet: ut dicit beatus Tho. 2. 2. q. 56. ar. 3. ¶ Debet esse quartò utilis ualore: ut proficiat ad finem propter quem offertur. Qui in genere duplex est. Primus est confessio, seu protestatio supremi dominij beneficentiæ, misericordię, & cęterarum perfectionum in deo: & quæ ad hunc finem offeruntur: debent habere aliquem ordinem, siue conuenientiam ad repræsentandum ea, in quorum testimonium offeruntur: sicut candelæ tenebrosa illuminantes significant diuinam sapientiam cuncta illuminantem, & cognoscentem. Sic uestes sacręcolores, thura, altarium ornatus, incensum, & cætera multa offeruntur, ac diuino cultui applicantur, quorum significationes Durandus in rationali particulatim prosequitur. Ira etiam a plagis, & periculis liberati offerunt nonnunquam imagines: uel signa de auro, argento, cera, aut alia materia protestantes per hæc dominum esse horum misericordem medicũ, curatorem, aut liberatorem. Sic legitur philistijm obtulisse quandoq; anos aureos, & totidem mures aureos dantes gloriam deo Israel, & recognoscentes se ab eo plagas anorum, & murium propter oblationem arcæ domini a filijs israel sustinuisse &c. ¶ Alius finis oblationis est substentatio ministrorum ecclesiæ: & talis oblatio esse debet, quæ possit conuerti in eorum utilitatem. unde Malach. dominus loquitur. Intulistis munus, nunquid suscipiam illud de manu uestra? Et sequitur. Maledictus dolosus, qui habet in grege sua masculum hoc est perfectum, & ualens, & uotum faciẽs immolat debile domino. Et præmisit. Si offeratis cæcum, claudum, & languidum: nonne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei: aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Per debile, claudum &c. intelligitur, quod conuerti non potest in utilitatẽ ecclesiæ, & ministrorum eius. Pariformiter peccant, qui falsam, aut fractam monetam, aut res uiliores offerunt: quę omnia secundum sanctum Tho. secunda secundæ. q. 54. artì. 3. ad dei contemptum referuntur: dum uilia, & minus utilia offeruntur: unde & Malach. Polluistis nomen meum in eo, ꝙ dicitis, mensa domini despecta est. Hoc autem facto dicit: quæ uilia, & despecta ad mẽsam domini offert. ¶ Ex quibus patet, ꝙ ad sustentationem ministrorum ecclesiæ, omnia offerre licet, quæ ad uictum conferunt, & uestitum: aut etiam ad subleuandum alias eorum necessitates; ut puta ad utẽsilia, libros, & similia subleuanda. Conferunt dico mediate sicut nummisma, uel immediate ut panis, uinum, & cætera, quibus uesci possunt, uestiri, & in cęteris necessitatibus subleuari. ¶ Sic ad protestationem, ꝙ omnia habemus a domino: de omnibus oblationes fieri possunt: quorum exempla multiplicia nobis exhibet ueteris pagina testamenti. Vnde si aliqua offerantur

Ecclesiast. 34.

Iohan. Ger.

Deuter. 23.

B. Thom. K

1. Regum. 6.

Malach. 1.

S. Thom.

Malach. 1. L

Oblatio debet esse utilis val re: vt proficiat ad finẽ, pp quẽ offertur.

Oblationis exterioris duplex finis.

Doctrina generalis quæ sint domine offerenda.

uiuentia,uel non uiuentia deo,uel in honorem huius sancti,uel illius,quæ ad finẽ,ad quẽ offeruntur,nullam habent conuenientiæ rationem, magis uidentur sapere superstitionẽ, quã religionem. Veruntamen singulas rationes in singulis perquirere non est necessarium populo simplici,& fideli: dum sequitur intentione simplici ritum,& consuetudinem ecclesiæ,ac hominum bonorũ:intendendo:quod ecclesia intendit:stante in eo semper fidei soliditate,& integritate,ac animo ad informationem parato. Sufficit insuper leuis coniectura:ut si oratio dicatur nouenaria in honorem nouẽ chororum angelorum: uel septenaria in commemorationem septem donorum spiritussanctiuel quinaria in memoriam quinq; uulnerum christi: aut trina in honorem beatissimæ trinitatis. Sic suo modo de elemosynis, & alijs operibus bonis: si totiens fiant,uel totiens:sic ꝙ ad honorem huius sancti,huius generis oblationes fiãt,animalia,galli,gallinę, porcelli, & cetera multa:quia hæc conferunt ad sustentationem ministrorum ecclesiæ dummodo tamen non addatur positiue, ac particulariter aliqua intentio praua:& omnino contraria diuinæ religioni:dummodo etiã in talibus non ponatur firma spes:quasi a deo,uel sanctis aliter,quã per tales obseruationes auxilium consequi non possent,& quasi in illis quædam sit necessitas, ut per eas,& non aliter indicatur deus; & sancti illud facere, quod petuntur. Dum demum non passim quæratur tentari deus per inuocationẽ sanctorum suorum: uel oblationes eis factas, quasi debeat super miraculose illud facere,quod petitur:præsertim dum petuntur commoda temporalia, & quandoq; parum conferentia ad salutem; de quibus late satis, & utiliter scribit cancella. parisien. Iohãnes gerson in tractatu de directione cordis. Io.Ger.

Superstitio est cauenda.

DE TERTIA PARTE MISSAE.

LECTIO XVII.

SEQVITVR tertia particula huius secundæ partis missæ quæ secundum dominum Albert. est præparatio quę interim ad offerendum, & consecrandum se præparat sacerdos. ꝙ Præparat autem se tribus:.s.incenso, lotione,& oratione. Incenso se præparat deuotionis odore:per lotionem munditiæ nitore, per orationem cordis ardore. Nam sacrandis muneribus per subdiaconum præparatis:& per diaconum sacerdoti oblatis: per sacerdotemq; in altaris medio super pallas explicatas(quorum mysteria propter breuitatẽ transeo) collocatis,munera ipsa sacerdos incensat, ac thurificat : thurisq; incensum in thuribulo(ut Alexand.ait) superducit,& crucis modum circũ ducit:quatenus thuris incenso,& crucis signaculo oẽs diabolicæ malignitatis,& fraudis conatus exerceatur:ne contra sacerdotem,uel sacrificiũ aliquo modo prævaleat. Nam & fumo huiusmodi omne genus demonij extricatur:ut ait raphael angelus Tob. 6. Significat nihilominus hæc thurificatio bis factã, unctionem domini, quia a Maria Magdalena bis unctus legitur. Primò pedes. Luc.7.Secundò caput,dũ fracto alabastro unguentũ effudit super caput iesu. Mar. 14. Et repleta est tota domus odore unguẽti. Ioh. 12.Propter qđ sacerdos undiq; totum altare incensat designãs,ꝙ factum hoc totam undiq; respersit ecclesiam : sicut dominus ipse testatur. Mat. 26. Amẽ dico uobis:ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangeliũ in to

A D.Albert.

Præparat se sacerdos primo incenso, lotione, & oratione.

Alex.

Tob.6.

Luc.7. Mar.14.

Ioh.12.

Mat. 26.

to mundo: dicetur, q̃ hæc facit in memoriam eius. Ex hac autem unguẽti perditione (ut iudas ait) occasionem accepit idem dominicę traditionis quia dominum iudæis crucifigendum tradidit: cuius memoria in hoc sacrificio celebratur. ¶ Præparat se secundo sacerdos iterata manuum lotione B non propter timorem contaminationis corporis Christi: quod nulla corporali immundicia contaminari potest, uel maculari: tum quia glorioſum: tum quia eo modo, quo est in sacramento corporaliter tangi non potest, cum non sit in sacramento quantitatiuè, seu per modum quantitatis situalis, qui modus ad corporalem contactum requiritur; sed cum iam manibus sacerdos tractare habet sacramenta, propter eorum reuerentiam fulgere etiam debet manuum corporali mundicia. Fit denique hæc lotio ad excitandum se ad inrernam deuotionem, ac puritatem, quam principalisimè intendere debet. Vnde sollicitè satagendum est, ut non tam exteriora manuum, quam interiora mentium inquinamenta purgentur: quia non tantum inquinat hominem tractare sacramenta illotis manibus, quãtũ illotis aiabus: unde secm̃ Inn. Lauat manus corporaliter: ut mundet actus spiritualiter. & Alex. de ales. Hic moraliter insinuatur: q̃ sacerdos oblaturus hostiam lachrymis compunctionis lauare debet cõscientiã. Psal. Lachrymis stratum meum rigabo: ne scilicet indignus accedens ad tantum sacrificium: reus fiat corporis, & sanguinis domini. Est autem hæc secunda lotio prius enim ad celebrãdum se præparans, in alio loco manus abluit: ut secundum Alber. qui primò ad Missam se parans se lauit ab iniquitate modo sacrificium oblaturus, quasi ampliori indigens lotione etiam a uenialibus, & peccatorum se purget reliquijs, dicens cum ptopheta. Lauabo, non iam inter peccatores, sed inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine. Hanc interiorem ablutionem petijt Dauid, dicẽs. Amplius laua me ab iniusticia mea domine. ac si dicat. Lauasti a mortalibus, laua me etiam a uenialibus: quia nemo a deo lotus est, ut non indigeat lotione ulteriori in tanti oblatione sacrificij. Hoc quoq; signauit dominus Ioh. 13. quia cum loti essent apostoli: cum accederent ad refectionem mensæ domini paschalis, & litteralis agni, noluit eis exhibere corpus suum: nisi iteraro lauaret pedes eorum, quo significata est affectuum ablutio dicens. Qui lotus est: non indiget, nisi ut pedes lauet; sed est mundus totus. Et ista lotio ortum habuit a lege. Exo. 30. ubi dicitur. Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum: & missa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, & pedes: quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij: & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant thus domino. ¶ Ex illo patet: q̃ ritus quorundam: quo ablutionem hanc differunt usq; ad finem præfationis est minus conueniens: tum quia figura præcedere debet figuratum: & ita corporalis lotio manuum significans interiorem lotionem mentium, quæ fit per orationem: præcedere debet orationem. Tum quia uerba canonis dependent ad præfationem, & hymnum sequentem, Sanctus, sanctus, sanctus: ita ut non liceat quæcunq; alia uerba interponere, ne cohærentia sensus diuidatur. ¶ Ad lotionem autẽ manuum proferri solet ille psalmi uersiculus. Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine. per quem impertinentissimè corrumperetur sententiarum continuatio. ¶ Præparat se tertiò oraC tionis suffragio. Et hoc dupliciter secundum Alber. scilicet primò per seipsum orando. secundo orationis suffragium populo postulando. Quo ad primum, tres facit orationes secundum consuetudinem ecclesiæ romanę. In prima postulatur acceptio diuina ipsius sacrificij, & sacrificio assi-

Innoc.

Alex. de Al.

2.Cor.11.

Albert.

Psal.50.

Iohan.13.

Exod.30.

Alber.

Secũdo iterata manuũ lotio, & quare fit.

Tertiò oratione, & orationis suffragio.

sten-

ſtentium. In ſecunda poſtulatur conſecratio ſacrandorũ munerum:in illa.ſ. Veni ſanctificator. In tertia poſtulatur oblationis profectus quantum ad ſanctorum honorem,& ſalutem circumſtantium. In quibuſdam eccleſijs dicitur prima tantum, .ſ. In ſpiritu humilitatis, & animo contrito ſuſcipiamur dñe a te,ut ſic fiat ſacrificium noſtrum:ut a te ſuſcipiatur hodie, & placeat tibi domine deus.Et ſumpta ſunt hec uerba ex oratione Azarię.Dan.3. in camino ignis facta. Sacerdos autem dicens. In ſpiritu humilitatis,& animo contrito.duo tangit,quæ orationem faciunt exaudibilem:.ſ. humilitatem,& contritionem. de primo dicitur Eccl. Oratio humilitatis ſe nubes penetrabit:de ſecundo Iſa.vlt. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu:& trementem ſermones meos. Quia autem ſacrificium offertur in recordationem paſsionis dominicum recordamur,ꝙ ſacrificium illud in ara crucis oblatum eſt, pro peccatis noſtris offerimus in ſpũ humilitatis recognoſcentes peccata noſtra:& in animo contrito peccati dolorem in corde ſentientes. In hac ergo humilitate,& contritione eccleſiæ,petit ſacerdos ſuſcipi oblationem ſacrificij,certus,quod ſic oblatum a domino non reijcitur. Vnde in pſ. Cor contritum,& humiliatum deus non deſpicies. Aliæ duæ orationes claræ ſunt. ¶ Sed hic aliquis diceret:ſacrificium (ut dicit Rabanus) dicitur quaſi ſacrũ factũ, quod prece miſticaliter conſecratur in memoriam dominicæ paſsionis. Quod autem tale eſt,omnino eſt acceptum, & benedictum a deo,& conſecratum. Vnde fruſtra poſtulatur in ꝓtactis orationibus ſacrificij acceptatio a domino,benedictio,& conſecratio. Reſpondet Alex. ꝙ ſacrificium dicitur tripliciter.Vno modo dicitur actus conſecrationis ſiue ipſa conſecratio actionis: & ſic ſumitur in illa oratione. In ſpiritu humilitatis. Alio modo dicitur hoſtia conſecranda:ſic accipitur in ſecunda oratione. Veni ſanctificator omnipotens æternæ deus benedic, & ſanctifica hoc ſacrificium tuo ſancto nomini præparatum. Tertio modo dicitur ipſa hoſtia conſecrata ſecundum diffinitionẽ Rabani allegatam: & de ſacrificio ſic ſumpto non fiunt orationes duæ prædictæ. Sed de eo ſic aſſumpto inclinato capite dicit ſacerdos tertiam orationem. Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem &c. qua petit, ut ſacrificium tertio modo acceptum: quod eſt hoſtia conſecrata: a domino, ſancta ſcilicet trinitate ſuſcipiatur. non quantum ad ſe: ſic enim ſemper eſt acceptiſsima ſecundum illud patris. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit Mat. 3. & 17. Sed quantum ad inſtitutionis ſuæ finem, & fructum:qui eſt gratiarum actio, diuinorum beneficiorum commemoratio, inter quæ præcipuum eſt dominica incarnatio, paſsio, reſurrectio, aſcenſio &c. Sãctorum honor, & collaudatio, & ſalutis in uia adhuc peregrinãtium promotio: de quibus infra latius tractabitur. Et hæc tanguntur, ac petuntur in oratione iſta. ut patet eam aduertenti. ¶ Præmiſsis itaq; his orationibus, quas ſacerdos conſecrans ad deum fundit, quatenus oblatio ſua perfecta, & placida fiat, etiam eccleſiæ ſuffragia interpellat, ſic enim placet deo ſacrificium ſecundum illud. Mal. 3. Placebit deo ſacrificium iudæ, & Hieruſalem: ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. Iudas confitens, Hieruſalem pacis uiſio interpretatur. Eſt itaq; ſacerdos Iudas lotus ablutione, & orationis confeſsione. Eſt & Hieruſalem pacis,& unitatis eccleſiaſticę ſuffragij interceſsione, ideo conuertit ſe ad populum, petens in unitate eccleſiæ orationis ſuffragia dicens. Orate pro me fratres, ut meum,& ueſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud deũ patrẽ omnipotentem. Aliqui addunt. Et ſorores propter ſexuum diſcretionem; ſed alij utrumq; includunt in nomine ſexus principalioris,attendentes illud apoſtoli. Non eſt

Sacerdos quomõ petit ſacrificij acceptationem.

Sacrificium capitur tripliciter.

De oſone ſacerdotis ad populum,cũ petẽs ſuffragia inquit orate fratr.

Dan.3.

Eccl.35. Eſa.vlt.

Pſal. D Raba.

Alex. de Al.

Mat.3.& 17.

E

Mal.3.

Gal. 3. masculus, neq; fœminatoës enim uos unum estis in christo iesu. Appellatione fratris innuit ecclesiæ in unitate charitatis colligationé, & pacis unionem. Recte autem petit orationum intercessiones: memorans illud apostoli ad Hebr. 5. Quoniam & ipse circundatus est infirmitatem & ita ut homo infirmus indiget ecclesiæ adiutorio. Hinc Iacob. 5. Orate pro inuicem, ut saluemini: multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Quod uerò dicit. Vt meum, & uestrum sacrificium &c. innuit. q̃ ut dictum est: tam offerentes, quã oblata offeruntur in altari dño, cuius oblationis signum fuit exteriorum oblatio facultatum. Vnde & debet quemadmodum pro populo: ita & pro seipso offerre pro peccatis. Ipse enim est homo ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus loco eius. s. christi, qui est totius sanctitatis perfector: ut Albertus loquitur: & ideo ut homo, indiget suffragio. Vt uidetur eo in loco dei constitutus, offert, & sanctificationem perficit: secundum illud apostoli ad Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deum &c. Huic autem sacerdotis petitioni quidam respondent. Memor sit dominus sacrificij tui: & holocaustum tuum placabile fiat. Alij. Spũs sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quidam ut romani respondent. Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem, & gloriam nominis sui: ad utilitatem quoq; nostram, totiusq; ecclesiæ suæ sanctę amen. Sed forte quis diceret: inconueniens uidetur in tanto officio tot fieri diuersitates. Vnde uidetur, q̃ hæc uarietas non sit in ecclesia permittenda: sed abolenda potius, & damnanda. Respondet beatus Ansel. in epistola ad Valerianum magdebergensem archiepiscopum, quærentem de diuersitate morum, qui sunt circa celebrationem huius sacramenti dicens. Sic habemus a sanctis patribus, q̃ si unitas seruatur charitatis in fide catholica: nihil officit consuetudo diuersa. Et si multæ sunt diuersitates quæ non in summa sacramenti, uel uirtute eius, aut fide discordant: neq; omnes in unam consuetudinem colligi possunt: æstimo eas potius in pace tolerandas, quã discorditer cum scandalo damnandas. Ex hic pater, quæ diuersitas toleranda: nam per summam sacramenti, intelliguntur illa, qui præcisè requiruntur ad esse sacramenti. ¶ Sequitur stati m quarta particula secũdæ partis principalis missæ: quæ dicitur secreta secundum Alex. de ales: quia tunc incipit mysterium passionis domini in oblatione eorum, quæ sunt conficienda. unde ibi per correspondentiam quandam repræsentatiue inchoatur machinatio quædam iudæorum: & tractatio de morte Christi, propter quam dominus abiit in regionem iuxta desertum. In illa enim parte initium est oblationis: quæ est mysterium passionis domini: sicut illa machinatio fuit initium passionis eiusdem exhibitæ in corpore Christi. ¶ Dicitur etiam hæc oratio secretè cum ceteris uerbis sacri canonis secundum Alber. præter rationes supra lect. 15. recitatas: quia iam in illa oratione, quæ secreta dicitur, sanctissima postulantur, & offeruntur, quæ a populo cõmuni celari debent, ut amplius uenerentur. Ostensa enim populo per usum discuntur, & uilipenduntur: & forte nonnunquam ad usus alios adhibentur. In cuius signum Num. 4. mandatur Aaron, & filiis eius, ut ipsi soli ingredientes tabernaculum, omnia eius uasa inuoluant, & portanda, dum mouenda sunt castra, singulis filiis Caath distribuant. Ipsi autẽ filii Caath, ne ceteri nulla curiositate uideant, qui sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur: alioquin morientur. Nam multi usu sanctissima contemnentes, dũ publicè eis ostenduntur accipiunt occasionem mortis in eis: quę si forent operta, & inuoluta, & ab eis celata, uenerarentur. hinc Matt. 17. dicitur.

Hebr. 5. Iacob. 5.

Hab. 3.

Anselm.

F

Alex. de Al.

Ioh. 11.

Albert.

Num. 4.

Matt. 7.

Ia misse officio diuersitas obseruãtur & tolerantur.

Secreta qui in missa legitur quare sic dicitur, & quare secretè legitur.

Nolite

Nolite sanctum dare canibus: & margaritas nolite proijcere ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis: & canes conuersi dirumpant uos: quia audita ista uilescunt popularibus: & sacerdotes uerbis eorum lacerantur. unde & beatus Dionysius scribens ad Timotheum de ecclesiastica hierarch. Dionys. eadem præcipit, Obserua, inquit, diligentius, ne sancta sanctorum effe ras: ne profanis luminibus uiolanda permittas: reuereberis magis occulta, quam dei arcana mysteria spiritualibus, inuisibilibusq; notionibus ho norabis: atq; intemerata seruabis nequaquam ea passim rudibus tradens: sed sanctis solis sacrarum rerum intelligentias secretius pandens. ¶ Et notandum, ꝙ primæ secretæ non præmittitur immediatè inuitatio ad orationem per uerbum, Oremus: sed secundæ, si plures secretæ legantur. debet enim numero, & ordini collectarum conformiter respondere numerus, & ordo secretarum: & post communionem. i. complendarum: ita ꝙ tot secretæ, & eodem ordine similiter, & complendæ dicantur: quot, & quo ordine dictæ fuerant collectæ, non plures, nec pauciores: nec alio ordine. Cuius causa tacta est lec. 16. quia ipsa inuitatio per uerbum oremus, cum salutatione populi præmissa est ante offerendam quam respicit prima secreta: quare ad eam, Oremus non est repetendum. ¶ In secretis autē, quæ pene per singula officia uariantur, petitur, ꝙ populus offerens in suis donis deo in unitate corporis Christi in corporandus ipsi acceptabiliter offeratur: ut patet in prima secreta primæ dominicæ aduentus: ubi dicitur sic. Sacra non domine potenti uirtute mundatos, ad suū faciant puriores uenire principium. Omnium enim horū principium quantū ad oblationē, est oblatio, qua Christus obtulit seipsum. Et hoc facile attendi pōt in omnibus secretis: nisi ꝙ aliqñ propter festū, quod agitur de Christo uel sanctis: in secretis de ipsis festiuitatibus mentio adhibetur ut gratia festi Christo populus offerens uniatur. Sic ergo perficiens concludit alta uoce, dicens. Per omnia sæcula sæculorum. quia quod in conclusione est, omnibus expedit scire tam clericis, quā idiotis. Dicitur ergo secundum Alber. Per dñm nostrū Iesum Christū &c. ut sciatur, ꝙ quicquid petitur, Albert. nō nisi in nomine Christi exauditur. Pōt nihilominus exaltatione uocis secundū Alex. significari, ꝙ Christus iterum palam ambulans se tanquā uerū Alex. paschalē agnū ante quinq; dies paschæ, luna decima primæ mensis præsentauit Hierusalem publicè a turba cum ramis palmarum susceptus, & inter lunam decimam & decimam quartam ingrediens, & regrediens clamabat publicè docens in templo. ¶ Respondet aūt sacerdotis minister, uel chorus Amen: quod ad conclusionem tantū refertur, & interpretatur, pro uerū est, secundum Alber. non pro fiat: ac si dicat: tu dicis. Per dñm &c. qui ui Proter. E. uit, & regnat &c. Nos corde, & ore profitemur, & dicimus, uerum est: ac si dicat. Iusti sunt omnes sermones tui, & non est in eis prauum quid, neq; peruersum. ¶ Audiens sacerdos hanc populi confessionē, procedit ad quin G tā huius partis secundæ particulā, uidelicet ad præfationē: quæ prælocutio interpretatur: quia iam sacerdos sentiens populū ad altiora paratū, prælo quitur eis publicè de sacramenti altitudine, & reuerentia: & ab prælocutione, illud quod cātat nomē præfationis accepit. ¶ Diuiditur autē secundum Alex. in partes tres. Primò fideliū congregatorū ad confitendum domino Alber. excitatio proponitur. Secūdò confessionis exhibendæ ratio declaratur, ibi. Verè dignum. Tertiò confessionis exhibitę acceptatio postulatur, ibi. Cū quibus & nostras uoces. ¶ Excitatio intentionis populi in tribus est secundum Alber. In eulogio salutationis: in communione profectionis: in exhortatione gratiarum actionis. Eulogium salutationis. continet salu-

Diuina misteria secretè sunt tradenda.

Præfatio & eius salutatio ad populum populi quoq; respōsio.

rationem presbyteri, & deuotam responsionem populi. Salutatio est. Dominus uobiscum: quæ optat diuini adiutorij assistentiam ad altissima sacramenti mysteria: angelicæ etiam perfectioni tremenda: non curiosè discutienda; sed humilitate cordis a populo suscipienda, & ueneranda. Suscipienda in cœna spirituali, in qua reficiendi sunt pane uno, qui de cœlo descendit. Vnde & præfationis officium ad illud referri potest, quod legitur Lucæ. 22. Misit dominus petrum, & Iohannem dicens. Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. Et post. Ipse ostendet uobis cenaculũ, grande stratum: ibi parate. Et hoc sonat, quod dicitur præfatio: id est prælocutio: quasi præparatio ad hostię consecrationem, & consecratæ sumptionem. ¶ Respondet autem populus. Et cum spiritu tuo: optans, ut quæ non nisi spiritussancti operatione fieri possunt: eodem spiritu sacerdotis spiritum subleuante, & sibi uniente nedum sacramentaliter: sed & spiritualiter per sacerdotem perficiantur: quoniam spiritus est deus: & eos qui adorant eum in spiritu, & ueritate oportet adorare. Et maximè in hoc sacramento: in quo sine spiritu caro nihil prodest: sed spiritus perficit omnia: dicente domino de huius sacramenti perfectione Iohan. 6. Spiritus est, qui uiuificat: caro autem non prodest quicquam. Responsione hac audita, sacerdos populum in communione charitatis ad altiora proficisci uolens expresse hortatur, dicens. Sursum corda. supple leuate. De hac exhortatione ita dicit. Cyprianus papa: ut habetur de conse. distinctio 1. Quando. Quando stamus ad orationem fratres dilectissimi: inuigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis, & secularis abscedat: nec quicquam animus aliud: quam id solum cogitet, quod precatur: ideo & sacerdos ante orationem, præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda: ut dum respondet plebs. Habemus ad dominũ. admoneatur nihil se aliud, quã dominũ cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus: & soli deo pateat: nec ad se hostem dei, tempore orationis uenire patiatur. Hæc ibi. ¶ Ait ergo sacerdos. Sursum, intellectu ueritatis: affectu charitatis: uirtute conuersationis: rectitudine intentionis. De prima ad superna eleuatione dicit Psal. Accedat homo ad cor altum: & exaltabitur deus. Ad cor altum intellectu ueritatis accedit, qui in scto nihil carnale cogitat: sed omnia alta esse intelligit; ut quod in cibo sumptus Christus dentibus nõ discerpitur: nec sacerdotis diuisione diuiditur. Sũptione nõ digeritur, ut pereat: sed manẽs integer sumptus nos sibi incorporat. In altare descendens in dextera patris manet: ut nos sibi incorporatos ad eiusdem patris dexteram exaltet, & huiusmodi. ¶ De secunda exaltatione dicit apostolus ad Col. 3. Quę sursum sunt, sapite: non quæ super terrã. Sapimus enim, & quærimus cælestia per charitatis feruidam exaltationẽ: & hoc in sacramẽto perficitur: quando & nimiã domini dilectionem pensantes aduertimus, q ipse se nobis dat in cenam: quo nos sibi incorporet: & sic ad alta domus patris: ubi omnes æternæ uitæ abundant panibus: nos eleuando perducat. ¶ De tertia eleuatione dicit idem ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Vnde & saluatorẽ ad nos in sacramento expectamus dominus Iesum Christũ qui incorporando nos sibi reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ. ¶ De quarta sursum eleuatione dicitur Iob 16. Ad deũ stillat oculus meus. hoc est oculus altæ intentionis, qui deuotione, & memoria dominicę passionis stillat lachrymando: & non nisi in altum ad deum dirigitur tendendo, & pergendo: & omnia soli deo attribuendo. Hanc autem exhortationem facit sacerdos conformiter ad illa uerba

Excitatio populi ad dirigendum corda in Deum.

Iob.

Iob. 16. Terra ne operias sanguinem meum: neq; locum in te latendi inueniat clamor meus. & ideo terreno, & depresso corde sanguis Christi non debet operiri: & clamor, quo ad communionem dei uocamur: latere non debet sub affectu terreno; sed potius corde eleuato ad cœlum hæc omnia uenerari. Ad hanc autem sacerdotis excitationem respondetur ex persona assistentis populi. Habemus ad dominum: quia ad altius aliquid cor exaltari non potest: nec in aliquo tutius locari, ut altissima, & spiritualia dei dona percipiat. Trenorum. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cœlos. Totum enim cor in cœlestibus habitare debet quod tam cœlestia, & sublimia dona expectat: quod angelicis laudibus uoces carnis iungi desiderat: improperium illud incidat. Appropinquat populus iste ore suo: & labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me. ¶ Huic responsioni sacerdos excitando populi intentionem, annectit hortationem quandam: qua exhortatur populum ad gratiarum actiones, dicens. Gratias agamus domino deo nostro. se populo communicans, & uniens: dicens in sua, & populi persona: agamus. quia unius sunt domini participes: corporis, & sanguinis domini, quo in unum corpus mysticum cum capite membra omnia uniuntur. 1. Cor. 10. Vnum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Gratiæ autem aguntur, quando dona domini digne percipiuntur, discrete cognoscuntur: & magna deuotione in ipsum referuntur. De perceptione digna dicitur. 1. Paral. ult. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus tibi dedimus. Sic enim digne accipitur a deo donum: cum nos indignos diuinis esse beneficijs æstimamus, & per hoc grate accepimus. (Seneca. 2. de beneficijs. Qui grate beneficium accipit: primam eius pensionem soluit) dum & ea, quæ reddimus a dono esse minime dubitamus. Sic & discrete cognoscuntur a nobis: si cũ apostolo dicimus. Nos nõ spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, quæ a deo donata sunt nobis. Omnia. n. dona deus dat in spiritu: & in spiritu data cognoscuntur, qualia sunt, & quãtã in nobis efficiant uirtutem, magna deuotione in ipsum datorem deũ referunt: dũ eis ut ũtur ad finẽ propter quem dantur, & solũ deũ ex his laudari, & magnificari exoptant dicentes cum apostolo Iuda illud in fine suæ canonicæ. Soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominũ gloria, & magnificentia, imperiũ, & potestas ante omnia sæcula, & nunc & in omnia sæcula seculorũ. ¶ Hortatur autem sacerdos ad agẽdas gratias domino deo nostro. Domino, qui nos redemit. Psal. Redemisti nos domine deus ueritatis. Ex hoc nanq; q̃ nos redemit: acquisitum est ei ius possidendi: & ita ratio damnandi. unde Aug. Tanti emit nos, ut solus pos deret. Deo, qui nos creauit. Deuter. 32. Possedit, fecit, & creauit te. Nostro, quia saluabit. Psal. Deus noster deus saluos faciendi. Tunc enim uerissime erit noster, quando erit omnia in omnibus id est omnium bonorum abundantia. Ipse est deus, qui nos de nihilo creauit, ipse dominus, qui suo nos sanguine redemit, ipse est noster, qui suo munere nos saluabit, ipse qui creando dedit naturam, qui redimendo dedit gratiam, qui saluando confert gloriã. Vel, domino, nos sua uirtute portanti. ad Heb. 1. Portans omnia uerbo uirtutis suæ. Deo, nos sua sapientia regenti. Psal. Qui regis israel intende. Nostro, regnum nobis præparanti. Io. 14. Vado parare uobis locum. Hæc est ratio triplex, quare deo referendæ sunt gratiæ. ¶ Huic exhortationi sacerdotali chorus respondet assentiendo. Dignum, & iustum est. Dignum, quantum ad ipsum, quoniam ipse est dominus deus noster. Iustum, quantum ad nos: quia

Iob. 16.

Thren. 3.

Psal. 29.

Populi excitatio ad dicendum gratias Deo, cũ expositione Gratias agamus.

I

1. Cor. 10.

1. Paral. ult.

Seneca.

1. Cor. 2.

Qualiter & cui gratiæ sunt agẽdæ.

k

Psal. 30.

Augustin.

Deut. 32.

Psalm.

Heb. 1.

Ioh. 14.

nos populus eius, & oues pascuæ eius. Dignum pro magnifica liberalitate, qua dona confert. Iustum pro debito receptionis donorum. De primo Iaco. 1. Dat omnibus affluenter, & non improperat. Ex hoc enim ipse gratiarum actione dignissimus: quia magnifice dat: non manu retracta: sed manu aperta liberalitate tota nullis præcedentibus meritis: quia prior dilexit nos. 1. Iohan. 4. nulla retributione expectata. Psal. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. De secundo. 1. Tessa. ulti. In omnibus gratias agite.

Iaco. 1.

2. Iohan. 3. Psal. 115. 1. ad Thess. ult.

DE EXPOSITIONE PRAEFATIONIS.

LECTIO XVIII.

POST excitationem fidelium ad confitendum domino per dignas gratiarum actiones: sequitur altera pars præfationis, qua sacerdos suæ exhortationis rationem offert dicit. Et diuiditur in partes duas: secundum duas rationes diuinæ laudis a nobis exhibendæ. Prima est excellentia diuina. Secunda laus angelica, quæ ibi tangitur. Per quam maiestatem tuam. ¶ Circa primũ sacerdos primò responsionem approbat. Secundò rationem diuinę laudis declarat, ibi. Nos tibi semper. ¶ Circa, primum ait approbando responsionem populi qua respondit. Dignum, & iustum est. Dignum: quia nos mera uoluntate condidit. Iustum: quia pura misericordia nos redemit. Aequum: quia nos gratuito iustificat. Et salutare. quia nos perpetuo glorificat. Vel dignum, ratione suæ excellentię. Iustum, ratione suæ beneficentiæ: multum enim placet deo gratitudo. Salutare ratione sui promissi. Hæc alexander. Aliter exponit dominus Albert. Has nanq; dictiones referens eas ad quinq;, quę considerantur in sacramento ¶ Est enim sacramentum sinceræ ueritatis: excellentis nobilitatis: eximiæ liberalitatis: ponderatæ æquitatis: summæ uirtuositatis. ¶ Quo ad primum dicitur (Verè) quia hoc sacramentum non tantum continet gratiam significatiuè, quomodo ueteris testa. sacramenta, de quibus ad Hebre. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Hoc est non ipsam ueritatem rerum sanctarum imaginatam: quia bona gratiæ fuerũt signa, non causa; sed continet in ueritate autorem omnis gratiæ: sic enim dicitur Iohan. 1. Lex per moysen, scilicet in umbris, & figuris data est: sed gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. ¶ Quo ad secundum dicitur dignum: quia ipsum solum est deo dignum sacrificiũ, nam cum in ueteris legis sacrificio quæreretur, quid digne deo offerretur: nullum inuentum est dicente Michea. Quid dignum offeram domino: nunquid offeram ei holocaustomata, & uitulos anniculos? Nunquid non placari potest dominus in milibus arietum? An in mukis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? quasi dicat. non: Micheæ. 6. Propter quod Iohan. repræsentans gemitum antiquorum hoc nostro sacrificio carentium dixit. Ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec uidere eum, Christum, scilicet uitæ librũ. Istud uerò sacramẽtũ omnia aperit huius libri secreta diuina, & cęlestia: & ideo quibusdã interpositis, dicitur ibi de laude dignitatis istius. Et cum ape

Albert.

Heb. 10.

Iohan. 1.

Mich. 6.

Apoc. 5.

Expositio uerè, & dignum, & iustum est.

Magna sacramenti eucharistiæ exaltatio & laudatio.

ruisset

ruisset librum: quattuor animalia, & uiginti quattuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramẽ torum: quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine deus noster aperire librum, & soluere signacula eius: quoniam occisus es: & redemisti nos deo in sanguine tuo. Liber est secretum consilij diuinæ sapientiæ, quo disposuit sacramentis ornare, uel ordinare ecclesiam. Hoc nemo aperire potuit: nisi is, qui in sanguine suo de corde suo sacramenta profluere fecit: & ideo quattuor animalia euãgelicæ prædicationis in se figurã præferentia: ut rationem sacramẽtorũ intelligant sicut homo. In sacrificium se exhibeant, ut uitulus: fortiter mortem uincant, ut leo: altissima contemplatione uerbum apud deũ comprehendant, ut aquila. Et uiginti quattuor seniores, qui significant duodecim patres uete. te. & duodecim apostolos nouæ gratiæ patres: statim cadunt in facies suas: in una fide precedentium, & sequentium tam dignum sacramentum uenerantes, & iucunda laude citharizantes omnium uirtutum consonantia: habentes phialas auro diuinitatis splendentes: hoc est diuinis cordibus flagrantes omni odoramento deitatis, & bonitatis: statim in uenerationem tanti excitantur sacramẽti in testimonium eius excellentissimæ dignitatis. ¶ Quo ad tertium dicitur iustum: quia magnitudine doni liberalis sequitur magna obligatio eius, cui donatur faciendæ rationis: secundum illud Greg. Cum crescunt dona: crescunt donorum rationes. Ex maximi igitur sacramenti dono, maximè donanti domino obligamur: ideo iustum est pro summo sacramenti huius dono, summas deo agere gratias: summas dico nobis possibiles. Est deniq; iustum ex huius sacramenti institutione siquidem iustum est tenere diuina instituta, & illa maximè, quæ ad tantam nobis institura sunt utilitatem. Hinc. psal. Vtinam dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Iniunxit dominus frequentationem huius sacramenti dicens. Lu. 22. Hoc facite in meã cõmemorationẽ: in tanto suæ charitatis, & nostræ utilitatis affectu: & ideo iustũ: & nihil tã iustũ est nisi, ut sacrm istud omni deuotione, & gratitudine celebretur. ¶ Quo ad quartum additur æquum. Cum. n. omnia dñs in pondere disposuit numero, & mensura. Sap. 11. Et diuina æquitas exigit, ut remetiatur ea, qua mensum est mensura. Lucę. 6. Necesse est per æquitatem, respondeamus domino in ratione dati & accepti. Cũ aũt nihil habeamus proportionabile deo reddendũ pro ineffabilibus donis ab eo acceptis: pro grauissimis offensionibus in eũ commissis: dedit nobis in hoc diuinissimo sacramẽto seipsum, qui se prius dedit in redemptionis nostrę præcium: ut eũ offerentes summo patri sacrificiũ pro peccatis: hostiam placationis: holocaustum intimæ, ac perfectæ unionis suo dono æqua mensura respondeamus: dum æquale donum reddimus, ipsum scilicet per deuotã huius sacrificij oblationẽ, quem in dono summo a patre misericordia ineffabili recepimus. Vnde non tantum iustum: sed æquum est per hoc sacramẽ tũ dignas gratiarũ rependere actiones. ¶ Quo ad quintum concluditur: & salutare. Est enim sacramẽtũ illud summæ uirtuositatis: quia æternæ salutis, & omnium salutarium effectuum unica causa. Vnde salutare est gratias deuotissimas rependere: ut sic continuè in hoc sacramento ab ipso in nos: & in eũ a nobis effectus fluant, & refluant salutares. Hoc salutare in desiderio erat patrum. unde ait Iacob. Salutare tuum expectabo domine. Et S. Symeon puerum Iesum tenens in manibus: uiderunt, inquit, oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. Luc. secundo. ¶ Consequenter rationem huius diuinæ laudis aperiens

Eu cahristia est omnium sacramẽtorũ eminentissimum.

c

Greg.

Psalm. 118

Luc. 22.

Sap. 11
Lucæ. 6

Gen. 49.

Lucæ. 2.

D

sacerdos addit. Verè dignum, & iustum est, æquum, & salutare. Nos tibi semper & ubiq; gratias agere. Semper: quia in tempore gratiæ: & in æternitate gloriæ, quoniam sicut in tempore percipitur Christus uerè quidem; sed latens in sacramentali ac figurali specie: ita in æternitate percipitur in ueritatis faciali manifestatione. Tob. 4. Omni tempore benedic deum. Et Psal. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Vbiq; : quia per ipsum restaurantur, quæ in cęlis sunt, & quæ in terra. Et ideo trina mundi machina gratias agit. Cęlum pro angelicæ ruinæ restauratione. Terra pro ecclesiæ militantis redemptione. Infernus pro eorum, qui ibi erant, & in purgatorio tenentur, liberatione: ut sic in nomine domini omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Et ideo sacrificium hoc offertur pro cælestibus in laudem: pro terrestribus ad gratię perceptionem: pro his, qui in inferno, & in purgatorij sunt pęnis, ad liberationis supplicationem, psal. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. lium autem, cui gratiæ agendæ sunt dignis cõbinationibus exprimit dicens. Domine sancte, seruos suos sanctificans a peccatis iustificando. Pater oipotẽs: filios exaltans in merito extollendo. Aeternæ deus: cultores suos remunerans æternaliter beatificando. Vel domine sanct: . suos in sanctitate conseruando. Pater oipotẽs: filios regni potenter generando. Aeternæ deus: suos intuitiua sui cognitione glorificando. Vel tertio secundum Albertum. Domine sancte: sanctificantia dona de thesauris tuę dominationis in hoc sacramento magnificè præparando. Pater oipotẽs: paternæ charitatis affectum dulcissimum in filiorũ pane potenti præparatione apertius declarando. Aeternæ deus: deitatis tuæ alimonia mortales ad æternitatis immortalitatem mirabiliter uegetando. De primo. psl. Gloria, & diuitiæ in domo eius. De secundo. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. De tertio. Memoriam fecit mirabilium suorum. Tanto domino patri, deo iustum est gratias agere: per Christum dominum nostrum tanquam per mediatorem: & aduocatum nostrum. Per, enim prępositio mediationem notat. Naturas autem, quibus mediat, notat, quod sequitur: Christum. Christus unctus interpretatur: cuius unctio deitas: natura uncta humanitas. Vt sicut carnalis tangit fontem quo haurit: & hortum, quem rigat. Ita Emanuel noster Christus dominus tangit deum a quo tanquam a fonte fluunt gratiarum charismata: & per humanitatem tangit eos, in quos perfluunt per ipsum tanta gratiarum dona. 1. ad Timo. 2. Mediator dei, & hominum homo Christus Iesus. Dominus, uniuersitatis productione noster, pcij charissimi, quo tenebamur solutione. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis: sed præcioso sanguine quasi agni immaculati. ¶ Ostensa prima diuinæ laudis ratione: quæ est diuinæ naturæ excellentia: additur secunda ratio, quæ est laus angelica: quam sequitur (pro coniunctione uocum nostrarum laudibus angelicis) deuota supplicatio. Et concluditur pars missæ per hoc, ꝙ subiungitur communis angelorum, & hominum adorandæ trinitatis excelsa laudatio: cum dicitur. Sanctus, sanctus, sanctus. Sequitur ergo. Per quem. s. Christum maiestatem tuam laudant angeli &c. Per Christum, a quo habẽt esse: quia ipse est dei uirtus: & noticia, quia est dei sapientia. 1. Cor. 1. Per illum enim angeli laudant, adorant, tremunt. Laudant, per eum, per quem facti sunt, sicet filium. Gen. 1. Dixit deus fiat lux. i. angelica creatura. Verbo dixit & uerbo fecit: quia uerbo domini cæli firmati sunt. Adorant. unde. 2. Esdræ. 9. (alias Neemiæ. 9.) Exercitus cæli te adorant. psal. Adorate deum omnes

Thob. 4. Psalm. 33.

Philipp. 2.

Psal. 102.

Albert.

Psalm.

1. Thim. 2.

1. Pe. 1.

1. Cor. 1.

Gen. 1.

2. Esdræ. 9. Psal. 96.

Expositio, Nos tibi semper, & vbiq;

Quomodo semper, & vbique Deo sunt gratiæ agendæ.

Expositio verborum, per quẽ maiestatem tuã laudant angeli.

Quid hęc nomina Angelorum significent.

ange-

angeli eius. Tremunt. Iob. 26. Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum eius. Laudant, inquam uirtuti maiestatis testimonium exhibendo. Adorant, excellentiam maiestatis reuerendo. Tremunt, potentiam maiestatis administrando, siue eidem famulando. Tremere enim dicuntur, nõ metu formidinis: cum sint perfectè beati: sed admirationis conceptu, & obedientiæ famulatu. Sunt enim omnes administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. His namq; uerbis innuitur, ꝙ diuina maiestas maximè est laudabilis: eo ꝙ est laudabilis ab angelis, quorum testimonium est maximè autenticum. Maximè reuerenda eo, ꝙ adorabilis a dominantibus, qui habent dominium ordinatum super bonos inferiores angelos. Maximeq; admirabilis eo, ꝙ tremenda a potestatibus, quæ aduersarias uirtutes subditas habent: & conceptum mandatum in principatibus archangelis, & angelis sibi subditis perficiunt: ut tractant expositores beati Dionysij in de cœlesti hierarchia. Hæc Alex. par. 4. de officio missæ. Et sequitur. Cœli, scilicet deum laudant. i. uiam laudandi præstant. psal. Laudate eum cœli cœlorum: & aqua omnes, quæ super cælos sunt laudent nomen domini. Cuncta namq;, quæ sunt, rationalia, & non rationalia deum laudant: aut materiam laudis dant. Et dicitur cœli cœlorũ pluraliter: quia plures sunt cœli. Plures ẽt cœlorũ influentiæ quibus ista inferiora producuntur in esse: & in esse conseruantur. Possunt tameh & per cælos throni intelligi: in quibus dominus sedere dicitur quasi in tribunalibus: dum per eos sua iudicia discernit. unde Esa. Cœlum mihi sedes est. Similiter & per uirtutes ordo primus in fine hierarchiæ: quæ secundum beatum Greg. continet treꝫ choros, uirtutes, archangelos, angelos: potest intelligi. Vel nomine uirtutum omnes spiritus cælestes designari quidam uolunt: ut habetur in glosa psal. Laudate dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius. Virtutes, generale nomen est omnium uirtutum cælestium: ut sic uirtutum nomine omnes angelici spiritus, qui specialibus nominibus expressi non sunt, intelligantur: quorũ nullus a diuinis laudibus secerni tur: sicut scriptum est. Laudate eum omnes angeli eius. Ac beata seraphin: in plurali. Serafin in fine per n, scriptum neutri generis, non unum angelum solum: sed totum supremi ordinis angelicum agmen significat, dictum seraphin a dono charitatis, quo excellentius præsident, interprætatur enim ardor, uel incendium siue ardentes. Hi concelebrant. i. pari uoto celebrant laudes diuinas: socia exultatione. non enim absq; exultatione permaxima laudes deo persolunt. unde psal. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabũt te. Hæc omnia Alexander de ales ubi supra parte. 4. de officio missę. ꝙ Subtilius potest hæc particula exponi secundum dominum Albertum. Per quem maiestatem &c. Nam per eam ostenditur eius: cui in hoc sacramento gratiæ agendæ sunt: supereminens magnitudo angelicæ uocis preconio. Quo tria notãtur. Laudis altissimæ preconium reuerentiæ summæ impensum obsequium: in altissimis concelebratum gaudium. Et in primo horum duo notantur mediatoris in laude officium: laudati culmen eximium. De primo dicitur. Per quem, scilicet mediatorem angelis data est laudis materia: quoniam sua mediatione perficitur eorum custodiæ effectus: & casus eorum reparatur defectus: & in custodia promouetur profectus. Custodiunt namq; angeli homines, sicut dicit psal. Angelis suis mãdauit de te: ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Et quoniam Christus suæ redemptionis opere angelicæ custodiæ effectum dedit: ideo laudant angeli per Christum hãc materiã laudis dantem. hoc Apoca. 12. signatũ est:

Iob. 26.

Hæbr. 1.

Alexand.

Esaiæ vlt.

Gregorius.

Psalm. 148.

Psalm. 148

Psalm.

Custodiæ angelicæ effectus per Christi mediationem.

Psalm. 90.

Apoc. 12

ubi dicit beatus Iohannes. Audiui uocem magnam de cęlo dicentē. Nunc facta est salus,& uirtus,& regnum dei nostri : & potestas Christi eius : quia proiectus est accusator fratrum nostrorum,qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. hoc est accusabiles reddidit. & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni.& post pauca. Propterea lætamini cęli,& qui habitatis in eis. Vox magna,hæc uox est laudantium angelorum in contēplatione tantæ gratiæ: ut dicit Greg. admirantium dei consilium, qualiter per Christum hominem a diaboli captiuitate absoluit : & angelicam custodiam ad officium salutis prouexit. ac etiam per hoc ruinæ angelorum reintegratus defectus : ut habet apostolus. Gratificauit nos, scilicet pater, in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorū secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia : ut notum faceret nobis sacramētum uoluntatis suæ,secundum beneplacitum eius : quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in cęlis, & quę in terra sunt in ipso. Simile ad Col. 1. Hæc ergo restauratio casus angelici, causa est, & materia laudis in officio isto mediatoris, qui drachmam decimam inuenit : & eam in loco cadentis angeli reposuit. Hinc Amos. 9. Illa die suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit : & reædificabo aperturas murorum eius : & ea, quæ corruerant, instaurabo : & reædificabo illud sicut in diebus antiquis. Tabernaculum illud cęlum est cælestium mansio excubiarum : quod dicitur etiam nostri Dauid, Christi scilicet ex Dauid semine incarnati, qui manu fortis, & aspectu desiderabilis interpretatur: quia ipse propugnator est ad saluandum, ut manu fortis, & in eo desiderant angeli prospicere, quia aspectu est desiderabilis. Hoc autem tabernaculum cecidit in ruina angelorum : & murorum aperturas sustinuit in defectu uacuarum mansionum. In homine deniq; in cælum assumendo : unde collapsa suppleri poterant : etiam corruit in protoplasti lapsu. Pater ergo per Christi mediationem illud tripliciter reædificauit : quia hominem a casu redemit, angelorum numerum ex hominibus reintegrauit, & paratas angelorum mansiones hominum introductione repleri ordinauit. ¶ Ex mediatione quoq; Christi, custodiæ promouetur profectus, quia uirtute sanguinis Christi, manus adiuuatur angelica, ut hominem facilius prouehat ad uirtutum perfectionem. unde dicitur in psal. In manibus portabunt te, quia operibus angelorum portamur ad profectum remoto per Christi sanguinem pondere circumstantium peccatorum. Quod etiam in hoc significari potest, q uicto pro nobis a Christo tentatore in deserto, ne inducamur in tentationem per peccatum nos obruentem. Accesserunt angeli, & ministrabant ei. Sic igitur tripliciter promouetur laus angelica, per officium mediatoris. ¶ Laudati uerò culmen eximium tangitur in uerbo, maiestatem tuam. Est enim secundum interpretationem nominis, maiestas magnitudo supereminens stans, quæ nunquam declinat ad paruitatem. Hanc autem indeclinabilitatem deus maximè in hoc sacrificio ostendit, in quo mirabili maiestate efficit, ut incomprehensibilis in tam parua specie comprehendatur in sacramento. Sumptus maneat in seipso regnans æternaliter. in ara mactetur in ministerio. Dixit Salomon : Si cœli cœlorum te capere non possunt : quantò minus domus hæc, quam ædificaui. Et nos admirando dicere possumus, quantò minus forma hæc minima panis, & uini, quæ est in altari. Sed hæc est ma-

Greg.

Ephe. 1.

Col. 1. Luc. 15.

Amos 9.

Psal. 90.

Matt. 4.

G

3. Reg. 8.

Laus, honor quomō differunt.

Rom. 9.

iestas

ieſtas diuina : quæ uerbum abbreuiatum fecit ſuper terram. Eſa. 10. Abbreuiatum in uerbi incarnatione : & adhuc magis abbreuiatum nobis in panis, & uini ſpecie : totum deum, & totum hominem ſine maieſtatis diminutione ſecundum omnem ſui ueritatem, ac magnitudinem continentes ut eſſet in nobis corporaliter, & ſpiritualiter in ſacramenti perceptione. Hinc magna gloria domus huius nouiſſimæ, eccleſiæ .ſ. magis, quã primæ : id eſt ſynagogæ : ut dicitur Aggæi. 2. cap. quia replebo domum iſtam gloria : dicit dominus exercituum : cum uenerit deſideratus cunctis gentibus (haud dubium) quin Chriſtus : qui in hoc eccleſiæ ſacrificio corporaliter habitat : in ſynagogæ uerò hoſtijs tantummodo in figura. In hoc etiam ſumptus ſacrificio integer manet apud patrem in cælo. Sumitur a nobis, ut in ipſo uiuamus : manet : ut ipſi in cælo conregnemus. De primò Io. 6. Qui manducat me : & ipſe uiuet propter me. De ſecundo. Lucæ. 22. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum : ut edatis, & bibatis ſuper menſam meã in regno meo. Virtute enim huius alimoniæ tendimus continuè ad huius ſacramenti principium, quod eſt Chriſtus : in figuræ propriæ integritate, regnans in cælo apud patrem : ut illi conregnemus. Nemo autem ſecundum naturam aſcendere poteſt, niſi participet naturam ſuperioris : ideo naturã regnãtis influit ſumma maieſtas : ut per ipſam menſam, quam ſumimus : ad locum regnantis in cælum tendamus. Mactatur deniq; in myſterio, & immortalis permanet : nam in commemorationem ſuæ paſſionis, & mortis in ſacramento offertur, & ſumitur. Quotieſcunq; manducabitis &c. mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Vnde calice utimur pro ſepulcro : patena pro lapide ad os ſpelunce obuoluto : pallis, & corporalibus pro ſindone, & ſudario, quibus inuolutum fuit corpus dominicũ a Nichodemo, & Ioſeph pietatis officio. Credimus tamen firmiter, & profitemur, q̃ Chriſtus reſurgens ex mortuis iã non moritur. mors illi ultra non dominabitur : q̃ enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel : q̃ autem uiuit, uiuit deo, hoc eſt uiuit ad ſimilitudinem dei, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem. 1. ad Time. vlt. Quæ unquam in cælo, uel in terra oſtenſa maior maieſtas? prorſus nulla. Ideo maieſtas in hoc ſacramento laudanda eſt per angelos, per Chriſtum dominum noſtrum : in cuius ſacrificio, ac ſacerdotio (ut dictum eſt) hæc maieſtas tripliciter declaratur. ¶ Poſt laudis altiſſimæ præconium, tangitur reuerentiæ ſummæ impenſum beneficium in eo, quod ſequitur. Laudant angeli : adorant dominationes ; tremunt poteſtates. In hoc enim ſacramento ſumma uirtus eſt, & honor. Virtutem decet laus : honorem reuerentia. Eſt enim laus uirtutis præconium, & honor exhibitio reuerentiæ in uirtutis teſtimonium. Et hæc reuerentia duplex : ſecundum q̃ reſpicit magnitudinem reuerendæ uirtutis : uel paruitatem, reuerentiam exhibentis. Et ſecundum hæc ponuntur tria, laudant angeli : adorant dominationes : tremunt poteſtates. Circa primum quia commune celeſtium ſpirituum officium eſt laudare dei uirtutem : qua de hoſte humani generis per hoc ſacrificium triumphauit : ideo dicitur : laudant angeli. 2. Paral. ult. in oratione Manaſſe regis Iudæ dicitur. Laudabo te ſemper omnibus diebus uitæ meæ : quoniam te laudat omnis uirtus cælorum. Non autem accipitur hic angeli ſpecialiter pro infimo angelorum ordine : ſed potius ſicut beatus Dionyſius. cap. 5. & 11. cæleſtis hierarch. docet. Angelos omnes cæleſtes appellare uirtutes conſueuimus. & cap. 8. Communis eſt cæleſtibus omnibus angelica cognominatio quorum (ut Damaſcenus ait) unum eſt commune

Reſol. 10.

Aggæ. 2.

Ioh. 6. Luc. 22.

Conc. Trid. Seſſ. 22. ca. 2. 1. Cor. 11.

Ioh. 19.

Rom. 6.

1. Tim. ult.

Quo cõe eſt Angelorum Deum laudare.

H

2. Ethic.

2. Paral. ult.

Dionyſ.

Nomẽ Angelus pro omni ſpiritu cæleſti.

Damaſc.

opus

opus hymnis laudare deum. In his enim ꝓfationis nostræ uerbis dicit Albertus. Nec nomina ordinum cælestium ſpirituum. Nec diſtributio per hierarchias deſcribitur: ſed communis laudis ꝓconium cælestium ſubſtantiarū in ſacramento declaratur ut in ꝑs. 102. Benedicite domino omnes angeli eius potentes uirtute: facientes uerbū illius, ad audiendam uocem ſermonum eius. Laudant ergo omnes angeli. i. omnes cæleſtes ſpūs diuinam in ſacramento maieſtatem. Horum laus (ut dicit beatus Greg.) ammiratio
I eſt in ſapientia, & maieſtate talem in ſacramento uirtutem perficiētis. ¶ Ad reuerentiam autem tanti honoris: quantus eſt in ſacramento: pertinet, ut ſequitur. Adorant. Eſt enim hoc ſacramentum plenū omni gratia: non ſolum gratia creata: ſed plenum deo, qui eſt gratia ſubſiſtens, & increata, & fons totius gratiæ, & uirtutis: propter quod debetur ei honor ſummus, qui eſt cultus diuinus: græce theoſebia dictus: a theos deus, & ſebes pietas, quaſi dei cultus, ſiue pietas. Nam pietas ſecundum beatum Aug. proprie dei cultus intelligi ſolet: quem græci euſebiam uocant. Appropriatius tamen alij non euſebiam, quod bonus cultus: ſed theoſebiam, quod ex deo cultu conceptum reſonat, dicere maluerunt. Hinc etiam dei cultus latria nuncupatur: quo etſi græci licet raro pro ſeruitute uſi ſunt: tamen pene ſemper pro ea, quæ deo debetur: ſic & uſus latinorū habet: latriā pro ſola theoſebia accipere: quæ ut dictum eſt: eſt cultus dei, qui latet: quoniam lucem habitat inaceſſibilem. unde Eſa. 42. Verè tu es deus abſconditus. Hunc dei cultū adorationē etiā dicimus, proprijſsimè accipiendo nomē adorationis. unde Matt. 4. ſcriptum eſt. Dominum deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Talis cultus hic in uerbo adorant, ſignificatur, quem deo patri per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum exhibent omnes angeli. ſecundum illud Hæb. 1. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adorēt eū omnes angeli eius. Introducit pater primogenitum iterum, quoties hoc ſacramentum conficitur, & ſumitur. Quod hic inducitur, ut & homines ad ſimilem cultum, & reuerentiam in hoc ſacramēto exhibendam exēplo angelico prouocentur. Inducitur autem hic ordo dominationum, qui primus eſt ſecundæ hierarchiæ: quæ tñ ex ui nominis minus ad exhibendā reuerentiā inclinari, putari poſſet: pro eo, ꝙ ſecundū Diony. c 8. cęleſtis hierarchię, dominationis nomē ſignificat celſiorem intelligentiam quandam totius ſeruitutis ignaram: omniumq; ſubmiſsione infima liberam: nulli tyrannicæ ſimilitudine ullo modo ſeipſum ſubiicientem, quæ ad illud, quod uere, & proprie eſt ſummi. ſ. dominantis dei exemplar tota intentionē cōuerſa: ſeipſum inquantum poteſt, & quæ poſt ſe ſunt, ad ſummi boni exemplar effingit: ſummè ſemper dominantis deitatis pro uiribus particeps fit: cum ergo memoratur illos uoluntariè inclinari ad reuerentiæ adorationē: qui in altitudine ſemper ſeruntur: omni actu, & deſiderio diuinæ dñationis participes fieri: quorū magis uidetur adorari, quā adorare. idipſum de aliis ſupernis ſpiritibus nullo modo dubitetur: nos quoq; cum omni deuotione ſimilia factamus. De horum adoratione ſcribitur Apocal. 5. Et audiui uocem angelorū multorum in circumitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum milia milium dicentium magna uoce. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere uirtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et ſequitur. Et omnem creaturam, quę in cælo eſt: & quę in terra, & ſuper terrā, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ ſunt in eo: omnes audiui dicentes, ſedenti in throno, & agno. Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. ¶ Eſt aūt honoris reuerētiæ exhibitio, nō ſolū in adoratione ꝙ eſt

Pſal. 102.

Greg.

Auguſt. 10. de ciuita. cap. 1.

Eſa 42. 1. Timo. 6.

Matt. 4.

Heb. 1.

Dionyſ.

Apoc. 5.

Pietas latria theoſebia.

De officio dominationum & poteſtatū.

Exhibitio honoris reuerē

recognitio summæ maiestatis: & eius professio qui adoratur; sed etiam in recognitione propriæ paruitatis eius, qui adorat respectu magnitudinis illius, qua adoratur. Hæc est altera species reuerentiæ. Per primam fit accessus quidam ad summum, ipsum uidelicet adorandum. Per secundam fit quidam recessus, & relapsus ad propriam fragilitatem. Hanc innuit, quod sequitur, Tremunt potestates. Tremor enim ex propriæ fragilitatis, & supernę maiestatis consideratione oritur: & quia omnis creatura quantumcunq; perfecta, comparata ad illam summam naturam, quæ sola uere est: non modo parua: sed omnino nulla uidetur: quia ut dicit Boe. 2. de consol. philosophiæ. prosa. 7. Infiniti, atque finiti, nulla unquam poterit esse collatio. Vnde ad immensam huius sacramenti maiestatem, necesse est omnem creaturam tremere, & pauere. Vnde & beatus patriarcha Iacob in somnis uidens scalam stantem super terram, cuius summitas cælum tangebat: angelos quoq; dei ascendentes, & descendentes per eam, & dominum scalæ innixum. Ascendentes ad dominum adorandum: descendentes ad seipsos tremendo. Cunq; euigilasset: uere ait, dominus est in loco isto: pauensq;, quam terribilis est locus iste inquit. Nō est hic aliud nisi domus dei, & porta cæli. Quamuis ergo locus omnis pauendus sit, & terribilis: in quo deus sua ostendit sacramenta: tamen locus sacramentalium specierum specialiter est omni reuerentia tremendus, in quo ea ostendit, quæ in cruce perfecit: ubi & saxa scissa sunt: & monumenta aperta: ubi terra tremuit, & ipse solis lucis suæ radios abscondit. Et sicut in priori honoris specie induxit dominationes: ita & nunc potestates: cum dicit. Tremunt potestates. nam potestatum est libera seueritate corripere, quod rectitudini legum diuinarum non congruit: & uindicare in omne, quod legibus obstando repugnat. Et ideo potestatum non est tremere: quorum (ut Dionysius ubi. supra ait) est insuperabili constantia ordinatissime ad diuina tendere: & quæ post se sunt agmina, dei imitatione promouere. Quod ergo tremunt, tremore reuerentiæ non timiditatis, coram ineffabili maiestate, cognoscentes suam potestatem nihil esse respectu diuinę, & immensę, quæ in sacramento continetur: quibus inesse pauor minus uidebatur: ostendit humanam fragilitatem merito pauere, cum audit tremere potestates. Nam reuera hæc est illa incomparabilis maiestas, ad cuius nutum columnæ cæli pauent, & contremiscunt. Si ergo columnę cęli, id est angeli secundum glo. reuerentia illius magnitudinis contremiscunt multomagis omnis homo in se concussus in reuerentia ad sacramentum debet contremiscere & pauere. ¶ Post itaq; manifestum sum mæ reuerentiæ impensum beneficium, sequitur in altissimis concelebratum gaudium in eo, quod subditur. Cęli cęlorumq; uirtutes, ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Vbi tria inducuntur. Cæli, cęlorum uirtutes, beata seraphin. Cęli hic dicuntur antonomatice cęlorum angelice uirtutes: qui supra se eum, qui in sacramento est: uenerantur: sicut dicitur in psalmo. Laudent eum cęli cęlorum. & iterum. Laudate dominum de cęlis: laudate eum in excelsis. Ipse enim ascendit dignitate etiam secundum assumptam naturam, super omnes cælos, hoc est uertices engelicos. Qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cęlos, ut adimpleret omnia. ¶ Cęlorum autem uirtutes sunt, quibus uirtus cælestis sine obstaculo perficitur: hi dicti sunt angeli dei mandata, uoluntatem & decreta inuincibiliter perficientes: ut dicitur in psal. 102. Benedicite domino omnes uirtutes eius ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. Hi concelebrant eum, qui præ omnibus uoluntatem patris perfecit: unde

tiæ in quo consistit.

Boe.

Genes. 28.

Dionys.

I.

Expositio cęli cęlorumq; uirtutes usq; ad sanctus.

Psal. 148.

Ephe. 4.

Psal. 102.

Ioh.

Iohann. 17 Io. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem: ait Christus ad pa
trē. Et iterū. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius, qui misit me: ut per
Iohann. 4. ficiā opus eius. Iohan. 4. Cæli ergo celebrant, quem super se contemplan
tur. Cęlorum uirtutes celebrant eum, a quo est omnis uirtus eo
rum. Verbo enim domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis
uirtus eorum. Os patris filius est; a quo in angelos fluit uirtutis spiritus ad
omnes dei uoluntates ineuitabiliter perficiendas; ita q̄ nec lex naturæ in
ferioris retrahat; nec infirmitas potentiæ deprimat; nec uirtus contraria
impedire ualeat. ¶ Ac beata seraphin. Significatur supremus angelorum
M ordo, seu chorus, qui totus ardens, siue incendens secundum Dionysium in
terpretatur. c. 7. ecclesiasticæ hierar. Hoc agmen, quia diuinæ maiestati
continenter assistit, perpetuæq; locatum sit, & ardentissimè in deum sem
per tendit, antonomatice beatū dicitur, eo q̄ admirabilibus, & purissimis,
firmissimisq; dei theoreis, & delectationibus perfruatur. Nihilominus quan
tūis beatū sit, ut in uestibulis dei collocetur; tamen super se contēplās alti
tudinem sapientiæ, & delectationis huius sacramenti, concelebrat solemni
ter, & iocunde sacramenti illius altitudinem, quā super se ueneratur. Quia
ergo illa altissima agmina sic concelebrant omnino irrationabile est, si ali
quis hominum huic celebritati se subtrahat ne in sui reprehensionem au
Iob. 38. diat illud Iob. 38. Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarēt
omnes filij dei. Astra matutina dicit angelica lumina, in principio cum cæ
lo creata. & filios dei per conuersionem sui in deum in gratia confirmata.
Ecce ad excitandum nostram tarditatem ad huius sacramenti ueneration
nem, illi angelorum inducuntur ordines, quorum exemplis ad eorum imi
tationem homo efficacius moueretur. ¶ Sequitur præfationis pars ulti
N ma; qua confessionis exhibitæ acceptatio postulatur, cum concluditur.
Cum quibus, & nostras uoces, ut admitti iubeas, deprecamur. In quibus
uerbis tangitur supplicatio, ut uoces humanę concelebrationibus cęlestib
bus misceantur. Duas enim omnipotens deus rationales condidit creatu
ras, angelicam & humanam, quæ laudibus diuinis insisterent. & ei gratiarū
redderent actiones (ut tangit magister dist. 1. lib. secundi sententiarū) quas
dum pari uoto celebrant, tanquam inferiores, & superiores cordę in cæle
Apoc. 14. sti cithara sociantur. De qua Apocap. 14. Et audiui uocem quasi citharę
dorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouū.
Dicitur ergo (cum quibus) s. angelis (& nostras uoces) humiles quidem,
sed rationabiles; quia uox est sonus cum intentione prolatus, ut admitti in
laude sacramenti, iubeas o deus omnis sanctitatis perfector (deprecamur)
quia sine tuo iussu iuuante a nobis fieri nequit, q̄. s. inter angelos nostra
uox audiatur. Deprecamur autem (supplici confessione) non superba pre
sumptione; sed ante maiestatem tuam proni laudem tuam humili confes
sione dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus. ¶ Hæc breuiter de expositione
præfationis quotidianæ. Sunt enim, & aliæ præfationes, non quidem ab
illa dissonæ; sed pro magnitudine festi, aut temporis qualitate ad maiorē
deuotionis excitationem, ex festi materia, & temporis causas diuinæ laudis
superaddentes; quarum decem sunt numero; ut habetur de consecr. dist. 1.
Inuenimus. ubi dicitur. Inuenimus has nouem præfationes in sacro catha
logo tantummodo recipiendas. Vnam in albis paschalibus: aliam in die
ascensionis domini; tertiam in die penthecostes, quartam de natali domi
ni; quintam de apparitione domini; sextam de apostolis; septimam de san
cta trinitate; octauam de cruce; nonam de ieiunio in quadragesima tantū
modo dicendam. Decima uerò additur de beata uirgine. 70. dist. c. sancto-

Seraphin qd significat.

Cōclusio p̄fationis.

Quæ p̄fationes ab ecclesia admissæ.

rum

rum canonum.ex Concilio Placen. sub Vrbano Papa. Quarum sententiæ in his,quæ quotidianæ præfationi superaddunt:satis sunt manifestæ.

DE SANCTVS DIVISIONE, & expositione,

LECTIO XIX.

POST præfationem,qua ad confitendum domino mirabilia in hoc sacramento operanti populus excitatus est simul,& confitendæ laudis ratio declarata. Præmissa denicq; ad dominum supplicatione pro acceptatione diuinæ laudis: sequitur communis angelorũ hominũq; adorandæ trinitatis excelsa laudatio: dum finita præfationeschorus uoce concordi hymnum canit. Sanctus, sanctus,sanctus dominus deus sab. ple. sunt cæ. &c. Hunc autem hymnũ secundum Guil. Durandum in rationali,in missa cantandum instituit Sixtus Papa. Et rationabiliter post præfationis deprecatiuam conclusionem: quoniam ex nobis non est, q̃ nostra uox inter angelorum,ac cælestium uirtutum concrepantium uoces audiatur. Idcirco sacerdos in persona ecclesiæ militantisin præfationis conclusione deprecatur: ut saltẽ deus noster, nostras uoces admitti iubeat concentibus angelorũ,socia exultatione laudes diuinas concelebrantium. Et quia cælestis militiæ exercitus sine interceptione,diuinam laudant gloriam,ipsius maiestatem,& sanctitatẽ uenerantes secundum illud p̃s. 83. Beati,qui habitant in domo tua domine: in se.se.laudabunt te:cupientes nostra uota laudibus connumerari angelicis:angelicum hymnum pariter concinimus non propria præsumptione: sed humili deuotione,& supplici dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Hic itaq; hymnus uox est angelorum,& hominum. Prima eius pars angelorum est: unde Esayæ.6. Seraphin clamabant sub excelso dei solio. Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. & Apocal. 4. Quatuor animalia non habebant requiem die,ac nocte,dicentia. Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus omnipotens:qui erat,& qui est:& qui uenturus est. Secunda eius pars est hominum,qui præibant, comitabantur,& sequebantur dominum in hierusalem loco suæ oblationis, & uespertini sacrificij se præsentantem, dicentium. Osanna in excelsis. Benedictus, qui uenit in nomine domini. Ioh. 12. Congruè autem hymnus ille,qui sacrificio præmittitur,ex prædictis duabus uocibus cõponitur: quia in sacrificio isto placito, imma summis, & terrena cælestibus: secundum Greg. 4. dialogorum coniunguntur. Et secundum hoc hymnus iste diuiditur in duas partes in angelicam, .s. & humanã. Et secunda pars subdiuiditur in orationem,& gratiarum actionem. Secunda ibi. Benedictus. Voce angelica,unitas essentiæ, & personarum trinitas in deo commendatur. Voce humana unio deitatis,& humanitatis in Christo prædicatur. Dicitur ergo in prima parte. Sanctus. Nam sanctus a sancio. is. it, quod dicitur a sanguis:& est firmare,decernere,statuere, consecrare. Sic & leges sanctæ,& mores sancti,& homines in fide firmati sancti dicuntur,& dicuntur sancti a sanguine hostiæ:& hoc de ueteri consuetudine. Nihil enim sanctum apud ueteres dicebatur:nisi quo.sanguine hostiæ esset consecratum,uel respersum:nam & quę purificari uolebant: sanguine

A

Triplex acceptio, & significatio nois Sãctus.

Guil.

Psal.83.

Esai.6.

Apoc.4.

Veritatẽ conuenit essentiæ diuinæ.

Ioh.12.

Greg.

guine hostiæ ungebantur: unde postea sancti dicebantur, quasi sanguine
Hebr. 9. uncti. De quo latè apostolus. Hebr. 9. Lecto, inquit, omni mándato a moysi
uniuerso populo, accipiens sanguinem hircorum, & uitulorum cum aqua, &
lana coccinea, & Isopo: ipsum duoq; librum, & omnem populum aspersit
dicens. Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad uos dominus. Etiam ta
bernaculum, & omnia uasa ministerii sanguine similiter aspersit, & omnia
pene in sanguine secundum legem mundantur. Sic ergo sanguine ad dei
cultum firmabantur. ut talia ad communes usus applicare non liceret. Di
B citur ergo secundum hanc acceptionem sanctus. i firmus. ¶ Dicitur etiam Quare dicit ter sanctus, & semel dominus Deus.
sanctus id est separatus a negotijs. s. sæculi: & ab his, qui carnaliter uiuunt:
ut dicit glos. Origenis Leuit. 19. super illud. Sancti estote. Sancti. i. sepa-
rati ab omni immunditia corporali, & spirituali. Etiam tertiò dicitur san
ctus, quasi sine terra: nam græcus sermo agyos extra terra sonat. Est er-
go sanctus firmus ab omni imperfectione separatus: a terra & omni crea-
tura sublimiter eleuatus: quæ uerissimè diuinæ essentiæ conueniunt, quæ
est firma: quia immutabilis, & æterna: ab omni imperfectione separata: quia
simpliciter perfectissima: & super omnem creaturam sine proportione ele-
uata: quia intensiuè infinita. In cuius significationem uerbum sanctus ter
dicitur. Dicitur etiam ter sanctus, & semel dominus deus: ut trinitatis, &
unitatis mysterium comprobetur. Trinitas in triplicatione nominis san-
ctus, ostenditur. Vnitas in simplici, & non repetita prolatione nominis
deus, significatur: ut declarat magister dist. 2. lib. 1. sententiarum: qua-
si diceret. Sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritussanctus. Nam
Iohann. 17. sanctitatem patris filius attestatur Iohan. 17. Pater sancte serua eos in
nomine tuo, quos dedisti mihi. Et sequitur. Sanctifica eos in ueritа-
te. Est enim pater sanctus sanctificans, non sanctificatus. quia non ab
alio: sed a seipso sanctus. Sanctitatem filij profitetur angelus ad Ma-
riam loquens. Quod enim ex te nascetur sanctum, uocabitur filius dei.
Luc. 1. Lucæ. 1. Sanctitatem paracliti eloquitur Christus. Iohann. 20. Accipi-
Ioh. 20. te spiritum sanctum, quorum remiseritis &c. Sanctitatem totius trinitatis
lex promittit. Leuit. 19. Estote sancti; quoniam ego sanctus sum do-
Leuit. 19. minus deus uester. Deus quo sanctus dicitur.
C ¶ Est autem deus sanctus: non sanctificatus: sed sanctificans creaturam. Est autem sanctitas in his tribus personis. Ve
rius est hæ tres personæ: non ratione proprietatum personalium: aut rela-
tionum originis, quæ trinitatè multiplicat: alioquin non esset eadem san-
ctitas in tribus. Et cum sanctitas dicat perfectionem simpliciter, neutra
personarum esset simpliciter perfecta: pro quanto quælibet personarum
careret aliqua perfectione simpliciter. s. sanctitate, quæ est in alia perso-
na: & per hoc neutra esset deus: quia neutra esset summè perfecta. Et qua Sanctitas an dicat perfe-ctionem sim pliciter.
libet persona posset aliquod melius cogitari. s. bonum, quod perfectiones
August. omnium personarum saltem unitiuè contineret. Deus autè (ut dicit Aug.
1. de doctrina christiana, & Anselmus) est quo nihil melius cogitari po-
test. Inest autem sanctitas ratione essentiæ, quæ una est in tribus; & indiui
sa: nec in eis numeratur; sicut nec æternitas, aut omni potentia: & ideo pa
ter, filius, & spiritussanctus non sunt tres sancti, sicut nec tres æterni:
aut tres omnipotentes: sed unus sanctus, sicut unus omnipotens, & æ-
ternus. Non etiam inest sanctitas diuinis personis per realem infor-
mationem: quemadmodum in nobis sanctitas inuenitur per actualem
gratiæ informationem, & per hoc in nobis sanctitas est accidens: nunc ad-
ueniens, nunc transiens: nunc rediens per realem animæ mutationem, &
sanctificantis gratiæ creationem, uel annihilationem: sed est sanctitas in

deo

deo per prædicationem,& uerissimam identitatem:quoniam sanctitas prædicatur de qualibet persona identicè,ideſt prædicatione dicente: hoc esse hoc. Et quælibet diuinarum personarum realiter est sanctitas, & omnes tres una sanctitas. ¶ Eo modo personis ineſt sanctitas: quo ineſſe accipitur: cum in præfatione canit ecclesia. Et in personis proprietas, & in eſſentia unitas,& in maiestate adoretur æqualitas. Persona siquidem diuina, cum sit deus: uerè simplex est,& incompoſita, non habens in ſe proprietatem,ut quoddam aduenticium, uel accidens: quo modo tabula habet albedinem: aut anima noſtra ſcientiam. ſed ipſa uere est suamet proprietas.i. illud reale,quod per proprietatem ſignificatur: ut pote est illud reale,quod ſanctitas,bonitas,æternitas,& pater ſua paternitas;filius ſua filiatio,& ſpirituſſanctus ſua paſſiua ſpiratio. Sic quælibet persona diuina est quicquid habet: excepto correlatiuo: quod aliquo modo habet.

Cur dominus deus ſemel dicatur.

¶ Sequitur in hymno: dominus deus, ſine replicatione, & ſingulariter, ad oſtenſionem eſſentiæ diuinæ unitatis. Vnde & dicitur in ſymbolo athanaſij. Dominus pater,dominus filius, dominus ſpirituſſanctus, & tamen non tres domini: ſed unus est dominus. Similiter non tres dij: ſed unus est deus. Et hoc,quia una ratio dominij;una ratio diuinitatis in tribus; quæ est ipſa diuina eſſentia; propter cuius unitatem, illæ tres perſonæ unus ſunt dominus; unus deus. ſecundũ illud Deuteron. 6. Audi Iſrael. Dominus deus tuus unus est. Propter eandem rationem dicit beatus Aug. Pater,& filius,& ſpirituſſanctus ſunt unus creator, non tres creatores. quia ratio creandi una est, .ſ. eſſentia diuina in tribus. Propter idem eccleſia determinauit; ꝙ pater, & filius ſunt unus ſpirator ſpirituſſancti, non duo ſpiratores; extra de ſumma trinit. & fide cat. quia principium ſpirandi uoluntas diuina idem est; & unum est in parte filio,& non numeratur in eis. Vnum dico non ſpecie tantum (quomodo humanitas in ſorte, & platone conceditur esse una,propter quam tamen unitatem non conceditur,ꝙ ſortes,& plato ſunt unus homo; ſed ſunt duo homines) ſed unum numero; ſeu ſecũdũ unitatem uerisimã,quæ est unitas numeralis. ¶ Additur in hymno ſabaoth,quod uirtutũ,uel exercituũ interꝓtatur. Dicitur aũt dñs deus ſabaoth.i.dominus uirtutum,& exercituum, eo ꝙ omnis uirtus exercitus cęleſtium,& terreſtriũ est in manu eius. Eſt quippe exercitus in cælis ſimul, & in terris angelorum,& hominum; quia ſancta eccleſia in triumphãtibus in cælis, & militantibus in terris est, ut caſtrorũ acies ordinata. Can. 6. Vnde ſecundum Innoc. tot exercitus deus habet in terra; quot ſunt ordines in eccleſia,& tot ſunt in cælis, quot ſunt ordines in angelis. Exercitus enim est multitudo aliquorum habentium ordinem ad unum in eis ſupremum ipſis præſidẽs,quarũ multitudinũ; quia plures ſunt tam in cælo, quã in terra: ideo utrobiq; exercitus multi numerantur. ¶ Sequitur. Pleni ſunt cæli,& terra gloria tua; quod dicitur cæli, non est ab angelis dictum, ut patet. Eſa. 6. ſed a patribus additum,& a Sixto Papa. & a Greg. ordinatũ. Dixerunt namq; angeli. Plena, eſt omnis terra gloria tua; ut ſup. allegatum est. Pleni tamen nihilominus ſunt cæli,& terra.i. angeli, & homines ſecundum Innoc. gloria domini. Angeli quidem ſunt pleni gloria.i. beatitudine æterna; inquantum facie ad faciem clare,& intuitiue ſine medio diuinitatis gloriam contemplantur; eaq; per amorem perfectiſsimum perfruuntur. In quibus uiſione,.ſ. perfecta fruitione beatitudo æterna eſſentialiter conſiſtit. Dicuntur autem pleni non ſecundum naturalem capacitatẽ; ſed ſecundũ exigẽtiã meritorũ. Nã ſecundũ ꝙ angeli in morula,qua uiatores beatitudinem meruerunt. gratia qua perfuſi fuerant;magis in ſua

D

De nomine ſabaoth.

Deut. 6. Auguſt.

Cant. 4.

Pleni ſunt cæli,& terra exponitur.

I

Eſai. 6. Auguſt.

Innocent.

conuersione ad deum, usi sunt: secundum hoc & nunc clariori cognitione illustrantur, & intensius, amorosiusq; deo perfruuntur. Pleni ergo sunt: qa quietantur, & saturantur: ut maiorem beatitudinem sibi non optent. neq; de aliorum maiori beatitudine murmurent: quoniam se, & alios beatitudinem secundum condecentiam diuinæ bonitatis, & exigentiam meritorum noscunt recepisse: in quo & ordinem diuinæ iustitiæ laudãt: & magnificentiã diuinæ bonitatis extollunt. Plena est & terra gloria domini. Nam terra. i. terrigenæ pleni sunt gloria, non in rei possessione sed in spe, & promissione. Dedit enim dominus hominibus potestatem, filios dei fieri, his qui in eum credunt. Ioh. 1. Qui namq; crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Mat. vlt. Vel plena est terra gloria Christi, qui dominus est dominantium. Gloria, inquam, passionis, resurrectionis, ascensionis: quia in omnem terram exiuit sonus discipulorum eius: & in fines orbis terræ uerba eorum: gloriam Christi prædicantium. Demum plena est glorioso corpore Christi terra: quod uiaticum concessum est hominibus, ipsos perducens ad gloriam sempiternam. Vel plena est terra gloria domini. i. gloriosa, & suaui domini ordinatione, ac totius creaturæ gubernatione, qua sapientissime gubernantur, & reguntur: in quo singulis gloria domini relucet tanquam in uestigio, seu imagine. ut de quolibet entium uerum sit. Gloria domini super te orta est. Vel secundum Innoc. ad litteram. Pleni sunt cæli, & terra gloria tua, idest cælum, & terra diuina gloria replentur: quia diuinitas est ubiq;, secundum illud. Hiere. 23. Cælum, & terram ego impleo. Vnde & psalmista. Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernũ, ades. Nam est super omnia non elatus, subtus omnia nõ prostratus: inter omnia non inclusus: extra omnia non exclusus. unde Iob. 11. Excelsior cælo est: & quid facies. Profundior inferno: & unde cognosces. Lõgior terra mensura eius, & lãtior mari. ¶ Sequitur. Osanna in excelsis. Quæ est pars secunda huius hymni, & uox humana. Nam turbæ, quæ præcedebant, & quę sequebantur Christum procedentem ad hierusalem clamabant. Osanna in excelsis. Osanna dictio est hæbraica: quę interpretatur obsecro, uel salua. Et componitur secundum Remigium ab osy: quod est salua. & anna, quod est aduerbium, uel interiectio obsecrandi. Et secundum hoc deberet dici osyãna: sed usu dicitur osanna: ut sit compositum ex corrupto, & integro. Vel dicitur osanna per sinalepham, quę est figura tollens uocalem de medio dictionis. Aug. autem dicit, quod osanna in toto in alterius linguæ interpretationem transire non potest. Clamauerunt autem turbę osanna. i. salua, subaudi nos. Sed qua salute sequitur, in excelsis. i. in cęlis: quia ad dãdam salutem æternam, & cęlestem Christus aduenit. Clamauerunt turbę, quę præcedebant, & quę sequebantur eandem confessionis laudem: & obsecrationis uocem, secundũ Bedam: quia una est fides eorum, qui ante incarnationem dominicam fuerunt: & qui post uenerunt. unde Petrus. Per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Actuum. 15. Chry. autem exponens illud. Matth. 21. Turbę autem, quę præcedebant: & quę sequebantur, clamabant dicentes. Osanna filio Dauid: ait Memores populi mirabilium eius, quę ostendit eis: & sanitatum, quas pstitit eis exultantes in cordibus suis: ante, & retro clamabant, osanna filio Dauid. Qui præcedebant seniores erant Patriarchæ, & Prophetę, & cæteri sancti: qui ante Christi aduentum eum prædixerunt: & cognouerunt eum esse uenturum. Sequentes autem iuniores. i. apostoli, martyres, & cęteri doctores, qui post Christi ascensionem opera eius prædicabant, & prędicant. Qui etsi diuersis temporibus fuerit: tamen in eis non fuit diuersus:

Ioh. 1. Matth. vlt.

Innocent.

Hier. 23.

Iob. 11.

Osanna in excelsis exponitur.

Augustin.

Act. 15. Matt. 21.

sed

ſed unus exultationis ſpiritus. ¶ Et ponitur bis oſanna in eccelſis, ſecundū Inno. propter duas partes ſalutis: quæ ſunt ſtola mentis, & ſtola corporis: uel dotes animæ, & dotes carnis. q. d. Obſecramus, ſalua nos ſecundum animam, & ſecundum corpus. Inuenitur & hic laudis uerſiculus in pſal. 117. O domine ſaluum me fac. Quod enim turbę clamauerāt, oſanna, pſal. dixit. O domine ſaluum me fac. Quod uerō turbę dixerunt. Benedictus, qui uenit in nomine domini. pſal. eiſdem uerbis ſubiungit: in quibus tangitur gratiarū actio, & confeſsio myſterij incarnationis Chriſti: unde dicitur. Benedictus. ſubauditur, ſit: qui uenit ſecūdū humanitatē aſſum ptā: in nomine domini. i. in nomine patris qui dominus eſt cæli, & terræ: ipſo dño teſte Ioh. 5. Ego ueni in nomine patris mei. Venit aūt Chriſtus in nomine patris ſecūdū Bedā: quia in oībus, quæ geſsit, & docuit: nō ſuā, ſed patris gloriā q̄ſiuit. Vnde ait Ioh. 8. Ego glorifico patrē meū: ego gloriā meā non quæro. ¶ Aliter exponitur hymnus iſte ſecundū dñm Alber. magis in ordine ad euchariſtiæ ſacramentū: quod uerbis canonis cōficitur, qui hunc hymnū immediatē ſubſequetur: unde ait. Ter dicitur ſanctus propter triū perſonarū (ut multi dicunt) diſcretionē quæ omnes ſingulariter in hoc ſacramento ſunt operatæ. Virtus enim altiſsimi (ut dicit Caſsianus) per appropriationē eſt patris, quæ obumbrauit, dum ſui perfectā imaginē in utero uirginis, & ſacramento noſtrę redemptionis impreſsit. Vmbra enim dicitur forma in ſpeculo, reſultās in ſpeculo ex facie reſpicientis. Et in hoc ſenſu ſumitur umbra, quæ uirginē obumbrauit, ſed Origenes. Spiritus aūt ſanctus ſuperueniens tā in uterū, in quo noſter panis a muliere ęterna, ſcilicet ſapientia perfectus: quā etiā in ſacramēto in quo ſubſtantia panis in ipſum tranſubſtantiatur ſua uirtute & operatione omnia perfecit. Filius uero eſt qui omnia a ſpiritu ſancto perfecta & in utero & in ſacramento ſibi unit: ratione cuius unionis dicit. Caro mea uere eſt cibus: & ſanguis meus uere eſt potus. Et quia ſanctus dicitur ſanguine firmatus & in ſanguine Chriſti operatione trinitatis omnis noſtra religio fundata & firmata eſt & mundiſsima effecta: ter dicitur ſanctus: quia ibi ſanguini ſuam pater imaginē impreſsit, ſpiritusſanctus ſanguinem & carnem mundatos formauit: filius formata, & mundata ſibi unuit. Dicitur etiām ter ſanctus: quia tribus ſanctis conficitur hoc ſacramentum; ſcilicet antiquo, nouo & æterno: ſcilicet corpore, anima, & deitate Chriſti. Corpus Chriſti dicitur antiquum: quia de maſſa corporis Adam ſumptum: & hoc ſanctum: quia immune ab omni peccato aſſumptum: ipſum enim non ſeminis commixtione ſed ſpiritusſancti operatione in uirgine conceptum: debito originalis peccati non fuit obnoxium: quia etſi de maſſa perditionis aſſumptū, non tamē per legem propagationis deciſum ab Adam, quibus dumtaxat animæ coniuncte debito tenebantur: originalis iuſtitię. Immune quoq; a morbida qualitate: quam fomitem aut carnis legem dicimus: quoniam ſpiritusſanctus in uirginem ſuperueniens, ſanguinem illum purgauit: de quo ſine libidine, & qualibet noxia qualitate corpus illud mundiſsimum formauit. Vnde glo. Ioh. 3. ſuper illud. Qui deſurſum uenit, ſuper omnes eſt. Deſurſum. i. de altitudine humanæ naturæ ante peccatū priori parētis: quia de illa altitudine aſsūpſit uerbū humanā naturā, & nō aſsūpſit culpā cuius aſsūpſit pœnā. Secundū ſanctū in ſacramēto iſto ſcilicet anima Chriſti nouū eſt, in tēpore incarnationis filij a patre de nihilo creata. Et hæc ſancta: quia in ipſo creationis momēto omni ſanctitate, & oī gratia: & ſapientia eſt repleta: unde ad Col. 2. dicit de Chriſto. In quo ſunt oēs theſauri ſapientiæ & ſciētiæ dei reconditi. Tertiū ſanctum, & uere ſanctiſsimū eſt diuinitas filij quæ corpus ſan

Alia expoſitio huius hymni.

Innoc.

Pſal. 117.

Ioh. 5.

Ioh. 8.

G

Ioh. 6

Ioh. 3.

Col. 2.

ctum & animam sanctitate plenam assumpsit: & in personam filij uniuit: ut
Iohan. 17. omni sanctitate redundaret ille homo ad totius ecclesiæ sanctitatẽ & co-
H piã. hinc Ioh. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum. ¶ Hac igitur ratione
dicitur ter sanctus, quasi diceremus: Christus in hoc facto cõtẽtus sanctus
est propter carnis sanctitatẽ: & iterũ sanctus propter animæ plenitudinem.
Tertiò sanctus propter deitatis infinitã perfectionẽ. Propter unitatẽ autẽ
diuinę essentiæ in tribus personis hæc perficientis: additur singulariter dñs
deus sabaoth. In quibus uerbis significatur ũstius operationis facultas: cũ di
citur, dñs. Modus cũ dicitur: deus. Virtus: cum dicitur sabaoth. Facultas in
Iohel. 2. uerbo dñs. Iohelis. 2. & Roma. 10. Dominus diues est in omnes, qui inuo
Rom. 10. cant eũ: quia omni thesauro pecuniarum, possessionum, ac bonorum om-
nium superpositus. Modus in uerbo deus. Sapienter. n. deus perficit omnia:
quia uidet omnia sua sapientia. Perficit utiliter: quia omnia circumit proui
Psalm. dentia & sollicitudinis cura psal Dñs sollicitus est mei. & 1. Petri. 1. Ipsi
1. Petri. 1. cura est de nobis. Perficit charitate maxima: quia deus ardens ignis est: se-
cundũ illud Deutero. 4. Dñs deus tuus ignis consumens est. Virtus in ue-
bo Sabaoth: quod uirtutum uel exercituũ sonat. Sancta. n. ecclesia de oĩbus
terribilis est in triumphantibus & militantibus & totus eius exercitus huic
sacramẽto uel assistit uel ministrat. Ministrat enim ecclesia: & assistit cæle
Psalm. stis curia: ut demonũ uirtus excludatur: ne impediat corporis Christi ad
caput unionem: & hæc uirtus ab eo profluit: de quo in psal. dicitur. Dñs
uirtutũ ipse est rex gloriæ. Et hac ratione dicitur, dñs deus sabaoth: ut de-
scribatur trinitatis laudabilitas in opere sacramenti. ¶ Sequitur. Pleni sunt
cęli, & terra gloria tua. Cæli gloria dicitur pro beatitudine triumphantiũ:
Greg. in quorum laudem hoc sacrificium offertur: ut dicunt Greg. Aug. Ambro.
August. Terra pro terrigenis ponitur: & quantum ad illos gloria pro gratia. Vnde
Ambro. plena est terra gratia, in qua offertur sacrificium in adiutorium militantiũ
pariter, & in cibum. Compræhenduntur etiam sub terra: quæ sunt purga-
torijs in pœnis pro quibus offertur in suffragium. Sic igitur spiritus domini
qui operat in facto: repleuit orbẽ terratũ, & hoc quod cõtinet omnia: quod
nihil aliud est nisi cęlũ: hoc enim secundũ Damas. cõtinentia est uisibiliũ, &
inuisibiliũ creaturatũ. Hic ergo spiritus scientiã habet uocis utiq; laudis,
quã præstitit hominibus, & angelis: quatenus sic omne genu flectatur cæle-
stiũ, terrestriũ, & infernorũ, & omnis lingua cõfiteat: quia dñs noster Iesus
Christus in hoc facto oblatus, est in gloria dei patris. Hæc igitur laus resul
tationis, qua ad perfectionẽ sanctitatis, resultat chorus in aula ecclesiæ, in
I qua fit pfectio sanctitatis ¶ Subditur. O sanna in excelsis. O sanna. i. salua O sanna qd
obsecramus in celebratione sacramẽti sanguinis: quia nõ est salus sine san- significat.
guine Christi. Sine sanguinis. n effusione non fit remissio peccatorum, ad
Hebr. 9. Heb. 9. Sed nec pœnarum. Zach. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui
emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. In excelsis: in cę-
lis. ut omnes in sacramento sanguinis salues, in quo totius relucet operatio
trinitatis: & per quod cæli, & terra pleni sunt tuæ gloria maiestatis. Est er-
go hæc petitio, ut saluet gratia sanguinis ab omni inquinamento terrenæ
contagionis. ¶ Sequitur. Benedictus, qui uenit in nomine domini: quod
est gratiarum actionis: ut sicut patres præcedentes aduentum eiusdẽ Abraã,
& prophætæ: & concomitantes, ut apostoli: & sequentes ut martyres, eũ
prosecuti sunt diuersis temporibus, una fide ad passionem uenientem: qua
semetipsum hostiam pro omnibus obtulit: ita in eadem fide, & gratiarum
actione recipiamus, & prosequamur eum uenientem in altari: offerendũ
pro nobis omnibus in sacrificium saluare. Dicimus autem in hac gra-

tiarum

tiarum actione, benedictus: non quia ex nostra actione dei beatitudo augeatur: aut sibi bonum quodcunq; acrescat; sed a nobis benedicitur. i. benedictus prædicatur, laudatur, & canitur: quia ipse uenit plenus benedictionibus. Et quia sicut dicitur. Eccl. 44. Benedictionem omnium gentium pater dedit illi: & testamentum nouæ gratiæ, cui nunquam aliquid superordinandum est: in sanguine suo confirmauit super caput eius. Nã secũdũ apostolum. Benedictus est, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Sic ergo benedicẽdo gratias agentes in laude dicimus sibi bona, quæ ipse in nos profluxit: secundum illud psal. Eructauit cor meum uerbum bonũ: dico ego opera mea regi. Sic benedictum dicimus, qui uenit: sic semel se offerendo ita quotidie oblationẽ illã in sacramento repræsentando. psal. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter ad salutem per suã oblationẽ, faciat nobis deus salutarium nostrorum. In nomine dñi, qui dominij diuini potentiã notã nobis facit: nos ab infimis exaltãdo: a pauperate suis copijs releuando, & sua dominali uirtute continendo: ne ad pedestria, & stabularia declinemus. ¶ Additur Osanna, ut saluetur secunda salute a miseria pene per gloriam, quia iustitia culpæ saluauit per gratiam: & sic suscitet de puluere egenum: & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat in cælis proprer quod concluditur, & nunc. In excelsis, sicut & prius additum est: quia ista sunt excelsa gloriæ sueque si per ipsum attingere nemo põt. Vnde angeli cecinerunt. Gloria in altissimis deo Lucæ. 2. Oremus ergo dominũ benedicentes, & dicentes. Benedictus sit, & in æternum superbenedictus, qui uenit in nomine domini, operatione diuina in altari sacramẽto, quatenus eũ sic uenientẽ honorifice suscipiẽtes: benedictionẽ in præsenti, & in futuro largiter cõsequamur. Amẽ.

Ecclꝛ. 44.

Ephe. 1.

1. Reg. 2.

Lucæ. 2.

Quare canoni præmittit imago passionis Christi.

¶ Quoniam aũt missæ officium, quod in canone principaliter consistit, ob memoriã dominicæ passionis institutũ est. In plerisq; sacramentarijs inter præfationẽ, & canonẽ imago crucifixi depingitur: ut non modo intellectus: sed picturæ aspectus memoriã inspiret dominicæ passionis, ut dicit Alex. de ales. Et rationabiliter quidem, quoniã quæ oculis uidentur, fortius mouẽt, quã quæ ore proferũtur, & solo percipiuntur auditu. Hinc Damas. 4. lib. sententiarũ. Multotiens non secundum mentẽ habentes domini passionẽ, imaginẽ crucifixionis Christi uidẽtes, in salutaris passionis memoriã uenimus, & procidentes adoramus, hinc & Ezech. propheta iussus est pingere transmigrationẽ Hierusalẽ, ut populus iudaicus sensibilibus formis mouetretur eã agnoscere futurã. Vnde Ezech. 12. Tu ergo fili hominis fac tibi uasa trãsmigrationis, & transmigrabis per diẽ corã eis. Trasmigrabis aũt de loco tuo ad locũ alterũ in conspectu eorũ, si forte aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes foras uasa tua, quasi uasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. Vbi Grego. in commenta. Quia oculos ad uidendum habent, & non uident, aures ad audiendũ habent, & non audiunt, da eis imaginẽ, & picturam, & formis ostende corpores, ut uenturã captiuitatẽ non solum auditu; sed & oculis recognoscant. Vnde satis ostenditur fortius mouere imagines, quã uerba. Et hæc est præcipua ratio, cur Christiana religio admittit sacras, uenerãdasq; sanctorũ imagines, ut scilicet simplicioribus esset memoriale perpetuum, & deuotionem sapientium excitarent. Congruum ergo est, ut oculis sacerdotis passionis Christi memoriale celebrãtis: crucifixionis imago obijciatur, qua ad de ipsa cogitandum fortius inuitetur. Et idcirco ait Alex. Forte diuina factum est prouidentia. licet humana hoc prouocauerit industria, ut ab ea littera canon inciperet, quæ sui forma crucis signũ ostẽderet in figura. T. Littera etenim thau. quæ prima est in ca

Ezech. 12.

Alex.

Quare incipit a littera T

Exec. 9.

none: mysterium crucis habet, & insinuat: dicente domino. Eze. 9. Signa thau in frontibus uirorum dolentium, & gementium. De quo latius infr.

In quibusdam etiam codicibus: ut Durandus in rationali dicit maiestas patris depingitur, & imago crucifixi: ut sacerdos quasi præsentem uideat, quē

L. inuocat: & quem alloquitur dicens. Te igitur cle. ¶ Hoc ergo crucis signum non solum intuetur sacerdos: sed etiam osculatur: ut osculo, quod pacis signum est: ostendat, ꝙ per crucem pacificati sumus, & reconciliati deo patri: ut dicitur Col. 1. Complacuit pet eum reconciliari omnia in

Col. 1. ipso pacificans per sanguinem crucis eius: siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Seruantur autem diuersis ritus in ordine osculandi: aliqui primo osculantur pedes crucifixi, & postea pedes maiestatis diuinæ, in signum, ꝙ per filij dei crucifixionem ad patris deducimur maiestatem. Alij modo contrarij primo osculantur pedes maiestatis: postea crucifixi, in signum, ꝙ nemo uenit ad filium, nisi pater traxerit eum: ꝙq; omne donum optimum desursum est descendens a patre luminum. Alij, qui duplicem picturam non habent. primò osculantur altare: postea crucem in codice: eadem, quæ dicta sunt repræsentantes. ¶ Vertit se etiam sacerdos canonem inceptūrus ad orientem, ut scilicet solem iustitiæ Christum dominum aduocet per consecrationem ad altaris sacramentum. Ab illo enim loco materialis sol oritur: qui uitæ origo est, & causa. Trahit autem hoc ipsum ex ueteri lege originem, secundum Guil. in qua sacerdos legalis cum orabat

Guil. faciem habebat uersus propiciatorium: quia exinde loquens dominus pro

Exo. 20. piciabatur populo. Exo. 26. Ideoq; Christus, qui propiciatio est pro peccatis nostris: quia in canone petitur donari per sacerdotem: merito ad illam partem cæli se uertit, ad quam propiciatorium fuerat collocatum. ¶ Incepturus quoq; canonem sacerdos iunctis manibus se inclinat significans Christi inclinationem, qua in faciem procidens in horto orauit: ut si fieri posset transiret calix passionis, cuius meditatio in tantum dominum anxiauit: ut factus sit sudor eius tanquam guttæ sanguinis in terram decur-

Lucę. 22. rentis. Lu. 22. Fit etiam hæc inclinatio uersus terram, ut sacerdos se humiliet: & terrenum se agnoscat: seq; per hoc indignum proprijs uiribus iudicet ad tantum mysterium peragendum. ¶ Iungit manus, ut uerbis attentio copuletur: iuxta beati Ber. exhortationem. Fratres immolantes hostiam laudis iungamus uerbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem: exultationi maturitatem, maturitati humilitatem, humilitati libertatem. ¶ Hinc quoq; ministrātes post tergum uadunt sacerdotis, discipulorum fūgam figurantes, uel alijs exemplum retrocedēdi dantes, ne cuiusquā uoce, uel aspectu sacerdotis intentio distrahatur. ¶ Vltimò, pulsatur campanella: ut fideles intra ecclesiæ aream constituti, ad cordis præparationem excitentur, quatenus in spiritu, & ueritate adorent deuotius hostiam salutarem, quam post consecrationem, omnium ostendit aspectibus adorandam.

Bern.

De duplici pictura quæ canoni ab aliquibus ꝑmittitur.

MA-

MAGISTRI GASPARIS HASLACHII SYMMERigensis ad clerum epistola adhortatoria.

GABRIEL Byel uir omnium peritorum sine controuersia peritissimus catonianam illam nobilissimam secutus sententiã, hoc est non sibi soli; sed toti se mundo genitum credens immortalem æternamq; famam posteris reliquit: æstimans nullis te rebus (litteratum studijs semotis) cæteros præstare posse cunctis saltem philosophiæ diuinæ studio anhelantibus dans typum & exemplar. Quare o sacerdotes, o diuini nominis præcones dulcissimi: quid in hac umbratili quasi uita alacriori studio, conatu ue celeriori diuina non capessatis officia? Quid belutinæ succumbere uoluptati? Quid alexandrinis deliciis deditos esse? Quid tam sedentaria fatigatione pigro imminere? Quid die, noctuq; maximos comis gradatim scansilibus labores impẽdere iuuat? non cogitantes illud. 1. Pe. 2. regale uos genus sacerdotij appellitari. Item Psal. 109. promissionem æterni sacerdotij regio inquiente propheta. Tu es sacerdos in æternum &c. Quare omnibus alijs operationibus post positis, uestram sanctitatem; statũ uestrum nobilissimum, uirtutibus, bonis moribus, & quod est maximum, bonis exemplis (cum alteri malefaciendi dare occasionem apud summum deũ: quod maxime in se habeat grauitatis) excolentes: non homines tm̃; sed dij uocabimini. Ex quo autẽ diuersa sunt studiorũ genera, maximẽ illud unicuiq; acceptandum quod suo statui non discrepare uidetur. Et si sacerdotis sit officium deũ colere puris, lotisq; manibus, & mundo corde contrectare, summe' sibi uidetur necessarium: huiusmodi Gabrielis nostri opus & die, & nocte manibus uoluere: exinde ut possit (quod maximũ sui status est) Christũ, scilicet in altaris hostia transsubstantiatũ intelligere: quem nullis, nec exterioribus, nec interioribus (solo intellectu excepto) sensibus cognoscere potest. Datum. Bas. M.D.x. decimo Kalen. Februarias.

1. Petr. 2. Psalm.

CANONIS DIVISIO.

LECTIO XX.

A

Expositio textus, Te igitur clementissime, usq; uel accepta habeas.

ITe igitur clementissime pater per Iesum Christũ filium tuum dominũ nostrum supplices rogamus &c. ¶ Expediti de continuatione textus sacri canonis per notam illationis (igitur) designata ad eius diuisionem, & litteræ expositionẽ procedimus. ¶ Diuiditur aũt uarie' a uarijs. Nã Guil. in rationali triplicem recitat diuisionẽ, quarũ una in partes undecim, alia in partes duodecim, tertia in sex partitur. Alex. de ales diuidit in tres partes subdiuidendas. dominus Alber. similiter in tres: nõ tamẽ eadem: sed longe alia diuisione. Sed quasi medium tenentes dicimus q̃ textus sacri canonis, uidelicet ab illo loco. Te igitur usq; ad dominicæ orationis præfationem, quæ incipit ibi. Oremus præceptis salutaribus moniti. ibi .n. terminatur canon secũdũ dominũ Alb. ut tactũ est. sup. lec. 15. Hic inquam textus conueniẽter diuidit in sex partes principales. In quarũ prima petit a deo bñdictio appositorũ munerũ quæ p̃ tota ecclesia offerunt. In secũda ponit sanctorũ inuocatio: quorũ me

Guil.

Alex. de ales

D. Albert.

D. Albert.

ritis,& precibus nobis dona a domino conferuntur, ibi. Communicantes. In tertia petitur sacrificiorũ oblatorũ acceptatio: qua electi a perfidis diuiduntur. In quarta ponitur uerborũ forma, quibus consecratio conficitur: & panis uiniq; substãtiæ in Christi corpus,& sanguinẽ cõuertũtur. In quinta ponitur cõsecratorũ cõmemoratio & salus petitur his qui sacrificio perfruũtur. In sexta subinfertur refrigerij,ac suffragij postulatio, & iterata sanctorũ inuocatio: quatenus quæ petimus,a dño cõcedantur. Tertia ibi. Hãc igitur oblationẽ. Quarta ibi. Qui pridie. Quinta ibi. Vñ & memores. Sexta ibi. Memẽto ẽt dñe. ¶ Prima pars in duas subdiuiditur: in quarũ prima dirigitur petitio ad dñm,ut apposita munera sanctificet. In secunda fit specificatio, pro quibus sanctificata munera deo libet, ibi. In primis quæ tibi.

Inno. Diuisio primæ particulæ patet ex principio sequẽtis lectionis. ¶ Prima pars incipit a littera T, siue t. Te igitur. quod secundũ Inno. nõ uidetur sine diuina prouidentia factũ. Est. t. littera mystica secundũ Isido. 1. lib. ethymol. c. 3. Sunt.n. tres litteræ mysticæ apud grecos. υ quod humanam uitam designat. Θ. Thita mortẽ:& α alpha principiũ. ω omega finẽ: quæ duę litteræ, ad Xpm pertinẽt secundũ illud Apoc. 1. Ego sum alpha,& ω principiũ, & finis. & thita,quá hebræi thau dicunt,nos. t. Dicitur aũt thau hebraice quasi signũ. Litteræ aũt græcę,& latine ab hębraicis uidẽtur exhortæ. Formantur.n. litterę græcę ab hebraicis,& quãtũ ad sonũ:& quãtũ ad nomẽ:& latinę a græcis. nam apud hæbreos primò dictũ est aleph. deinde: ex simili enunciatione apud græcos tractũ est alpha: inde apud latinos a. Translator autẽ ex simili sono alterius linguæ litterã condidit: ut nosse possimus linguam hæbraicã omniũ aliarũ linguarum,& litterarũ esse matrẽ: sic ergo a thau hæbręo formata est thita græcé:& t. latiné. Insinuat autem t. littera siue thau mysterium crucis dominicæ,ex sui forma, & formatione, ipsum repræsentans. Est deniq; signũ illud secundũ beatũ Hiero. quod impressum fuit quorundã faciebus,ad dñi iussionẽ: quo sic signatis concessa est salus, & liberatio ab interitu mortis. Angeli percutientis: de quo Eze. 9. ita scribitur. Dixit dominus ad uirum indutũ lineis habentẽ in lumbis atramẽtũ scriptoris. Transi per medium ciuitatis in medio Hierusalem: & signa T super frontes gementium uirorum,& dolentiũ super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio. Et post hæc dixit sex uiris. transite per mediã ciuitatem post eũ, & percutite,super quẽ non uideritis signũ. T. Nemini pareat oculus uester. Et post pauca. Omnẽ autẽ,super quẽ uideritis signũ T, non occidatis. ¶ Illud,quoq; signũ est illud,super quo Moyses serpentem æneum erexerat in deserto, quem inspicientes saluabãtur a morsibus serpentũ ignitorũ. Numeri. 21. De quo saluator. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Factus est enim filius hominis obediens patri usq; ad mortem: mortem autem crucis. Phil. 2. quæ crux instar litteræ T, figurata fuit: ex stipite, scilicet,& ligno transuersali supraposito: stipite, non eminente: ut uerificaretur illud Lu. 9. Vulpes foueas habent: & uolucres cœli nidos,filius autem hominis non habet,ubi caput suum reclinet. ¶ Illud fuit etiã signũ, de quo Apoc. 7. dicitur. Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum dei uiui. Glo. Vexillum crucis: clamantem uoce magna quattuor angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari dicens. Nolite nocere terræ, neq; mari: neq; arboribus, quo ad usq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et quia in canone missæ passio Christi remoratur: quæ in cruce consummata est: ideoq; congruum fuit, & rationabile, ut ab ea littera inchoaretur: quæ crucem plus cæteris repræsentaret: qualis est littera T, ut scilicet per eius

Quare incipitur a T, Hæc littera quid significet,& repræsentet.

Exec. 9.

Numeri. Johann. 3.

Apoc. 7.

Laudes crucis Christi explicãtur.

inspe-

Imaginis Christi oscu lū quā affert utilitatem.

inſpectionē ſacerdos in memoriam reduceretur dominicę paſsionis. Quod ſalutiferæ crucis ſignum laudabiliter fideles in quotidiani uſus ſenſibilibus rebus puta libris, parietibus, ſtatuis imprimunt, & exemplo ſacerdotis oſculantur: ut ad paſsionis Chriſti memoriam excitentur, & ex eius rememoratione ſanentur a ſuggeſtionibus ſerpentum infernalium. Sicut olim ſanati ſunt filij Iſrael a morſibus ſerpentum ignitorum per inſpectionem ſerpentis in crucis ſigno erecti. ¶ Magna enim eſt crucis uirtus: magnum crucis myſterium. unde ſecundum Inno. Crux ſanitatem reſtituit, benedictionem impendit: diſcernit a perfidis: liberat a periculis, hoſtes expellit: uictores conſtituit. Crux myſterium fidei: ſacramentum ſpei: clauis ſcientiæ: forma iuſticiæ: magnificentia regum gloria ſacerdotum, ſuſtentatio inopum: pauperum conſolatio, cæcorum lumen claudorū baculus, deſolatorū ſpes: reſurrectio mortuorum. uerba ſunt originaliter beati Ioh. Chry. in homel. de cruce. Huius crucis laudes Rabanus fulden. Monachus, & moguntinæ ſedis archiepiſcopus mirando compegit artificio, figuris, proſa & metris, nihil eorum omittens: quod ad eius magnificam laudem humanitus poterit inueniri. Hec de littera t. ſiue T canonis principio, cuius exordium. Te igitur clementiſſime pater. ¶ Ad cuius intellectū notandum, q̄ nomen Pater, dupliciter in ſcriptura accipitur. Accipitur. n. qñq; pater eſſentialiter: & qñq; notionaliter. Eſſentialiter attribuitur toti trinitati, & ſingulis perſonis coniunctim, & diuiſim: ſicut cætera nomina eſſentialia: quæ de ſingulis perſonis in omnibus ſimul in ſingulari numero prædicantur: ſicut increatus, immenſus, æternus, omnipotens, dominus, deus. de quo in ſymbolo athanaſij æternus pater: æternus filius: æternus ſpiritusſanctus. Et tñ nō tres æterni; ſed unus æternus &c. Nomina. n. eſſentialia: ſicut de perſonis ſingulis: ita de omnibus ſimul ſingulariter non plurali numero prædicantur, ſecus de nomine perſona, ſiue ſuppoſitum: quod licet dicatur ſecūdū ſubſtantiā pro quanto nō dicitur relatiue ſecundū beatū Aug. 7. de tri. c. 5. excipitur tñ a ſupradicta regula ſecundū eundē lib. 8. de tri. ca. 1. ut recitat magiſter di. 23. 1. ſen. Et iſto mō eſſentialiter. ſ. accipit pater in cantico Moyſi Deut. 32. Nonne ipſe eſt pater tuus: qui poſſedit, fecit, & creauit te? Sic et accipitur Mat. 6. in oratione dominica. Pater noſter, qui es in cęlis. Et gñaliter ſic accipi pōt: qñ de eo prædicatur terminus importās aliquid cōueniēs toti trinitati. ſicut eſt operatio qualibet ad extra. Opa. n. trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. Nā pater, & filius, & ſpūſanctus ſicut inſeparabiliter ſunt: ita inſeparabiliter operant: ait Aug. 1. de tri. c. 4. & magiſter di. 2. li. 3. Et dicitur notanter, accipi pōt: quia aliqñ et reſpectu termini eſſentialis. i. conuenientis tribus accipitur nō eſſentialiter: ut cū in ſymbolo apoſtolorū dicitur: Credo in deum patrē omnipotētē creatorē cæli, & terrę: ubi patrē accipiē pro ꝓſona patris tm: licet ſequaē omnipotentē, & creatorē cæli, & terræ: qui ſunt termini eſſentiales conuenientes omnibus tribus. Sed hoc eſt ex eo quia ſtatim additur. ſit in Ieſum Chriſtū filiū eius unicū dñm noſtrū. ꝑ quod innuitur diſcretio eius a filio. Similiter hic. Patris, & filij, & ſpūſancti una eſt diuinitas. &c. Patris, ſimiliter filij, & ſpūſancti accipiunt ꝓſonaliter: licet, qā ſequit: una diuinitas, ſit terminus eſſentialis: eo q̄ hic expreſſe innuit diſcretio ꝓſonarū ¶ Alio modo pater accipitur notionaliter, ut eſt propriū primę perſonæ, quæ a nullo eſt: & eſt terminus perſonalis, unā tantū perſonā, importans, & ſic ſemper accipitur, qñ ponit reſpectu prædicati, ꝓſonalē proprietatē importātis: et cū excluſione cęterarū perſonarū: ut cū dicimus. Pater a nullo eſt, nec factus, nec creatus nec genitus, nec procedēs. Similiter pater genuit filiū ſibi coæternū, & ſub-

Innocens

Io: Chryſ

Pater dupliciter accipitur.

Prædicatio nominum eſſentialiū, & notionaliū in diuinis quid differant.

D

Auguſt. 7.

Deut. 32.

Aug. 1.

Termin⁹ pater quādoq; ſummitur eſſentialiter quādoq; notionaliter.

ſtantialē. Pōt tamē quandoq; capi notionaliter reſpectu prædicati eſſentialis: ſed nō cū excluſione alicuius perſonarum: ut hic pater creauit mundū. Pater incarnauit. i. incarnari fecit filium. Pater tradidit in mortem filium. Pater pōt accipi notionaliter: & pōt accipi eſſentialiter: & ſecundū hoc ſecūdū nōnullos hæc particula pōt duplicter exponi. Vno mō ut accipitur eſſentialiter: & tunc reſumi debet prima pars hymni præmiſsi: ut ſic. O deus trinitas. i. pater clementiſsimē: quia ſanctus es: quia dominus ſabaoth. i exercituū es: quia pleni ſunt cæli, & terra gloria tua. Igiſ. i. ideo uel iccirco ſupplices te rogamus. ¶ Sed cōtra hanc expoſitionē uidetur eſſe, quod ſtatim ſequit. Per Ieſum Chriſtū filiū tuū. Nā Chriſtus nō eſt filius totius trinitatis: quia nō filij: quia nihil impoſsibilius, quā q; idē gignat ſe: ſecūdū beatū Aug. 1. de tri. c. Neq; eſt filius ſpiritusſanctus, quia ſpiritusſanctus: poſterior eſt filio origine: quia a filio procedēs, & tñ tā filius,, quā ſpiritusſanctus pertinet ad trinitatē: & cū patre ſunt una tota trinitas. ¶ Ad quod rñdetur, q; Chriſtus dici pōt filius trinitatis: nō generatione diuina: ſed creatione humana: nā generatione diuina a ſolo patre eſt: ut dicit Athanaſius in ſymbolo. Filius a patre ſolo eſt: nō factus; nec creatus: ſed genitus. Loquitur de filio ſecundū naturā diuinā. n, non ſecundū aſſumptā. Creatione aūt humana. i. naturæ humanæ, quā inſeparabiliter tota trinitas operata eſt: filius eſt trinitatis: ſicut cæteri homines a deo producti: ſecundū quā Chriſtus ēt a tota trinitate factus, ſeu creatus eſt: & ita trinitatis filius. Nō quidē, q; creari, aut fieri primò conueniat Chriſto, qui deus eſt increatus: ſed ei cōuenit per cōiugationē idiomatū: rōne humanitatis aſſumptæ ſicut dicitur paſſus, mortuus. &c. Secundū quē modū ēt dixit Chriſtus. Iohan. 14. Pater maior me eſt, licet ſit æqualis patri. ¶ Veruntamen alijs hæc expoſitio uidetur a litera extranea: quia quotiens in diuinis ſermonibus nomē filius additur nomini patet, diſcretio importatur, & termini pater filius, non eſſentialiter, ſed notionaliter, accipiuntur. Neq; hæ locutiones approbantur, Chriſtus eſt filius uerbi, Chriſtus eſt filius ſpūſſanctī: quæ tñ eadē rōne cōcedendæ ſunt, qua illa, Chriſtus ē filius trinitatis. Et quāuis poſſent habere ueros intellectus, tñ ne aliquibus detur errandi occaſio, uitantur. ¶ Et propter hoc Alex. de ales, dominus Alber. Guil. ac cæteri hāc particulā tñ exponunt de patre accipiēdo notionaliter. Et ſic reſumi debet ſecunda pars hymni, ut ſic. Pater cęleſtis, quia magnificaſti nobiſcum miſericordiam tuam, ut mitteres filium tuū unigenitum. Cui turba cāticū laudis acclamauit. Benedictus, qui uenit in nomine domini. Ideo clementiſsime pater te ſupplices rogamus. Sic patris auctoritatem inſinuat: ipſum ſolum inuocando ait Alex. quem alloquitur tanquā præſentē per gratiam, qui nuſquā deeſt per eſſentiā, potentiā, & præſentiā. Vel ſecundū dñm Alber. & ultimā expoſitionē hymni ſic. Pater, quia ſanctus es: & cælum, & terram gloria repleſti per euchariſtiæ ſacramentum. Igitur te rogamus, quibus rationem, & cauſam te rogandi dediſti per hoc, q; cælum, & terram gloria tua per ſacramentum impleſti. O pater, qui paterna uirtute nos formas: paterna affectu dulciſsime de nobis cogitas, paterna prouidentia bonorum tuorum hæredes nos ordinas, paterna diſciplina inſtituens utiliter nos ſanctificans. Format enim nos ad imaginem ſuam paterna uirtute; quia nullius uirtutis in cælo, & in terra eſt proprium formare natum ad imaginem propriam, niſi paternæ uirtutis. Eſa. 64. Nunc domine pater noſter es tu: nos uerò lutum, & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. & Eccl. 17. Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illū & ſecundum ſe ueſtiuit illum uirtute. Format autem nos uirtute dñm,

Chriſtus an poſſit dici filius Trinitatis.

E

Auguſt.

Athanaſius

F

Alex. de ales Guil.

Albert.

Eſaiæ. 64.

Eccl. 17.

inui-

inuisibili magni dei.i.filio,qui est imago dei inuisibilis, in sacramento per gratiam unimur,& incorporamur. Ad cuius incorporationis consignationem hortatur nos apostolus 1.Cor.15. Fratres sicut portauimus imaginem terreni,portemus imaginē cælestis. Qualis terrenus,tales & terreni, & qualis cælestis,tales & cælestes. Rursus pater paterno affectu dulciter de nobis cogitat: dum præstat panem de cælo omne habentem in se delectamentum,& omnem suauitatem saporis. Sap. 16. Angelorum esca nutristi populum tuum,& paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem,& omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam,& dulcedinem,quam in filios habebas, ostendebat, & deseruiēs uniuscuiusq; uolūtati,ad quod quisq; uolebat:cōuertebatur. Vnde & hic panis, panis filiorū nō canibus mittēdus dicitur:qui utiq; a patre porrigitur. Insuper paterna prouidētia bonorū suorū hęredes nos ordinat: dū per incorporationē,qua nos filij sui corpori per huius sacramēti sūprionē unit:nos filios suos efficit:& ueros hęredes spiritu:q uaporat de sanguine eius,quo potamur. Sicut ait apostolus ad Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis,in quo clamamus,abba pater, qui testimoniū reddit spūi nostro,q̄ sumus filij dei. Si autē filij,& hæredes. Hęredes quidē dei, cohæredes aūt Christi. Demū paterna disciplina instituēdo nos sanctificat:de quo ad Hæb. 12. Pater spirituū erudit nos,ad id,quod utile est in recipiēdo sanctificationē eius. Hāc licet multis recipiamus modis:cōueniētissime tamē in hoc sacramēto:in quo illi per spiritū unimur q nūquā recessit a discipli na patris. ¶ Et ut citius impetremus,quod petimus addimus. Clemētissime. Habet quippe humana industria,ut dū petitionis suæ effectū expectat, & desiderat,obsecrati laudes petēdo proponat:ut sic per hoc eius beniuolēciā captet. Qualiter uidere est apud oratores,qui in suis exordijs iustitiā, & famam,aliaq; laudis præconia præmittunt: ut sic animū eius,quē orāt: ad sui inclinent desiderij implementū sic fecit prudens mulier iudith : cum hostiū iudaicæ plebis contritionē impetrare a domino uoluit : huiusmodi exordio cæpit. Domine deus patris mei symeō,qui dedisti illi gladium in defensionē alienigenarū:respice in castra assyriorū:sicut tunc in castra ægyptiorum uidere dignatus est. Orauitq;. Deus cælorum,creator aquarum, & dominus totius creaturæ exaudi me miserā deprecantē, & de tua misericordia præsumētē.Iudith.9. Et ita priscorū patrū plurimos fecisse scriptura cōmemorat. Additur ergo. Clementissime.i.misericordissime:quod p̄dicta laudis est:quia misericordia eius super oīa opera eius. ¶ Est aūt clementia secundum Albert. uirtus, quæ facit,quē præstabilem super malitia:quę contra ipsum cōmissa est,maxime quantum ad pœnas pro ipsis infligendas. Sic enim clementia spectat ad iudices,& præsidentes:quorum est misericordiam reis exhibere:secundum illud Iacob. 1. Misericordia super exaltat iudicium. Vnde & Sene. Clemētia est inclinatio animi ad lenitatem in pœna exequenda. Ait enim lib. 2. de clementia ad neronem. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi. Vel est lenitas superioris aduersus inferiorē in constituendis pœnis. Et sequitur,quod dictū est. Itaq; dici pōt, & inclinatio animi ad lenitatē in pœna exigēda. Hæc aūt maximē præsides decetur in lib. 1.idē ait. Nullū clemētia ex oībus magis,q̄ regē ac principē decet. Et qm̄ deus rex regū, ac principū princeps:uiuorūq; & mortuorū iudex ē: maxie deo cōuenit:p q̄ & ipse semp citra cōdignū punit,nec letatur i pditione uiuorū.Sap.1.Siquidē pius est:& nō parcitur cruciatu scām Greb.dialo. Neq; obliuiscetur misereri deus:neq; cōtinebit in ira sua mias suas ps.76. Congruē itaq; ad patris clementiā in nostra petitione, qua petimus

Cur additur clementissime.

Clementia qui.l.

Quorū sit esse clementes.

1.Cor. 15.

Sap. 16.

Rom.8.

Albert.

Iacob.1.

Sap. 1. Greg.

mise

misericordiam nobis exhiberi, aspiramus dicentes. Pater clemẽtissime: quia sanguis, qui hic offertur ꝓ multis, effusus est in remissionẽ peccatorũ. Mat. 26. Et quoniam benignus misericors, & præstabilis est super malitia. Iohel. 2. ¶ Pater igitur clementissime te rogamus: confidentes de impetratione eius, quod petimus: animati pariter, & docti spe uerborum apostoli tui Iacobi. 1. c. suę canonicæ. Postulet autem in fide nihil hæsitans a te domino, qui dat omnibus affluenter: & non improperas. Qui namq; hæsitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur, & circumfertur. ¶ Est autem rogatio (secundum Alber.) inclinatio eius, qui rogatur ad exauditionis consẽsum, ab eo, qui rogat: & per hoc differt a petitione, quæ secundum eundem, est expressio eius, quod desideratur fieri ab eo, qui exauditurus rogatur. Non est autem rogatio siue petitio, locutio: uel oratio ut quibusdam uidetur optatiua: secundum Guil. Parisien. inde diuina rhætorica circa principium: sed oratio alterius inclinatiua: non enim qui optat: uel desiderat aliquid, id eo ipso petit: nam multi optant, siue desiderant, qui non petunt. Multi etiam optant, siue desiderant, qui habere nolunt: sic uiri sancti, & sapientes, qui multa concupiscunt, & desiderant, a quibus tamen abstinent se uiriliter, & auertunt. Qui autem petit, indubitanter ostẽdit se uelle obtinere, quod petit. Hæc Guil. Itaq; in proposito, rogamus, & petimus deum patrem clementissimum: ut nobis, quæ petimus, tribuantur. Quomodo autem intelligendum sit deum petitionibus ad petita conferendum inclinari, inferius dicetur, cum de sanctorum imploratione sermo fiet. ¶ Additur. Ac petimus ad exprimendum affectus magnitudinem. Accumulat enim secundum Alex. uerba deprecatoria dicens: Rogamus, & petimus, ut sic geminata postulatione, melius obtineat, quod intendit. Et pluraliter loquitur, significans se uice omnium orationem fundere deo patri. ¶ Petimus autem non superbi; sed Supplices. i. humiles: quoniam ab initio superborũ supplicatio non placuit domino: sed humilium. Iudith. 9. unde & Iacob. 4. Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam. Humiles ergo non præsumentes de nostris meritis: nec in iustificationibus nostris, profferimus præces nostras ante faciem tuam sed in miserationibus tuis magnis, & multis cum uiro desideriorum sancto Daniele (Eiusdem 9.) scientes, quoniam oratio humiliantis se cælos penetrat: & non discedet, donec altissimus eam aspiciat. Eccl. 35. Vnde & legimus, ꝙ pharisæus ille, qui iustitias suas allegauit coram deo, spretus est: ubi publicanus confitens humiliter iustificatus abscesit. Luc. 18. Et quia duo sunt, quibus petens obtinet, quod intendit. s. diuina clementia ex parte exorati, & humilitas ex parte orantis. Ideo propter primum dicitur, pater clementissime. Propter secundum, supplices petimus, & oramus. Petimus autem. Per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum. tanquam per mediatorem inter te patrem, & nos miseros peccatores: qui propiciatio est pro peccatis nostris: qui lauit nos in sanguine suo, & reconciliauit nos perditos tibi: regenerauitq; nos in specie uiuam: per quem cum essemus tenebræ, facti sumus lux in domino. Per hunc ergo mediatorem, te patrem clementissimum rogamus, & petimus, per quem impetrandi certitudinem accepimus. Ipse tua ueritas æterna sub iuramenti pollicitatione nobis promisit. Amen amen dico uobis: si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit. Ioh. 16. Propter quod merito per ipsum imploramus. Et quia per te rogamus, & petimus domine noster Iesu Christe: aperi igitur pro nobis os tuum sanctissimum: os benedictum. Te namq; os tuum aperiente, omnes nostri accusatores obmutescẽt: te præstante patrocinium causæ nostræ, nulli ex ad-

Matt. 26.
Iohel. 2.
H
Iacobi. 1.
Albert.
Guil.
Alex.
I
Iudith. 9.
Iacob. 4.
Eccl. 35.
Luc. 18.
Iohan. 16.

Rogatio qd est.

Rogatio nõ ẽ oratio optatiua; sed inclinatiua.

Oratio fieri debet humiliter, & supplicitet.

Per Iesum Christũ debet fieri.

uersis

uersis consurgent. Si namq; tu pro nobis quis contra nos? Te dante uocem gratiosissimam pariter,& patri gratissimam,uocem illam angelorum eloquiis incõparabilem:an auertet pater misericordiarum aures suas? Qui te a nobis audiri mandauit,dicens. Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui,ipsum audite. Matt. 17. Quomodo te pro nobis interpellantem non exaudiet? Tu enim susceptor dignatus es patroni, & aduocati officium:teste dilecto tuo discipulo. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Hinc nostram age fideliter causam. Non opus est iterum sanguinem tuum fundas uiuificum in sanctificationẽ nostram. sufficit nobis, ut preces fundas placationis in conspectu patris. An denegabis nobis preces rogatus: qui & sanguinem proprium tribuisti non petitus. Tu namq; apparet uultui dei pro nobis: ut semper uiuens interpellas pro nobis. Ideoq; per te Iesum Christum dominum nostrum filium suum,patrem rogamus, & petimus. Matt.17. 1.Ioh.2. Hebr.9.

Christus qn tupliciter dicitur, & nominatur.

¶ Quibus uerbis describitur Christus quintupliciter. Primò, quantum ad effectum salutarem, quia Iesum: quantum ad dignitatem regalem, quia Christum: quantum ad proprietatem personalem,quia filium tuum:quantum ad præsidentiam uniuersalem,quia dominum: quantum ad profectũ habitualẽ, quia nostrum. Quo ad primum dicit euangelista. Vocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2. cuius interpretationem. Mat.c.1.aperit.Ipse.n. saluum faciet populum suum a peccatis eorum:uenit enim saluum facere, quod perierat. Luc. 19. Nec uenit uocare iustos: sed peccatores: quoniam non est opus bene habentibus medico: sed male habentibus. Mat.9. & Petrus apostolus. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Ipsum enim est nomen salutiferum; quia omnis quicunq; inuocauerit nomen domini,saluus erit.Iohan.2. Ecce effectum salutarem. ¶ Describitur in nomine Christus, dignitas regalis:quia Christus unctus interpretatur:& ipse quidem unctus est secundum illud psalm. deo.Vnxit te deus deus tuus oleo letitiæ præ participibus tuis.Reges quippe prophetæ,& sacerdotes in lege ungebantur: & ipse rex fuit, propheta, & sacerdos. Rex. Ioh. 12. Benedictus,qui uenit in nomine domini, rex Israel. & iterum. Noli timere filia syon:ecce rex tuus uenit tibi Mat. 21. Et ps. de Christo loquens. Sedes tua deus in seculum seculi: uirga directionis uirga regni tui. Et iterum. Deus iudicium tuum regi da:& iusticiã tuam filio regis. & in Apoc.19. Habet in uestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum,& dominus dominantium. Ecce dignitatem regalem. ¶Notatur tertiò proprietas personalis in uerbo filium tuum: de quo in ps. Filius meus es tu:ego hodie genui te. Et præcursori, uoce patris lapsa de cælo dictum est. Tu es filius meus dilectus in te mihi complacui. Vnde & ait uox uerbi Iohãnes.Et ego uidi,& testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Iohan. 1. Lucas quoq;. Et quod nascetur ex te sanctum,uocabitur filius dei. Ipse quoq; se dei patris filium nedum uerbis creberrimis:sed & signis,& uirtutibus certissimis declarauit. Vnde cæco nato post eius illuminationem loquens ait. Credis in filium dei. Sequitur. Et uidisti eũ: & qui loquitur tecum,ipse est. Iohan.9. & eiusdem 20. Hæc scripta sunt: ait iohãnes, qui ueritati testimonium perhibuit:ut credatis: quia Iesus ẽ Christus filius dei,& ut credentes uitam habeatis in nomine eius. ¶ Inuenitur etiam presidentia uniuersalis in uerbo dominus.ad Ephes. 1.Deus pater constituit illum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum,& potestatem,& uirtutem,& dominationem &c. Et omnia subiecit sub pedibus eius, & dedit ipsum caput super omnem ecclesiam. Ipse

Matt.17. Luc. 2. Luc. 19. Matt.9. Act. 4. Ioh.1. Ioh.12. Matt. 21. Pſalm. Apoc. 19. Not. 3. Luc. 3. Iohan. 1. Iohan.9. L Ephe.1.

Dñs quomõ dicit Christus.

quoq;

Matth. ult. quoq; dominus ait. Matt. ult. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Iterum uos nocatis me magister, & domine: & bene dicitis: sum etenim.
Iohan. 13. Ioh. 13. Item ad Hæb. 2. apostolus. Constituisti eũ super omnia opera
Hæb. 2. manuum tuarum. ubi Ambro. Ecce potestas Christi ostenditur. Sicut. n.
Phil. 2. a diuino opere nihil excipitur: ita nec a Christi potestate. Item ad Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen: quod est super omne nomen: ut in nomine eius omnem genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Attende hic præsidentiam uniuersalem. Signatur demum profectus humanalis in uerbulo nóster. Siquidem noster Iesus: noster Christus: noster filius: noster dominus. Paruulus enim natus est nobis: & filius datus est nobis. Datus in antidotum nostræ saluationis: in pa-
Esa. 9. bulum nostræ refectionis: in sacrificium nostræ reconciliationis: in sacramẽtum nostræ sanctificationis: in precium nostræ redemptionis: quia Iesus. i. saluator: in aduocatum nostræ allegationis: in magistrum nostræ eruditionis: in lumen nostræ illuminationis: in directionem nostræ uiationis: quia Christus. i. unctus: in scutum nostræ protectionis: in ducem nostræ gubernationis: in propugnatorem nostræ defensionis in iudicem nostræ remunerationis: quia dominus noster. Magna igitur fiducia preces fundimus ad te patrem clementissimum: ubi assiduum habemus interpellantem Iesum prudentissimum aduocatum Christum: mediatorem acceptissimum patris cælestis filium: petitionis effectum, largitorem cum patre potentissimum, cæli, & terrę nostrum, & uniuersitatis dominum. Rogamus ergo & petimus supplices te pater clementissime per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum.

EXPOSITIO CANONIS AB EO LOCO VTI accepta habeas. usq; imprimis.

LECTIO XXI.

TI accepta habeas, & benedicas. Hæc dona: hæc munera: hæc sancta sacrificia illibata. ¶ Captata beniuolentia eius, qui petitur in uerbo. Te pater clementissime. Commemorato etiã mediatore, cuius merito oratio nostra patri acceptabilis redditur: in uerbo. Per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum. Infinnato deniq; supplicandi affectu, quo mens orantis in sublime tollitur, in uerbo. Supplices rogamus, & petimus. Sequitur expressio eorum, quæ a clementissimo patre obtineri desiderantur. Quæ duo sunt. Primum, ut grata sint offerenda munera. Secundum, ut fiant sacrificia idonea. Primum exprimitur, cum dicitur. Vti accepta habeas. Secundum cum dicitur. Et benedicas. Et tertiò offerenda congruis uocabulis designantur: cum sequitur. Hæc dona: hæc munera: hęc sancta sacrificia illibata. In his tribus uersabitur hæc lectio a 1. ¶ Petimus ergo quoad primum. Te pater clementissime. uti. i. ut accepta habeas. i. placita tibi sint, & grata hæc dona: & munera, quæ panis sunt: & uinum terrena, & a terrenis tibi oblata, & idcirco diuinæ maiestati tuæ indigna: tamen quia per filium, ut a nobis iugiter offerantur, sunt instituta: petimus igitur, ut in honorem dilecti filij tui, hęc dona accepta habeas: ut placita sint tuæ uoluntati. Quia enim oblationes, holocausta, & uere. le. sacrificia, neq; sufficientia erant:

De benedictione, & acceptione munerum.

nec

nec tibi placuerũt: idcirco filius tuꝰ in ultima cęna finẽ eis imponere uoluit: acceptis in manibꝰ pane, & uino grãs agẽs, benedixit: dixitq; discipulis. Hoc facite in meã cõmemorationem. Per quod hęc ipsa dona, & munera nobis in sacrificiũ cõmendauit. Petimus igitur, ut accepta tibi sint nostra munera: noua filij tui institutа: quibus superuenientibus uetera sunt proiecta: sic.n. in lege mãdasti. Superuenientibus nouis: uetera proijcietis. Leuit. 26. Et rectè in tempore plenitudinis gratiæ, uetera imperfectæ legis sacrificia proijcienda fuerant: quia imperfecta, ac insufficientia fuerant: quoniam deo non placuerunt: peccata non abstulerunt: nec gratum facientem gratiam cõtulerunt. De primo dicit Hier. 6. c. Holocaustomata uestra non sunt accepta: uictimæ uestræ non placuerũt mihi. & Oseæ 6. Misericordiam uolo, nõ sacrificium. in ps. quoque. Quoniã si uoluisses sacrificiũ, dedissem utiq; holocaustis non delectaberis. Et in alio ps. Non accipiam de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hircos. De secundo idem propheta dicit. Holocaustum pro peccato non postulasti. & apostolus ad Hæbr. 10. Impossibile est sanguine hircorum, & taurorum auferri peccata. De tertio idem apostolus ad Roman. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. & Ezechiel. 20. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non uiuent. Præcepta. s. quãtũ ad sacrificia, & cerimonialia, ac iudicialia in quibꝰ nõ uiuẽt uita. s. gratiæ. Et iterũ ad Gal. 2. Si per legẽ iustitia: ergo Christus gratis mortuus est. Quia igitur pæter clementissime, legis oblationes, & sacrificia reprobas tanquam inutilia ad æternæ uitæ consecutionem, & remissionem peccatorum. Te supplices per Iesum Christum filium tuum petimus: uti accepta habeas hæc nostra dona, munera, & sacrificia: quæ idem filius tuus, in quo tibi bene complacuit: nos tibi offerre uoluit pro cursu legis euangelicæ, & gratiæ. ¶ Sed prædictis uidetur obuiare illud Leuit. 4. Si peccauerit anima de populo terræ: offerat capram immaculatam, & adolebit eam sacerdos super altare in odorem suauitatis domino: rogabitq; ꝓ eo: & dimittetur ei. Videtur ergo, ꝙ legis sacrificia placuerunt domino: & accepta fuerunt ad remissionem peccatorum. Item ibidem. 18. Custodite leges meas, atq; iudicia: quæ faciens homo uiuet in eis. Vita autem hominis spiritualis est per gratiam iustificantem: igitur uidetur, ꝙ gratiam contulerunt. Præterea ad Hæb. 9. Si sanguis taurorum, & hircorum. & cinis uitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quantò magis sanguis Christi? Et post pauca. Omnia pene in sanguine mundãtur secundũ legẽ. Ex quibus uerbis uidetur elici posse, ꝙ per sanguinem animaliũ oblatorũ in sacrificiũ, remittũtur peccata delinquentium. ¶ Pro horum solutione aduertendum, ꝙ in sacrificio ueteris legis tria consideranda occurrunt. s. caro, & sanguis animalis, quod offerebatur. Secundò res spiritualis, quæ figurabatur: ut in agno, uel uitulo Christus: in capra pœnitentia: in boue uita robusta, & actiua: in aue uita sublimis, & cõtẽplatiua. Tertiò per sonæ, ꝓ quibus sacrificium immolabatur, & harum fuerunt duæ species: quia quædã dignę: quędam fuerunt indignæ. Indignæ, quæ sacrificiũ huiusmodi carnaliter tã tũ attendebant. Dignę uerò, ꝙ ea spũaliter intellexerũt: & in Xpm in eis figuratũ explicitè, uel implicitè credentes: secũdũ spirituale horũ intellectũ uitam suam ordinauerũt. ¶ Secundò aduertendũ, ꝙ peccata remitti per illa sacrificia, dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad reatum culpæ, qui & cordis macula, & dei offensa appellatur. Alio modo quantum ad reatum pęnę: pęnę dico non debitæ pro peccato in inferno, uel purgatorio soluendæ: sed pęnę legis, quã incurrebant ex esu prohibitorũ ciborũ, & ex tactu morticinij, ꝓpter quæ prohibiti fuerũt iudæi ab ingressu tem-

Leui. 26.

Hier. 6. Oseę 6.

Pſal.

Hæbr. 10.

Roman. 3. Ezech. 20.

Gal. 2.

Leuit. 4.

Sacrificia ue. le. imperfecta fuerũt, qa nec deo accepta, nec peccata abstulerunt.

Not. 1.

Not. 2. Peccata remitti per sacrificia dupliciter intelligitur.

Not. 1. Num. 19.

pli,& ita facti quasi irregulares:de quo Num. 19. ¶ Tertiò notandum, q̃ sacrificia ueteris legis iustificare dupliciter accipitur. Vno modo,q̃ conferant gratiam gratumfacientem:quæ est uera perfecta, & gratuita iustitia, qua redditur deo honor,& debita obedientia. Alio modo, q̃ in horum sacramentorum exhibitione iust.ficẽtur sacrificantes iustitia, quæ est uirtus moralis,& politica:quæ acquiritur ex frequenter iuste operari:sicut ceteræ

D uirtutes morales ex actibus frequentatis. ¶ Per has distinctiones respondetur ad obiecta. Vnde dicendum,q̃ sacrificia illa secundum se sumpta,& uirtute operis operati deo non placebant:neq; propter ipsa deus peccata sacrificantium remisit quantum ad culpæ reatum,siue conscientiæ maculam. Et secundum hoc intelligendæ sunt auctoritates inductæ. Illa Hier.

Cur offerẽda dicuntur dona,munera,sacrificia.

Hiero.

Victimæ uestræ non placuerunt mihi. Et illa apostoli. Impossibile est sanguine hircorum auferri peccata:quia ad hoc uictimæ illæ institutæ non fuerant a deo:neq; ad hæc attingere potuerunt:cum fuerint res puræ corporeæ,& materiales. quæ ad peccatorum delectionem nullum efficientis causæ ordinem habuere. Veruntamen per hæc sacrificia remittebantur peccata quantum ad pœnas legis,& immunditias corporales: quæ fuerunt irregularitates quædam contractæ ex contactu cadauerum, uel aliarũ corporalium immunditiarum,quæ prohibebant ab ingressu templi:& rediderunt populos in idoneos ad cultum dei. Hæ pœnæ,& impedimenta tollebantur per quædam sacramentalia illius legis. Et secundum hoc intelligitur dictum apostoli, q̃ sanguis hircorum,& cinis uitulæ inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Carnis dicitur non animæ:ad denotandũ, q̃ gratiam, quæ munditiam mentis delet,non contulerunt. Sicut in noua lege dispensatio cum male nato ad susceptionem ordinum,tollit irregularitatem:sed gratiam non infundit. Dicunt tamen doctores communiter, q̃ hæc sacramenta oblata in charitate ex obedientia dei instituentis, in protestationem ueræ fidei saluatoris: quem per hæc uenturum credidere, & protestabantur: deo placuerunt:& remissionem peccatorum quantum ad delendum reatum animæ profuerunt:& gratiam gratumfacientem contulerunt. Et secundum hoc intelligi debet illud Leuit. 4. facta mentione de sacrificio,sequitur. Et orabit sacerdos pro eo:& dimittetur ei.s. peccatũ:non quidem ex oblato munere:sed ex offerentis deuotione. Et similiter illud ad Gal. 2. Ex operibus legis non iustificabitur homo: nisi per fidẽ Iesu Christi. Durum siquidem dicere uidetur,q̃ aliquis ex obedientia, & charitate seruet præceptum dei:& non mereatur:q̃q; deus det præceptum alicui,& nolit præceptum obseruantem mereri:quantumcunq; ex obedientia,& deuotione obseruet. Neq; tamen ex his sequitur, q̃ fuerint uera sacrificia:quia non contulerunt gratiam uirtute operis operati:sed uirtute boni motus intectioris uoluntatis:quæ non necessariò requiritur in sacramentis nouæ legis: sed sufficit remotio obicis ut declarat Scot. in 4. dist. 1. q. 5. Sacrificia tamen ista ueteris legis,inquantum sub præcepto cadebant:iustificabant iustitia morali,& politica, etiam secluſa deuotione,quæ dicta est, offerentis:inquantum .s. opera legis, quæ iusta erant. quia diuinis præceptis conformia:generabant habitum iustitiæ,quæ uirtus moralis est in offerentibus. Hæc enim ex frequentatis actibus gignitur naturaliter: & non

I gratuito infunditur supernaturaliter. ¶ Et secundum has distinctiones transeunt auctoritates hincinde allegatæ:quæ uidẽtur oppositæ, & sibi inuicem repugnare. Omnia tamen hæc ueteris testamenti sacrificia per unicum Christi sacrificium in cruce euacuata sunt,cuius nos quotidię memoriam facimus,offerentes eandem hostiam in altari. Vnde petimus a patre

Leuit. 4.

Gal. 2.

sacri

sacrificium nostrum acceptum haberi:& suæ maiestati dignum: non munerum naturali proprietate:sed mediatoris Christi institutione. ¶ Vt uerò ipsa munera apta reddatur conuersioni in uerum corpus Christi: additur. Et benedicas.hæc.s. munera.i. benedictionem uirtutis tuę,& gratiæ in ea diffundas:ut idonea sint tam diuino sacramento.ut dicit Albert. non enim nostrum est benedicere,sed tuum:nostrũ autem est te inuocare o pater clementissime:ut tu benedicas. Numeri.6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel:ego autem benedicam eis. Rogamus ergo, & petimus supplices clemẽtissimum patrem,quatenus benedicat,& sanctificet munera oblata:ut in unum sacrificium conuertantur uerum.s.corpus Christi,& uerum eius sanguinem. ¶ Exprimuntur autem offerenda munera,panis.s.& uinũ aqua mixtum triplici nomine,cum dicitur. Hæc dona: hæc munera: hæc sancta sacrificia illibata. Eadem sacrificia sunt his nominibus designata secundum. Alex. Nam quæ sacris altaribus offeruntur:munera dicũtur,dona,& sacrificia. unde Mat. 5. Si offers munus tuum ad altare &c. & ad Hæbre. 5. de pontifice dicitur:ꝙ constitutus est a deo,ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Non ergo per præmissa tria aliud,& aliud dicitur:sed res una pro sui magnitudine, diuersa appellatione laudatur. Horum enim uerborum inculcatio piæ deuotionis est exercitatio:& ineffabilis commendatio sacramenti. Siquidem non inuenitur aliquod uocabulum, quo tantum sacramentum digne ualeat appellari: nisi ꝙ grece dicitur eucharistia, quod exponitur bona gratia. Pronomen hoc, demonstratiuum potest demonstrare ad litteram substantias oblatas panem,& uinum:uel per tropologiam offerentẽ ipsum:uel per allegoriam,qui in his substantijs significatur: Christum. Nam quodlibet horum non inconuenienter dici potest donum,munus, & sacrificium. Et secundum hoc tripliciter potest exponi. ¶ Quo ad primum quantum ad litteram,possunt hæc oblata tripliciter cõsiderari. Vel ut ex liberalitate dei in nos profluunt, & sic dicuntur dona. Vel ut a nobis pie recipiuntur:& ita sunt munera. Vt autem deo a nobis offeruntur sunt sacrificia. unde Isido. Donum proprie dicitur, quod inferiori a superiore confertur. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est. Munus,quod ab inferiore superiori præsentatur. Genes. 4. Respexit dominus ad Abel,& ad munera eius. Sacrificium,quod creatori offertur psal. Voluntarie sacrificabo tibi. & in alio. Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in domino. Et secundum hoc sunt dona nobis ad sustentationem a deo collata. munera a nobis deo,ut laudetur redita: sacrificia: quia pro peccatis nostris deo oblata nos sacros efficiunt. unde Alex. His uocabulis tribus,insinuatur, ꝙ hæc demõstrata sunt nobis a deo collata:a nobis deo præsentata,& oblata: in uerum,& summum sacrificiũ transsubstantiata. Sic ergo secundum Inno. donum est dantis:munus recipientis:sacrificium offerentis. Dona itaq; offerimus cum Dauid dicentes. Quæ de manu tua accepimus: offerimus tibi:quia offerri; non possunt nisi dona dei. Non enim iniuste acquisita:aut temporalia lucra offerri possunt; ut sup. habitum est. Munera uerò dum uoluntarie reddimus. Non enim offerri possent,nisi essent nostra munera;quia munera sunt uoluntaria,& hæc reponi possunt in dei donaria. Exod. 35. Omnis uoluntarius,& prono animo offerat domino. Vnde in psal. Filię tyri in muneribus uultũ tuum deprecabuntur. Exponit Alber. Filię tyri in muneribus,sunt animę angustiatę huius sęculi in labore, uel acquirentes,uel possidentes, quę domino debent offerri. unde & magi. Venimus cum muneribus adorare eũ. Mat. 2. Sacrificia autem offerimus,dum sacrum facimus. secundũ Isidorũ.

Litera multipliciter exponitur.

Donũ quid.

Munus.

Sacrificium.

Albert. Num. 6. F Matt. 5. Isido. Iacob. 1. Gen. 4. Alexand. Innoc. 1. Paral. ult. Exod. 35. Albert. Matt. 2.

Alex. Dum prece mystica in memoriam passionis dominicæ consecramus. Et secundum hoc aliqui (ut refert Alex.) sic distinguunt. Hæc dona. s. naturæ: hæc munera scilicet deuotionis nostræ: hæc sancta sacrificia illibata maiestati diuinę: ut hæc dona referátur ad naturam: hæc munera, ad gratiam: G hæc sacrificia, ad incorruptionis gloriam. ¶ In his prioribus expositionibus pronomen hæc, ipsa dona præsentia panis. & uinum ad sensum demonstrátur. Et hic consonat Aug. Dona offerimus, cum nosipsos deo offerimus: munera cum eius beneficiorum memores sumus: sacrificia illibata cum ei humilitatem, ac laudes impendimus. unde ps. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum deus non despicies. Possunt nihilominus per pronomen hæc, ad intellectum offerentes mystice demonstrari: ut nos offerentes intelligamur per dona, munera, & sacrificia. Potest etiam tertió per pronomina, ille qui uenit offerendus, ac intellectum allegorice demonstrari. i. Christus quantum ad corpus, & sanguinem sic intelligendo. Rogamus te pater clementissime: ut hæc dona, hæc munera, hęc sacrificia: hoc est Christum, in cuius corpus, & sanguinem hæc materialia dona panis, & uino substantia orantur conuerti: accepta habeas, & benedicas, faciendo scilicet ut effectum, & optatum habeant in illis, pro quibus offerimus. Dicitur autem Christus quantum ad corpus, & sanguinem donum, munus, & sacrificium. Donum, inquantum a patre nobis datus est liberaliter Esa. 9. Filius datus est nobis. Munus inquantum hęc spirituſſancti formatione in utero uirginis deuotè sunt recepta. secundum illud Luc. 1. Ecce concipies in utero, & paries filium, & sequitur. Spirituſſanctus superueniet in te &c. Sacrificium, inquantum ex nimia charitate in cruce seipsum obtulit sponte in sacrificium nostræ redemptionis: secundum illud Esa. 53. Oblatus est, quia uoluit. & ad Ephe. 5. Dedit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suauitatis. ¶ Vel dicitur Christus donum, munus & sacrificium: quia ipsum pater dedit: filius obtulit: spirituſſanctus accepit: singuli tamen dederunt, obtulerunt, & receperunt: sed ad distinctionem dicitur pater dedisse propter autoritatę, filius obtulisse propter humilitatem, spirituſſanctus accepisse propter benignitatem. ¶ Ex præmissis itaque patet, quomo offerentes, oblata, & qui patri offerendus in eis significatur: sunt dona, munera, & sacrificia. ¶ Dicitur etiam pluraliter hæc dona, hęc munera &c. quia panis & uini prius, quá consecrentur: & diuersę sunt species substantiarum: & diuersæ substantiæ specierum: sed ubi consecratio cælestis accesserit: species quidem remanent, substantiæ conuertuntur: sint diuersa continentia: unum uerò contentum. Nam idem sub utraq; specie continetur, scilicet totus Christus licet non in idem utraq; panis, & uini substantia conuertatur: de quo infra latius. Vel referendo precisè ad corpus Christi secundum ultimam expositionē. Quamquá Christus unus, & in se indiuisus totaliter, integraliterq; contineatur: dicitur tamen pluraliter hęc dona, hęc munera, hęc sacrificia: propter diuersitatem realem sui corporis, & sanguinis, quę sunt diuersa, & primò contenta sub dictis speciebus ex ui consecrationis sacramentalis. Non enim corpus Christi est sanguis Christi, neq; sanguis Christi est corpus Christi, uel pars eius: pars dico illius corporis, quod est primum signatum specierum panis. Hoc enim est corpus illud, quod est proximū perfectibile ab anima rationali: tale autem non est sanguis, cum sanguis nec sit animatus: nec animalis secundum philosophos. & philosophus. 2. de anima. c. 11. xere quidem enim: aut aqua impossibile est constare animatum corpus: oportet enim firmum esse. Relinquitur autem mixtum ex ter-

Aug.

Esa. 9. Lucæ. 1.

Esa. 53. Eph. 5.

Pronomen hæc quid attendit.

Quare dicit in plurali hęc dona.

Sāguis an sit animat⁹, uel animabilis.

ex terra,& ex his esse: ut uniuersaliter caro, & proportionabile. Et commentator commen. 111. Impossibile est enim sicut dicit secundum philosophum,ut constitutio corporis esset ex aere, aut aqua: animalia enim necessariò indigent corpore duro. sequitur. Vt est caro, & eius simile in animalibus carentibus carne. Hoc etiam cõsonat communi dicto doctorũ asserentiũ sanguinẽ Christi non fieri præsentẽ speciebus panis per se, & directe ut consecrationis: sed per quandam concomitantiã: quod uerũ non esset, si sanguis esset per se pars corporis. Quia ergo realiter plura sunt, sanguis corpus: & sub distinctis speciebus per se continentur: petimus in plurali, ut hęc dona,hæc munera,hęc sancta sacrificia accepta habeat,& benedicat.

Quare sancta, & illibata

¶ Et dicun ur hæc dona sancta,& illibata sacrificia (secundum Alex.) Sãcta ratione signicationis, non secundum se; sed quia significant sacrosanctum corpus, & immaculatum sanguinem Christi. Et illibata,nõ quasi nõ dñgustiata: sed illibata.i. immaculata: quia sine macula cordis & corporis oportet offerri quatenus & cor ab iniquitate mũdetur,& corpus ab immũditia:secundũ illud Esa. 52. Mundamini qui fertis uasa domini.¶ Vel dicũtur sancta.i.ad sanctum usum deputata:quomodo Achimelech dixit ad David in figura huius sacramenti. Nõ habeo panẽ laicos ad manũ: sed tantũ panẽ sanctũ. 1. Reg. 21. Panis laicus cõmunis panis est, qui sacerdotibus in officio non cõmunitẽ: sed panis dicit sanctificatus,& sanctis ministrãdus. ¶ Vel referendo hæc dona,hæc munera. &c. ad id, quod signãt,& in quod conuerti orantur, scilicet corpus,& sanguinẽ Christi:sicut sunt sancta & illibata.i.munda:& nulla sordium,aut peccatorũ contagione maculata: quia sanctũspiritus operatione de purissimis sanguinibus gloriosæ uirginis formata,& unione inseparabili: secundũ Damas. ineffabili,summæ, & sanctissimæ deitati unita: ratione cuius in ipsis omnis sanctitas redundat. Vnde & scribitur ps. 15. Nõ dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Nec in se solũ sancta sunt,& immaculata: sed etiã quo ad nos. Nos enim sanctificauerunt,& mundauere a sordibus peccatorũ:secundũ illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ De his muneribus, & donis oblatis frumento. s. de quo panis,& uino dicitur Zacha. 9. Bibentes inebriabuntur quasi a uino: & replebuntur ut phialæ,& quasi cornua altaris:& saluabit eos dñs deus eorũ in die illa: ut gregẽ populi sui:quia lapides eleuabuntur super terrã eius. Quid.n. bonum eius est:& quid pulchrũ eius, nisi frumentũ electorũ,& uinũ germinans uirgines? Quæ exponens dñs Alber. ait. Hæc de sacrõ altaris intelligunrur:quia bibentes domini calicem inebriabuntur amore æternorum usq; ad oblitionem sui,& terrenorũ: quasi uino quod lętificat deũ,& homines. Ebrietasq; illa secundum glosam placebit deo sicut sacrificiũ altaris: phialis enim super altare liba funduntur. Vel secundũ Alber. illo uino replentur phialæ spiritualis animi deuotione, quorum intima sanguis domini infunditur: & sic cũ replet deuotionis odoramento:ut his sanctificati,& confortati sacramentis:erigantur cornua altaris ad uentilandum omne,quod deo non militat. Et sic salute sacramẽti saluabit eos dñs eorũ in die illa,nouæ s gratiæ:quia tunc clarẽ fulgebit ad tenebrarũ purgationem:saluabit aũt sicut peculiarem gregẽ populi sui, cui de seipso pabulum præparauit. Lapides enim sancti,hoc est ministri noui testamenti solidi, uiui & prætiosi: tunc eleuabuntur in dignitatem in terra ecclesiæ,quibus merito perpetuæ sanctitatis sacra committuntur. Et hanc refectionem in illibato sacrificio determinat dicens. Quid est bonum. Bonum, in quam, omnis boni bonum: quod omnia bonificat: sine quo nihil est bonũ.Et quid pulchrũ eius,quod omnia mundat,& pulchrificat, nisi frumen-

Alex. I.

Esa. 52.

1. Reg. 21.

Psal. 15.

Apoc. 1.

Zach. 9.

Alber.

Alber.

tum. quo toto amore fruendum est. Electorum, qui a massa perditionis per gratiam uocationis diuinæ separati sunt: & ante mundi constitutionē electi in ipso. Hoc autē frumentum illibatum sacrificium est: quod ad gustum, uel usum alieno deo nunquam libatum fuit. Apoca. 2. Dabo ei manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Vel secundum gl. Frumentum electorum saluator est: quia ipse est panis, qui de cęlo descendit: & confirmat cor electorum, qui bibitur ab his, qui sancti sunt corpore, & spiritu: qui introducti in cellam uinariam, gaudentes sequuntur agnum quocunq; ierit. Hæc gl. Sanguis autem est uinū germinans uirgines. i. uirgineas mentes: & tam uirgineas non germinaret omni germine uirtutum, nisi & ipsum esset uirgineum: & ideo penitus illibatum. Vel secundum gl. germinans uirgines. i. populum in unum deum credentem, qui prius cultu idolatriæ constuprabatur. ¶ Dum autem hæc profert sacerdos, tribus, crucibus panem, & uinum signat, utrumq; coniunctim. Nam & in sequentibus frequenter huiusmodi signationes iterat antequam post consecrationem: ut infra patebit. ¶ Vbi in primis aduertendū: q; huiusmodi cruces, quibus sacrificium signatur: non fiunt dumtaxat ad consecrandum hostiā: secundum beatum Th. par. 3. q. 83. arti. 3. alioquin post consecrationem fieri non deberent. Sed principaliter per crucis signa modum, & ordinem dominicæ passionis repræsentat. ut dicit Inno. q; uerba canonis ad consecrationem, & effectum ipsis impetrandum pertinent signa ad historiam recolendam. Vnde quia sacrificium istud perfectissimum memoriale est dominicæ passionis: ut nihil desit, quo uel usus, uel auditus tam salubri memoriæ cooperetur: uniuersa in huius sacramenti consecratione, ac dispensatione cōcurrentia, siue usu siue auditu perceptibilia, ad passionis dominicæ repræsentationē sunt ordinata: uestes. s. & uasa, altaris pallæ, & tabula: cerimoniæ, & uerba, ut ex prædictis patet. Cum ergo Christi passio in cruce sit consummata, conuenienter per signa crucis ipsa passio repræsentatur: ut hoc signo, quo passio consummata est: eius memoria mentibus tenacius infigatur. Et quoniam passio quibusdam gradibus completa est, siquidem aliquæ passionis partes præcesserunt crucifixionem: aliqua in cruce sunt consummata: ideo ut congruo ordine singula repræsententur, quæ crucifixionem præcessere per crucis signationes ante consecrationem factas: quæ uerò in cruce, & post crucem acta sunt, uel passa: per eas, quæ consecrationem sequuntur designantur. Crucem præcesserunt domini traditio: & ad mortem uenditio: & mortis ipsius in sacramenti huius institutione præsignatio. In traditione considerantur personæ a quibus Christus traditus est ad mortem. In uenditione personæ, quibus uenditus est. Persona quoq; uendentis, & uenundati: quæ omnia repręsentantur per cruces in canonis principio, & circa hæc uerba. Benedictā, ascriptam, ratam. Et iterum circa hæc uerba. Corpus, & sanguis consignatas: ut patebit in processu. ¶ Christi itaq; triplex traditio designatur per tres cruces in horum uerborum (Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata:) prolatione designatas. Traditus est enim Christus a deo, a iuda, a iudeorum populo. A deo patre, a filio, a spirituſancto. A deo patre secundum illud Roma. 8. Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradidit enim filium præordinando eius passionem: ad humani generis salutem: dandoq; homini Christo uoluntatem patiendi. Et non cohibendo occidentium sæuitiam: immo dando eis, quę cogitauerunt in dominum faciendi facultatem. Vnde dixit Christus Pilato. Non haberes potestatem aduersum me ullam: nisi tibi datum esset de-

Ephe. 1. Apoc. 2.

K

Quid significent tres cruces quas facit sacerdos dū dicit. Hęc dona, & cætera, & quo passio domini repręsentatur in missę officio p uerba & uestes.

S. Tho.

L

Christi traditio p tres cruces Quo modo a patre, iuda, & iudeis traditus.

Rom. 8.

Ioh. 19.

super. Tradidit etiam seipsum filius. 1. Pe. 2. Tradidit autem iudicanti se iniuste. & ad Ephe. 5. Christus seipsum tradidit pro ecclesia, ut illam sanctificaret: mundans eam lauacro aquę in uerbo: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, neq; rugam. Item a spiritu sancto. Is est qui per os cayphę prophetauit. Expedit, ut unus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Ioh. 12. ¶ De secunda traditione iudæ habetur Lucæ. 22. Iuda osculo filiũ hominis tradis. & Math. 26. Querebat oportunitatem iudas, ut eum traderet. ¶ De tertia dicitur de funesto iudæorum consilio. Vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Matth. 27. Et Pilatus ad Christum. Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Iohan. 19. Prima traditio, qua traditus est a se, a parte, & spiritu sancto facta est ex caritate nimia. Iohan. 3. Sic deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret. Et iterum in persona redempti hominis loquens apostolus ait ad Gal. 2. In fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Secunda fuit ex auaritia. Nam constituerunt ei (haud dubium quin indæ) triginta argenteos, quærenti a iudæis, quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Matth. 26. Tertia facta est ex inuidia. Sciebat enim Pilatus, q per inuidiam tradidissent eum. Ibidem. 27. Tradidit ergo illum deus ex dono: iudas pro munere: iudęis in sacrificium illibatum: quod tamen non iudæi; sed gentes libauerunt: quoniam ablatum est ab eis regnum dei, & datum genti facienti fructum eius. Mat. 11. In huius ergo triplicis traditionis memoriam, quam deus fecit ex dono: iudas pro munere: iudæi in sacrificium illibatum: singuli autem ad mortem, scilicet crucis tres cruces facimus: unam in prolatione uerbi, hęc dona: secundam uerbi: hæc munera: tertia in uerbo, hæc sancta sacrificia illibata. ¶ Secundum Durandum autem in rationali, etiam fiunt tres cruces in canonis exordio, ob reuerentiam eius, cuius potentia fit conuersio horum donorum, & munerum in uerum sacrificium, corpus, scilicet & Christi sanguinem. Hic enim est deus trinus: cuius opera indiuila sunt: quæ tota trinitas tradidit ipsum ad mortem: ut tota redimeret nos a morte per ipsam. Vel secundum eundem in memoriam trinæ crucifixionis Christi. Prima fuit in uoluntate persequentium iudæorum, dum collegerunt pontifices, & pharisæi concilium, quomodo Iesum occiderent. Ab illo enim die cogitauerunt, occidere eum Ioh. 11. Secunda fuit in uocibus clamantium: crucifige, crucifige eum. Mar. 26. Tertia fuit in transfixione manuum, & pedum: nam crucifixerunt eum, & cum eo latrones: unum a dextris: alium a sinistris. Lu. 23. Vel secundum Albert. fiunt tres cruces propter tres Christi illusiones. Fuit enim derisus coram pontificibus, coram Pilato: & coram herode.

Verum signatio triplicis traditionis principalior est: quæ secundum Alex. tunc cæpit cum filius ex decreto patris: ex consilio spiritus sancti: necnon ex proprio beneplacito ueniens hierosolymam semetipsum exposuit passioni. Sequitur in primis &c.

Alia ratio cur tres cruces.

Ioh. 12. Luce. 22. Matt. 26.

Matt. 27. Iohan. 19. Iohan. 3.

Gal. 2.

Matth. 26. Ibid. 27.

Matt. 11.

M

Ioh. 11. Matt. 26. Luc. 23.

Albert.

Alex.

EXPOSITIO IN PRIMIS VSQVE pacificare.

LECTIO XXII.

A

IN primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta. ¶ Postquam sacerdos deprecatus est deum patrem, ut sua clementia apposita munera sanctificet. In illa secunda primę partis particula specificat, pro quibus hęc ipsa dona & munera deo offerat. Et subdiuiditur in partes quattuor. In prima petit ea acceptari pro tota ecclesia generaliter. In secunda pro summis ecclesiæ capitibus specialiter, ibi. Vna cum famulo tuo. Tertiò pro omnibus rectè credentibus fraternaliter, ibi. Et omnibus orthodoxis. Quartò pro quibusdam specialibus singulariter, ibi: Memento. ¶ Circa primum quattuor petit. Primò tranquillitatem pacis. Secundò custodiam ab aduersarijs. Tertiò mẽbrorũ ecclesiæ adunationẽ. Quartò cõuenientẽ totius ecclesiæ gubernationẽ: unde dicit, rogamus, ac petimus. In primis te pater clementissime, uti accepta habeas: hæc dona, hæc munera: quę tibi offerimus. Offerimus, secũdũ Alber. id est ad te porrigentes & eleuantes ferimus: ut sicut dicimus sursum corda, habemus ad dominũ: ita nos extendentes eleuamus oblationẽ cordiũ eleuatione & manuum protentione. Vnde & Aaron pectora, & armos dextros seperans ab hostijs, eleuauit coram domino: sicut præcepit Moyses Leui. 9. Pectora quidem pro cordis eleuatione. Armos dextros pro operis perfectione eleuans per intentionem: & deuotionem coram domino. Dicit autem offerimus in plurali: licet unus solus sacerdos celebrans offerat: quia sacerdos non in sua dumtaxat persona sacrificat: sed in persona totius ecclesiæ. Qua propter nihil in sacramento ecclesiæ a bono magis, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito sacerdotis, sicut nec in persona; sed in merito ecclesię eiusq; persona offertur: & in uerbo creatoris conficitur. Non ergo sacerdotis iniquitas impedit sacramenti effectum: sicut nec medici infirmitas uirtutem impedit medicinæ: ut latius supradictum est lec. 2. In persona ergo ecclesiæ ait sacerdos offerimus tibi: scilicet deo patri clementissimo: quia tibi soli uni deo: non idolis offerendum est Exo. 20. Non adorabis ea, scilicet idola, neq; coles. Ego sum dominus deus. Offerimus autem tibi in protestationem supremi dominij, quod habes super omnia. Nã & sacrificiũ describitur, q̃ est oblatio facta deo, in recognitionem supremi dominij. ¶ In primis notatur ordo huius oblationis: quantum ad eos, pro quibus fit oblatio: quoniam etsi charitate spiritualia bona omnibus communicanda sint: cum omnes diligere teneamur: nihilominus charitas est ordinata secundum illud Canti. 2. Introduxit me rex in cellam uinariam: ordinauit in me charitatem. Vnde offerendum est prius, id est principaliter pro ecclesia tota. Deinde pro personis singularibus: quoniam bonum commune præponendũ est bono priuato & singulari tanquam nobilius minus nobili. Vnde & philosophus. 1. Ethi. Amabile quidem uni: melius autem genti & ciuitati. Hunc autem ordinem primum orandi, & offerendi pro omnibus generaliter: ac deinde pro his, qui in sublimitate constituti sunt: tangit apostolus. 1. ad Timo. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus

De ordine offerendi.

Alber.

Leuit.

Exo. 20.

B

Pro quibus offertur generaliter specialiter, fraternaliter.

Cant. 2.

Timo 2.

pro

pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vbi glo. haymonis: missæ hæc ordo ostenditur. ¶ Pro ecclesia tua. Quia ecclesiæ nomen frequenter occurrit: placuit hic uarias nominis ecclesiæ acceptiones interserere: ut confusio quam patere solet latens æquiuocatio: euitetur. Has autem latius prosequitur Guil. Ockam lib. 5. primæ partis sui dialogi. c. 31. quem in plerisq; imitantur, dominus Petrus de aliaco, cardinalis cameracen. & Ioh. Gerson. cancell. Paris. ¶ Nomen ecclesia uarias habet significationes. Quandoq; enim accipitur pro templo materiali diuino cultui deputato: & ita accipitur in ueteri testamento. Deut. 23. Non ingredietur manser. i. de scorto natus, in ecclesiam domini usq; ad decimam generationem. Et in nouo testamento. 1. Cor. 11. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum: aut ecclesiam dei contemnitis? Illo modo etiam accipitur. 16. q. 1. Quicunq; & 2. q. 7. Lator. ubi dicitur, q̄ nemini licet ecclesiam ædificare nisi de fauore episcopi. Alio modo accipitur pro templo spirituali: & sic adhuc multipliciter accipitur. Quandoq; multum generaliter pro quolibet spirituali templo dñi. hoc est pro qualibet rationali creatura, quā deus inhabitat per gratiā: quomodo de templo loquitur apostolus. 1. Cor. 3. Nescitis, quia tēplū dei estis uos: & spiritus dei habitat in uobis. Licet forte minus proprie, quia ecclesia græce: conuocatio latine dicitur. Conuocatio autē nō est unius: sed pluriū. Accipitur ergo aliter pro congregatione fidelium. i. cognoscentiū catholicas ueritates: siue uniuersali, siue particulari. Et ita adhuc multipliciter accipitur. Q̄nq; pro congregatione catholicas ueritates clare, & beatifice cognoscētiū: & hec cōgregatio uocatur ecclesia triūphās, quę est beatorū in patria: qui aduersus diabolū militiā Xpo tenētes finaliter triūpharūt, de qua dicitur in ps. Laus eius in ecclesia sanctorū. Hæc est illa ecclesia, quæ sancta est, & immaculata secūdū se totā, & omnes sui partes: sine macula, atq; ruga: & ut sponsa castissima sponsum suū Christū beatifico amore amplexatē, in cuius delitijs perpetuō uiuit: nec ab eius amplexibus aliq̄n abrumpi pōt, aut separari: spiritualiter fornicando: quia in amore, & dilectione spōse firmiter stabilita, & cōfirmata. Alio modo capitur pro cōgregatione cognoscētiū ueritates catholicas enigmatice: ipsis per fidē assentiēdo. Voco aūt catholicas ueritates, quibus quilibet utator actu, uel habitu explicite, uel implicite assentire tenetūr: & hæc cōgregatio uel multitudo hominum uocatur ecclesia militans: quia exercet Christi militiā aduersus ipsius hostes: diabolū, scilicet carnem, & mundum. De hac dicitur Act. 20. Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Et sic accepta adhuc dupliciter accipitur. Vno mō tm̄ pro ecclesia uniuersali, quæ est unica, extra quā non est salus, de qua dicit apostolus. Christū dedit caput super omnē ecclesiā, quæ est corpus eius: ad Ephe 1. & simile ad Col. 1. Et hoc mō cōprædēdit in se oēs fideles bonos, & malos. secundū q̄ exponunt doctores sancti parabolas euangelicas. Simile est regnum cęlorum sagenæ missæ in mare. Et illam. Simile est regnū cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Ibidē 22. Itē. 25. Simile est regnū cęlorū decē uirginibus, quæ accipiētes lāpades suas, exierūt obuiā sponso, & sponsæ. In quarum parabolarum expositione dicunt sancti, malos intra ecclesiæ gremium contineri: dummodo tamen in fide non errent: de quo beatus Augustinus in de fide ad pe. parte. 2. cap. 43. ait Firmis-

Ecclesia quot modis accipitur.

C

Guil.

Ecclesia est æquiuocum.

Io. Ger.

Deut. 23.

1. Cor. 9.

Ecclesia multipliciter accipitur.

1. Cor. 3.

Catholica ueritas quid est.

PAL.

Act. 20.

Eph. 1. Col. 1.

Matt.

Ibid. 22. Ibid. 25.

sime' tene, & nullatenus dubites, aream dei esse ecclesiam catholicam: & intra eam usq; in finem seculi mixtas frumento paleas contineri. i. bonos, & malos sacramentorum cõmunione miscerí: & in omni professione siue clericorũ, siue monachorũ, siue laicorũ, bonos esse simul, & malos: extra hanc ecclesiam fore paganos, iudæos, hæreticos, scismaticos, iam dixerat cap. 38. atq; extra hanc ecclesiam saluari neminem posse: etiam si pro Christi nomine sanguinem suderit: c. 39. demonstrauit. Ad idem beatus Greg. in

Greg.

Iob 28.

homc. 38. & homc. 11. & homc. 16. super Ezechiæ. Item 18. moralium exponens illud Iob. 28. Auro locus est, in quo conflatur. Vna est ecclesia, in qua quisquis conflari uoluerit: ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis, si quid tribulationis, extra hanc positi sustinetis: incendi potestis tantummodo, non purgari.

D ¶ Hoc modo adhuc diuersimode accipitur. Vno modo pro congregatione omnium fidelium actu existentium, quæ est ecclesia uera. Alio modo pro ecclesia repræsentatiua, quæ est concilium generale in spiritu sancto legitime' congregatum. de qua ecclesia secundum plurium expositiones intelligitur illud uerbum Christi de correptione fratris. Sicte non audierit

Adhuc uariè accipitur ecclesia.

Matt. 18.

die ecclesiæ. Mat. 18. Ecclesia enim uera omnium fidelium multitudo propter suam dilatationem nunquam congregatur, neque congregari potest ad quodcunq; discernendum: sed conuocantur patres de omnibus mundi partibus, qui diffiniunt, & decernunt: & hæc facientes ecclesiam ueram repræsentant. Et sic ecclesia est supremum tribunal in terris, habens auctoritatem super quamlibet personam singularem cuiuscunq; status eminentiæ, aut dignitatis extiterit: etiam si papalis: prout in constitutione frequens concilij constantien. clarius diffinitur. ¶ Accipitur etiam adhuc ecclesia pro congregatione, non tantum omnium fidelium actu existentium: sed omnium, qui fuerunt a tempore Christi: & apostolorum usq; nunc fibi succedentium, & distinguitur a synagoga Moysi: & sic accipit beatus

August.

Aug. in epistola fundamenti dicens. Euangelio non crederem, nisi ecclesiæ auctoritas me compelleret. Hoc enim modo ecclesia maioris est auctoritatis, quam euangelium: quia huius ecclesiæ euangelista scriptor euangelij est pars: totum autem maioris auctoritatis est sua parte. Hoc modo

August.

accepit etiam ecclesiam Aug. in lib. contra manichæos & recitatur dist. 11. c. Palam. ubi ait. Palam est, q̃ in re dubia ad fidem, & certitudinem ualeat auctoritas ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus, usq; ad hodiernum diem succedentium sibimet: & episcoporum serie, & tot populorum consentione firmatur. Vbi ecclesia catholica episcopos, & populos a tempore apostolorum, usq; ad hodiernum diem sibimet succedentes importat. Et hęc uocatur ecclesia Christiana, quæ cepit ortũ a

Act. 2.

Christo: primo in iudea: & uocabatur primò, ecclesia hierosolymitana. unde Act. 8. Et factum est illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat in hierosolymis. Secunda fuit antiochena, in qua apostolus Petrus primũ resedit: & ibi primum innotuit nomen Christianus. Vnde fideles primo uocabantur discipuli, & fratres: postea uocati sunt Christiani unde Act. 11. Audierũt aũt apostoli, & fratres, qui erãt in iudæa. Et sequitur in eodẽ cap. Et

Act. 11.

annum totũ cõuersati sunt. s. paulus, & Barnabas ibi in ecclesia: & docuerũt turbam multã: ita ut cognominarentur primum anthiochiæ discipuli Christiani. I ẽ recitatur in c. Sacrosancta dist 22. in textu. & gl. ¶ Accipitur

E

Ecclesia pro cõgregatione fidelium.

adhuc ecclesia pro cõgregatione omniũ fidelium a principio mũdi usq; ad cõsummationẽ sæculi: & sic non solũ cõprehẽdit ecclesiã Christi: sed etiã synagogã Moysi: simul & eos, qui fuerũt sub lege naturali. Et illo modo acci

pit bea-

pit beatus Aug. 10. de ciui. dei. c. ul. ubi uult q̃ non solum a tempore corporalis præsentiæ Christi, & apostolorũ eius: sed ab ipso Abraam usq; in huius sæculi finem peregrinando percurrit. Et beatus Greg. in homel. dominicæ in septuagesima dicit. Vniuersalis ecclesia, quæ ab Abel iusto: usq; ad ultimum electum, qui in fine mundi nasciturus est: quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit. Sic etiam ecclesia synagoga nominatur: Numeri. xx. Cur eduxistis ecclesiam domini solitudinẽ. ¶ Accipitur etiam ecclesia pro tota multitudine prædestinatorum tam saluatorum, quam saluandorũ: siue iam sint beati in re: siue beati in spe, siue beatificandi in re: ita accipit beatus Aug. in multis passibus: præsertim in Enchiri. Accipiendã, inquit, est ecclesia nõ solũ ex parte, qua peregrinatur a solis ortu usq; ad occasum laudans nomen domini, uerũetiã quæ in cęlis, ex quo condita est, semper cohæsit deo: nec ullũ malũ sui casus experta est: & suæ parti peregrinanti sicut oportet opitulatur: quia ei, quæ una erit consortio eternitatis: nunc una est uinculo charitatis, quę tota instituta est ad colendũ deũ. Idẽ sup illud ps. 36. Iunior fui, etenim senui. ait. Dñs in corpore suo: quod est ecclesia: iunior fuit in primis hominibus: & ecce iam senuit. Et postmodũ. Caput nostrũ Christus est: corpus illius nos sumus. Nunquid soli nos: & nõ illi, qui fuerunt ante nos? Omnes, qui ab initio sęculi fuerunt iusti, caput Xp̃m hñt. Illũ. n. uenturũ crediderunt: quẽ iam nos uenisse credimus: & in eius fide ipsi sanati sunt: in cuius & nos: ut esset ipse caput ciuitatis hierusalẽ omnibus connumeratis fidelibus ab initio usq; ad finẽ. Adiunctis & legionibus angelorum, & exercitibus: ut fiat illa una ciuitas sub rege uno, & una quædã prouincia sub uno imperatore. Felix in perpetua pace, & salute laudans dominum sine fine beata. Et in tali acceptione loquitur. Pascasius in libro de sacramentis. Ecclesia sponsa dei, corpus Christi, est Christus caput eius: & omnes electi mẽbra eius dicuntur. ¶ Accipitur etiã ecclesia aliquãdo pro peccatorũ multitudine, & iniquorũ: quæ opponitur ecclesiæ electorũ. de quo in ps. 25. ait. Dauid Odiui ecclesiam malignantiũ. quã beatus Aug. in li. de ci. dei. Babilon. i. ciuitatẽ confusionis uocat, & in præsenti currere permixtim cum ecclesia siue ciuitate dei, sed finaliter separandã, & sempiternæ miseriæ subijciendã, cũ suo capite diabolo latissimẽ declarauit. Huius ecclesiæ abominationes considerãs propheta regius ps. 54. Vidi, inquit, iniquitatem, & cõtradictionẽ in ciuitate. Et iterũ. Super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius usura, & dolus. Et de huius ciuitatis incola dicit. Noluit intelligere, ut bene ageret. ¶ Sed horrenda hac malignãtiũ dimissa ecclesia, ad eam, quę fideliũ est, reuertentes inuenimus & alias ecclesiæ acceptiones. Accipitur ẽt ecclesia nõ tm̃ pro hac ecclesia uniuersali: sed ẽt pro ecclesia particulari, quæ ẽ pars ecclesiæ uniuersalis: & tales plures sunt. Hoc modo dicit apostolus ad Ro. ult. Salutant uos omnes ecclesiæ Christi: præmisit ẽt. Quibus gratias ago: nõ ego tantũ; sed & cunctę ecclesiæ gentiũ: & domesticã ecclesiã eorum. Et in Apocal. Iohannes septẽ scripsit ecclesijs Asiæ, & secũdũ hoc dicimus, ecclesia orientalis; ecclesia occidentalis, & particularius ecclesia moguntina, ecclesia cõstan. & ita in ca. allegato. Sacrosancta. distinguitur inter ecclesiam Romanam Alexandrinam Constantinopolitanã, Anthiochenñ: & in sequentibus ca. multis. eadẽ dis. Sic etiã ait Petrus. Salutat uos ecclesia, quæ est in Babilone collecta: & sic accipitur in diuersis scripturæ locis. Et omnibus his modis supra scriptis, quibus ecclesia accipitur pro aggregatione fidelium, compræhendit tam uiros, quam mulieres, tam laicos, quam clericos, & forte alijs modis non accipitur in sacra scri-

Augus.

Greg.

Num. 20.

Augus.

Psal. 36.

Ecclesia pro multitudine peccator. sumitur.

F

Psal. 35.

Psal. 54.

Rom. ult.

Apocal.

1. Pe. 5.

ptura. Et ita ad ecclesiam his modis acceptam, fideles laici, & mulieres pertinent: & ecclesiasticæ personæ, sicut sunt clerici. ¶ Verum in iure canonico nomen ecclesia habet alias significationes a prædictis, quibus tantum ad clericos restringitur. Et sic adhuc multipliciter accipitur, secundum q notatur extra de uerb. signi. Cũ clerici Placentini. in glo. super uerbo uocabulum. Aliquando tantũ pro episcopo. aliquando designat omnes uiros ecclesiasticos: quãdoq; ponitur pro maiore parte capituli, quandoq; restringitur ad canonicos maioris suæ matris ecclesiæ; quandoq; signat quamlibet ecclesiam prouinciæ. Allegantur ad hoc iura in allegata gl. Clerici enim iurium conditores, & expositores hoc nomen ecclesia sibi appropriauerunt, uocantes se tantũ ecclesiasticos propter quãdã principalitatem, & eminentiã ipsorum super alias personas ecclesiæ, ratione actuũ spiritualiũ, ad quos

G exercendum potestatem ipsi, non laici receperunt. ¶ Possunt autem acceptiones illæ diffusæ breuiter sic summari. Ecclesia accipitur aliquando pro rationali creatura: in bono pro ecclesia sanctorum, quandoq; in malo pro ecclesia malignantium. In bono uniuersalissime pro congregatione omnium angelorum, beatorum, & uiatorum fidelium. Quandoq; tantum pro ecclesia triumphantium. Quandoq; tantum pro congregatione deo militantium. Et sic tripliciter uel omnium a primo iusto usq; ad ultimũ in finem mundi nascenturũ: & sic cõprehẽdit synagogã, & Christi ecclesiã. Secũdo pro sola cõgregatione Christianorũ tã præteritorũ, quã præsentiũ: Tertiò pro congregatione omniũ fideliũ nũc existẽtiũ. Et quælibet harũ ecclesiarũ dicitur ecclesia uniuersalis uera: & ecclesia uniuersalis repræsentatiua, quæ est cõciliũ generale. Accipitur ẽt ecclesia non pro cõgregatione uniuersali omniũ fideliũ existentiũ nunc, sed pro cõgregatione aliqua particulari tã clericorũ, quã laicorũ unius prouinciæ, diocesis, ciuitatis, uel domus. Quandoq; etiam pro congregatione clericorum, tantum. Quandoq; pro uno homine tantum. Accipitur pro domo materiali diuino cultui dedicata. ¶ Ad propositum itaq; redeundo petit sacerdos, ut accepta habeat pater clementissimus hæc dona, munera, & sacrificia: pro ecclesia: non domo materiali quæ peritura est, non pro triumphante: quia illius est pro nobis orare, & intercedere: non pro aliqua ecclesia particulari alias secludendo. Sed pro ecclesia uniuersali, quæ est fidelium habentium communionem in ecclesiasticis sacramentis. Illi etenim ecclesiæ uniuersali, & nulli particulari cum exclusione aliarum datum est hoc sanctum sacrificium offerre pro salute suorum membrorum: qua propter in huius sacrificij oblatione pro ipsamet ecclesia, idest corpore ex omnibus membris constituto, orat in primis minister ecclesiæ di. Te igitur pater clementissime rogamus, & petimus: ut accepta habeas dona, & munera, quæ tibi offerimus. In primis pro ecclesia tua.

Acceptiones ecclesiæ.

H ¶ Additur. Sancta. Nomen sancta, quid importet, iam supra dictum est lect. 19. in angelici expositione hymni. Sed cum uniuersalis: quæ hic designatur ecclesia nomen sit collectiuum, & nihil aliud, quam homines Christi fide, & sacramentis unitos significet (quorum pars maior cum sancta non sit: sed reproba, quia neq; spiritusancti uncta gratia: neq; a peccatis separata: neq; ad cœlestia a terrenis conuersatione leuata quoniam multi uocati, & pauci electi. Matth. 20. per latam portam, & spaciosam uiam quæ ducit ad perditionem multi intrant. Angustam uero portam, & arctam uiam quæ ducit ad uitam inueniunt pauci. eiusdem 7.) dubium esse pos-

Ecclesia quo & cur dicitur sancta.

set

set quomodo ecclesia dicitur sancta. Siquidem non a minore, sed a maiore denominatio fieri solet. Ad quod dicitur, q ecclesia ex omnibus fidelibus aggregata uere sancta dicitur, & est: non obstante plurium membrorum prauitate, & malitia. Et hoc multis ex causis. Prima secundū Alex. de ales: quia est deo, siue diuino cultui dedicata: nā ut habetur in gl. Orige. Leui. 19. super illud. Sancti estote. Illa sunt sancta, quæ a communibus usibus separari debent, & diuino cultui mancipari: quō sācta dicūtur uasa ministerij: & sancta uestimenta: loca quoq; in urbibus, uel suburbibus sacerdotibus deputata: primogenita quoq; boum. uel pecorum. Nunc autē Christi ecclesia populus. s. christianus ex cunctis iudæis, & gētibus collect⁹: de idolatria, & ignorantiæ tenebris uocatus: & ad unius ueri dei cultum electus recte dicitur sanctus. Vnde apostolus ad Ephes. 1. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionē, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Alexand. Lenit. 19.

Et idem 1. Pe. 2. Vos estis genus electum: regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus: nunc aūt populus dei. Ecce patet: q eo ecclesia uniuersalis dicitur sancta: quia per fidem ab infidelibus separata est: & ad colendum uerum deum conuocata. ¶ Secundò dicitur ecclesia sancta ratione formæ: non ratione partium materialium; cum enim ecclesia corpus sit mysticum: ad instar corporis ueri, habet partes materiales, & formam. Materiales homines fluentes, & sibiinuicem succedentes. Formam uerò mysticam, Christi fidem ueram. Propter qđ ecclesiam diffinientes aiunt. Ecclesia est corpus Christi mysticum fide animatum. Hæc autem Christi fides uera est, recta, & sancta: propter quam totum corpus ecclesiæ dicitur sanctum: sicut homo sanctus est propter animam sanctam: licet in corpore aliqua sit macula, seu turpitudo. 1. Pet. 2.

Nouē rationes cur dicatur sancta.

¶ Tertiò dicitur sancta ratione capitis Christi: qui est sanctussanctorum. Dan. 9. Cui ecclesia matrimonialiter est coniuncta: & ut sponsa irrepudiabilis copulata: secundum illud. Osex. 2. Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Sic ergo sancta dicitur a sanctitate capitis quod principalissimum est in ea. Nec modo a Christo: sed etiam ratione partium digniorum. Hæ sunt homines sancti, & iusti: qui donec mundus finietur in ecclesia esse nō desinent: ex Christi promissione suā assistentiam ecclesiæ promittentis usq; ad seculi consummationem. De quo uenerabilis Beda. Ex hoc intelligitur: q usq; ad finem seculi non sunt deserendi in mundo, qui diuina mansione, & inhabitatione sunt digni in ecclesia. Et quia ab excellentiore, & digniore denominatio fieri assolet: recte ecclesia propter sanctos in ea, q digniores sunt nomen sibi uendicat dignitatis. ¶ Quartò sancta dicitur ecclesia quia sanctitas intimius, & inseparabilibus sibi propter sanctos, quā malitia propter reprobos coheret. Malitia enim non semper est in ecclesia: sed nunc adest: nunc abest: sed nunquam fuit priuata sanctitate: nam ante lapsum primorū parentum ecclesia in eis fuit sine malitia. Similiter post lapsum pœnitentibus parentibus primis, ante parricidium Cain. Item post diluuium priusquam a filio Cham pater Noe derideretur. Nunquam autem (ut dictum est) fuit sine sanctitate: quia dominus amat iudicium: & nō derelinquit sanctos suos: in æternū cōseruabūtur. Et hoc intelligendū uidetur de sanctitate secđm p̄destinationem: alioquin post lapsum Adæ, ante pœnitentiam, fuit ecclesia sine sanctitate, secđm tūc p̄sentē iustit ā. Et post finalē malorū sepa

I Dan.

Osex 2.

1. Cor. 11.

Sancta dicitur ecclesia propter sanctos.

ratio

rationem extirpata malitia, ecclesia sanctitate perpetua perfruetur. Dum
Matt.25. ibunt hi in ignem æternum: iusti autem in uitam æternam. Matt.25. In
quam non intrabit aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens,
Apocal.21. aut mendacium. Apoc.21. Cum ergo unumquodq; potius denominatur
ab eo, quod ineſt quaſi per ſe: quam ab illo, quod ineſt per accidens: hinc
digne ecclesia sancta potius, quam peruersa, aut reproba appellatur.

X ¶ Quintò dicitur sancta a suo rectore. Regitur quidem a spiritusancto, quē Sancta ecclesia dicitur a suo rectore.
Christus promisit apostolis pro ecclesia, quæ tunc in eis consistebat. Ro
gabo, inquit, patrem, & alium paraclitum dabit uobis: ut maneat uobiscū
Iohan.14. in æternum, spiritum ueritatis. Ioh.14 Item, paraclitus autem spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo; ille uos docebit omnia. ibidem.
Et iterum. Multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare modo. Cū
autem uenerit spiritus ueritatis. ille docebit uos omnem ueritatem. Io.16.
Iohan.16. Per quæ & multa similia intelligitur regimen ecclesiæ commissum esse spi
rituisancto: Christo recedente secundum sui præsentiam corporalem. Et
ideo in symbolo apostolorum, post articulum de spiritu sancto, sequitur
statim articulus de ecclesia, cum dicitur. Credo in spiritumsanctum: sanctam ecclesiam catholicam: ut sit sensus. Credo in spiritumsanctum re
gentem, gubernantem & sanctificantem ecclesiam catholicam. De quo di
Albert. cit Alber. in expositione symboli. Resoluendus est hic articulus secundum
proprium opus spirituſſancti. Hoc est: credo in spiritumsanctum: non tan
tum in se, & secundum se sanctum: sed etiam credo in eum secundum pro
prium opus eius, quod est sanctificare ecclesiam. Neque æstimandum est
articulum illum intelligi debere de ecclesia triumphante, cui sanctitatem
inesse nullus dubitat christianus: sed de ecclesia militante, quam Christus
se fundaturum pollicitus est supra firmam petram. i. fidei confessionem, &
1.Cor.13. contra quam portæ inferi non prævalebunt. Quæ certe confessio fidei nō
competit statui ecclesiæ triumphantis: quia teste apostolo. 1.Cor. 13. Cū
uenerit, quod perfectum est: euacuabitur, quod ex parte est. Vnde cum
omnis christianus illam ecclesiam profiteatur sanctam, quam dominus su
pra firmam fundauit petram id est fidei confessionem: quæ non est trium
phantis: sed militantis ecclesiæ: sequitur, ꝙ hanc ecclesiam profiteatur in
Greg. symbolo, cum dicitur. Credo sanctam ecclesiam catholicam. Hæc deni
Auguſt. que est sententia beati Greg. in regiſtro, & beati Aug. in expositione sym
boli. Sancta dicitur ecclesia propter leges sanctas.
¶ Sextò dicitur ecclesia sancta propter sanctas leges, & ordinationes
quibus regitur & gubernatur: leges scilicet euangelicas inobliquabiles &
diuinas: leges etiam ipsius ecclesiæ in diuinis fundatas, quarum trans
gressiones utique diuinam legem soluunt, illam, scilicet qua dicit.
Luc.10. Luc. 10. Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit. Nam
in fide, & moribus, & his, quæ sunt de necessitate salutis, ecclesia uni
Luc.22. uersalis errare non potest. promittente domino. Lu. 22. Ego rogaui pro
te Petre, ut non deficiat fides tua. & iterum. Portæ inferi non prævalebunt
Matt.16. aduersus eam. Matt. 16. Et illud de fraterna correctione. Si te non audie
Matt.18. rit, dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publi
canus. Mat.18. In quibus & aliis fundatur potestas diffiniendi, determinan
di. statuendi decernendi præcepta, leges, & canones constituendi.

L ¶ Septimò dicitur ecclesia sancta a sanctitate sacramentorum: quæ in ipsa per ec- Ecclesia dicitur sancta a sanctitate sacramentorū.
clesiæ ministros continuè dispensantur, quę nec inquinari possunt per mali
tiam ministrorum: sed semper deo placent, & prosunt suscipienti non po
nenti obicem, siue per bonos, siue per malos dispensentur. Sic dicitur. 15.
q. 8. c. ulti. Non potest aliquis, quantumcunq; pollutus sit, sacramenta

diuina

diuina polluere, quę purgatoria cunctarum cõtagionum existunt, quæ. n. sancta sunt: coinquinari non possunt. Et sequitur. Sumit ergo intrepide ab omni sacerdote Christi mysteria: quia omnia in fide purgantur. ¶ Octauò sancta est ecclesia ex indefectibili assistentia Christi sponsi sui, & perpetua mansione spiritussancti. De quibus dictum est. Nam mansio sua, quã Christus promisit ecclesię, non intelligitur quantum ad corporalem præsentiam (Sic.n.abijt in cęlum: & donec sęculum finietur, sursum est dominus. Aug. in de triplici habitaculo) sed per fidem, doctrinam, & charitatẽ. Et quomodo non esset sancta hęc ecclesia, pro qua sanctificanda sanctus sanctorum Christus sanguinem suum fudit: ut testatur apostolus ad Ephe. 5. Christus dilexit ecclesiam: & tradidit semetipsum pro ea. ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Sancta deniq; esse necesse est, pro qua sanctificanda, Christus, qui semper exauditus est pro sua reuerẽtia: patrem orauit dicens. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti m̃hi. Ioh. 17. Et infra. Sanctifica eos in ueritate. Non pro eis rogo tantum: sed pro eis, qui crediturí sunt per uerbum eorum in me. ¶ Demum nonò dicitur ecclesia sancta: quia tantum in ea, & nullo modo extra eam, potest quis sanctificari, sancteq; ad salutem uiuere: etsi extra eam sacramenta percepta uerà sint: nequaquam tamen salutifera. De quo beatus Aug. in de fide ad pe. part. 1. Baptismus quidem extra ecclesiam esse potest: sed nisi in ecclesia prodesse nequit. In ecclesia igitur catholica tantummodo potest prodesse perceptio baptismatis, & opera misericordiæ & nominis Christi gloriosa confessio: si tamen in ecclesia catholica bene uiuatur, & præmisit. Si quis eleemosynas largas faciat: & pro nomine Christi sanguinem fundat pro eo, ꝙ in hac uita non tenuit ecclesiæ catholicæ unitatem, non habebit æternam salutem. de fi. ad pe. part. 2. c. 38. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra aream potuisse saluari. Ad idem beatus Greg. ut supra allegatum est Meritò ergo sancta dicitur ecclesia, intra quam solam, & non extra ulla sanctitas reperitur. His de causis doctores sancti conformiter a uerba symboli apostolorum Aug Hiero. Greg. Ambro. Cyprianus, Hil Pascasius, Chryso. Bern. ceterique sancti ecclesiam sanctam profiteri nullatenus dubitarunt. Attendentes eam secundum præmissa esse diuino cultui dedicatam: certissima fide formatam: sancto capiti concorporatam: membrorum sanctitate firmatam: ueritatis spiritu gubernatam, iustissimis sanctionibus statutis, & legibus sulcitam: sacramentis purificantibus adornatam, indefectibili præsentia sponsi sustentatam solam sanctitatis gratiæ contentiuam. ¶ Catholica. Catholicum græcum est, & secundum beatum Isidorum. 8. ethymo. tantum ualet. i. uniuersalis latine, uel quasi simul complectens. Dicitur ergo ecclesia simul cum catholica (lib. 3. sententiarum suarum. c. 19. & ubi supra. li. ethymol. 8. i. uniuersal. eo, ꝙ uniuersaliter per totum sit mundũ diffusa. Non enim sicut conuenticula hæreticorum in aliquibus regionũ partibus coarctantur: sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. Quod etiam apostolus approbat dicens ad Rom. 1. Gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis: quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Siue dicitur catholica. i. uniuersalis, ꝙ in unitatem cunctos coniungit credentes: hinc & uniuersitas ab uno cognominata est: propter quod in unitatem colligitur. Ecclesia ergo catholica: sicut per totum mundum extenditur: ita & omnium gentium societate cõstruitur. Et hoc

Sancta dicitur, quod nõ sit sanctus aliquis extra eam.

Ecclesia cur dicitur catholica.

M

De uniuersitate ecclesię.

Rom. 1.

est,

Auguſt. Gen.22. Gen. 12. Auguſt. Gal.3. Auguſt. Auguſt. Matt.24. Thom. N Auguſt.

eſt,quod ſecundum beatum Aug. dominus promiſit Abrae. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Gene.22. Benedicẽtur in te uniuerſæ cognationes terræ. Gen.12. Et ne de iudæis dictum putetur,ait Aug. ℣ qui ſunt ſemen Abrae,in quo benedicendæ ſunt omnes gentes: apoſtolus exponit. Gal.3.dicens. Abrae dictæ ſunt promiſsiones,& ſemini eius. Non dicit & ſeminibus quaſi in multis:ſed quaſi in uno.& ſemini tuo,qui eſt Chriſtus. In Chriſto hæ omnes gentes benedictionem habituræ tanta auctoritate promiſsionem receperunt,quæ eſt tanta exhibita ueritate. Vnde & pudebit dicere, illam his dicbus ad pugillum orbis eſſe coarctatam. Hæc Aug. Ecce frater Aug. non in una gente tantum reperiri illam benedictionem Abrae promiſſam,quæ certe conſiſtit in fidei Chriſti illuſtratione:ſed in finibus orbis. Item idem Aug. exponens parabolam zizaniorum. Qui ſeminat ſemen bonum,paterfamilias eſt: ager,mundus (ſemen) filij regni. Illos ergo poſuit in agro.i.mundo:non in aliqua porciuncula terræ: ſed in orbe toto ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Hoc ſaluator noſter declarat,cũ ait. Si quis uobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus.i.illa parte mũdi: aut illic, ſupple eſt fides catholica. Nolite credere. Si dixerint: ecce in penetralibus eſt:in doctrinis occultorũ hæreticorũ,nolite credere. Eſt ergo fides catholica poſt eius publicationem ſicut fulgur,qui exit ab oriente,& paret in occidente. Ita exponit beatus Thom. in gl.c. prælegato. ¶ Ex quibus uerbis patet uniuerſalitas catholicæ fidei,& eccleſiæ. Vnde & beatus Aug. de quæſt.euan. dicit,q̃ orientis,& occidentis nomine,totum orbem uoluit ſignificare, per quem futura erat eccleſia. Et licet eccleſia primitiuorum patrum ſanctorum temporibus per totum orbem diffuſa ramos ſuos a fine in finem tenderit. A ſolis quoq; ortu uſq; ad occaſum laudabatur nomen Ieſu Chriſti.ut euidentiſſimum foret eccleſiam fore catholicam.i.uniuerſalem:dum egypti deſertum tot ſtellis quot anachoritis effulſit:totaq; aſia & aphrica fide Chriſti gloriabatur:noſtris tamen temporibus peccatis exigentibus:ſicut olim hæbreorum:ita nunc chriſtianorum relictæ ſunt domus deſertæ,& redacta cernitur ad ſolius europæ angulũ eccleſia. Propter quod quantum ad loca fidei Chriſti ſubiecta,infidelium comparatione non uniuerſalis:ſed paruula defleatur. Eſt tamen & nunc uniuerſalis ſinceræ ueritatis continentia:ueræ ſalutis efficientia, & indeficiente fidelium perſeuerantia:ſola quippe ueritatem omnem continet neceſſariam ad ſalutem:ſola prædeſtinatos colligit ad boni ſummi fruitionem: ſola uictrix permanet ad brauij conſecutionem:quæ licet tanquam Petri nauicula tempeſtatum fluctibus quatitur:nequaquam tamen abſorbebitur: quoniam in fine poſt dierum tribulationem,iterum conualeſcens triumphabit: dum fiet unum ouile, & ouium paſtor unus, dominus noſter Ieſus Chriſtus cum patre, & ſpiritu ſancto deus in ſecula benedictus.

EXPO

EXPOSITIO QVAM PACIFICARE VSQVE omnibus orthodoxis.

LECTIO XXIII.

VAM pacificare, custodire: adunare: & regere digneris toto orbe terrarum. ¶ Quatuor quæ sup. expressa sunt (quæ sacerdos petit per hæc quatuor uerba. Pacificare, custodire, adunare regere) specifice designat. Vnde orat secundum Innoc. Quam .s. ecclesiam sanctam catholicam: pacificare digneris: ut pacem habeat ab hæreticis, & scismaticis. Custodire digneris a uitijs & dæmonibus. Adunare, quæ dispersa est inter paganos, & perfidos. Et regere digneris in prosperis, & aduersis. Idem tamen secundum eundem uidetur esse pacificare quod adunare: custodire quod regere. Tunc enim pacificat, cum fidelium mentes adunat: ut per spiritum sanctum charitate perfusa multitudinis credentium sit cor unum, & anima una. Tunc custodit, cum inter mundi pericula regit: & de sancto mittit auxilium ut eam de syon uocatur. Ille certe pacificat, & unit. Ille regit, & custodit: qui propter ipsius ecclesiæ regimen, unum præposuit uniuersis ut omnes ab uno sicut corpus a capite gubernentur. Vel secundum Alexandrum. Pacificare per charitatis inhærentiã cum deo. 1. Iohan. 4 Qui manet in charitate, in deo manet. nam in deo manentes pacem habent. unde Iohan. 16. In me pacẽ habeatis. Custodire, ne pereat ob ingruentiam periculorum, & tentationum. Quia nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra uigilat, qui custodit eam. adunare per morum conformitatem & uoluntatem: ut multitudinis credentium sit cor unum. Regere, in progressu uirtutum ut dicat cũ psal. Dominus regit me & nihil mihi deerit. Vel secundum dominum Albert. Pacificare pace temporis præsentis, & pace æterniratis. Custodire a malo incurrẽte, & in bono ad utrãq; uitã conferente. Psal. Custodi me ut pupillam oculi: sub umbra alarũ tuarum protege me. Pupilla custoditur supra, & infra, & uelocitate quadam mirabili palpebris obtegitur: ne quid incidat uirtutis uisiuæ turbatiuum. Ita pater nos deprecantes exaudi: ne desuper malignus spiritus uirus immittat pestiferum. & a deorsum consurgant uitia ecclesiæ uæ turbatiua. Sed custodi in limpiditate sua: ut uirtutem propriã non amittat. Protege sub umbra alarum tuarum. Vmbra autem protectio domini est sub alis ueritatis, & uirtutis, & ueritate illuminetur: & uirtute ad bonum proficiat. Adunare hoc est ad unum redigere. Hoc, inquã, unum, quod est communio per omnẽ ordinẽ graduum ecclesiæ. Totus .n. ordo ecclesiæ, & graduũ diuersitas in ecclesia, in unũ stare debẽt ad unũ caput principale in cęlis, quod est deus: & ad unum caput Vicariũ in terris: quod est põtifex summus Christi in terra uicarius. ¶ Hæc ordinatio in cælo præfulget in naturis ostẽditur in Christo operibus exẽplatur in diuinis legibus ꝑcipitur in toto corpore Xꝑi mystico obseruatur. In cęlo. n. angeli ad archãgelos: archãgeli ad principatus: principatus ad potestates: potestates ad uirtutes: uirtutes ad dominationes: dominationes ad thronos: Throni ad Cherubin: Cherubin ad Seraphin; secũdũ obediẽtiæ, & illuminationis ordinẽ ordinãtur. Et ipsa multitudo Angelorũ q̃ in quolibet est agmine: ad unã ꝑsonã quę in ipso ꝑtinet: adunatur. Et subdit Alber. Ordo cęli uocatur: quia ois ordo relatio est multorum in gradibus differentiũ ad unũ. Omniũ

A

Innoc.

Alexand. 1. Ioh. 4. Iohan. 16.

Act. 4. Psal. Alber.

Psal.

Ecclesiæ ordinata adunatio ad caput Christũ.

B

autem

autem horum graduum tam multipliciter differentium uarietas ad unum
Iob.38. consummatur deum, omnium principium atq; finem. Hinc Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cæli, & rationem eius pones in terra? Hoc ipsum in naturis ostenditur: nam multi ramusculi ad uirgas: multæ uirgæ ad ramum: multi rami ad stipitem: multi stipites ad radicem, quæ una est: infiguntur ut omnia socia fiant, & participia uirtutis quæ est in radice. Apostolus ad
Rom.11. Rom. 11. Socius radicis & pinguedinis olivæ factus es. Sic multæ grues ut ã sequuntur. Sic multa membra in corpore unius capitis percipiunt beneficia.
1.Cor.12. 1. Cor. 12. Sicut enim multa membra in uno corpore habemus: omnia autem membra non eundem actum habent. Ita multi unum corpus sumus in Christo: Patet quoq; hic ordo in Christi operibus, in quibus exemplificatur: quia Christi opus est semper in unum colligere dispersa: sicut est regione diabolus opus est dispergere adunata. Hinc Ioh. 10. Fiet unum ouile, & unus pastor ouium. & Matth. 12. Qui non congregat mecum dispergit, & qui nõ
Iohan.10. Matt.12. est mecum, contra me est. In diuinis q; oq; legibus præcipitur, q; sicut dicit beatus Dionysius cap. 4. de cæles. hierarchia Lex diuinitatis est per
B.Dionysius prima media: per media ultima reducere. Talis autem reductio ultimorũ ad prima per media, non potest esse nisi in ordine ad unum primum, ut sicut est descensus illuminationum, & charismatũ ab uno primo: sic reductio est ad unum principum. Hæc enim lex sicut superiora mouet, & ligat ad inferiorum prouidentiam curam: & ita inferiora ligat ad superiorum obedientiam: ut omnia hoc modo adinuicem sint connexa. q Demum hæc
C ordinis adunatio in toto corpore Christi mystico obseruatur. Sicut enim
Ezech.4. ut in Eze. 4. scribitur, octo gradibus ascendebatur ad diuinitatis templum: ita & in ecclesia octo gradus ordinati sunt. Papatus, Patriarchatus, primatus, Archiepiscopatus, præpositura, subarchidiaconatus compræhenditur, decanatus, & parochialis cura, quo omnia ad unum rediguntur, quæ Petri
Matt. 16. clauibus committuntur. unde Matt. 16. Tibi dabo claues regni cælorum: quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis: & quodcũq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Ecce cælum imminet clauibus: quia claues cæli appellantur. Terra clauibus subijcitur: quia quicquid in terris ligant, & soluunt coram deo ligatum, & solutum reputatur. Infernus compræhenditur sub potestate: quia non prævalet tenere, quem clauis uoluerit eruere. Hæ claues uni committuntur: ut plenitudo potestatis in uno ostẽdatur: & in alios
Esa.22. ab illo (secundum q in partem sollicitudinis uocantur) deriuentur. unde Esa. 22. de Christo, & eius Vicario summo Pontifice dicitur, per personam Eliachin iusti designatum. Vocabo seruum meum Eliachim: & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda, & dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet: & non erit, qui claudat: & claudet, & nõ erit, qui aperiat. Et figam illam paxillum in loco fideli: & erit in soliũ gloriæ domus patris sui, & suspendam super eum omnem gloriam domus pa-
Albert. tris sui. Paxillus dicitur secundum expositionem Alber. quia sibi imminet totum ecclesiæ tabernaculum. Gloria autem tota nõ esset suspensa in eo: nisi in dispositione, patrocinio, & regimine haberet omnem gloriam ecclesiæ quæ est domus dei patris sui. Demum superbenedicta trinitas hunc custodit adunationis ordinem, in qua pater ordine naturæ, & originis principium est totius diuinitatis. Filius a patre solo per generationem: spiritus-
Albert. sanctus a patre, & filio per communem patris, & filij spirationem omnia accepturus: sic ergo in diuinis statur ad unum primum. Hæc Alber. Sequitur. Et regere. secundum eundem. Regere est regulis legalibus, & canonicis

Ordo in omnibus diuinis opibus i cælo, & in terra reperitur.

Ordo in toto corpore Christi mystico seruatur.

Pater est principium diuinitatis.

unum

unumquemq; in expletionem sui officij dirigere.psal.44. Virga directionis uirga regni tui. In uirga significatur, regiminis potestas. in uirgæ rectitudine præcepta principalia legalia, quibus est regendum. Vnde cum dominus mitteret Moysen ad regendum dixit. Virgam hanc tolles in manu tua. in qua facturus es signa. Exod. 4. ¶ Hæc igitur quatuor, quæ oramus: pacificare, custodire, adunare & regere, sic diuersificantur: ut duo accipiantur secundum recessum a malo: & duo secundum accessum ad bonum. Secundum recessum a malo dupliciter. Est enim malũ ecclesiæ extrinsecus aduenies, & impugnans: & est malum intrinsecus surgens, bonum adimens. Contra malum extrinsecus impugnans ecclesiæ tranquillitatem, petimus pacificationem: ut absq; ullo terrore uitam in silentio transigentes optata cunctis mortalibus pace fruantur. Contra malum intrinsecus surgens petimus ecclesiæ custodiam: hoc enim malum peccatum est, a quo nos custodire per gratiam oramus; ne in ecclesia peccata, & uitia inualescant. Alia duo, quæ petimus in ordine ad bonum: respiciunt aut bonum ecclesiæ aut bonũ personæ. Quo ad primum dicitur adunare: quia bonum ecclesiæ non percipitur nisi in adunatione cum membris ecclesiæ. Quoad secundum dicitur: & regere. quia bonum personæ est, ut quælibet congruo regimine tendat in bonum proprium, & personale. Hinc Apoc. cap. 7. Agnus dei reget illos, & deducet ad uitæ fontes aquarum. Hæc autem omnia secundum ordinem a capite descendunt in corpus. quia pacificatio ecclesiæ est in prælatis sic ab incursu malorum ecclesiæ præseruantibus: & ideo murum se debent ponere p ecclesia: & in se suscipere ictus & insultus hostiũ. Sic. dicitur Ioh. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Hinc dominus quibusdam desidiosis improperat illud Eze. 13. capite. Non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis uos murum pro domo Israel. Similiter ad prælatos refertur custodia: quia ipsi sunt custodes ecclesiæ. Sic dicitur Esa. 62. Super muros tuos constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Adunatio etiam in ipsis reperitur: quia ab ipsis profluunt charismata, & dona, quibus adinuicẽ ecclesiæ membra adunantur. unde ad Ephe. 4. Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Regimen quoq; ecclesiæ in ipsorum est manibus: unde dictum est eis. Act. 20. Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. ¶ Orantes autem dicimus, Digneris. Quia dignationis est, quod dominus facit: non nostri meriti. Digneris itaq; .i. dignum iudices ecclesiam tuam sanctam pacificare, custodire adunare, & regere: quia nihil fieri dignum est, nisi quod de tua dignitate, & misericordia uoluntate dignum iudicare uolueris: neq; enim quia bonum, aut iustum est aliquid, ipsum deus uult: sed quia deus uult, ideo bonum est, & iustum. Voluntas nam; diuina non ex nostra bonitate: sed ex diuina uoluntate bonitas nostra pendet: nec aliquid bonum: nisi quia a deo sit acceptum. Ratio autem, quare sic, uel sic acceptat aliqua diuina uoluntas: non est bonitas præsupposita in obiectis quibuscunq; alijs a se deo: sed ratio est in ipsa sola diuina uoluntate: quia enim ipse acceptat aliqua in tali gradu, ideo sunt bona in tali gradu: & non econuerso. Nam sicut uoluntas diuina est causa omnium, ut sint: ita etiam est causa electorum, ut suis donis digni sint: ut ita nihil sit, quod non de interiori inuisibili, atq; intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secũdum ineffabilem iustitiam, non nostrã; sed suam: ut dicit Aug. 3. de trin c. 4. Non ergo nisi uoluntas causa prima est sanitatis, & ægritudinis, præmiorum atq; pœnarum, gratiarum, & retributionum. Ideo petimus ut non propter nostras iustitias: sed suam bonitatem

D Exod. 4.

Apoc.

Pacificatio ecclesię est a prælatis.

Iohan. 10.

Eze. 13.

Esa. 62.

Ephe. 4.

Act. 20.

E

Quicquid Deus in creatura agit misericorditer: dignationis est & non debiti.

August

ecclę

P ecclesiam suam pacificet &c. quod innuit uerbū. Digneris. ¶ Sequitur. Toto orbe terrarum. supple diffusam. Vocata siquidem est ecclesia de omnibus finibus terrarum, quod signatum est. Act. 2. Quoniam cum apostoli inceperunt euangelium Christi prædicare: loquebantur omnium linguis. Erant enim in hierusalem habitantes uiri iudæi, & ex omni natione quæ sub cælo est, quibus omnibus prædicabant apostoli linguis suis. Et hoc est quod de Christo capite ecclesiæ loquitur dominus per Esa. 49. Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usq; ad ultimum terræ. De hoc etiam prophetatum est per Esa. 2. dicentem. Et uenient populi multi, & dicent. Venite, ascendamus in montem domini: & in domum dei Iacob ingrediamur. i. in ecclesiam: & ostendet nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. Et hoc est quod in euangelio ait Matt. 8. Multi ab oriente, & occidente. i. ex omni tribu, & gente uenient. Et in psal. Omnes gentes, quascunq; feciſti, uenient, & adorabunt coram te domine. Quod ut uerum fieret: præcepit Christus apostolis dicens. Euntes in uniuersum mundum docete omnes gentes: & prædicate euangelium omni creaturæ. Quod & fideliter impleuerunt, secundum quid de ipsis prædictum fuerat. In omnem terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ uerba eorum. Propter quod & dominus Act. 1. quærentibus de restitutione regni Israel, respondens subiecit. Vos eritis mihi testes in hierusalem, & in omni iudea, & samaria usq; ad ultimum terræ. Sic ergo impleta est promissio Abraæ fidelis Gen. 17. Eris pater multarum gentium. Quoniam eius fides dilatata est per totum orbem: ita ut & nos si de gentibus ad fidem ipsius uocati sumus: dicente apostolo. Si ergo uos Christi: ergo semen Abraæ estis. Gal. 3. Sic uerificatum est illud Esa. 62. Videbunt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuum. i. filium dei, quem Abraam futurum credidit: & credendo fidei oculis uidit: secundum illud. Iohan. 8. Abraam exultauit, ut uideret diē meum: uidit, & gauisus est. Ex quibus satis patet ecclesiam Christi toto orbe diffusam. Hinc & beatus Greg. parabolam Mat. 13. de sagena missa in mare, de ecclesia exponit: quę ex omni genere piscium. i. ex omni natione, & tribu homines cōgregat. Sic in cantico beatorum Ambrosij, & Aug. dicitur Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. ¶ Ex quibus solui potest quorundā quæstio. Quid erit, & quid est de omnibus habitantibus in finibus terræ, aut insulis maris, uiuentibus secundum dictamen naturalis rationis, ad quos fides Christi nō peruenit: damnabuntur illi, uel saluabuntur. Patet ex præmissis: quia ecclesia toto orbe terrarum diffusa est: uel secundum inhabitationem fidelium: uel fidei propalationem. Hinc uenerabilis Hugo de sacramentis parte 6. c. 5. lib. 2. ait. Ego uel neminem talem esse: uel si forte aliquis est: si eius culpa non obstitisset, audire, aut scire potuisse, ac debuisse sine cunctatione affirmo: maxime cum scriptura dicat. In omnem terram exiuit sonus eorū. In omni terra quidem, uel auditi sunt: contemptores damnabuntur. Vel auditi non sunt pro culpa sua: & ignorantes ignorantur, & non saluantur. ¶ Dominus armicanus primas hiberniæ dicit. Posito, q tales essent: quod non est uerisimile: non arctantur lege Christi: & excusantur per ignorantiam: ne. s. peccent nouo peccato per non receptionem baptismi, & similium: tamen pœnam legis iustæ subire coguntur: quæ est propter transgressionem primorum parentum: separantur a perpetua uisione dei; sicut paruuli decedentes ante susceptionem baptismi. Verum potest dici, q cū deus non deficit homini in necessarijs ad salutem, si fuerit aliquis talis bene utēs naturalibus, & faciens quod in se est, ad cognoscendam uiam iustitiæ, & salutis: aut per immediatam, internamq; spiritussancti illuminationem; aut

Act. 2.

Esa. 49.

Esa. 2.

Matt. 8. Psal.

Act. 1.

Gen. 17.

Gal. 3.

Esa. 62.

Ioh. 8.

Matth. 13.

Hugo.

Ecclesia toto orbe terrarū diffusa est, & ex omnibus gentibus collecta.

Extra Ecclesiam existentes, & quibus fides nūquā est prædicata an excusētur de fide ignota.

per

per alicuius instruentis adhibitionem: pandetur huiusce modi uia salutis: etiam si inter infideles constitutus fuerit. Cuius rei testis est cornelius centurio. Act. 10. & eunuchus candacis reginæ Act. 8. Ad quorum primum missus fuit Petrus apostolus. Ad secundum Philippus diaconus. Historiæ notæ sunt. Testis est & Barbara uirgo, & martyr quæ inclusa a patre in turri illuminata est: & beata Christina a domino miraculose baptizata: ut historiæ testantur. Huius sententiæ est cancel. paris. gers. cum pleriſq; alijs. Act. 10. Act. 8.

¶ Vna cum famulo tuo Papa nostro, & antistite nostro. N. Et rege nostro. N. Ista est secunda pars partis secundæ primæ partis principalis: in qua postquam sacerdos petijt sacrificium acceptari, & benedici pro tota ecclesia generaliter: petit acceptari, & benedici pro summis ecclesiæ hierarchis & capitibus specialiter: unde dicit. Petimus acceptari hæc nostra sacrificia, pro ecclesia tua, una cum famulo tuo Papa nostro N. Vna. i. simul uel pariter: & est aduerbium congregandi: & notat in præsenti associationem capitis cum corpore. Papa enim caput est ecclesiæ saltem uicarium, & ministeriale: ut infra dicetur. Petit ergo sacerdos accepta haberi hæc sacrificia pro ecclesia, & papa. i. pro corpore, & capite mysticis. G

¶ Nomen papa in scripturis non inuenitur: sed sumptum dicitur ab interiectione papæ: quæ admirationis affectum importat: unde eis propriè conuenit, & attribuitur, qui in conuersatione sunt admirabiles uita, sanctitate, & doctrina: ad quē sensum dominus Iesus Christus noster summus est papa: de quo scribitur Esaiæ. Et uocabitur nomen eius admirabilis. Sic olim omnes episcopi uitæ pollentes sanctitate, Papæ sunt uocati. Vnde beatus Hyeronimus in epistolis ad Augustinum scribens ait. Domino uerè sancto, & beatissimo Papæ Augustino. Sic augustinus ad Paulinum: libros beatissimi Papæ Aurelij episcopi. Et bonifacius comes ad Aug. Ora uenerabilis Papa, ut talis de inimicis ultio sæpe procedat. Et tamen neq; Augustinus, neq; Aurelius fuit episcopus romanus: sic refertur græcos cunctos præsbyteros Papas nominare. Nunc uerò nomen Papa soli Romano attribuitur pontifici, qui dicitur papa, quasi pater patrum, ideſt episcoporum, & sacerdotum, qui iure patres appellantur. 96. distinctio. cap. In scripturis. & c. sequenti. Quis dubitat. ubi dicit Greg. ad Hermanum Metensem episcopum. Quis dubitat sacerdotes Christi, regum, & principum, omniumq; fidelium patres, & magistros censeri. Item Theleſphorus papa. 6. quæst. 1. sacerdotes. Omnis, qui aduersus patres. id est sacerdotes armantur: infames esse censemus. Patres enim omnes, ideſt sacerdotes uenerandi sunt non respuendi, aut infamandi. Refert etiam Eusebius Cesarienſis, q̄ excellentia romani imperij extulit Papatum Romani pontificis super alias pro eo, q̄ distinctio. 96. cap. Constantinus 2. legitur. Constantinus Imperator quarta die sui baptismi priuilegium romanæ ecclesiæ pontifici contulit: ut in toto orbe terrarum pontifices, & sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices regem. Quod etiam posterius confirmatum est per Concilium generale. Vnde idem. Cesarienſis. Nicena (inquit) synodus hoc contulit priuilegium Romano pontifici: ut sicut romanorum rex augustus præ cæteris appellatur: ita romanus pontifex præ cæteris episcopis papa uelut principalis pater uocaretur. ¶ Et rectè quidem Papa id est pater principalis: quia caput est fidelium, & totius ecclesiæ militantis 22. di. Sacrosancta. Petrus dictus est cephas, & caput: eo q̄ principatum teneret apostolatus. Non autem tantum Constantini ordinatione: neq; patrum: sed diuina romana ecclesia primatum obtinuit. Vnde in eodem canone. Sacrosan

Papa unde dicitur: unde sumptum est nomen. H

Esa. 9. Hieron. Greg. Eusebius. Papa est caput fidelium, & ecclesiæ. I

ctā. dicit Anacletus, qui fuit quartus post beatum Petrum successor beati Clementis: qui sedit anno domini. 104. & ita longe præcessit Constantinum. Sacrosancta romana, & apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino, & saluatore nostro primatum obtinuit: sicut beato Petro apostolo dixit. Tu es Petrus, & super hanc petram. &c. Et sequitur. Hæc uerò apostolica sedes caput, & cardo (ut præfatū est) a domino: & nō ab alijs constituta est. Et sicut cardine ostiū regitur: sic huius apostolicæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ dño disponente reguntur. Hinc 7. q. 1. Mutationes. Antherius papa de beato Petro loquens ait. Petrus sanctus magister noster, & princeps apostolorū. Et Leo papa. 24. q. 1. cū beatissimus. Cū beatissimus Petrus apostolus a dño acceperit principatū. Vnde & beatus Dionys. in li. de diuinis no. c. 3. ipsum uocat uerticē. i. capitaneū. Vel secūdū aliā translationem. Petrus supremū decus, & antiquissimū theologiorū culmē. Et in libello, quem scripserat de morte apostolorū pe. & pa. dicit. Cū separarentur ab inuicem ducti ad supplicia: Paulus Petrū alloquitur in hæc uerba. Pax tecū fundamentū ecclesiarū, pastor ouiū, & agnorū Christi. Icē Marcellus pa. 24. q. 1. Rogamus. ait Rogamus uos fratres dilectissimi: ut nō aliud doceatis, neq; sentiatis, quā quod a Petro, & reliquis apostolis atq; patribus accepistis: ipse enim est caput totius ecclesiæ. Et beatus Aug. lib. 2. de unico baptismo. Puto, q; sine ulla sui contumelia, Cyprianus ep̄s Petro apostolo cōparatur, quantū attinet ad martyrij coronā. Cæterū magis uereri debeo ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illū apostolatus principatu cuilibet episcopatui præferendum: sed etsi distat cathedrarū gratia: una tamen est martyrum gloria. Et ponitur. 2. q. 7. Puto. ¶ Ex omnibus his patet Petrū fuisse caput ecclesiæ. & primatū inter oēs tenuisse. Cū autē quilibet & pa. canonice intrans successor sit Petri: sequitur, q; quilibet talis omnē dignitatē, auctoritatē, & principalitatem habeat, quā habuit Petrus. Is enim, qui in ius succedit alterius: eo iure, quo ille, uti debet. de regulis iuris. Is qui. li. 6. Nā si minus haberet, quam primus: non esset uera successio. ut arguit glo. in casu simili in ca. Cū omnes. de constitutionibus. Et per consequens etiā nunc papa caput est ecclesiæ, & hierarcha summus sicut fuit Petrus tpe apostolorū, & si mō nō refulgeat his uirtutibus, quibus Petrus cæteros præcellebat. ¶ Beatus siquidē Petrus non modo officij dignitate: uerū etiam uirtutum excellentia præstabat, fide scilicet humilitate, & charitate. Nā propter fidei eminētia: quæ fundamentū est ecclesiæ, & totius spūalis ędificij Petro darū est; ut ad quæstionē fidei de Xpō pro omnibus respōderet: dicēs ad Christū. Tu es Xps filius dei uiui. Ex qua fide a cris accepit præfecturæ ecclesię: dicēte ei dño. Et ego dico tibi quia tu es Petrus & super hanc petrā ędificabo ecclesiā meā. Et iterum: & ego pro te rogaui, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus: confirma fratres tuos, per prædicationē uidelicet, & doctrinam uerę fidei, & euangelij. Præcellens humilitas claruit, cum correptionem Pauli, qui ipso fuit inferior, & in faciem ei restitit, patienter, & humiliter tolerauit. ad Gal. 2. Patet & ex sua perfectione super cæteros a Christo, qui eos nouit, qui se humiliant exaltare. Charitatis excellentia patet ex feruore operum siue uigilantia, & discursu pro lucrifactione animarum. ut tradit actuum historia. Patet etiam ex Christi quæstione, ejusq; responsione, cum. n. quæreret Xps. Simō Iohānis diligis me plus his, R ndit. Tu scis dñe: quia amo te. Post quā responsionem tertio datam, statim dns sibi pascendas commisit oues. Vnde patet dignitas Perri, nedum ex prælatione, qua factus est caput ecclesiæ: sed etiam ex uirtutum excellentia, & Christi domini imitatione

Augustin.

K

Matth. 16.

Luc. 22.

Gal. 2.

singula

singulari. In quo utinam haberet tot imitatores: quot habere sui principatus, & officij cernitur appetitores. Longe alij mores, aliæq; pompæ uidentur in successoribus, quam in Petro, cuius successione gratulantur. De quo ad eugenium papa beatus Ber. in li. de consideratione ita scribit. Bern.
inter hæc tu pastor procedis deauratus tam multa circundatus uarietate: oues quid capiunt. Si auderem dicere, dæmoni plus, quam ouium pascua hæc sunt. Et post pauca. Petrus hic est, qui nescitur processisse non gemmis ornatus, uel sericis, non tectus auro: aut uectus æquo albo: nec stipatus milite: nec circumstrepentibus ministris: absq; tamen his credidit satis posse implere mandatum Christi salutare. Si amas, me pasce oues meas. In his nõ successisti Petro: sed constantino. Hæc ille. ¶ Veruntamẽ etsi Papa tã quã homo uiator nondũ in gratia confirmatus quandoq; deuiat: quoniã teste Chry. Non loca hominem sanctificant: sed homo locum. 40. di. Multi. Chry.
Neq; sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum: ut ait Hiero. eadẽ dis. Hiero.
Non est. & Greg. Anastasio presbytero. Non loca, uel ordines creatori Gregi
nostro nos proximos faciunt: sed nos aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt. eadem dis. Non loca. Non tamen capitis dignitatẽ amittit nisi in hæresim lapsus extra ecclesiam fieret: eadẽ di. Si papa. In quo casu licet hæresim pertinaciter defendens non esset caput ecclesiæ: nihilominus non esset ecclesia sine capite. quoniam uerum caput ecclesiæ Christus
Ecclesiæ caput Christus est. est, ait apostolus ad Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiã: qua Ephe 1.
est corpus eius. Itẽ ca. 5. Christus caput est ecclesię, ipse saluator corporis
Capitis conditiões quot & quæ sunt. eius. Itẽ ad Col. 1. Ipse est caput corporis ecclesiæ. Caput mysticum sicut Col. 1.
corpus mysticũ est ecclesia propter similitudines reparatas in corpore uerò quas exprimit apostolus. 1. Cor. 12. possumus igitur considerare in capite 1. Cor. 12.
scilicet ordinẽ perfectionem & uirtutẽ. Ordinem, quia caput est prima pars hominis: & inde est q̃ omne principium consueuit dici caput: secundum
illud. Eze. 16. Ad omne caput uiæ ædificasti signum prostitutionis tuæ Per Eze. 16.
fectionem: quia in capite uigent omnes sensus interiores, & exteriores: cum
in cæteris membris solus sit sensus tactus. Et inde est, q̃ dicitur Esa. 9. Lon Esa. 9.
gęuus, & honorabilis ipse est caput. Virtutẽ, quia cæterorum uirtus, & motus est a capite propter uirtutem sensitiuam, & motiuam ibi dominantem:
propter quod & populi rector caput eius dicitur: secundũ illud. 1. Reg. 15. 1. Reg. 15.
Cum esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus factus es. Hæ capitis conditiones Christo uerè competunt respectu ecclesiæ corporis eius:
propter quod nomen capitis congrue ad ipsum translatum est: habet enim ordinem eminentiæ. Vnde de ipso dicitur in psal. Ego primogenitum po
nam illum excelsum præ regibus terræ. Et uerè primus, & excelsus, quia
omnes alij gratiam receperunt per respectum ad gratiam suam. Hinc ad
Rom. 8. Quos præscivit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis fi- Rom. 8.
lij sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus suis. Secundò habet perfectionem quantum ad plenitudinem omnium gratiarum: secundum illud
Ioh. 1. Vidimus gloriã eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenũ gratię, Ioh. 1.
& ueritatis. Tertiò uirtutem habet influendi gratiam in membra ecclesiæ
corporis: unãde de plenitudine eius oẽs accepimus. Ioh. 1. Quippe secũdũ di Ioh. 1.
uinitatẽ ipse ẽ autor gratię fidei, cæterorũq; donorũ spũaliũq; influit, & causat effectiue principaliter in nobis in participatione sacrorũ: & secũdũ humanitatẽ uerò cã est meritoria eorũdẽ. Nã propter passionẽ, quã sua spõte secũdũ humanitatẽ subiit: deus pater statuit hæc dona cõferre hominibus, quæ
principia sunt sensus, & motus operationũ spiritualiũ, & uitaliũ in recipiẽtibus ea. Et ppter influxũ horũ donorũ a Christo in mẽbra ecclesię, Christus

dicitur caput ecclesiæ: non per proprietatem, sed per similitudinem capitis naturalis. ¶ Papa etiam est caput ecclesiæ secundum prædicta propter
M conformes similitudines, licet multum differenter a Christo. ¶ Primò propter ordinem, & propinquitatem ad deum ratione officij: quia ipse summus est hierarcha in ecclesia, ad quem stat, & reducitur tanquam in suum
Innoc. principium omnis ordo ecclesiasticus: ut dicit Inno. tertius in c. Solite. de maio. & obe. Papa in Petro omnibus perfecit, constituens eũ pastorẽ ouiũ
Chryſoſt. suarũ gñalem, non discernens has oues ab illis: cũ dicit. Pasce oues meas. i. secundũ Chry. loco mei propositus, & caput esto fratrum: ut ipsi te in locum meum assumentes ubiq; terrarum te in throno sedente prædicent, & confirment. ¶ Secundò caput est propter perfectionem acceptæ potestatis quæ secundum sui plenitudinem in ipso residet, ut in capite: sicut & in Petro Papa. primò cui dominus tanquam æternæ uitæ clauigero terreni, simul & cælestis imperij iura commisit: ut habetur dist. 22. Omnes. De quo
Chryſoſt. Chry. super Mat. Filius, quę patris est, & ipsius filij: potestatem Petro ubiq; terrarũ cõmisit: & homini mortali omnẽ auctoritatem dedit. ut ecclesiam ubiq; terrarũ amplificet. Vnde & ecclesia de ipso canit, Tu es pastor ouiũ princeps apostolorum. Plenitudo autem potestatis Petro collata tranſit in successores. ¶ Dicitur etiam tertiò caput propter uirtutem influxiuam: dependet siquidẽ ab eo totus ordo ecclesiasticus: ut dictũ est in dispositione ministrorũ ecclesiæ: & ab ipso fluit mediatè, uel immediatè omnis potestas spiritualis, siue in prælatis maioribus: siue in simplicibus præbiteris. Vnde Leo pa. dist. 19. Ita dñs dicit. Ita dñs potestatem clauiũ ad omniũ apostolorũ officiũ pertinere uoluit: ut in beatissimo Petro omniũ apostolorũ summo, huius muneris sacr̃m principaliter collocaret: ut ab ipso quasi a quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet: ut exortẽ intelligeret, & se diuini ministerij esse: qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere: hunc enim in consortium indiuiduæ unitatis assumptũ, id quod ipse erat dominus, uoluit nominari, dicendo. Tu es Petrus: & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã: ut ęterni tẽpli ædificatio mirabili munere gratiæ dei in petri soliditate cõsisteret. ¶ Magna autem est huius capitis a primo
N capite differentia: quia Christus caput est ecclesiæ secundũ omne tps, præteritũ, præsens, & futurũ: quia oẽs, quicunq; saluati sunt, qui saluantur: &
Act. 4. qui saluabuntur: in Christi nomine salutẽ percipiunt: quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri, quam in nomine Iesu: ut ait Pe. Papa autem est caput ecclesiæ secundum tẽpus determinatũ. s. secũdũ tps sui põtificatus. Vñ scribitur de sacerdotibus, & confessoribus, in quibus & summus sacerdos cõprehẽditur. Plures facti sunt sacerdo
Hæb. 7. tes: idcirco q̃ morte prohiberentur permanere. Iesus autem in eo, q̃ maneat in ęternum. sempiternum habet sacerdotium, uñ in psalm. Tu es sacerdos in ęterñ. Xps quoq; caput est ecclesiæ secũdũ omnẽ statũ, uiæ. s. patrię militãtis ecclesiæ, & triũphantis: quia datum est ei nomẽ, quod est super omne nomẽ. In quo flectatur omne genu cęlestium, terrestriũ, & infernorũ. Papa aũt caput est ecclesiæ secũdũ determinatũ statũ præsentis. s. peregrinationis, & uiæ. Vñ dictũ est ei Quodcũq; ligaueris super terrã, ut intelligatur papæ potestas ad uiatores in terris consistentes limitata. ¶ Præterea Christus caput est ecclesiæ principale, & primarium, in se omnia dona, & gratiarum charismata continens, & propria uirtute, & auctoritate mẽbra ui uificans: ac motum, & sensus spirituales influens. Papa uerò caput est ecclesiæ secũdarium ministeriale, & uicarium, nonnunquã uirtutibus gratia, & donis uacuum. Neq; enim ipse influit uitam spiritualem in membra, neq;

Papa eius Vicarius, sed multum differenter.

Differentia capitis ecclesiæ a primo capite.

ipse

ipse dat membris sensum, & motum, nisi ut ministet, & uicarius Christi. Propter quod dicit apostolus. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos. ¶ Et per hoc patet, ꝙ ecclesia nō est monstruosa, & biceps, seu bicapitalis: quia non habet duo capita exequo & principalia: sed unum principale, & aliud uicem eius tenens: quod nullam inducit monstruositatem. Sunt enim tanquam unum caput, inquantum caput principale agit per Papam tanquam per Vicarium, & uicē suam sua commissione tenentem: sicut rex iturus in regionem longinquā regit per gubernatorē: & episcopis in casu per coadiutorem. Patet etiā, ꝙ ecclesia per mortē Papæ nō est acephala: nec uero suo sponso uiduata. Nō enim deseret ecclesiā suā Christus, cui suā inseparabilē promisit præsentiā. Mat. ult. dicens. Ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Huius autem famulum, & ministrum recognoscit se Papa: immo & seruorum eius: dū in bullis se scribit seruum seruorū dei. Et in altaris officio pro eo orantes dicimus. Vna cum famulo tuo Papa nostro. Pro hoc ergo famulo Christi, & uicario eius, per quem ecclesiam suam regit, & dirigit, tanquam pro homine errare potente oramus: & rationabiliter. Nam ut docet beatus Bonifacius martyr: pro eius perpetuo statu uniuersitas fidelium tantō instantius orat: quantō suam salutē post deum, ex illius incolumitate animi aduertit propensius dependere: ut habetur dist. 40. si Papa. Oramus ergo pro Papa, ut a peccatis, & erroribus: quæ tanquam membris capitis infirmitas: ecclesiæ maximē nocent: misericorditer præseruetur, ut quoq; iuxta diuinę legis sanctionem, & naturalis iuris æquitatem suscepta uratur potestas: non in destructionem: sed ædificationem ecclesiæ: paretq; domino suo regimine plebem perfectam. ¶ Et sequitur. Papa nostro. N. Per quod intelligi datur, ꝙ celebrans orās pro Papa, nomen eius debet exprimere. unde dicit Pelagius papa allegante Alber. Ab uniuersi urbis communione sunt separati: qui qualibet dissensione inter sacra mysteria apostolici pontificis nomen secundum consuetudinem non frequentant. Debent ergo celebrantes nominare modo Innocentium, qui diuina prouidentia apicem apostolatus tenet: dum hæc scribimus. Hoc autem intelligendum est, quod nemo celebrantium ex contemptu nomen papæ prætermittere debet: ideo additur: qui qualibet dissensione. Si enim celebrans nomen papæ non crassē ignorauerit: uel legendo canonem non occurrerit: & ita pro papa sine nominis sui expressione orauerit: non æstimo illum peccatum incurrere. Nec oportet pro rememoratione nominis sacerdotem diu tardare: ne confusio, tędium, aut scandalum in populo oriatur. & proprię mentis distractio causa uitandi maioris periculi caueatur. ¶ Pro rege nostro. N. Postquam sacerdos in persona ecclesiæ orauit pro papa, qui est Princeps, & supremus in potestate ecclesiastica, & spirituali. consequenter orat pro rege, qui supremus Princeps est in potestate terrena, & seculari. Vnde secundum Inno. sicut sunt duæ uitæ, cęlestis scilicet & terrena: una, qua spiritus uiuit cum deo, altera, qua ex spiritu uiuit caro: & utraq; nutritur, ut possit subsistere: cælestis spiritualibus: terrena corporalibus. Ita sunt duæ potestates: ecclesiastica uidelicet & mundana, una quæ moderatur spiritualia: alia quæ corporalia. Ista per clericos: illa regitur per laicos; & ista uacat cęlestibus: illa corporalibus. Ista quantum ad animam: illa quantum ad corpus. Hę duæ potestates duo gladij sunt: de quibus domino apostoli dixerunt. Luc. 22. Domine ecce duo gladij hic. Hæ sunt, & duo luminaria magna: quæ posuit dominus in firmamento cœli: hoc est eccle-

Ecclesia mor tuo Papa nō est sine capite sed nec eo uiuente monstruosa.

Papæ nomē debet in canone exprimi.

2. Cor. 5.

Mat. ult.

B. Bonif.

2. Cor. 3.

Alber.

Inno.

Luc. 22.

fiæ. Duæ scilicet dignitates pontificalis auctoritas, & regalis potestas: ut dicit Inno. in c. Solite. de maiori. & obedientia. Illis duabus potestatibus gubernatio, & regimen mundi est commissum. De potestate spirituali patet ex uerbis Christi ad Petrum. Pasce oues meas. non discernens illas ab istis. De seculari patet ex uerbis eiusdem, cum respondit iudæis quærentibus, utrum liceret censum dare cesari. Reddite, quæ sunt cesaris, cesari. Et uerbis quoq; Petri apostoli. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter deum siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum. 1. Pe. 2. 1. Pet. 2.

De ambabus simul scribit Gelasius Papa anastasio imperatori 96. dis. Duo quippe. dicens. Duo quippe sunt imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum: quanto etiam pro ipsis regibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem. Et beatus Aug. ut habetur. 23. q. 5. Non frustra ait: Non frustra instituta sunt potestas regalis: ius cognitoris: ungulæ carnificis: arma militis: disciplina dominantis: seueritas etiam boni patris: habent omnia ista modos suos, causas, rationes, & utilitates: hæc cum timentur: mali coercentur: & boni quieti inter malos uiuunt. Cui concordat paulus Rom. 13. dicens. Potestates seculares esse a deo ad terrorem malorum, & laudem bonorum. unde ait. Vis non timere potestatem: bonum fac: si autem malefeceris, time. Non enim sine causa gladium portat. & beatus Isido. lib. 3. sententiarum suarum. c. 53. Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent: ut per eandem potestatem, disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum in ecclesia potestates necessariç non essent nisi ut quod non prævalent sacerdotes efficere per doctrinę sermonem: potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: ut qui intra ecclesiam positi, contra fidem & disciplinam agunt: rigore principum conterantur. Ipsamq; disciplinam, quam ecclesiæ utilitas exercere non prævalet. cervicibus superborum potestas principalis imponat. Et sequitur. Cognoscant principes seculi deo debere se rationem reddere propter ecclesiam, quam a Christo tuendam susciperunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina ecclesię per fideles principes: siue soluatur: ille ab eis rationem exigit: qui eorum potestati suã ecclesiam credidit. Hæc Isid. & habetur eadem q. Principes. Ex quibus satis patet, q̃ regis interest, & secularis potestatis ecclesiam in pace, & tranquillitate tutare, & defensare. Et quia ecclesia defensionem recipit a regia potestate: iure naturalis potestatis obligatur: ut suffragium, quale potest maxime spirituale, rependat: quod facit per sacerdotem obsecrando, ut clementissimus pater accepta habeat hæc sancta sacrificia pro rege nostro. ¶ Fit autem oratio pro dignitate regia post orationem factã pro Papa: quia potestas suprema sacerdotalis excedit regiam, antiquitate, dignitate, & utilitate. Antiquitate: quia iubente deo sacerdotium institutũ est: ut patet. Exo. 28. Post sacerdotium institutum est potestas regia ad populi petitionem: ut habetur. 1. Regum. 8. & 9. ac 12. cap. Cuius regula, quæ uiuere debet, & regere describitur Deut. 17. Excedit etiam dignitate: ut supra cum ageretur de dignitate sacerdotali: aliqualiter dictum est lec. 4. Et ex eo etiam patet quia maior est, qui benedicit: & qui benedicitur minor secundum apostolum ad Heb. 7. Sine ulla contradictione quod minus est, a meliori benedicitur. Rex autem in imperatorem promouendus consecratur, benedicitur, ungitur, & coronatur a sacerdote

R

De præcellentia potestatis & dignitatis ecclesiasticæ super secularem.

Exo. 28. 1. Reg. 8. Deut. 17.

Heb. 7.

supre

supremo papa: ut patet in c. Venerabilem. de electione. Hinc ut dicit Inno: in c. Solite. de maio. & obe. alleg. Quanta est differentia inter solem, & lunam: tanta inter pontifices, & reges cognoscatur. Præmisit autem. Fecit deus duo magna luminaria in firmamento cœli. Luminare maius, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti. Vtrumq; magnum: sed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli hoc est uniuersalis ecclesiæ, fecit deus duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis auctoritas; & regia potestas; sed illa, quæ præest diebus. i. spiritualibus maior est: quæ uerò carnalibus, minor. Hinc & imperator papam uocat dominum: cui ut maiori præstat iuramentum. 63. di. Tibi domino Iohanni papæ. Et caput eidem tanquam maiori submittit dis. eadem. Valentinianus. Vnde & sacerdotes, patres, & magistri regum, & principum appellantur. 96. dis. Quis dubitat. Propter quod & Constantinus imperator indignum iudicat sacerdotes iudicare: ut scribit beatus Greg. Mauricio imperatori. 11. q. 1. Sacerdotibus. Hinc & imperatores Christiani executiones suas præsulibus subdere dicunt, non præferre. distin. 96. Si imperator. Et papa transfert potestatem supremam secularem de gente in gentem: ut in ca. alleg. Venerabilem. Et imperatorem deponere potest. 15. q. 6. Alius. Item nuncta glosa. Et ipsum potest excommunicare 96. distin. duo sunt. Ex quibus omnibus patet excellentia dignitatis sacerdotij super potestatem secularem. ¶ Excedit tertio & ipsam utilitate: quia potestas sacerdotalis per se respicit bona spiritualia, & ipsam animam. Secularis uerò bona temporalia, & corpus: & ista dirigit in finem naturalem, pacem ciuilem, & politicam, quietam. s. & pacificam cohabitationem: in signum cuius reges, & principes ad genua sacerdotum prouoluti: exosculata eorum dextra orationibus eorum se cõmittunt, & credunt communiri: unde & ipsi sacerdotes pro eisdem in diuino sunt reddituri examine rationem: dis. 96. Duo sunt. Hinc quia sacerdotium præst spiritualibus, maius lumen dictum est. Sicut ergo anima plus est, quam esca: & corpus plus, quam uestimentum: ita potestas spiritualis plus est, quam secularis: & ideo recto ordine post orationem pro papa orat sacerdos pro rege: hoc est pro constituto in suprema dignitate laicali. Neq; refert in proposito: utrum imperator sit, an non: quia semper dignissimus est statu in ordine laicorum inter principes, & secularium potestates. ¶ Verum hanc clausulam nonnulli referunt ad regem hunc, in cuius regno sacerdos celebrat: uel etiam principem secularem supremum terræ in quæ celebrat. sicut illud, quod sequitur: pro antistite nostro, refertur ad episcopum istius diocesis, in qua missam dicit sacerdos. Ad orandum autem pro principe hortatur apostolus dicens. 1. ad Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam uitam, & tranquillam agamus cum omni pietate, & castitate. A principe siquidem fluit in nos rectitudo iustitiæ, & pacis, quo ad regimen, & gubernationem bonorum exteriorum, & defensionem a perucrsis, & pertinacibus, quos ferire habet gladio sibi commisso. Vnde & prophetæ Baruch legitur ad orandum pro rege quosdam exhortatus fuisse, dicens. Orate pro uita Nabuchodonosor regis babylonis: & pro uita Balthasar filij eius; ut sint dies eorum, sicut dies cœli super terram. ¶ Sequitur in textu. Pro antistite nostro. N. Antistes dicitur quasi ante alios stans. Et dicitur antistes secundum ianuensem quilibet sacerdos: quoniam cuiuslibet talis est stare ante populum per oratio-

Inno.

Greg.

Excedit utilitate.

1. Timo. 2.

Antistes unde dicitur.

nem ad deum, & oblationem sacrificij, pro peccato, & salute populi impetranda. Vnde & de sacerdotibus uete. testa. scribitur, ꝙ plorabant inter uestibulum, & altare, dicentes. Parce domine, parce populo tuo. Iohel. 2. Accipitur autem nunc antistes communiter. cuius maxime est salutem populi procurare per orationes, prædicationes, uitę imitabilis rectitudinem. Vnde & Christus gregem suum specialiter episcopis commendauit. ut in actibus Paulus ait. Attendite uobis, & uniuerso gregi: in quo uos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Hinc apostolus scribit. 1. ad Tim. 3. Oportet episcopum irreprehensibilē esse, unius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem &c. Ambr. quoq; in suo pastorali. Magna sublimitas magnā habere debet cautelam. Grādis honor grandi debet sollicitudine circumuallari. Cui plus creditur: plus ab eo exigitur. Ita & Aaron summus sacerdos instanter pro populo interpellabat. Vnde legitur Nume. 16. Cum ignis egressus a domino multa hominū milia consumpsisset: Moyses mandauit Aaron ut citō pergens ad populum rogaret pro eis: unde. Aaron stans inter uiuos, & mortuos pro populo deprecatus est: & cessauit plaga. ¶ Debent autem orare sacerdotes pro antistite suo, idest suo pontifice: secundum Innocen. illi, qui non sunt in romana dioceſi: quatenus unitatem spiritus in uinculo pacis obseruent. quoniam secūdum Alb. per ipsum a papa primo capite, & supremo dona gratiarum in nos descendunt: sicut unguentum primo descendit a capite in barbam, quæ capiti adhærens barba stillat in superiora: superioribus tū in media, & fluit usq; ad orā, & fimbriā uestimenti. Illi aūt, qui sunt de romana dioceſi: nō orāt pro alio antistite, quā pro summo pontifice: quia ille cū hoc, ꝙ est episcopus uniuersalis est ēt ipsorū eps particularis. Non enim alium habet episcopum romana dioceſis, quam summum, & uniuersalem, propter quod nōnulli dicunt, ꝙ romana ecclesia super alias ecclesias tenet principatum: quia. s. episcopus romanus est episcopus uniuersalis, & caput: secūdū superius dicta totius ecclesiæ militantis. Quapropter & ipsa caput est, & magistra aliarum ecclesiarum eo loquendi modo, quo metropolitana ecclesia dicitur caput omnium ecclesiarum suffraganearum: quia scilicet eius episcopus est caput, & superior: quia archiepiscopus earum. In cuius signum aiunt, ꝙ ecclesia anthiochena in qua Petrus (ut hystoriæ referunt) septem annos sedit: sed priusquā Romam adijt, primatum tenuit super alias ecclesias. Postquam uerō Petrus sedem suam Romam transtulit: Romana ecclesia facta est prima, & caput aliarum. De quo habetur 24. q. 1. Rogamus. De hac materia diffuse tractat uenerabilis inceptor Guil. Ockam in suo dialo. parte. 1. li. 5. per multa capitula, tangens diuersas opiniones cum motiuis suis. Debet autem sacerdos offerens pro ecclesia sancta catholica una cum papa nostro, & antistite exprimere episcopi nomen: sicut supra dictum est de papa: ut attentior, certior, & particularior fit applicatio huius sacrificij ad personas illas: quæ in sublimitate sunt constitutæ, quæ curam nostri gerunt, & sollicitudinem: ac pro nobis reddituræ sunt rationem. Sequitur.

Iohel. 2.

1. Tim. 3.

Ambr.

Num. 16.

Iano.

De officio eius.

Pro quo antistite sacerdos debet orare in canone.

Ecclesia Romana quomō, & quare dicitur habere principatum.

Nomen debet exprimi in canone.

EX-

EXPOSITIO OMNIBVS ORTHODOXIS
usq; Memento.

LECTIO XXIIII.

OMnibus orthodoxis. ¶ Postquam potestatem ecclesiasticam.s.& secularem oratione sua domino commendauit:orat sacerdos pro cunctis fidelibus orthodoxis, q sub utraq; potestate fidem catholicam tenent, ueneran tur,& colunt. Dicuntur autem orthodoxi.i.recte glorioſi:unde orthodoxus ab orthos græce, quod est rectū latinè: & doxa gloria,quasi uirrectę gloriæ.Vel secundum Papam. Doxos: id est doctrina, uel regula: unde orthodoxus quasi rectam regulam, seu doctrinam credendo, & uiuendo tenens. Orat ergo pro omnibus orthodoxis.i.omnibus fidelibus christianis,& rectè Christi fidem ac doctrinam tenentibus. Hi enim tantum rectè poterunt gloriari, quibus conscientiæ testimonium consonat de fide non ficta. Nam Paulo attestante.2 Cor.1. Gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostrę, q in simplicitate cordis,& in sinceritate dei,non sapientia carnali : sed in gratia dei conuersati sumus. Excluduntur ergo a fructu huius sacrificij infideles,hæretici,& scismatici, pro his non orat sacerdos dicens. Et omnibus orthodoxis. Tales namq; , quia recta fide,& unione carent:neq; Christo capiti:neq; ceteris ecclesiæ connectuntur membris. Siquidem fides uinculum est uniens membra capitis:sicut patuit in descriptione ecclesiæ supra posita. Ecclesia est corpus mysticum fide Christi animatum. Sunt enim non uiuentes mystice, & spiritualiter : quicunq; fide carent. Quoniam iustus ex fide uiuit. Abachuc 2. & Rom.1. & per consequens nutrimenti spiritualis influxus. Suitæ sensus, & motus ad uitaliter operandum a capite Christo nullatenus sunt capaces. Sunt enim a corpore Christi rupto unionis uinculo præcisi:& ideo sicut ramus præcisus a radice: ita a corpore Christi,quod est ecclesia:diuinembrati nutriri,& refici nõ possunt operatione huius uiuifici sacramenti:siquidem uitam nutriendi nutritio præsupponit. Rectè igitur omnibus orthodoxis orationem sacerdos applicat: quia eius sacrificij memoriam agit : quod Christus summus sacerdos pro omnibus ecclesię suæ membris,sub diuo orbis medio consummauit: secundum illud prophetæ. Psal. 73. Operatus est salutem in medio terræ. & ad Eph. 1. Instaurare omnia per sanguinem eius, .s. Christi,quę in cælis, & quę in terra. Debitum itaq; est,ut sacerdos Christi typū gerens offerat sacrificium pro omnibus orthodoxis:pro quibus idipsum obtulit Christus in ara crucis:nullumq; excludat orthodoxorum tenax minister liberalis domini,qui sacrificij fructum uoluit esse copiosum: secundum illud Psalm. Copiosa apud eum redemptio. Neq; congruit, ut ibi dispensator sit parcus:ubi liberalissimus est dominus:ideo pro orthodoxis omnibus sine exclusione orat : ut in suo ministerio fidelis inueniatur. ¶ Atq; catholicę, & apostolicæ fidei cultoribus. Tales enim sunt rectè glorioſi ; qui deum rectè fidei confessione glorificant,& secundum catholicæ, & apostolicę fidei regulam uerè colunt; ad quos apostolus ad Gal. scribens ait cap. ult. Et quicunq; hanc regulam .s. fidei Iesu Christi, secuti fuerint ; pax super illos , & misericordia. ¶ Sed dices. Superflue uidetur additum : catholicæ , & apostolicę fidei cultoribus . quia sufficienter includitur

A

1.Cor.1.

Abachuc 2. Rom. 1.

Psal. 73. Eph.1.

Psal.

Qui sunt catholicę,& apostolicæ fidei cultores.

B

Gal.

in

in uerbo: omnibus orthodoxis. Respondetur, q̃ non superfluit: quia fidei cultus per hoc additum expressius declaratur: in eo q̃ conditiones fidei quo uere deus colitur, manifestius exprimuntur. Est enim fides ista catholica, & apostolica. Catholica, quia eius principia non particulariter: sed uniuersaliter toti mundo sunt tradita: non sicut lex uetus, quæ dūtaxat uni populo Israelitico: .s. Abraæ data: ceteros non obligabat, nam Abraæ dictæ sunt promissiones salutis, & semini eius. ad Gal. 3. Ideo præcipue a semine Abraæ, de quo nasciturus erat Christus: deus fuerat colendus. Qui postquam per carnis assumptionem uenit: legem tulit uniuersalem, uniuerso mundo necessariam. Cuius promulgationem iniunxit apostolis dicens. Euntes in mundum uniuersum: prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit Mar. ult. Quod astruit necessitatem baptismi generaliter, quo ad omnes tribus, nationes, & gentes. Per huius namq; susceptionem ascribitur suscipiens familiæ Christi: cui soli patet introitus regni cælestis: dicente saluatore. Ioh. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Christus .s. totus cum corpore suo, & membris. Hinc dominus ad Nicodemum. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Ibidem. Est ergo fides catholica .i. utilis; quæ nullum respuit se suscipere uolentem. Solaq; est, quæ suos professores ad regnum, & ęternā beatitudinem prouehit, & perducit. ¶ Est etiam fides apostolica: hoc est per apostolos, toti mundo concorditer promulgata. Vel apostolica .i. in apostolis tanquam firmis radicibus fundata. Apostoli namq; accepta promulgandæ fidei commissione, antequam in omnem terram se segregarent ad prædicandum fidem in fines orbis terræ: conuenerunt in hierusalem: & fidei articulos, quos prædicaturi erant, simul contulerunt: fideq; symbolum ediderunt, ut uniformis esset eorum doctrina: nec inter eos forent scismata: p quos totus fidelium cœtus in unitatem fidei fuerat colligendus. unde apostolus. 1. Cor. 1. Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi: ut idipsum dicatis omnes: & non sint in uobis scismata. Quibus ut idem Paulus apostolus concorditer euangelizaret, ad apostolos ascendit, conferens cum eis doctrinaliter: ut dicitur ad Gal. 2. Ascendi hierosolimam cum Barnaba, assumpto & Tito, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus: seorsum autem his, qui uidebantur aliquid esse: ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem. Est etiam fides in apostolis, tanquam radicibus firmis firmata: nam apostoli fidem fundauerunt super primum fundamentum .s. Christum ad Eph. 2. Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo lapide angulari Iesu Christo: unde & ipsi apostoli fundamenta fidei, & ecclesiæ dicuntur. psal. 86 Fundamenta eius in montibus sanctis. De quo etiam Pelagius papa 24. q. 1. Pudenda. Vna est ecclesia, cui in canticis canticorum dicitur. Vna est columba mea: quam nullam aliam esse constat nisi quæ in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam fidem uniuerso orbe propagatam esse nemo potest dubitare. Et subdit. Quod ut uobis; licet notissimum sit omnino: beati Aug. testimonio cōprobemus: audite, quid in quodam opere suo præclarissimus doctor dicat ecclesiæ: ait enim. Si nullo modo recte' potest dici ecclesia, in qua scisma est: restat, ut quoniam nulla ecclesia esse non potest: ea sola sit, quæ in apostolicæ sedis per successiones Episcoporum radice constituta, nulla malitia hominum ualet extingui. Ex quibus patet ecclesiæ fidem in apostolica radice fundatam esse: quod Nicolaus papa in c. Fundamenta. de electione: lib. 6. clarius dicit. ait enim. Fundamenta ecclesiæ militantis in

Gal. 3.

Mar. ult.

Iohan. 3.

Fides quare dicitur catholica, & apostolica.

1. Cor. 1.

Gal. 2.

Ephes. 2.

Psal. 86.

Augus.

Fides quō fundata in apostolis, ut in radicibus firmis.

mon

montibus sanctis propheta rememorans, per montes apostolos, & prædicatores patenter insinuat: quibus tota huius sacrificij fabrica innititur: qui ut firmæ bases ecclesiæ super Christo solidantur. Superfluum uidetur allegare ad hoc plurima: cum Apoc. 21. clare scribitur. Murus ciuitatis habēs fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorū, & agni. Ciuitas illa, aut est ecclesia militans, (& habetur propositum) aut triumphans. & si illius ciuitatis cælestis apostoli sunt duodecim fundamenta: ubi nec prædicarunt, nec pro Christo sanguinem fuderunt: quanto magis erunt fundamenta ecclesiæ militantis, quam doctrinarum imbribus rigarunt, & precioso martyrio consecrārunt. ¶ Sed cum dicit apostolus. Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus: quomodo apostoli dici possunt fundamenta. Sed ad hoc facile dicitur per distinctionem fundamenti. Est enim fundamentum primū, & principale, sine quo nulla fundari potest ecclesia: & illud est Christus. ipso dicente Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere. sine me. s. primo, & principali fundamento. Aliud est fundamentum minus principale, siue secundarium: sine quo posset quidem fundari ecclesia: licet de facto sine eo fundata non sit, & tale fundamentum sunt apostoli, & inter eos principaliter Petrus. unde & Petrus frequenter fundamentum dicitur. Vnde Aug. in epistola, seu libro contra epistolam donati loquens de Petro dicit. Cum in illo tanquam in Petro fundata sit ecclesia. Et in sermone de cathedra petri. Petrum itaq; fundamentum ecclesiæ nominauit: haud dubium, quin Christus, dicens. Tu es Petrus, & super hanc Petr. edi. ec. meam. Sequitur. Ideo digne hoc fundamentum ecclesia colit super quod ecclesiastici ædificij altitudo consurgit. Et post pauca. Dignum est, ut fundamentum hoc in ecclesia honoretur: per quod cælum ascenditur. ubi Aug. Petrum fundamentum nominat. ¶ De primo fundamento loquitur apostolus. Fundamentum aliud nemo ponere &c. & 1. Cor. 10. Petra, inquit, erat Christus. Hæc petra super quam fundanda erat ecclesia: cum dominus dixerat. Tu es Petrus, & super hanc Petr. ædi. ec. meam. quæ exponens beatus Aug. in de uerbis domini dicit. Dominus noster Iesus Christus dixit Petro. Tu es Petr. & super hanc Petr. ædificabo meam: super hanc petram, quam confessus es: super hanc petram, quam cognouisti dicens. Tu es Christus filius dei uiui: ædificabo ecclesiam meam. Super me ædificabo te: non me super te: nam uolentes homines ædificate super homines dicebant. Ego sum Pauli: ego sum Apollo: ego uerò cephæ, & alij nolentes ædificare super Petrum: sed supra petram dicebant. Ego sum Iesu Christi. Hæc Aug. Hunc errorem circa ecclesiæ fundamentum uidens apostolus reprobat. 1. Cor. 1. subiungens ad præmissa uerba. Ego sum Pauli: ego uerò cephæ: ego autem Christi. Diuisus ergo est Christus. Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Aut in nomine Pauli baptizati estis? quasi diceret; non. Igitur neq; Petrus; neq; Paulus; neq; aliquis alius citra Christum est aliquid. i. ecclesiæ fundamentum. Ea propter subsequenter in eadem epistola cap. 3. dicit. Quid igitur Apollos quid Paulus? Ministri eius sunt, cui credidisti, & unicuiq; sicut dominus dedit, scilicet debet ministrare. Ego, inquit, plantaui. s. per predicationem; Apollo rigauit per baptizationem; sed Deus incrementum dedit per fidei, & charitatis infusionem. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid; ut Paulus; neq; qui rigat, est aliquid, ut Apollos; supra quod. s. fundari posset ecclesia; sed qui incrementum dat Deus; ipse. s. est ecclesiæ principale fundamentum. Et subdit. Vt sapiens architectus fundamentum posui. s. Christum; de quo dixi, ꝙ nemo aliud potest ponere. Et iterū petra erat Christus. Vnusquisq;

Ecclesia fundata dicitur supra petrā, & quæ est hæc petra.

D 1. Cor. 3.

Iohan. 15.

August.

Fundamentum multiplex & quō differenter Christus, & apostoli dicuntur fundamentum ecclesiæ.

Apoc. 21.

August.

1. Cor. 10.

Aug.

Aug. 1. Cor. 1.

autem

autem uidear, quomodo superædificet. Et tantum pensauit apostolus hoc ecclesiæ fundamentum: q̃ nihil ausus erat loqui: niſi quod super illud fundamentum fuisset fundatum. unde apostolus ad Rom. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus. Et post pauca. Sic autem prædicaui euangelium hoc: non ubi nominatus est Christus, a pseudoprophetis ut apostolis: ne super alienum fundamentum ædificarem. Non prædicauit apostolus in locis, ubi prius annunciatus est Christus per pseudo apostolos: ne super errore ab eis seminato: qui difficulter eradicatur: quasi super alieno fundamento ædificaret: & ideo præuenit eos, & his prædicauit, quibus prius nihil annunciatum erat de Christo ut in talibus solidum poneret fidei fundamentum. ¶ Ex quibus patet, q̃ non Petrus sed petra in euangelio Christi designatur: cum dixit Christus. Super hanc pe. ædi. ec. meam. Et hic aperte dicit quædam gl. ibidem exponens. Super hãc petram. i. super hunc Christum, in quem credis, quem unicum uoluit esse deus suæ ecclesiæ fundamentum: apostolorum uerò neminem. unde addit. Tu es Petrus a me petra: ut mihi fundamenti retineam dignitatem. Ad idẽ Aug. super Ioh. Ecclesia in hoc seculo diuersis tentationibus uelut imbribus, fluminibus, & tempestatibus quatitur: sed non cadit: quia fundata est supra firmam petram: Vnde Petrus nomen accepit. Non enim a Petro petra: sed a petra Petrus: sic nec Christus a christiano: sed christianus a Christo uocatur: ideo quippe ait dominus. Super hanc pe. ædi. ec. meam: quia dixerat Petrus. Tu es Christus filius dei uiui: super hanc petram, quam confessus es, ædi. ec. meam Petra autẽ erat Christus. Idem in lib. retract. ait Dixi in quodam loco de apostolo Petro, q̃ in illo tanquam in petra ædificata sit ecclesia. Sed scio me iam postea sæpius exposuisse, quod a domino dictum est. Tu es petrus, & super hanc pe. ædi. ec. meam: ut super hunc intelligeretur, quem confessus est Petrus dicendo. Tu es Christus filius dei uiui. Et post pauca. Non enim dictum est illi: Tu es petra: sed tu es Petrus. Petra autem erat Christus, quem confessus est symon. Hæc petra Christus est lapis ille uiuus, & angularis: de quo Petrus dixit. Ad quem accedentes lapidem uiuum ab hominibus quidem reprobatum: a deo autem electũ, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides uiui super ædificamini domus spiritualis in sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Et subdit. Propter quod continet scriptura, Ecce ponam in syon Gl. i. ecclesiam per syon figuratam: lapidem angularem, summum, probatum, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non cõfundetur. Idem habetur ad Rom. 9. Per quæ uerba ambo illi Romani Apostoli Petrus, & Paulus probant Christum ex scriptura lapidem esse, & petrã fundamentalem: de quo & apostolus alio loco dicitur. Iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici dei: superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum ipso summo lapide angulari Iesu Christo: in quo omnis ædificatio crescit in templum sanctũ in domino. Super quo dicit Remigius. Fundamentum apostolorum, & prophetarũ omniumq̃; Christus est: qui fide illius stabiliti, & fundati. & infra. Omnis enim, qui fidem Christi habet. super ipsum fundatus est ipso summo lapide angulari Christo. Et concludit, quod facit pro intellectu omniũ, quæ dicta sunt: quoniam Christus est fundamentum, & lapis angularis summus: quia ab ipso incipit fides: & in ipso, & ab ipso, perficitur, atq̃; cõpletur: ideo omnes electi in ipso sunt fundati, coniuncti, & adunati: & propter hoc ipse est lapis: de quo dicit propheta. Quem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli: qui facit utraq̃ unum, & conclusit iudæos, & gentiles

Rom. 15.

Quo solus Christus dicitur uerè, & uerum ecclesiæ fundamentũ principale, apostoli uerò secundarium.

Augus.

1. Pet. 2.

Rom. 9.

Ephe. 2.

les in unam ecclesiam, tanquam duos parietes: sicut lapis iste in templo Salomonis ab ædificantibus reiectus: qui postea sedit in summitate ædificij: in angulo duos parietes coniungens: per quem Christus est figuratus. ¶ Ex quibus concluditur, q̃ Christus est fundamentum principale, & radicale, & primum: super quod fundata est ecclesia: quia ab eo fides incipit in eo stabiliter. & præter ipsum nulla firmitas: stabilitas nulla: nulla soliditas inueniri potest: quæ spirituale posset ædificium supportare: quia non est datum aliud nomen hominibus, in quo oportet saluos fieri: quam nomen Christi. ¶ Apostoli uerò sunt fundamenta fidei, & ecclesiæ secũdaria, & minus principalia: fundati in fundamento primo: quoniam ipsi fidẽ per operosam prædicationem dilatauerunt: confitentes Christum coram regibus, & principibus, & omni populo: minas iudiciũ: terroresq; tyrannorum usq; ad sanguinis proprij effusionem magna constantia contenentes. Vnde dixit Petrus minantibus iudæis, & prohibentibus apostolis, ne omnino loquerentur: aut docerent in nomine Iesu. Si iustum est in conspectu dei uos potius audire, quam deum iudicate. Non enim possumus, quæ uidimus, & audiuimus, non loqui. Act. 4. Et Paulus multò magis conualescebat, & confundebat iudæos, affirmans, quoniam hic est Christus. Act. 4. Et omnes apostoli unanimiter leuauerunt uoces suas ad deum orantes. Domine respice in minas eorum: & da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbũ tuũ in eo, q̃ manũ tuã extẽdas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri p̃ nomen sancti filij tui Iesu. Et sequitur. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & loquebãtur uerbũ dei cũ fiducia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimoniũ resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & gratia magna erat in oĩbus illis. Act. 4. Et quidẽ ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij: q̃ñ digni habiti sunt pro nomine Xpi cõtumeliã pati. Act. 5. ¶ Quia ergo ad ipsorũ prædicationẽ augebatur credentiũ in dño uorũ, & mulierũ multitudo: ita ut in plateis ejicerent infirmos: & ponerent in lectulis, ac grabatis: ut ueniẽte Petro saltẽ umbra illius obũbraret quẽpiã illorũ: & sanarentur ab infirmitatibus suis. Act. 5. Ipsi dicuntur fundamẽta ecclesiæ secundaria: quia fidẽ Christi in cordibus multorum plantauerunt, quę est uerum spiritualis ædificij fundamẽtum. ad Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarũ. Substantia: id est fundamentũ, & causa omnium bonorum sperãdorũ faciens ea subsistere in nobis. ut dicit gl. & in c. Gloriosus. de reli. & uene. sanctorum lib. 6. dicitur de apostolis. Gloriosissimos Christianæ fidei principes: athletas dei electos: iustos seculi iudices: uera mundi lumina: Christi redemptoris apostolos numero duodenario contentos: qui uiuentes in carne prædictam ecclesiam suo sanguine plantauerunt ipsam erigendo sublimiter: & disciplinis sanctissimis dirigendo. Sunt ergo apostoli fundamenta ecclesiæ fundantes ecclesiam non super se: sed supra Christum primum, uerum, & unicum principale fundamentum: non enim ad se: sed ad Christum uocabant populum. Sunt fundamenta fundata super Christum, & fundantia super Christum. Christus uero fundamentum fundans non fundatum: & ideo fundamentum fundamentorum. Et hoc est, quod dicit beatus August. super psal. 86. Quemadmodum aperte dicitur Christus est sanctussanctorum: ita figurate dicitur fundamentum fundamentorum. Si ergo sacra cogitans: Christus est sanctussanctorum: si gregem subdi cogitas: Christus est pastor pastorum: si fabricam cogitas, Christus est fundamentum fundamentorum: quia ergo apostolis non conuenit ratio fundamenti principaliter, & primarie: ideo q̃ñq; ab eis negatur: q̃ sint ecclesiæ fundamẽta secundũ modum scripturæ:

Christus fundamentum principale radicale & primum.

Act. 4.

Act. 4. Act. 5.

Act. 4. Act. 5

quæ

Luc. 14. Iohan. 1.

Matt 5. Iohan. 5. H

qui sæpe ea negat ab eis, quæ non principaliter conueniunt illis: licet conueniant secundariò: sic enim. Nemo bonus, nisi solus deus. Et de baptista domini dicitur Iohann. 1. Non erat ille lux. Et tamen de apostolis, quibus minor non erat Iohannes, dicitur. Vos estis lux mundi. Mat. 5. Et rursum de Iohanne. Ille erat lucerna ardens & lucens Iohan. 5. ¶ Itaq; scripturæ, quæ sonant, & solus Christus fundamentum sit, & q̃ sibi soli fundamenti dignitatem retinuit: intelligi dicunt principaliter: cum quo stat, & q̃ apostoli sint fundamenta secundaria: sicut in fundamento corporalis ædificij petra ponitur supra petram: una tamen est omnium fundamentum omnia supportans: ita apostoli sunt fundamenta super Christum omnia supportantem fundata: & inter apostolos Petrus propter fidei suæ soliditatẽ, & constantiam quandoq; petra dicitur: & præ cæteris apostolis ecclesiæ fundamentum, unde beatus Ambr. in homel. lib. 1. nomen Petrus sibi attribuens ait. Fidelior factus est Petrus, postquam fidem perdidisse defleuit: atq; ideo maiorem gratiam repperit, quam amisit. Granum enim bonus pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi ante infirmus fuerat: fieret firmamentum omnibus: & qui de interrogationis tentatione mutauerat: cæteros fidei stabilitate fundaret. Deniq; propter soliditatem deuotionis ecclesiarum petra dicitur: sicut ait dominus. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et subdit Ambr. Petra dicitur ea, q̃ primus in nationibus fundamenta posuerit: & tanquam saxum immobile. s. a finali constantia, totius corporis christianitatis compagem, molemq; contineat: ut habetur dist. 50. Fidelior. Hinc & sæpe in consueto sermone naucula Petri ecclesia dicitur. & fides ecclesiæ fides Petri: hoc est fides, quã Petrus prædicauit, & docuit. Et propter eandem rationem dicitur fides apostolica: quia per apostolos per infusionem Christi promulgata: qui huius fidei autor est magister, & inspirator. Pro omnibus huius fidei professoribus orans, & sacrificans sacerdos dicit. Et omnibus orthodoxis catholicę, & apostolicę fidei cultoribus.

S. Ambr.

Quæ præceteris apostolis Petrus dicitur ec clesiæ, & fidei fundamentum.

EXPOSITIO MEMENTO.

LECTIO XXV.

A

Albert.

MEMENTO domine famulorum, famularumq; tuarum N. & N. ¶ Hęc est quarta pars secundę partis principalis: in qua postquam sacerdos orauit pro omnibus rectè credentibus fraternaliter: in hac particula orat, pro quibusdam specialibus singulariter. Et diuiditur in tres partes secnndum Alber. in quarum prima tangitur pro quibus, & qualibus oratur. In secunda, quid pro eis a deo desideratur, ibi. Pro spe salutis. In tertia, quid ad exaudiendum allegatur, ibi. Tibiq; ¶ Circa primum dicit. Memento domine. Circa quod uerbum statim oritur quęstio. Cum nihil ignoret dei sapientia: nec alicuius ualet obliuisci: quid est, q̃ postulat sacerdos, ut quorundam memoretur. ¶ Ad quod respondetur, q̃ sacerdos hęc dicens nequaquam intendit, ut deum ad oblitorum rememorationem excitet: sicut nec petit, & orat, ut quæ necessaria nobis sunt: deum instruat aut quemadmodum nobis misereatur, doceat, & inclinet. Non enim obliuisci potest deus, sicut nec ignorare: nos quidem multorum, que nouimus, obliuiscimur:

De oratione q̃ specialibus, quibusdam.

Cur postulat Sacerdos ut Deus, q̃ nihil ignorat, quorũdã memoretur.

ad quæ

ad quę iterum cognoscenda per species, uel habitus post actualem cognitionem derelictas uel derelictos: nunc locutione, nunc uisione: nunc alicuius similis occurrentis consideratione: nunc doctrinarum collatione alijsq; modis, quam plurimis excitatas, uel excitatos in recordationem reducimur oblitorum. Non sic omniscies, & a fine ad finem attingens dei sapientia. Cuius oculis nuda sunt omnia, & aperta. Heb. 4. In qua non est cognitionum actuum uicissitudo: quoniam apud eum nec est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Iac. 1. Ego, inquit, sum deus, & nō mutor Malach. 3. Nam unico intelligendi actu immutabili: & ęterno, qui est immensa eius essentia: cuncta nouit, præsentia, præterita, & futura, & possibilia: quę omnia & singula sue notioni æternaliter sunt præsentia: unde Boe. 5. de conso. me. 2. Huic scilicet deo ex alto cuncta tuenti nullę terrę moles resistunt. Non nox atris nubibus obstat, quę sint, quę fuerint, uenturi, quę non mentis cernit in ictu. quem, quia respicit omnia solus, uerum possis dicere solē. Et prosa ult. Est deo semper ęternus, ac præsentarius status. Scientia quoq; eius omnem temporis supergressa motionem, in suę manet simplicitate præsentię: infinitaq; præteriti, ac futuri spacia complectens, omnia quasi iam gerantur in sua simplici considerat cognitione. Hæc boe. Consonat illud salo. Prouerb. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos. Et sequitur. Infernus, & perditio coram domino: quantò magis corda filiorum hominum. Hiere. 23. E uicino ego sum dicit dominus: non de longè deus omnia cognosco.

Hæb. 4.
Iac. 1.
Malach. 3.
Boet. 5.
Prouer. 15.
Hierem. 23.

Qūo dicitur deus aliquotum oblitus esse, & recordari.

¶ Quæ ergo in nobis est oblivio per passionem, & cognitionis mutationē deo attribuimus per effectum secundum Alb. Deus dicitur scire, quos approbat. Apostolus. Cognouit dominus, qui sunt eius. Et dicitur nescire, quos reprobat. Mat. 7. Nunquam noui uos. Rursus dicitur obliuisci malorum, cum malus ad bonum conuertitur. unde. Si impius egerit pœnitentiam omnium iniquitatum eius, non recordabor. & dicitur obliuisci bonorum, cum bonus ad mala peruertitur. unde ibidem. Si iustus a sua iustitia se auerterit: omnes iusticias eius non recordabor. Deus ergo quādoq; recordatur ad miserādum: secundum illud Iob. 7. Memento mei deus quia uentus est uita mea. Quandoq; recordatur ad puniendum. unde ps. Memor esto domine filiorum edom, in die Hierusalem. Cum ergo peritur, ut aliquorum meminerit: peritur, ut illorum misereatur: secundum illud. Reminiscere miserationum tuarum domine: & misericordiarum tuarum, quæ a seculo sunt. Et q̄ eos gratia sua uisitet, qua mereantur: aut q̄ bona ęterna, uel temporalia conferat propter præcedentia merita. Sic orauit Ezechias rex iuda: ut habetur Esa. 38. Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Sic & orat propheta in ps. Memento nostri domine in beneplacito populi tui. Visita nos in salutari tuo. De hoc etiam beatus Aug. li. 11. confes. suarum in principio ita ait. Nunquid domine, cum tua sit æternitas, ignoras, quæ dico tibi: aut qui tempus uides, quæ fiunt in tempore. Cur ergo tibi tot rerum narratione digero. Non utiq;, ut per me noueris ea; sed affectum meum excito in te: & eorum, qui hoc legunt, ut dicamus omnes. Magnus dominus, & laudabilis nimis. Et sequitur. Nam & oramus, & amen ueritas ait. Nouit pater uester, quid uobis opus sit, priusquam petatis a deo. Affectum ergo nostrum patefacimus in te confitendo miserias nostras, & misericordias tuas super nos, liberes nos: ut desinamus esse miseri in nobis: & beatificemur in te. hęc Aug. ¶ Hoc itaq; modo orat sacerdos, dicens. Memento,

B Albert. 2. Tim. 2. Mat. 7.
Iob. 7. Psal.
Esa. 38.
Psal.
August.
August. C

scili-

scilicet per gratiæ appositionem, & peccatorum remissionem. Domine, qui dives es in misericordia, & omnis gratię locuples possessor: cui adsalsap. 12. uandum cum uoluerit, subest posse. Sapien. 12. Tu es domine, qui uitæ, & mortis habes potestatem: & deductis usq; ad portas mortis, & reducis. Eiusdem 16. Igitur memento. Famulorum, famularumq; tuarum. Famulorum præponitur propter sexus dignitatem: propter quam uir caput est mulieris, cui subiecta esse debet: secundum apostolum. 1. Cor. 11. & 1. ad Tim. 2. Dicit autem non uiri, & mulieris: sed famulorum, famularumq; tuarum, scilicet te recte colentium per catholicam fidem. Per quá se famulos deo subiectos recognoscunt: eumq; cęli & terræ dominum profitentur. Pro talibus orans sacerdos, quod petit: facilium poterit impetrare. Vnde cum Salomon sapientiam a sede magnitudinis sibi mitti peteret, ut secum esset, secumq; laboraret: per quam, & sciret, quid acceptum esset coram deo omni tempore: statim post petitionem famulatus sui memoratur, dicens. Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiam: & noli me reprobare a pueris tuis. quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. i. ecclesiæ, quæ me genuit per ueram fidem ad tua obsequia. Et propheta orans pro animæ suæ salute, & sua ab inimicis liberatione, sui famulatus meminit dicens. Educens de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos: & perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Et iterum. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cel. Ecce sicut oculi seruorum in ma. domi. su. Et sicut oculi an. in mani. dominæ suę: ita ocu. nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Nec frustra funditur oratio pro famulis dei, & ministris: quia illis promisit Christus suam assistentiam in cęlis. Volo, inquit, pater, ut ubi ego sum: illic sic & minister meus. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cęlis est Ioh. 12. Orat ergo pro famulis, & famulabus: quia famulatus, & humilis seruitus deprecati animam ad concessionem petitorum assolet inclinare. ¶ Et hic locus est, ubi congruit, ꝙ sacerdos pro his, pro quibus uult specialiter, oret: quod nota copulationis innuit secundum Alex. posita cum dicitur. Famulorum, famularumq; tuarum. Et omnium circumstantium. Et enim non solet copulare partem contę tam toti continenti. quod autem dicitur famulorum, famularumq; tuarum continet: quia omnium fidelium ecclesiam importat: quod coniungitur omnium circumstantium continetur: quia partem ecclesiæ repræsentat. Pars autem continetur a toto: ideo ut apta sit copulatio famulorum, famularumq; tuarum, specificari debet per certos, pro quibus sacerdos specialiter sacrificat: & sic non erit totum continens, cui aptè copulatur, & omnium circumstantium, qui non sunt partes horum famulorum, famularumq; tuarum. Ideo ponitur in codicibus. N. & N. & in nonnulli rubrica inseritur. Hic fac memoriam uiuorum. Vnde Inno. Ex hac uerborum forma cum eo, quod sequitur: & omnium circumstantium, manifestè conuincitur, ꝙ hic quidem sit locus, ubi sacerdos specialiter illos, pro quibus orare uoluerit, debet nominare, Debet tamen nomina uiuorum dumtaxat recensere; quoniam in sequentibus locus occurrit, ubi defunctorum erit memoria specialis. Potest autem celebrans uiuorum nomina uocaliter exprimere, aut solum cogitando mente recitare, pro quibus uoluerit specialiter orare, eisq; altaris sacrificium particulariter applicare. Non enim de hoc præceptum ecclesiæ inuenitur, sed potest celebrans per sua deuotione, & loci, ubi celebrat consuetudine, personas, quibus

Quare dicit famulorum famularúq;, & non uirorum & mulierum.

Qualiter orare debet sacerdos ꝓ quibusdam singularirer quorum nomina potest recitare.

D

sacri-

Vult Deus q̃q; orari, & aliorum petitionem aliquid cõferre alias nõ daturus.

sacrificium specialiter applicat, uel uocaliter exprimere, secrete tamen sicut cætera canonis uerba: uel dumtaxat mentaliter cogitare. ¶ Et quamquam non egeat deus intentione nostra, uel oratione particulari: sicut nec alijs bonis nostris, ut alijs quibuscunq; benefaciat: ut dicit Gerson in de sollicitudine ecclesiastica perso. particula. 36. nihilominus uult, quædam secundum ordinem suæ sapientię dare, & conferre: dum ad ipsum specialiter dirigimus orationes nostras: qualia non esset daturus sine illis: ut nõ sint uacuæ, & inanis suæ sapientiæ opera. Sic & deus nosci merita intentionis, & corda conferentium bona temporalia, & elemosynas pro augmẽtatione cultus diuini: & tamen dat aliqua bona conferentibus, dũ hũt suffrgaia postmodum pro illis, quę, & qualia non daret, si dimitterentur, nec herent. Patet in illis, qui in suis testamentis, aut aliunde constituũt aliquid restitui, uel pauperibus dari: qui licet sic dando possunt mereri: nõ tamen proficit eis tantumdem hæc uoluntas non sequente effectu, sicut sequente: quoniam in casu maneret iste ordinans, adhuc ad restitutionem postea obligatus. Hæc Gerson. Quod merito attendant quidam remissi testamentorum executores: ut fideliter iuxta testantium pias uoluntates singula studeant exequi, & implere. Quodq; debitoribus debita non minuant, ut inde elemosynas faciant largiores. Attendere debent hoc testatores: ut non desidibus, torpentibus, aut alias minus timoratis executiones suarum studeant committere uoluntatum: ne per executionis negligentiam, dum non fiunt, quę ordinarunt suffragijs, & donis priuentur, quæ deus conferret ad instantiam orationum eleemosynarum, & cæterorum, si fierent ordinatorum. Non dissimiliter fit in missa, si sacerdos celebrantis his, uel istis specialiter uirtutẽ sacrificij nõ applicati non largitur deus bonum: uel remittit eisdem pœnas peccatorũ: quod largiretur, & faceret ad applicationem sacerdotis specialem. ¶ Debet ergo sacerdos, si quosdam specialiter per suam celebrationem adiuuare uoluerit: specialiter pro eis orationem ad deum dirigere: & eis uirtutem sacrificij specialiter applicare. Neq; .n. gratis, & superuacuè ordinauit ecclesia: quæ spiritũ sponsi sui habet, ut per memento unũ, in certo canonis loco pro aliquibus uiuis specialiter, et per memento secundum, in alio canonis locis pro quibusdam defunctis particulariter memoria haberetur. Nec frustra; & inutiliter fideles missas pro se specialiter dici procurant: instituentes beneficia: dotantes ecclesias & altaria, uolentes eos, qui sua recipiunt stipendia ad orandum pro se specialiter obligare: conditiones, & limitationes certas ad hoc ipsum utiles explicantes: quod expedite' docet præfatus doc. in alle. tractatu particula. 16. & 20. & personis recipientibus personis conferentibus etiam affinibus, & cognatis. Attende, ait, & uidebis expediens esse personæ recipienti temporalia, ꝙ limitetur ad certa suffragia, quibus reddatur animus eius magis sollicitus debitum soluere: & intentionem suam in deum dirigere; quatenus præterea maneat eius conscientia securior: quo poterit cognoscere, ꝙ obligatione soluta, quietus manet. Nec paruipendendæ sunt (ait) ille duæ rationes quibus additur tertia. Constat namq; apud deum, qui nouit omnia, qui & dicit. Ego deus & non mutor: nihil necessitatis esse aperire nostras intentiones, & affectus exponere. Hoc autem requiritur propter nos orantes ut exhibeamus nos tales nobisipsis: qualem cupimus deum esse nobis: pios, amicos, sedulos, compatientes: & ita de reliquis affectibus. Sed quis nesciat, ꝙ orans plus mouetur, & afficitur in seipso, dum ad prticularia respicit: dum benefactorum munera: dum intentiones: dum necessitates considerat: quam in quadam

E

Gerson.

Gerson.

Monentur testamentarij.

F

uniuersalitate, & generalitate se tenendo: siquidem particularia magis
G mouent. Hoc quo ad sacerdotes ab alijs beneficia recipientes. ¶ De alijs subdit. Videbis rursus particula. 21. circa personam conferentem tempo ralia expediens esse frequenter, & necessarium aliquando suffragia limitare. Primò si ad illa suffragia percuranda tenetur ex uoto proprio, uel ex sacerdotis iniuncta pœnitentia: uel ex alterius sacramento legato, uel mandato. Certum est proinde suffragia ecclesiæ, uel singularis personæ non tantum ualere pro mille aut omnibus: quantum uni prosunt, si pro uno tantum fiant. De quo infra lec. 27. uidebitur. Addit pro tertio, particula. 22. Videbis deniq; circa personas affines, uel attinentes personæ beneficium conferentis referre, quam plurimum, si uiderint, & senserint per successionem temporum, & generationem: q; talis parens eorum, uel affinis tantæ fuit piæ sollicitudinis: ut pro se, & suis talia fieri constituerit pietatis officia. Nonne mouetur, & commouetur perinde preces cum gratiarum actione, & laudibus ad deum referre. Nonne probabile est eosdem animandos fore: ut quemadmodum ille fecit, & ipsi faciant. ¶ Ex quibus satis deducitur proficuũ esse, & utile tã celebrantibus, quã sua cõferẽtibus, quã êt cæteris fidelibus particulariẽ, & specialẽ missæ, & orationũ, ac suffragiorum cæterorum applicationem esse, quam usus ecclesiæ habet. Cui si quis detrahit se imprudenter decipit. Nec sobriẽ: sed plus sapit, quam oportet: contra doctrinam apostoli ad Roma. 12. ¶ Sed circa hanc materiam latius declarandam quædam mouebo dubia: ut horum solutione clarius pateat, cuius sit sacrificium applicare huic, uel illi: quemadmodum fieri debeat: ne celebrans, & pia uota fidelium suscipiens, uel seipsum, uel sibi commissos, uel ecclesiam, cuius minister est: contingat in sacrosancto tanti sacrificij ministerio defraudare.

De limitatione suffragiorum.

Rom. 12.

DE APPLICATIONE SACRIFICII.

LECTIO XXVI.

A INTER hæc dubia, aut quæstiunculas prima, & secunda respiciunt sacerdotem celebrantem. Tertia missam pro se, uel suis specialiter ordinantem. Quarta utrumq;, celebrantem scilicet, & eum pro quo celebratur. Quinta respicit modum, quo applicatio congrue ordinatur. ¶ Est ergo quæstio prima, utrũ applicatio fructus, & uirtutis sacrificij subsit celebrãtis potestati. ¶ Secũda, utrum applicationem uirtutis sacrificij impediat malicia uel suspensio celebrantis ministri. ¶ Tertia quæstio; quomodo fideli liceat pro se, uel aliquibus celebrari missam specialiter ordinare: cum teneatur omnes fideles æqualiter sibi diligere. ¶ Quarta quomodo, dantes, & recipientes tẽporalia ut spiritualia rependantur: a prauitate simoniaca excusentur.

Verum applicatio fructus, & uirtutis sacrificij subsit celebrantis potestati.

B ¶ Quinta erit de seruando ordine in uirtutis sacrificij applicatione. ¶ Ad primam quæstionem respondetur per hanc conclusionem affirmatiue. Sacerdos offerens sacrificium in persona ecclesiæ potest eius fructum, & uirtutem alicui, uel aliquibus specialiter applicare. Hæc conclusio declaratur: quia licet sacerdos organum sit, & minister ecclesiæ: ut in

Quæst. 1.

fra

fra dicitur in solutione secundæ quæstionis: per quod deus ꝑces ecclesię admittit, & gratiarum dona his pro quibus ecclesia per sacerdotem orat, influit: quia tamen deo dicatus est, sanctificatus, & consecratus: ac diuino cultui specialiter mancipatus, supremumq; gradum in ecclesiastica politia tenet ratione ordinis sacerdotalis. Ideo ultra hoc, ꝙ eius est sacrificium offerre: etiam ipsius est uirtutem sacrificij, & oblationis determinare, ut illis, uel illis indigentibus præmium reddendum pro huiusmodi ecclesiæ sacrificio conferatur. Vnde dicit Guil. in tractatu de sacramentis in parte de sacramento ordinis. Si necesse fuit pro causis temporalibus ad uocatos habere, iurisq; secularis peritos, qui eas agerent coram iudice pro reis, & oppressis simplicibus, & indoctis: quantò amplius consulendum fuit imperitiæ, & communitati simplicitatis hominum in causis animarum suarum cum ipsi eas, uel nescirent, uel nequirent officiorum, & artificiorum occupationibus præpediti: ut instituerentur ad hoc ministri, & aduocati: quatenus causam istorũ agerent corã iudice uiuorũ, & mortuorũ. ¶ Est autem secularis aduocati officium, indigentiam partis, pro qua aduocat, coram iudice allegare: & iudices animum ad miserendum inducere, ac inclinare. Ita erit in politia ecclesiastica: ut sacerdos gradum eminentẽ in ea tenens, patrocinium illi specialiter applicet pro quo aduocationis officio fungitur celebrando. Ad hoc inducit doctor subtilis congruentiam in quodl. q. 20. ubi tractat materiam hanc diffuse, dicens. Vbi in domo aliqua rite ordinata est bonum quoddam distribuendum diuersis secundum eorum exigentiam uel indigentiam, rationabile est ꝙ dominus domus nõ immediate singulis distribuat, sed talis distributio alicui uel aliquibus certis ministris cõmittatur. Ita ait, uidemus regulariter in familijs ordinatis. Aequaliter igitur, uel magis ita esse debet in domo dei, quæ est ecclesia: ꝙ bonum in uirtute sacrificij communicandum non solus deus distribuat sed aliquis minister in ecclesia. Nulli autem hoc magis conuenire potest in ecclesia, quam sacerdoti offerenti sacrificium: cui sicut conuenit determinate intentionẽ suã pro quibus specialiter offerat, sic sibi conuenit dispositiue determinare, cui uirtute sacrificij bonum, quod impetratur, reddatur. ¶ Et si quis diceret. Super donum, quod nõ debetur alicui: non habet ius assignandi illud alij. Bonum autem, quod debetur uirtute sacrificij, non debetur sacerdoti ut celebranti. quoniam ipse dumtaxat est nuncius offerens petitionem ecclesię & ita bonũ quod uirtute sacrificij debetur: non debetur sibi. esset enim eadem uirtus sacrificij si ipse esset in peccato mortali. ¶ Ad hoc dicendum, ꝙ licet bonum reddendum ratione sacrificij non debeatur sacerdoti pro se: sicut nec procedit ex suo merito personali: debetur tñ ecclesię secundum sacerdotis distributionem. Nam ipse ex ordine suo quẽ tenet in ecclesia nuncius est sponsa ad sponsum, offerens petitionem specialiter pro determinatis personis: & ita dispositiue determinans eis id quod redditur pro talibus petitionibus. Et quamuis quilibet sanctus & uirtuosus in ecclesia possit pro quolibet sibi placito deum exorare hoc tamen ex officio competit sacerdoti: non ceteris: quamquam quibusdam alijs ex alijs officijs alij actus ecclesiastici conueniant: in quorum diuersitate officiorũ ecclesię constat pulchritudo: ut beatus Hiero. ad dama. papam: & habetur 10. q. 1. qa sacerdotes. ait: Quia sacerdotes pro oĩbus solẽt orare, quorũ eleemosynas, & oblationes accipiũt: quę fronte præsumũt laici oblationes quas Xpiani pro peccatis suis offerũt, uel ipsi comedere: uel alijs cõcedere: cũ ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare. Et Alex. papa. 1. q. 1. Ipsi. Ip si sacerdotes pro populo interpellant: & peccata populi comedunt: qua

Sacerdos offerens sacrificium in ꝑsona ecclesię põt eius fructum aliquibus specialiter applicare.

Quomodo sacerdos super hoc habet ius assignandi cui uoluerit.

Guil.

C

Hiero.

precibus suis ea delent atq; consumunt. ¶ De actibus uerò ecclesiasticorũ officiorum, & eorum uarietate dicit beatus Greg. 89. di. Singula. Singula ecclesiastica iuris officia singulis quibusq; personis singillatim committi iubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia aũt membra nõ eundem actũ habent. Ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt secũdũ ueridicã Pauli sententiam (1. Cor. 12.) In uno eodemq; spũali corpore conferendum est hoc officium uni: alij committendũ est aliud. Neq; enim quantumlibet exercitatæ uni personæ: uno tempore duarum rerũ officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, ubi auditus. Et sequitur ad propositum. Sicut enim uarietas membrorũ per diuersa officia, & robur corporis seruat: & pulchritudinem repræsentat: ita uarietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinẽ, & uenustatem sanctæ ecclesiæ dei manifestat. Et sicut indecorũ est in corpore humano, ut alterũ mẽbrorũ alterius fungatur officio: ita nimirum noxiũ, simulq; turpissimum est, si singula rerũ ministeria personis totidem non fuerint distributa. Et eadem di. c. ad hoc. idem Grego. air. Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos: ut dũ reuerentiã minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, uera concordia fieret: & ex diuersitate contextio: & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neq; enim uniuersitas alia poterat ratione subsistere: nisi huiusmodi magnas eam differentiæ ordo seruaret: quia uerò quęquam creatura in una, eademq; qualitate gubernari, uel uiuere non potest: cęlestiũ militiarũ exẽplar nos instruit: quia dum sunt angeli: sunt archangeli: liquet, quia nõ sunt æquales sed in potestate, & ordine sicut nostis, differunt alter ab altero. Hæc ibi.

D ¶ Secundum hoc ergo sunt in ecclesiastica hierarchia diuersi status, & ordines: secundum quos Christi ministerium peragitur: ecclesia regitur: gratię & dona dispẽsantur. Vnde sicut Papa rõne supremitatis potestatẽ habet dispensandi thesaurũ ecclesiæ, conferendo nũc plenissimã remissionẽ peccatorũ, nũc partẽ tertiã pœnarũ auferendo: nunc certi numeri dierũ, uel annorũ indulgentiam cõferendo, secũdũ q̃ uiderit ecclesiæ unitati, & populorũ deuotioni expedire. Cęteri quoq; episcopi certos indulgentiarũ dies concedunt. Immo & simplices sacerdotes de eodẽ thesauro per pœnitentiæ sacramẽtũ indulgentiã a pœnis largiũtur per applicationem thesauri ecclesiæ ad illas, uel illas personas secundũ cõcessam potestatẽ. Ita & in proposito recipit quilibet sacerdos potestatem ex ritu, & institutione ecclesiæ: ut merita totius ecclesię illi, uel illi possit applicare: ut pro ipsis illis aliquod bonum conferatur. Sic igitur auctoritatem habet sacerdos dispensandi merita

E ecclesiæ ex ordine nobili, quem tenet in ecclesia. ¶ Ex quo sequitur, q̃ sacerdos non tantum est organum, & instrumentum, & per hoc non habens uirtutem applicandi actionem, uel actionis effectũ: sed est etiam minister, & dispensator. Licet enim bonum, quod impetratur uirtute sacrificij, non impetretur uirtute meriti personalis ipsius sacerdotis (nam quantũ ad uirtutem sacrificij, est instrumentum, & mere instrumentum: quia organum inanimatum: licet sit organum uiuum quantum ad meritum personale in celebrando: quia sic mereri est eius, inquantum in se uiuit uita gratiæ) quantum tamen ad illud bonum impetrandum, quod debetur uirtute sacrificij, quod æquè prouenit etiam si non uiuat uita gratiæ, est organum precisè ordinis. Illud enim bonum impetratur uirtute meriti ecclesię in cuius persona fit oblatio: & ob cui gratiã oblatio acceptatur. Tamẽ quia ratione ordinis habet gradũ excellentiæ in ecclesia: propter hunc cõuenit

sibi

Ecclesia adornatur, & roboratur ex diuersitate officiorum, & ministrorum in ea existentium.

Non ex merito uel personali sanctitate: sed ex officio.

sibi non modo offerre: sed etiam oblationis uirtutem determinate: ut secundū prædicta non sit tantū nuncius, & organū; sed simul & minister, & dispensator. Hęc est sententia Sco. ubi sup. ¶ Sed diceres pōt ne sacerdos, qui minister est, & dispensator pro libito suo distribuere bonum missæ uirtute sacrificij debitum, ita. s. ꝙ hoc bonū specialiter reddatur illi, cui ipse applicat specialiter. Sunt, qui dicunt: ꝙ nō; sed ad hoc, ꝙ applicatio sua habeat effectū, oportet, ꝙ eā faciat secūdū beneplacitū dei: qui solus est dator illius boni secūdū suū propriū beneplacitū: ideo nō dat illi cui sacerdos applicat: nisi sacerdos in applicando se conformet datoris uoluntati. Sed hāc sniam Scotus loco quo sup. arti. 2. improbat. Nā ille nullā uidetur habere auctoritatē applicandi, uel assignandi aliquod bonū, cuius applicatio nunquam tenebit, nisi fiat secundū uoluntatē alterius: de qua applicans regulariter habere non potest certitudinē determinatam, cui debet applicare. Sacerdos autem regulariter non potest habere certitudinem determinatam de diuina uoluntate, cui uelit dare bonum reddendum uirtute sacrificij promissa; quia hoc deus in speciali non reuelat. Nec etiam in scriptura de hoc doctrina habetur: nisi multum remota, & uniuersalis, quæ non sufficit ad sciendum uoluntatem diuinam in speciali. Igitur si nunquam applicatio facta per sacerdotem in speciali haberet effectum, nisi esset facta conformiter diuino beneplacito: sequitur, ꝙ nullam habebit sacerdos auctoritatem applicandi uirtutem sui sacrificij nisi multum in uniuersali. Neq; eius applicatio proficua foret: nisi casualiter, uel per diuinum miraculum: puta quia casu fieri posset, ꝙ sacrificium applicaret illi cui, secundum dei iudicium esset applicandum. Vel ꝙ sibi reuelaretur per miraculum, quæ esset dei uoluntas in huiusmodi applicatione. Similiter arguit Scotus in materia de pe. li. 4. di. 18. q. 1. contra eos, qui dicunt, ꝙ pœnitentiam condignam sacerdos imponere tenetur: scilicet quam peccator secundum dei iustitiam agere tenetur, quā si sacerdos imponēdo nō attingit, sed minorem: luet peccator residuum in purgatorio. Vnde arguit Scotus. Nulli committitur potestas arbitrandi in causa aliqua, cuius arbitrium nū quam erit ratum, nisi fiat secundum iudicium, & beneplacitum partis: de quo tamen determinate scire non potest arbiter. Sed beneplacitum dei, quo ad pœnitentiam condignam & punctualem, regulariter scire non potest sacerdos: ergo secundum illud iudicium dei punctualiter iniungere pœnitentiam sacerdos non astringitur. Modicum enim esset arbitrium immo pene nulla arbitrandi potestas in sacerdote, si semper secūdū uolūtatē alterius partis arbitrari teneretur, quam tñ uoluntatē nosse non pōt. Sic etiam in proposito. ¶ Vnde ad id, quod quærebatur an sacerdos pro libito suo posset uirtutem sacrificij applicare, cui uoluerit: est sub distinctione respondē dū. Q̄nq; .n. habetur certa doctrina, uel obligatio seu præceptū de applicatione certo modo faciendā: q̄nq; uerō talis non habetur. Si primum, debet se sacerdos in applicatione conformare doctrinæ uel præcepto: ꝙ si contrarium fiat: forte dicit. Sco. nec ei, cui applicatur, proficit: & applicanti nocet, quia si contra, doctrinam, uel præceptum applicando, peccat. ¶ Pro cuius declaratione latiori notandum secundum eundem arti. 2. ubi sup. in quotl. ꝙ missa potest intelligi ualere, & efficaciam habere dupliciter. Vno modo ex opere operante. Alio modo ex opere operato. ¶ Ex opere operante, hoc est ex merito personali personæ celebrantis: propter quod cōfert deus petita a sacerdote eis, quibus orationē, & missæ sacrificium applicat. Ex opere operato, idest ex ipsa consecratione oblatione, & sumptione uenerabilis eucharistiæ non habendo respectum

Scot.

Scot.

Scot.

Scot.

Scot.

Scot.

An sacerdos possit pro libito suo applicare bonum missę.

G

Missa habet efficaciā dupliciter.

ad personalem sanctitatem, aut meritum sacerdotis. Et hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, q̄ hic ualor sit ex diuina institutione: qui efficaciter determinauit se ad conferendum quosdam effectus gratuitos, & salutares ad consecrationem, oblationem, & sumptionem corporis, & sanguinis Christi factam a sacerdote: sicut dicimus de cæteris sacramentis noue legis: q̄ habent uirtutem ex Christi institutione: ita q̄ ipsis exhibitis aliquibus adsistit deus causando in eis quosdam effectus salutares, scilicet remissionem peccatorum, & gratiam gratum facientem: & hoc modo missa proficeret: etiam si per impossibile, nullus mortalium esset in gratia. Sicut baptismus tollit originale: & confert gratiam infanti baptizato etiā si cuncti uiatores essent peccatores. Quam efficaciam sacramentorum meruit Christi passio: sacramentis uerò contulit specialis Christi institutio. ¶ Alio modo intelligitur missa habere effectum, & esse accepta deo ex opere operato præcisè ratione oblationis sacrificij, quod in missa perficitur: non attendendo Christi institutionem: quia oblatio non uideretur grata deo, & accepta, nisi fit alicuius offerentis grati, & accepti: iuxta illud. Gen. 4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius ad Abel offerentem, quam ad munera oblata. Hinc uidua paupercula plus omnibus in Gazophylatium misisse dicitur Lu. 21. Quia quæ misit, ex uoluntate misit magis accepta. Nam secundum beatum Grego. Non pensat deus quantum: sed ex quanta, & quali uoluntate offeratur. Hinc passio Christi patri acceptissima fuit: quia eam Christus æterni patris filius, in quo semper patri complacuit, uoluntarie eam in animarum nostrarum salutem obtulit: quam si iudeus crucifixor solus obtulisset, patri minime placuisset. Et ita intelligendum est quod dicit Scotarti. 2. q̄ eucharistia non præcisè ratione rei contentæ plenè acceptatur, sed oportet, q̄ sit oblata. Hoc enim bonum in eucharistia contentum æquale est, quando reseruatur in pixide: & quando offertur in altari, & tamen non æquè ualet ecclesiæ reseruatum in pixide: & oblatum in officio missæ. Vltra igitur bonum contentum in eucharistia ad hoc, q̄ proficiat ecclesiæ, requiritur eius oblatio: & ad hoc q̄ oblatio sit placita, & accepta requiritur secundum præmissa, q̄ offerens sit placens, & acceptus. ¶ Est autem duplex offerens: scilicet offerens immediatè, & personaliter. Alius offerens mediatè, & principaliter. Primus est sacerdos consecrans, & sumens sacramentum, qui ita in persona sua auctoritate tamen diuina hæc perficit, q̄ nemo alius in sic offerendo secum concurrit. Offerens uerò mediatè, & principaliter est ecclesia militans, in cuius persona sacerdos offert: & cuius est in offerendo minister. Est enim hoc sacrificium, sacrificium totius ecclesiæ: in cuius signum sacerdos non ex sua persona dicit. Oro: sed ex persona ecclesiæ oremus. Nec dicit. In primis quæ tibi offero: sed quæ tibi offerimus. Et post communionem. Proficiant nobis, quæsumus domine, hęc sacramenta, quę sumpsimus. quamuis ipse solus offerat, & sumat personaliter: unde ecclesia offert per ipsum tanquam per ministrum, quem ad hoc instituit, & ordinauit. Primus offerens non semper gratus est deo, nec semper sibi placet: quia sæpe peccator est. Secundum offerens deo est semper acceptum: quia ecclesia semper sancta est, & unica sponsa Christi pudica casta, nescient maculam, neq; rugam, cum ergo missa semper ualorem suum habet, & accepta est deo. iuxta illud Iohñ. 6. Panis, quem ego dabo per me, scilicet & sacerdotes, caro mea est pro mundi uita. Non ergo erit hoc regulariter propter offerens primum, quod nonnunquam displicet:

Offerens sacrificiū missæ duplex est.

ergo

ergo erit propter offerens secundum, scilicet ecclesiam, quæ semper grata est deo: quia semper in ea sunt homines sancti, & uirtuosi: quorum actiones, & merita deo placent: qui & digni sunt inhabitatione spiritus sancti: ut dicit Beda super illud Matth. ulti. Ego uobiscum sum omn. di. usq; ad consuma. seculi. ¶ Et ex hoc alicui uideri posset: q; missa uno tempore efficacior est, & magis accepta deo, quam alio. Et regulariter, q; missa sacerdotis boni existentis in gratia, cuius personale meritum est partiale meritum ecclesiæ melior est, quam si ipse sacerdos esset extra gratiã. Patet: quia hoc modo missa est accepta: quia ecclesia sacrificium missæ offerens est accepta: ecclesia autem accepta est propter membrorum suorum, & gratiarum in eis existentium merita: quoniam ecclesiæ meritum non est uniuersale platonicum, seu meritum abstractum extra homines particularess per se existens: sed est personarum, & membrorum ecclesiam constituentium. Cum autem uno tempore sint plures homines boni, & uirtuosi, quam alio: sequitur: q; ecclesia uno tempore magis accepta est, quam alio. Et quoniam ualor missæ hoc modo est ex merito ecclesiæ, sequitur, q; secundum q; uariatur ecclesiæ meritum: uariatur, & missæ ualor, & præmium: & hoc secundum ueram iustitiam retributiuam, secundum quam non datur tantum pro merito minore, quantum pro maiore. ¶ Secundò aduertendum secundum eundem Scotum in quotl. 1. q; meritum, uel specialiter ipsa oratio: quę inter opera meritoria magis habet rationem meriti applicabilis alteri: quia de ratione sui est placatiua dei, & reconciliatiua sibi: potest intelligi in triplici gradu ualere alicui, siue pro aliquo s uidelicet specialissime, generalissime, specialiter modo medio. Specialissimè semper ualet celebranti, seu oranti: quando est in gratia: ipse enim habet motum animi bonum, & elicit bonum opus: Isti motus, & opus non sic sunt alterius, pro quo orat, sicut orantis, nec potest ille ordinata uoluntate illud alteri dare, q; non sit suum meritum: quia magis tenetur ex charitate se, quam alium diligere: immo forte non posset dare: quin esset suum. ¶ Alio modo generalissimè ualet toti ecclesiæ: nec debet orans aliquem excludere de ecclesia, sed intentione habituali omnes includere. ¶ Tertiò modo ualet illi, cui per orantem specialiter applicatur: non enim ualet ei specialissimè. patet ex membro primo. Nec precisè ualet sibi generalissime, sicut cuicunq; de ecclesia, quia tunc frustra essent speciales orationes ab ecclesia ordinatæ: alia scilicet pro uiuis, alia pro defunctis. Et iterum pro uiuis aliis, & aliis, puta pro benefactoribus, amicis, & aliis diuersis personis, statibus, & congregationibus, causis & necessitatibus in missali Romano specialiter assignare. Frustra, inquam, quia non plus ualerent illis, quam cuiq; generaliter de ecclesia. ¶ Per hoc ad propositum, prima applicatio, scilicet specialissima, determinata est, quia semper fit ipsi celebranti. Similiter secunda scilicet generalissimè, quæ semper fit toti ecclesiæ. Et has duas determinationes facit regula charitatis, quæ debet esse primò, & potissimè ad seipsum: & generaliter ad omnem proximum, quapropter nullum de ecclesia debet excludere: sed intentione habituali (ut dictum est) omnes includere, nec solũ applicare debet missam toti ecclesiæ secundo modo ex ordine charitatis, sed ex institutione, & usu ecclesiæ, ex qua orare habet pro hominibus orthodoxis catholicæ, & apostolicę fidei cultoribus. ¶ Potest tamen iudicium ecclesiæ arcere sacerdotes officium offerentes, ut dicit Gerson super magnificat tractat. 11. partitione. 3. ne per expressam ecclesiæ orationem comprehendãt excommunicatos: ut 11. q. 3. Excommunicatos. &c. seq.

Ratione meriti ecclesiæ missa é uno tempore efficacior quã alio.

Matenale. I

Missa potest applicari tripliciter.

K Scotum.

Non tamen excludit ecclesia eos ab effectu eorum charitatiuo. immo si excommunicati fuerint in charitate non possunt a uirtute sacrificij: sicut nec ab alijs suffragijs ecclesiæ proijci & excludi: quia charitas facit bona omnium quodammodo communia: secundum illud psal. 98. Participem me fac deus om. ti. te. & custo. manda. tua. Excluditur tamen ab expressa oratione ecclesiæ: quæ statuit sic pro eis orari non debere, ut sic ab inobedientia respiscant: & ad ecclesiæ græmium redeant. ¶ Vnde dicit Durandus. Suffragia ecclesiæ possunt ualere dupliciter. Vno modo ex ui charitatis, quæ omnes fideles connectit. ut sint unum in domino: & iustum ualorem non potest excommunicatio excludere: quia si sit iusta, non tollit charitatem ab excommunicato, qua manente, manet unionis uinculum, & cõmunio. Si uerò sit iusta: sic charitatem non tollit: sed ablatam præsupponit. Neq; enim ferri debet nisi pro mortali peccato, quo charitas tollitur. 11. q. 3. Nemo episcoporũ. ubi dicit. Nemo episcoporũ quẽlibet sine certa, & manifesta peccati causa cõione priuet ecclesiastica: sub anathemate autẽ sine conscientia archiepiscopi, aut coepiscporũ nullũ præsumat ponere: nisi unde canonica docet auctoritas. Quia anathema æternæ est mortis dãnatio: & nõ nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis, qui aliter corrigi nõ potuerunt. Itaq; qui sic excõmunicatur: seipsum mortaliter peccando priuauit gratia, & charitate: & per consequens suffragijs, quæ prosunt a charitate. Alio modo possunt ualere suffragia ecclesiæ ex intentione facientis. quia scilicet ecclesia dirigit suam orationem, ut illis prosint, & suffragentur. Et illum ualoré excõmunicatio excludit: quia ecclesia orare pro talibus excõmunicatis nõ disposuit. Et hoc facit conformiter dei iudicio: qui punit peccatores, qñq; flagellis castigando, ut eos a peccatis retrahat qñq; auxilia sua suberahendo, ut ita infirmitatem suam cognoscant, & humiliati redeant. Sic ecclesia inquantũ excõmunicatũ separat a communione fideliũ, ut erubescat timicatur iudiciũ diuinũ, quo flagellis castigat inquãtũ separat ipsum a suffragijs specialibus, imitatur iudiciũ, quo deus hominem sibijpsi relinquit, ut per humilitatem se cognoscens redeat. ¶ Quamuis igitur sacerdos generalissimè debeat sacrificium suum toti ecclesiæ applicare non tamen debet uocaliter pro excommunicato orare, nec ei suum sacrificiũ applicare: põt tamen alias pro eo singulariter orare, ut deus cor suum immutet: ut deposita temeritatis contumacia, ad gremiũ ecclesiæ reuertatur. Sed de hac oratione priuata non loquimur in proposito: sed de oratione, quæ fit ex persona ecclesiæ pro membris suis non rebellibus. Et quamuis eis uirtus sacrificij sic non applicetur: non tamen totaliter a fructu sacrificij excluduntur: si sint in charitate: quia sicut per excõmunicationem charitas non tollitur: ita nec fructus charitatis, qui est communio, & participatio boni, quod ex charitate succrescit: ad talem enim participationis priuationem se potestas ecclesiæ non extendit. Recipit namq; ecclesia potestatem in ædificationem: secundum apostolum. 2. Cor. 10. non in destructionem: quæ sequeretur, si quem fidelem a charitate, & communione sanctorum excluderet per suam excommunicationem. Hoc. n. esset corpus Christi mysticum membratim lacerare: uinculum spiritualis unionis rumpere: & compagem totius ecclesiasticæ congregationis dissoluere. Itaq; gladius esset in manu filij ad trucidandum matrem, & cum membro ad concidendum corpus: quod nefas est, & insanum. ¶ Siquidẽ excõicatio medicinalis esse debet, non mortalis, disciplinam non eradicans. de sententia excõi. Cum medicinalis. lib. 6. Simile dicit. August. in homel. de pœni. & habetur. 2. q. 1. Multi. Et apostolus. 1. Corinth. 5. excõmu

Suffragia ecclesiæ ualent dupliciter.

Anathema quid.

Quomodo, et quãdo liceat pro excõmunicatis orare.

munica-

municando tradidit hominem cum patrit uxorem incestum committentem sathanę in interitum carnis: ut spiritus saluus sit in die domini. Quę locum exponens beatus Hiero. super librum Iudicum dicit. Traduntur peccatores sathanę in interitū carnis: cum pro delictis suis a Christi corpore separantur: & de ecclesia per sacerdotē pelluntur: ut notatus ab omnibus erubescat: & conuerso eueniat ei id, quod sequitur: ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. & habetur. 11. q. 3. Audi. ¶ Et sic forte intelligunt quidam dicentes (quamuis incaute) ꝙ excommunicatio non ligat animam, sed corpus: quia separat a cōmunione, & cōuictu fideliū ciuili, & exteriori participatione sacrorū: non a fructu animæ qui datur ecclesię ob cōia suffragia, & orationes ciusdē: quamuis interdum priuetur quis propter excōicationem fructu exteriscēti ex applicatione ecclesiæ speciali orationū, & ex participatione sacrorū ciusdē. Priuant. n. fructu & bono quod prouēturū erat eis ex officio sepulturę, & exequiarum suffragijs: illa namq; excōicatis ab ecclesia nō impēdunt. Priuātur & fructu, qui prouenit ex participatione sacramētorū. s. sacræ cōionis, pœnitentiæ, susceptione ordinis &c. a quibus omnibus arcentur ab ecclesia. Quamuis nō sit negādū usq; quaq; quosdā particulariter excōicatos plus mereri per uirtutē patientię humilitatis, & obediētiæ: quibus se abstinent ab exteriori participatione sacrorū: quā utendo eorūdē cōione. Sicut uerbi gratia. Si quis de facto cōtrahēs cū sua sorore, quā non posset probare sororē suā esse: & postea ad cor rediens eā a thoro separaret: & propter hoc ab ecclesia excōmunicaretur: quia nollet reddere debitū coniugale. Certū est, ꝙ tenetur potius sustinere excōicationē, quā cōmittere incestū cū sorore: quā excōmunicationis pœnā humiliter sustinens obediendo ecclesię, in subtrahēdo se a sacramētorū cōione meretur, & participando contra prohibitionē ecclesiæ peccaret. Si ergo sic intelligitur dictū præmissum: scilicet ꝙ excōicatio non ligat animā. i. non tollit bona animæ, neq; separat ab ęterna beatitudine, quæ bonū est, ad quod cætera omnia ordinantur. Et hoc intelligendo de excōicatione secundū se pręcise: uidetur, ꝙ dictū hoc ueritatē habet: quāuis nihilominus sępe sit in detrimētū animæ, pro quāto retardat a beatitudine, & gloria. Nā propter excōicationē pœnę peccatis cōmissis, & quātum ad culpæ reatū remissis debitæ propter priuationē indulgentiarū & suffragiorū ecclesiæ tardius soluuntur. Præterea augmento gratiæ quod sacrorū susceptio cōfert similiter propter excōicationē priuatur, qua impediuntur sic excōicati a participatione sacramētorū: & per hoc certus gloriæ gradus per excōicationē eius tollitur qui. s. responderet gratiæ sacramētali. Nō tñ excōicatio ut talis. i. ut pœna pręcise simpliciter excludit a gloria: licet possit excludere a tāta. Peccatū tñ, propter quod excommunicatur si excōicatio fuerit iust.: nisi respuerit per pœnitentiā, & per ecclesiæ reconciliationē quantū in eo fuerit, excludit simpliciter a gloria. ¶ Ex illo sequitur, ꝙ nō semper est excommunicatus a deo, qui excōicatur ab homine, & prælato. Nec semper habetur ratū in cælis: quod fit a præsidente in terris: sed dumtaxat dum ligat, & soluit claue non errante. Nō enim commissum est prælatis ligare, & soluere iuxta suorū motus capitum: & suarū beneplacita uoluntatū sed prudenter, & legitimē secundum iuris diuini, & humani dispositionē. Et hoc dicere non est præbere occasionem cōtemnendi gladium potestatis spiritualis: negare scilicet eius percussionem ad id, quod non potest attingere: quin potius stulta ipsius extractio: & usus indiscretus, ipsum reddie obtusum, odibilemq;. Neq; enim leuiter extrahi debet gladius ille: sed pro inobedientia tantum, & criminibus grauibus,

Hiero.

N

Excommunicatus potest plus mereri humiliter abstinendo ab exteriori participatione sacramentorum quā se ingerendo.

Non semper est excōmunicatus a deo qui est excommunicatus a prælato.

O

& manifestis. Nec furor illum exerahat: sed discretio rationis: restringé da est enim sub ratione potestas. Nec quid agendum priusquam concita ta ad tranquillitatem mens redeat: ait Grego. ad Mauricium imperatorẽ. Greg. Conc. Trid. Sess. 25. c. 3. De hoc late tractantur. 2. q. 3. in pluribus capitulis. ¶ Debet ergo prælatus gladio hoc ferire in spiritualem salutem ecclesiæ propter quam conseruandam, membrum putridum, morbosumq; excommunicationis gladio præscinditur & in correctionem, ac emendationem eius qui excommunicatur: ut sic excommunicatio habeat rationem medicinę curatiuæ respectu eius cui infligitur & præseruatiuæ respectu aliorum. Nostris autem tempo ribus gladius ille dilatatus est usq; ad profanas laicorum causas, ac seculari foro agendas: intantum ut nonnunquam pro debito quinq; solidorum quis excommunicatione feriatur: quo abusu gladius ille ita obtunditur: ut in causis urgentioribus, ubi usus eius expoſcitur: acumen scindendi per didisse uideatur: ita ut eius percussio magis uilipẽsinonem inducit, & contemptum: quam corrigendarum salutem animarum, ueruntamen timenda est semper pastoris sententia, etiã si fuerit iniusta: ut dicit beatus Greg. in homelia. ¶ Redeundo ad propositum uidendum est de tertia applicatione, media scilicet, & speciali: quoniam de primis duabus ex iam dictis patet. Hęc quandoq; determinata est ex institutione, & ordinatione ecclesiæ. quæ in diuersis parochijs instituit diuersos sacerdotes parochiales: qui tenentur officiare ecclesias, & celebrare specialiter pro suis parochianis. Consimiliter in diuersis collegijs sunt diuersi sacerdotes instituti ad offerendum sacrificium altaris specialiter pro suis fundatoribus etiam pro illis, qui sunt in tali collegio: ex quadam singulari fraternitate, societate, conuictu, & unione tanquam membra eiusdem corporis, quod est collegium. de quo in psal. Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. Et Prouer. 18. Frater, qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Et de hoc potest accipi illud beati Hiero. ad rusticum Monachum. In apibus princeps unus est: & grues unam sequuntur ordine litterato. sequitur. Singuli ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi: & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. Et habetur. 7. q. 1. In apibus. Habẽt autem ecclesiæ singulę suos proprios rectores: non tantum ad correctionem faciendam; sed ad reconciliationem peccatorum per salutarem hostiam, & orationes ecclesiæ impetrandam. Vnde Alex. pa. 1. q. 1. Ipsi ait. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant: & peccata populi comedunt: quia precibus suis ea delent, atq; consumũt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant exaudiuntur. Ex quibus patet proprios sacerdotes suis fore specialiter obligatos. ¶ Sumitur etiam determinatio huius applicationis medię, & specialis ex iustitia: ut scilicet fiat pro illis, qui bona naturæ, fortunę, & animæ specialiter contulerunt: quales sunt parentes: qui cum magna sollicitudine filios suos educarunt, postquã eos in naturali esse cõstituerũt. Sũt & benefactores alijsqui dotarũt soleniter monasteria, ecclesias, & beneficia: ut ministros in eis residẽtes, & his tẽporalibus utentes, ad orãdũ, & celebrandum pro eis specialiter obligarent. Sunt & predicatores, & magistri: qui ingenti laborant diligentia: ut alios rite instituant: quatenus ad uitam beatissimam proficiant moribus, & doctrina: pro quibus omnibus ex æquitate, & iustitia sacerdos ut oret, & celebret, est specialiter obligatus. ¶ Verum in hac applicatione secundum præfatum doc. loco, quo supra gradus inueniuntur, secundum quos specialius & singularius pro uno, quamalio sacerdos uirtutem sacrificij referre potest. Et pos-

Excommunicatio propter pecuniã abusus est.

Greg. p

Psalm. Prouer. 18. Hieron.

Alex. q

sunt

sunt tot gradus poni, pro quot placet sacerdoti: differenter secundum magis, & minus specialiter celebrare. Et hoc uerum: nisi in sacerdotis obligatione aliud cautum sit. uerbi gratia ponamus q̃ aliquis sacerdos uelit missam suam ualere tribus specialiter: ultra hoc q̃ ualeat toti ecclesię generalissime: sint hi pater, ecclesię sue fundator, & socius suus uel amicus fidelis. Sit primus a. secundus b. tertius c. Nec refert an in quolibet gradu sit una persona tantum an plures ex æquo. Velit ergo q̃ missa tantum ualeat, quantum alicui ualere potest alteri a se celebrante. Et ipsi b. ualeat quantum alteri ualere potest post a: & ipsi quantum ualere potest alicui post a & b. Esto igitur q̃ ex ordine ecclesiastico uel beneficio recepto teneatur quis offerre pro aliquo specialiter in primo gradu. Non illi preiudicat si in secundo gradu offerat uel applicet uirtutem sacrificij alteri: & tertio gradu tertio: & sic de quotcunque gradibus. Siquidem nunquam applicatio facta posteriori, subtrahit aliquid illi cui facta est in gradu priori.

Cui debet fieri applicatio, & i quo gradu.

¶ Cui autem fieri debet applicatio, in quo gradu dubium est: an scilicet curatus debet in priori gradu applicare parochianis, quam parentibus prò R
prijs: an econuerso prius parentibus, quam parochianis. & fundatoribus. An prius, & magis pro iustis, quã iniustis: an potius pro mortuis, quam uiuis. ¶ Et possunt fieri rationes ex uarijs medijs: puta q̃ legi naturali lex positiua non præiudicat. Ideo uidetur magis obligari parentibus, quam fundatoribus, & Parochianis, quorum obligatio est positiua: parentum uerò naturalis. Neq; præsumendum aliquem positiua lege quem obligare uoluisse contra legem naturæ, neq; sua obligatione impedire sacerdotem, quo minus reddere posset libere parentibus, quod tenetur. ¶ Sed ad oppositum: si parentes fuerint Parochiani alterius sacerdotis: habent eum sibi tanquam filijs spiritualibus obligatum: sicut huius sacerdotis Parochiani habent hunc tanquam patrem spiritualem sibi obnoxium. Obligatio autem spiritualis filiationis uidetur esse efficacior, quam carnalis. Sic ex maiori indigentia uidetur magis applicandum oblationis beneficium mereri non potentibus: puta defunctis, & peccatoribus a deo separatis: ut isti liberentur: hi conuertantur. Sed ad oppositum, ex maiori utilitate uideri posset orandum magis pro uiuis uiatoribus: ut eis gratia augeatur, & ex consequenti merita, quam pro mortuis ut sola pœna remittatur: quibus non præstatur maior gratia, nec crescunt merita. Sic ex charitatis ordine magis uidetur diligendus iustus, qui deum diligit, & proximum, & a deo diligitur, quam peccator se contrario habens modo. ¶ In his sufficit doctrina, & regula uniuersalis pro quietatione celebrantis. unde secun- S
dum Sco. Securius uidetur, q̃ talem generalem applicationem faciat in missa ut ante missam. Digneris domine oblationem istã acceptare pro illis, Scot.
quibus nosti me teneri specialiter, & in eo gradu, quo me nosti obligari. Et quantum ad specialem determinationem ad aliquem uel aliquos, tutius est eam fieri sub conditione, si deus omnipotens tibi placet. Veruntamen quia particularis determinatio omittenda non est; tum propter multiplicem sacerdotis obligationem; tũ propter ingratitudinis euitationem; tũ propter deuotionis actuale augmentationem, quam naturaliter parit beneficiorum recordatio, si gratia dei coniugatur; nam particularia magis mouent; tũ propter certiorem debiti impletionem, & conscientię serenationem; In tantis obligationum angustijs salubre est consilium cancel. paris. Ioh. Gers. trac. de sollici. ec. parti. 43. ita dicentis. Ex humilitate laudabili potest fieri coram deo cessio quædam omnium bonorum spiritualium in manibus eius proportionabiliter ad forum exterio-

Doctrina generalis pro conscientiæ quietatione quomodo fieri debet applicatio.

Ioh. Gers.

rem

rem de temporalibus bonis ratione debitorum: & hoc ex consideratione tot exactorum, quibus obnoxij sumus: & qui nos premunt, & quodammodo suffocát, dicentes. Redde, quod debes: ut sunt creatio, recreatio, redemptio: debitorum totiens facta remissio. Præterea tam crebra nunc uno modo, nunc altero mediatè, & immediatè bonorum multiplicium facta receptio. Quo casu pauper homuntio sic deprehensus, & angustiatus dicere potest ad deum. Domine uimpatior, responde pro me. Tu, inquam, qui precium nostrum es, nostra iustitia, nostra redemptio copiosa, redde creditoribus meis: quomodo uis, & scis: tantummodo uita gratiæ in hac paupertate me sustentes, & satis est. Idem in trac. de oratione consid. 9. de eodem tractans ita dicit. Quisquis tu tandem ordinatus es ad orandum, non tantum pro te: sed etiam pro cæteris: poteris in ipsa meditatione tua discutere: ut ab obligatione tua te apud deum, & hominem dissoluas: nihilominus si quid in me consilij est: noli esse nimium scrupulosus circa tuæ orationis numerum, pondus, & mensuram. Committe totum illud deo, qui tribus digitis potentiæ sapientiæ, & clementiæ appendit molem terræ. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat. Qui numerum nouit arenæ maris, dic ei tota spei fiducia. Debitor sum pater noster, supraquam possit exiguitas mea soluere; debitor, quia me creasti, debitor, quia immemor tui, uitijs me sordidans contra tua præcepta: & tamen mihi parcens non me damnasti. Debitor iterum proximis. quia de labore manuum suarum, & sudore uultus sui comedi panem in abundantia. Debitor carni meæ, & sanguini: debitor orantibus pro me, debitor lapsis per me, & ita de reliquis sine numero. Tot igitur pressus exactionibus, quid agam: quo me uertam. Domine uimpatior, responde pro me. Sed quid respondebis pro me. Rectè prorsus. Si diuidas unicuiq; illud quantumcunq; suffragiorum, quod offerre paupertas mea potest, quod quantum sit solus, uides. Nolo calculum ponere cum singulis proximis & benefactoribus meis. Tu pro parte tua recipias missam istam. Tu orationem, tu bonum opus alterum, tu sapientissimè meritorum, & suffragiorum ponderator deus, distribue singulis prout unicuiq; opus est ad utilitatem suam, ad liberationem meam. Exemplum in ciuilibus applico mihi. Debitor itaq; non habens, unde soluat creditoribus suis, solet uel cogitur cedere omnibus bonis suis tam habituris, retẽta necessitate uictus sui prout ordinauerit iudex, uel aduocatus. Ita de spiritualibus. Cedo coram te domine, & pie deus. Hæc ille. ¶ Nec tamen illa sic accipienda sunt, ut sacerdos omittat determinatam, & specialem applicationem: in hac sola generalitate intentionem suam figens, quoniam ut sup. dictum est: deus secundum ordinem suæ sapientiæ, aliqua dare statuit propter speciales nostras orationes, & sacrificium specialiter applicatum: quæ alias his præter missis non daret. Sed propter nimium scrupulosos, quia per nullam specialem determinationem a scrupulis seruantur, ut hi facta determinatione speciali, de qua certi esse non possunt, an facta sit, prout fieri deberet, recurrant ad hoc consilium applicationis generalis. ¶ Fuerunt nonnulli, qui ordinem dare uisi sunt (quo specialium commissorum memoria sit habenda) ad obliuionis remedium, & confusionis, ac fastidij subleuamen. Vnde quidam ex ordine sex casuum grammaticalis declinationis nominũ quasi magis celebranti noto, ordinem memorandorum tradiderunt, ut a nominatiuo siue recto, qui primus est casuum. i. a seipso sacerdos, a quo ordinata charitas incipit, uiuorum memoriam ordinet. Secundo genitiui, idest progenitorum parentum, ac propinquorum carnalium, & spiritua-

Applicationem specialem missæ sacerdos omittere non debet.

Regula applicationis specialis

ritualium ſubdat memoriam. Tertiò datiui.i. fundatorum patronorum offerentium ac benefactorum, a quibus temporalia receperunt. Quarto accuſatiui.i. inimicorũ: nã accuſatiuus ex uocabuli interpretatione caſus eſt aduerſariorũ. In hoc tanquam perfecti Chriſti imitantes exemplũ pariter, & doctrinam dicentis in euangelio Mat. 5. Diligite inimicos ueſtros: bene facite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus, & calumnian- Mat 5.
tibus uos: ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cælis eſt: qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Quantum ad ea, quæ a deo habent inimici, diligendi ſunt: naturã. ſ. qua ad dei imaginem creati ſunt, qua proximi, & fratres ſunt: & quia a Chriſto redẽpti ad fidem tanquã regni cohæredes ſunt uocati. Nõ quo ad culpã, & defectus, in quo a ſeipſis, & ſuggeſtione diabolica inciderunt. Quinto uocatiui.i. errantiũ infidelium & peccatorũ: ut ad fidem, & conuerſationẽ ſanctã a ſuis erroribus & uitijs conuertantur. Vel uocatiui.i. prælatorũ præſidentiũ, & rectorũ ſpiritualiũ, & tẽporaliũ ad eccleſiæ regimen uocatorũ, pro quibus ut ſpãliter
oretur apoſtolus hortatur. 1. Timo. 2. Obſecro inquit, primũ omniũ fieri 1. Tim. 2.
obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate cõſtituti ſunt: ut quietã & tranquillã uitã agamus in omni pietate, & caſtitate. Per reges, omnes intelligunt rectores. Sexto ablatiui.i. eorũ, quibus bona animæ, corporis, aut famę abſtulimus: occaſionẽ damni ſpiritualis, aut tẽporalis dedimus uerbo,
uel exẽplo: quibus obnoxij ſumus ad reſtitutionẽ ſecundum illud ſaluato- Mat. 5.
ris. Mat. 5. Si offers munus tuum ante altare &c. Verũ etſi hoc modo celebrantis memoria iuuari poſsit: non tñ hic ordo ſupradictorũ graduum ordini correſpõdet: nã in priori gradu applicãda eſt uirtus ſacrificij his, quibus magis obligamur. Sumus aũt magis obnoxij eis, quos dãnificauimus. Item eccleſiæ rectoribus tanquam ſpiritualibus parentibus, qui per ablatiuum, & uocatiuũ ſecundũ dicta intelligũtur: quã inimicis & infidelibus, ac eccleſię perſecutoribus, quos accuſatiuus cõmemorat. Proceſſus etiã ille prolixus uidetur: & diſtractionem ſacerdoti: & faſtidiũ ingerens populo circumſtãti.
Quomodo ordinet memoria & applicatione ſacrificij. Quod oĩmode & cauẽdũ eſt: cũ nõ ſibi, nec pro ſe tñ ſacerdos, ſed eccleſiæ & circũſtantibus in hoc officio debeat deſeruire. ¶ Ideo nonnulli alio mo- V
do memoriã ordinant magis correſpondenter ad gradus ſupradictos: ut in primis ſpecialem memoriam faciant eorũ, pro quibus pro iſta uice celebrare conſtituere: qui uariari poſſunt, ut ſint nunc illi, nunc alij. Non enim celebrans tenetur in omnibus miſſis eundem determinationis modũ obſeruare, ut ſcilicet ſemper in primo gradu ſpecialis applicationis, applicet parentibus, uel fundatoribus, aut ſpiritualibus filijs. &c. ſed nunc iſtis, nunc illis. Quoniam etſi ſacerdos obligatus eſt multis, eſt tamen illa obligatio quantum ad miſſam celebrandum præcepti affirmatiui, quod non obligat ad ſemper, ſed pro aliquando, & certo modo, alioquin ſacerdos teneretur quotidie celebrare: quod tñ beatus Aug. nec laudat, nec uituperat. Lau- Aug.
daret autem celebrare, & uituperaret non celebrare quotidie, ſi ad id ſacerdos teneretur. Ideo dum ex fundatione ſui beneficij, uel officij, aut ex cura animarũ ſibi impoſita, nõ obligatur ad celebrandũ, põt applicare, cui uoluerit. In quo ſimplices ſacerdotes, non curati, maiori gaudent libertate pro quanto, ratione beneficij (ſi quod obtinent) ſolis fundatoribus ſint obligati, & frequenter ad certas miſſas ſecundũ tenorẽ fundationis, quas cũ præcerint ad plures nõ tenent, igit̃ in alijs quãtũ ad determinationes, ſunt liberiores. Ideo nũc celebrare põt ſpecialiter, & in primo gradu mediꝫ applicationis pro parentibus nunc pro certo benefactore: nunc pro certo li-

berando, seu conuertendo peccatore: & hoc uel uiuis, uel defunctis. ¶ Et
x secundum hęc primò, & in primo gradu memoria est habenda pro illo, uel illis, pro quo, uel quibus hac uice principaliter celebratur. Suo tamen loco. i. in memoria uiuorum: si in hac uita fuerint. Vel mortuorum, si hinc per mortem transierint. Deinde secundo parentum, & cognatorum carnalium, & spiritualium. Tertio curæ suæ subiectorum tanquam spiritualium filiorum: si curatus fuerit. Quarto confratrum suorum, suorum membrorum eiusdem corporis: si sit ecclesia religiosa collegiata, uel domus priuata. Quinto fundatorum patronorum, & benefactorum temporalium, & spiritualium. In quibus quilibet sibi regulam & ordinem constituat secundum congruitatem, & exigentiam sibi coniunctorum, quo promptius sue occurrant memorię. Non tamen opus est, ut memorandorum nomina occurrant, aut recitentur. sufficit, ꝙ personæ occurrant menti. Dum uerò nomina occurrunt: in genitiuo casu mente tenenda, uel ore exprimenda sunt: & Memento domine famulorum famularumq; tuarum. huius & illius, aut illorum: quatenus debita, & congrua præcedentium, & sequentium in textu canonis fiat connexio. Et quoniam non satis certum est, quis cui in graduum præfatorum ordine præponendus sit, intendat celebrans generaliter, ut dominus iustissimus omnium distributor acceptare dignetur sacrificium pro his eo ordine, & modo, quo se nouerit obligatum. Addens saltem mente hoc, uel æquiualens. Et omnium, quibus me nosti debitorem. ¶ Ne autem in hac memoria, uel sacerdoti distractio: uel circumstantibus fastidium surrepat: seruetur regula Sco. ut scilicet sacerdos ante accessum altaris se recolligat, ac intentionem suam ad eos, pro quibus specialiter celebrare disposuit dirigat: ac intentionem talem deo offerat. Sic enim sufficiet in missa eorum memoriam habere in communi: quia deus oblationem, & deuotionem suam pro illis acceptat: pro quibus ordinauit se uelle offerre. Et ita non oportet moram facere in memoria: dum ibi intentio ad eos refertur generaliter: quorum memoria prius habita est in speciali. Et tantum de quæstione prima.

De intentione, quã habere debet sacerdos in huiusmodi applicatione missæ.

Scot.

DE MALITIA MINISTRI AN IMPEDIAT.

LECTIO XXVII.

A

D secundam quæstionem, qua quæsitum est utrum applicationem uirtutis sacrificij impediat malicia, uel suspensio celebrantis ministri. Respondetur per hanc cõclusionem. Personalis suspensio, aut malicia sacerdotis non tollit uirtutem sacrificij alias rite ministrantis. Hæc conclusio declaratur. Nam quamuis sacerdos peccator sit, & extra gratiam: & per consequens nihil in se habeat, unde possit a deo sua oblatio, & obsecratio acceptari in ordine ad aliquod bonum conferendum: quia tamen oblatio hæc, & oratio non est sua principaliter; sed ecclesiæ sponsæ Christi, inter quam, & Christum nuncius est, eius orationem portans in ore: quam porrigit exaudiendam patri misericordiarum: sequitur, ꝙ sua personalis malitia non reddit orationem illam, & oblationem deo execrabilem, & inexaudibilem. Non enim obsecrando innititur gratiæ propriæ sanctitatis, sed dilectioni, & charitati alienæ. Vnde Guil. paris. in lib. de

Vtrum applicationem uirtutis sacrificij impediat malitia uel suspensio ministri.

Guil.

sacra-

sacramentis trac. de ordine. Aliud inquit, est interpellare pro alio, ut amicum, siue beniuolum, ac inniti gratiæ propriæ sanctitatis. Et aliud interpellare ut nuncium, & preces, & interpellationem offerre alienæ. (ut ita dicamus) charitatis. Illud enim primum omnium est, & singulorum sanctorum: istud autem proprium est sacerdotum. Ex officio quippe sacerdotali sacerdos non preces suas, & supplicationes offert patri misericordiarum; sed preces, & supplicationes ecclesiæ: ut internuncius & mediator. Et sicut aduocatus non iura, uel statuta sua allegat: sed aliena: & uerba eius, cui patrocinium præstat in ore gestat: sic & sacerdos ex officio publico uerba, interpellationes ecclesiæ, & orationes in ore gestat: & eas quodammodo patri misericordiarum ore suo porrigit audiendas ex parte ecclesiæ suæ. Et illud dicit diligenter attendendum: quia illud est quod errare fecit hæreticos circa illud sacerdotale officium, scilicet interpellandi. Nō enim attendebant: q̄ sacerdos ex sacerdotali officio preces ecclesiæ non suas offerat: & propter hoc interpellationem malorum sacerdotum irritam, & nullam dicebant: sumentes occasionem ex illo, quod dicitur Ioh. 9. Peccatores deus non audit. Quo uerbo magna excitate abusi sunt. Ille.n. proprie' exauditur: cuius desideriū adimpletur. Oratio uerò, quā ore gestat sacerdos: non sua est, sed ecclesiæ: quæ oratio, quam sic porrigit, si exauditur: ecclesia exauditur, non sacerdos. Quēadmodū ergo petitio aliena in scriptis oblata principi, recipitur ob gratiam eius cuius est, & ex cuius nomine offertur: qui & in ea loquitur petens, & supplicans, & ipse proprie' exauditur: quare & eius desiderium adimpletur, ac pro ipso petitio admittitur. Non autem ille, per quem petitionis scriptura porrigitur. Sic dicimus & de petitione ecclesiæ, quæ per sacerdotem licet malum, Principi deo porrigitur. Non enim refert an uoce, an scriptura petitio offeratur. Nec aliud aliquid uendicare debet in gratia exauditionis procurator qui per uocem petitionem porrigit, quam ille qui per scripturam: nec uox amplius aliquid habet, uel operatur in eadem gratia, quam scriptura. Constat autem q̄ ei, qui per scripturam petitionem porrigit, nihil gratiæ fit: sed ei cuius nomine, & pro quo fit: ita nec proprie' dici potest: q̄ malum sacerdotem deus exaudiat in hoc casu. ¶ Deniq; deus ecclesiæ precibus, fusis tamen per sacerdotem ad concedendum, quod petit: non propter sacerdotem talem consentit: in eo ergo, quod concedit, exauditur ecclesia, non sacerdos. Ecclesiæ enim uox (interior. s. intellectus, & significatio orationum uocalium, quas offert sacerdos) est, quam audit pater misericordiarum. Exteriore autem strepitum per se non curat. Qui enim strepitu tantum exteriori clamat: illum deus apud se tacere reputat. Ex quibus satis patet conclusio. Quamuis enim sacerdos malus sit: neq; in se habeat, ut possit sacrificium deo placere: ab eoq; in ordine ad spiritualia bona conferenda acceptari: quia tamen nuncius, & procurator est ecclesiæ deo dilectæ in hac oblatione, quæ ex officio sibi incumbit, respicit deus ad ecclesiam principaliter offerentem, & petentem non obstante malicia nuncij offerentis. Et si per impossibile in ecclesia tota militante, nullus esset deo acceptus, oblectatio huius sacrificij nihil a deo impetraret in ratione oblationis, quia sic nullus esset in ecclesia offerens, & petens sibi gratus. Vnde oblatio illa posset esse sibi grata, placita, & accepta, in quantum oblatio sacrificij efficaciam habet ex merito ecclesiæ offerentis: secus inquantum habet efficaciam ex institutione Christi. Et ad hoc uidetur sonare Guil. parisi. in loco supra allegato uolens saluare dictum beati Cypriani martyris, dicentis hæreticorum sacramenta inania esse irrita, & uacua.

Quis ex audiatur.

Iohan. 9.

B

Guil. Cypr.

An sacerdos Hæreticus porrigens ꝓces pro congregatione suorum complicum possit sic specialiter applicando eis ꝓficere.

uacua. Cum enim ecclesia hæreticorum ecclesia sit malignantium, & deo odibilis: ut puta adultera, & apostatrix manifestum est (dicit) ꝙ nec eam per se nec per nuncios audit deus: & propter hoc dum sacerdos nunciũ eius se gerit determinate nihil impetrat: neq; in aliquo ullatenus exauditur, cũ preces porrigit nomine ecclesiæ manichæorũ, aut alterius sectæ damnatæ: non nomine sanctæ ecclesiæ catholicæ: quia non est nuncius, & procurator catholicæ: sed ecclesiæ malignantium: cuius orationem gestat in ore intendens pro sua secta: non uniuersali sancta ecclesia ueniam, & gratiam postulare. Hinc quia uox illa uox est diabolicæ fictionis: quid mirum si nihil impetrat: quia uero uox sacerdotis ecclesiæ catholicæ, uox est sanctæ ecclesiæ, & deo dilectæ congregationis: quid mirum ꝙ hanc exaudit pater misericordiarum: & exauditionem eius procurat cælestis aduocatus eiusdẽ ecclesiæ sponsus. Quid mirum si illam repellit ut uocem partis: istam admittit ut uocem placentis amicæ. Longe enim distat petere panem filiorũ dare canibus a patre misericordiarum: ab eo, ꝙ est petere panem filiorum dare filijs ab eodem patre. Longe etiam sunt personæ caninæ a personis filiorum: personæ adulteræ, & apostatricis, a persona sponsæ incorruptibilis castitatis, & inseparabilis charitatis. Vox corui na a uoce colũbina: latratus caminus a uoce filiorum. Et ꝙ dicit beatus Aug. sacramenta hæreticorum efficacia fore: intelligi debet, dum seruant formam, & ritum ecclesiæ uniuersalis: illam autem mutare intelliguntur: quando tota petitio eorum, eorum est; hoc est eorum nomine, ex eorum parte, & pro eis determinate. Hoc enim est contra formam ecclesiæ catholicæ: immo ecclesia catholica ab eorum oratione penitus excluditur: unde sic petitur ex parte inimicorum dei, petitur, & pro inimicis dei, quod obsistit impetrationi: qualiter non est de nostris sacerdotibus, licet quandoq; malis. Non enim ut dictum est: meritis suis, aut propria sanctitate: nec proprio nomine petunt: sed nomine, & meritis sanctæ ecclesiæ, cui ueniam puritatem, & gratiam postulant. Hæc Guil. ¶ Sed hic aliquis opponeret ancto. beati Grego. in pasto. Cum is, qui ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Ad quam dicitur, ꝙ hęc ueritatem habet, quando aliquis mittitur ad intercedendum ex propria persona fauore, & gratia suipsius: talis enim placare non potest iratum. Secus si mittitur tanquam nuncius ad intercedendum nomine, & meritis alterius grati, & accepti: tunc placari potest animus irati, gratiositate non nuncij: sed nuncium mittentis. Sicut est uidere in nuncio ferentes petitiones litteratorias: qui nuncius, quamuis displiceat obsecrato: tamen petitionem audit intuitu, & fauore eius, qui illum misit. Vel aliter dici potest, ꝙ malus sacerdos non mittitur ab ecclesia ad intercedendum ad deum pro salute populi: immo potius prohibetur. Statuit enim ecclesia, ut missam nullatenus dicat displicens, nec irreconciliatus deo: cum uerò se ingerit, peccat. Est tamen nuncius non ex missione ecclesię: sed ex officio, & ordine. ¶ Aliter & melius dicit prædictus doctor, ꝙ est uerum, ꝙ animus ad deteriora prouocatur; sed contra eum, qui temerè intercedere præsumit: & maiestatem iudicis non uereatur: spurcitias uitiorum, & peccatorum suorum impudenter, & irreuerenter oculis eius ingerens. Similiter & contra eum, qui talẽ ad intercedendum scienter mittit: nullatenus autem cõtra ecclesiam sanctorum: quæ in illa parte omnino innocens est, & immunis: alioquin ex alieno delicto, ecclesia incurreret offensam dei: quod sentire iniquissimum est: sibi ergo huiusmodi præsumptor iudicium manducat, & bibit. Ecclesia autem de fonte illo saluatoris haurit aquas salutares: ut dicitur Esa. 12. ¶ Sed

Augusti.

C

Guil. Greg.

Exponitur dictum Gregorij.

item

Cur Canones multos sacerdotes prohibent celebrare.

iterū quis opponeret. Si fructū missæ non impedit malitia celebrātis, quin ḋus det dona sua ad obsecrationē mali sacerdotis sicut & boni cur canones multos sacerdotes prohibēt celebrare? Ad hoc rīdetur: ꝙ generaliter omnes sacerdotes in mortali crimine existētes prohibētur a celebratione: quā uis fructus celebrationis alijs, pro quibus celebrant: nullatenus subtrahatur: & hoc propter salutē propriā celebrantis: quia dicit apostolus. 1. Cor. 11. Qui mūducat, & bibit indi. iudiciū sibi mādu. & bibit. Nec unus ecclesia salutē procurare multorū, cū interitu cæterorū præsertim ministrorū suorū: sed nec sacerdo ē in peccatis existētē mouere debet ad celebrādū salus aliena: si illā cū detrimento salutis propriæ procuret: cū dicat Xp̄s Matth. 16. Quid prodest homini, si uniuersum mūdū lucretur: animæ uerò suæ detrimētū patiatur. aut quā dabit hō cōmutationē pro anima sua. Et beatus Greg. Quid prodest faculæ, ꝙ alijs lucet: cū ipsam edax flamma comburit. ¶ Singulariter tamen multi sacerdotes propter peccata specialia a celebratione suspēduntur: quia ipsorū peccata huic uenerabili sacramēto spāliter repugnant, & aduersantur. Hoc sacrm. n. est sacrm fidei: ideo repelluntur hæretici defectū fidei patientes. In hoc sacramento est uinculum charitatis: ideo repelluntur scismatici, qui rumpunt uinculū ecclesiasticæ unitatis. Sacramentū hoc est uas gratiæ: unde dicitur eucharistia. i. bona gratia: ideo repelluntur simoniaci, qui gratiam dei emere, & uendere non erubescunt. Sacramentū hoc sacramētū est communionis: unde & communio appellatur: ideo repelluntur excōicati, qui a cōione ecclesiæ sunt excluſi. Itē est sacramentū dignitatis immo dignissimum: ideo repelluntur degradati, qui omni dignitate ecclesiastica sunt priuati. Itē est sacramētū uirtutis perfectiuæ: ideoq; repelluntur suspensi, & irregulares: qui manus habēt ligatas: propter quod in exercitium ecclesiasticę potestatis secundun. actus hierarchicos: qui sunt purgare, illuminare, perficere, admitti non dicunt. Item in hoc sacramēto eleuatio mentis esse debet in deū singularis: ideoq; repelluntur fornicarij: qui tanquam carnales non possunt ea, quæ spūs sunt, degustare: secūdū illud apostoli. Animalis hō non percipit ea, quę sunt spūs dei: stultitia. n. est illi. 1. ad Cor. 2. ¶ Tertiò posset opponi contra prædicta. Sacerdos malus carens gratia, quę uita est animę: est membrū, & organū mortuū: ergo per ipsum non potest fieri influxus gratiæ, & uitæ spiritualis a Christo capite. Antecedens patet: quia caret uita. Consequentia probatur: quia mēbrū aridū, & organū mortuū, nō potest esse mediū influxus uitæ in aliud membrū: ut manifestū est in corpore uero: ergo nec in mystico. ¶ Pro solutione huius oppositionis notandum, ꝙ quamuis ecclesia dicatur corpus Christi, & fideles huius corporis mēbra, Christus uerò caput: tñ magna differentia est huius mystici corporis, ac mēbrorum suorum, & capitis a corpore, mēbris, & capite naturalibus, quo ad participationē influxus uitæ sensus, & motus. Vnde in toto corpore, natura puta humana, est una uita omnium partium. quæ ab ipsis participatur ordine quodā. Quia primò uita in corde reperit: quod secundū phm, est primū uiuēs: ideo principiū uitę appellat. Post hoc recipit in alijs mēbris, secūdū ꝙ magis, uel minus ꝓpinq; se hūt ad id principiū uitæ. Est quoq; deriuatio uitæ a corde naturalis: ita ꝙ nō ē in cordis ptāte uitā in se cōtinere, & cęteris mēbris nō cōicare. Nec ēt cor cōtingēter, & liberē respicit mēbra: ita ꝙ possit influere uitā in mēbrū distās, absq; hoc, ꝙ influat in membrum propinquius. Sicut nec est in potestate solis, lumen in aerem non diffundere: neq; est in eius potestate illuminare partem aeris distantem quin prius illuminet partem aeris propinquam: & hoc inest talibus causis ex conditione suæ naturæ. Est ergo in corpore natu-

D Esai. 3.

1. Cor. 11.

Matth. 16

Qui singulariter prohibeantur.

B. Greg.

Sacramenti eucharistiæ diuersa nomina.

1. Cor. 2.

Quo membrum mortuum potest uitā influere.

E

tali una uita: anima. ſ. uegetatiua, quæ quodam ordine incipit eſſe in corpore: primo in corde: deinde in membris propinquioribus: & ſic donec membra ſingula uiuificentur. Nõ ſic in corpore myſtico, quod eſt eccleſia, & ſuis membris. Sicut enim hæc membra nõ cõtinuãtur ad inuicem, ut quid uerè unũ conſtituant: ſic in iſto corpore nõ eſt una uita numero: ſed quodlibet membrũ uiuens uiuit propria uita diſtincta a uita alterius: alia ſiquidem eſt gratia, & charitas ſortis: alia platonis: nec conſtituunt unã gratiã numero: ſicut partes uitę animalis bruti cõſtituũt unã uitã. ſ. unã totalẽ animã: ſicut partes corporis unũ totale corpus numero. ¶ Participatio etiã uitę ſpũalis corporis myſtici, nõ eſt ſimilis participationi uitæ naturalis corporis materialis a principio uitæ. Nã principiũ uitæ ſpiritualis Xps eſt: qui eſt caput eccleſiæ, a quo deſcendit gratia, quæ eſt uita: & operationũ meritoriarũ uitale principiũ. Eſt autẽ Chriſtus huius gratiæ cã nõ naturalis: ſed mere libera & gratioſa, influens hãc uitã cui uult, & prout uult. Neq; ordinem talẽ habet ad membra eccleſiæ, ut non poſſit uni membro influere: niſi prius influat alteri. Quoniã & ſi in eccleſia unũ membrum ſit cauſa influxus uitæ in aliud: ut ſacerdos eſt cauſa baptizato, & confitenti infuſionis gratiæ: non tñ niſi miniſterialis. Nõ enim cauſat gratiam effectiuẽ in quocunq; : quia gratia a ſolo deo creatur: ſed eſt cauſa miniſterialis: quia per miniſteriũ ſacerdotis cauſat deus gratiã, quo miniſterio nõ adhibito, deus gratiam non influeret. Et quod ſic eſt cauſa uitæ dũtaxat miniſterialis: non oportet uiuere uita tali, qua ipſum, cui uita cõceditur per ipſum. Nec oportet: q̃ ſit propinquius principio uitæ in participando talẽ influxũ: ſed ſufficit, q̃ ſit propinquius in gradu, & ordine miniſtrãdi. Vñ ſacerdos ſic utã influit in mẽbra eccleſiæ ex ſuſcepto miniſterio, quod ſibi cõuenit: non ex propria uita ſpũali, & ſanctitate: ſed ex officio, & ordine. Sicut enim nõ facit militem uirtus, & fortitudo bellica: ſed aſcriptio principis, & inſtitutio. Nec robur corporis ſuper decẽ milites decurionẽ: ſed principis electio, & tradita poteſtas. Neq; procuratorẽ prudentia, & ſolertia propria, ſed conſtitutio a dño litis, & cauſæ. Sic ſacerdotẽ influere uitã gratiæ ſuo modo nõ facit ſanctitas uitæ: ſed ordo, & officium ſacerdotale. Ratione cuius cõpetit ſibi offerre preces eccleſiæ ſponſæ Chriſti, cui Chriſtus: quod pie deſiderat, negare nõ põt. ¶ Per hoc patet reſponſio ad oppoſitionẽ. Licet enim ſacerdos malus ſit organum mortuum eccleſiæ, pro quanto caret in ſeipſo uita gratiæ: influere tñ eã põt in alia membra miniſterialiter. Quod nihil aliud eſt dictu niſi q̃ põt exhibere ſuũ miniſterium: offerendo preces, & ſacrificãdo ſecũdũ inſtitutionẽ Chriſti, & eccleſiæ: cuius miniſteriũ Xps operatẽ effectũ, ad quem ipſum miniſteriũ eſt ordinatũ. Nec eſt ſimile de membris naturalibus corporis, & membris officialibus eccleſiæ certo miniſterio deputatis: ut patet ex premiſſis. ¶ Sed adhuc reſtat breue dubium: cum dictum ſit, q̃ ſacerdos celebrans nuncius eſt deferens eccleſiæ preces ad ſponſum &c. Et ſi hoc ſaluari poſſet, quo ad ſacerdotem in mortali peccato occulto exiſtentem: quomodo autem uerum eſt, quo ad ſuſpenſum & excõicatum, quem eccleſia manifeſtè prohibuit, ne tali legationis officio fungeretur: & ita in officio quod celebrat contra prohibitionem eccleſiæ, nõ uidetur, q̃ gerat tanquam nuncius perſonam eccleſiæ. ¶ Ad quod dicendum: q̃ ſacerdos ritè celebrans quantum ad materiam, formam, & intentionem: hoc eſt habens determinatã panis, & uini materiam proferens formã a Chriſto inſtitutã: intẽdẽs, quod eccleſia intendit: quę ſunt de eſſentia officij, & conſecrationis: ut dictum eſt lec. 6. Hæc inquam, ſic agens, ſicut uerè conſecrat, ita nuncius eſt eccleſiæ: eiuſq; perſonam gerit: licet

Quæ differẽtia inter participationẽ influxus uitę membrorũ corporis myſtici, & naturalis.

Quomõ ſacerdos ſuſpenſus aut excõmunicatus poteſt eſſe nuncius eccleſiæ.

fuerit

fuerit suspensus, excommunicatus, uel degradatus: & per hoc ab ecclesia prohibitus. Cuius ratio est: quia esse sic nuncium ecclesiæ, & eius personam gerere, est inseparabiliter ordini, & officio sacerdotali annexũ: quo semel suscepto priuari non põt propter characteris in susceptione ordinis impressi indelebilitatem. Nec ꝓhibitio ecclesiæ hoc effecit, ut officium prohibitus simpliciter exercere non possit: sed ut non licitè possit. Est. n. in hoc qua si procurator, & nuncius irreuocabilis ecclesiæ, habẽs formã sui officij, quã tenendo quotiens officiũ exercet personã ecclesiæ repræsentat: licet hoc faciens cõtra prohibitionẽ peccet. Exẽplum ad hoc in humanis. Si princeps cõstituit officialẽ irreuocabilẽ, & perpetuũ, secũdũ certã sibi traditã formã suo nomine regentẽ: licet postea prohibeat, ne aliqua faciat: nihilominus quæ post prohibitionem secundum formam in sua institutione traditã agit uirtute primæ cõmissionis in ꝑsona sui domini agit, & factũ tenet: licet sic faciendo dñm offendat. Ita & in proposito, ꝙ uerò sic prohibitus: & nihilominus celebrare attentans uerè consecret seruatis prædictis substantialibus supra ostensum est lectio. 2. Hæc est de secunda quæstione. ¶ Quæstio tertia qua quæritum est, qũo alicui liceat ordinare, ut missa spãliter celebretur pro se, cũ quilibet tenetur omnes proximos sibi æqualiter diligere. Nã sic spãliter ordinãdo diminuit bonũ proximi: quod est contra fraternã charitatem. Est & cõtra rõnẽ huius sacrificij: quod ideo cõio dicitur, quia oibus cõmuniter ualet. Et bonũ quãtò cõmunius, tantò diuinius: ideo huic cõmunitati nihil subtrahendum erit per specialem applicationem. Quæstio ista cũ præcedentibus, & earum solutione, uidetur ꝓsupponere, ꝙ missa celebrata pro pluribus: minus ualeat cuilibet plurium, quam si pro paucis, siue paucioribus aut pro uno solo celebraretur. de quo paulo latius uidendũ est. ¶ Vbi nunc præmittendum, infra latius declarandũ, ꝙ in effectu, siue fructu missæ plura bona comprehenduntur: scilicet malorũ ablatio, puta solutio pœnę pro peccatis debitæ, & bonorum gratuitorum collatio, tã gratiæ gratũ facientis, quã gratiæ gratis datę. Sicut & Xꝑi passio, quã missa repræsentat: pœne debitũ, quo tenebamur obnoxij, absoluit, cęlum aperuit, gratiã, & gloriã, & bona cuncta nobis meruit. ¶ Quantũ ad pœnę solutionem, communis est & penè omnium sententia missam unam non tm ualere pluribus, si pro eis ex æquo celebretur: quantum ualeret, si uni soli uel paucioribus applicaretur. De hoc beatus Tho. in script. 4. dis. 45. q. principali. 2. dicit. Suffragia uno modo ualent ad hoc, ꝙ per intentionem unius alteri applicantur: & sic satisfactio unius alteri computatur. Et hoc modo non est dubium, quin magis ualent ei pro quo fiunt: immo sic ei solũ ualentꝫ. Satisfactio enim ꝓprie ad remissionem pœnę ordinatur: unde quantum ad dimissionem pœnę præcisè ualet ad suffragium ei pro quo fit. Et sequitur. Magis ualet suffragium alicui, quod pro eo singulariter fit, quam quod fit pro eo communiter, & pro multis alijs. Sic enim effectus suffragij diuiduntur ex diuina iustitia inter eos, pro quibus fiunt. Idem sentit magister eadem dis. dicens. Potest dici plura subsidia contulisse diuiti ad celeriorem solutiouem, non pleniorem. ¶ Quantum uerò ad collationem boni, quidam ut præpositiuus, & cæteri dicere uolebant, ꝙ missa non plus ualet uni, uel paucis si pro illis celebratur, quam ualeret eisdem si simul pro pluribus diceretur. Quod sic ostendere nituntur. Bonum spirituale proportionatur spiritui: sed spiritus est ubiq; totus: & non communicatur per partes, igitur bonum spirituale communicatur sine diuisione, & ita non minuitur, licet pluribus communicetur. Hoc ẽt exẽplo corporali declaratur, ubi minus apparet, quam in proposito. Nã aliqua corpalia

Quæstio 3 Quomodo licet alicui ordinare, ut missã pro se celebretur.

H

Verum missa pro pluribus celebrata minus ualeat, quã si pro paucis, aut pro uno tantum.

I

B Thom.

de quibus minus uidetur, quã de ſpiritualibus: non minus cõicãtur cuilibet ſi pluribus cõicãtur: quã ſi ei ſoli cõicarentur. Patet de lumine cãdelę ſimul illuminãtis plura illuminabilia, & æqualiter ſicut ſi illuminaret quodcũq; illorũ ſolũ. Patet ẽt de uoce, quæ æqualiter ſimul immutat quẽcũq; multorũ audiẽtiũ: ſicut ſi immutaret unũ eorũ tantum. Ad hoc facit auto. beati Hier. de cõſe. diſ. 5. Nõ mediocriter. ubi inter alia ſic habeẽ. Cũ p cẽtũ animabus miſſa, uel pſalmus dẽ: nihil minus, quã ſi pro uno quolibet eorũ dicereturaccipitur. ¶ Alij uerò aliter opinãtur uidelicet q̃ miſſa plus ualet paucis, uel uni, ẽt quantũ ad collationẽ boni, ſi pro eis determinatẽ celebratur: quã ſi cum illis ẽt pluribus alijs applicaretur. Et hoc ſiue attendatur ualor miſſæ correſpondens ex opere operato inſtitutionis, ſcilicet Chriſti, ſiue ex merito offerentis eccleſiæ: ſiue ex opere operante perſonalis meriti celebrãtis. Quod ſic probatur, quia omni merito finito ſecundũ plenã iuſtitiã, corrſidet adæquatẽ aliquod præmiũ determinatũ ad certũ gradũ: ſed meritũ celebrationis miſſæ eſt finitũ, ergo ſibi corrñdet in præmio bonum finitũ, & ad certũ gradũ determinatum. Cõſequẽtia eſt in tertio primę. Maior nota: quia ſecundũ iuſtitiã retributiuã oportet eſſe proportionẽ præmij ad meritũ. 5. Ethi. Ergo finito merito nõ correſpõdet infinitũ: ſed determinatũ præmiũ: finitũ. n. ad infinitũ nulla unquã eſt proportio. 2. de cõlo. proſa. Minor aũt probatur de quolibet merito miſſę: nam de merito eccleſiæ offerentis, & de merito perſonali ſacerdotis celebrantis, manifeſtũ eſt, q̃ infinitũ nõ eſt. Neq; n. gratia: quæ radix eſt meritiſ: neq; actus ex gratia elicitus eccleſiæ uel ſacerdotis, quę creaturæ ſunt: eſt infinita, & infinitus: ergo nec meritum. Meritum. n. commenſuratur gratiæ ex qua & actui, qui ex ea elicitur. ¶ De merito uerò ſacrificij, quod ſequitur inſtitutionem Chriſti ita patet. Nã quãuis in ſacramento euchariſtiæ ſit plenitudo omnis gratiæ, & meriti ſpũalis: immo in ipſo continetur Chriſtus: qui eſt gratia increata, & infinita: tñ quãtũ ad fructũ cõferendũ tam in ratione ſatisfactionis, quam boni graruiti collationis, cõſtituit ipſum in põdere, numero, & mẽſura. Quod ſic patet, quia longe minus eſt meritũ oblationis Chriſti in ſacro miſſę: quã fuerit eius in cruce. In cruce enim Chriſtus ſe immediatẽ obtulit: factus uerũ ſacrificiũ: ſemel moriens pro redemptione omnium prædeſtinatorum efficacis: ſecundũ illud Hebre. 9. Chriſtus pontifex futurorũ bonorum, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et. 1. Petr. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus, eſt, iuſtus pro iniuſtis. In officio autem miſſę idem ſacrificium eſt, & oblatio non per iteratam mortem: ſed per mortis ſemel paſſæ rememoratiuam repręſentationem. Quis autem dubitat eſſe maioris efficaciæ mortem ſemel in ſanguinis effuſione acerrimis cum doloribus, pro morti addictis pio patris conſpectui offerre: quam tantum mortis ſemel paſſæ memoriam. Vnde & ſemel tantum paſſus eſt: & tamen quotidie mortis illius unicæ memoriam in hoc ſacramentali ſacrificio repræſentamus. Vnde beatus Ambr. ſuper epiſtolam ad Hebr. In Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem potens. Quid ergo per nos. Nonne per ſingulos dies offerimus. Et ſi quotidie offeramus: ad recordationem mortis eius fit, & una eſt hoſtia, non multæ: quia ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacramentum exemplum eſt illius. Et ſequitur. Chriſtus hoſtiam obtulit, ipſam offerimus, & nunc; ſed quod nos agimus recordatio eſt ſacrificij. ¶ Ex quo certum eſt, q̃ miſſa non æquiualet paſſioni, & morti Chriſti quãtũ ad meritũ, quia in miſſæ ſacrificio Xp̃s non iterũ moritur, licet mors eius (unde oẽ meritũ) ſpãlius in ea commemoretur, ſecundum illud Lu. 22. Hoc facite in meam

Hiero.

K

Multorum opiniones recitantur.

5. Ethic.

Meritũ miſſæ eſt finitũ.

Hebr. 9.

1. Petr. 3.

B. Ambr.

L

Luc. 22.

com-

Meritū miſſæ non eſt æquiualens paſsioni Xpi exhibitæ in cruce.

commemorationem. Alioquin ſicut Chriſtus ſemel tantum paſſus eſt ad totius mundi redemptionem: ita & una miſſa ſufficeret pro redemptione animarū omniū ab omnibus pœnis purgatorij: & ad impetrationē totius boni, quod tñ dicendū nō eſt. Alioquin fruſtra eſſent tot ſacerdotes: fruſtra eſſent tot miſſæ pro uarijs impetrandis ab eccleſia ordinatæ. Eſt ergo fructus, & bonū correſpondens ſecundū diuinā iuſtitiā merito miſſæ minus eo, quod correſpondet paſsioni, & morti Chriſti: & per cōſequēs eſt finitū, & ad certū gradū determinatū. Sed omne finitū in partes diuiſum minus eſt in partibus, quā in toto: & ſi totum prouenit uni: nihil eius prouenit alteri. Vnde patet: q̄ miſſa celebrata ſpāliter pro uno, uel pro paucis, plus ualet illi, & cuilibet de paucis, quā ſi celebraretur ſimul pro pluribus, ſiue pro multis: & hoc tā ad pœnę ſolutionē, quā quo ad boni gratuiti collationē. Et hoc intelligendo in eodem gradu applicationis: quia ſi uni applicatur in certo gradu priori: nihil minus cōſequitur ille, ſi mille applicaretur in gradu poſteriori, ut ſupra dictū eſt. Quia niſi ſic: tunc aliquis poſſet impetrare primā gratiā quotcūq; peccatoribus, ſicut uni: quia hic non requiritur pœnę ſolutio: ſed dei placatio, & impetratio ab eo. ¶ Itē ſicut plures pœnę minores æquiualent uni maiori pœnę. & ideo nō relaxāt niſi per opus ſatisfactionis maius, uel plura opera ſatisfactoria. Sic & de pluribus bonis impetrandis, q̄ æquiualent uni bono maiori, & ideo non niſi per plura bona impetratur unum bonum maius. Igitur non eſt ratio: quare nō ſufficit ad delerionē mali aliquid: ſicut ſufficit ad impetrationem boni: imo ſecundum uidetur maius: ut dicit Sco. in quodlibe. addens exemplum in amicitia humana: quia dilectus per ſuam ſupplicationem meretur maius bonum uni, quam ſi ſupplicaret pro multis. Pro uno.n. exauditur, ut tñ bonū impetraret ei. Et ſi pro multis peteret: uel nō pro omnibus, uel nō tñ bonū impetraret. & hoc ſecūdū iuſtā amicitiæ legē. ¶ Per hoc ad rationes aliarū opinionū. Ad primā de ſpiritu, qui totus eſt, ubicunq; eſt nec cōicatur per partes: ita & bonū ſpirituale. Dicit, q̄ ſpūs licet extenſiuē nō diuidatur: tñ numeraliter ſpūs a ſpiritu diſtinguitur. Sunt.n. ſingulorū corporū aiatorū ſingulæ aiæ: & illæ hñt bonitatē naturalē magis extenſam quā una earū: immo æquiualentem bonitati magis extenſę: ſecūdū illud. 7. de tri. Plus aliquid ſunt duo homines quā unus hō. Et per hoc diſtinguitur pluralitas in diuinis a pluralitate in creaturis: quia aliquid plus ſunt duo in creaturis, quā unū. Nō ſic in deo: non enim aliquid maius ſunt pater, & filius, quam ſolus pater. Bonitates etiam plures ſpirituales ſunt maioris ualoris: & deo requiruntur plura bona, uel unū maius bonum: propter quod tribuantur. Non enim qui orando meretur uiuificare unum mortuum: eadē ratione meretur uiuificationē quorūcunq; mortuorum: ita bonum ſpirituale: licet communicetur ſine diuiſione qnantitatiua ſecundum extenſionem: tamen communicatur cum diſtinctione, ſcilicet illud illi, & aliud alteri: quia idem indiſtinctum numero non poteſt pluribus communicari: requiritur igitur diſtinctum meritum æquale, propter quod reddatur: æquale dico intenſiuē. In his enim, quæ nō mole magna ſunt: idem eſt maius eſſe, quod melius eſſe ſecundum beatum Aug. 6. de tri: Maius aūt bonū, etſi non diuiditur per partes: habet tamen plura parua ſibi æqualia: pro eo q̄, ut dictum eſt, plura bona æqualia meliora ſunt altero illorum: & in illis bonis paruis eſt diſtinctio. Et ita licet unum ſpirituale bonum magnum in ſe eſt indiuiſibile: diuiſibile tñ eſt, uel magis diſtinguibile in æquialenti: in plura bona minora, quæ poſſunt pluribus diſtinctè reddi pro illo uno bono maiori. Non igitur idem bonum ſpirituale per partes redditur: realiter diuidentes bonum

Scot.

M

Auguſt. 6

ſpirituale : ſed datur in multis bonis minoribus : quæ ſimul æquiualent maiori bono : & diſtincta reſpectu illius boni habent partialem ualorem. Ad exemplum de lumine æquè plura illuminante, dicitur, q̃ exemplum eſt ad oppoſitum : quia idem lumen non æquè illuminat multos diuerſimodè ſecundum diſtantiam approximatos, ſed magis propinquiorem, & minus remotiorem. Quod uerò æquè diſtantes æquè illuminantur, ratio eſt : quia lumen diffunditur ſphericè : & quecunq; infra eandem ſpheram propinquitatis continentur : ſunt tanquam unum illuminabile quantum ad rationem tanti luminis ſuſceptiuam, cuius partes æquè illuminantur : nec una pars minus, quam plures : nec plures, pluſquam una. Sed ſi idem bonum ſpirituale fuerit pluribus communicandum, non poteſt ſecundum ſe communicari, quia idem numero non poteſt eſſe in pluribus : ſed ſecundum bona numero diſtincta ſingulis communicatur. Si ergo quodlibet diſtinctorum tantum bonum eſt, quantum id bonum merito adæquatum : & cum plura huiuſmodi bona numero diſtincta ſunt maius bonum, quam unũ ſolum : ſequitur : q̃ plus reddetur, quam ſit bonum huiuſmodi merito adæquatum. N ¶ Præterea exemplum nihil eſt ad propoſitum : quia lux tanquam agens in illuminando non eſt determinatum ad productionem effectus ſui incerto numero : ſed quotquot paſſa æquè diſpoſita & approximata offeruntur : producit in quolibet effectum de nouo ciuſdẽ intenſionis : & ſi infinita paſſa applicarentur : produceret infinitos effectus. Secus in retributione iuſta, ubi determinatum eſt certum bonum certo merito : & nõ maius reddendum, & cum illud idem, & indiſtinctum non poteſt reddi pluribus, oportet reddi per partes ſecundũ æquiualentiã. quæ neceſſariò (quia per partes) minoris ualoris ſunt ſingulæ, quam totum, cuius ſunt partes per æquiualentiam. Sicut ſi unus florenus in ſe. i. in florenos indiuiſibilis dari deberet. 28. cum non poſſet totus dari ſingulis : oporteret per ſolidos ſingulis communicari : & cum 28. ſolidos ualet florenus : reciperet quilibet unum ſolidum : & ita omnes 28. unum florenum. Simile eſt de uoce.

Hierom. ¶ Ad aucto. beati. Hiero. dicendum ſecundum glo. ibidem, q̃ hoc referendum eſt ad ipſum celebrantem : ut ſit ſenſus. Nihil minus accipitur ab ipſo celebrante : quia ſiue pro uno, ſiue pro multis miſſa dicatur : ſemper ſpecialiſsimè ualet celebranti, & æqualiter : quando eſt æquè diſpoſitus, & æquè ordinatè facit, quod facit, hoc eſt, æquè tenetur pro multis, quando pro multis : & pro uno, quando pro uno.

Hieron. Vel illud referendum eſt ad caſum, in quo loquitur Hiero. ſcilicet q̃ non minus ualet una miſſa dicta pro centum cum cordis hilaritate : quam ſi pro uno quolibet diceretur cũ cordis anxietate. Præmittitur enim ibi fic. Melior eſt quinus pſalmorum decantatio cum cordis puritate, & ſerenitate, & ſpirituali hilaritate : quã totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, & triſticia. Et tunc ſubdit, quod adductum eſt. Cum igitur pro centum &c. Et illud ſecundum

Hierom. fuit forte ſpecialiter ad intentionem beati Hiero. uolentis loqui ad conſolationem monachorum, q̃ ſi pro multis tenerentur orare : tamen non oportereret tot pſalmos legere, q̃ uergeret in faſtidium. Sed melius ſatisfit illis. ſi pro eis dicantur pauciores cum hilaritate. Et melius etiam ualet dicenti, ſiſtare poteſt cum obligatione, qua obligatus eſt huiuſmodi multis. Et hæc ſententia probabilior uidetur : quam approbat Sco. & Gerſon. cancel.

Scoe. Gerſon. pariſ. ¶ Ex quo ſequũtur aliqua corollaria. Primum obligatus celebrare O pro duobus, obligationibus diſtinctis, non ſatisfacit celebrando unã miſſam pro ambobus iſtis. Patet quia talis minus ſoluit, quam ſe obligauit : nam obligauit ſe cuilibet duorum ad dicendum miſſam pro eo ſpecialiter,

Corrol. 1. Obligatus celebrare p̃ duobus non ſatisfacit ce-

illam

Celebrãdo unã pro ambobus.

illam sibi applicando quantum applicari potest alicui specialiter. Cũ autem missam illam applicat ex æquo duobus: & una missa non tantum valet duobus, quantum uni tantum secundum dicta, patet, ꝙ non soluit debitum. ¶ Dicitur autem notanter obligationibus distinctis: quia si una obligatione se obligaret pro multis. Gratia exempli. Celebrare pro parentibus. 2. & suis consanguineis, satisfaceret unam missam celebrando. Neq; enim alia præsumitur fuisse intentio celebrantis. Loquitur ergo corollarium in casu, quo quis se obligat duobus, & cuilibet seorsum celebrare pro eo missam principaliter, & specialiter. ¶ Secundum corrolarium. Obligatus ad specialiter missam pro uno celebrare, fraudat eum, si simul iungit alium, uel alios, quibus missam applicat in eodem gradu, uel priori. Istud corrolarium sententialiter est cancel. paris. in de soli. eccle. personarum parti. 32. Patet, quia diminuit bonum sibi ex sacrificio missę debitum, in eo, ꝙ sibi soli in tali gradu ex obligatione applicare debuit: ẽt alteri in eodem gradu applicando. Nam bonum sic applicandum: quia determinatum est & infinitum: diuisum in partes cuilibet parti minuitur: ut deductum est. Et si detur oppositum, scilicet ꝙ missa tantum valet duobus quantum uni: ualebit ergo tantum tribus: tantum mille: tantum toti mundo: quantum uni si pro uno specialiter dicitur: & ita non erit melior conditio procurantis sibi missam peculiariter dici. Similiter sic. Si quis ad centum missas dicendas obligatur, sub uoto, uel ex iuncto in foro pęnitentiæ: aut alterius iustitiæ: absolueret se dicendo unam missam: quia una missa tantum valet pro centum cuilibet: quantum si cuilibet specialis dicitur: & ita quantum centum: quod est impossibile, uel inopinabile, frustra enim tunc fierent priuatæ institutiones, & anniuersaria contra generalem consuetudinem ecclesiæ, atq; ritum. ¶ Dicitur autem notanter: in eodem gradu: quia si in casu sacerdos alios adiungit in alio gradu: uel per superadditas orationes: uel in memoria uiuorum, aut defunctorũ secundum generalem ecclesiæ morem: non fraudat eum, pro quo specialiter se missam dicere obligauit. Tum quia per hoc bonum illi debitum non minuitur: ut patet ex prædictis. Tum quia hic ritus ecclesiæ, cui se in hoc sacerdos conformat, sicut debet: manifestus est: & non ignoratur. Tum quia temporalia conferens pro sacerdotis sustentatione, & eum modo prædicto obligans: aliam intentionem in obligando sacerdotem habere non præsumitur. ¶ Ad cuius elucidationem dictus cancel. quasdam mouet quæstiones dicens. Quæramus a conferente temporalia quęstiones aliquas: ut ex sua responsione ueritas magis emineat. Et primo. Vis o frater, & ut in missa, quam pro te dici constituis: nulla dicatur in locis suis alia penitus oratio, quam pro te. Puto respondebit, sicut & respondere debebit: ꝙ hæc fieri non prohibet. Vis rursus ut in memento tam pro uiuis, quam pro defunctis nullus commendatus habeatur nisi tu, & tui. Respondere oportet: ꝙ hoc non intendit quoniam institutioni ecclesiæ iam ipse repugnaret. Vis præterea, ꝙ uolentes ad offertorium uenire, quatenus ipsi missæ participes sint: repellantur. Certe nec hoc dicet, si ritum ecclesiasticum plene cognouerit. Quid uis igitur tibi fieri pro peculiari missa tua. Si responderit. Volo tota mea sit, tota cedat in spiritualem utilitatem meam: tota ualeat ad remissionem peccatorum meorũ & satisfactionis debitæ, uel iunctæ redemptionem. Sed an hoc ita uis frater, ꝙ sacerdos nihil sibi mereatur, aut nihil seipsum iuuet, nihil pro seipso satisfaciat, nihil demum impendat obsequij parentibus: nihil benefactoribus, nihil commendatis. Similiter ut tu conferas nihil ecclesiæ tori mili-

Corroll. 2.

Obligatus ad celebrandum specialiter ꝙ uno non satisfacit si adiungit alios in eodem gradu.

tanti. Nolo dicet: & iure dicet. Subdit. Quid superest igitur non referre quantitatem suffragij deo, quæ, & qualis tibi debita est. Nolito murmurare sciet profecto, sciet ille, qui montes ponderat in statera: tua similiter dona mensurare. Adde, q̃ in oblatione tua alij fortasse sunt melioris cõditionis, ut participent, quam tuipse. Quomodo petes: hoc inquã mõ: quia de bonis eorũ uno modo, uel alio male' quęsitis facis eleemosynam: facis fundationem: dilatas pompam tuam, facere uis nomen tibi. Aut modestius sentiendo, loquendoq; : tu debitor es parentibus, patrie, benefactoribus: de
Gio. Gers. niq; uniuersæ communioni sanctorũ. Hęc cancel. Respicit hoc corrolariũ conuentus, sacerdotes parochiales, qui institutis iam commemorationibus anniuersarijs, missis ac diuinis cultibus, eisdem superinducunt alios eorundem officiorum fructus participantes. Vt cum (exempli causa) missa, ac officium defunctorum certo die iam institutum sit pro sex personis: adiungũt de nouo illis sex alias: absq; tamen augmento cultus dei in numero officiorum uel personarum: uideant illi, an primis institutionibus satisfaciãt.

Q ¶ Sed di. est ecclesia aliqua cathedralis, uel alias curata, quæ singulis die- Anniuersa-
bus (quibus secundum morem, uel statuta illius ecclesiæ agi potest officiũ ria quomo-
pro defunctis) ipsum officium ex ueteribus fundationibus facit, nec super- do possunt
sunt dies uacantes ab huiusmodi officio, quibus noua institutio fieri posset licitè insti-
uoui officij. Veniunt personæ, uel eiusdem ecclesiæ, uel aliæ petẽtes pro se, tui.
& sui fieri commemorationem anniuersariam temporalem, uel perpetuã. Nunquid repellentur: & sic peior est conditio præsentiũ, quã præteritorũ. Aut si assumũtur: fraudabuntur priores: cũ cultus diuinus propter illos nec in numero officiorũ, nec personarũ officia facientiũ augeatur. Pro solutione notetur corrolariũ sequens. ¶ Corrollarium tertiũ. Vt conscientiæ ser- Coroll. 3.
uentur: fraus quoq; in futurũ caueatur: utile est, ut in nouis missarũ, officiorũ, anniuersariorum institutionibus, ac fundationibus, & modus agendi offi- Anniuersa-
cia, & ecclesiæ consuetudo, ac priores obligationes fundatoribus, ac tpalia ria.
cõferentibus expresse', & intelligibiliter declarentur. Quod q; sic assumãtur nouа: ut ueteribus debita nõ minuantur. Patet: quia sic acceptæ mutuo consensu super modificatione rationabili obligationis instituentium, & institutionem assumentium: tale prius bene matiocata obligatione seruata nulli fit iniuria: secundum regulam iuris. Scienti, & uolenti non fit iniuria. Vnde si in casu priori uolens instituere nouũ anniuersariũ consuetudinem ecclesiæ nouit: scitq; pro se non fieri speciale officiũ: sed se, suosq; prioribus officia instituentibus addi in gradu posteriori satisfit agendo secundũ ecclesiæ cõsuetudinem sibi notam, quod si eam ignorauerit, & sibi in certo die anniuersarium agi petierit, informetur prius taliter, q̃ intelligat officium, quod petit pro se solo nõ fieri, sed pro alijs in priori gradu, quibus ipse adiungẽdus erit in gradu posteriori, uel etiam in eodem si priora ita sint instituta: ut et alij in eodem gradu possint adiungi. Sic nemo repellitur & sciens quẽadmodũ institutio sua assumitur, non fraudatur. Hæc conformiter ad intentionẽ Scoti, & Cancel. locis allegatis dicta sunt. ¶ Si dicti⁹, quid de fundationibus iam factis non cum tali clara uerborum expressione: & ubi q̃q, nescitur fundationis forma scriptis sup hoc perditis, aut uetustate cõsumptis. Dicẽdũ q̃ in hoc casu recurrendũ est ad generalem ecclesiæ consuetudinẽ rõnabilẽ, uel ad bonorũ uiuorum informationẽ: melius tñ ad ordinarij superioris declarationẽ: hoc.n. securius, est eo, q̃ nemo in cã sua creditur bonus iudex. ¶ Corrolariũ quartum. Ad beat'udinem tendenti expedit, & utile Coroll. 4.
est missas pro se specialiter procurare. Patet, quia cũ plus ualeat missa dicta Vtile est ali
pro uno principaliter sibi tã per uiã satisfactionis, & redemptionis, quã per cui uolenti
saluari pro

Scot. Cancell. R

uiam

ſe miſſas ſpāliter procurare.

uiam impetrationis alicuius ſpiritualis ad beatitudinem promouentis, ut probatū eſt: quā ſi diceret pro ſe, & alijs. & hoc tā ex opere operato, quā ex merito eccleſiæ, & perſonali celebrantis. Vtile eſt cuilibet, & pro celeriori redemptione a ſatisfactorijs pœnis: & pro maiori gloria conſequenda, miſſas ſibi, ac pro ſe ſpecialiter procurare. Nā utile eſt peccatori ad ęternā beatitudinē anhelanti, ut impedimēta ab eius perceptione retardatiua pro poſſe ſtudeat amouere. Obligatio uerō ad pœnā ſatisfactoriam, ſiue in purgatorio, ſiue in hoc mundo impedit a beatitudinis conſecutione. Nemo ſiquidem quantumcunq; a peccatis ſit abſolutus, beatitudinē pōt adipiſci cum obligatione ad pœnā: quia nec ad pœnā in beatitudine ſoluēdam: nec poſt. Non cū beatitudine: quia ſcriptū eſt. Abſterget deus omnē lacrymam ab oculo. ſanctorū: & mors ultra non erit: neq; luctus: neq; clamor, neq; dolor. Apoc. 21. Neq; poſt: quia beatitudini pœna non ſuccedit: quia ibunt benedicti in uitam æternā. Mat. 25. quæ nequaquā interrumpitur per pœnā qualēcunq;: ut origenē dicūt poſuiſſe alternationē in gloria, & pœna. Oportet ergo beatificandū prius ab omni inquinamento culpæ purgari: & ab omni pœne debito liberari. Miſſa autē ab huiuſmodi debito liberat in toto, uel in parte ſecundū proportionē fructus miſſæ ad liberationem pœnæ: qui ſi totus uni ſoli applicatur: citius liberat illum, quā ſi illi & ſimul alijs impertitur. Sicut ſi in ciuilibus: duorū quilibet decem florenis alicui obligatur, pro quo debito uterq; carceri mancipatus eſt: ſi quis ſoluit decem pro uno ſtatim liberatur: ſecus ſi ſolueret pro utroq;. Vtile eſt deniq; cuilibet ſibi procurare gratiam, uirtutes, & dona, quibus in uia ad merendum maiorem gloriam adiuuetur: quę et per miſſæ ſacrificiū impetrantur. Sicut ſi amicus regis facilius impetrat per uiā ſupplicationis liberationē uni captiuo, quā omnibus: & etiā maiora dona uni, quā pluribus, ita & prima gratia, & cætera dona: & citius & immenſius conferuntur uni ex merito orationis, & & ſacrificij, quā multis: ut patet ex ſupradictis. ¶ Per hoc poteſt reſponderi ad tertiā queſtionē, ꝙ procurans ſibi ſpecialiter bona ſpiritualia nō agit contra charitatem proximi: nam charitas ad proximum in hoc potiſſime conſiſtit, ut uelimus proximo in eſſe dilectionem dei gratuitam. i. ut uelimus proximum diligere deum propter ſe tamquam ſummum bonum: quia per hoc uolumus proximo ineſſe maximū bonū. ſ. actū ſummæ iuſtitię. ſ. actū amoris: amicitiæ in deum cū gratia: quī inter omnia dona creata principatum tenet: ſecundum beatū Aug. immo ſecūdū apoſtolū. 1. Cor. 13. Maior horū charitas: utiq; non ſine actu. Per hoc ēt diligitur proximus ad æternam beatitudinē cōſequendam: quæ non confertur niſi diligenti deū propter. hoc ergo eſt diligere proximum ſicut ſeipſum: uelle proximum condiligere ſuper oia deū. ¶ Nec ſibipſi præparās oiā ad beatitudinem, procurādo ſibi per ſpecialia ſuffragia ad beatitudinē promouentia: & impedimentorum remotionē, quæ ab eadem ſunt retardatiua: minus unde proximū ꝑ perfectā dei dilectionē ad æqualem peruenire beatitudinē, ad quā ipſe aſpirat. Neq; per iſtā ſpiritualiū ſuffragiorū procurationē ſubtrahit proximo debitū: quia per hoc, ꝙ miſſam ſibi, uel aliquibus ſpāliter applicat, uel applicari procurat: nō diminuitur bonū, qđ uirtute ſacrificij debetur toti eccleſiæ, cuius eſt proximus membrum. Tum quia per hanc determinatam applicationem bonum proximi non minuitur: quia nihil tollitur, in quo proximus habet ius quæſitum. Potuit enim miſſa illa tanquam opus ſupererogationis omitti, ſine iniuria proximi: unde poſſet remurmuranti proximo dici. Amice non facio tibi iniuriam: tolle, quod tuum eſt, id ſcilicet quod tibi debetur generaliter, ut membro eccleſiæ, & unde.

Nemo pōt cōſequi beatitudinē cū oblatiōe ad pœnā quāuis ſit a peccatis abſolutus.

Apoc. 21. Matt. 25.

Solutio opinionū quæ uidentur cōtrarię.

§

Auguſt. 1. Cor. 13.

Matt. 20.

¶ Quod

¶ Quod uerò addit̃, q̃ proximum tenetur diligere quilibet sicut seipsum. Dicendum secundum magistrum dis. 29. li. 3. q̃ sicut, non dicit dilectionis æqualitatem, quantum ad actus diligendi intentionem, aut effectus exterioris exhibitionem, sed quantum ad bonum finale, scilicet beatitudinem eis optandã. Vnde ait. Charitate omnibus optare debemus, ut bona paria mereantur: sicut apostolus dicit 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, ut ipsi fiãt perfecti, & sic parem mereantur beatitudinem. Et sequitur. Diligẽdi sunt fratres quantum nos. i. ad tantum bonum diligamus ad quantum nos, ut tantum bonum optemus eis in ęternitate, & si non tanto affectu, ut ibi (quantum uel sicut) similitudinem dicat: non quantitatem. ¶ Vel etiam diligendus est proximus pari dilectione. i. eadem: nam eodem charitatis habitu omnes diligendi sunt. Nam eadem est charitas habitualis infusa, qua diligere debemus deum propter seipsum, nos, & proximum in deo: inimicum propter deum. ¶ Quod etiam additur, q̃ bonum quantò communius, tantò diuinius & melius (ut sic ostendatur melius fore missam cõmuniter applicare multis, quam paucis) non probat, ad quod adducitur. Accipitur enim hæc auctoritas ex philosopho. 1. eth. dicente. Amabile quidem bonum est uni soli: melius uero, & diuinius genti, & ciuitati. Loquitur ibi de bono, quod est causa finalis obiectiua communitatis: & etiam unius, quę est pars ciuilis ciuitatis. Tale bonum si amabile est comendare uni soli, erit amabilius, & melius id procurare communitati. ut exponit commentator commen. 1. Et uocat illud diuinius, secundum sanctum Tho. in suo commen. eo, q̃ magis pertinet ad similitudinem dei, qui est bonum uniuersale, & uniuersalis causa omnium bonorum. Intelligitur igitur auctoritas hæc de dono, quod totum in se sine sui diminutione pluribus communicatur, id enim melius est quantò pluribus communicatur, non quidem in se: sed eis qui ipsum participant. Hoc autem non potest intelligi nisi de bono communicabili obiectiue, quia nihil idem potest totum pluribus communicari in creaturis formaliter. Tale autem bonum est beatitudo obiectiua, ipse scilicet deus omnium finis obiectiuus. Et hoc bonum debemus uniformiter omnibus uelle secundum dicta. Bonum autem quod non participatur a pluribus in se: sed in minoribus bonis æquiualentibus isti uni bono: non est ex hoc melius, q̃ pluribus communicatur: nec in se patet: nec eis, a quibus participatur, quia quantò sic pluribus participatur: tantò cuilibet eorum minus bonum prouenit. ¶ Et ita patet mentio ad hanc questionem. Quomodo licet cuilibet sibi specialiter quærere salutis adiutoria, per missę sacrificium sibi determinate applicandum sine lęsione charitatis in proximum. Nec repugnat illud apostoli. 1. Cor. 13. Charitas non quærit, quæ sua sunt, quod uerum est sua temporalia repetendo cum scandalo proximorum. Vel quę sua sunt tantum: ut dicit glo. scilicet alios excludendo quantum ad bonum finale omnibus pariter optandum, quantum ad effectum penitus, & effectum. Sic non licet excludere proximum: cum charitas facit omnia communia: [differenter tamen secundum determinationem gradum supradictam.

Diligere Deum, & proximum quid est.

1. Cor. 7.

Bonum quãto communius, tanto diuinius.

Thom.

1. Cor. 13.

DE

DE SIMONIA IN HOC SACRIFICIO.

LECTIO XXVIII.

Simonia qd.

Quomõ dãtes & recipientes temporalia, ut reddantur spiritualia excusantur a simoniaca prauitate p totam lect.

D quartam quæstionem, quæ quæsitum est quomodo dantes, & recipientes temporalia ut respondant spiritualia, a prauitate simoniaca excusentur. ¶ Pro cuius breui decisione præsupponitur, q̃ simonia est studiosa uoluntas, uel cupiditas emendi, uel uendendi aliquod spirituale uel spirituali annexum: ut in glo. 1. q. 1. q̃ quidam. & est in principio. q. Item in cap. qui studet. ea. q. Vnde simonia non est aliud secundum dominum Antoninum in sum. parte. 2. ti. 1. c. 5. quam emere, uel uendere: uel alium contractum non gratuitum facere pro spiritualibus habendis pro precio rei temporalis. ¶ Voluntas ibi ponitur non pro potentia: sed pro actu eius. Omne enim peccatum actuale actu uoluntatis committitur. ¶ Studiosa dicitur. i. deliberata: nam etiam sola uoluntate prę uia rationis deliberatione committi simonia potest: licet ab ecclesia non puniatur: dum non procedit in opus extra. Nomine emptionis, & uenditionis comprehenditur omnis contractus non gratuitus, excepta permutatione, quæ licite' fieri potest seruatis conditionibus debitis, & circumstantijs requisitis. ¶ Spirituale uerò secundum Rich. in 4. dis. 23. tripliciter dicitur: scilicet essentialiter, ut gratia & uirtutes. Causaliter, ut sacramenta, quæ causant gratiam suo modo. Et effectiue, uel actualiter ut prædicare, corrigere, uisitare, orare, & huiusmodi quæ sunt actus spirituales. ¶ Annexum spirituali etiam dicitur dupliciter secundum sanctum Tho. in 4. Vno modo, quia dependens a spirituali, ut habere ecclesiastica beneficia: quia non competit nisi habenti officium clericale. Alio modo, quia ordinatur ad spiritualia: ut ius patronatus: ius decimale, uasa sacra, & similia. ¶ Sub precio autem comprehenditur omne munus temporale, quod pecunia estimari potest. Et ponit beatus Grego. triplex genus muneris, quo simonia committitur: scilicet munus a manu: a lingua: ab obsequio, quæ sunt pecunia, preces, famulatus, dum ergo pro illis spiritualia conferuntur, ut horum intuitu: simonia committitur. ¶ Sed cum dicitur spiritualia dari pro temporalibus, seu intuitu commodi temporalis, notanda est magistralis distinctio domini Pe. de aliaco card. cameracen. quam repetit Gers. in fine trac. de simonia, q̃ quadruplex potest esse intuitus ad commodum temporale in damnatione, & ministratione spiritualium. Primus intuitus potest referri ad commodum temporale tanquam ad precium rei spiritualis, quasi sit adæquatio ualoris unius rei ad alterum, sicut est in emptione, & uenditione in ciuilibus. ¶ Secundò potest fieri intuitus ad commodum temporale, tanquam ad motiuum principale dandi uel ministrandi spiritualia: uel tanquam ad finem ultimum, in quo sistit intuitus spiritualia conferentis, uel recipientis. ¶ Tertiò potest fieri intuitus ad cõmodum temporale, tanq; ad motiuum minus principale, ut b tanquam ad finem subordinatum sub ultimo fine. ¶ Quarto modo potest fieri intuitus ad commodum temporale tanquam ad rem debitam iure diuino sustentatione illius, qui spiritualia subministrat iuxta doctrinam Christi & apostoli. Dignus est operarius mercede sua. 1. Ti. 5. Lu. 10. ¶ Primus intuitus, & secundus sunt uere simoniaci iure diuino, & humano. Et si concurrit:

D. Anton.

Richard.

Thma.

Greg.

E

Pe. de Alia. Gerson.

2. Timoth. 5. Luc. 10.

error

error in intellectu: scilicet q̃ talia fieri possint: sicut dicitur in primo mẽbro: uel q̃ licitè fiant, sicut ponitur in utroq; modo: tunc incurritur hæresis propriè dicta, si adsit pertinacia. Pro illo facit, q̃ dicit beatus Greg. in regi. Altare, decimas, & spiritum sanctum emere, uel uendere simoniacã hæresim esse nullus fidelium ignorat. & habetur. 1. q. 1. Presbyter. Dictũ est si credatur hoc posse fieri, uel licitè fieri: quia hæresis ex sua ratione dicit errorem circa credibilia: & pertinet ad intellectum, sicut fides, cui opponitur. Si quis autem ex cupiditate uel auaritia secundum exteriorem apparentiam commutare uellet spirituale pro temporali: nõ tamen credens hoc posse fieri in corde: hic esset simoniacus, & non hæreticus: quin intellectu circa credibilia non erraret. Cum autem hoc fieri posse credit, aut licitè fieri, iam errat circa catholicam ueritatem: & si astuerit pertinacia, est uere hæreticus. Dicuntur autem communi appellatione simoniaci hæretici: non simpliciter, & propriè loquendo: sed propter similitudinem actus: quia ita operantur quasi æstimarent donum spiritussancti pecunia posse possidere: quæ æstimatio est hæretica. Si autẽ feratur intuitus tertio, & quarto modo: sic potest ministratio spiritualiũ pro temporalibus esse licita meritoria, & a simonia penitus aliena. hoc attento, q̃ sequitur illud apostoli. 1. Thessa. 5. Ab omni specie mala abstinete uos. Hoc est, q̃ administratio spiritualium facta sub altero tali intuitu, non apparet ex modo suo fieri primo intuitu, uel secundo: ut si non exerceantur spiritualia nisi prius dentur temporalia: aut si turpiter exigantur cum scandalo, & auaritiæ nota. In quibus utiq; casibus supsecti possunt haberi de simoniaca prauitate. Ad hoc bene loquitur beatus prosper. in de uita contemplatiua. Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est: non solum sine cupiditate: sed ẽt cum laude pietatis accipit a populo dispensanda: & fideliter dispensat accepta: ut unde pauperibus subministrat: inde & ipse tanquam pauper uoluntarius uiuat. Et sequitur. Quid est aliud de euangelio uiuere: nisi laborantem inde ubi laborat, necessaria uitæ recipere? ¶ Per hoc ad quæstionem respondetur: & est conclusio prima: q̃ sacerdos percipiendes spiritualia, & accipiens temporalia intuitu tertiò uel quarto, excusatur a simonia: quoniam non commutat spirituale ministerium, orationem scilicet uel missam pro temporali ex obligatione, quasi cuili, uel legali, tanquam sit uera commutatio unius pro alio, appreciati pro precio: immo talis appreciatio secundum ualorem inter hæc fieri non potest, quia spirituali bono cunctæ opes terrenæ per æquiualentiam comparari nõ possunt. sicut de sapientia Salomon ait Prouer. 8. Melior est sapientia cunctis operibus preciosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Et Petrus apostolus condemnans simonem dixit. Act. 8. Pecunia tua tecum sit imperditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Neq; commutat sacerdos pro temporali laborem suum corporalem, quia non est uerisimile: ait Scotus, q̃ aliquis tantum daret pro labore corporali habitu in illo actu, immo neq; in purè corporalibus. Dicit Durandus. Sub uenditione cadit labor operantis secundum ipsum opus operatum, quis enim unquam (dicit) emeret laborem operantis nisi propter fructum operis. Et ideo ridiculum est (ait) dicere, q̃ minister posset laborem suum uendere: ubi opus suum uendere non potest. Et præter hæc, quia actus celebrandi spiritualis est quantum ad suum principium, & quantum ad suum finem, quia competit sacerdoti ex officio, & potestate spirituali, & per ipsum spirituale bonum confertur, quod secundum ueritatem nec uendi potest, nec locari, etiam secundum apparentiam sine simonia. Non

Greg.

Quis duorũ simoniacus.

1. Thess. 5.

Salomon. Prouer. 8.

Act. 8.

Scot. Durand.

ergo

Ad quē sen sum pōt cōcedi hoc dictum sacerdos celebrat pro pecunia.

ergo celebrat sacerdos missam pro pecunia, uel rē tēporali: ut hæc ppositio pro, notat appreciationem huius pro illo: si ritè celebrat: neq; pro pecunia. i. propter pecuniā: ut. s. hęc dictio pro, uel propter, sit nota causæ finalis ultimatæ, & principalis: quasi intentio sacerdotis sistat in pecunia quasi in ultimo fine non referendo suam celebrationē in finem ulteriorem, & digniorē. quia & hoc simoniacū esset. Et secundū hoc intelligenda sunt uerba reprobātiū spirituale pro tpali cōmutari. ¶ Sed qūo tunc celebrabit pro pecunia uolens cauere simoniā. Qūo intentionē suā rectificabit, ne si lumē intentionis. s. oculus quod in eo est tenebræ fuerit: totū corpus actionis suæ contenebrescat. Responsio. Tripliciter id fieri pōt. Primò secundū Scotū, ut celebret pro temporalibus tanquā pro aliquo tibi liberè oblato, cū mēdicatione orationis, & spiritualis suffragij. Sic enim tenebitur recipiens oblatū illud bonū tēporale secūdū iustitiam exaudire mendicantē spūalia, qui tēporalia cōtulit ex iustitia: recipiendo tpalia se obligat liberaliter: hoc est sine conuentione, & commutatione ad orādū pro benefactore. Vnde religiosē uolens facere institutionem (exempli causa) alicuius anniuersarij perpetuo die certo peragendi in aliquo collegio, seu monasterio dicat. Assigno uobis talē uel talē agrum: domū aut decimam: & peto, ut anniuersarium pro me, & amicis meis taliter peragatis. Ex hac receptione liberaliter donata, cum petitione suffragij secundum iustitiam surgit obligatio ad audiendum preces cum dato huiusmodi porrectas. De hoc clarius infra. ¶ Secundò sic rectificabit sacerdos suam intentionem: ut non impē dat spirituale propter pecuniam, tanquam propter finem principalem: sed tanquā propter finē minus principalem, & secundariū, referendo intentionem ad suā sustentationē: ut nunc aut posterius liberius occupari posset circa spiritualia exercitia: ita ut pecunia recepta sit finis sub fine: ita ut finis principaliter sit gloria dei: & salus animarum per spirituale opus promouēda. Cui ut possit insistere: pecuniam potest recipere: quoniam sine temporalibus spiritualia diu subsistere nō possunt in hac mortalis uitæ miseria. Recipiat igitur non tanquam precium spiritualis operis: sed tanquā necessarium decentis sustentationis. Vnde ut Gers. in de sollicitudine ecclesia. personarum parte. 12. ait. Iste siquidem iustus proprius & uerus est titulus suscipiendi temporalia. s. tanquam decentem sui sustentationem. In hoc enim titulo qui dicitur sustentatio ministri: saluatur omnis receptio moderata rerum temporalium pro spiritualibus secundum Durandū. Moderata dico in ordine ad personam statum & officiū impendendum: ut non solū attēdantur necessaria uictus & amictus; sed cætera officiū & personæ statū concernentia: ut si prædicator est, libri & similia ad spiritualis officij executionem necessaria. Vnde dicit Gerson in trac. de symbolo propositione. 8. Ecclesiasticus officians ex debito beneficio suo: sicut frequentādo horas canonicas, uel mortuorum exequias: non ideo conuincitur simoniacus, si recipiat, aut recipere intendat distributiones temporales assignatas illis, qui talibus assistunt officijs: etiam dum aliquando sub hac intentione mercedis uadit ad aliquod officium ecclesiasticum, alias pro tunc non iturus. Gratia exempli. Habens officium prædicationis, aut pœnitentiariæ. cui pro sustentatione uitæ annexa est præbenda in ecclesia cathedrali, in qua certis horis solis præsentibus dantur quotidianæ distributiones. Isti qui propter officium suum singulis horis interesse non possunt (habet enim ille studere: ille confessionem pœnitentium audire) eligunt hi horas illas, ut uisitent, in quibus lucrantur distributiones temporales: cæteris se absentant, & suo officio deseruiunt. Quis dice-

D

Qualis erit rectificatio intentionis.

De rectificatione intentionis, ut uitetur simonia.

E

Io. Gers.

Durandus.

Io. Gers.

ret

ret hos simoniacos, dum intrant chorum horis, quibus recepturi sunt temporalia, alias non intraturi: non referentes illa temporalia in aliud: nisi in sustentationem congruam, quam alias habere non possent. Congruã dico, suo officio, ad dei laudem, & animarum salutem exercendam. ¶ Ex quo patet, q; fallit argumentum multorum. Ille uadit ad chorum propter pecunias alias non iturus. Ille celebrat propter pecunias alias non celebraturus: igitur est simoniacus. Sed oportet addere: facit hoc propter pecunias principaliter. Hoc autem non facit, qui refert actum suum ad dei honorem: & pecunias in sustentationem sui: quatenus sic spiritualibus officijs melius possit intendere, & uacare. ¶ Attendat tamen quilibet diligẽter; ne mentiatur iniquitas sibi: ut non ex auaritia, & cupiditate per talia spiritualia opera sibi multiplicet diuitias plurimas, & superuacuas, & prẽter necessarias, pompam, & curam carnis non spiritus agat in delitijs.

F ¶ Tertiò intentionem suam rectificabit celebrans pro bono temporali quali pro mercede, & premio minus principali sibi debito iure diuino, & naturali pro sustentatione uitæ corporalis: secundum regulam Christi, & apostoli. Dignus est operarius mercede sua. Lucę. 10. Et 1. ad Cor. 9. Qui altario deseruiunt, cum altario participant. Nemo militat suis stipendijs unquam. Si nos uobis spiritualia seminamus. magnum est, si nos uestra carnalia metamus. Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Viuere dicit apostolus non luxuriari. Sic ergo ex debito ministrationis spiritualium suffragiorum: iustum est, ut ministranti spiritualia corporalia redonentur. Vnde dicit gers. de simo. pro positione. 5. Obligatus ministrare spiritualia, & ministrans ea, habet uerũ ius, & potestatem recipiendi temporalia absq; hoc: q; mendicet ea. Et sub hac intentione licet minus principali potuit, uel potest obligare se administrandum spiritualia: & pro mercede, uel stipendio aut cibo, & sua sustentatione recipere temporalia. Sicut exemplificari posset in omni statu ecclesiastico tam secularium, quam religiosorum a maioribus ad infimos Hæc Gers. ¶ Ex hoc fundamento potest sacerdos iam sibi ad sumptus sufficientes ex patrimonio, uel alias pie collato: se ad præstandum spirituales actus obligare: & temporalia ab eo recipere, ut stipendium debitum ministranti: secundum Ioh. in summa. Et hoc non ex cupiditate lucri, uel ad satisfaciendum suæ cupiditati intentione conuertendi: quia recipit aliunde in pios usus. Non enim hæc redonatio boni temporalis iusta uidetur tantum ex indigentia personę spiritualia ministrantis: sed ipsa rerũ conditio talis est, q; res temporalis organice subseruit spiritualibus rebus. Et si beneficium dicitur correspondere officio, ut retributio ipsi ministrationi. Ex se enim iustum est: ut illi consequantur stipendium, qui pro tẽpore suum commodare reperiuntur obsequium. 12. q. 2. Charitatem. Vnde accidit ipsi officio, & ministrationi spirituali utrum fiat per personam pauperem, uel diuitem. Quæ autem per se insunt: non tolluntur ab eo, quod per accidens est. Alias enim promotus ad curam, si accrescente patrimonio diceretur: gratis teneretur sine receptione temporalium spiritualia ministrare. Quod non uidetur uerum, quia nemo tenetur suis stipendijs militare, contra apostolum supra allegatum. ¶ Veruntamen sic sibi sufficientes obligantes se ad præstandum suffragia cęteris, suam partem faciunt deteriorem: pro quantò satisfacientes pro debitis alienis. retardant satisfactionem pro delictis proprijs. Satisfactionem quippe, quam alijs impendunt, sibi negant: cum opus satisfactorium impensum uni, non tollit pœnam pro peccatis debitam alteri, ut dictum est. ¶ Quo non obstante

G

Lucæ 10. 1.Cor. 9.

Io.Gers.

Io. Gers.

Iohann.

Sacerdos habens alias unde sustentetur potest se obligare ad ministerium spirituale.

Præmium essentiale

præmium

non minuitur etiam celebrãti specialiter ad satisfaciendum.

præmium essentiale sibi non minuit. nam præmium essentiale, quod meretur sacerdos celebrando, dum fuerit in charitate: non minuitur sacerdoti, quantumcunq; offerat specialiter ad satisfaciendum, & hoc siue pro se, siue pro alijs multis, uel paucis: alioquin non expediret satisfacere pro peccatis si in diminutionem gloriæ (quæ incomparabiliter melior est, quam liberatio a pœna quacunq; satisfactoria temporali) uerteretur. Minus siquidem esset pœnam temporalem sustinere, quam quantocunq; gradu æternæ gloriæ perpetuò spoliari. Nam actioni meritoriæ debetur tantum præmij æterni, quantum debetur simili actioni in illo in quo non est satisfactoria. Hoc est si duo: quorum alter ad satisfaciendum pro peccatis tenetur: & alter non tenetur (quamuis putet se teneri) faciant opus meritoriũ ex simili charitate: & æquali conatu uoluntatis stante eadem actus intentione, cæterisq; paribus ordinet uterq; actum illum in satisfactionem pro peccatis suis. Illi meritorio actui correspondet idem præmium essentiale in utroq;, nec maius in uno quam in alio: licet uni sit satisfactio, alteri non, scilicet non indigenti. Nec propter hoc melior est conditio peccatoris pœnitentis, quam innocentis pœnitentia non indigentis. Quia potest rationabiliter teneri, q̃ sicut opus ex charitate factum ualet pœnitenti ad temporalis pœnæ redemptionem, ita ualet alteri innocẽti ad aliquod aliud bonum temporale, puta sanitatem, uel multiplicationem temporalium, uel præseruationem specialem a malo. Illud autem præmium essentiale non datur nisi facienti opus meritorium, quamuis enim unus pro alio possit satisfacere: & unus alium a pœnis debitis liberare possit, ẽt unus alteri conuersionem a peccatis, & ita primam gratiam sicut Stephanus Paulo impetrare, nullus tamen alteri meretur æternam beatitudinem, nec beatitudinis gradum aliquem stantem semper immutabiliter sententia illa. Apoc. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Apo. 14. & illa Pauli. 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem recipiet secundum suum laborem, & ad Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Manet ergo sacerdoti pro alijs celebranti saluum ius suum ad beatitudinem, quæ datur ex operatione eius meritoria. Nec illa sibi minuitur, nec alteri propter suam celebrationis applicationem impertitur. Secus de præmio accidentali. ¶ Si uerò obijceretur, contra prædicta per dictum beati Hiero. ad Damas. Papã. 1. q. 2. Clericos. Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustẽtari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur subsidia. Qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, qui quod pauperum est, accipiunt, profecto sacrilegium committunt, & per abusionem taliũ, iudicium sibi manducant, & bibunt. Et beatus Prosper in de uita contẽ. & habetur. 2. q. 1. Pastor. Pastor ecclesiæ his, quibus sua sufficiunt: non debet aliquid erogare. Quoniam quidem nihil aliud est habentibus, dare quã perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid uolunt, sine grandi peccato suo unde pauper nicturus erat, accipiunt. Ad hoc glo. in ca. Clericos. tripliciter respondet super uerbo sacrilegium. Primò, q̃ illud dictum Hiero. exhortatio est non præceptum. Vel secundò de his loquitur, qui occasione patrimonij ampliandi, quod habent, a diuinis se abstrahunt obsequijs. quibus se absentantibus dandum non est. Vel tertiò loquitur hic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus. Concordat glo. in c. Illi autem 12. q. 1. dicens Loquitur de clericis uagabundis. Vel non debent recipere ecclesiastica bona ut sibi reseruent: possunt tamen ut distribuant pauperibus, & ita non intelliguntur reparare bona pauperũ, si in pauperum usus conuertuntur. Vlricus dicit,

Apoc. 14. 1. Cor. 3. Gal. 6. H B. Hieron. Hieron.

cit, q̄ clericus, qui habet sufficiens patrimonium, si deseruit ecclesiæ, potest sustentari de bonis eius: sed si non deseruit: sed in malos usus dispensat peccat.

Io. Gers. Gers. in tractatu de sollicitudine ecclesiasticarum personarum particu. 33. dicit Vellet fortasis aliquis dicere: q̄ recipiens temporalia, dum prius habet sufficientiam pro sustentatione status sui uel ex patrimonio, uel pie collato, peccat: & fraudat tam proximum, quam seipsum: cum tota ratio conferendi ministris ecclesiæ: uidetur esse sustentatio sui. non diuitiarum accumulatio, uel ornatus pompaticus. Sed hæc assertio durior est, quam oportet. Et post modicum. Cōtingit aliquando tē poralia præter, uel ultra necessitatem præsentem, non pro solo statu recipientis recipere: sed ad aliorum prouidentiam, piamq; releuationem.

Ambr. Ambr. Hoc satis confirmant sententiæ doctorum. unde Amb. in li. de officijs. & habetur 12. q. 2. aurum. Aurum habet ecclesia, non ut seruet: sed ut erogetur, & subueniat in necessitatibus.

Hieron. Et beatus Hiero. 12. q. 2. Gloria. ait: I Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere. ¶ Ex quibus satis deducitur, q̄ si clerici debent pauperibus, & indigentibus prouidere: q̄ possunt ultra uictum tenere: immo ultra condecentiam status quo ad se: cum nemo tenetur eleemosynas facere de his, quæ ad sui status exigentiam requiruntur: nisi in extrema necessitate constitutis. Extrema enim necessitas proximi præferenda est soli decentiæ proprij status. Facit ad hoc uerbum prosperi in de 6. contem. Illi qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renunciare non possunt: si ea quæ accepturi erant: dispensatori relinquant nihil habentibus conferenda, sine peccato possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt: quando proprijs contenti rebus, nihil eorum quæ labori, uel ordini suo deberi arbitrantur: accipiunt. Facit ad idē ca. Quoniam quicquid. 16. q. 2. quod allegat factum Pauli apostoli, qui

1.Cor.9. de laboribus manuum suarum uitam quandoq; duxit: relinquens bona sibi debita apud eos, quibus euangeliz uit: quamuis potestatem haberet ab eis recipiendi uitæ necessaria, ut ipse ait. Et in hoc opus exercuit supererogationis. Non enim quia manibus laborauit ius percipiendi stipendium perdidit: sed iuri suo sponte cessit: non in præiudicium suæ potestatis, & aliorum in accipiendo temporalia. Sic enim iam possessionati clerici, & religiosi si laboribus honestis manuum intenderent: non licitē retinerent, quę habent, & quæ data sunt a fundatoribus. Quod non apparet: & uidetur contra beatum Aug. in de operibus monachorum dicentem. Si euā

Augusti. gelistæ sunt, si ministri uerbi sunt: fateor, potestatem habent uiuendi de sumptibus fidelium. Et idem permisit dominus apostolis: & iussit a subditis recipere necessaria, ut quisquis uellet, posset. Si quis uerò uti nollet: non contra iussum faceret. sed a suo iure recederet. Hæc Augu. Huic libertati Paulus insistebat, dum quandoq; stipendia suscepit: quandoq; nō:

2.Cor.11. ut testatur ipse sic dicens 2. Cor. 11. Cum essem apud uos, & egerem: nulli onerosus eram. Gratis dei euangelium euangelizaui uobis. Alias autem ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium uestrum. & ad

Phil.ult. Phil. ulti. dicit se pluries accepisse ab illis tam in propria persona, quam per nuncios. Et non solum hoc: sed & pro alijs collectas ordinauit. Quod facit ad propositum, scilicet q̄ clericus ultra decentiam quandoq; propij status, iuxta tamen bonam fidem, recipere potest pro releuatione pia

1.Cor.16. aliorum: unde dicit apostolus. 1. Cor. 16. Facite collectas per unam sabbati: & unusquisq; apud se reponat, recondens, quod eis bene placuerit. ut non cum uenero, tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam proferre gratiam uestram in Hie-

Cleric⁹ pōt ultra ea, quæ ad proprium statū pertinent ꝓ releuatione egentium tē poralia colligere.

rusa-

rusalem. Sic & dominus dona in loculos recepisse, & pro se, & pro alijs egenis pauperibus legitur: unde Io. 1. cum dic. Iudæ. Quod facis: fac citius. Putabát quidá ex discipulis, q̃ Christus diceret eis: eme, quæ nobis necessaria sunt ad diem festũ: aut ut egenis aliquid daret. Et ibidé. c. 12. Quare hoc unguentũ nõ uenit trecentis denarijs: & datum est pauperibus. Ex quibus deducitur: q̃ persona ecclesiastica ultra ea, quæ ad propriũ statũ pertinẽt. pro pia releuatione egentiũ, & pauperũ bona tẽporalia recipere non uetatur. ¶ Cõclusio secunda ad quæstionem quartã respiciens dantẽ tẽporalia. Dãs tẽporalia, ut repẽdantur spiritualia quarto intuitu suprapositos: a simonia uitio, similiter sicut recipiẽs excusatẽ. Patet per illa quę adducta sunt de recipiente: secus sit primò intuitu daret. Hic enim intuitus tã dantẽ, quã recipiẽtẽ constituit uere simoniacũ. Secundus uerò intuitus, & tertius, nõ dãtẽ tẽporalia sed recipientẽ respiciunt: quorũ manifestũ est: q̃ dãs tpalia, ut recipiat spũalia, in tpalibus erogatis finẽ nullũ cõstituere põt. ¶ Ex omnibus in responsione ad quartã quæstionem præmissis: possunt hæc duo summatim colligi. Primũ, q̃ conferens temporalia ad institutionẽ ecclesiastici beneficij: uel diuini cultus augmentũ, põt rationabiliter cõditiones certas apponere sue intentionis explicatiuas, quibus tẽporalia huiusmodi recipientes, ad certos actus spirituales coercendos obligentur. Hæc est sententia Scoti in suo quodli. q. 20. frequenter allegata: sic enim ait. Multi dotauerunt monasteria, & ecclesias: ut ministri in talibus tenerentur celebrare pro eis, & pro illis, pro quibus intendebant eos obligare. Et subdit dicens. Et est illa obligatio rationabilis, ut qui recipit eleemosynas tpales refundat benefactori suffragium spũale orationis & oblationis, sicut de tẽporali beneficio refundendo pro spirituali prædicationis officio apostolus ait. Si nos uobis spiritualia seminamus magnum est si uestra carnalia metamus. q.d. Non. Licitũ igitur est, & rationabile, q̃ faciens eleemosynã requirat orationẽ. Vnde rationabiliter facit, qui cum eleemosyna sua imponit obligationem orandi pro se, & suis. Accedit ad consensum huius ueritatis usus communis ecclesiæ: qui sic habet, & recipit: cui si quis contradicit: imprudenter se decipit: ait Gers. in de soli. eccle. personarum. par. 19. addens hoc congruere tã personæ recipienti, quã danti, siue conferenti: quam etiã eius cognatæ, uel affini. ¶ Eleemosyna autem sic determinata transit ad quemcunq; succedẽtẽ cum onere impositos: ita q̃ cuncti successores huiusmodi tẽporalia recipiẽtes, ad imposita implenda onera obligantur. Facit ad hoc clarẽ. c. Significatum. de præben. in tex. & glo. ¶ Secundũ, quod ex præmissis colligitur. Licitum est recipienti temporale beneficium sic limitatum, se ad solutionem impositorum onerum obligare, & hoc siue recipiens sit singularis persona, siue communitas, siue prælatus nomine communitatis. Patet: quia si conferens potest licitè beneficium certis actibus spiritualibus rependẽdis onerare: & suscipientẽ ad eorũ executionẽ obligare, licitũ erit suscipientẽ hmõi obligationis onus suscipere. Non tamen intelligenda est huiusmodi obligatio per modum conuentionis legalis per commutationẽ spiritualis pro temporali: sed modo prius expresso secundũ tertiũ, & quartũ intuitus modũ. ¶ Sed dubitare quis posset, an recipiẽti huiusmodi temporalia liceat in casu recedere ab obligatione, & onere recepto muneri impositò. Ad hoc respondet Cancel. parisien. in tractatu supra allegato parti. 25. & sequen. Ponens tres casus, siue causas, quibus existentibus, aut aliquo eorum, imposita onera, & obligatio cessant in toto, uel in parte. Hi sunt causa euidentis necessitatis, urgentis utilitatis, legitimæ dispensationis. ¶ Necessitas incumbit nunc, uel ex impotentia, uel infirmitate recipien-

Dans temporalia ad institutionẽ alicuius beneficij ecclesiastici põt aliquas conditiones apponere obligatiuas.

Eleemosina trãsit ad successores cũ onere.

Quando & i quibus casibus potest recipiens tẽporalia recedere ab obligatione. Tres casus. Primus Necessitas.

Ioan. 1.

K

Concl. 2.

L

1. Cor. 9.

Io. Gers.

M

Cancell.

prioribus fundatoribus in gradu suo, eadem suffragia in alio posteriori gradu applicarentur nouissimis fundatoribus. Sic enim nihil prioribus periret: uerum posteriores fraudarentur: si ipsi temporalia impendissent ac fundassent suffragia sibi principaliter, & in priori gradu applicanda: ut puta si ignorent eadem suffragiorum officia per alios prius fundata. ¶ Hinc salubriter hortatur dictus Cancel. ubi supra parti. lib. dicens. Recipiens temporalia præsertim communitas pro se, & successoribus cum bona fide, & sagaci discretione, consideret in recipiendo temporalia primò quid liceat, secundò quid deceat, tertiò quid expediat, & profit nedum ad præsens: sed ad futurum. Euenit namq; sicut in agentibus iter longum, q̃ paruum pondus in se, & in principio aut pro pauco tempore sit tolerabile: quod per successionem continuam redditur uelut importabile. Sic de paruis, & paucis suffragijs, dum uel iunguntur alijs, uel perpetuantur: in uenire possumus, q̃ in principio ipsorum persolutio modica reputatur: dum uerò in perpetuitatem transeunt, onus magnum æstimatur. Et subdit: q̃ memoria hominum labilis est, q̃q; superuenientes non de facili suam intentionem applicant ad insolita: q̃ insuper custodienda est unitor mitas apud fratres: sicut in conuictu ita & in officio, cantu, alioq; ritu: & ita de alijs considerationibus huiusmodi. Fiuntq; nihilominus frequenter obligationes in oppositum: aut propter inaduertentiam, inconsiderationemq; recipientium: aut urgente penuria, aut propter complacentiam conferentibus faciendam: aut quia non audent recipientes apponere conditiones pro seipsis licitas, decentes, & expedientes. Quare sic. Quia non placerent conferentibus. Fit demq; hoc propter auariciam recipientium, & eorũ turpem quæstum, qui casus statim habet culpam, siue fiat in augmẽtũ præter necessariorũ ad fundatorũ cœnobiorũ, siue propter famã, siue alias causas minus licitas. ¶ Ex hac radice magnum poterit sumi argumentũ ad reprobationẽ pluralitatis beneficiorũ in eadem persona, ultra iustam necessitatem utilitatem ecclesiæ, ac condecentiam status personæ beneficia possidentis. Si enim susceptum beneficium sufficiens est ad honestam, & sufficientem sustentationem ministri ecclesiæ, præsumitur, & iure præsumitur q̃ beneficium instituens uoluit possessorem obligare ad sibi utilius: & ita ad pro se, & suis principaliter, & specialiter orandum. Si ergo ultra hoc aliud recipit beneficium instituenti secundo receptum ad simile obligatur. Et si ambobus idem suffragium præstat: quilibet eorum fraudatur, & bonum integrum cuilibet debitum diminuitur secundum prædicta. Sic fit: q̃ uiolatur iustitia: frãgitur fides: fraus committitur, animæ defunctorum a penis liberantur tardius: a cœli gaudijs suspenduntur diutius: ac per hoc tota cœlestis curia, leticia, quam de eorum haberet præsentia spoliatur: & dei cultus minuitur: sic deus secundum prædicta fraudatur. Inæqualitas in clero pacis inimica oritur: retrahuntur cæteri a beneficiorum institutione, & quantum ad instituta, uoluntates ultimæ illuduntur. Secus in beneficijs exilibus, ubi non est præsumendum q̃ primi fundatores uoluerint possessores ad pro se tantum suffragia applicanda principaliter obligare: cum non contulerunt unde sufficienter & decenter uitam ducere possint. Et dato q̃ fecerint: hæc eorum constitutio, epikeiam recipit secundum consiliũ & prudentiã sapientum. In quo casu plura beneficia secundũ Cãcel. dici possunt unũ. sicut in magnis frigoribus multæ tunicæ una dicuntur morali unitate: & si omnia illa non sint nisi ad sufficientiam status occupantis. ¶ Attenderent hoc utinam quidam clericorũ auari, & ambitiosi, beneficia beneficijs addentes, qui beneficijs satiari non possunt. prælaturas, dignita-

Recipiẽs tẽporalia cũ obligatione ad rependẽdum spiritualia, uideat cautè qd liceat.

O Cancell.

P

Cancell.

Clerici in beneficijs plurales qñ possunt excusari.

Q

tes, personatus, & cætera incompatibilia non solum ex prædicta radice: sed ex sacris canonibus, patrũq; sanctionibus simul plura possidentes: non utiq; in profectum ecclesiæ: non in salutem animarum: sed ut latius inde uiuant: ne dicam luxurientur: dilatent familiam: incedant purpurati: exaltent nomen: amplient famam: magnificent parentelã: noscunt nonunquã beneficiorum reditus: patronos ignorant: computant stipẽdia: imposita onera non attendũt. Inter cæteras excusationes in peccatis ac maliciæ defensionem, dispensationem, eiusq; prouisionem allegantes: in augmentũ sui erroris papam dñm omnium beneficiorum ac ecclesiasticorum bonorũ astruẽtes. Nihil quoq; iustius esse aiunt, quã ut quilibet moderator sit, ac dispensator rei suæ. ¶ Sed falluntur miseri, affectu, intellectuq; deprauati: & inaniter sibimet de dispensatione blandiuntur. Potest Papa dispensare: sed super ius humanum. Aequitas autem, & naturalis rationis iustitia immutabilis perseuerat. Quanquam ergo papa dispensare possit, ut incompatibilia humano iure, simul ab eodem possideantur: tamen incompatibilia ex prædicta radice per dispensationem Papæ non erunt compatibilia, extra casus saltem memoratos communem, ecclesiæ utilitatem, & personę possidentis indigentiam. In his enim casibus incompatibilia esse non censentur. Nã & dotator particularis beneficij rectè instructus ad cõem ecclesiæ utilitatẽ suæ proprię cederet, ac cedere tenetur affectioni. Deniq; Papa omnẽ prãtẽ, quam habet sũper ecclesiã, personas, & ecclesiastica bona, recipit ad ecclesiæ ædificationem non destructionem. unde ait apostolus. 2. Cor. 10. Si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quã dedit nobis dominus in ædificationem: non in destructionem uestram: non erubescam. Omnis igitur dispensatio a potestate apostolica manans in ecclesiæ ædificationem: cultus diuini augmentum ac salutem animarum, toleranda est: quæ autem præter hæc conceditur, cassa est, & inanis. Neq; personę utilitas in dispensatione attendenda est principaliter, sed ecclesiæ: dicente apostolo. 1. Cor. 10. Omnia in gloriã dei facite. Sine offensione estote iudeis, & gentibus, & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo. nõ quæ rerum, quod mihi utile est: sed quod multis, ut salui fiant. Vnde & Bern. li. de consi. ad Eugenium papam. Nõ sum tam rudis (inquit) ut ignorem positos uos dispensatores in ædificationem, non in destructionem. Deniq; quęritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur: ubi necessitas urget excusabilis dispensatio: obi utilitas prouocat, dispensatio laudabilis est. Vtilitas dico, communis non propria: nam cum nihil horum est, non plane dispensatio: sed crudelis dissipatio est. Concordat ide in epistola ad Theobaldũ comitẽ, ubi ait. Honores, & dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi his, qui eas digne secundum deum ministrare uelint, & possint. Nec cuiquam plures in pluribus ecclesijs habere licet: nisi dispensatione qui dem ob magnã uel ecclesiæ necessitatem uel utilitatem, non propriam, sed communem. Illud, ad Rupertum. Quid tibi blandiris de dispensatione apostolica, cuius intus conscientiam diuina tenet sententia. Vnde si ideo teneantur plures prębendæ, ut lautius quis uiuat: ut propinquis subueniat: ut honoribus intumescat: ut citius ad episcopatum perueniat, alijsue huiusmodi de causis: non plane fidelis est dispensatio: sed crudelis dissipatio: nõ excusans: sed incusans. Nõ ergo papa tale habet dominiũ sup. beneficia: ut ad nutũ & uoluntatẽ suã possit de ipsis qualitercunq; ordinare, sed dñium habet super hæc, & cętera quoddam regitiuũ ut fideliter, & prudenter possit ea ministrare. Vnde & Gers. in trac. de potestate eccle. di. Potestas ecclesiastica papalis non ita habet dominia, & iura terreni simul, & cęle-

Ex qua radice non possunt excusari.

Inuectiua in clericos auaros.

2. Cor. 10.

Quando dispẽsatio papalis ualet.

R

1. Cor. 10.

Bern.

10. Gers.

celestis imperij, q̄ posit ad libitum de bonis clericorum disponere: quam uis concedi debeat: q̄ habet in illis dominium quoddam regitiuum, directiuum, regulatiuum & ordinatiuum. Hinc dispensator est uerius quā dns: secūdū illud Pauli. Sic nos existimet homo, ut minoſtros Christi, & dispēsatores ministeriorum dei: non excludens Petrum, qui ait. Non quasi dominantes in clero. Dispensatori autem opus est fidelitate, & prudentia. Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Fidelitate, ut bonū in communem utilitatem ordinet. Prudentia, ut rationē dispensandi agnoscat: & non procedat ex sola sua uoluntate: neq; ipsam ut legere constituat: quod est hoīs rōne non utēs. Vnde ad eugeniū papā Bern. Quomodo nō indecens est tibi, ait, uolūtate pro lege uti? Tu ne es maior dño tuo? qui ait. Non ueni facere uoluntatē meā, quod quam non minus deiecti, quam elati animi est ueluti rōnis expertis: non pro rōne sed pro libito agere nec iudicio agi, sed appetitu, quid tam bestiale? Et post modicū. Sic degenerando (quod absit) generale opprobrium fecisti propriū. Hō cum in honore esset, non intellexit: comparatus iumentis insipien. & si. fa. est illis. Et dicit dns cameracen. q̄ si papa pro libito distrahat bona ecclesiæ, & non ea dispensat bona fide: de iure non tenet. Et non solū tenetur tunc ad pœnitentiam de peccato: quasi propter abusum suæ rei: sed infideliter agit, & tenetur ad restitutionem, si aliunde haberet: quia fraudator est rei alienæ: secus si esset dominus. ¶ Esto ergo q̄ papa consentiat in pluralitatem beneficiorum: fleat ecclesia: nullus possessorem inquietet: calculum postulabit deus dicturus ad quemlibet: red de rationē uillicationis tuæ, & tunc cognoscatur deus faciens iudicium, & iustitiam: qui in multa patientia sufferens uasa ire, non agnoscitur. ¶ Quid autem, & quantum conditio status clerici de bonis ecclesiæ requirat: & cū bona fide stare posit. Origenes aperit exponens illud Mat. 24. Quis putas est fidelis seruus: di. Quoniam & secundum simplicem intellectum opus habemus, ut fideles simus ad dispensandos ecclesiæ reditus: ut non deuoremus, quæ sunt uiduarum: & ut memores simus pauperum: & ne occasionem accipientes ex eo, quod scriptum est. Dns constituit his, qui euangelium prædicant de euangelio uiuere: amplius quæramus, quam cibum simplicem & necessaria uestimenta: & non amplius teneamus nobis, quā his, qui necessitatem patiuntur. Hęc ille. ¶ Videat igitur, quilibet, quæ necessitas urgeat: quę utilitas proueniat: quali intentione moueatur: quo fine ducatur, ut in beneficijs sit pluralis. Et si quid horum reperit a rectitudine claudicare, pluralitatem abijciat tanquam salutis impeditiuā. Nec pluris æstimet damnum in arca: quam damnum in conscientia. Nec quærat excusationem in peccatis superioris auctoritate se muniens per dispensationem, quoniam ut sit recta in excusatione, oportet eam naturali æquitate, & diuinis legibus regulari. Neq; idcirco minus ardebit in barathro: qui cum licentia prælati demergitur in inferno. Si uerò inuenit omnia æqua, & iusta sollicitus sit fideliter uices rependere: deo gratias, & laudes ecclesiæ generali, ac stipendia ministrantibus specialiter orationes, & spiritualis suffragij famulatum. Quintæ .q. de ordine seruando in uirtutis sacrificij applicatione, responsio patet ex dictis ad quęstionem primam supra lec. 26. Ideo breuitati consulens post digressionem longam: non autem ut autumo: inutilem ad textum nostri canonis reuertamur.

Luc. 12.

Bernard.

§

Matth. 24.

DE AVDIENDA MISSA, & eius utilitate.

LECTIO XXVIIII.

A

T OMNIVM circumstantium, quorum tibi fides cognita est: & nota deuotio. ¶ Orauit sacerdos specialiter pro commissis singulariter: consequenter orat specialiter pro circumstantibus nõ commissis peculiariter. Patet autẽ ex hac clausula euidenter secundum Inno. & Alex. de ales, quam sanctum, & salubre est missarum solennijs interesse: cum sacrificium eucharistiæ, pro circumstantibus specialiter offeratur. Vt autem cuncti fideles sacri huius muneris missæ fierent specialiter participes: sancta ecclesia more pĩę matris profectum sitiens filiorum salubriter instituit ut omnes fideles conueniant in sacris solennitatibus ad ecclesiam: missas audiant: & ante finem non recedant. Vnde de conse. distin. 1. Missas. dicitur. Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis, populus egredi non præsumat: quod si fecerit ab episcopo publicè confundatur. Idem in ca. sequenti. Cum ad celebrandum. Item in ca. Omnes eadem dist. dicitur. Omnes fideles qui conueniunt in solẽnitatibus sacris ad ecclesiam & scripturas apostolorum & euãgelium audiant. Qui autem non perseuerãt in oratione usq; dum missa peragatur: nec sanctam communionem percipiunt: (uelut inquietudinis ecclesiæ commouentes) conuenit communione priuari. Et ꝙ non recedatur ante benedictionem sacerdotalem: non intelligendum est de qualibet missa: sed dumtaxat de missa, cui populus ex præcepto ecclesiæ tenetur interesse: qualis est missa maior in die dominica, & festis solennibus. ¶ Vnde notanter dicitur in allegatis capitulis, die dominica, & solennitatibus: nam in his audire missam est præceptum: ut dicit glo. in ca. allegato. Missas. Nam & textus habet præcipis. Item de con. d. dist. 1. Qui in die. ubi præcipiuntur excommunicari, qui in die solenni conuentui ecclesiæ se subtrahunt: sed nemo excommunicandus est, nisi propter transgressionem præcepti, qui mortale peccatum inducit. De missa maiori. i. parochiali habetur de conse. di. 1. Et hoc extra de parochis. Vt dominicis. Et de celebratione missarum. Quidam laici. De hoc etiam supra lec. 14. ¶ Et dicit doctor subtilis. 3. sententiarum di. 9. ꝙ hoc præceptum ecclesiæ de audiendo integram missam in die dominica, & solenni, est specificatio diuini præcepti affirmatiui. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. quantum ad actum, & quantum ad tempus: sicut in uere. lege specificatum fuit quantum ad diem sabbati, ut uidelicet illo tempore, die scilicet dominico, & solenni deus colatur, & adoretur in oblatione illius summi sacrificij eucharistię, quam offert sacerdos summo patri uerè, & sacramentaliter: populus circumstans spiritualiter. Nam tempus in præcepto illo affirmatiuo, quod non obligat pro semper: non est expressum; sed ab ecclesia adiectum. Sicut regulariter præcepta legis naturæ determinationem recipiunt per legem humanam, sicut lex naturæ dictat malum esse puniendum, bonum præmiandum; sed qua pœna, & modo, determinat lex positiua. ¶ Debet ergo audiens missam stare quietus, intus recollectus: mente in deum ascendere ipsum adorando, magnificando, laudando, gratias

Expositio canonis: Et omnium circumstantiũ, usq; communicantes.

Missas audire fructuosum est.

Innocen. Alex. de ales

Quando, & ad quã Missam tenentur fideles.

B

Scotus.

tias agendo, ut satisfaciat precepto ecclesiæ de audiendo missam: & ut particeps fiat orationis sacerdotis specialiter dominum pro circumstantibus deprecantis. Vnde notanter dicitur circumstantium, non circumgyrantium, perambulantium, & confabulantium: quia tales non solum non fiunt participes missæ: sed etiam peccant transgrediendo præceptum ecclesiæ de audiendo missam die dominica: si aliam missam non audierint ea die de quo cancel. in trac de oratione. Cognoscant & obseruent tam clerici, quam laici: quos oportet diebus dominicis & festis diuino interesse officio, & seruitio. ℣ non absoluuntur ab hoc debito dum scienter fabulationibus intendunt: sed multipliciori reatu se constringunt, quia nedum non obseruant præceptum, sed & alios impediunt, quia in ecclesia sanctissimo dei tabernaculo scandalum, inhonorationemq; faciunt. Subdit. Stent ergo, uel sedeant: & si non uocaliter orando, saltem in modesta quiete, & silentio animaduertant: considerantes nedum ea, quæ dicuntur, uel canuntur; sed & ea, quæ mystice peraguntur in ritibus, & uestibus sacris, quæ præterea in picturis præsentantur: & sic de alijs. Hec ille. ¶ Ad quod implendum religiose hortatur Greg. 10. ca. Decet. de immu. eccle. lib. 6. dicens. Decet domum tuam sanctitudo. Decet, ut cuius in pace factus est locus eius: cultus sit cum debita uenerationepacificus. Sit itaq; ad ecclesias humilis, & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio, deo grata: inspicientibus placita. quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat conuenientes ibidem: Nomen illud, quod est supra omne nomen: a quo aliud sub cælo non est datum hominibus, quo saluos fieri credentes oporteat: Nomen uidelicet Iesu Christi, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum: exhibitione reuerentiæ specialis, attollant. Et quod generaliter scribitur, ut in nomine Iesu omne genu flectatur singulariter in seipsis implentes, præcipue dum aguntur missarum sacra mysteria: gloriosum illud nomen quandocunq; recolitur: flectant genua cordis sui, uel quod capitis inclinatione testentur. Attendãt in locis eisdem intentis prę cordijs sacris solennijs, deuotis orationibus insistant. Nullus in locis eisdẽ, in quibus cum pace, ac quiete uota conuenit celebrari seditionem excitet: conclamationem moueat, impetum uẽ committat. Cessent in locis illis uniuersitatum, & societatum quarumlibet consilia, conciones, & publica parlamenta. Cessent uana, & multò fortius fœda, & profana colloquia. Cessent confabulationes quælibet. Sint postremo alia quæcunq; quæ diuinum possunt turbare officium: aut oculos diuinæ maiestatis offendere: ab ipsis prorsus extranea: ne ubi peccatorum est uenia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in ecclesijs, earumq; cæmiterijs negociationes, & precipue nundinarum, ac fori cuiuscunq; tumultus: omnis in eis secularium iudiciorum strepitus conquiescat. Et infra. Qui uerò promissas inhibitiones petulanti animo contempserint: præter processum ordinariorum, & deputandorum ab ipsis, diuinæ ultionis, & nostræ poterunt acrimoniã formidare, donec suum confessi reatum firmato proposito deliberauerint abstinere. ¶ Ex quo satis deducitur, ℣ tempore diuinorum in sacratis locis quietus sine strepitu debet quilibet apparere, maxime dum missæ solennia peraguntur: ut de numero sit eorum circumstantium, pro quibus specialiter sacerdos sacrificium offerens deo patri, id ipsum petit acceptari, dicens. Memento domine famulorum, famularumq; tuarum: & omnium circumstantium. ¶ Nec tamen hoc sufficit: sicut nec solum sufficit remouens prohibens, quoniam sicut in naturalibus actus actiuorum non suscipiuntur nisi in passo dispositio,

Contra gyrouagos, & in Ecclesia tempore diuinorũ ambulantes.

C Grego.

Quomodo debet audiri

ſpoſito: ita & actiones ſpirituales certam prærequirunt diſpoſitionem. Ita in propoſito requiritur etiam certa diſpoſitio pro receptione fructus miſſæ. ¶ Conſiſtit autem hęc diſpoſitio audientium miſſam in duobus, quæ hic exprimuntur, cum in canone dicitur. Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio. Requiritur primo fides, ut credatur ſub ſpeciebus panis & uini poſt conſecrationis uerba, uerum corpus Chriſti & uerus eius ſanguis cõtineri. quod quia non fit uirtute naturali, nec poteſtate creata: ſed infinita creatoris potentia: tranſcenditq; capacitatem, & intelligentiam cuiuſcunq; creati intellectus: nec ratione deprehendi poteſt: requiritur ad huius ueritatis aſſenſum ipſa fides. unde dicit beatus Aug. Mira mihi uidẽtur, quæ de illo ſacramento leguntur. Fides eſt neceſſaria: ſcientia rationis ſuperuacua. Scientia ratione, & intellectu colligitur. Fides auctoritate uidetur. Hęc ſunt ergo, quæ fidem de neceſsitate exigunt: rõnẽ omnino nõ admittunt. Expetunt ſimplicem creditorem: arguunt improbum diſcuſſorem. Et poſt pauca. Credi namq; oportet ſalubriter: quod inueſtigari nequit utiliter. Hæc ille. Requiritur ergo fides circumſtantium: ut ipſis proficiat oblationis ſacrificium, per quam in unitatem recipiuntur ſacri: & adhærent cæteris membris corporis myſtici: & Chriſto huius corporis capiti. Sicq; ujuũt & ſpiritualis uitæ influxũ partĩcipare poſſunt. Nã fides operãs per dilectionem purificat corda circumſtantium, ut & ipſi in oblatione illa, quæ ſua puritate puritatem myſtici corporis repræſentat: ſpiritualiter offerantur. unde Act. 15. Fide purificans corda. ¶ Secundò requiritur eorundẽ attentio, & eleuatio mentis in deũ per deuotũ affectũ, quo deſiderent oblationẽ huius hoſtiæ ſalutaris ſibi proficere ad ſalutẽ. & hoc innuitur cum dicitur. Et nota deuotio, ſupple ad hoc ſacrẽm, qua tibi uniuntur uirtute charitatis: per affectũ, ſicut fide uniuntur ueritate per intellectum, ſicq; ueritate, & uirtute uniantur per intellectum, & affectum. Quæ fides, & deuotio, & ſi homines latet, tñ tibi deo cognita eſt, & nota. Cognita per approbationẽ: & nota per acceptationem. Tibi, qui propitiaris fidelibus & deuotis, ſecundum Inno. qui ſolus uides in conſcientijs, qui rectè credunt, & deuote & diligunt: qui ſcrutator es renũ & cordiũ: deus ſcientiarum & dñs, & occultorũ omnium perſcrutator, in cuius conſpectu nulla creatura eſt inuiſibilis. Tibi etiam, cui omne cor patet, quo ad fidem, & adhæſionem: & omnis uoluntas loquitur per deſiderium, & deuotionem: & quẽ nullum latet ſecretũ per occultationẽ: quoniam omnia nuda, & aperta ſunt oculis tuis. His autem duobus exiſtentibus in audientibus miſſam fide. ſ. & deuotione, fructũ diuinæ gratiæ huius ſacramenti percipiunt: & nonnunquã abundantius, quam ſacerdos offerens. ¶ Vnde ſubditur. Pro quibus tibi offerimus. Quibus. ſ. famulis, & famulabus tuis: & omnibus circumſtantibus fidelibus, & deuotis, offerimus: quod dicitur in plurali ad denotandũ: q̃ ſacerdos loquitur, ut ſupra factum eſt: in perſona totius eccleſiæ, quæ eſt offerens principale. Vel ſecundũ dñm Alber. dicitur offerimus, ad denotandum unitatem corporis myſtici. ſ. eccleſiæ quę in totius multitudinis fidelium & cleri ſeruitute offert hoſtiã ſalutarẽ: & eſt idẽ in ſententĩa cũ priori. ¶ Subdit. Vel qui tibi offerunt. uel eorũ circũſtantiũ fideliũ, qui tibi mediate, & ſpiritualiter offerunt. Offerunt enim circumſtantes mediate: ſacerdos celebrans immediate: offerunt, & ſpiritualiter. Sic etiam ſpiritualiter, dicuntur hoc ſacramentũ manducare pro quãto deuote ſe humiliant in conſpectu corporis Chriſti: fide credentes altiſsima huius ſacramenti myſteria, omnem intellectum ſuum in obſequium Chriſti captiuantes: ut loquitur apoſtolus. 2. Corinth. 10. ac deſiderantes fieri participes huius hoſtiæ ſalutaris. De

Qualis diſpoſitio requiritur in audientibus miſſam.

Miſſam audiens populus qũo dicitur offerre laudis ſacrificium cum ſacerdote.

qui-

Auguſt.

A&. 15.

Innoc.

E

Albert.

2. Cor. 10.

quibus beatus Augu. ait. Vt quid paras dentem & uentrem: crede & manducasti. Cui concordat Inno. Non solũ offerunt sacerdotes: sed & cæteri fideles. Nam quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotũ: hoc uniuersaliter agunt uota fidelium. Hinc dicit dominus Alber. ꝙ hæc particula: qui tibi offerunt, referri debet ad illud, quod præmissum est: scilicet quorum tibi nota est deuotio: quia sicut sacerdos offert sacramentum ministerio: ita illi offerunt uoto. Speciali enim uoto offerunt illi, qui se, & sua deferunt ad altare: & ideo etiam specialiter in altaris oblatione continentur: & illorum specialis est recordatio. Et addit. Fit ergo hæc oratio specialiter pro offerentibus, & consequenter pro alijs: & ideo monendus est populus, ut offerat: quia per oblationes speciali uoto hostiæ coniunguntur. Et ut dictum est: ipsi offerunt uoto: quem sacerdos offert ministerio. Alia autem particula tibi offerimus, referri debet ad illam. quorum tibi fides cognita est: quia non nisi in fide ambulantibus hæc oblatio applicatur. Vel aliter secundum Inno. Memento eorum, pro quibus tibi offerimus: sed & eorum sacerdotũ, qui tibi offerunt. Quamuis enim sacerdos pro populo offerat, offert tamen nihilominus & pro se: offert itaq; sacerdos: offert & populus. ¶ Sacrificium laudis. Sacrificiũ dicitur secũdũ dñm. Alber. ab effectu qu a sacros nos efficit. Laudis uero. quia nihil in eo est, nisi quod est laudis pulcritudinis, & honoris. Hinc ps. Sacrificium laudis honorificauit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare dei. Iter enim ad salutem per nullum unquam fuit sacrificium, nisi per illud. Vel secundũ Inno. & Alex. Sacrificiũ laudis dicitur: quia propter hoc maximè deũ laudare debemus, ꝙ nõ solũ se pro nobis dederit in preciũ: sed etiã se dederit nobis in cibum ut per precium redimeret nos a morte. Per cibum nos aleret ad conseruationẽ spiritualis uitæ, & roboraret in uia ad consecutionem uitalis gloriæ sempiternæ. Ioh. 6. Qui manducat me: & ipse uiuet propter me. Iter namq; nullum patuit ad salutem per quodcunq; sacrificium ueteris legis: quoniam neq; auferebant peccata, quę regnum cælorum claudunt: neq; gratiam contulerunt, quæ ad ipsum aditũ patefecit. Vel dicitur sacrificiũ laudis: quia Christus ipsum cum laude, & gratiarum actione instituit. Sic enim legitur. Gratias agens benedixit & fregit &c. sic & sacerdos cum laudibus sacrificium offert. ¶ Pro se, suisq; omnibus. Præponitur pro se: quia charitas ordinata, quãquã ad omnes se extendit: tamen a seipsa incipit hoc est in ipsum in quo est primum & principaliter tendit. Sic enim quilibet se primò, & plus diligit: postea cæteros ordine quodam. Vnde Canti. 2. Introduxit me rex in cellam uinariam: ordinauit in me charitatem. Nec solum ex charitate infusa, quæ est ordinata: & ordinate se quisq; plus diligit: uerum, & ex inclinatione, & amore naturali: immo plus ex illa, quam ex prima. Hæc enim facit, ut plus ipsum, quod, quis est, ametur: quam quod non est. Et inter ea, quę quis non est plus diligitur hoc, cum quis habet maiorem similitudinem, & participationem. Bonitas siquidem, & unitas rationes sunt diligibilitatis: ut dicit Scotus in. 3. Quia autem quilibet maxime sibi est idem, & unus: ideo plus se diligit: & post hoc ea, cum quibus est plus unum. Exemplum in uidua sareptena & he in. 3. Regum. 17. ubi dicit propheta. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericiũ panem paruulum, & offer ad me. Tibi autem, & filio tuo facies postea. Hanc unitatem, uel quasi unitatem, hoc est participationem alicuius unius esse rationem diligibilitatis exemplariter declarauit Guil. paril. ita dicens. Societatem naturalem, & amorem inter fratres facit communio causæ essendi. Communicat. n. in patret

August. Innoc. Albert. Innoc. F Albert. Psal. Innoc. & Alexand. Ioh. 6. G Cant. 2. Scotus. 3. Reg 16. Guil.

Sacrificium quid & unde.

Pro quibus Missam offert populus circumstãs.

&

& si addita fuerit communicatio in matre, erit fortior. Naturalius enim se plus diligunt, qui simul communicant in patre, & in matre: quam qui in altero. Cui communioni si addideris communionem in uictu: erit fortior communionis amor inter eosdem. Et si addideris, ut communicent in magisterio, erit fortior. Item si addideris communionem in lege: addes & fortitudinem eidem amori. Et si addideris communionem in professione, uel ordine, addes & aliam causam fortitudinis, & confirmationis. Et si addideris iterum communionem in principe, uel prælato: augebitur ex hoc: & amplius firmabitur ipsa communio. Et si addideris communionem domus: erit adhuc ex hoc augmentum fortitudinis. Subdit causam omnium præmissorum dicens. Radix autem in omnibus his est unitas, & communio eiusdem amati: uel secundum quosdam, ipsa similitudo, & assimilatio. Iuxta hunc modum communicatio in duce unit milites: & communicatio in signo bellatores: & communicatio in domo seruos, & famulos, & communicatio in mercede, uel opere operarios: & cõmunicatio in Pastore uel grege, uel pascuis oues: & communicatio commercantium negociatores. Concludit ꝙ quanto in pluribus & maioribus magisq; amandis homines comparticipant: tanto maior est in eis societas, familiaritas, & dilectio nisi aut inuidia, aut alterius pestis corruptio hæc impedierit. Recte ergo pro se suisq; offerunt fideles missam audientes. Suis dico, quibus magis uinculo naturæ, & familiaritatis sunt coniunctis: quia ad hoc est inclinatio naturalis, quæ semper recta est: quia a deo indita: cui uoluntas si fuerit consona, & ipla recta erit: & hoc nisi prohibita sit per regulam superiorem: ne illi se conformet, quod in proposito minime reperitur. Orant igitur pro suis consanguineis, & affinibus familiaribus, amicis, & benefactoribus secundum Inno. Sic princeps quidam accessit ad Iesum intercedens pro filia. Pro fratre suo orauit Martha. Centurio pro puero paralytico. Et flentes uiduæ deprecabantur Petrum, ut resuscitaret Thabitam nomine Dorcas, ostendentes ei quas fecerat illis tunicas. Act. 9. Ita & modo fideles, ac deuoti per se, & per sacerdotem orant pro suis uariis sibi conditione coniunctis. Et licet etiam teneamur diligere inimicos secundum illud Mat. 5. Diligite inimicos uestros. tamen dicit Alex. seruare debemus ordinem charitatis. Cant. 2. Introduxit me rex in cellam uinariam: ordinauit in me. cha. Et addit, æstimo nihilominus, ꝙ si sacerdos proferendo hæc uerba suos inimicos amplecteretur, utilius sibi, & deo acceptabilius hæc eadem proferret. ¶ Pro redemptione animarum suarum. pro spe salutis, & incolumitatis suæ. ¶ Hæc est secunda particula quartæ partis principalis partis secundæ: in qua postquam tactum est, pro quibus, & qualibus oratur, ostenditur quid pro eis a deo desideratur. Sunt autem secundum Inno. & Alex. post magist um. 2. sententiarum d. f. 27. tria bonorum genera. s. corporalia, spiritualia, & æterna. Prima sunt infima, secunda media, tertia suprema, pro quibus sacerdos offerendo sacrificium orat. Pro summis: cum dicit, pro spe salutis. Pro medijs cũ præmisit: pro redemptione animarum suarum. Pro infimis, cum ultimò addit: & incolumitatis. Ita ut uerbum salutis ad animæ salutem, quæ in beatitudine perficitur: & incolumitatis ad sanitatem corporis referatur. Vtraq; enim salus mentis, & corporis est ab eo: qui dicit. Salus populi ego sum. Et quia utraq; salus prouenit de redemptione animæ. i. peccati remissione: sicut econtra de reatu peccati procedit infirmitas utriusq; secundum sententiam ueritatis. Ioh. 5. Ecce, inquit, sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Deniq; dominus docet nos

Matt. 9. Ioh. 11. Matt. 8.

Act. 9.

Matt. 5. Alex. Cant. 2.

H

Inno. Alex.

Ioh. 5.

Orandũ est ꝙ bonis corporalibus spiritualibꝰ & æternis, sed differenter, & ordine quodam.

pro

pro his tribus orare Mat. 6. Pro æternis. Adueniat regnum tuum. Pro spiritualibus. Fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. Voluntas dei, est sanctificatio nostra. 1. ad Thess. 4. Sanctificatio autem, quæ est per gratiã & charitatem, bonum est spirituale. Pro corporalibus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Offerimus igitur pro æternis, ut dentur nobis in præmium: pro spiritualibus, ut dentur nobis ad meritum: pro corporalibus, ut dentur nobis ad adminiculum: ut per corporalia perueniamus ad spiritualia: & per spiritualia ad æterna. Orans ergo sacerdos primò dicit. Pro redemptione animarum non pro temporali lucro, uel terreno appetitu; sed pro redemptione animarum. i. remissione peccatorum. Quibus remissis anima redempta est: secundum illud psalm. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Peccatum enim captiuam detinet animam: secundum illud Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium: & funibus peccatorum suorum constringitur. Peccati uerò stipendium mors est. Rom. 6. Remisso igitur peccato, anima liberatur, & a morte redimitur. Et rationabiliter petitur remissio peccatorum, & animarum redemptio, per hanc oblationem glorioſi corporis, & precioſi sanguinis Christi: quia horum oblatio in cruce redemptionem animarum nostrarũ operata est, & peccatorum remissionem. De primo. 1. Pe. 1. Scientes, q̃ non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati. Et Apocal. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Huius redemptionis oblatio nostra iugis est commemoratio. unde Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Vnde & secundum beatum Hierony. Verbum, quod iudæi in malum sibi, & filijs suis imprecabantur dicentes: Sanguis eius super nos: & super filios nostros, nobis optamus in salutem & remissionem peccatorum, & redemptionem animarum. Est autem redemptio animæ a peccato: est & redemptio a præsenti miseria, & exilio. Vtraq; fit per Christi sanguinem, qui offertur. De primo dicitur Apocal. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. De secundo Hebreo. 10. Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitu sanctorum. Per introitum autem sanctorum regni cœlestis: quod sancti introieruut, a miserijs huius sæculi eripimur. Et de exilio ad patriam, de mærore ad sempiternam lætitiam reuocamur. Vnde Esa. 35. Ambulabunt, qui liberati fuerint, & redempti a domino: conuertentur, & uenient in syon cum laude: & lætitia sempiterna super capita ipsorum, gaudium, & lætitiam obtinebunt, fugiet dolor, & gemitus. ¶ Petita itaq; peccatorum remissione, quam præcedere oportet salutem: etiam pro ipsa salute orat dicens. Pro spe salutis. i. beatitudinis: id est beatitudine sperata. Spe namq; salui facti sumus. ad Roma. 8. Est autem uita beata id, pro quo principaliter orare debemus, eamq; petere tanquam summam nostram perfectionem, ad quam conditi sumus a domino. ut dicit Auguſt. ad Probam, in de orando deum. Cætera autem omnia, quæ petimus non petimus nisi secundum, q̃ ad hanc ordinantur. Ita & saluator prius petere docuit, ut nobis adueniat regnum suum, quàm ut panis quotidianus tribuatur. Vnde & Mat. 6. docet. Primum quærere regnum dei, & iustitiam eius, & de hinc alia omnia adijcientur. Pro quibus obtinendis sacerdos addit. Et incolumitatis suæ. id est commoditate corporis, quæ ad salutem, & beatitudinem obtinendam ordinatur. Pro quo & orauit propheta, cum dixit. Conserua me domine quoniam speraui in te. Et iterum. Ne proijcias me in tempore senectutis, in qua plures cor-

Matt. 6.
1. Thes. 4
Psalm.
Prouerb. 5
Roma 6.
1. Petri. 1.
Apoc. 5.
Matt. 26.
Hieron.
Apoc. 1.
Hebr. 10.
Esai. 35.
I
Roman. 8.
Auguſt.
Matth. 6.

poris

poris aduersitates assolent aduenire. Vnde sequitur. Cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Psalm. 70. ¶ Exponitur autem hæc clausula secundum dominum Alber. scilicet pro spe salutis, & incolumitatis: ita ut ambo hæc salus, & incolumitas ad corpus referantur. Vnde cum petit sacerdos pro spe salutis: petit pro debilibus, & infirmis. Cum pro spe incolumitatis: pro ualentibus, & sanis. Sanitatem autem petimus infirmis: ut fortiores sint in dei seruitio. Ad quod & ipse per se dominus multos in corpore infirmitate grauatos curasse legitur & sanasse. unde & ipse ingratos de sanitate recuperata arguit, cum ex decem leprosis mundatis, unus tantum regressus magna uoce magnificans deum prostratus in terram gratias egit a domino audiuit. Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Istam sanitatem a domino concedi, testatur prophera dicens Bene dic anima mea domino. Sequitur. Qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de interitu uitam tuam. Incolumitas petitur pro sanis, & ualentibus: quia incolumitas est perfectæ sanitatis integritas, quã nisi deus sua misericordia conseruet: ipsa stare non potest: tanquam super fundamentum debile fundata. Nam in corpore continua est pugna calidi: & frigidi, humidi, & sicci, leuis, & grauis, duri, & mollis, aliarumq; contrarietatum: quæ in corpore sunt humano. unde scribitur Sap. 16. Non herba neq; malagma sanauit eos: sed tuus domine sermo, qui sanat omnia. ¶ Est etiam quædam spes salutis spes euadendi machinationem inimicorũ: sicut in psal. dicitur. Erue a fra. deus a. me. & de ma. ca. uni. meam. Salua me ex ore leonis: & a cor. unicor. humi. meam. & Dan. 13. Et saluatus est sanguis innoxius in illa die. sanguis. scilicet susannæ de insidijs iniquorum iudicum. Et de his omnibus dicitur in psal. Dominus conseruet eum & ui. eum, & beatum fa. eum in ter. & non tradat eum in manibus inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lec. doloris eius uni. stratũ eius uer. in infir. eius. ¶ Pro hac salute liberationis a fraudibus inimicorum, similiter offert, & orat sacerdos dicens. Pro spe salutis, & incolumitatis suæ. ¶ Sequitur. Tibiq; reddunt uota sua æterno deo uiuo, & uero. Hæc est tertia particula partis quartę, in qua ut deus exaudiat bona eorum, pro quibus petitur, allegantur. unde dicitur. Memento domine illorum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: qui tibi reddunt uota sua. i. deuotionem, uel affectionem suã, uel bona opera sua. Sed hic sunt duo dubia. Primum circa priorem textum, cum dicitur. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et cum infirmor, tunc potens sum. Quid est, q̃ pro corporis incolumitate offertur sacrificium ab ecclesia? Respondet Alex. ut infirmitati nostræ condescendens, nobis occasionem impatientię præcludat: & conseruata, uel reddita sanitate gratiarum actiones domino referamus. ¶ Secundum dubium circa presentem textum. Cum nostra donemus, & aliena reddamus: quomodo uota si sua sunt: reddunt fideles, & non potius donant. Et si reddunt, quomodo sua sunt, & non potius aliena? Respondet Inno. & Alex. Votum, & generaliter opus bonum, & hominis est, & dei; Dei propter auctoritatem gratiæ; Hominis propter libertatem arbitrij. Propter quod dicit apostolus. 1. Corin. 15. Non autem ego, sed gratia dei mecum. & 1. Cor. 3. Coadiutores sumus dei. Et hoc confirmat beatus Augustinus super illud Psal. Adiuua nos deus salutaris noster. dicens: Hoc uerbo ait, salutaris noster satis exponit: quam paupertatem uoluit intelligi in hoc, q̃ dixit. Quoniam pauperes sumus nimis. Ipsa quippe est infirmitas, cui salutaris est necessarius. Cum uerò

Psalm. Alber. Luc. 17. Sap. 16. Dan. 13. K Memento. 2. Cor. 12. Alexand. Innoc. 1. Cor. 15. 1. Cor. 3. August.

Si uirtus in infirmitate perficitur: quomõ oramus Deum pro sanitate impetranda.

adiuuare nos uult. nec ingratus est gratię: nec tollit liberum arbitriũ. Qui enim adiuuatur, ipse etiam perseipsum aliquid agit. Concordat magister lib. 2. dist. 27. dicens. Ex gratia incipiunt bona merita: & cum ex gratia sola esse dicuntur: non excluditur liberum arbitrium: quia nullũ meritũ est in homine, quod non fit per liberum arbitrium. ¶ Pro cuius intellectu aduertendum, ꝙ in actu meritorio duo est considerare. Primum est ipsa substantia siue realitas actus. Secundum acceptabilitas actus. Substantia actus est a libero arbitrio seu uoluntate simul & a gratia: quia gratia, & uoluntas sunt duæ causæ partiales, & una causa totalis actus illius. Voluntas tamen est causa principalior: quia uoluntas habet rationem potentiæ. Gratia rationem habitus. Potentia autem utitur habitu, & non econuerso. Et præterea ille actus liber dicitur quantum ad suum produci. Hæc autem libertas est a uoluntate: non a gratia, uel charitate: quia hæc est qualitas quædam naturaliter actiua, sicut calor in igne: uel alia qualitas quęcunq;. Ex quibus duobus surgit principalitas quo ad uoluntatem respectu substantiæ actus eliciti. Acceptabilitas autem ipsius actus meritorij similiter est a uoluntate, & etiam a charitate. Non enim actus quicunque a deo acceptatur in ordine ad beatitudinem conferendam, nisi sit liberè a uoluntate elicitus. Neq; tamen hoc sufficit: sed oportet, ꝙ hoc sit secundum inclinationem charitatis. Quæ quia ratio ponitur merendi, ipsa est causa principalior quo ad acceptabilitatem: & hoc ex ordinatione dei plus acceptantis actum: quia est a charitate inclinante: quam quia est a potentia elicitente: quamuis utrumq; requiratur. Et pro illo facit dictum beati Aug. in de li. ar. Gratia se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equũ. Idem in epistola ad Sixtum. Voluntate inquit, concomitante non præueniente, pedisequa nõ domina, homo meretur. Et ibidem. Quid est hominis meritũ ante gratiam: cum omne bonum meritum nostrũ nõ in nobis facit, nisi gratia? In quibus uerbis uidetur principalitatẽ in merito attribuere gratiæ: quamuis non secludat uoluntatem. Sunt ergo uota, & bona merita nostra, & dei. Nostra, ut dictum est ex lib. ar. Dei ex gratia ad ipsa inclinante. Congruè igitur dicitur: qui tibi reddunt uota, quasi tua ex gratia. Congruè etiam subiungitur uota sua ex uoluntate: quia quasi liberè elicita. Liberè enim exit uoluntas in opera talia, sicut in quæcunq; alia. Hinc ait propheta. Anima mea in manibus meis semper, quo ad operari: scilicet non quo ad esse: quia sic a solo deo est. Et illud Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem: & relinquit eum in manu consilij sui: adiecit ei mandata, & præcepta. Sequitur. Apposuit tibi aquam, & ignem ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita, & mors: bonũ, & malũ quod placuerit ei: dabitur illi. Ex quibus satis intelligi datur, ꝙ opera hominis in ipsius sunt potestate. ¶ Sequitur. Aeterno deo, uiuo, & uerò. Alex. Dij dicuntur, & homines, & dæmones, & simulacra, uel imagines: sed homines adoptione, dæmones usurpatione, imagines nuncupatione. Per adoptionem, ut ibi. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Psal. 81. & Exodi. 7. Moysi dictum est. Ecce constitui te deum pharaonis. Per usurpationem, ut ibi. Omnes dij gentium dæmonia. Hi deitatem sibi usurpant: hoc est gloriam deo debitam. Vnde Matt. 4. Sathan dixit Christo. Hæc omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me, scilicet latria adoratione, ut deum. & Esa. 14. In cœlũ conscendã super astra dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubiũ, similis ero altissimo. per nuncupationẽ appellantur deos opera manuum suarum: lapides scilicet, & ligna &c. de quibus.

Duo in actu meritorio considerantur.

L

Eccl. 15.

M

Alex.

Pſal. 81. & Exod. 7.

Pſal. 95.

Matth. 4.

Eſa. 14.

Nomen Dei attribuitur ẽt homini, Diabolo, & imaginibus: sed differenter.

Sap. 13. Psalm.

Sap. 13. Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellarunt deos opera manuum suarum. Et in psal. 113. Simulacra gentiũ argentum, & aurum opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Primi sunt ueri, & uiui: sed non æterni. Nam de eis dicitur psal. 81. Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Secundi sunt uiui: sed nec æterni, nec ueri. Non æterni: quia mutabiles: licet quo ad finis carentiam sunt perpetui. Aeternus enim esse non potest: nisi immutabilis tam substantialiter, quam accidentaliter. Nam secundum Boe. 5. de conso. prosa ultim. Aeternitas est interminabilis uitæ tota, & simul possessio. Quod soli deo conuenit: quia est quicquid esse potest nec tranſmutatione, aut uicissitudine uariatur. Iac. 1. Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Neq; ueri sunt, qui in ueritate non steterunt. Nam ab initio homicida erat, & in ueritate non steterit: & ueritas non est in eo. Tertij nec ueri sunt, nec uiui, nec æterni: quia nec ueritatis capaces: quia surdi, & muti. Nec sensu, ac intellectu præditi. nec incorruptibilitate dotati. Ad horum omnium exclusionem dicitur. Tibi deo æterno uiuo, & uerò. Solus enim deus per essentiam est deus æternus, uiuus, & uerus. Esa. 44. Absq; me non est deus: immo est æternitas ipsa uita, & ueritas. Cui neq; uita, neq; ueritas, neq; æternitas accidere potest: quia simplex, & incompositus: & nulli omnino componibilis. Ens omnino primum, & independens: ens necessarium, ens perfectissimum. Hinc ab alio esse non capit. De cuius æternitate dicitur 1. ad Tim. ulti. Qui solus habet immortalitatem. Glo. uera immortalitas uera est æternitas. De uita. 3. Reg. 17. Viuit deus in cuius conspectu sto. De ueritate. Rom. 3. Est autem deus uerax omnis homo mendax. ¶ Vel dicitur deo æterno uero, & uiuo, ad innuendũ q̃ tres personæ diuinæ operantur in hoc sacramento. Licet enim hæc tria appropriata personarum, æternitas, ueritas, uita sint communia omnibus tribus personis: quia æternus pater, æternus filius, æternus spiritussanctus. Sic uerus & uiuus pater, uerus & uiuus filius, uerus & uiuus spiritussanctus: tamen per appropriationem quandam æternitas patri attribuitur: quia principiũ est sine principio originante: de quo in symbolo Athanasij dicitur. Pater a nullo est: nec factus: nec creatus: nec genitus. Sunt autem a patre omnia: filius per generationem: spiritussanctus per spirationem, cætera cuncta per creationem. Veritas appropriatur filio: quia procedit per modum intellectus ut uerbum ad quem pertinet ueritas. Vnde & de seipso Io. 14. Ego sum ueritas. Et propheta de filio loquens ait. Veritas de terra orta est. Vita appropriatur spiritussancto: quia procedit per modum uoluntatis, ad quem specialem ordinem habet uita: ut dico spiritualis. Vnde in symbolo Niceno dicitur. Et in spiritumsanctum dominum uiuificantem. Operatur autem pater transsubstantiationem panis, & uini in corpus, & sanguinem Christi: quia hoc fieri non potest, nisi per infinitam potentiam, quæ patri appropriatur. Ordinat filius per sapientiam ut sint sub speciebus humano uisui conuenientibus, panis scilicet, & uini. Spiritussanctus confert, gratiam digne sumentibus per suam clementiam ut recte dicatur eucharistia: quod est interpretatum bona gratia. Et licet hæc obsecratio: ut dicit Inno. & Alex. specialiter dirigatur ad patrem propter auctoritatem principij: ut dictum est: secundum, q̃ ipse filius docet nos orare Matth. 6. Pater noster, qui es in cælis &c. Propter quod etiam in principio canonis dicitur. Te igitur clementissime pater per Iesum Christum dominum no. sup. rogamus, ac petimus. tamen individuæ tri-

Pſalm. Boe. Iacobi 1. Iohann. 8 Eſai. 44 1. Tim. vlt. 3. Reg. 17. Rom. 3. Athanaſ Iohann. 14. Innoc. & Alexand. Matth. 6.

Aeternitas quid.

Attributa diuina æternitas, veritas, vita, quõ appropriantur personis, & quibus.

N

nitati

nicati ſacrificium laudis offertur, tam ſcilicet patri, quam filio, quam ſpiritui ſancto: quorum ſicut indiuiſibilis eſt maieſtas: ſic & indiuiſibilis adoratio. iuxta quod ueritas dicit. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & ueritate. i. in filio & ſpiritu ſancto: quia pater eſſentialiter eſt in filio: & filius naturaliter in patre: &. ſſ. ſubſtantialiter in utroq;. ſecundum hoc ergo offertur laudis ſacrificium deo æterno. i. deo patri. deo uerò, id eſt deo filio: deo uiuo. i. deo. ſſ. qui licet ſint tres in perſonis: unus tamen ſunt deus in eſſentia, quę eſt indiuidua trinitas: cuius indiuiſa eſt adoratio: quę ſpecialiter in hoc ſacrificio exhibetur. Iohann. 4.

CVM QVIBVS SANCTIS COMMVNICAMVS.

LECTIO XXX.

Expoſitio comunicantes, & memoriam uenerantes.

COMMVNICANTES, & memoriã uenerantes. ¶ Hęc eſt pars ſecunda principalis totius canonis: in qua poſt petitionem benedictionis appoſitorum munerum pro tota eccleſia offerendorum in præcedente parte præmiſſa, ponitur ſanctorum inuocatio: quorum precibus, & meritis eorũdẽ donorum nobis a deo factam eſt collatio. Et diuiditur in duas partes. In prima ſanctorum commemoratio præmittitur. In ſecunda per eorum preces, & merita ſupplicatio ſubinfertur ibi: Quorum meritis. Prima pars ſubdiuiditur in particulas quattuor. In prima tangitur ſanctorum communis memoria uenerabiliter. In ſecunda fit memoria glorioſę uirginis Mariæ primò, & principaliter, ibi. In primis. In tertia exprimuntur quorundam apoſtolorũ & Martyrum nomina ſpecialiter, ibi: Sed & beatorum. In quarta additur omnium ſanctorum memoria generaliter, ibi. Et omnium ſanctorum tuorum. ¶ Circa primum dicitur. Communicantes. Pro cuius intellectu aduertendum ſecundum Inno. q̃ extra unitatem eccleſiæ non eſt locus offerendi ſacrificium unitatis. Ideo ſanctorum memoriam agimus in ſacrificio: quatenus in ipſorum oratione communionem habentes ſacrificium offeramus: Scriptum eſt enim. Alienigena non ueſcetur ex eis quoniam ſancta ſunt Leui. 22. (alias ibidem. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis) Ideo ſolũ illum ad eſum huius agni recipimus, qui noſtræ coniunctus eſt domui: vz. omnem domeſticum fidei a principe uſq; ad plebeium: a phariſeo, uſq; ad publicanum. Ex ſanctis autem, & fidelibus uiatoribus una domus, & eccleſia conſtat: ut ſupra habitum eſt. Ideo ut nõ rumpatur unitas, offerimus laudis ſacrificium cum ſanctis communicantes. Communicantes. ſ. in uſu, & oblatione huius ſacrificij cum ſanctis qui hoc ſacrificio medio ſalutem conſecuti ſunt: quoniam ipſum eſt uiaticum ad uitam æternam perducens. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, habet uitam æternam. Ioh. 6. Communicantes dixi in uſu: quia de ſanctis dicitur q̃ erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorũ, & in communicatione fractionis panis. Act. 2. Communicamus igitur cum ſanctis in hoc ſacrificio per continuationem. ſ. quia ab ipſis, dum uiuerent communionem, & uſum illius ſacrificij accepimus, & ipſorum patrocinio in ipſa perſeueramus. Vel communicantes in uia cum ſanctis ſecundum Innoc. in una fide, quam & ipſi uiatores habuerunt. Communicantes & in ſpe: quia quod ipſi ſperabant, & nos ſperamus. In patriâ uerò communicabi- A Innocent. Leuit. 22 Iohann. 6 Act. 2. Innocen.

mus ſanctis per rem quam ipſi habent: quando ea & nos habebimus. Nos ſiquidem fidem habemus, & ſpem: ipſi uiſionem, & rem. Nos percurri
D. Albert. mus ſtadium: ipſi poſsident brauium. Nos pugnamus in uia: ipſi triumphant in patria. Vel ſecundum dominum Alber. Communicamus cum ſanctis in ſacramento altaris: quia quod illi percipiunt in rei ueritate: nos frequentamus in ſacramẽtali ſpecie. Communio enim eſt perceptio unius, & eiuſdem, in quo uniuntur, qui communicant, quamuis diuerſi diuerſimo de' illud unum participent. Sic enim in ſymbolo dicimus. Credo ſanctorum communionem. Et apoſtolus Heb. 13. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promereretur deus. ¶ Sequitur. Et
Hebr. 3. B memoriam uenerantes. Semper ueneranda eſt ſanctorum memoria. Et quamuis multis de cauſis commemorationem ſanctorum peragit eccleſia: una tamen ſufficit ad noſtrum propoſitum, quæ eſt ut nos fragiles, & mortales, ſanctos immortales uenerantes: ipſiſq; nos commendantes, meream ipſorum meritis, & precibus adiuuari, quatenus ad deum plene glorificandum eorum ſocietati coniugamur. ut ſecundum Inno. Memoriam apoſtolorum & martyrum: & præcipuè uirginis gloriosæ: ut ipſorum ſuffragio de fide perducamur ad uiſionem: de ſpe ad rem: de ſtadio ad brauium: de uia tranſeamus ad patriam. ¶ Et dicit Alex. In hac commemoratione ſanctorum obſeruat eccleſia, quod antiquitus fieri ſolebat: ut in orationibus patrum memoria recoleretur, quatenus eorum meritis ſuffragantibus facilius, quod petebant, impetrarent. Sic Moyſes, pro populo peccante intercedens inquit. Recordare Abraam, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum. Exod. 32. Et poſt pauca ſequitur. Placatuſq; eſt dominus. Sic Azarias in fornace ſuccenſa. Ne auferas inquit, miſericordiam tuam a nobis domine deus noſter, propter Abraam dilectum tuum, & Iſaac ſeruũ tuum: & Iacob ſanctum tuum. Daniel. 3. Dominus quoq; dixit ad Salomonem. Scindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo, ueruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrẽ tuum. De manu filij tui ſcindam illud: nec totum regnum auferam: ſed tribum unam dabo filio tuo, propter Dauid ſeruũ meum, & Hieruſalem, quam elegi. 3. Reg. 11. Multis quidem patrum merita filijs ſuffragantur. Vnde cum Ezechias diuinum poſtularet auxilium: audiuit. Protegam urbem iſtam, & propter me: & propter Dauid ſeruũ meum. 4. Reg 20. Non tamen inuocantur ſancti tã quam datores bonorum, pro quibus oramus, ſed ut interceſſores apud dominum, ut eorum precibus adiuuemur ad conſecutionem eius, quod poſtulamus. ¶ Sed circa hunc textum noſtri canonis, quo ſanctorum implorantur auxilia, tres occurrunt dubitationes. ¶ Prima utrum ſancti in patria orent pro nobis exiſtentibus in uia. ¶ Secunda cum deus per ſuã æternam prouidentiam, & omnia nouit futura, & immutabiliter diſpoſuit facienda, ad quid proſunt ſanctorum orationes, quibus deum nec informare, nec a ſtatuto poſſunt ordine immutare. ¶ Tertia cum ſancti a nobis diſtantia longiſsima ſeiuncti ſunt, quomodo orationes, & clamores noſtros, percipiunt. Circa materiam primæ quæſtionis ſuit hæreſis quorundam nimia temeritate, omnium ſanctorum cultum penitus tollere uolentium, qui nullum ſanctis honorem impendi debere muſsitabant, neq; preces ullas ad eos dirigi; ſed nec eorum reliquias uenerari. Huius autor, & hæreſiarcha primo fuit Iouinianus & Eunomius, & poſt hos Vigilantius. Quem errorem cum ſuis autoribus beatus Hiero. in epiſtola ſiue libello, quem contra Vigilantium quem dormitantium nominat, ſcripſit, egregiè recitat, & confutat. Tenuit itaq; uigilantius hæreticus, q; ſancti in patria

Sanctorum memoriam habet eccleſia, & quare.

Vtrum ſanctí in patria orent pro nobis exiſtẽtibus in uia.

pro

pro nobis non orant: immo nullius mortui pro alio exaudiendam fore orationem. Et ideo frustra nos ad sanctos clamare prædicauit: ac eorum patrocinia implorare: sed uniuersorum preces; orationesq; ad solum deum dirigendas esse asserebat. Ac pro suo errore duabus uijs argumentabatur scilicet, ex diuina perfectione, & ex sanctorum statu & conditione. ¶ Ex primo sic. Nam orando principaliter petimus uitam æternam & alia dumtaxat in quantum ad illam consequêdam ordinantur: ut gratiã & uitę sanctitatem ut docet beatus Aug. ad probã de orando deum. Solus autẽ deus est, qui beatificat: solus, qui gratiã infundit, qua nos in uia sanctificat: secũdũ illud ps. Gratiã, & gloriam dabit dñs. Ideo ad horũ consecutionẽ frustra sancti imploranturs qui neq; gloriã: neq; gratiã, quæ a solo deo creantur, & infunduntur: nobis tribuere possunt: quippe ad terminum creationis nullã creatura habere penitus potest actuitatem. ¶ Deniq; quid opus est sanctos inuocare pro quocunq; perpetuo, uel tẽporali consequendo: cum deus omnia solus dare sufficiat: quia omnipotens. Omnia dare uelit: quia liberalissimus, & clemens plus non amans, quã sanctorum singuli, immo quam pariter uniuersi: quã suã dilectionẽ: ut Ioh. 3. dicitur: in hoc ostendit deus pater: quia filium suũ unigenitũ dedit: nec pepercit illũ pro nobis tradere in mortẽ ignominiosissimã: mortẽ. s. crucis: & quia filiũ tradidit: quomodo nõ omnia cũ illo nobis donauit: ut dicit apostolus ad Ro. 8. Iniuria ergo quædam dei uidetur ad sanctos recurrere in his, quæ dñs ipse paratissimus, est donare. Maximẽ cũ frequenter dominus sub iuramenti attestatione promisit omnia se daturum, quæ ab ipso fideliter peterentur. Amen amen dico uobis (ait apostolis Ioh. 16.) si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Immo ad petẽdũ nos excitat. Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis; pulsate, & aperietur uobis. Lu. 11. & Math. 21. Omnia quæcũq; petieritis in orationem credentes, accipietis. Neq; credendũ est sanctos misericordiores fore, & ad ueniã promptiores, quam dñs ipse misericordiarũ pater, & deus totius consolationis, ac fons ipse gratiarũ. 2 Cor. 1. ¶ Ex secundo. s. statu, & conditione sanctorũ sic arguunt. Sancti nobis auxiliari nec meritis possunt: nec precibus. Et non ponitur alius subuentionis modus a sanctis, & doctoribus. Non meritis: quia neq; præteritis: neq; recentibus: nam pro præteritis iam sufficienter præmiantur: secundum illud Apoca. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Nec putandũ: q; præmiũ meritis præcedentibus sanctorũ correspondens diuidatur; & sanctis, quæ meruerunt, pars cedat: & pars eis, pro quibus orant: reseruetur. Nã unusquisq; quodcunq; fecerit bonum, recipiet a dño. ad Ephe. 6. & Psal. 61. Tu reddes unicuiq; iuxta opera sua. Deniq; si non plenum secundum merita sua præmium sancti respicerent ubi promissio domini? Mensuram bonam, conferram, coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum uestrũ. Lu. 6. Immo quilibet sanctorum longe amplius præmiatur, quam meruit a domino. Cuius misericordia semper sicut punit citra condignum (ut dicit Aug. sermo. 5. ad fratres de heremo) ita & præmiat ultra condignum. Non ergo uidetur, aiunt illi: q; sanctorum merita, quorum retributionẽ plenissimam receperunt: aliis proficiant: ut eis horum intuitu noua bona conferantur. Sicut enim diuina iustitia non punit bis in idipsum. Naum. 1. Non consurget tribulatio duplex: ita nec diuina misericordia bis præmiat idem meritum. Recentia quoq; merita quibus aliquid de nouo mereantur, non habent: quia statum meriti excesserunt: quippe in termino sunt, non in uia: non cucurrunt in stadio: sed brauium acceperunt: cursum merendi consummarunt, fruuntur reposita iustitiæ

Opiniones hæreticorũ, & eorũ motiua quod non.

D

Augus.

Iohan. 3.

Rom. 8.

Iohan. 16.

Luc. 11. Matth. 21.

2. Cor. 1.

Apoc. 14.

Ephes. 6. Psal. 61.

Luc. 6.

Augus.

iam corona. ¶ Et per hoc uidetur probari posse, q̃ non orant pro nobis: quia oratio est opus maximè meritorium. Ipsi autem nunc mereri non possunt: igitur nec orare. ¶ Et ex alio idem arguitur. Aut uident deum uelle conferre illud, pro quo orant: & sic frustra fundunt preces: cum uideant deũ infallibiliter collaturum, quod affectant. Si uerò uiderint deũ aut nolle, aut non uelle conferre: nequaquam orabunt: quoniam per omnia cõcordant diuinæ uoluntati: nec unquam petunt, aut desiderant fieri, quod deum non facturũ recognoscunt. His & similibus rationibus decepti sunt dicti hæretici. Decipiuntur & nũc nonnulli nostro tẽpore Christiani.

E Ideo primo oñenda est ueritas. Secundo argumenta hæc sophistica sunt soluenda. ¶ Credendum est igitur firmiter, & nullatenus dubitandum sanctos in patria pro nobis intercedere: nobisq; suffragari merito, & prece, siue uoto. Merito dum præcedentia eorum merita nobis suffragantur. Et prece, uel affectu, dum nostra uota a dño cupiunt impleri. Et in hoc orãt pro nobis desiderio, non uoce: dum affectuosè desiderant hæc uel illa nobis à domino concedi intuitu suorum meritorum, uel affectuũ. Hæc est sententia magistri in 4. dist. 45. Quæ ueritas auctoritate ostenditur, & ratione. Auctoritate utriusq; testamenti ue. & no. simul & sanctorum patrũ. Multa enim contulisse dominum uiuentibus propter merita patrum dormientium & in sinu Abrahæ quiescentium, est ue. testa. historia. Vnde ait ad Isaac dominus Genes. 26. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: daboq; posteris tuis uniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ: eo q̃ obedierit Abraam uoci meæ, & custodierit præcepta, & mãdata mea: & cerimonias, legesq; seruauerit. Et sequitur. Noli timere: quia ego tecum sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraam. Ideoq; frequenter dominus facturus, beneficia posteris commemorat se deum Abraam Isaac, & Iacob: ut patet Exo. 3. & in plerisq; locis alijs. Faciunt ad illud supra allegata. Norunt hæc certissimè patres ue. te. eapropter cum orabant dominum nostrum: patrum merita recensebant, ut sic eorum suffragantibus meritis facilius audirentur. Ipsos deniq; pro nobis intercedere, & orare expressius eadem pagina testatur. Nam dominus uolens Hieremiæ ostendere, q̃ peccatis populi exigenti exaudiendus non esset pro populo ait Hiere. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istũ. Quasi diceret. Si hi, qui te maiores sunt: orarent pro populo illo, non audirem: quantò minus te. Sed nihil esset dictũ, si non aliquando sancti pro populo orarent, nec orare possent. Simile esset, ac si diceret. Si lapides intercederẽt, non audirem: nec te exaudiam. Præsupponit igitur dominus Moysen & Samuelem aliquando pro populo orare. Item. 2. Mach. ul. dicitur de propheta Hieremia dudum defuncto. Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro uniuersa sancta ciuitate Hierusalem: Hieremias propheta Dei. Quodque exaudita fuerit eius oratio: ex eo, quod sequitur: manifestum est. Sequitur enim. Et extendit hieremias dexteram: & dedit Iudæ gladium, dicẽs. Accipe sanctum gladium aureum munus a deo in quo deijcies aduersarios

F populi mei israel. ¶ Ex nouo etiam testamento ad idem proferri possunt testimonia. Nam saluator noster sanctusſanctorum, & beatissimus beatorum secundum assumptam humanitatis naturam pro nobis orat in cœlo ad patrem sicut apostulus ait Rom. 8. Quia & Christus Iesus etiam interpellat pro nobis. Itẽ ad Hebre. 7. Iesus sempiternum habet sacerdotium unde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad deum

Cõcluditur quòd sic, ut probatur multipliciter.

Gene. 26.

Conc. Trid. sess. 25. cap. de Inuocatione sanctorum.

Exod. 3.

Ex ueteri testamento.

Hiere. 15.

Mach. ult.

Ex nouo testamento testimonia sanctos pro nobis orare.

Rom. 8.

Heb. 7.

uiuens

uiuens ad interpellandū pro nobis. Iohan. quoq; in prima cano. ca. 2. ait. Hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Cum ergo Christus caput nostrum pro nobis intercedit apud patrem: cur hoc non de membris eius (beatis scilicet) credamus: Maxime cum hæreticorum argumenta magis locum habere uideantur in Christo: quam in sanctis: tantò utiq; magis quo beatior, & patris uoluntatem clarius recognoscit. ¶ Intercedit autem pro nobis Christus, non secundum naturam diuinam secundum quam æqualis patri cum eo condonat petita: sed secundum humanam, secundum quam minor est patre: & meruit in omnibus exaudiri. Nec dubium sanctos eum in hoc imitari in cęlis, sicut eum imitati sunt fideliter hic in terris. ¶ Probatur auctorum. sanctorum: nam Hiero. contra Vigilantium scribens acerrime eum reprehendit: eo ꝙ sanctos negauit pro nobis orare. Aug. etiam de uerbis apostoli ait. Iniuria est pro martyre in ecclesia orare, cuius debemus orationibus commendari. Et iterum loquens de purgandis in consummatione seculi morientibus. Estimo inquit, eum quasi per ignem transeuntem saluari meritis, & intercessionibus cęlestis ecclesiæ, qui pro fidelibus semper intercedit, donec impleatur Christus, scilicet in membris suis. Sanctus quoq; Iohannes Damas. in suo. 4. sententiarum ait. Si quis multum laborat ducem inuenire, qui ipsum alicui mortali regi adducat: & pro eo ad ipsum uerbum faciat: quantò magis sancti dei duces generis humani, qui pro nobis ad deum interpellationes faciant: quærendi sunt, & honorandi. ¶ Superfluum puto adducere Ambrosium, Gregorium Bedam, Bern. Magistrum, cæteroſq; innumeros in re tam manifesta: cum ecclesiæ uniuersalis ritus, & doctrina uetustissimi nos doceant sanctos uenerabiliter inuocare: cuius excellentissima est auctoritas: a qua dissentire catholico fas non erit. ¶ Potest idem ratione breuiter ostendi. Nam quanto quis ex charitate proximum magis diligit: eo amplius ei salutem a deo conferre desiderat. Longe autem sancti in cælo magis diligunt nos quam existentes in terris. Nam charitas non excidit in cælo: sed perficitur, & consummatur. Salutem autem alteri desiderare a deo, est pro eo intercedere: ut dictum est. Item constituti in terris iubemur multiplici scripturæ exhortatione pro nobis mutuò orare: sicut ait Iacobi. 5. Orate pro inuicem, ut saluemini. Quod & sollicite fecerunt apostoli: nam ardentissime pro alijs orauerunt: & aliorum orationes pro se fieri postulabant: ut patet transcurrenti epistolas pauli. & recte quoniam teste Iacobo ubi supra. Multum ualet deprecatio iusti assidua. Multum per omnem modum: quoniam orauit unus homo Moyses, & sexcentis milibus pugnatorum ueniam impetrauit: Orauit Helias, & cęlum clausit, ne plueret annis tribus, & mensibus sex. Rursus orauit, & pluuiam largissimam arentibus, terræ & homin bus impetrauit. 3. Reg. 17. & 18. & Iacobi. 5. Sed & dominus amicis Iob, qui recta locuti non fuerant: præcepti, ut ad Iob se conferrent: petentes quatenus pro eis offerret sacrificium, & oraret: ut non imputaretur eis stultitia eorum. Sic Stephanus orans pro persecutoribus, Paulo conuersionem impetrauit. Et Paulus orans 276. suis connauigantibus uitæ præsidio fuit. Et sic est uidere innumeris, qui in carne uiuentes, alijs orando beneficia plurima impetrarunt. ¶ Et mira hæreticorum hebetudo: cum uiuos pro se fructuose orare concedunt: utpote coacti apertissimis utriusq; legis testimonijs, id ipsum negent de beatis, qui certissime apud deum potentiores sunt esse

Augus.

1. Corin. 13.

Exo. 33.

Act. 27.

G Probatur ratione.

H Hæreticorū excitas.

cti, quo præsentiores, ac beatiores: dicente domino de eis. Qui minor est in regno cęlorum maior est illo, scilicet Iohanne baptista. Matt. 11. Si ergo adhuc in carne infirmi, & mutabiles in uia constituti: & ideo pro seipsis solliciti orationibus suis cæteris profuerunt: quantò magis fortes facti salutis suę securi: in patria ciues, & domestici dei constituti: in charitate quoq; fraterna consummati, pro fratribus in uia relictis instanter, & utiliter uotis, & meritis perorabunt. ¶ Hanc rationem beatus Hiero. contra uigilantium tangit, cum ait. Apostoli, & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris: quando pro se adhuc debent esse solliciti: quantò magis post coronas, & triumphos. Orauerunt in uia existentes: & postquam cum Christo esse ceperunt, minus ualebunt. Tunc ora clausuri sunt: & pro his, qui in toto mundo euangelio crediderunt, muti re non potuerunt? Quasi diceret. Nullo modo hoc credendum est. Et beatus Bern. in sermone de uigil. apostolorum Petri, & Pauli. Qui potens erat, inquit, in terra: potentior est in cęlis ante faciem domini dei sui. Si enim dum adhuc uiueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tantò amplius, quantò uerius cognoscit miserias nostras: orat pro nobis patrem: quia illa beata patria charitatem eius non minuit: sed augmentauit. Et similia multa ponit in scriptis suis. ¶ Demum ex facto eadem ueritas non tam colligitur, quá palam oculis exhibetur. Quis dinumerare sufficit quanta beneficia præstita sunt in terris ad deuoram sanctorum inuocationem, & reliquiarum uenerationem? Quod si non sufficiant probatissimæ hystoriæ, fides adhibeatur beato Aug. 22. de ci. dei. c. 8. ubi. 25. miracula recitat, quibus ipse ut plurimum intererat: inter quæ & mortuorum suscitationem connumerat: quæ martyrum intercessione a domino sunt exhibita. Neq; deus, qui erroris autor esse non potest: talia præstaret malè petentibus, his scilicet, qui sanctos inuocarent: si inuocandi non essent. Operosissima deniq; ecclesiarum, & monasteriorú ædificia in memoriam sanctorum propter impensa mortalibus beneficia eorum auxilia petentibus constructa prædictæ testimoniom perhibent ueritati. Vnde manifestum est, quam temeraria ac blasphema est hæresis eam negantium. Qui cum honorem gloriosæ uirgini, omnibusq; patriarchis, prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus uirginibus, continentibus, omnibusq; debitum electis tollere conantur: etiam dominum qui in sanctis suis, in quibus tot operatur mirabilia, laudatur: impiè nõ desinunt blasphemare. ¶ Per hoc ad rationes pro hæresi inductas. Ad primam. dum arguunt ex diuina perfectione, propter quam solus deus beatificat in patria & gratificat in uia. Dicendum, ꝙ licet deus solus gloriam donet, & gratiam creet: nec sancti effectiuè concurrant concreando: possint tamen concurrere impetrando, & orando: ut deus beatificet. uel gratificet: sine quorum oratione, tali, pro quo oratur, nec beatitudinem conferret: nec gratiam, sicut amicus principis impetrat quandoq; alteri donum a principe, respectu cuius tamen impetrans nullam habet actiuitatem: quod nihil ominus princeps non daret: nisi amicus talis orádo impetraret. Non ergo frustra imploramus sanctos, quos non ut creatores gratiæ, siue beatificatores inuocamus: sed ut mediatores, quorũ meritis, & intuitu nobis deus cõferat, quæ ex nostris accipere sumus minus digni. ¶ Et ꝙ cõsequenter arguũt. Deũ solũ ad omnia cõcedenda sufficere &c. Nihil cõcludũt. Deus. n. omnia efficere, & præstare potest sine concursu cuiuscunq; causæ secundæ in genere causę efficientis: non sua necessitate, uel indigentia: sed gratiosa, & suaui uoluntate admittit concursum creaturæ concausantis in mul-

Hęreticorũ cęcitas.

Facto probatur.

Conc. Trid. loco citato de reliquiis.

Respõdetur ad Hæreticorum argumenta.

tis actionibus suis. Quandoq; ad terminū i ipsum productionis: ut in generatione naturali, puta ignis ex igne &c. Quandoq; ad dispositionem eius, quod recipit effectum productum per creationem: ut in productione hominis patre, & matre licet ad animæ creationem naturalis uirtus parentū non attingat actiua: sed tñ ad materiæ dispositionē, corporis. s. formationē, cui anima infundenda est: quæ a solo deo creatur: quo tñ corpore non formato nullatenus anima a deo crearetur. Quandoq; ad mediandū inter se deum datorē, & hominē accipientem. Sic Moyses (Deut. 5.) sequentē, & medius fuit inter deū, & populum: ut sic suauiter inferiora reducat ad superiora per media: ut dicit Diony. de ang. hier. c. 4. Sic ergo inferiores talis ordinis angelos illuminat per superiores: & nonnunquam per angelos homines: ita placuit uiatores ad se reducere mediantibus intercessione, & auxilio beatorum. Nec ita agendo minus diligit, quam sanctī, ut hæretici assumunt: sed ex summa, & ordinatissima charitate hæc ita disponit sua sapientia infinita: qua non solum fortiter, ac potenter: sed etiam suauiter omnia prout nouit unicuiq; conuenire ministrando, a fine usq; in finem attingit. Sap. 8.

Ostenditur deum dare gratiam, & gloriā ad p̄ces sanctorū alias nō daturus.

Magna quippe dignitas creaturæ, & magnæ charitatis indicium in creatore est, q̄ suis amicis hanc contulit potestatem, ut auxilio eis esse possint ad salutem: qui huius de sua indignitate minus sunt capaces. Sicut est uidere in humana republica: in qua rex quod dare uult, uult nōnúquā per intercessionem alicuius dare alicui, qui non esset statim dignus exaudiri. Peccatoribus denīq; singularis est consolatio, qui ad sanctorum interpellationem quandoq; magis animantur, quam iudicis: quorum etiam sanctitatis defectum supplere potest probitas aliena. Sic loquitur beatus Bern. in sermone de beata uirgine, cuius principium est. Signum magnum. circa principium. Prudentissimus, & clementissimus artifex: quod quassatū fuerat, non confregit: sed utilius omnino refecit, ut uidelicet nouū Adā formaret ex ueteri: & Euam transfunderet in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus: siquidē & nūc omnis nostra sufficientia ex ipso est: sed nobis bonum nō erat hominē esse solū. Et sequitur. Fidelis plane, & præpotēs mediator dei, & hominū homo Christus Iesus: sed diuinam in eo uerentur homines maiestatem. Absorpta uidetur in deitatem humanitas: non q̄ sit mutata substantia. sed affectio deificata. Non sola cantatur illi misericordia: cantatur pariter, & iudicium. Quia etsi didicerit ex his, quæ passus est compassionem, ut misericors fieret: habet tamen & iudiciariam potestatē. Denīq; deus noster ignis consumens est. Quidni uereatur peccator accedere: ne quemadmodum fluit cera a facie ignis: sic pereat ipse a facie dei. Opus est ergo mediatore ad mediatorem istum: nec alter nobis utilior, quam Maria. Hæc ille. ¶ De eo, quod arguunt ex statu, & conditione sanctorum, dicitur q̄ nobis subueniunt meritis, & uoto, siue præce. Meritis de eo præteritis, & recentibus. Præteritis, meruerunt enim in uia, ut bona cōferantur non modo sibi, sed & alijs. Cum enim meritum nihil aliud est, quam aliquid acceptatum ab aliquo in ordine ad bonum retribuendū alicui. Summa aūt dei liberalitas opera bona sanctorum in uia existentium facta ad honorem dei acceptauit, ut non solū ad summa bona sanctis retribuenda, etiam longe huismodi merita excedentia: sed etiam ad multa bona in uia, uel patria alijs tribuenda: qui per nouum uoluntatis actum illud bonum sibi applicant, & faciunt quasi suum: ita q̄ summa dei liberalitas non solum minori bono tribuit maius bonum: sed etiam plura bona: dum meritum non solum merenti, sed & alij ad ipsum recurrentibus proficiat. Sententia est Scot. distinctio. 18. lib. 3. Sic est uide-

Sap. 8.

R. Bernar.

Meritum quid.

Licet omnia possit a seipso efficere nulle tñ creaturā concaussare.

Scot.

re in simili nam princeps aliquis militem propter actum strenuum, & multum sibi gratum non solum abūdanter remunerat: sed etiam propter eius fauorem aut preces, alijs beneficia impendit. Sic Nabuchodonosor nedum Danielem somnium, quod aufugerat sibi narrantem, fideliterq; interpretantem in sublime exulit: munera multa, & magna dedit: & super omnes prouincias Babylonis principem, ac magistratum, & præfectum constituit super cunctos sapientes, quo utiq; eum liberaliter, & magnificè remunerauit. Sed etiam ad netbum eius socios suos Misac, Sydrach, & Abdenago præfecit super opera prouinciæ Babilonis: ut habetur Daniel. 2. Daniel. 2.
Itaq; sancti plenissime, & liberaliter a domino recipiunt longe plus, quam meruerunt: puta pro actu, uel passione horaria bonum sempiternum: & pro merito finito, præmium obiectiuè infinitum, summum scilicet bonum: nihilominus tamen dominus in tantam sui eos recepit amicitiam: ut etiam beneficia donare uelit alijs ad ipsos sanctos recurrentibus. Nec propter quoscunq;, aut quotcunq;, quibus sanctorum succurrunt merita: minus sanctis retribuit: ut isti falso imaginantur. Nec est simile quod adducunt de diuina iustitia & misericordia quæ punit citra condignum: nec punit bis in idipsum, ad bonum intellectum, quem tradit magister d stin. 15. lib. 4. Sed misericordia præmiat ultra condignum: ideo non solum maiora: sed etiam plura bona retribuit: ut dictum est. Hinc scribitur Exo. 20. Exo. 20.
Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes uisitans iniquitates patrum in filios in tres, & quattuor generationes eorum, qui oderunt me: & faciès misericordias in milia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Sic plenissimè Abraam remuneratur pro obedientia, quia filium obtulit: & tamen multa propter hanc promisit dominus, & exhibuit semini eius. Gen. 22. Gen. 22.
Ita de Dauid & plerisq; alijs. ¶ Subueniunt etiam nobis sancti in patria recentibus meritis: Nam oratione sua licet non sibi: tamen nobis M
merentur beneficia. Oratio enim sua dispositio est de congruo: ut propter eam deus concedat id, quod impetrat illi, cui per e: & ita est meritū non sancti pro se: sed illi, cui redditur id, quod huic orationi quasi pro præmio proximo correspondet: ut dicit Scotus in 4. dist. 45. q. 4. Scot.
Nec est inconueniens, q; aliquis existens in termino, quo ad se, per orationem suam alteri mereatur: ut ibidem dicit. Per hoc soluitur: quod subijciunt, q; quia oratio est opus meritorium, non conuenit sanctis in patria. Oratio enim nostra nunc duplicem habet effectum. Vnum: quia est meritoria oranti: immo opus ualde meritorium. Alium, quia ex quo specialiter dirigitur pro alio: meritoria est illi, pro quo offertur. Primo modo beati non habent orationem eis meritoriam: nec oratio eorum habet primum effectum: sed secundo modo est meritoria. Siquidem rationabile est: q; beatus uelit merita sua illi ualere ad salutem: qui ipsum specialiter inuocat: & sibi desiderat per illa merita subueniri. Sanctos autem hoc desiderare, & uelle, ac suum desiderium deo ea intentione offerre, ut ab ipso habeatur acceptum ad huiusmodi effectum, est orare mentaliter sanctorū. Et hæc oratio (ut dicit Scotus ubi supra) non repugnat beatitudini: quia bene potest aliquis beatitudinem summam adeptus, uelle, ut per sua merita, per quę illam perfectionem attigit, alios per suam orationem attingat: ita ut sua merita non sibi tantum propria; sed & alijs de beneficentia dei profint. Sic posset aliquis summum gradum adeptus in amicitia regis, per aliqua obsequia uelle orare pro alijs: non ut per orationem huiusmodi ad maiorem gradum amicitiæ attingat: sed ut illa merita, per quæ ad illum gradum attigit: alijs ad ea recurrentibus succurrat: suppositā libera-

Sancti nobis succurrunt merito, et precibus.

litate

litate regis acceptantis illa. non tantum pro illo: sed etiam pro alijs. Et per hoc patet, quomodo oratione nobis auxiliantur. ¶ Quod uerò ultimò arguunt, quærendo an uideant deum exaudire uelle, uel non, neutrum dare oportet nedum de finali salute eius, pro quo orant; sed nec de suæ orationis exauditione. Nec oportet, ꝙ si deus reuelet beato Petro Iohannem petere saluari, ꝙ reuelet sibi Iohannem saluandum, aut orationem suam pro Iohanne exaudiendam, uel non. Vnde si non reuelatur: potest Petrus orare, & expectare effectum. Si autem reuelaretur Petro determinatè, ꝙ deus nollet effectum istum præstare Petrus non oraret. Si uerò reuelatur, ꝙ exaudietur, orabit Petrus: & non frustra: quia sicut deus uult Iohannem saluare: ita uult per determinata media, ut pote per orationem talis sancti ipsum consequi salutem. Non ergo sanctorum intercessione prædestinatio mutatur: sed illud impetratur, quod ad eorum precem conferri ordinatum est ab æterno, ut uult beatus Greg. li. 1. dial. c. 20. ¶ Ex quibus patet preces nostras, spemq; consequendæ beatitudinis per mediatores sanctos in cœlo inanes non esse: sed ordine a deo instituto nos ad eorum auxilia confugere debere, ac debita ueneratione eos semper implorare, ut saluemur eorum meritis, atq; uotis. Vnde & fidèter ad sanctorũ preces recurrere, deo placere credendum est: cui sanctorum honoratio, & ueneratio est accepta. Quicquid enim obsequij, & honoris eis impenditur: deo impenditur, qui sic ipsos fecit glorioſos, eapropter non parum honorant deum, & sanctos: qui ipsorum implorant auxilium apud deũ misericordiam. Magnificè siquidem de ipsorum gloria sentiunt: qui eos tantæ gratiæ apud deum esse credunt, ꝙ suffragari nobis uiatoribus possunt. In quo & deus summè laudatur de misericordia: & ipsius summa magnificentia, qua constituit suos famulos, & amicos in tanta: ut succurrere possint cæteris, potestate.

Sãctos inuocare est deũ honorare & magnificum prędicare.

N

Iohan. Iohan. Iohan.

Grego.

DE VTILITATIBVS ORATIONVM sanctorum.

LECTIO XXXI.

SOLVTA quæstione prima, restat respondere ad sequentes duas: quarum altera fuit. Cum deus per suã æternam prouidentiam, & omnia nouit: & immutabiliter facienda disposuit: ad quid prosunt sanctorum orationes, quibus deum nec informare: nec a statuto possunt ordine immutare. Hæc quæstio partim ex priori pendet: & rationem dubij innuit, quia deus immutabilis est: & nihil ignorat. Ad quam respondetur per duas propositiones. Prima. Alio fine orandus est deus, alio fine orandus est homo. Prima pars patet: quia deus non est orandus quasi nostra oratione flectendus, aut quouis modo a suæ uoluntatis instituto immutandus est: quoniam simpliciter est immutabilis, neq; flecti potest de nolle in uelle, uel de uno uelle in aliud neq; aliquid de nouo uelle, quod non ab æterno uoluit. Orandus autem est deus, ut nosipsos excitemus orantes, & prouocemus ad deuotionem, & nostræ miserię compassionem. At econtra non ob aliud hominem rogamus, nisi ut ipsum ad misericordiam moueamus fine ergo contrario laborat intentio deum orando, & hominem deprecando, ibi quidem finis est

Quomodo deus orandus.

Guil.

immutatio orantis: hic eius cui deprecatio dirigitur. Vnde Guil. paris. in de rethorica diuina ca. 2. ponens differentiam inter oratorem spiritualē, & secularem, dicit. Orator secularis intendit orationem sua mouere iudicem, & inclinare in partem suam: ut. s. pro parte sua iudicet, & sententiet Orator uerò spiritualis per orationē suam, quam coram altissimo fundit: non intendit ipsum mouere, quem scit indubitanter in ultimitate stabilitatis immobilissimum: sed potius semetipsum uel a malo, in quo est in bonum: uel a bono in melius: quod est dicere. Quia intendit semetipsum facere idoneum per orationem: ut ei concedatur, quod impetrare intendit, ut si petimus liberationē a malo: quatenus intuitu ipsius petitionis malum a nobis deus auferat. Si petimus donationem alicuius boni: ut intuitu orationis efficiamur hæc accipere digni, & idonei. Non ut per illam orationem flectamus deum: ut hoc nobis conferat, quasi nunquam conferre uoluerit: & tunc primò uelle conferre incipiat: sed ab æterno hoc conferre disposuit: ad petitionem tamen nostrā factam, uel faciendam tpe certo. Secus est de homine qui petitionibus uincitur, ut hoc, uel illud faciat, quod nunquam facere disposuit: & ita de nouo incipiat uelle facere. Et quia uariē se habent iudices, secularis. s. & diuinus; uarieq; se habent oratores, hinc non incongrue secundum eundē, cōtrario modo causa nostra uertenda est coram deo, & coram homine. unde dicit. Confessio reatus in secularibus iudicijs reis obesse consueuit ad pœnam. Ante tribunal uerò dei miseratoris omnium, non solū nō obest ad pœnam: immo etiam prodest ad ueniam. Eo ipso coram deo causam nostram facimus meliorem, quo purius, & sincerius nosipsos condemnamus, nullā excusationem pretendentes: ira sane liberationem a morte spirituali cuius rei fueramus, deo facto propicio consequimur. Ista est lex, hoc est statutum in curia dei, quam promulgauit per os sapientis, dicens. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui confessus fuerit, & reliquerit ea misericordiam consequetur. Per hanc legem obtinuit in consistorio dei rex Dauid misericordiam, immo, quod plus est, per solum propositum confessionis, sicut ipsemet testatur dicens. Dixi, confitebor aduersum me iniusticiam meam domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Et sequitur. Amplius illa lex ore apostolico promulgata est. Si nosmetipsos dijudicaremus, non utiq; a domino iudicaremur. ¶ Contraria horum obseruari cernimus in curia forensi iudicis humani, ubi confessio, & accusatio suipsius de crimine, damnationē, & iudicium infert, etiam cum exterminatione uitæ corporalis. ¶ Oramus igitur ad deum, ut præmissum est; non ut mutet propositum ad nostram orationem; sed ut oratione nosipsos disponamus; & efficiamur idonei impetrare, quod petimus Volens itaq; deum tibi fore piū, & misericors. Est. n. durus, duris. pius, pijs. bonus, bonis, seuerus malis. Talem itaq; illum inuenies, qualis & tu fueris in tuis desiderijs, non quidem per mutabilitatem eius, sed per tuam. Volens insuper in curia suæ iustitiæ absolutionē cōsequi, teipsum accusabis, iudicabis, condenabis, & sic remissionem impetrabis: non per mutabilitatem sui, sed per mutationem tui. Cum. n. peccator incipit detestari peccatum, mutatur, quia habet in se detestationem, quam prius non habuit, si petit ipsorum delectionem, iterum mutatur, quia habet in se petitionem, quam prius non habuit. Deus autem delendo, uel remittendo peccatum non mutatur, quia nihil in se recipit, quod in ipso prius non fuit. Si namq; deus uult peccata orantis non imputare ad pœnam, nec punire ad eius detestationem, & petitionem, non incipit hoc de nouo uelle, sed ab æterno hoc uoluit non imputari, cum pro illo præca-

Orator secularis, & spiritualis multū differenter agūt in suis officijs.

Oramus deū non ut mutet propositum.

retur,

retur, & detestaretur. Sicut si ego statuerem in meipso inimico meo uelle remittere offensam ad suam supplicationem, quam futuram pro certo tempore ex reuelatione, uel qualitercunq; præuiderem, remittendo ad suam supplicationem, non mutarer pro tunc: quia nullum actum nouum in me haberem, quem prius non habui: sed ipse in se mutaretur de non petente in petentem. Suo modo ab æterno deus uidit petitionem hominis futuram, siue pro remissione peccatorum, siue pro impetratione alicuius alterius boni: & ad talem petitionem fiendam in tempore determinato, determinauit se ab æterno remissurum peccatum: uel collaturum illud bonũ quod peteretur: & hoc sine omni sua mutabilitate: quamuis hoc non sit sine
Prop.2. mutabilitate eius, qui petit. ¶ Secunda propositio. Per preces ad sanctos ut ipsi p nobis interpellent, fusas, nõ intẽdimus deum per eos quasi nescientem, quid nobis expediat, informare. Patet: quoniam non nescius est mi seriarum nostrarum, cuius oculis omnia aperta sunt, atq; nuda. ad Heb.
D 4. Vnde metrista quidam. Est nihil occultum, quod nesciat alta maiestas. Qui uidet est cælo, quicquid in orbe latet. ¶ Cur autem sanctos oramus tanquam mediatores satis lectione præcedenti dictum est, quibus tres sequentes addi possunt rationes. Prima propter nostram inopiam in merendo: quia enim adhuc in corpore mortali sumus constituti, quod aggrauat animam: & ad terram deprimit: non possumus attentamente opera bona, & merita feruencia exercere: ut igitur cum misericordia dominus iusticiam seruaret: uoluit, ut quibus merita propria non sufficiunt ad doni alicuius impetrationem, patrocinarentur, & succurrerent aliena. Secunda causa est sanctorum gloria. Nam ut ista cognoscatur per ipsos, decreuit facere mirabilia in corporibus, & per eos operari salutem in animabus: ut ex hoc in ipsorum laudes assurgere: & ad uitam eorundem imitatione alliceremur, qua ad eandem gloriam peruenire: & cum ipsis gaudio perfrui mereremur. Tertia causa propter dei reuerentiam: ut scilicet peccator, qui deum offendit: quasi non audiens in persona propria propter peccati scoriam, coram maiestate altissima pariter, & tremenda apparere, recurreret ad sanctos purissimos, & deo gratos, qui peccatoris preces altissimo
E præsentarent: easq; suis adiunctis meritis, & precibus magis redderent exaudibiles, placidas, atq; gratas. ¶ Tertia quæstio. Solutio tertiæ quæstionis,
Quæst.3. quæ quærit modum, quo sancti in cælis audiant nostras preces fusas in terris: ex eo pendet: quibus modis beati, qui a corpore seperati sunt: siue etiam in corporibus gloriosis deo assistunt, cognoscant preces nostras. Pro
August. cuius intellectu notandum, q̃ Aug. super Gen. ad litteram: distinguit duplicem cognitionem angelorum beatorum: scilicet matutinam, & uespertinam. Vnde exponens illud Gen. 1. Diuisit lucem a tenebris, appellauitq;
Gen.1. lucem diem, & tenebras noctem. Factumq; est uespere, & mane dies unus. Cognitionem angeli comparat diei, siue luci eiusdem: & ignorantiam nocti, uel tenebris. Vult ergo, quòd cognitio angeli dicatur dies. Et quia diei duæ sunt partes. Principium, quod dicitur mane: & finis, quod dicitur uespera. His comparat duplicem angeli cognitionem. Cognoscit enim angelus res, uel in creatore, siue in uerbo: aut in creatura siue cognoscat in seipso angelo per species concreatas: siue in propriis generibus per species a rebus receptas. Prima cognitio est supernaturalis, & beatifica & in lumine gloriæ. Secunda est naturalis in lumine naturæ. Prima cognitio est, qua in uerbo, & lumine gloriæ cognoscit beatificè, claré, & nudè diuinam essentiam, & creaturas in ipso tanquam in limpidissimo speculo, & exemplari immenso sibi relucentes: &

Cur oremus sanctos tanquã mediatores.

Cognitio angeli est duplex, Matutina, & uespertina.

hæc

hæc est perfectissima: sicut cognitio conclusionis cognitis principijs: siue hæc cognitio infundatur angelis beatis immediate a uerbo: siue eliciatur
F ab intellectu angelico lumine gloriæ eleuato. ¶ Secunda cognitio est, qua angelus in lumine naturæ i. naturali intellectu sui uirtute, & uiuacitate cognoscit res creatas, siue in seipso angelo: siue in ipsis rebus cognitis ad intellectum statim supra expressum. Et ex rebus sic cognitis, creatis, & factis ascendit ad cognitionem creatoris: secundum illud apostoli ad Rom. 1. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Quod licet a beato Bern. ser. 5. super Cant. exponatur de homine. Facit enim uim in uerbo, quo dicitur: a creatura mundi, non cœli. Vetum tamen est, & de creatura angelica: ut innuit glo. interli. di. ab homine non solum ab angelo. Et dicitur naturalis: quia ad ipsam sufficit natura cognoscitiui sine adminiculo alicuius doni supernaturalis: stante tamen adminiculo communis influentiæ dei. Vtraq; cognitionum inest obiectiue tam creatoris, quam creaturę. Nam prima cognitio, scilicet rerum in uerbo, una est, & indistincta, quæ cognoscitur uerbum, & relucentia in uerbo. Hac enim nude, & beatifice diuinam essentiam cognoscit: & omnia relucentia sibi in uerbo: nec relucentia sine uerbo. Et dico sibi quia licet omnia cognoscibilia reluceant in uerbo: non tamen oportet omnia cognoscibilia cognoscere cognito uerbo: alias tollerentur actus hierarchici: qui sunt: illuminare, purgare, perficere. Est enim uerbum quasi speculum uoluntarium, ostendens uidenti se quantum uoluerit, non quantũ relucet. Quæ ergo non ostendit se uidenti: non relucent illi. ¶ Et quamuis cognitio uerbi, & rerum in uno uerbo sit una: ipse tamen angelus distincte cognoscit uerbum, & quodlibet relucentium sibi in uerbo. Faciente hoc deo noticiam illam creante in angelo, & perfectione speculi. i. essentiæ repræsentantis omnia distincte. Nam & deus ipse unica cognitione & cognoscendi ratione: quæ est diuina essentia: perfectissime, & distinctissime omnia nouit. Longe ergo perfectius cognoscit angelus res in uerbo,
G quam in seipso: uel in genere rerum proprio. ¶ Secunda uerò cognitio multiplicatur secundum multiplicitatem obiectorum cognitorum: quoniam res in se, uel in proprio genere, quas distincte cognoscit: cognoscit distinctis cognitionibus. Sic alia cognitione distincte cognoscit se, & creaturas: & creatorem ex creaturis confuse, uel indistincte. Prima cognitio in uerbo uocatur matutina. Secunda dicitur uespertina. Matutina: quia est in uerbo, quod est principium rerum. Omnia per ipsum facta sunt. Ioh. 1. Vespertina dicitur secunda: quia est cognitio rerum in creatura, quæ inquantum est creatura: est in declinatione, & casu. Vnde non dicitur illa cognitio angeli matutina: ista uespertina propter admixtionem tenebrarum ignorantiæ: sicut lux matutina similiter, & uespertina admixta est tenebris: cum in angelorum cognitione nihil ignorantiæ sit admixtum: sed ex causa dicta. ¶ Sed di. cum cognitio rerum naturalis angeli sit duplex. s. rerum in seipso per species concreatas: & in genere proprio per species a rebus cognitis receptas: cur non ponitur triplex cognitio: uespertina, matutina, & meridiana: sicut sunt hæ tres partes diei, cui comparatur cognitio angelica. ¶ Solutio secundum Alex. de ales par. 2. q. 23. ar. 1. ℣, quia non potest angelus cognoscere res nisi in creatore, aut creaturis: ideo beatus Aug. distinxit tantum duplicem cognitionem angelorum. Et primam dixit cognitionem matutinam, quæ est in uerbo. Secundam, quę est in creatura: siue sit in ipso angelo: siue in proprio rerum genere, appellauit cognitionem uespertinam. Licet illa secunda sit duplex

Rom. 1.

Ber. Cant.

Cognitio angeli in uerbo.

Ioh. 1.

Alex.

Augus.

Cur non ponitur cognitio meridiana.

quarum

quarum una cognoscit rem per species concreatas etiam absentem, & non existentem, sed futuram. Alia tantum rem præsentem per species a rebus acceptas. Vnde ad Orosium ait. Aug. Ipsa creaturæ cognitio in semetipsa uespertina. quæ dei cognitione erat mane. Et idem in eodem. Scientia angelorum in seipsis: in comparatione ad scientiam, quæ est in uerbo, dicitur uespertina. ¶ Harum trium hæc est distinctio. Quoniam illa, quæ est in uerbo: nullo modo dependet a re creata: sed illa, quę est in angelo adminus dependet a forma, seu specie concreata ipsi angelo: quia intellectiua est plena formis, sed illa, quæ est rerum in proprijs generibus, a rebus creatis simpliciter dependet. Ex quo infert Alex. ꝙ illæ tres rationes cognoscendi secundum nobilitatem earum differunt. Nobilior enim est forma increata, quam concreata ipsi angelo, & concreata, quam forma a rebus accepta. Ratio enim cognoscendi in uerbo est ipsa diuina essentia, & non aliqua species media inter essentiam, & cognitionem. Sicut in secunda, & tertia, est aliquid representans medium inter cognitum, & cognitionem. Congrue ergo sola prima scilicet in uerbo dicitur matutina: quia in principio. Aliæ duæ uespertinæ, quia in creatura. Verum ꝙ Aug. matutinam quandoq; nominat diurnam. unde 11. de ciuita. de ca. 29. Illi, inquit, angeli sancti, non per uerba sonantia deum discunt: sed per ipsam præsentiam immutabilis ueritatis. hoc est uerbum eius unigenitum. Et ipsum uerbum, & patrem, & eorum spiritumsanctum: eamq; esse inseparabilem trinitatem: singulasq; in ea personas esse unam substantiam, & tamen omnes non tres deos esse: sed unum deum ita nouerunt: ut eis magis ista, quam nosipsi nobis cogniti sumus. Ipsam quoq; creaturam melius ibi, hoc est in sapientia dei, tanquam in arte, qua facta est: quam in ea ipsa sciunt: ac per hoc, & seipsos ibi melius: quam in seipsis: ueruntamen, & in seipsis sciunt. Facti sunt enim & aliud sunt, quam ille, qui fecit. Ibi ergo tanquam in diurna cognitione: in seipsis autem tanquam in uespertina. Multum enim differt utrum in ea ratione cognoscatur aliquid, secundum quam factum est an in seipso. Et sequitur. Omnia enim aliter in uerbo dei cognoscuntur ab angelis: ubi habent causas, rationesq; suas. i. secundum quas facta sunt incommutabiliter permanentes aliter in seipsis. Illic clariores: hic obscuriori cognitione uelut artis, atq; operum. Quæ tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem uenerationemq; referuntur, eamquam mane lucescit in omnibus oculis contemplantium. Item li. 4. super Gen. ad litteram Cognitio, quę est in uerbo ad diem pertinet, quæ est in seipsis, ad uesperam pertinet. ¶ Posset etiam non improbabiliter dici, ꝙ sicut lux solis meridiana omnium clarissima est: nec potest irreuberatis oculis intueri, ita uocabulum hoc cognitio meridiana, soli diuinæ cognitioni, qua deus in se omnia cognouit, lucidissime reseruatur. Ad cognitionem namq; sui, & omnium comprehensiuam, nullus creaturæ oculus accedere potest: dicente apostolo. 1. ad Tim. 6. Lucem habitat inaccessibilem. Illa ergo lucidissima cognitio diuina, sola meridiana merito nominatur. ¶ Et quæ dicta sunt de angelis: suo modo intelliguntur & de beatis animabus. Vnde magister in 4. dis. 45. ex cognitione angelorũ, similia argumentatur de beatis. ¶ Cognitione itaq; rerum in proprio genere possunt sancti cognoscere orationes nostras uocales: uim ad ipsas habent de beata approximationem, & præsentiam. Non enim intellectus creatus intelligit naturali cognitione saltem intuitiue quodcunq; intelligibile, quantumcunq; distans. Nam cum ad intuitiuam sui cognitionem obiectum coagat (secundum beatum Augustinum. 9. de trinitate ca. 12.

Differentia cognitionũ. H

Alex.

Augusti.

Cognitio Dei qua omnia in se lucidissimè cognoscit pôt dici meridiana. I

Qua cognitione sancti cognoscũt. K

Omnis

Omnis res, quamcunq; cognoscimus, congenerat in nobis notitiã sui. Ab utroq; enim notitia pariter a cognoscente, & cognito) non uidetur: q creatura agere possit ad suam cognitionem per infinitã distantiam. ¶ Quid autem de mentali oratione: an beatus, uel etiam angelus sufficienter prę sens uidere possit cogitationes mentis, & affectiones alterius: sunt opiniones apud doctores. Sunt enim qui dicunt: q mentis cogitationes, & affectiones homo, habet occultas, & clausas cuilibet creaturæ, quam occultare potest ita, ut illam uidere nemo possit: nisi cui uoluerit reuelare: uel saltem ille, qui intimior est cuilibet creaturę, quam creatura sibi ipsi: qualis est solus deus. Vnde consequenter dicunt: q solus deus est scrutator cordium, cui consonat illud. 2. Paralipomenon. 6. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Et in ecclesiasticis dogmatibus ca. 49. Internas animæ cogitationes diabolũ non uidere certi sumus. Et ne hoc concessum putetur angelis bonis, addicur. Secreta autem cordium ille solus nouit, ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum. & 1. Corinth. 2. Nemo scit hominum: quid est in homine: nisi spiritus hominis, qui est in homine. Et huiusmodi multa adducunt: quibus nituntur probare: q solus deus scrutatur corda, & renes. i. affectiones. ¶ Sed istis non obstantibus, sunt, qui probabiliter oppositum tenent uidelicet. Scotus in repertor. libro. 2. dist. n. 9. & doctor anglicus. Guil. ockam in 2. q. 13. scilicet q quilibet angelus, & eadem ratione quilibet beatus naturaliter potest distincte, & intuitiue cognoscere cogitationes aliorum. Nec in hoc dependet a uoluntate cogitantis. Vnde posita cogitatione, uel affectione, non est in potestate angeli cogitantis, uel uolentis, occultare eam alteri angelo, uel beato: quin ille possit ea distincte cognoscere ex suis naturalibus: dummodo ad ipsum habeat debitam præsentiam, & non impediatur. Et ita ex suis naturalibus cognoscere potest angelus, & beatus orationes mentales orantis uiatoris, stante debita præsentia, & sublato impedimento. Nam cum intellectus uiatoris, suos actus cognoscat: cur non intellectus beati, qui est perfectior. Nam quicquid cognoscit potentia minus perfecta: cognoscit etiam perfectior. ¶ Item omnis potentia cognitiua disposita non impedita, & perfecta cognoscere potest naturaliter, quicquid sub eius obiecto continetur. Sed cogitationes, & affectiones continentur sub obiecto intellectus, quod est ens inquantum ens, ergo potest intelligi a quolibet intellectu sufficienter præsente, & non impedito. ¶ Itẽ causæ naturales non subsunt imperio uoluntatis creatæ. quin positis eis eo modo, quo naturaliter agere sufficiunt, agant, sed cogitationes, & uolitiones cum intellectu præsente naturaliter causant sui cognitionem. Nec uidetur, quomodo angelus, uel beatus cognoscat essentiam animæ orantis, quæ est sibi intima: quam accidentia inhærentia, cogitationes. s. & affectiones: & non cognoscat inherentia accidentia. s. cogitationes, & affectiones. ¶ Item beati cognoscunt omnes motus, & operationes corporales orantis: ergo multò magis operationes purè spirituales, quales sunt cogitationes, quia tales sunt purum intelligibile, & immateriale. Sicut intellectus beati, qui non dependet in cognoscendo a sensibus: sicut intellectus noster in uia, sed ex sua naturali perfectione propria cognoscit intelligibilia præsentia sine medio sensuum. Huic sententiæ concordare uidentur uerba beati Aug. in carmine de gloria paradisi loquentes de ciuibus paradisi cœlestis, dicit enim. Nam & pectoris arcana penetrant, alter utrum unum uolunt: unum nolunt, unitas est mentium. ¶ Dictum est autem dummodo ad ipsum habeant debitam præsentiam: quoniam (ut di

Angelus siue beatus utrũ cognoscat naturaliter, & intuitiue cogitationes nostras.

2. Cor. 2.

Scot. Guil.

August.

ctum

An sit in potestate diaboli uidere nostras cogitationes.

ctum est (non potest intellectus finitus per quamcunq; distantiam uidere intelligibile. Additum est etiam, dummodo non impediatur: quia impediri potest per deum suam influentiam subtrahentem, ne concurrat coagendo cum intellectu beati ad cognitionem secretorum cordis uiatoris. Sicut creditur secundum sanctorum doctrinas prohibere malignos spiritus eis non coagendo: ne uideãt ea, quæ in cordibus hominũ uersantur: quæ nisi prohiberentur: ex naturali sua perfectione possent, sicut cætera sensibilia, & intelligibilia intueri. Prohibet autem deus misericorditer: ne totius salutis inimicus suis dolosis artibus, & tentatione fæuiore salutis proposita in mente hominis impediret: qui maligni tentationes moderatur: nec permittit hominem tentari ultra, quam potest sustinere. 1. Cor. 10.

Solus Deus scrutator cordium.

¶ Quia autem deus dicitur scrutator cordium: & solus noscere corda hominum, & similia: intelligendum est uniuersaliter, & necessariò, ac inimpedibiliter: ita q; simpliciter impossibile sit, ne uideat cor cuiuslibet seipso: & sine cuiuslibet alterius amminiculo: & hoc proprium est soli deo. Beatus uerò, etsi uidet cor unius: non tamen ea, quę sunt in cordibus omniũ: quia non habet ad omnia corda debitam præsentiam: nec uidet necessariò, quia impediri potest. nec seipso: quia non sine cooperatione obiecti, & generali influentia dei. Quoniam alias ex auctoritatibus illis probaretur: q; nunquam quis posset cognoscere cogitationes alterius: nec quisquam suas, si solus deus cognosceret corda: & ita nec deus posset illis beatis reuelare: nec angelus angelo mentaliter loqui: quæ omnia erronea sunt, & falsa. 1.Cor.10.

Improbatur opinio Gregorij de locutione angelorum.

¶ Nec ualent, quæ Greg. de arymino in suo. 2. dist. 9. obijcit: primo dicẽs q; nullũ genus entiũ priuatur uniuersaliter: uel ut in pluribus secundum individua dubia, & tempora operatione sibi naturaliter competente, seu nata competere. Genus autẽ angelorũ pro semper, uel in pluribus secũdũ individua & tẽpora priuatur cognitione distincta cogitationum hominum: & per cõsequẽs patet: q; ipsi non sunt naturaliter apti ad talem cognitionẽ. Prima pars antecedentis patet per illud Aug. 7. de ciui. dei. c. 30. Sic deus administrat cuncta, quæ creauit, ut ea proprios exercere, & agere motus sinat. Et cõfirmat. Alias enim inquit, posset dici, q; albedo posset naturaliter albedinẽ producere, sicut calor calorẽ. Sed q; non producit, ex eo est, q; deus suspendit eam a tali actione non coagendo sibi: quod tamen nullus dicit. M Greg.

¶ Secundo respondendo motiuis ponit, q; beati non habent debitã præsentiam ad cogitationes alterius: & ideo eas uidere non possunt. Est autem debita præsentia, præsentia subiectiua: ita q; necesse est intellectum cognoscẽtem cogitationem esse subiectum illarum cogitationum. Vnde nisi cogitationes inhæreant intellectui, intellectus non est sufficienter præsens, præsentia, quæ sufficit ad cognoscendum. Cuius signum addit: quia si per potentiam dei, duo homines essent simul in eodem loco primo: tunc intellectus eorum essent sibi præsentes, quia indistantes, & tamen unus non intelligeret cogitationes alterius, quamuis essent æquè dispositi, & cognitiones utrorumq; eiusdẽ rationis. Cuius nulla alia causa assignari põt, nisi q; requiritur præsentia subiectiua, siue inhæsionis. N

¶ Sed ista non cogunt. Non primum, quia tam prima pars sui antecedentis, quam secunda deficiunt. Nam primæ parti datur instantia de genere dæmonum, qui multis actibus, & cognitionibus, ad quos habent naturalem potentiam, perpetuo priuantur. Similiter & beati tristitia (quæ naturaliter sequitur de rebus nolitis & tamen accidentibus) perpetuò priuantur eo quòd omnis tristitia repugnat beatitudini. Item secundum multos, potentia uegetatiua in homine, si non præueniretur creatione animæ,

pro-

produceret formam : imperfectiorem tamen anima sicut in cæteris uiuentibus, a qua tamen actione secundum totam speciem perpetuò suspenditur. Auctoritas uerò beati Augu. non habet hoc, ad quod inducitur : nam beatus Aug. c. precedenti ostendit : q deus summus omnia operatur : & naturæ uim operandi ipse tribuit : quæ per multa declarat : quę gentiles quidam suis dijs falsis attribuere. Et in ca. 30. subdit : q deus idem ubiq; totus nullus inclusis locis nullis uinculis alligatus : in nullas partes sectilis : ex nulla parte mutabilis implens cœlum, & terram : præsente potentia nõ indigente natura : sic itaq; administrat omnia, quę creauit : ut etiam ipsa proprios exercere, & agere motus sinat. Ex quo nihil aliud uult : nisi q deus, qui est omnium unicus creator, & creatorum gubernator : ita gubernat omnia, quæ fecit : q etiam secum in quibusdam actionibus coagere permittit. Nec ex illo inferri potest, q omnes operationes naturales agere permittat : aut q non quasdam a suis naturalibus actionibus, in quas possent ad tempus, uel perpetuo suspendat. secundum q placuerit suæ ordinatissimę uoluntati. Nec ad aliud inducunt hæc uerba Aug. nisi ad hoc, q deus omnia operatur, quædam mediante creatura, quędam immediatè a seipso. unde subdit. Agit multa per angelos : sed non nisi ex seipso beatificat angelos. ¶ Quod uerò in confirmatione addit, q posset dici de ipsa albedine &c. Sic utiq; posset dici, sed sine ratione, cum ad id dicendum nulla ratio, uel leuis apparentia inueniri potest. Ad dicendum uerò, quòd intellectus possit omnia cognoscere, quæ sub eius obiecto primo comprehenduntur : & ita actus alterius intellectus sicut alium intellectum uidere, quæ sibi sunt æquè præsentia, sunt rationes probabiles, & uix (sicut patet) solubiles. ¶ Secunda etiam pars antecedentis, scilicet quòd genus angelorum pro semper, uel in pluribus priuatur cognitione distincta cogitationum hominum : non est probata. Vnde credi potest ; quòd ut plurimum angeli, & beati uideant mutuas cogitationes : & etiam hominum, quibus sunt præsentes saltem illas, quas beati non uolunt alijs celare : quia probabile est : q quantum ad illas non concurrat deus. Nihil enim inconueniens sequi uidetur : q angelus hominis custos secreta cordis eius uideat, præsertim cum hoc fructum custodię non impediat, sed promoueat. Item quomodo alias orationes ujatorum angeli custodes ad nos nisi domino offerrent : sicut Raphael dixit Thobiæ : Quando orabas cum lacrymis &c. ego obtuli orationem tuam domino : si non eas in nobis uiderent. eiusdem 12. Sunt enim efficaciores mentales orationes, quam uocales : & lachrimæ cordis, quam oculorum. Et per hunc modum facile intelligitur, quemadmodum angeli sibi loquuntur. Celant suas cogitationes : dum illas nolunt sciri ab alijs : & tunc dominus cuius uoluntati sunt indeclinabiliter addicti : non concurrit ad causandum cognitionem secretorum in alijs angelis. Loquuntur, dum in se cognitiones eliciunt, & actus interiores, ut ceteri cognoscunt : & tunc his formatis cæteri præsentes naturali uirtute cognoscunt : nec impediuntur per subtractionem diuinæ influentiæ. Sic etiam saluatur : quomodo angelus uel beatus multis æquè præsentibus uni uel aliquibus loquitur, & non omnibus : uolendo unum cogitationem suam scire, & non alium, & hoc deo concurrente respectu unius, & suspendentem suam coactionem respectu alterius. ¶ Quod uerò doctor ille secundò dicit, q debita præsentia ad uidendum cognitionem est præsentia subiectiua : uidetur omnino uoluntarium, & nulla ratione subnixum. Cum enim ita actus intellectus, & uoluntatis æquè continentur sub obiecto primo intellectus, sicut cætera

Augusti.

Aug. ti.

Augusti.

Angelus custos sanctus an uideat secreta sui cordis.

Angelꝰ quomodo loquitur angelo.

intel-

intelligibilia, & omnium sub obiecto primo alicuius potentiæ æquè contentorum, non dissimilis requiritur præsentia ad cognitionis formationē: sed quæcunq; præsentia sufficit, uni contentorum, sufficit & alteri: sicut est uidere in uisibilibus. Nam obiectum primum uisus est color: ideo quæcunq; præsentia unius coloris sufficit, ut uideatur: similis præsentia alterius sufficit, & sic de alijs. ¶ Cum ergo in nullo aliorum intelligibilium requiritur talis præsentia: quare potius hic? Et ita eadem facilitate contemnitur: quia probatur. Et mirum uidetur: quomodo angelus, distinctè uidet intellectum alterius angeli: non uidet omne intelligibile in illo intellectu uiso existens, stante generali influentia dei. ¶ Item ex illo sequeretur: q̄ solus angelus posset cognoscere suas cognitiones: quia soli sibi inhærent: & ita nunquam alius posset ea uidere: & per consequens nullus alteri loqui, & sua secreta aperire: quod est contra omnes: quia nullus alius potest esse præsens præsentia subiectiua illis: cum idem accidens non possit in diuersis subiectari. ¶ Et ad signum, quo intentum probare nititur. dicitur: q̄ si illi homines essent uiatores: neuter cognosceret intuitiuè cogitationes alterius: sicut nec intellectum, uel essentiam animæ alterius: quia intellectus corpori immersus ita alligatus est uiribus sensitiuis, q̄ nullius extra se habere potest notitiam sine phantasmatibus, ut patet. 3. de anima. Et ideo nullius rei extra se notitiam intuitiuam habere potest: quod sensus intuitiuè non cognouit. Propter quod substantiam rei intuitiuæ non possumus distinctè cognoscere pro statu illo: sed nec actus proprios cognoscere posset: nisi illos elicuisset præuijs phantasmatibus ad eum mouentibus. Cum ergo nullum phantasma mouens mediatè, uel immediatè ad cognitionis formationem alterius hominis in potentia cognitiua illius precesit: non mirum; si ille cognitionem alterius intuitiuè non uidet, quamuis sit sibi præsens. Secus de intellectu corpori non immerso: qui intelligibilia immediatè sine ministerio sensuum apprehendit non minus, quam sensus sensibilia: quoniam potentia superior, & in cognoscendo est perfectior. ¶ Redeundo nunc ad propositam quæstionem dicendum, q̄ sancti in patria, qui de facto in cælis sunt naturali cognitione puta, uespertina. quę est cognitio rerum in proprio genere nulla, orationes nostrum in terra consistentium: neq; mentales, neq; uocales cognoscunt propter immoderatam distantiam inter nos, & ipsos. Hæcenim: quia improportionata, habet naturalem cognitionem intuitiuam, quæ est de rerum existentia impedire. Et de hoc potest accipi illud Aug. Esa 63. in glo. interli. Abraam nescuit nos. Mortui enim sancti nesciunt, quid agant uiui. etiam ipsorum filij. Accipitur hęc glo. de uerbis Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda: ubi dicit. Si tanti patriarchę, quid erga populum ab eis procreatum, ageretur, ignorauerunt, quomodo mortui uiuorum rebus, atq; actibus cognoscendis, adiuuandisq; misceantur. ¶ De cognitione autem matutina, an illa uideant orationes nostras, nunc uidendum. Et dico primo. Non est de ratione beatitudinis essentialis, ut nostras orationes, aut alia facta nostra matutina cognitione uideant in uerbo. Probatur, quia illud, quod nihil est obiecti beatifici non est necesse in beatitudine intueri. Sed orationes nostræ, & quælibet creatura non sunt aliquid obiecti beatifici igitur. Minor patet, quia obiectum beatificum est diuina essentia, quæ ex sua infinita perfectione sufficienter beatificat quemcunq; intellectum creatum, immo & increatum diuinum nullo alio secum ad beatificandum concurrente: quod beatus Aug. innuit, cum ait. Beatus est domine, qui te uidet, etiam si alia nesciat, &

P

Aug. Esa. 63. Augost.

Auguſt.

si alia

An pineat ad beatitudinẽ saltẽ accidentalẽ beatorum uidere orationes uiatorum.

si alia tecum uideat, non propter hoc beatior. ¶ Vtrum autem uidere nostras orationes pertineat ad eorum beatitudinem accidentalem, non per omnia certum est. unde uenerabilis Hugo. de sancto uictore de sacra. li. 2. parte. 16. c. 11. ita dicit. Multi in quęstionem adducunt, si sancti preces supplicantium audiunt, si uota postulantium ad ipsorum usq; cognitionem perueniunt. Difficile est iudicare de huiusmodi. Quomodo enim scientia nostra certa esse potest de ipsis qui eam quam de nobis habent scię tiam, nec capere possumus, nec inuestigare. Hoc unum certum est. Animas sanctorum in secreto diuinæ contemplationis constitutas, eorum quæ foris aguntur, tantum scire, quantum illis, uel ad gaudium, uel nobis ad auxilium prodesse costat. Nos intercessores quęrimus apud deũ. Quid amplius uis. Times, ne forte non orent, qui semper orant. Quomodo non orabunt pro te; quando tu oras qui, & quando tu non oras, orare, tamen non cessant. Si non audiunt, inquis: & ego inuentum fundo uerba non audientibus, & non intelligentibus loquens. Ecce dicamus. Nó audiunt sancti uerba postulantium, neq; ad beatitudinem illorum attinet ista nosse, quæ foris aguntur. Ecce dicamus, non audiunt. Nunquid deus non audit? Quid ergo laboras inuestigare, quid audiunt, & quantum audiunt sancti, quos oras cum ipse deus audiat, propter quem oras. Ipse uidet humilitatem tuam, qui remuneraturus est deuotionem tuam. Tamẽ si audiunt, & quantum audiunt, quid est audire, nisi scire. Vnum est lumen, in quo audiunt ad percipiendum, & uident ad cognoscendum, in quo, si quid forte foris agitur, quod modo interim non audiunt, aut non uident, mysterium est dispensationis, non detrimentum fælicitatis. Inueniuntur tamen quidam sanctorum parrum quædam ita diffiniuisse, quasi nihil sit in creaturis, quod non uideant, qui uidentem omnia uident. Ego amplius iudicare non præsumo, nisi hoc solum. quoniam tantum uident: quantum illi placitum est, quem uident, & in quo uident. Hæc hugo. R

An cognoscẽs uerbum omnia uerbo cognoscat.

¶ Ex illa auctoritate tria eliciuntur. Primum q̃ uidere creaturas in uerbo & ea, quæ foris aguntur, non pertinet ad beatitudinem essentialem. Quia dicit, q̃ illa non uidere, non est, detrimentum fælicitatis. ¶ Secundum, q̃ uident in uerbo, & sciunt quicquid ad beatitudinem eorum accidentalẽ pertinet. Dicit enim, q̃ sciunt tantum, quantum illis ad gaudium, nobis ad auxilium prodesse constat, utrumq; autem pertinet ad beatitudinem accidentalem. ¶ Tertium, q̃ tantum audiunt in uerbo & uident, quantum placet uerbo illis ostendere in quo uident. Et secundum hoc intelligere oportet illud August. in meditationibus suis ca. 25. Qui scientem cuncta sciunt: quid nescire nequeunt. Nota (quid) non capitur quæsitiue, sed infinite pro aliquid. Quod de his dictum intelligitur, quæ ad beatitudinem eorum pertinent siue essentialem, siue accidentalem, siue de his, quæ deo, quem uident, eis complacet reuelare. Ideo Grego. 2. mora. § 4. moderatius loquitur. Quid de his (inquit) quę scienda sunt nescIunt, qui scientem omnia sciunt. Vnde probabiliter dicitur, q̃ licet non necessariò sequitur ad sanctorum beatitudinem ut orationes nostras audiant de congruo, tamen deus eis reuelat omnia, quæ ipsis ab hominibus offeruntur, siue ipsos magnificando, & laudando, siue eos orando, & auxilia implorando. Coadiutores quidem sunt dei in procurando salutem electorum, quæ cum nonnunquam confertur propter sanctorum merita, & intercessiones tanquam per media ad hoc ab æterno ordinata reuelantur eis orationes uiatorum, pro quibus intercedant. Hoc etiam ad gaudium eorum accidentale pertinet. Lætantur enim amplius, dum intelligunt homines

August.

Greg.

mines in terris degentes eorum suffragium postulare: quatenus conciues fiant in illa cæleſti curia. ſicut & pleriq; ex ipſis ſalutem aliorum ſunt orationibus conſecuti. Huic conſonat magiſt di. 45. lib. 4. Non eſt inquit, incredibile animas ſanctorũ; quę in abſcõdito faciei dei ueri luminis illuſtratione lætantur: in ipſius cõtẽplatione ea, quæ foris aguntur, intelligere, quantum illis ad gaudium, uel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angelis: ita & ſanctis, qui deo aſſiſtant, petitiones noſtræ innoteſcunt in uerbo dei, quod contemplantur. Et ſatis concordat beatus Tho. in 4. ſcripto eadem di. q. 8. dicens. Vnuſquiſq; beatus tantum de alijs rebus neceſſarium eſt, ut in eſſentia diuina uideat, quantum perfectio beatitudinis requirit: ut homo habeat: quicquid uelit, & nihil inordinatè uelit: hoc autem recta uoluntate quilibet uult: ut ea quæ ad ipſum pertinent, agnoſcat. Vnde cum nulla rectitudo ſanctis deſit: uolunt agnoſcere ea, quæ ad ipſos pertinent, & ideo oportet, ꝙ illa in uerbo cognoſcant. Hoc etiam ad eorum gloriam pertinet, ꝙ auxilium indigentibus præbeant ad ſalutem. Sic enim dei cooperatores efficiuntur: quo nihil eſt diuinius, ſecundum beatum Diony. c. 3. eccleſia. hierar. Manifeſtum ergo eſt, ꝙ cognoſcunt uota orationes, & deuotiones hominum: qui ad eorum auxiliũ confugiunt. Hæc Tho. in quo dicto uerbum (neceſſarium) non debet dicere neceſſitatem ſimpliciter, cuius oppoſitum includit contradictionem: ſed congruitatis certitudinem. ¶ Ex quibus omnibus ſatis patet quæſtionis tertiæ ſolutio, ſcilicet ꝙ ſancti cognoſcunt orationes noſtras cognitione matutina in uerbo: quam cognitionem nulla cognitorum diſtantia impedit. Non autem cognitione uel pertina, & naturali in proprio genere propter eorum diſtantiam immoderatam. Cum ergo potentes fecit deus ſanctos apud ſe: ut nobis, quod optamus, ualeant impetrare: merito ipſorum memoriam agimus in conſecratione huius ſacroſancti ſacrificij. Non ut aliqnid ad ipſius perfectionem operentur: quia ad hoc non acceperunt poteſtatem: ſed ut eorum meritis adiuuemur, & ſanctificemur: quatenus digni, & ſalubriter ipſum perficiamus: & ampliorem effectum gratiæ eorum interceſsione conſequamur. ¶ Et poteſt hæc eſſe una ratio, quare ante Chriſti corporis conſecrationem, eccleſia ſanctorum memoriam ſtatuit peragendam. Edocta fuit ad hoc ue. teſta. figuris: quoniam legalis ſacerdos, & pontifex, dum in ſancta ſanctorum introiuit: nomina duodecim tribuum in rationali deſcripta intulit. Sic ſacerdos euangelicus, ad ſancta ſanctorum ingreſſus, præcedentium patrum infert memoriã dicẽs. Communicantes, & memoriam uenerantes. Dicit uenerantes, non ſolennizantes: quia memoria in plus eſt, quam ſolennitas. Eccleſia enim de aliquibus ſanctis facit memoriam, de quibus non facit ſolennitatem, ac feſtiuitatem.

B.Thom.

B.Diony.

Thom.

Sanctorum memoria cur agitur in conſecratione

§

Sanctorũ memoria ac ſolemnitas differunt.

Exod. 39.

DE INVOCATIONE SANCTORVM in canone.

LECTIO XXXII.

A

N primis glorioſæ ſemperq; uirginis Mariæ genitricis dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. ¶ Hæc eſt ſecunda pars partis primę, partis principalis ſecundæ totius canonis: in qua fit memoria primò, & principaliter beatiſſimæ Mariæ uirginis glorioſæ, uirginis theoticæ. Recte in primis, non tantum: quia ſanctorum ſanctiſsima præcellens gratia, & gloria: nedum ſanctos: ſed etiam angelicos ſpiritus uniuerſos. Nec modo in primis: quia tutiſsimum noſtræ calamitatis eſt aſilum: & miſericordiæ ſinus generalis. Sed ideo principaliter in primis eius memoriam in hoc ſacrificio ueneramur: quia ſingularis huius ſacrificij miniſtra fuit, & liberaliſsima diſpenſatrix. De primo Hiero. ad Paulam. Cæteris per partes præſtatur: Mariæ uerò ſimul ſe totam infudit gratiæ plenitudo. Per quam aſcendit ſuper omne humanum genus: aſcendit uſq; ad angelos: ſed & ipſos quoq; tranſcendit: & cęleſtem omnem ſupergreditur creaturam. De quo beatus Bern. in ſer. cuius principium eſt. Fęcundæ uirginis: ita ait. Intueor quemadmodum uſq; ad angelos plenitudine gratiæ ſupra angelos ſpirituſſancto ſuperueniẽte peruenit. Eſt in angelis charitas: eſt puritas: eſt humilitas. quid horum non enituit in Maria. Et ſequitur cui angelorum aliquando dictum eſt. Spirituſſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoq, & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei. Deniq; ueritas de terra orta eſt: non de angelica creatura. Nec angelos: ſed ſemen Abraæ appræhendit. Magnum eſt angelo, ut miniſter ſit domini; ſed Maria ſublimius quoddam meruit ut ſit & mater. Fæcunditas itaq; uirginis ſupereminens gloria eſt, tantoq; excellentior angelis facta munere ſingulari: quantò differentius præ miniſtris nomen matris accepit. Hanc inuenit gratiam plena tam gratia: & charitate feruida: uirginitate integra: humilitate deuota, fieret nihilominus ſine uiri cognitione grauida: ſine dolore puerpera. Hæc Bernar. De ſecundo idem in alio ſermone, cuius principium eſt. Signum magnum. Omnibus omnia facta eſt ſapientibus & inſipientibus copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit. Omnibus miſericordiæ ſinum aperuit: ut de plenitudine eius capiant uniuerſi. Captiuus redemptionem: æger curationem: triſtis conſolationem: peccator ueniam: iuſtus gratiam: angelus lætitiam: deniq; tota trinitas gloriam: filij perſona humanæ carnis ſubſtantiam: ut non ſit qui ſe abſcondat a calore eius. Ecce miſericordiæ ſignum. ¶ Audiamus & miſerorum aſilum. De hoc idem in alio ſermone ſic loquitur. Voluntas dei totum nos habere uoluit per Mariam. Hæc inquam, uoluntas eius eſt: ſed pro nobis. In omnibus ſiquidem: & per omnia prouidens miſeriæ rentationem noſtram ſolatur: fidem excitat, ſpem roborat: diffidentiam abigit: erigit puſillanimitatem. Ad patrem uerebaris accedere: ſolo auditu territur ad ſolia fugiebas: Ieſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrem filius talis obtineat? Exaudietur utiq; pro ſua reuerentia. Pater enim diligit filium: an uerò trepidas & ad ipſum? Frater tuus eſt, & caro tua, tentatus per omnia, ut miſericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit.

Expoſitio Canonis ab illo loco, In primis glorioſæ Virginis Mariæ &c.

Hieron.

Bernard.

Mariæ multiplex præconizatio quia plena gratia.

Bernard.

B

Calamitatis noſtræ aſylũ.

Sed

Sed forte & in ipso maiestatem, uereare diuinam: ꝙ licet factus sit homo mansit tamen deus. Aduocatum habere uis, ad ipsum, & ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria non modo pura ab omni contaminatione: sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet utiq; matrem filius: & exaudiet filium pater. Filioli inquit Bernar. Hæc est peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est: hæc est tota ratio spei meæ. Quid enim. Potest ne filius aut repellere, aut sustinere repulsam. Non audire, aut non audiri filius potest. Neutrum plane. De tertio, ꝙ ipsius merito in primis sumus memoriam uenerantes: quia specialis huius sacrificij ministra: & dispensatrix est liberalissima. Ipsa namq; est mulier illa euangelica, quæ tria farinæ sata commixta fermentauit. Lu. 13. Satum unum, uerbum, quod erat in principio apud deum: & deus erat uerbum. Alterum: anima, quę de nihilo creata est, & ante nō erat. Tertiū: caro de massa corruptionis sine corruptione aliqua diuino segregata artificio. In quibus tribus triplex genus potentię: quod non erat creatum, quod perierat recreatum, quod super omnia erat pauló minus ab angelis minoratum. Hæc uinculo in dissolubili in personæ coeunt unitatem. Hæc euangelica farinæ sata pariter fermentantur, ut sit panis angelorum, quem manducet homo, cor eius confirmans in hoc sacramento. Vnde sęlix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis uisceribus superueniente igne spiritussancti. panis ille est coctus. Felix inquam, mulier, quæ in hęc tria sata immisit fidei suæ fermentum. Siquidem fide concepit, fide & peperit, dicente Elizabeth. Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a domino. Hæc Bernar. sermo. 2. de natiuitate Christi. ¶ Ecce quemadmodum fuit huius panis, & sacrificij ministra. Panis quidem, ut dictum est; sacrificij autem cruci, qua uelut in ara sacrificium oblatum est, assistens, & simul participato dolore patri offerens. Et per hoc liberalissima eius dispensatrix: quia panem hunc, sicut cætera bona omnia, per manus eius mundissimas accipimus. Vnde Bernar. ser. de uigi. natiuitatis Christi. Cō tusę sunt, & commixtæ duæ species diuinitas, scilicet & humanitas in utero uirginis, spiritusancto illa suauiter commiscente. Sed quia tu dignus non eras, cui donaretur, datum est Mariæ, ut per illam acciperes, quicquid haberes. Quæ per hoc, ꝙ mater est, genuit tibi deum. Per hoc, ꝙ uirgo est, exaudita est pro reuerentia sua, in causa tua, & totius generis humani. In primo est remedium, in secundo adiutorium, quia nihil nos deus habere uoluit, quod per manus Mariæ non transiret. Hæc ille. ¶ Et propter hoc secundum dominū Alber. rectè per propiciatoriū designatur, in qua dńs corporaliter apparuit, ut propiciaretur. In quod angeli omnes uersis uultibus respiciunt. ut & ab ipsa recipiāt splendoris il luminationē. Propter idē quoq; recte figurata dicitur per arcā testamenti, quę uirgā Aarō, tabulas Moysi, & manna quod de cęlo datū est, cōtinebat. Sic uirgo beatissima intra se cōtinuit Xp̄m benedictū uēris sui fructūsin quo fuere Deitas dulcissima per manna designata, Anima sapientissima per tabulas lege dei digito scriptas figurata, Caro mundissima, quæ morte nō arutq; quoniā tertia die resurrexit, per uirgā Aaron, quæ fronduerat, designata. ¶ Tanguntur autem in præmissis uerbis sex laudium præconia uirginis gloriosæ, scilicet impressibilis dignitas, inexcessibilis fælicitas, inamissibilis uirginitas, nominis sublimitas, mirabilis secunditas, fructus ipsius immensitas. ¶ Impræcessibilis dignitas tangitur in uerbo initiali. In primis. Ipsa namq; est, quam ut Bernar. ait Home. 2. super: Missus est. deus in cęlesti

Loc. 13.

Bernard. C

Bernard.

Albert.

D

Bernard.

bus singulari donaturus gloria: singulari in terris prævenire curauit & gratia, qua ineffabiliter, & intacta conciperet, & præpareret incorrupta. Ipsa uirgo singularis quæ (ut Damasce. ait) a nullo illustrium uincitur. De quo Sedulius in carmine paschali li. 2. metro eleganti ita cecinit. Salue sancta parens enixa puerpera regem. Qui cælum, terramq; tenet per secula: cuius Nomen & æterno complectens omnia gyro Imperium sine fine manet, quæ uentre beato, Gaudia matris habens cum uirginitatis honore. Nec primam similem uisa est: nec habere sequentem. Sola sine exemplo placuisti femina Christo. Singularis in ortu singularis in totius uitæ processu. De primo beatus Hie. ad Paulam. Hæc est, inquit, quæ diuinis, angelicisq; laudata est præconijs, atq; prædicata: a patriachis siquidé figuris, & enigmatibus præsignata: a prophetis prænunciata: ab euangelistis exhibita, & monstrata: ab angelo uenerabiliter, & officiosissimé salutata. Et beatus Bern. ubi supra. Quod Moysi monstratum est in rubo, & igne: Aaron in uirga, & flore: Gedeoni in uellere, & rore: hoc aperte Salomon præuidit in forti muliere, & eius precio. Apertius Hieremias præcinuit de fœmina, & uiro. Apertissimé Esaias declarauit de uirgine, & deo: Gabriel tandem exhibuit ipsam salutando. ¶ De secundo, scilicet progressu dicit Ambro. li. de uirginitate. Sit uobis tanquam in imagine Mariæ uita descripta: de qua uelut ex speculo refulget species castitatis, & forma uirtutis. Hinc sumatis exemplu uiuendi ubi tanquam in exemplari magisteria sunt probitatis expressa, quæ quid corrigere, quid aufugere: quid tenere de beatis ostendunt. Et beatus Hiero. Ipsa in uigilijs inueniebatur prior: in sapientia legis eruditior: in humilitate humilior: in carminibus dei præstantior: in charitate gratiosior: in puritate purior: in omni uirtute perfectior. ¶ Inexcessibilis eius fœlicitas innuitur in uerbo, Gloriosæ Ipsa siquidé secundum deductionem bea. Aug. in ser. de eius assumptione, est magnifice assumpta ad æternam beatitudinis sublimitatem in corpore, & anima gloriosa. Meruit enim exaltari super choros angelorũ: & peruenire ultra, quam nostræ humanitatis est natura. ubi non natura tollitur: sed magnitudo gloriæ demonstratur. Ad thronum siquidem cælestem intemerata uirgo, & mater processit, atq; in regni solio post Christum glorioſor residet sublimata, ut dicit Hiero. epistola statim allegata. & Bern. ser. 1. de eius assumptione. Quantum gratiæ adepta est præceteris: tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis. Nec in terris locus dignior uteri uirginalis templo, in quo dei filium Maria suscepit. Nec in cælo regali solio: in quo Mariam filius sublimauit. ¶ Virginitas inamissibilis designatur cum additur. Semperq; uirginis: quia uirgo erat carne: uirgo mente: uirgo professione: uirgo ante partũ: uirgo in partu uirgo post partũ. Vnde Aug. super Iohannẽ. Sicut in sepulcro, ubi repositum erat corpus dominĩ: nec antea: nec postea corpus iacuit: sic uterus Mariæ, nec ante, nec postquam mortale concepit. Item super illud Ezech. 44. Porta hæc clausa erit. & non aperietur: & uir non transibit per eam: quoniam dñs deus Israel ingressus est per eam: eritq; clausa principi. Quid est porta hæc erit clausa: nisi quia Maria semper fuit in tacta? Quid est uir non transibit p eã, nisi quia Ioseph non cognouit eã? Nec solũ uirgo: sed uirgo singularis: uirgo purissima. De quo ser. 4. be. Bern. de assumptione ait. Quæ. n. angelica puritas uirginitati illi (haud dubium quin Mariæ) audeat comparari: quæ digna fuit Spiritussancti sacrarium fieri, & habitaculum filij dei. Si rerũ precia de raritate pensamus, quę prima in terris angelicã proposuit ducere uitam super omnes est. Sequitur. Immobile propositum uirginita-

Hieron.
Bernard.
Ambr.
Hieron.
Augusti.
Hieron. Bernar.
Augusti.
Ezech. 44.
Bernard.

tis, quod nec angelo filium promittente aliquatenus credidit. Quomodo inquit, fiet istud. Neq; enim modo, quo fieri solet in cæteris, uirum penitus non cognouit: sed nec filij desiderio, nec spe prolis. Hæc Ber. ¶ Nominis sublimitas exprimitur in uerbo, Mariæ. Maria maris stella interpretatur: & matri uirgini conuenientissime adaptatur. Aptissime siquidem syderi ipsa comparatur: quia sicut sine corruptione sydus suum emittit radium: sic absq; sui lesione uirgo parturit filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem: nec uirgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius uniuersum mundum illuminat: cuius splendor, & præfulget in supernis: & inferos penetrans, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora: fouet uirtutes: excoquit uitia. Ipsa inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & spaciosum necessariò subleuata: micans meritis: illustrans exemplis: quam sequens non deuias: ipsam rogans nō desperas: ipsam cogitans non erras: ipsa tenente non corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce non fatigaris: ipsa propicia aduenis: & sic in ipso experieris, quam merito dictum sit nomen uirginis Maria. Hæc Bern. Home. 2 super missus est. ¶ Mirabilis fecunditas tangitur, cum additur: genitricis. Vere mirabilis uirginea fecunditas, quam admirans propheta ait. Hiere. 31. Nouum faciet dominus in terra. Mulier circundabit uirum: Mariæ Christum. Virum enim fuisse Christum non solum cum diceretur, uir propheta potens in opere, & sermone credimus: sed etiam cum tenera adhuc infantis membra dei mater blando uel fouerat in gremio, uel duraret in utero. Vir enim erat Iesus: nedum etiam natus: sed sapientia, non ætate: animi uigore, non corporis: maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Neq; enim minus habuit sapientiæ: uel potius non minus fuit sapientia Iesus cōceptus, quā natus: paruus, quā magnus. Siue ergo latens in utero: siue uagiens in præsepio: siue tā grandiusculus interrogans doctores in tēplo, siue tā perfectæ ætatis docens in populo æquè profectò plenus fuit spiritu sancto. Itē alius propheta. Antequā parturiret, peperit. Antequā ueniret tēpus partus: peperit masculum. Quis audiuit unquā tale? Quis uidit huic simile? Esa. 45. Antequam parturiret: antequam in partu laboraret: antequam uenit partus: antequam uenit dolor ex partu, peperit masculum: Maria Christum. Glo. interli. ¶ Fructus eius immensitas subiungitur in uerbo Dei, & domini nostri Iesu Christi: qui solus pelagus est infinitæ substantiæ: ut dicit Damas. Et bonum, quo nihil melius cogitari potest. Teste Ansel. Et sententialiter August. 1. de doctrina Chri. Huius uera genitrix est, & mater uirgo Maria. Vnde Damas. in suo. 3. Dei genitricem uerè sanctam prædicamus. Sicut enim deus uerè ex ipsa genitus est: ita ipsa uerè dei genitrix dicitur. Deum enim aimus ex ipsa genitum non ut deitate uerbi principium essendi accipiendi ex ipsa, sed dei uerbo ex ipsa incarnato, & genito. Non enim hominem nudum genuit sancta uirgo, sed deum uerum, non nudum, sed incarnatum. Neq; negans ipsam dici Christotheco.i. Christi matrem absolutè eam negat genitricē Christi sed contra Nestorium, qui sub illo uocabulo uoluit eam negare esse matrem dei, ponēdo, q̄ peperit purum hominem. Qui error damnatus est in concilio Ephesino: ut habetur. 15. distinctio. Canones. §. Tertia synodus. Et 16. dist. 6. synodus. §. tertia ephesina. Sed eam dicendam esse theothocon id est dei matrem asseruit. Non ergo negauit Mariam matrem Christi, qui unam personam, Christi, & uerbi confitetur, sed noluit communicare in sermone cum hæretico, qui suum perfidiæ uene

Vtilitas imprecationis virginis gloriosæ.

Immensitas fructus eius.

Bernard.

Bernard.

Hiere. 31.

Esa. 45.

Damas. Anselm. August. Damas.

num sub illo uocabulo occultabat. Mariæ itaq; fecunditas, quæ gaudium matris habet cum uirginitatis honore: & si eius priuilegium est singulare: & continuo indicibile inuenitur: ut sicut nemo assequi possit: sic nec eloqui quidem. Sed si adijcias: cuius mater est: dei scilicet & domini nostri Iesu Christi: quæ iam poterit lingua, etiam si angelica sit: dignis extollere laudibus uirginem matrem. Matrem autem non cuiuscunq;, sed matrem dei. Vnde Bern. in sermo. 1. de assumptione uirgi. Quis enim (ait) etiam si linguis hominum, angelorumq; loquatur, explicare queat: quemadmodum superueniente spiritusancto: obumbrante uirtute altissimi, caro factum sit uerbum dei: per quod facta sunt omnia: & dominus maiestatis, quem non capit uniuersitas creaturæ: intra uirginea sese clausit uiscera factus homo. Hic est fructus terræ sublimis: quia super omnia deus in secula benedictus. Rom. 9. Cui a patre data est omnis potestas in cęlo, & in terra. Ideo dominus noster, qui uenit saluare, quod perierat: unde anxiè suspirabant patres deuotissimè clamantes. Rorate cœli desuper: & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem Esa. 45. Ideo additur, Iesus. Ipse demum de spiritusancto præ participibus suis unctus. De cuius unctionis plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Ioh. 1. Ideo concluditur, Christi. Huius ergo dei, & domini nostri Iesu Christi genitricis gloriosæ semperq; uirginis Mariæ memoriam in primis uenG ramur. Sequitur. Sed & beatorum apostolorum. ¶ Post memoriam beatissimæ uirginis, subditur memoria beatorum apostolorum. Et dignè, ac merito, quia ipsi tradiderunt nobis ritum, & formam offerendi hoc sacrificium: ut habetur. 1. Cor. 11. Ipsi huius sacrificij testes fuerunt idonei: qui in cena ultima, qua Christus sacrificium hoc in salutem mundi instituit prælentes: primi hoc sacrificio usi sunt. Ipsi a Christo tunc sacerdotes ordinati potest item acceperunt super corpus Christi uerum conficerandum, & dispensandum: & super corpus Christi mysticum alijs ordinandis eandem potestatem communicandi. Vnde eis dixit Christus. Accipite, & comedite &c. Et iterum. Accipite, & bibite ex hoc omnes. Ac deinde dixit, Hoc quotiescunq; feceritis, in mei commemorationem facietis: de quo sup. dictum est. Ipsi deniq; fuerunt testes præcipui passionis Christi, & resurrectionis: ut legitur in actibus apostolorum: quorum hoc sacrificium est memoriale precipuum. ¶ Sequitur. Ac martyrũ tuorum. Horum memoria ritè peragitur: quia pro semel oblata hostia, semetipsos obtulerũt uiuentem hostiam deo placentem, & acceptabilem: qui etiam (quemadmodum apostoli) testes fuerunt nostræ fidei. Martyr enim græce testis est latinè. Vnde & de eis intelligi potest illud apostoli ad Heb. 2. Ab eis, qui audierunt salus in nos confirmata est: contestante deo signis, & portentis, & uarijs uirtutibus, & spũssancti distributionibus secundũ suam uolũtatem. ¶ Aduertẽdũ autẽ: q; patriarcharum, & prophetarum ue. te. memoria nõ peragitur, quia quamuis fide, & deuotione in spiritu sacrificium hoc cognouerunt, & spiritualiter participarunt: sacramentaliter tamen ipso nũquam usi sunt: quoniam longè post eorum tempora nosci tur institutum. ¶ Sed cur beatorum confessorum, quorum magnificè memoriam inter sanctos ueneratur ecclesia: nulla fit in prælenti loco commemoratio. Respõdet Inno. q; canon forte præsertim quantum ad illam partem prius sit ędi tus, quam memoriam confessorum celebraret ecclesia. Nam omnes uerè sancti: qui commemorantur in canone: præcesserunt Siluestrum præter Iohannem, & Paulum Marcellinum, & Petrum martyres, qui proximè successerunt. Ecclesia uerò post tempus Siluestri cepit sanctorum con

In canone cur fiat memoria apostolorum, & martyrũ nõ patriarcharum, prophetarum, & confessorũ.

Bernard.

Rom. 9. Mat. vlt.

Esa. 45.

Iohan. 1.

1. Cor. 11.

Hebr. 2.

Innoc.

fesso-

Alia ratio.

Sanctorum Apostolorũ ut quorũdã martyrũ in canone cõẽ torũ laudes.

sessorum memoriam uenerari. Nam sedes episcopales, quæ iuxta dispositionem beati Petri sunt in singulis ciuitatibus antiquitus constitutæ: non in memoriam confessorum: sed in apostolorum, & martyrum præcipue beatissimæ uirginis ueterum deuotio dedicauit. Quòd uerò canon tempus beati Siluestri præcesit: ex eo conuincitur secundum eundem Innoquia apostolorum cathalogus non reperitur in canone dispositus: sicut in emendatioribus codicibus sancti euangelij reperitur. Nam in prioribus editionibus.i. in primis translationibus: ut dicit Hiero. non solum euangelistarum mutatus est ordo: sed & uerborum, & sententiarum confusa erat commixtio. ¶ Ponitur & alia ratio a magistro in rationali: quia hoc sacramentum institutum est in memoriam passionis Christi. Cum autem confessores pro Christo passi non sunt. saltem in publico uitam tortor pœnis non extorsit pro Christo: ideo in hoc sacrificio passionis Christi eorũ memoria non habetur. Et refert idem Guil. ℣ Greg. tertius hæc uerba, quæ secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum proferuntur; addidit. Necnon & illorum sanctorum, quorum hodie solemnitas in conspectu tuo celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum: quorum certe ingens, & magna est multitudo. Vnde idem lib. 7. ti. de sanctorum festiuitatibus sui rationalis dicit, ℣ Constantinus imperator partes transmarinas petens, inuenit. Eusebium cesarienſem episcopum uirum sanctissimum: cui dixit. Pete a me, unde ecclesia tua ditetur. Ille uerò respondit. Ecclesia mea satis abundat in diuitijs. Sed rogo te, ut mittas per partes mundi, qui nomina sanctorum, & tempora passionum, & sub quibus & qualiter, & in quibus locis passi sunt: rescribant: quod & factum est. Et refert idem Eusebius: ℣ die quolibet anni plusquam quinq; milia sanctorum festa concurrunt: excepto die Kalendarum ianuarij, quo gentiles epulis intenderunt & solennitatibus, & non ad martyrizandum sanctos. Idem Hiero. in epistola, quę suo kalendario præponitur. Et quia horum sanctorum festiuitas ab ecclesia diebus singulis celebrari non potest: huius occasione forte hæc particula a dicto Grego. est apposita. ¶ Exprimuntur autem duodecim apostolorum nomina: cum additur. Petri. qui fuit summus, ac caput apostolorum: cui claues regni cęlorum collatæ sunt: qui & cæterorum confirmator fuit, postquam a negatione domini conuersus surrexit: secundum uerbum Christi Lu. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Cuius adhuc successor totius ecclesię obtinet principatum. ¶ Pauli: qui non ab hominibus: neq; per hominem electus est: sed per Christum numero, & gradui apostolorum additus, ut ẽsset uas electionis: portans nomen domini coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Act. 9. Hic in tertium cœlum rapitur. ut audiat secreta uerba, quæ non licet homini loqui. Hic gloriatur in tribulationibus, non ignorans cogitationes sathanæ: abundantius omnibus laborauit. Gratiæ omnia tribuit: uiuit non ipse; sed uiuit in eo Christus, qui gladio triumphans etiam mortuus testimonia fidei fert Christo: ut habet passionis eius hystoria. ¶ Andreę, qui ad unius iussionis uocem Christum sequebatur. Qui & de huius sacramenti ueritate cum Egea proconsule disputabat. Hic primus apostolorum uocatus, etiam germanum suum Petrum Christo adduxit: ad exemplum magistri, in cruce desideratissima triumphauit. ¶ Iacobi, scilicet maioris ex uocatione ad apostolatum, ad quem priusquam Iacobus alter ascendit, hic quantum ad martyrij lauream in apostolis primatum tenuit, quam prius ipse susceperit, ut habetur Act. 12. Misit herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem, Iacobum fratrẽ.

Innoc.

Hieron.

H

Guiliel. Greg.

Greg. I

Luc. 22.

Act. 9.

Act. 12.

Beda.

Iohannis gladio. ¶ Iohannis dilecti domini, qui in cœna super pectus domini recũbens euangelium, ut Beda dicit, ab ipso sacro dominici pectoris fonte potauit, qui mysterij huius altitudinem, & fructum præ cæteris plus reserauit. Cui & Christus uirginem matrem in cruce uirgini commẽdauit. ¶ Thomæ, qui & Didimus dicitur, quod interpretatur latine dubius, quia de dominica resurrectione plus cæteris dubitauit. Vnde plauorum locis digitos inferens ac dominico lateri manus, credidit, & omne dubitationis uulnus a nobis, & infidelitatis amputauit. ¶ Iacobi. s. minoris, qui Christo similimus in corporis figuratione, necnon & religionis imitatione frater domini appellari meruit, & Hierosolimitanam ecclesiam post domini ascensionem primus episcopando rexit. ¶ Philippi, qui specialiter de patris, & filij inseparabili deitate instructus, etiam quinq; panum, quibus saturandus in deserto fuerat populus, mysterium, quærente se domino. Philippe unde ememur panes, ut manducẽt hi, intelligere meruit. ¶ Bartholomei, qui solus fuisse dicitur nobilis, & philosophus inter apostolos. Qui reste Dionysio diuinæ ac mysticæ theologie sacramenta nouit, & proueram, & increata sapientia excoriatus uiuus, cœlis, & doctor factus est idoneus. ¶ Mathei: qui de telonario uocatus a Christo, ex publicano factus est apostolus, & euangelista, spiritualium tri. morum distributor, & coniuniorũ dei præparator, qui & in huius sacramenti immolatione interfectus seipsum domino obtulit hostiã uiuã. ¶ Simonis, qui frater erat Iacobi minoris dictus chananeus ex zelo Christianæ religionis. Chana quippe zelus interpretatur. Vnde ad differentiam simonis Petri. Vel a uico chana uille galilee, in qua dominus primũ in uinum aquam mutauit, nominatus, tractulum symboli, Communionem sanctorum adiecisse dicitur in quo & hoc sacramentum, quod cõmunio dicitur designatur. ¶ Et Thadæi, qui tertius frater Iacobi minoris, & Simonis fuit. De quo & metra communia dici solent. Anna solet dici tres concepisse Marias. Quas genuere uiri Ioachim, cleophas, salomeq; Has duxere uiri Ioseph, Alpheus, Zebedeus. Prima parit Christum, Iacobum secunda minorẽ. Et Ioseph iustũ peperit cum Simone iudam. Tertia maiorẽ Iacobum, uolucremq; Iohannem. Dicitur autem Thadeus quasi apprehẽdens, quia per fidem Christũ firmissime tenuit. & cõtra ueritatis corruptores acerrime scripsit. Ad cõstãtiã semel acceptæ fidei, exẽplis relapsorũ angelorũ, & hominũ terribilibus, futuriq; iudicij cõmemoratione fideles animauit. Hic dicitur, & Iudas, quod interpretatur cõfitẽs, uel gloriosus. Vel per etymologiã quasi iubilũ dãs. Habuit. n. cõfessionem fidei, gloriam regni, & iubilũ gaudij sempiterni.

Augus.

¶ Hos duodecim elegit dñs, undecim in terra cõsistens, duodecimũ Paulum de cœlo, qui secundũ beatũ Aug. in quodam sermone, sunt duodecim filij Iacob, hi duodecim principes plebis Israel. hi duodecim fontes reperti in Helim: duodecim castra in Ramasse usq; ad montẽ syna, duodecim lapides in ueste sacerdotali, duodecim panes propositionũ, duodecim exploratores missi a Moyse, duodecim populi terrã promissionis ingredientes, duodecim lapides altaris, duodecim lapides de Iordane eleuati, duodecim lapides in eundẽ allati, duodecim duces Salomonis, duodecim stellæ in corona sponsæ, duodecim fundamẽta, & duodecim portæ ciuitatis dei, duodecim mẽses anni. duodecim horæ diei. Isti sunt missi de manu potentis in corda inimicorum regis. Per hos rex noster pacificus debellauit mundi principem, & uasa eius diripuit. ¶ His duodecim a postolis addita sunt nomina duodecim glorioſorum martyrum, qui semetipsos obtulerunt hostias uiuentes deo acceptabiles pro confessione nominis, & passionis Christi:

In Canone duodecim martyres re

cuius

citantur, & cur illi, & non alij.

cuius memoria agitur in missa: de quorum fide, & martyrij causa: ut dicit Alber. indubitabilis extitit certitudo. Multorum autem aliorum martyrum nomina hic non ponuntur secundum eundem: quia ut legitur in ecclesiastica historia: aliquando hæretici cum martyribus passi sunt: eo q̃ tunc ecclesia synodos, visitationes & examinationes habere non potuit, ut discerneret hos ab illis propter persecutionem tyrannorum. Neq; tamen negandum est: quin plures sint martyres, de quibus non minus ecclesia est certa: eo q̃ passionem pro Christi nomine subierunt: quam de hic scriptis. ¶ Sed cur illorum nomina canoni non inseruntur: certum est, q̃ propter prolixitatem nimiam in sanctorum commemoratione, non omnia poni expediebat. Cur autem certorum nomina, & non aliorum canoni sunt inserta eadem ratio assignari non potest, quia latet nos, quæ causæ priores patres introduxerunt ad istorum potius, quam aliorum insertionem nominum. Multæ coniecturales assignari possent. Vna secundum Alber. sup. tacta propter notionem passionis, & fidei ipsorum. Neq; forte omnium est una ratio: quoniam aliquorum hic ponuntur propter suæ passionis primeuitatem: quia uidelicet passi sunt in principio nascentis ecclesiæ. Quorundam propter tormentorum immanitatem: quorundam propter constantiæ in patiendo singularitatem: & ita de alijs. Verum tamen est, q̃ aliqui dicunt canonē compositum ex speciali instinctu dei, & ordinatione. In signum cuius referunt, q̃ aliqui patres ex singulari quadam reuerentia, & deuotione, quam ad certos sanctos habuere: ipsorum nomina studuerunt apponere: & quorundam iam appositorum remouere: sed transacto die in crastino reppererunt illos delectos, & priores litteris aureis inscriptos. ¶ Ponuntur autem primò martyres eximij qui in principio nascentis ecclesiæ floruerunt in apice summi apostolatus. ¶ Lini qui fuit primus Papa post beatū Petrū: & hoc in regimine non ex ordinatione Petri. Cui cōtrariū uidetur quod Iohānes tertius scribit Episcopis Germaniæ, & Galliæ. & habetur. 8. q. 1. Si Petrus. ubi dicit̄ Si Petrus princeps Apostolorū adiutores sibi asciuit Linū & Cletū: non tamen potestatem pontificij aut soluendi aut ligandi normam eis tradidit: sed successori suo Clementi: qui sedem apostolicam post eum, & potestatem pontificalem: tradente sibi beato Petro tenere promeruit. Linus uerò, & Cletus ministrabant exteriora: princeps autem apostolorum Petrus uerbo, & orationi instabat. Sed glo. ibidem: soluit, dicens. Patet hic: q̃ Linus, & Cletus non fuerunt apostolici, & hoc uerū: q̃ post Petrū statim nō fuerunt apostolici: sed Clemens fuit post eum apostolicus. Videns autē Clemens, quòd hoc erat perniciosum exemplū, quòd aliquis sibi eligeret successorem: renunciauit papatui: & tunc electus fuit Linus: eo mortuo electus est Cletus: quo mortuo denuo fuit electus Clemens: & sic Clemens secundum unam computationē fuit secundus: & secundum aliā fuit quartus. Versus. Disputat hic mundus: quartus fuerit ue secundus. Hæc glo. ¶ Itaque secundū ordinationē beati Petri: qui moriturus apprehensa manu Clementis, in auribus totius ecclesiæ ait. Clementem hunc uobis ordino episcopū, cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado quem præ cæteris expertus sum deum colentem: homines diligentem: discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, scientem nonnullorum ferre: etiam ex his, qui uerbo dei instituuntur, iniurias: ut scribit ipse. Clemens in epistola ad beatum, Iacobum episcopum Hierosolimitanum. Linus ergo primus post beatum Petrum in cathedra Petri usque ad suam passionem sedit: qui

Albert.

Albert.

Ponuntur martyres eximij.

L

plura

plura pro Chr sto pertulit genera tormentorum, ¶ Cleti: qui Lino in papatu succesſit multis paſsionibus, & ſignis clariſsimus. ¶ Clementis: qui poſt tranſitum Cleti iterum in papam electus: beati Petri diſcipulus, & pediſſequus omnes actus eius deſcribens duodecim libris, quos itinerarium appellauit. ¶ Sixti Papę, & martyris: qui in miſſarum ſolennijs hymnũ angelicum Sanctus, Sanctus, Sanctus: cum Agnus dei, conſtituit decantari. ¶ Cornelij Papæ, & martyris ſucceſſoris beati Fabiani: cuius indubitatum apud ſanctos patres, Ambroſium, & Auguſtinum fuit martyrium. ¶ Cipriani epiſcopi Carthaginenſis, cuius tanta fuit fides, ut lata ſuæ condemnationis ſententia, publicè clamaret: gratia deo, in conſiſtorio tyranni. In cuius corde in teſtimonium fidei, figura crucis in ſpecie auri fuiſſe dicitur depicta. ¶ Laurentij eccleſiæ romanæ archidiaconi: qui certa, & indubitata fide rogum ſuſtinuit: ut uiuus in Decij imperatoris præſentia aſſaretur. Hic facultates eccleſiæ larga manu diſperſit, & dedit pauperibus: ideo iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. ¶ Chriſogoni: cuius & mira fides extitit, ut ſponte gaudens, & lætus mortis ſubiret ſupplicium. ¶ Iohannis, & Pauli: qui imperialis aulæ domeſtici ſe glorioſe Chriſtianos confeſſione publica oſtenderunt: & Iulianum apoſtatam confuderunt In quorum laude canit eccleſia. Iſti ſunt duę oliuæ: & duo candelabra lucentia ante dominum. Zach. 4. quos eadem fides, & paſsio uere fecit eſſe germanos. ¶ Coſmæ, & Damiani fratrum, qui in arte medicinę clariſsimi. gratis propter deum artis ſuæ officia exhibentes, a uero medico uocati ſunt ad ſanandum languores grauiſsimos animarum. ¶ Et omnium ſanctorum in communi, quorum nomina nota: & uitandæ prolixitatis cauſa omittuntur. ¶ Quorum meritis, precibuſq; concedas: ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio per Chriſtum dominum noſtrum. Poſtquam ſanctorum ſpecialis, generaliſq; præmiſſa eſt commemoratio, additur per eorum preces, & merita ad deum deuota ſupplicatio: unde dicitur. Quorum ſanctorum meritis. i. operationum meritoriarum intuitu maximè ſupererogationis: ut dicit Alber. in hac mortali, erumnoſaq; uita perfectarum, quę & alijs proficerr poterant. precibuſq; ſuorum priorum deſideriorum pro nobis tibi oblatis: nunc in gloria. Quoniam & de ipſis uerum eſt generaliter, quod de ſancto Hieremia propheta. 2. Mach. c. 15. ſcribitur ſpecialiter. Hic eſt fratrum amator: & populi dei Iſrael. Hic eſt, qui multum orat pro populo; & uniuerſa ciuitate ſancta: dei uniuerſali. ſ. eccleſia. Concedas, & miſericorditer largiaris. Vt in omnibus credendis intelligendis, appetendis, & agendis. Tuæ ſemper protectionis, ac defenſionis, muniamur auxilio contra omnes inimicorum uiſibilium, & inuiſibilium machinationes: quibus quoniam humana fragilitas abducitur a uia ueritatis & iuſtitiæ: & adhæret falſis ſuperſtitioſis nõnunquam aſſertionibus: declinat quoq; a uia mandatorum diuinorum. Auxilium uerò tuum habentes ſecuri ſtamus contra omnia aduerſa, & nociua. Quia tu ſolus potens es, & in ditione tua cuncta ſunt poſita: nec eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere uoluntati. Heſter. 13. Hoc auxilio ſe tueri propheta gratulatus ait. Auxilium meum a domino, qui fecit cœlum, & terram. ſibiq; impartiri inſtanter orauit. Deus, inquit, in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina. ¶ Et notandum ſecundum Alex. de ales, q; in hac commemoratione ſanctorum, quæ fit ante conſecrationem corporis Chriſti: imploratur ſuffragium ſanctorum. In ea uerò, quæ fit poſt conſecrationem, ſanctorum conſortium poſtulatur: quia nimirum antequam corpus Chriſti: quod eſt uniuerſalis eccleſia: conſecretur. i. antequam

Zach. 4.

M

Albert.

2. Mach. 15.

Heſter. 13.

Alex. de ales

Ante conſecrationem ſanctorũ, auxiliũ poſt cõſecrationem uerò eorũdẽ conſortium petitur.

tequam regnum aduenias. necessarium est nobis in uia sanctorum suffragium, ut meritis eorum, & precibus diuinæ protectionis muniamur auxilio. Sed ubi corpus Christi fuerit consecratum. i. ubi regnum aduenerit, assequemur in patria consortium sanctorum: ut societatem, & partem cũ sanctis apostolis, & martyribus habeamus, quod in commemoratione sanctorum infra postulatur. ¶ Et nota, ꝙ in hac sanctorum inuocatione, nõ tantum sancti maiores, ut Petrus, & cæteri apostoli in beatitudine, & gloria deo proximiores, sed etiam inferiores, & mediocres, ut Linus, & cæteri martyres ex nomine exprimuntur. Etiam certi nominandi eliguntur: ut per hoc instruamur, ꝙ licitè nunc ad hunc, nunc ad illum maiorem, uel minorem orationes fundere possumus: & ad specialeſ recurrere, deuotione, & fiducia speciali. Quo illorum error reprobatur, qui non ad uarios sanctos pro uarijs subleuandis defectibus recurrendũ dogmatizabant. Vnde nonnunquam fidelium turbatur deuotio: & reuerentia sanctorum, quæ rationabili uarietate discreta crescit, confusa uniformitate minuitur, & tepescit. Vt autem sanctorum inuocatio discrete a nobis fiat: & pulchra uarietate amicta crescat: considerandæ est uarietas donorũ etiam in sanctis tam in uia, quam in patria discretorum. Verum enim est, & in sanctis illud uirgilianum. Non omnia possumus omnes: quoniam nec omnia: nec eadem omnibus data sunt: sed diuersi diuersa receperunt dona: omnia tamen ad communem ecclesiæ utilitatem. Quod pulchro paradigmate deducit apostolus. 1.Cor. 12. Diuisiones (inquit) gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem uerò deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu alij gratia sanitatum in uno spiritu. Alij operatio uirtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum, &c. Et sequitur. Nunquid omnes apostoli, nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes, nunquid omnes habent gratiam curationum &c. Sed unusquisq; proprium habet donũ: unus quidem sic: alius uerò sic. 1. Cor. 7. Quod uerum est (ait Gerson tractatu de oratione) nedum in uiatoribus, sed etiam in beatis. Quo respectu canit ecclesia. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Cui consonat illud Ioh. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. i. distincta meritorum præmia, ac distincta priuilegia, unde etiam consequitur uarius beatorum honor, & gloria. Sic loquitur beatus Aug. in de sancta uirginitate. Quia uita æterna pariter erit omnibus sanctis: æqualis denarius omnibus attributus est: Quia uerò in ipsa uita, distincta fulgebunt lumina meritorum, multæ mansiones sunt apud patrem, ac per hoc in denario quidem non in pari non uiuit alius alio prolixius, in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius. ¶ Ex quibus concluditur sanctos diuersos, diuersas gratias, & priuilegia siue dona uaria a domino consecutos, & quantum ad seipsos, & quantum ad necessitates, uel defectus uiatorum subleuandos, seu dona uaria, & beneficia impetranda. Et hoc etiam quoad personas, tempora, loca poterit similiter æstimari: ut ꝙ quidam dati sunt patroni certæ prouinciæ: quidam certæ personę, quidam certis personis, quidam certis beneficijs impetrandis. Quidam etiam propicij magis, magisq; exorabiles inuocati certis loco, & tempore, quam alio loco, aut tempore alio. Quæ enim a deo sunt, ordinata

Diuersi sancti pro diuersis necessitatibus sũt implorãdi.

Egloga 8.

1.Cor.12.

1.Cor.7.

Iohan.14.

Auguſt.

O

sunt.

Rom.1. sunt. Ro. 13. Vnde æterna sua, ineffabiliq; sapientia non solum prouidit, ac præordinauit ea, quæ facturus erat: sed etiam per quos, & quibus mediis: elegitq; singulis loca & tempora determinata: alioquin quomodo respondisset discipulis. Non est uestrum nosse tempora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Act. 1. Act.1. Sic ergo non omnium generum miracula per singulos sanctos suos dominus operatus est in terris; sed per quosdam illa: per quosdam alia. Ita legimus quosdam frequentius spiritus immundos expulisse: ut Cyriacum diaconum: alios frequentius cæcos illuminasse, ut Laurentium: alios marinos sedasse fluctus, ut Martinum, & Nicolaum: alios cælo, astris, & nubibus imperasse: ut Iosue, & Heliam: alios etiam bestias curauisse ut Hieronymum, Blasium: & sic uarios sanctos in terris uarias curasse infirmitates. Nec mirum: quoniam licet singuli singulas amplexati sint animæ uirtutes: tamen unus in hac in illa alius magis, & magis claruisse putatur. Exempli causa, ut secundum Greg. 1. mora. § 13. Abel de innocentia: Enoch de actionis mundicia, Noe de spei longanimitate: Abraam de obedientia: Isaac de coniugali castitate, de laboris tolerantia Iacob: de retribuendis bonis pro malis Ioseph: de mansuetudine Moyses: Iob de patientia &c. Quiuerò in certarum uirtutum exercitijs amplius meruerunt: nihil prohibet credere a domino pro singulari quadam remuneratione in beatitudine obtinuisse, ut similes uirtutes impetrare ualeant eis, qui se in terris inuocare deuotius studuerunt: quatenus appropriate in his sublimentur, in quibus meruerunt. Sic enim legimus quosdam a carnis tentationibus liberatos per inuocationem beatæ Agnetis, Andreæ Hieronymi, Nicolai. Per beatum Petrum obedientiæ donum, per Paulum illuminationis: per Iohannem charitatis obtinuisse, & ita de alijs multis. Et idcirco sanctos quosdam suos oratores transmisisse legimus ad alios: etiam cælestes ad terrenos maiores ad minores. Sicut de beato Petro recitat Grego. 3. dial. c. 25. qui puellam paralyticam sanandam suæ ecclesiæ custodi nomine Abundio delegauit. ¶ Veruntamen sancti sic ad certa beneficia conferenda, uel impetranda priuilegiati: non propter hoc impotentes sunt ad auxilia in alijs conmpræstanda. Sicut nec uni uirtuti excellenter dediti uirtutes cæteras reliquere. Vnde quo sancti maioris fuerunt meriti, & modo amplioris gloriæ: eo efficaciores creduntur ad omnia nobis apud dominum generaliter impetranda. Sic apostolos legimus infirmitates singulas curauisse: licet ex speciali causa maiores sancti ad minores aliquando sanandos remisserunt: ut minorum nondum manifesta sanctitas palam fieret: uel propter aliud huiusmodi. ¶ Vtriformiter credendum certis personis, aut patrię certos sanctos specialiter patrocinari. Si enim hæc de angelis credimus, cur non etiam de sanctis ad angelorum societatem assumptis. Ibi uidelicet specialiter, ubi uiuentes conuersati sunt: uel populi curam gesserunt. uel ubi corpora eorum requiescunt, & reliquiæ seu ubi ecclesias sibi posident dedicatas. Nam in talibus frequentius miraculis claruere, & beneficia plurima suis cultoribus, & loca huiusmodi deuote uisitantibus præstiterunt. Sic de beato Benedicto scribit beatus Gregorius, ꝙ quædam mulier mente capta, dum errans casu ad specum beati patris peruenit, ac pernoctauit, mane sana exiuit, ac sana permansit. 2. li. dialo. c. 45. Sic beatus Martinus turonensis undecim mille uirgines colonienses ab hostium insidijs: & obsidione liberauit. Sic habetur. 4. Reg. 13. ꝙ cum cadauer cuiusdam defuncti proiectum fuisset in sepulchrum Hælisei, continuo reuixit. Et mater beatæ Luciæ, cuius hodie festum agimus, ad tactum sepulchri beatæ Agathæ

Greg.

Greg.

Greg.

4.Reg.13.

Quomodo aliqui sancti dati sunt patroni prouincijs certis.

est

est a profluuio sanguinis liberata. Et de sancto Hieremia scribitur, q̃ multum orauit pro populo, & sancta ciuitate Hierusalem: in qua olim prophetæ officio fungebatur: ut est supra allegatum. ¶ Sic etiam certis temporibus exorabiliores se reddunt: utpura in suis natalicijs, ac cæteris eorum festiuitatibus. Sic de sancto Martino legitur, q̃ dum sarcophagum eius trãsferre conarentur: frustra tribus diebus, & noctibus in orationibus, uigilijs ac ieiunijs laborauerunt: donec expectarent diem natalicij eius pontificatus. In quo apparente quadam celesti uirtute, cooperante sancto Martino facillime uota compleuerunt. De his omnibus beatus Aug. ad eccleſiã hypponen. ita scribit. Vbiq; deus est: nullo loco clauditur, quæ condidit omnia: & cũ a ueris adoratoribus in spiritu, & ueritate adorare oportet: ut in occulto exaudiens: in occulto iustificet, & coronet. Verũ ad illa, quæ hominibus nota sunt: quis pót eius perscrutari consilium, quare in alijs locis hæc miracula fiant, & nõ in alijs. Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi sancti Fælicis Nolensis corpus conditum est: quæ uolui, ut pergerent: quia nobis facilius, fideliusq; scribi potest, quicquid in eorũ altero fuerit diuinitus propalatũ. Nam & nouimus Mediolani apud memorias sanctorũ, ubi mirabiliter, & terribiliter dæmones cõfitentur: furẽ quẽdã, qui ad eũ locũ uenerat: ut falsum iurando deciperet, cõpulsum fuisse furtũ confiteri: & quod abstulerat: reddere. Nunquid Aphrica martyribus plena est: & tamẽ nusquam scimus talia fieri. Sicut enim quod apostolus dicit: non omnes sancti habent curationẽ: nec oẽs habent diudicationẽ spiritũ: ita nec in omnibus memorijs sanctorũ ista uoluit fieri ille, qui diuidit propria unicuiq;, prout uult. Hæc Aug. ¶ Huic suffragiorum distributioni, quã sanctis inesse credimus in patria: fauent distincta angelorũ officia: per quę alij alijs præsunt, tã prouincijs, quã regnis, quam personis: sicut in Danie. legimus. Propter quod potentiores eos quis dubitat ad impetrandũ beneficia eis, quibus præsunt, quam alijs. Vnde & Danieli reuelatum est principem Persarũ restitisse Gabrieli. 21. diebus: eo q̃ legatio Gabrielis nocitura erat Persis. eiusdẽ. c. 10. Quẽ Persarum principem beatus Greg. 18. mora. angelum genti ppositũ dicit. Et qũo restitit, satis declarat Nicolaus de lyra in postilla sup Danielẽ. ¶ Sed nunc qualis uarietas cultui sanctorũ cõdecet: breuiter annectamus. Illud aũt supponẽdũ q̃ in sanctorũ ueneratione nõ tã sanctos: quã in sanctis dñm ueneramur. Dñs. in sanctis magnifica dona gratiã, & opera laudamus: quid aliud, quã dñm: qui omnia operatur in omnibus in sanctis suis mirabilẽ prædicamus. Siquidẽ omne datũ optimũ: & omne donũ perfectum desursum est descendens a patre luminum. Iaco. 1. Non enim sanctorum cultus in sanctis finaliter terminari debet: sed per sanctos dirigi in deum tanquam in omnis boni originem, atq; finem: alioquin idolatriam saperet: dum creaturam propter se tantum sine relatione actuali, uel habituali in finem ultimum, qui deus est coleremus. In omni igitur sancto rum cultu, si rectẽ colimus: diuinam potentiam, sapientiam, & bonitatem laudamus. Secundum: quæ diuina attributa omnis sanctorũ cultus triplicẽ cõplectitur modũ. Vnus dũ de donis gratia, beatitudine, & gloria sanctorum exultamus, gratias referentes dño, qui tanta suis contulit. Gaudemus quoq; de salutaribus profectibus: qui nobis ex hoc proueniunt, totoq; mentis annisu ad eorum consortium, & gloriam aspiramus. Hæc facientes diuinam bonitatem attollimus, confitemurq; domino, quoniam bonus, qũ in seculũ mia eius: qui tãtis tãq; desiderabilibus bonis suos electos largiter cumulauit. Secundõ sanctos colimus, dum eorum fidem, & doctrinã, quã spũsancto inspirati exemplo, & uerbo sparserunt, amplectimur, & quo

Quòd plus uno loco, & tẽpore, quã alio exaudire uolunt.

Q

Auguſt.

Auguſt.

Greg.

R

Iacob. 1.

In omni ordinato sanctorũ cultu diuinã colimus sapientiam, potentiã, bonitatẽ, ob id triplex sanctorum cultus.

ad possumus, imitamur: diuinam in hoc confitentes sapientiam, cuius magisterio, & unctione homines mortales nobis similes diuina nobis mysteria, ac uitæ uiam certissimam demonstrarunt. Tertiò modo sanctos ueneramur dum ad eorum suffragia auxiliaq; nos infirmi, nos miseri, deuotè recurrimus: & confidenter diuinam benedicentes potentiam: qui talem dedit hominibus potestatem. Hos tres modos colendi sanctos ecclesia tenet: dum in sanctorũ festiuitatibus uirtutes eorum cum gaudio, & exultatione magnificat: doctrinas, & exempla a filijs, imitanda recitat: & eorum intercessiones, & auxilia implorat. ¶ His itaq; modis discreta uarietate nobis colendi sunt sancti: ne stulte oberrando, dum illi diuinæ sapientię: cui nihil inordinatum, & irrationabile placet, placere cupimus, plurimum displiceamus. Audiamus quoq; in opprobriũ nostri illud Mat. 15. Sine causa colunt me. sed in omnibus secundum traditionem apostolicam, rationabile sit obsequium uestrum. Rom. 12. ¶ Vnde talis discretio seruetur, quatenus quo ad primum modum, maiores propensioresq; gratiarum actiones domino impendamus: ac festiuioribus cerimonijs laudum præconia in illorum sanctorum solennijs decantemus: qui a domino maiorem gratiam ac munera in uia ac gloriam abundantiorem sunt in patria consecuti: quousq; magis diuino munere ecclesiæ dei profeciſſe credimus. Propter quod secundum ecclesiæ ritum glorioſæ uirgini Mariæ super omnes puras creaturas, deitati suppositaliter non unitas in gratia pariter, & in gloria sublimitate maiorem debemus reuerentiam: ac pro ea, quæ omnium redemptorem peperit, etiam salutem. maiores deo reddere gratias obligamur. Sic & beatum, Iohannem Baptistam, quo ueritatis testimonio, inter natos mulierum maior non surrexit: festiuitate solennius ueneramur. Similiter & primorum patrum, beatissimorum apostolorum fundamentorum ecclesiæ a domino specialiter electorum honorem cæteris sanctis omnibus anteponimus. Deinde quattuor euangelistarum, quattuorq; ecclesiæ doctorum: qui plus cæteris ecclesiæ credun tur profuisse: solennia sub duplici officio colimus: secundum q̃ statutum est in c. Glorioſus deus. de reli. & ue. sanctorum li. 6. Alios uerò minores martyres confessores, uirgines temperatiori cultu ueneramur. Rectè, in quam, hęc in ecclesia uarietas seruatur. Nam secundum apostolum. 1. Cor. 15. Sicut stella differt a stella in claritate: sic erit resurrectio mortuorum. Ideo ecclesiastica hierarchia: ut in suis actionibus imitetur cœlestem illam sanctorum in gloria diuersitatem: uarietate officiorum rationabili eam ipsam repræsentat. ¶ Sic quo ad secundum modum. Quamuis omnium sanctorum uita, & doctrina sit imitabilis: illorum tamen exẽpla amplius attendenda sunt, & imitanda: qui uel in his uirtutibus laudãtur specialiter, uel qui magis statum concernunt cuiuslibet: aut quorum contraria uitia plus impugnant. Ita regularis propositi uiri eos magis imitari habent, qui regulæ fuerunt institutores: uel instituto præcipui zelatores. Sic monachi nigri Benedictum: albi Morbertum. Cistercienſ. Bernardum, regulares Augusti. anachorithę Ioh: Baptista: chordati Franciscum: prædicatores Dominicum plus cæteris uenerantur. ¶ Sic etiam si quis uitio quolibet acrius impugnatur: eum uenerando attendat: qui per oppositam uirtutem uictor fuit. Sic tentatus in fide Abraam, & Petrum diligentius honoret. Quorum alter contra speciẽ credidit in specie: ut pater fieret multarum gentium, nec in promissionis dei hæsitauit diffidentia: dum filium unigenitum immolare iubetur: in quo sibi seminis multiplicatio est promissa: ad Rom. 4. & Heb. 11. Alter inter diuersas hominũ

5

Mat. 15. Rom. 12.

1. Cor. 15.

7

Rom. 4. Hebr. 11.

In sanctorũ cultu discreto qualis discretio, & uarietas seruãda sit.

Qui sancti a religiosis sint scipuè inuitandi.

de

de Christo opiniones, filium dei uiuum paterna reuelatione recognoscēs publicè confitetur. Mat. 16. Si quem persecutorum sollicitat uindicta: Dauid consideret, & Stephanum. Quorum ille dum in capitalem inimicum ad mortem actu se querentē uindictam sumere potuit: noluit. 1. Reg. 24. Iste pro suis occisoribus dominum exorauit. Si torquet inuidia, Samuelem inuoca, & Paulum. Quorum primus ira deijcientem se dilexit populum: ut pro eis non orare peccatum reputaret. 1. Reg. 12. Secundus uerò anathema esse optat pro fratribus a sua persecutione non cessantibus ad Rom. 9. Si carnis petulantia stimularis: Ioseph æmulare, & Iohannem Zebedei: quorum hic castitatem a sua domina impugnatam sub uitę periculo custodiuit. Gen. 39. Iste iam nuptijs ascriptus, lenæ coniugis respuens pectus, dominum uirgo secutus est, ut testatur Hiero. in prologo super Ioh. ¶ Si displicentes rerum euentus ad impatientię murmur te agitant; Iob uenerare, & Alexium, quorum unus in omnium exterio rum amissione possessionum, liberorum, corporisq; sanitate nihil stultū contra dominum loquitur: sed e contra benedicit. Alter paterna in æde in medijs diuitijs, & familiam despici elegit: & paupertatem, ac seruorum contumelias incognitus patienter tulit. ¶ Si immoderatus gehennę timor & commissorum nimietas peccatorum: ad desperationem te impellunt: Manassem primò idolatram, & prophetarum occisorem: postea in captiui tate conuersum ad memoriam reuoces, de quo 2. Paral. 33. Atq; famosam illam peccatricem Mariam Magdalenam imitādo colat: quæ plurima a domino priuilegia conuersa consecuta est, secundum euangelicam ueritatem. ¶ Si superbia te uexat: humillimam dei genetricem amplectere: quæ cum summa super angelicos spiritus dignitate leuaretur: deumq; sibi subditum materna auctoritate haberet: profundissimam humilitatem mente tenuit, uerbis exhibuit, & in omni opere suo teste euangelio, declarauit. Et sic in alijs posset pariformiter demonstrari. Pro quo bene ad propositum loquitur beatus Greg. Home. 15. super Ezech. uersus finē. ¶ Quā tum ad tertium modum, similiter multis respectibus nunc ad unum: nunc ad alium conuertere nos possumus auxilia petituri: de quo Gerson in tractatu de oratione ita scribit. Conuertere, inquit, ad aliquem sanctorum, uel sanctam, qui deo proximior est in glorificatione: sicut & meriti maioris fuit, aut ad aliquem sanctorum, qui familiari, quędam deuotione cognitus est: ut patronus ecclesiæ, in qua baptismum suscepisti: uel in qua beneficium, uel ordinem sortitus es: uel cuius templum ingressus es: aut cuius nomine insigniris: seu cuius uitam imitari soles, et colere ex litteris tibi cognitam. Inter hos mira fiducia semper adeundus est angelus proprie custodiæ deputatus. Et pari ratione sanctus ille, uel sancta, quem, uel quam sibi quilibet elegit singulariter in patronum. Sicut commendabilis multorum mos habet eligere unum ex apostolis, quem inter cęteros speciali uenerationis deuotione amplectuntur. Quod idem cancell. in de mendicitate spirituali commendat. Nec frustra id fieri putādum est: quoniam sancti illi quos specialiter ueneramur, etiam singularia nobis patrocinia impendunt. Sicut de quadam matrona recitat Greg. Home. 32. Hęc cum frequenter ecclesiam beatorum martyrum processi, & Martinia ni deuotè uisitaret: quadam die eosdem sanctos martyres obuiam habuit dicentes sibi. Tu nos modo uisitas: nos te in die iudicij requiremus, & quicquid possumus, præstabimus tibi. Ecce quanta certitudine promiserunt sancti isti assistentiam matronę, a qua specialiter uisitabantur. Rogari enim uolunt sancti, & (ut ita dixerim) ait Greg. quærunt, ut quęrantur.

Mat. 16.
1. Reg. 24.
1. Reg. 12.
Rom. 9.
Gen. 39.
Hieron.
Paral. 33.
V Greg.
Gerson.
Greg.
Greg.

Nunc hanc nunc illum sanctum possumus inuocare.

Proprius angelus adorandus.

tur. Et subdit. Hos ergo adiutores uestris orationibus quærite: hos protectores uestri reatus inuenite, quia ne peccatores puniri debeant rogari uult, & ipse, qui iudicat. Rursus ait cancel. Ad aliquem sanctorum conuertere pro necessitatibus aliquibus sublemandis: uel impetranda quadam speciali gratia: qui sanctus, uel sancta priuilegiatum donum recepisse meroratur, ut opem ferat, quia diuisiones gratiarum sunt: ut superius est deductum. ¶ Ex his patet quemadmodum ordinata ueritate conuerti possumus ad sanctos: uel maiori apud deum gloria fulgentes: uel nobis magis familiari deuotione notos: aut ad præstandum, quæ poscimus singulari priuilegio dotatos: uel tandem nobis certa conuersatione, aut alijs causis antedictis magis notis. ¶ Hic enim ordinatus sanctorum cultus multa fidelibus confert bona: ut dicit Hen. de hal. super Gen. Nam confirmat fidem: eleuat spem, auget charitatem, deuotionem accendit, iustos lætificat, peccatores confundit. Fides enim uiatoribus indubia redditur, cum auditur, & in ea persistentes hic sublimati sunt a deo & ei tantum placuerunt. Eleuat spem cę'estem consequendi gloriam, quando media ipsa cognoscimus, quibus similes nobis mortales ad ipsam ascenderunt, eosq; ad hanc consequendum, indubitatos patres, & auxiliatores fidelissimos audimus. Auget charitatem, dum eos hanc perfecte exercendo tanta intelligimus prędmia meruisse. Deuotionem accendit, nam exempla sanctorum audita, & considerata, nonnunquam plus accendunt, quam ratiocinatio, aut simplex doctrina secundum Gre. Homel. 13. in Ezech. in prologo sui dialogi. Iustos etiam lætificat, dum pro terrenis cælestia, pro temporalibus æterna dominum audiunt suis dilectoribus ipsis, quos colunt mensura plenissima tribuisse. Peccatoresq; confundit, quando sanctorum comparatione, apparet inexcusabilis eorum negligentia. qui cum sanctis angelicam duxere uitam, ipsi bestias imitati, summa bona perdiderunt, quæ & ipsi, sicut illi: si uolebant, poterant acquisisse. Confunduntur nihilominus utiliter ad superbiam ex quibusdam bonis suis operibus tentati, dum omnia opera sua bona in oculis suis uilescunt ex comparatione eorum ad magna illa merita beatorum. ¶ Et quemadmodum discretus sanctorum cultus cómendabilis est deo, & sanctis acceptus, & cultoribus utilis uitæ profectus: ita indiscretus deo; sanctisq; displicet: & cultoribus tanquam superstitiosis culpam auget. Est autem indiscretus, dum nulla rationabili subsistente causa, maiori solennitate, festiuitatibusq; cerimonijs aguntur festa sanctorum inferioris ordinis, quam sanctorum ordinis superioris. Similiter si sanctus extollitur indiscrete per excessum in uirtutibus, & donis uitæ uel patriæ habitis. Aut dum aliqua dona, uirtutum opera, uel miracula sancto attribuuntur ficte, quæ nulla eum scriptura commemorat habuisse. Aut quartò, dum aliquis non sanctus, aut ignotus pro sancto colitur. ¶ Si quidem indiscretus est ille cultus, dum quidam ecclesiæ quæstum pietatem æstimantes, propter solas quotidianas distributiones, aliquem simplicem martyrem, confessorem, uel uirginem, solemnioribus cerimonijs agunt in pulsibus, luminibus, uestibus sacris, cantu, organis, quam festa apostolorum, immo quandoq; quam festa beatissimæ uirginis, aut Christi. Nec hoc ideo culpandum, ne nimius sanctis honor impendatur, nam nulli sancto etiam minimo honor suæ gloriæ condignus ab homine impendi potest, homine, scilicet mortali, qui est puluis, & cinis, & uermium esca, cum eorum præsentia angelis sit unneranda, immo quia eorum unicuiq; laus est a deo, ut dicit apostolus. 1. Cor. 4. Sed propter sanctorum merita simul, & gloriam discernendas, decet talis moderatio ut summis festis

X

Hen.

Discretus sanctorũ cultus multos uiatoribus affert fructus.

Gregor.

Y

Reprehenditur indiscretus sanctorũ cultus, & error multiplex indiscretè colentium eosdẽ

1. Cor. 4.

Chri-

Christi potiora, quæ possumus exhibeamus: non q̃ illa sint condigna: sed quia non ualemus impendere maiora. Deinde cæteris moderatiori cultu seruiendũ est magis, & minus secundũ differentiã, & distinctionẽ eorũ, quos festiuamus. Inter quos indiscretos maximè excedunt, qui sanctis latriam, quæ soli deo debetur, exhibent: siue actu mentis siue exterioribus cærimonijs ipsam ex propria institutione, uel consuetudine significantibus. Vt cũ (exempli causa) ecclesia in letanijs, & deum, & sanctos inuocat, differentiam in uerbis habet: nam a patre misericordiam petit, dicens. Pater de cęlis miserere nobis. A sanctis intercessionem postulat, dicens. Sancta Maria ora pro nobis. Indiscrete quicquid deo reseruatur: sine differentia sanctis attribuunt. Sic peccant, qui sanctis sacrificant, quod idolatriæ est. Solus enim deus sacrificiorum oblatione adorandus est. Licet enim in honorem sanctorum ecclesiæ, & altaria consecrentur: & ipsi missarum solennijs honorentur. tamen sacrificia soli deo offeruntur. Vnde nemo pontificum assistens altari sanctorum Petri, & Pauli dixit aliquando. Offerimus tibi Petre, aut tibi Paule. Sic nonnunquam stulti homines errant: qui feriando, & ieiunando sanctos honorant minores: fortasse propter aliquod temporale damnum cauendum, uel remouendum, aut bonum consequendum: & maiores sanctos prætereunt, nec ieiunant: nec celebrant: dum id ecclesia præcipit propter bona perpetua consequenda: non attendentes illud beati Ber. ser. 49. super Cant. Ingratum est spiritui sancto, quicquid obtuleris obmisso eo, ad quod teneris. Bernar. Cant.

¶ Dictum est autem uigilanter sine rationabili causa. Sunt enim causæ plures, propter quas inferioris ordinis sancti festiuius honorantur: ita tamen ut latriæ cultus non impendatur. Vna si fuerint ecclesiæ patroni: aut si corporaliter in eis requieſcunt: uel eorum reliquiæ ibi conseruantur: aut quia ibi passi sunt: aut fidelibus illius loci uiui, uel defuncti plura beneficia contulerunt: tales enim ecclesiæ magis tenentur eis ad gratiarum actiones propensius rependendas. Et possent addi causæ supra tactæ. Non enim irrationabile iudicatur, ut huic sancto festiuius seruiam, quem specialiter in uirtutibus habeo imitari uel cuius suffragia ex propria necessitate magis congruit implorare. ¶ Est quoq; indiscretus, & reprehensibilis ille cultus: ut dicit Henricus de hasl. super Gen. dũ in commendandis uirtutibus sanctorum in uia possessorum, siue in gloria consummatorum, omnia per excessum denunciantur, per superlatiuum, qui soli deo proprius est: ut non remaneant uerba, quibus deum in talibus suam creaturam excedere enarremus: unde cum de deo ueritime canit ecclesia. Tu solus altissimus: non uidetur de quocunq; sancto dici posse: tu sanctissimus, iustissimus, beatissimus secundum sermonis proprietatem. Siue enim affirmatiue: siue negatiuè exponatur superlatiuus certũ est ipsum soli deo cõuenire: unde tales locutiones, dũ de sanctis inueniunt, sunt hyperbolice, & improprie: in quibus superlatiuus per ualde, exponendus est: ut beatissimus. i. ualde uel multum beatus. Eapropter modus ille improprius extendendus non est: sed potius restringendus Magis tamen abusus ille reprehensibilis est: si prædicata quæ secundũ usum ecclesiæ soli deo patri, & mediatori Christo attribuũtur: ut oẽs saluator &c. ẽt sanctis applicantur: maxime si hoc propter questũ fit. Indiscretior, & ille cultus est, & blasphemiæ proximus: dũ dona, uirtutes, opera, aut miracula nõ habita sanctis attribuuntur: aut in eis, quæ facta non fuerunt, laudantur falso aut in cęlis: sublimatio adscribitur: quã non sunt cõsecuti. Ad hoc dici põt uerbum. Iob. 13. Nõ indiget deus: sed neq; sancti eius, mendacijs uestris: ut pro eo, uel illis dolos loquamini. Laus illa plurimum displicet sanctis: qui ueri- Iob. 13.

Sãctorũ cultus indiscretus est, seu indiscretè fit qua druplicitèr. Z Henricus.

tati ſtabiliter innixi, mendacijs delectari non poſſunt. Cultores etiam huiuſmodi, qui mendacia in doctrina religionis committunt, grauiter peccant, uel ſi ita eſſe credunt: fatuæ leuitatis arguuntur, quæ deo in ſeruis ſuis diſplicet: quos ut Aug. in de uita Chri. ait: graues, prudentes, pios, irreprehenſibiles eſſe conuenit. ¶ Sed & nimium oberrant, qui pro ſancto colunt, qui ſanctus non eſt: nec uitæ ſuę teſtimonium habet legendas, uel penitus apocryphas, uel aliquando ab infidelibus, aut falſis Chriſtianis ob quæſtum: quo non deus ſed idolum auaritiæ colitur: confictas. In quo cultu profano diabolus plurimũ delectatur: & quantum ualet, cooperatur: ut in errorem pertrahat cultorem ueritatis. Ob quam etiam cauſam pſeudo prophetis, & magis aſsiſtit apparentibus miraculis. Sic ſcribit Seuerus ſulpitius in uita beati Martini, ꝙ latro quidam a multis peregrinantibus colebatur: qui etiam error tandem per beatum Martinum ſublatus eſt. Taliſmodi error eſt, cum ad loca non conſecrata peregrinationes fiunt, uel ad ſanctos nouiter notos, & incognitos omiſsis ueteribus, quaſi non poſſent inuocantibus ſe, aut condigne colentibus ea impetrare, quæ a minus notis petuntur: ut dicit Henricus de haſ. ubi ſupra. ¶ Errãt nihilominus in poſtulandis auxilijs a ſanctis: qui uel non petenda petunt: aut principalius, & primò petunt: & ſecundariò, & minus principaliter petenda fuerant. Aut qui cupita inordinatis modis a ſanctis obtinere quærunt. Vel qui ita a minoribus ſanctis auxilia quærunt: ut hæc maiores ſanctos: immo nec deum dare confidant. Propter quod, & maiori reuerentia ſe conuertunt ad minores ſanctos: quam ad maiores, uel ad deum: ſed horum proſecutionem relinquo propter nimiam digreſsionis prolixitatem. ¶ Solet autem ſacerdos, dum dicit. Communicantes &c. ſecundum morem multarum eccleſiarum manus altius uerſus cœlum tendere. Cuius cauſam digeſtam non inuenio: ſed puto, ꝙ non inconuenienter hic mos inoleuit: ut geſtus corporis ſententiæ concordet ſermoni. Nam cum hac clauſula communionis ſignificatur connexio, qua eccleſia militans triumphanti connectitur: manus in altum uerſus cœlum eleuans hoc idem membrorum erectione repræſentat quaſi ſe erigendo, uelit ſuperne ſe coniungere ciuitati.

Auguſt. &

Error eorũ qui pro ſancto, qui ſanctus non eſt, colunt.

Henricus.

DE OBLATIONIS, ET SACRIficij acceptatione.

LECTIO XXXIII.

HANC igitur oblationem. ¶ Hæc eſt pars tertia canonis principalis, in qua poſtquam in parte ſecunda præcedenti poſita eſt ſanctorum inuocatio: quorum meritis, & precibus dona nobis a deo conferuntur. In iſta parte petitur acceptatio oblationis, ac ſacrificij: qua electi a perfidis: ac oblationes placidè a diſplicentibus diſcernuntur. Et diuiditur in tres particulas ſecundum tres petitiones, quas per illas complectitur. In prima petitur, quod dictum eſt quantum ad oblationem generaliter. Secundò petuntur ſacrificantibus commoda temporaliter, & æternaliter. Tertiò petitur oblationis perfectio quantum ad finem principalem, qui eſt tranſubſtantiatio ſpecialiter. ¶ Secunda ibi dieſq; noſtros. Tertia ibi. Quam oblationem.

Expoſitio canonis ab illo loco. Hãc igitur.

Quomodo ordinis eſt

¶ In

cõcurrũt in sacrificio missę suis officijs.

¶ In prima parte dicit. Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus domine, ut placatus accipias. Dicit igitur ad denotandum: q̃ hæc pars est conclusio huius, quod præmissum est q. d. Igitur: quia non est locus offerendi sacrificium unitatis extra unitatẽ ecclesiæ: sanctorum memoriæ communicantes, & in eorum communione sacrificium offerentes: qui ritum huius sacrificij nobis tradiderunt: & ipsum offerendo gratiam, & misericordiam consecuti sunt: rogamus quatenus eis intercedentibus hanc oblationem hæc dona: hæc munera: hæc sancta sacrificia illibata seruitutis nostræ: quam. s. facimus in uero cultu soli deo debito. Sed & cunctę familiæ tuæ, scilicet sub crucis uexillo, ac militiæ Christianæ militantis, quæsumus domine, deus omnipotens, & clementissime pater: ut placatus meritis, & precibus beatissimę uirginis Mariæ, sanctorum apostolorum, martyrum, & omnium electorum tuorum: accipias. i. gratanter acceptes. ¶ Quod dicitur, nostræ seruitutis, dicitur pro clero secundum Alber. & quod sequitur: & cunctæ fa. tuę, additur pro laico populo. Sicut enim seruitus regis in cubicularijs, & dapiferis: pincernis, marscalcis, ducibus, & alijs regalis aulæ ministris: ita est seruitus dei in templo ad oblationis consecrationem ordinatus: scilicet ianitorum, ceroferariorum, exorcistarum, acholytorum, lectorum, subdiaconorum, diaconorum, præsbyterorum, episcoporum &c. quæ seruitus theosebia, & dei cultus dicitur, de quo lec. 18. Et sicut uictoria non est regis tantum; sed omnium, qui in seruitute regis ad uictoriam aliquid conferunt. In exercitu enim regis unus exercitui coquinat: alter arma parat: tertius sellat equos: quartus parat milites: quintus ordinat acies: pugnat sextus: refrænat præcedentes septimus: octauus postremos ad aditorium primorum recuruat. Et uictoria est per modum diuersum omnium illorum, & quicunq; illorum defuerit rex uictoriam, non consequetur. Ita in oblatione ianitor templum, in quo fit oblatio mundum custodit. Ceroferarius tenebras uisibiles, & inuisibiles repellit. Exorcista uim dæmonis excludit, ne communicantes a communionis perceptione impedire possit. Acholytus uirtutem fidei exponit. Subdiaconus materiam immolandarum hostiarum ad sacramentum suggerit. Diaconus oblationes, & pallas corporalis in altari disponit. Sacerdos autem, ut perfector sanctitatis oblationẽ perficit: & ideo omnium clericorum est aliquo modo oblatio. Et hoc attẽdens beatus Greg. dicit. Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę, hoc est, ad cuius perfectionẽ tota nostra ordinata est seruitus. Sed & cunctæ familiæ tuæ. Hoc pro laico populo adiunctum est: qui (sicut dictum est) uoto concurrit ad hanc oblationem, pro quanto sacerdos personam totius ecclesiæ, cuius ipsi partes sunt, & membra, gerit: de quo Cant. 6. Terribilis est ecclesia: ut castrorum acies ordinata: & Gen. 32. Castra dei sunt hæc. Et secundum hoc exponit Alber. quod subditur. Quæsumus domine, ut placatus accipias. s. seruitute cleri, & uoto totius populi: accipias, ut prius. i. acceptam habeas: pro omnibus. s. pro quibus tibi offertur. Malach. 3. Placebit deo sacrificium Iuda, & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Iuda enim qui interpretatur confitens, & glorificans: significat clerum confitentem confessione ueritatis in predicatione, & glorificatione. In laude autem Hierusalem populum significat, cuius sacrificium placet per acceptationem deo: sicut dies seculi: hoc est sicut sacrificium a diebus seculi a sanctis oblatum. Et placet sicut anni antiqui, qui sunt anni æterni, qui nõ deficiẽt. hoc est sicut acceptũ est ab æterno in præordinatione dei. Hæc dñs Alber. ¶ Petitur autẽ acceptari hoc sacrificiũ nostrum, non quantum

Pro clero & laico populo oratur.

B Alber.

Grego.

Cant. 6. Gen. 32. Alber.

Petitur acceptari sacrificium non ex parte sacrificij, sed ministri.

Malach. 3.

Alber.

est ex parte sacrificificij in se: quia illud deo displicere non potest. Hic.n. sacrificatur filius, de quo paterna uox ait. Hic est filius meus dilectus, in
Mat. 17. quo mihi bene complacui. Mat. 17. Sed petitur acceptari, quantum est ex parte ministrorū ecclesiæ: quia qñ; accepta non est: quia indigne' hoc sa
Hiere. 11. crificiū tractat, & offerunt. Vnde de talibus dicitur Hiere. 11. Quid est, ꝙ dilectus meus in domo mea facit scelera multa. Nunquid carnes sanctæ
C auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es. ¶ Diesq; nostros in tua pace disponas. Ista est pars secunda partis tertiæ principalis, in qua sacrificantibus commoda petuntur. Et primo temporalia: secundo æterna: quæ sunt liberatio a damnatione: & associatio electorum gloriæ. Et has tres petitiones beatus Greg. in canone dicitur addidisse secundum Inno. unde petit sacerdos. Diesq; nostros in tua pace disponas. O domine per eum qui,
Grego. Inno. pro nobis traditus est in manus eorum, qui pacem oderunt. Atq; ab æterna damnatione nos eripi. s. iubeas. Per eum, qui pro nobis temporali morte damnatus est. Et in electorū tuorū iubeas grege numerari. Per eum scilicet qui pro nobis deputatus est cum iniquis. In his tribus profitetur ecclesia in deo esse uniuersale, & supremum dominium: quoad triplicem mundi machinam hoc est quoad omnes creaturas. Per primum, scilicet dies nostros &c. recognoscit ipsum dominum in terris. Per secundū. Atq; ab æterna: profitetur ipsum dominū in inferis. Per tertium. Et in electorum &c. profitetur ipsum dominū in cælis. Et petuntur in his tribus duo secundū dominum Alber. Vnū pertinens ad tps: aliud pertinens ad æternitatem. Ad tps
Alber. pertinet illud, quod dicitur. Diesq; nostros. s. huic uitæ concessos, in quibus
Ephe. 5. multa turbantia oriuntur: secūdū illud ad Ephe. 5. Redimentes tps: quoniā dies mali sunt. In tua pace: quia illa sola secura est. Disponas: quia tuæ so-
Innocen. Alexan. lius sapientiæ est mala futura præuidere. ¶ Hinc Innocen. & Alex. quadruplicem pacem distinguunt. s. pacem peccatorū fugiendam: pacem tēporis, quæ indifferens est de per se non mala: & ideo acceptanda. Pax iustorum & hæc duplex: scilicet pax pectoris, & pax æternitatis: & hæc est desiderandā. Sed de his infra latius circa particulam. Pax domini sit semper uobiscum. ¶ Ad æternitatem pertinet duo, quæ sequuntur. Vnum æterni mali deuitatio: aliud æterni boni adeptio. Quoad primum dicitur. Ab æterna damnatione nos eripi. Quoad secundū. Et in electorum tuorū iubeas gre-
D ge numerari. ¶ Rationabiliter autem petitur ab æterna damnatione liberatio, propter tormentorū, & pænarū immanitatem: quæ damnatis perpetuò infligitur secundum corpus, & animam. Corpus quidem pœnis uarijs quoad omnes sensus afficitur. Anima secūdum oēs suas potentias cruciatur. Nam quoad uisum est ibi luminis priuatio: quod delectabile est oculis uidere: secundum illud Eccle. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis uidere
Eccle. Matt. 22. Sap. 17. solē. unde Mat. 22. Ligatis manibus, & pedibus proijcite eū in tenebras exteriores. & Sap. 17. Ignis quidem nulla uis poterat illis lumen præbere. Nec sydera limpide flammæ illuminare poterant illam noctem horrēdā.
Apoca. 14. Est & aliud crucians uisum, fumus scilicet execrabilis. Apoc. 14. Fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. Erit & ibi existentium
Sap. 17. Esa. 13. aspectus horribilis. Sap. 17. Personæ tristes illis apparentes pauorem illis præstabant. & Esa. 13. Vnusquisq; ad proximum suum stupebit: facies combustæ uultus eorum. Est & ibi fletus oculorum læsiuus. Ibi erit fletus, & stridor dentium. ¶ Quoad auditum. Est ibi so-
Sap. 17. nus horribilis. Sap. 17. Sonitus descendens perturbabat illos. Item gemitus miserabilis. Idem cap. 5. Et uidentes turbabuntur timore horribili: gementes præ angustia. Item blasphemia execra-

Infernale pœnæ quo ad omnes sensus corporis & potentias animę recitantur.

bilis.

bilis. Apo. 16. Blasphemauerunt homines deum propter plagam: quoniã magna facta est uehementer. ¶ Quoad olfactum, est ibi sulphur fætens. Apocali. 14. Cruciabuntur igne, & sulphure in conspectu angelorum. Et in psal. Ignis, & sulphur pars calicis eorum. Item pix ardens. Esa. 34. Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem nocte, & die, & non extinguetur in sempiternum. ¶ Quoad gustum. Absinthium amarum cibus. Hiere. 9. Ecce ego cibabo populum iustum absinthio: & potum dabo eis aquam fellis. Itẽ fel draconum potus. Deut. 32. Vua eorum uua fellis: & botrus amaritudinis. Fel draconum uinum eorum: & uenenum aspidum insanabile. ¶ Quoad tactum est ibi ignis urens. Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Item uermis corrodens Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes. Item bestia mordens. Deute. 32. Dentes bestiarum mittam in eos. Item malleus percutiens. Prouerb. Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus. Item Æstus insuperabilis, & frigiditas intolerabilis. Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Nec hæc solum corpus affligent: uerum in ipsius pœnam: quoad omnes suos sensus secundum Basilium, omnis fœditas, & immunditia, squalor, & impuritas electorum post die iudicij in inferno aggregabuntur. ¶ Affligitur & anima in suis potentijs sensitiuis, & intellectiuis. unde secundum Dony. Est ibi proterua phantasia: demens concupiscentia, & furens tristitia. Torsiones: & dolores tenebunt eos scribitur. Esa. 13. quantum ad concupiscibilem. Pecca or uidebit, & irascetur: dicit propheta quantum ad irascibilem. Est in intellectu pœna dãni: qua est carentia uisionis diuinę essentiæ, quæ est in dãnatis maxima pœnarum, de quo Chrys. Si mille mihi gehennas proponas: non tantum reputo sicut ab illius gloriosę societatis iocunditate expelli. Et iterum. Excludi a bonis æternis, & alienum effici ab his, quę præparata sunt iustis: tantum generat cruciatum, & dolorem, ut etiam si nulla pœna extrinsecus torqueret: hæc sola sufficeret. Et intelligendum uidetur hoc de pœna damni: quæ consequitur peccatum actuale: quia illam concomitatur tristitia, & pœna uermis: pro quanto sic damnati efficiuntur carentiam diuinæ uisionis, inquantum in eis est propter demerita propria. Quod odium tristitia sequitur: quia tristitia est (secundum Augu. 14. de ciui. dei cap. 15.) de his rebus quæ nobis nolentibus accidunt. Pœna autem dãni, quæ sequitur originale in pueris sine baptismi susceptione decedẽtibus: est in ipsis pœna mitissima secundum beatum August. in de baptismo paruulorum: & hoc forte: quia eam tristitia non concomitatur. ¶ Est & in intellectu pœna alia, quæ nominari potest pœna excæcationis. Determinatur enim intellectus ab igne detinente obiectiue ad intensam, & perpetuam sui considerationem: ut non possit exire secundum imperium uoluntatis: nunc in considerationem huius, nunc alterius. De quo accipi potest illud Hiero. Tanta est in inferno uis doloris: ut mens ad aliud dirigi non possit, nisi ad quod doloris uis impellit. ¶ Est in uoluntate remorsus continuus: & obstinatio in malo: de quo Augustinus in de fi. ad pe. In inferno etsi spiritus erit pœnitudinis: non tamen erit correctio uoluntatis. Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. ¶ Has pœnas in quadam summa numerat Innocen. in de utilitate conditionis humanæ in fine di. Ibi erit fletus, & stridor dentium, gemitus, eiulatus, & ululatus.

Apocal. 16.
Apoc. 14.
Psal.
Esa. 34.
Hiere. 9.
Deut. 32.
Matth 25.
Esa. 14.
Deut. 32.
Prouer. 19.
Iob. 24.
Pœnæ potentiarum.
E Dionys.
Esa. 13.
Aug.
August.
Hieron.
Pœnæ Inferni.
Aug. Sap. 5.
Innocen.

luctus, & cruciatus, stridor, & clamor: timor, & tremor: dolor, & labor: ardor, & fætor: obscuritas, & anxietas: acerbitas, & asperitas: calamitas, & egestas, angustia, & tristitia: oblivio, & confusio: torsiones, & punitiones: amaritudines & terrores, fames, & sitis: frigus, & cauma: sulphur, & ignis ardebunt in secula seculorum. Qui hæc fideliter corde pertractat: dicere potest cum propheta. Circundederunt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me. Quis enim hæc meditans non anxiè terretur? Sed salix terror transitorius, qui timorem æternum excludit. Felices, qui secundum Psal. alibi. Viuentes descendunt in infernum, per horum diligentem considerationem, ut caueant: ne morientes descendant: dū cauere non possunt: & ibi irremediabiliter permaneant in æternū. ¶ Merito igitur sacerdos: ne Christi sanguine a tantis pœnis sufficienter redempti: per peccatorum recidiuam iterum eisdem deputentur: petit patrem clementissimum in persona fidelium, a damnatione perpetua liberari: & hoc in missa, qua ut frequenter dictum est: dominicæ passionis memoria agitur, per quam solam a damnatione nos contingit perpetua liberari. ¶ Secundò petit in persona eorundem fidelium boni æterni adeptionem in uerbo. Et in elec. t. iu grege numerari. Electorum, uidelicet qui per gratiam finalis electionis a massa perditionis peccatorum sunt separati: quales sunt ab æterno prædestinati: ut in ipsorum consortio perpetuò gaudeant, & lætentur. Huic gregi si annumerati fuerimus: beatitudine non priuabimur, quia stabilis certusq; est electorum numerus in prædestinatione patris: a quo nullus unquam excidit; quia ille minui non potest: sed nec augeri. ut uno tempore maior sit: alio minor. Neq; illi ascribitur quisquam de nouo. Omnes electi ab æterno sunt prædestinati: sicut & reprobi ab æterno præsciti. Neq; ascriptus deletur propter dei immutabilitatem, quæ saluari non posset ponendo nouitatem in prædestinatione, & reprobatione finali. Requirit enim successiua contradictoriorum uerificatio de eodem mutationem, aut in altero extremo: aut motu, uel temporis lapsu. Sed ad æternitatem nihil facit tempus, uel motus nec sufficit mutatio in prædestinato, uel præscito: quia nihil in re extra deum ponitur causa prædestinationis: de quo alibi. ¶ Sed si numero electorum nemo additur: quomodo petit sacerdos, ut in electorum tuorum iubeas grege numerari. Solutio. Vno modo petit: ut connumeremur electis secundum præsentem iustitiam: hoc est ut habeamus gratiam, quam habentes: electi dicimur pro statu præsentis uitæ. secundum quem modum dicit beatus Aug. Si non es prædestinatus, fac, ut prædestineris. & Ambro. Si tu noueris mutare uitam: deus nouit mutare sententiam. Aliter dicitur: q̄ non petit sacerdos, ut de nouo cœtui electorum ascribamur: sed ut cum electis numeremur in æterna beatitudine intuitu orationis suæ tāquam medio a deo ordinato ad æternæ uitæ consecutionem secundum modum supra lec. 31. expositum. Merito ergo petit sacerdos numerari inter dei electos, quia illis præparata sunt gaudia, quæ oculus non uidit: auris non audiuit, quæ nec in cor hominis ascenderunt. Quæ lingua (ait Grego. in Homel. 37.) dicere: aut quis intellectus capere potest: quanta sint gaudia angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem dei uultum cernere, increāscriptum lumen uidere. Magna est multitudo dulcedinis tuæ, ait propheta, quam præparasti diligentibus te. Panem enim ibi angelorum ore pleno manducabit homo, & & de calice inebriabitur, quam præclaro. Sed indicibilia cur edicere laboramus. ¶ Concluditur oratio. Per Iesum Christum dominum nostrū.

Prædestinatorū numerus non augetur, nec minuitur quomō ergo sacerdos petit associari num. electorum.

August. Albert.

Greg. Homel. 37.

Ad

Ad quam nullus respondet, amen dicit Alber. nisi angeli, qui in hoc ministerio esse dicuntur. Hanc orationem legens sacerdos profundè se inclinat, & secundum Alber. quasi capitis nutu dicens. Hanc igitur, oblationem, ipsam demonstrat.* ¶ Sequitur. Quam oblationem tu deus. Hæc est pars tertia tertiæ partis principalis canonis: in qua post petitionem acceptationis hostiæ generaliter, & commodorum sacrificantium temporaliter, & æternaliter, petitur perfectio oblationis quantum ad finem principalem: qui est transubstantiatio specialiter: ut, scilicet esca, & potus materialibus fiat nobis corpus, & sanguis Iesu Christi domini nostri, uerum, & uerus. ¶ Et diuiditur in duas partes. In prima petitur oblationis gratificatio. In secunda corporis, & sanguinis Christi consecratio: ibi. Vt nobis fiat. Quoad primum dicitur. Quam oblationem, scilicet seruitutis nostræ: & cunctæ familiæ tuæ.i.terrenam materiam ad corpus filij tui destinatam. tu deus pater clementissime, quæsumus facere digneris in omnibus benedictam. ¶ In omnibus, multipliciter exponitur, secundum q̃ includere potest multiplex distribuibile: & aliud determinare: Potest.n. determinare a parte suppositi uocatiuum casum, scilicet tu deus, ut sit sensus: tu deus existens in omnibus, scilicet creaturis, & naturis sine tui diffinitione, in omni loco sine tui circumscriptione, in omni tempore sine ullius: situdine, & tui mutatione. Vel potest determinare ipsum suppositum, scilicet nos quæsumus, ut sit sensus, nobis in omnibus nostris uiribus, tota cogitatione, tota mente toto intellectu quęsumus, ut hanc oblationem facere digneris benedictam. Potest etiam determinare appositum, & hoc quadrupliciter. Quia uel distribuit pro modo.i.facere digneris hanc oblationem in omnibus.i.omnibus modis, uel omnimode, & rationabiliter benedictam, & sic potest accipi aduerbialiter pro omnimode. Vel distribuit pro offerentibus.i.facere digneris eam benedictam in omnibus scilicet offerentibus. Vel distribuit pro hostijs, ut sit sensus. Digneris eam facere benedictam in omnibus hostijs.i.transferre in eam hostiam, quæ in idem sunt per omnes hostias est benedicta,& a scripta &c. s. in corpus & sanguinem, ut infra sequitur. Hæc est expositio domini Inno. Vel pro his, pro quibus fit oblatio, ut sit sensus. In omnibus.i.pro omnibus gradibus cleri,& & populi, nullum ab oratione excipientes. Et hæc est Alber. Nam pusillum, & magnum ipse facit: & æqualiter est illi cura de omnibus. Sap. 6. ¶ Petit autem sacerdos quinq; in hac prima orationis parte, secũdũ quinq; nomina, quæ hic ponuntur.i.benedictam, a scriptam, ratam, rationabilẽ, acceptabilẽ. ¶ Exponuntur autem hæc quinq; uocabula quintupliciter. scilicet In ordine ad distinctionem effectuum sacramenti. In comparatione ad hostias ueteris testamenti. In oppositione immanis iudæ sacrilegij. In ordine ad dona quæ nobis optamus concedi. In ordine ad rem sacrificij. ¶ Primo modo exponit beatus Aug. ut habetur de consc. dist. 2. Vtrum sub figura. qui dicit sic. Hanc ergo oblationem digneris facere benedictam, per quam benedicamur. A scriptam, per quam homines in cętalo a scribuntur. Ratam, per quam in uisceribus Christi censeamur. Rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur. Acceptabilemq; ut qui nobisipsis displicemus,per hanc acceptabiles eius filio unico simus. Nihil autem rationabilius, quam ut nos qui iam similitudinem mortis eius in baptismo accepimus, similitudinem quoq; carnis & sanguinis sumamus. ¶ Secundo modo exponit Alber. Petit enim sacerdos, ut ab hostia hac excludantur quinq; quæ fuerunt in oblationibus antiquis imperfectis. Antiquę enim oblationes fuerunt uacuę a gratia: & ideo nulla ab ipsis profluxit be

Albert. e Alber G

Petitur perfectio oblationis quantum ad finẽ.

Innoc.

Albert. Sap.6. H

Quinque petũtur in prima parte orationis canonis.

Auguſt.

Alber.

nedictio. Nec fuerunt adscriptæ ad æternam memoriam: sed potius ne idolis homines illius temporis seruirent,: ordinatæ. Non etiam fuernnt ratæ, & firmæ; sed figurales, & mutandæ atq; finiendæ. Fuerũt ẽr insufficiẽtes:nec deo acceptę quantũ ad gratiã & uitæ æternæ collationem, ut hæc multipliciter probantur ex utriusq; testamenti testimonio. Ideoq; horum contraria petit sacerdos in præsenti oratione quantum ad oblationẽ nostrã:ut scilicet deus eam facere dignetur benedictam, ut per ipsam spiritualium bonorum multiplicatione benedicamur. Ad scriptam:ut per ipsam societati angelorum adscribamur. Ratam: ut ipsa usq; ad consummationem seculorum in profectum salutis perfruamur. Rationabilem: ut per ipsam uti sufficientem in finem rationalis creaturæ deducamur. Acceptabilem: ut per ipsam deo placidi efficiamur. ¶ Tertiò secundnm Innocentium exponuntur hæc quinq; uocabula in ordine ad quinq; dona opposita immani sacrilegio Iudæ traditoris. Nam Iudas Scarioth a diabolo supplantatus immane sacrilegium perpetrauit, dum quarta feria ante paschа filium dei triginta argenteis Pharisæis uendidit, in recompensationem damni,quod incurrerat ex effusione unguenti super benedictum caput Christi. Et post pauca subdit. Innocen. Illa uenditio fuit, maledicta,proscripta,irrita,iniqua, & detestabilis. Petimus ergo o deus,ut tu facere digneris hanc nostram oblationem benedictam,adscriptam,ratã, rationabilem,acceptabilem. Iudas autem maledictionem dilexit,& uenit ei: benedictionem noluit, & elongata est ab eo. Sed tu deus digneris hanc oblationem nostram facere benedictam: per quam nos in cælestibus benedicas. Iudas deletus est de libro uiuentium: & non est cum iustis scriptus: sed tu deus digneris hanc oblationem facere adscriptam per quam nos in cælestibus adscribas. Iudas se laqueo suspendit; & episcopatum eius alter accepit: sed tu deus hanc oblationem digneris facere ratam, per quam ratum sit nostræ salutis promissum. Iudas exijt condemnatus,& oratio eius facta est in peccatum; sed tu deus hanc oblationem facere digneris rationabilem, per quam rationabile fiat nostræ seruitutis obsequium. Iudas reddidit mala pro bonis: & odium pro dilectione retribuit: sed tu domine digneris hanc oblationem facere acceptabilem, per quam nos tibi reddas acceptos. Quartò exponuntur hęc uocabula in ordine ad quinq; dona nobis per hoc sacramentum conferenda. Primò mali remotionem cum dicimus, benedictam. Petimus enim benedictionem per remotionem a nobis malorum culpæ, & pœnalis miseriæ. Secundò impressionem bonorum spiritualium, per quæ efficimur socij beatorum: per hoc, quod dicitur, adscriptam. Tertio collatorum bonorum stabilitionem: per hoc quod sequitur, ratam. Quartò discretionem credendorum, & agendorum cum dicimus, rationabilem. Quintò acceptationem operum nostrorum ad uitam beatam cum dicit, acceptabilem. ¶ Quintò exponuntur hæc eadem uerba in ordine ad rem sacramẽti: quod est corpus, & sanguis Christi secundum Alexan. de ales & Innocen. sic. Quam oblationem tu deus facias transmutari in eam hostiam: quæ est omnino benedicta, adscripta, rata, rationabilis, acceptabilis. Benedicta dicitur salutaris hostia, ideſt ab omni peccato maledictionis causa immunis; tam originali, quam actuali: tam criminali, quam uentali. Lucæ. 1. Benedictus fructus uentris tui. Adscripta dicitur: ideſt figuris, & scripturis ueteribus designata: tam in paschali agno. Exo. 12. tam in manna cælico. Exodi. 16. tam in Isaac immolando. Gen. 22. quam in Abel immolato Gen. 4. Hic enim est agnus

I Innocen.

Innocent.

Qninq; uocabula in cano.quinq; dona oppositа sacrilegio Iudæ significant.

Alexand. Innoc.

Luc. 1. Exod. 12. Exod. 16. Gen. 22. Gen. 4.

qui

qui occisus est ab origine mundi. Apoca. 13. Rata dicitur non quasi tran- Apoc.13.
sitoria: sicut uetus oblatio: quæ cessit, ubi noua successit: sed quæ per-
manet in æternum secundum ordinem Melchisedech. Rationabilis di-
cit: idest habens effectum congruum, quasi non pœnalis, sicut legalis erat,
quæ in sanguine hircorum, & taurorum non poterat a peccato munda
re: sed quæ sanguine proprio conscientias emundat ab operibus mortuis.
ad Hęb. 9. Acceptabilis dicitur non quasi illa, de qua dicit prophera. Sa- Hæbr.9.
crificium, & oblationem noluisti. Et iterum dicit dominus. Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Sed illa, de
qua Eccle. 35. Sacrificium iusti acceptum est: & memoriam eius non Eccl.35.
obliuiscetur dominus. & Eiusdem. 45. Ipsum elegit ab omni uiuente of-
ferre sacrificium deo incensum, & bonum odorem in memoriam placare
pro populo suo. Loquitur de Aaron sacerdote ad litteram. ¶ Hæc au-
tem expositio tangit conditiones ipsius uere hostię. Et primò, ut con-
sideratæ in se: secundo in comparatione ad præfigurationem legis. Ter-
tiò secundum comparationem ad mutationem legis: quæ habebat aliam
succedentem, quantum ad oblationem hostiarum: quod non habet ho-
stia ista. Quartò secundum comparationem ad effectum. Quintò secun
dum comparationem ad illum, cui offertur. ¶ Vel sic. Quam oblatio- K
nem benedictam per consecrationem; adscriptam per approbationem:
ratam per confirmationem, idest quam oblationem, consecratam appro-
batam, & confirmatam a te digneris facere rationabilem hostiam, & ac-
ceptabilem. Rationabilem, inquam. i. talem quæ diuinæ ratione conue-
niat: & acceptabilem. i. quæ beneplacito diuino complaceat. Cui apte
subiungitur. Vt nobis corpus, & sanguis fiat &c. Refert dicere rationa-
bile & rationale secundum Alex. Quia rationabile dicitur, quod secũ Alex.
dum consonantiam rationis procedit. Rationale, quod utitur ratione. Peti
mus ergo, ut deus hanc hostiam benedicendo consecret, ut confirmet quan
tum ad diuinam memoriã ibi adscriptam, idest talem quæ de memoria
sua nulla possit oblitione deleri. Et petimus eam ratam fieri, idest talem
quæ de proposito suo nulla possit mutatione conuelli. Vt acceptet quan
tum ad duo, scilicet quantum ad iudicium rationis, ibi: Rationabilem.
Et quantum ad beneplacitum uoluntatis, ibi. Acceptabilem. Conse-
cratio refertur quantum ad ipsum sacramentum: confirmatio ad premium:
acceptatio ad meritum, & oblationis memoria dei non deleatur, uel a
proposito dei non euellatur: intelligitur quantum ad premium oblatio-
nis. Præmium, inquam, fidelium: acceptatio autem dei respicit meri-
tum fidelium. ¶ Sequitur. Vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissi- L
mi filij tui domini nostri Iesu Christi. ¶ Pars ultima tertiæ partis princi-
palis: in qua petita hostiæ gratificatione, petitur eius consecratio per
conuersionem eius in uerum corpus, & sanguinem Christi: unde di-
citur. Vt nobis corpus, & sanguis fiat. Nobis, idest ad nostram
utilitatem, & salutem. Ex substantijs tibi oblatis, substantijs, sci-
licet panis, & uini: fiat corpus, & sanguis per transsubstantia-
tionem, scilicet harum in istos sanguinem, & corpus tua infinita uir-
tute, & potentia: quia illa sola efficiente id fieri potest. Corpus
dico, & sanguis filij tui domini nostri Iesu Christi dilectissimi tibi,
& nobis. Nobis: quia nos a morte, cui adicti eramus propter trans-
gressionem primorum parentum, liberandis, seipsum in morte ob-
tulit, deo patri tanquam precium nostræ redemptionis. Seque
in cibum, & potum nobis tribuit: ut nos ad uitam aleret sem-

Differunt ra tionabile, & rationale.

piter-

Iohan.6. piternam: secundū illud Ioh. 6. Caro mea uerè est cibus: & sanguis meus uerè est potus. Propter quod merito a nobis summè diligi debet tanquā noster creator, & reparator. ¶ Petimus autem, ut nobis fiat corpus, & sanguis Christi conformiter ad uerbum matris gloriosę: quę annuncianti angelo futuram Christi corporalem conceptionem, respondit. Fiat mihi secundum uerbum tuum. Ad cuius prolationem, formatum est in eius castis uisceribus illud corpus, in quod conuerti petimus hostiæ nostræ substantiam. Additur idem uerbum fiat: quia eadem requiritur potentia nūc in conuersione: quę requirebatur tunc in uerbi incarnatione: immo quæ requirebatur in prima conditione creaturæ: unde. Gen. 1. dicitur. Fiat Gen.1. lux: & facta est lux. ¶ Dicitur etiā fiat deprecatiuè: ut designetur: q̄ sacerdos sua naturali actiua uirtute non operatur ad præsentiam corporis, & sanguinis Christi in altaris sacramento, sed est tantum minister, & instrumentum huius ineffabilis conuersionis. Vnde non in propria persona loquitur facio: sed fiat uirtute, scilicet omnipotentis, in cuius potestate est facere hunc transitum substātiæ in substantiam: sicut eius potentiæ subsunt quantum ad totum esse, & non esse. Dicit igitur: ut fiat. Quid? certe corpus, & sanguis. Corpus sub speciebus panis. Panis substantia in ipsum transeunte: & sanguis sub speciebus uini, substantia uini in sanguinem transeunte. Cuius? Dilectissimi filij tui. Cui essentiam tuam o pater, qua deus es per generationem æternam tribuisti: non per particulę alicuius decisionem: quomodo carnalis pater per seminis decisionē corporis materiam filio subministrat: sed totam tuam essentiam indiuisibilem indiuisibiliter communicasti: ut per omnia tecum sit unus deus tibi per omnia consubstantialis: & per consequens uerè tibi dilectissimus: quia ipsa diuina essentia obiectum est infinitè diligibile cuilibet potenti infinitè diligere, qualis est pater cęlestis deus infinitus. Est enim essentia diuina infinitè, & summè diligibilis, nedum in se: sed etiam in quocunq; est per identitatem, qualiter est in filio, cui est ratio essendi deum. Dilectissimi igitur dicitur filij tui. Tui, non per adoptionem, sed per naturam: secun- Hilar. dum illud Hila. Et potestate & uirtute naturæ patris filius gignitur. Domini nostri: quia dedisti illi omnem potestatem, & quę in cælo est, & quę in terra: & omnia subiecisti super pedibus eius: ut in ipsius nomine flectatur omne genu in supremi dominij protestationem, nostræ subiectionis recognitionem. Ie u Christi saluatoris, & mediatoris nostri, quem misisti, ut saluum faceret populum tuum a peccatis eorum: ut esset propiciatio pro peccatis: teq; offensum placaret: ac nos tibi displicentes reconciliaret, & restitueret in pristinę amicitiæ gratiam, atq; gradum. Huius dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi petimus dari nobis corpus & sanguinem propter multiplicem fructum, atq; profectum nobis ex eis ineffabiliter consequentem. Et tantum de textus illud expositione. ¶ Sed nunc breuiter aliquid de ritu, qui in horum uerborum prolatione obseruatur: uideamus. Vnde hic fit corporis erectio post inclinationem præuiam in oratione. Hanc igitur. Fit etiam manuum eleuatio, & ad cęlum tensio. Fit tertiò signorum crucis quina formatio. Erigit se sacerdos in corpore: ut & ad cælum mentem erigat cum fiducia obsecrando: quatenus manna cęleste, quod supra nos est, in altaris sacramentum descendat, id patre clementissimo efficiente. Sic propheta oculos leuauerat in cęlum unde Psal.122. auxilium præstolabatur. Vnde ait ps. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. Erigit quoq; corpus in hac diuinissima oratione, petens, ut uobis caro & sanguis Christi donetur: ad significandum, q̄ sicut se erigit

Quid significet fiat.

De ritu, quē tenet sacerdos in horū uerborum prolatione.

git corporaliter: ira surrexit spiritualiter a puluere bus peccatorum, quæ ad ima deprimunt mentem. Eleuat manus, ut in sua petitione citius exaudiatur: exemplo Moysi, cui dominus cum sursum manus tetendit: victoriam concessit liberaliter, quam petiuit: ut habetur Exodi. 15. Etiam in prolatione horum uerborum, dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi, manus altius leuat, & deponit ad excitandum (conformiter ad uerba) dilectionis affectum. Quasi dilectissimum filium amorosę affectionis brachijs ad se stringere desideret deuotissime, & amplecti. ¶ Tertiò formatsacerdos in hac oratione quinq; cruces: tres coniunctim super oblatam, & calicem in his uerbis. Benedictam ascriptam, ratam. Quartam diuisim super oblatam solam in uerbo corpus. Quintam super calicem solum in uerbo, & sanguis. Cuius'a uarijs uariæ assignantur rationes: nam Alber. dicit ꝙ quia benedictio hostiæ ad scriptio, & ratihabitio, siue confirmatio est a patre primo perfectore sanctitatis, & hanc in eam significat procedere sacerdos per tres cruces, quas facit. Quia autem rationabilis, & acceptabilis est hęc oblatio ex seipsa, in istis uerbis rationabilem, & acceptabilem non facit cruces. Similiter in uerba corpus, & sanguis, quibus incorporationis uirtus, & uirtus uiuificationis designatur quæ a deo procedunt in sacramentis: ideo hæc proferens duas cruces facit. Sed aliter Inno. & Alex. dicunt. Sed pluribus dimissis correspondenter a dicta supra lec. 21. prope finem, potest dici: ꝙ prętereamus sine crucis signaculo quis sacerdotij gradus ascendit. ¶ Prætereà hæc habent & mysticas significationes. Nã sicut per tres cruces in principio canonis in his uerbis factas. Hæc dona hæc munera: hæc sancta sacrificia illibata, significatur triplex Christi traditio: ita per cruces hic factas designatur Christi uenditio: in qua considerantur personæ, quibus uenditus est dominus, quæ sunt sacerdotes, scribæ, & Pharisæi: & illi designantur per tres cruces super oblatam, & calicem factas. Considerantur etiam personæ uenditoris Iudæ, & uenditi Christi, quæ quia multum fuerunt discretæ, & uita & sanctitate distinctæ: significatur per duas cruces, quarum unam facit super oblatam aliam super calicem dicens. Corpus, & sanguis. ¶ Vel etiam per tres primas cruci signationes importatur uenditionis precium, ter decem. i. triginta argentei. ut uult bea. Tho. parte. 3. q. 83. arti. 5. ¶ Aliæ plures rationes: quarum aliquæ uidentur satis pueriles, & impertinentes, quas & Albertus suis acerbe reprobat: allegantur. Quia tamen hic ritus in ecclesia communiter ab omnibus obseruatur, nemo hunc prętermittere, aut contemnere presumat, qualicunq; ex motiuo hoc uenerit in usum, aut sit statutum, ne quis ut sapiens in oculis suis ac singularis arguatur: recedatq; a moribus sanctę matris ecclesię errare non potentis, tanquam ferus singularis uiam solitudinis ingrediens, ubi deinde multiplicibus abduci potest, ne finem optatum ac desiderabilem consequatur.

Exod. 17.

O

Albert.

Innoc. Alex.

Cur tres cruces fiant.

p

Thom.

DE ISTITVTIONE EVCHARISTIAE.

LECTIO XXXIII.

A

VI pridie, quam pateretur, accepit panem &c. ¶ Ista est pars quarta canonis principalis: in qua præmissis orationibus ad patrem clementissimum pro appositorum munerum benedictione: sanctorũ commemoratione, pro benedictionis impetratione addita deprecatione, pro oblationis acceptatione. Proceditur nunc ad sacrificij perfectionem, scilicet materiæ idoneæ, & sanctificatæ consecrationem; qua panis uiniq; substantiæ in uerum corpus Christi, & sanguinem substantialiter cõuertuntur. ¶ Et diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur consecratio panis, qui in corpus Christi conuertitur. In secunda subditur consecratio uini, quod in eius sanguinem transsubstantialiter, ibi. Simili modo. ¶ Circa primum, primò modus institutionis huius sacramenti, a Christo præmittitur. Secundò uerborum subditur forma, qua consecratio ipsa perficitur, ibi. Hoc est enim. Prima pars subdiuiditur in quatuor particulas. In prima tangitur huius gratiosissimæ institutionis tempus, & hora. Secundò ineffabilis transsubstantiationis terminus, a quo & materia, ibi. Accepit panẽ. Tertiò ponitur huius sanctissimę institutionis modus, & circumstantia, ibi. Et eleuatis oculis. Quartò tangitur institutionis finis, & ratio motiua, ibi. Dedit discipul. ¶ Quo ad primum dicitur. Qui pridie, quam pateretur. Qui scilicet dilectissimus filius tuus dominus noster Iesus Christus pridie. i. præcedenti die, quam pateretur. In quibus uerbis, ut dictum est tangitur institutionis huius sacramenti tempus. ¶ Fuit, autem de hoc tem

B

1. Cor. 11.

pore altercatio inter græcos & latinos. In hoc quidem concordant, q̃ in ultima cœna institutum est hoc diuinissimum sacramentum: sed quota die mensis cœna celebrata fit, discordia fuit. Vnde dixerunt græci cenam fuisse factam tredecima luna primi mensis: & consequenter dicunt Christum confeciſſe in fermentato: propter quod & ipsi in fermentato celebrãt hoc sacrificium: & nos latinos: quia in azymis celebramus, negant uerè conficere. Contra quos beatus Ans. scripsit elegantem epistolam, siue libellum de fermento, & azyma intitulatum. Et quia illa dependent, & unum ex alio firmamentum accepit, scilicet tempus cœnæ, & confectio eucharistię ex azimo, aut fermento: ideo simul hic pertractanda sunt licet secundum de azyma, & fermento magis sequentem particulam (accepit panem ubi de materia huius sacramenti tractabitur) respicere uideatur. Primò ergo uidendæ sunt rationes græcorum, ac eorum error. Secundò declaranda erit ueritas. Tertio rationes in contrarium diſſoluendæ. ¶ Quan

Ansel.

C

tum ad primum, arguunt græci probare nitentes, q̃ dominus cœnam nouissimam cum discipulis cœnauerit tredecima die mensis primi nysan. quem nos dicimus martium secundum lunationem. Christus cœnam celebrauit die immediatè præcedente diem passionis suæ, & hæc fuerat tredecima, igitur cœnam fecit die mensis. 13. Consequentia tenet expositorie per reductionem: & maior patet ex decursu omnium euangeliſtarum. Nam in ipsa nocte cœna facta, instructisq; discipulis, surgens a cœna, & introiens hortum in latere montis olinarum, captus est mane crucifixus. unde ait

Iohan. 18.

Ioh. 18. c. Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans tor

Expositio uerborũ, qui pridie quam pateretur.

Conc. Trid. sess. 13. c. 2.

Quando Institutio Eucharistiæ fit facta.

Error græcorum qui improbatur.

Eucharistia an possit cõfici in fermẽtato, an in azyma in quo Christus cõfecit.

rentem cedron : ubi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Et conſequenter deſcribit captionem eius. Lucæ quoq;. 22. c. Dominus in cœna dixit Petro. Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus : donec ter abneges noſſe me. Hodie diem dicit naturalem includentem noctem illam, & ſequens mane. Et ſequitur ibidem. Adhuc quod ſcriptum eſt, oportet impleri. Et cum iniquis deputatus eſt. Adhuc dicit noctem eandem, quæ hæc uerba Chriſtus protulerat. Marchus quoq;, & Mat. dicũt dominum in cœna dixiſſe diſcipulis. Omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Paulus uerò. 1. Cor. 11. apertiſsimè ait. Dominus Ieſus, in quæ nocte tradebatur, accepit panem. Ex quibus manifeſtè patet cœnam, in qua Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum, ea nocte fuiſſe celebratam, qua dominus traditus eſt, & mane crucifixus. Minorem, ſcilicet ꝙ dies illa fuit. 13. menſis primi ſic probare nituntur. Cœna præceſſit diem immolationis ueri agni paſchalis, hoc eſt paſsionem Chriſti in cruce qua ſe patri obtulit, ut dicit apoſtolus. 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Haud dubium quin a ſeipſo : ut dicit idem ad Heb. 9. Sanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundauit conſcientiam noſtram &c. Et hoc fuit 14. luna, & per conſequens cœna facta eſt. 13. luna. Quod autem Chriſtus paſſus ſit 14. luna ſic probant. Veritas debet correſpondere umbrę, & figura rei, agnus autem paſchalis fuit umbra, & figura ueri paſchalis agni, & immolatio immolationi, igitur ea die Chriſtus uerus agnus dei immolari debuit in cruce, quo agnus typicus in lege. Agnus autem typicus immolari præceptus eſt luna 14. ut hĩ. Exodi. 12. ubi de agno paſchali dicitur. Seruabitis eum uſq; 14. diem menſis huius. Immolabitq; eum uniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad ueſperam. ¶ Præterea Ioh. 14. dicitur. Ante diẽ feſtum paſchæ ſciens Ieſus, quia uenit hora eius. Et poſt cœna facta cum diſcipulis, cum diabolus iam miſiſſet in cor &c. Ex quibus uerbis uidetur. ꝙ cœna fuit facta ante diem paſchæ, ſed dies paſchæ fuit 14. luna, ut habetur Leui. 23. Decimaquarta die menſis ad ueſperam celebrabitis paſcha, igitur cœna, quę præceſsit diem paſchæ, facta fuit 13. luna. ¶ Item Ioh. 18. habetur, ꝙ Iudæi non introierunt domum Pilati, ut non contaminarentur, ſed manducarent Paſcha. Ex quo arguitur, Chriſtus illa die paſſus eſt, quo Iudæi manducarunt Paſcha. Hoc autem factum eſt (.ſ. Paſchæ manducatio) decima quarta luna, ergo cœna præcedens paſsionis diem facta eſt luna tertiadecima. Et hoc concordat ei, quod principes Iudæorum dixerunt, ut ſcribitur. Mat. 26. Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo, ideo non crucifixerunt Chriſtum in prima die azymorũ luna quintadecima, quæ fuit celeberrima, non autem crucifixerunt poſt, ergo ante. ſ. luna 14. ¶ Item de ſanctis mulieribus legitur Luc. 23. ꝙ uiſo monumento, in quo poſitum fuit corpus dominicum, reuertentes parauerunt aromata unguenta. Hæc autem præparatio fuit die, in quo licuit operari ſecundum legem : aliter enim mulieres ſancte contra legis præceptum nõ laborauſſent, præparando unguenta, & emendo aromata, & ita nõ erat dies quintadecima lunæ, quia die quintadecima fuit ſolẽnitas, & prima dies azymorũ, ſicut dicit Exo. 12. Septem diebus azyma comedetis. Et ſequitur. Dies prima erit ſancta, atq; ſolemnis : & dies ſeptima eadẽ feſtiuitate uenerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad ueſcendum pertinet. Dies ergo paſsionis Chriſti, quo & ſepultus eſt, fuit decimaquarta luna, quam præceſsit cœna. Fuit igitur cœna tertiadecima luna cum diſcipulis celebrata. ¶. Item glo. ſuper illud Luc. 22. Appropinquabat dies feſtus

1. Cor. 11.

1. Cor. 5. Hæb. 9.

Exod. 12.

Ioan. 14.

Leui. 23. Ioan. 18.

Mat. 26.

Luc. 23.

Exod. 12.

Luc. 22.

iudęo-

iudeorum: dicit. Inter pascha, & azyma hoc distat, q̃ pascha uocabatur sola dies, in qua agnus comedebatur ad uesperam. i. quartadecima luna primi mensis. Dies azymorum erant a quintadecima luna usq; ad 21. diem eiusdem mensis 15. itaq; dies erat prima solemnitas, & festum azymorum in quo dominus non est crucifixus: sed die præcedente, secundum illud principum iudæorum. Non in die festo, ne forte tumultus fiat in populo. Ex hoc consequenter inferunt, q̃ Christus in pane fermentato confecit: quia cœnauit tertiadecima luna, in qua nondum fuerat azyma in domibus iudeorum. Consecrauit enim in pane, quo tunc utebantur Iudæ: non autem utebantur azyma ante uesperam diei. 14. quo comedebant pascha: ut habetur Exo. 12. ¶ Præterea ad idem arguunt. Magis conuenit conficere in fermentato, quam in azyma, nam fermentatum expressius significat Christum, quam azyma. Fermentum enim significat charitatis feruorem: ut uult glo. Mat. 13. super illud. Simile est regnum cœlorum fermento &c. Sed per azymam significatur puritas Christi a peccato. Maius autem bonum est fermentum charitatis, quam puritas a peccato: ergo fermentum repræsentat Christum quantum ad maius bonum, quam azyma. ¶ Itẽ arguunt. Si dominus nolebat non seruare ritum iudeorum: uidetur, q̃ nec ipse seruauerit: non ergo confecit in azyma. ¶ Item aduenientе ueritate, cessare debuit figura: ergo aduenientе Christo, qui ueritas est: Ioh. 14. cessare debet umbra. Existente igitur uero pane scilicet Christo. Ioh. 6. Ego sum panis uiuus &c. cessare debuit panis figuratiuus, scilicet panis azymus, nec de cætero sumi in usum: alioquin utentes eo Iudaizarent. ¶ Item contra latinos arguunt. Vos, quod præcepit lex quantum ad azyma, obseruatis ad litteram. Littera aut occidit. 1. Cor. 3. Sic ergo facientes mortem operamini: non meremini ad uitam. ¶ Item obijciunt in euangelio: ubi fit mentio huius sacramenti, in græco habetur archõ: sed archõ pro fermentato accipitur: ideo conficiendum est in fermentato.

Exo. 12.

Matt. 13,

Iob. 14.
Iohan. 6.

1. Cor. 3.

D

¶ His rationibus græci permoti dicunt in solo fermentato posse confici eucharistiam. Et in tanta insaniam proruperunt: q̃ quia euangelistæ Mat. Mar. & Luc. ponunt contrarium, ut patebit: ausi sunt dicere, q̃ falsum scripserunt: & q̃ Iohannes eos correxit. Vnde ut dicit. Inno. ipsi asserunt parasceuen luna decimaquarta extitisse: in qua uerus agnus est immolatus, ut legis impleretur figura, quæ decimaquarta luna primi mensis paschalem agnum iusserat immolari. Dominus igitur eadem die passurum se esse prænoscens in præcedenti uespera necessitate compulsus antici pauit comedere pascha: quo tunc licitè poterant comedi fermentum: & ita ipsi in fermentato conficiunt. Hoc de illo, scilicet recitatione erroris græcorum cum suis probamentis. ¶ Quantum ad secundum est ueritas ostendenda. Vnde sine omni dubitatione credendum est: q̃ Christus agnũ paschalem manducauerit decimaquarta luna secundum legis dispositionẽ, quam non uenit soluere; sed adimplere. Et quoniam in eadem cœna post agnum typicum eucharistiam confecit, in qua seipsum agnum uerum discipulis suis dedit sub specie panis. Nec erat tunc panis fermentatus in iudeorum domibus. Dedit ergo seipsum suis discipulis sub specie panis azymi manducandum, nam Exo. 12. dicitur. Edent carnes assas igne nocte illa, & azymos panes. Et sequitur. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eum solemnem domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in primo die non erit fermentum in domibus uestris. Quicunq; comederit fermentum, peribit anima illius de Israel a prima die usq; ad septimum diem. Prima au-

Matt. Marc. Luc. Iohan. Innocen.

De fermento & azymo in quo posset fieri consecratio.

E

Exod. 12.

Veritas ostẽditur de institutione eucharistiæ in pane azymo.

tem

tem dies incepit a uespera lunę decimaquarta. Vnde sequitur ibidem. Primo mense. 14. die mensis ad uesperam comedetis azyma, usq; ad diem duodecimum eiusdem mensis ad uesperam. Septem diebus fermentum nō inuenietur in domibus uestris. ¶ Ex quibus manifeste patet, q̄ ad uesperam die. 14. primi mensis quo comedebatur agnus paschalis usq; ad duodecimum diem eiusdem mensis, non fuit fermentum in edibus. Christus igitur eadem die post agnum legalem eucharistiam conficiens, non in pane fermentato: sed in azymo confecit. Quod aūt Christus decimaquarta luna agnū paschalē comedit, & nō p̄ueniendo decimatertia die: patet: q̄ Mat. 26. dicitur. Prima aūt die azymorū accesserunt discipuli ad Iesum dicētes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Et sequit. Et parauerūt pascha. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis. Vnde glo. Prima die azymorum. i. decimaquarta die primi mensis, quando abiecto fermentato agnum immolabant ad uesperam. ¶ Item Marci. 14. Primo die azymorum, quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. Quo uis eamus, & comparemus tibi, ut manduces pascha. Et sequitur. Et parauerunt pascha. Vespere autem facto uenit cum duodecim. ¶ Item Luc. 22. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum, & Iohannem &c. sequitur. Et parauerunt pascha. Et cū factam esset hora discubuit: & duodecim apostoli cum eo. Fecit ergo dominus pascha eo die, quo necesse erat occidi pascha: hæc fuit decimaquarta luna mensis primi: ut patet ex prædictis. ¶ Ex quo sequitur, q̄ non in fermentato: sed azymo confecit. Item ritus consecrandi in azymis ecclesiæ romanæ habetur ex institutione apostolorum, cum quibus dominus cenauit, quibus præsentibus eucharistiam confecit: eis dedit: eosq; in dispēsatores eucharistiæ consecrauit, quod est maximum argumentum ad propositum confirmandum. Vnde Inno. Id solum sufficit latinis contra græcos, q̄ constantinopolitanam ecclesiam multarum hæresum corruptio fermentauit: ut non solum hæreticos: uerum etiam hęresiarchas produceret. Romanam autem ecclesiam super apostolicæ fidei petram stabili soliditate fundatam, nulla prorsus hæreticæ prauitatis procella potuit conquassare, sed illud semper integra fide seruauit: quod ab ipsis apostolis accepit: qui eam p̄sentialiter sacris doctrinis instruxere, & ecclesiastici ritus regulam docuerunt. Ab ipsis ergo beatis Apostolis Petro. & Paulo: quos: & uiuos habuit: & defunctos custodit, huius sacrificij ritū accepit: quod hactenus inuiolabili cultu seruauit. ¶ Verū licet consecrandum est in azymis, quo modo & Christus consecrauit: & Romanæ ecclesiæ ritus habet: nihilominus tamen in fermentato potest confici: quia non differt fermentatum ab azymo substantialiter, & secundum speciem: sed accidente solo. Et sicut indifferenter ex uino albo, & rubeo conficitur: licet Christus in altero tantum confecit: ita secundum beatum Anſ. non tantum ex azymo; sed etiā ex fermentato confici potest. Vnde beatus Anſ. in epistola allegata ait. Propter hoc solum uidetur se, & carnem suam panem uocasse. & de pane corpus suum fecisse quia sicut ille panis azymus, uel fermentatus dat uitā transitoriam: ita corpus eius æternam, non quia fermentatus est, uel azymus. Hęc Anſ. Indifferenter ergo se habet quantum ad hoc: q̄ ex utroq; potest confici uerum corpus Christi. Vnde & græci uerē conficiunt cęteris paribus: nec ex hoc tantum arguendi sunt: quantum ex hoc: q̄ damnant conficientes in azymo, dicentes, q̄ non conficiunt: unde in hoc errant, & hæretici iustè iudicātur. ¶ Orta est autem hęc dissensio grǽcorum a latinis: quia sicut dicit Leo Papa: quando error uigebat de legali obser-

Matth 26.

Marci. 14.

Luc. 22.

Iohann.

Innocent.

Christus cōsecrator in azymo.

Anſ.

G

uantia,

uantia, qui fuit Ebionitarum: qui dixerunt necessarium esse Christianos iudaizare: & per consequens Pascha suum in azymo conficere decreuerunt q̃ ecclesia non conficeret de azymo: sed fermentato quousq; error ille cessaret. Vnde ecclesia primò conficiebat de azymo. Secundo de fermentato. Tertiò cessante hac causa redijt ecclesia romana ad ritum primum: & confecit ex azymo. Græci uerò tanquam superbi noluerunt ad ritum primum redire, & ex hoc coacti sunt suum errorem defendere. Primò, dicentes, se hunc ritum accepisse a patribus. Secundò, quia hoc non sufficiebat: addiderunt rationem ne iudaizarent. Tertiò quia nec hoc sufficiebat, si dominus confeciſſet in azymis, ausi sunt dicere, q̃ dominus conficiebat de fermentato. Et quia euangelistæ contrarium dicunt, ausi sunt blasphemare, q̃ euangelistę falsum dixerunt. ¶ Quare autem ecclesia romana non indistincte ex utroq; pane, fermentato, scilicet, & azymo conficit, sicut ex uino albo indifferenter, & rubeo, respondet Alex. de ales parte. 4. q. 32. membro. 3. Etsi in utroq; pane confici posset, nihilominus panis azymus magis congruit consecrationi. Et hoc ratione multiplici. Primò, ex debito conformationis corporis, quod est ecclesia, ipsi capiti Christo, quod de huiusmodi pane confecit. ¶ Secunda, expressio puritatis singularis sacramenti cum re contenta. Panis enim azymus ratione, qua est sine fermento, expressius repræsentat puritatem singularem humanæ naturæ in Christo, quæ sicut azyma de fermentato sumpta est, sic sumpta est de massa corruptionis sine omni corruptione peccati. ¶ Tertia ratio. Expressio simplicitatis singularis sacramenti cum re contenta. Sicut enim in genere panis azymus est simplicissimus: quia in minori substantia esse non posset panis, sic Christus in genere hominum simplicissimus, id est minime est diuisus. In ipso enim sunt omnes uirtutes, & dona, & uniuersaliter omnia bona in medio indiuisibili, sicut loquimur de medio uirtutis, quod uirtus apprehendens punctualiter est perfectissima, & ab excessu, & defectu: quæ uitium inducunt remotissima. ¶ Quarta ratio. Insinuatio diligentię adhibendæ: ut membra corporis Christi mistici conformentur se in puritate cum corpore Christi uerò. Puritas enim azymi diligenti obseruantia præparatur, ne extra medium suum deuiet. Sic sumentes azymam carnẽ Christi se diligentissime præparent, ut in se custodiant medium puritatis. unde Ansel. In lege, ubi fere omnia in figura fiebant, preceptum fuit in pascha azymum panem comedere, ut ostenderetur, q̃ Christus, quem expectabant, purus, & mundus futurus esset. Et nos, qui manducaturi eramus corpus eius, similiter esse moneremur puri ab omni fermento malitiæ, & nequitię. Et hæ rationes haberi possunt ex epistola beati Anſ. supra allegata dicentis. Apertissimum est, quia melius sacrificatur de azymo, quam de fermentato. Tum quia ualde apertius, purius, & diligentius fit, tum quia dominus hoc fecit. Apertius, dicit ratione expressionis singularis simplicitatis, quæ conuenit sacramentum cum re. Purius ratione expressionis singularis puritatis, quæ conuenit sacramentum cum re. Diligentius ratione insinuationis diligentię adhibendæ ex parte membrorum, ut se conformẽt capiti. ¶ Sic ergo colligendo summariè, quæ dicta sunt, dicitur, q̃ conficere in azyma non est de necessitate sacramenti. Differentia harum necessitatum patet, supra lec. 1. Primum ostensum est: quia in fermentato si attentatur; fit consecratio. Secundum patet: quia sic consecrans peccat faciens contra ritum, & præceptum ecclesię. Vnde extra de cele. mis. c. litteras. punitur, qui in fermentato consecrauit. Et dicit Sco. in 4. di. 11. q. 6. in fine.

Quare Ro. ecclesia non indifferẽter conficit in utroq;.

Alexan.

Ansel.

Ansel.

Forte grauiter peccant etiam græci: qui se non conformant ecclesiæ Petri, maximè cum hic habetur fundamentum solidum: quia sic Christus instituit hoc sacramentum celebrandum: ad minus si non necessariò, quin aliter fieri possit: tamen sic magis congruè celebratur. ¶ Quantum ad H tertium soluendæ sunt rationes græcorum. ¶ Ad primam, qua arguitur: q dominus tertiadecima luna cum discipulis cænauit: conceditur, q cæna facta est die immediate precedente diem passionis: sed negetur, q illa fuerit tertiadecima luna: sed, ut uisum est, fuerat facta decimaquarta luna. Ad probationem negetur. q dominus passus sit decimaquarta luna: sed passus est decimaquinta luna. Et ad probationem dicitur: q ueritas correspondebit figuræ. Ad cuius intellectum notandum secundum Alex. q cit Alexan. ea agnum typicum duo fiebant. s. immolatio, & comestio. Quantũ ad comestionem umbra respondebit ueritati, & figura rei: quia decimaquarta luna. s. in cæna comedebatur agnus typicus, & agnus uerus. Nam facta cæna de agno Paschali dedit dominus discipulis agnum uerum, scilicet corpus suum: similiter immolatio respondit immolationi. Immolatio enim figuralis agni facta est luna decimaquarta: & immolatio ueri agni similiter luna. 14. inchoata est: quia post cænam nocte iouis. 14. luna incepit passio Christi: quando factus est sudor eius sicut guttę sanguis decurrentes in terram. Luc. 22. Item nocte illa fuerat captus, ligatus, consputus, co Luc. 22. laphis, & alapis cesus Marci. 14. Sic ergo nocte illa inchoata fuit immola Marci. 14. tio, & die sequenti consumata: & sic figuræ ueritas respondebat. Vnde glo. super illud Luc. 22. Venit autem dies azymorum: dicit. Licet sequenti die. i. decimaquinta luna sit crucifixus: hac tamen nocte, qua agnus immolabatur: & carnis, sanguinisq; suis discipulis sacramenta celebranda tradidit: & a iudæis tentus, & ligatus ipsius immolationis. i. passionis suæ sacrauit exordium. ¶ Aliter potest dici secũdũ ueritatẽ legis: qua dies currebat Festiuitates quare currunt a uespera in uesperã. a uespera in uesperũ: ut dicitur Leui. 23. A uespera usq; ad uesperam celebrabitis sabbata uestra. Et de festo Paschæ hoc plane determinatum est: Leui. 23. unde Exo. 12. habetur. Primo mensæ decimaquarta die mensis ad uesperã Exo. 12. comedetis azyma usq; ad 21. eiusdẽ mensis ad uesperã. Cum ergo uesperũ 14. diei, quo immolabatur agnus: fuit pars sequentis diei: eodem die uerus agnus immolatus est, quo agnus typicus. ¶ Et si obijcitur. Ante resur I rectionem domini dies præcessit noctem secundum magistrum in histo. In nocte autem resurrectionis terminatus ordo naturalium, qui est, ut dies præcederet noctem: deinde creator temporũ fecit, ut nox præcederet diẽ. Respondetur: q ille ordo: quo dies noctem præcessit: fuit secũdũ cursum cõmunẽ tẽporũ: nihilominus speciali ratione ordinatũ fuit in lege, q in solẽnitatibus nox præcederet diẽ: & currerent dies solemnes a uespera in uesperam. Cuius rõ fuit: quia illæ solemnitates fuerunt figuræ solemnitatũ tẽporis gratiæ, in quibus huiusmodi ordo seruatur: & maximè solemnitatũ patriæ: quæ sequuntur ad noctem tribulationis uię. ¶ Ad secundum simK liter, & ad tertiũ respõdetur per distinctionem huius nominis pascha. unde Pascha sumitur multipliciter. secundum Inno. & Alexan. nomen pascha multipliciter accipitur: & æqui Inno. Alex. uocatione huius nominis græci decepti sunt. Accipitur enim quandoq; pro Luc. 22. hora immolationis agni typci: unde Luc. 22. Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha. glo. Pascha dicitur solus dies, in quo agnus occidebatur ad uesperũ. i. decimaquarta luna primi mẽsis. Q̃nq; accipit q agno paschali typico: unde Luc. ubi sup. Venit aũt dies azymorũ: in qua necesse erat occidi pascha. Q̃nq; accipit q uero agno paschali, q est X̃ps dñs. 1. Cor. 5. Etenim pascha nostrũ immolatus est X̃ps. Q̃nq; pro die festo azy-

Ioh.13. morũ:quæ fuit quintadecima post æquinoctiũ uernale. Ioh. 13. Ante diem festũ paschæ sciẽs Iesus. Q̃q; accipitur pro cibis paschalibus, panibus. s. azymis, quibus uescebãtur tpe paschali. de quo Exodo. 12. Primo mense

Exod 12. Ioh.18. 14 die mẽsis ad uesperã comedetis azyma, usq; ad 21. eiusdẽ mẽsis ad uesperã. & sic accipitur Ioh. 18. Non introierũt ptorium: ne cõtaminarẽtur: sed manducarẽr pascha. ¶ Per hoc patet ad argumẽta, q̃ B. Iohannes cum dixit. Ante diẽ festũ paschæ. accepit pascha pro prima die azymorũ, quæ fuit 15. luna mẽsis primi. Et hoc innuitur cũ dicitur: ante diẽ festũ. Differt enim dicere secundũ Alex. diẽ paschæ, & diẽ festũ paschæ: nec sunt idem, ut patet ex lege. Dies. n. paschæ est decimaquarta luna: dies festus paschæ

Leui. 23. quintadecima luna: unde Leui. 23. Mense decimo. 14. die ad uesperũ phase dñi est. i. pascha & decimaquinta die mẽsis huius solẽnitas azymorum dñi est. & ita ante diẽ solẽnẽ paschæ, quæ fuit luna 15. facta fuit cœna dñi. i. 14. luna ad uesperam: & ita non est ꝑ græcis: sed magis cõtra eos. In illa autẽ

Ioh.18. auto. Ioh. 18. ubi dicitur. Vt manducarent pascha. accipitur pascha pro azymis panibus: ut dictũ est: quos comedebãt septẽ diebus. ¶ Et per hoc ad illud, quod additur. Non in die festo &c. Dicitur, q̃ causa huius dicti & dispositionis iudæorum additur: ne forte tumultus fieret in popolo. Non. n. propter festi reuerentiam disposuerant crucifixionem differre: sed ne tumultus fieret in populo: qui in maxima copia ad festum illud cõfluxerat. Et ita ne de manibus eorũ raperetur. Ideo nacta opportunitate: & sub mota causa tumultus populi, Iuda se offerente ad tradendum illum: fine tumultu fecerunt contrarium, mutantes propositum: & hoc diuina dispositione: ut ueritas corresponderet figurę: quia quintadecima luna eduxerat

Innocen. populum; hebræorum de ægypto: & eodem die mors Christi eduxit populum suum de tenebris peccatis: ut Innoc. Porro dispositio sacerdotum contra dispositionem Dei prævalere non poterat: qui dispoſuerat, ut uerus agnus in diebus paschalibus immolaretur. ¶ Ad quartum de sanctis mulieribus unguenta post domini sepulturam præparantibus dicitur ab aliquibus, q̃ prima die azymorum. s. die passionis domini, quæ solẽnis erat:

Quomodo mulieres dicũtur in die paschę unguenta parasse.

Leui. 23. interdicta fuere opera seruilia: ut Leui. 23. Primus dies erit uobis celeberrimus: omne opus seruile in eo non facietis. Huiusmodi autem unguenti

Exod. 12. præparatio, quæ congruebat defunctis: quia fuit opus misericordiæ non reputabatur inter seruilia: & ita per hoc, quod dicebatur Exo. 12. Nihil operis facietis in eis exceptis his, q̃ ad uescẽdum ptinẽt, nõ excludebatur, quin

Luc. 23. opa spũalia fieri poterant: quale fuit opus mulierũ. Dicũt igit̃, q̃ mulieres sanctæ ab hora, q̃ uidẽrãt Xp̃m positũ i monumẽtum, sicut dicitur Luc. 23. usq; ad uesperũ etiam diei pparauerũt unguẽta, q̃ habebãt, & ad uesperum a præparatione quieuerunt secundũ legẽ pp sabbatũ, de quo præceptũ fuerat in lege, q̃ a uespera celebrarẽt usq; ad uesperã sine aliquo opere: tunc .n. non licebat præparare, quæ ad cibum erant necessaria. Illa etiam dies sabbati inter omnia sabbata celeberrima erat, & propter pascha, & propter sabbatum. Licuit ergo præparare unguenta luna 15. quia hoc fuit opus misericordię, & ideo non seruile. ¶ Sed contrarium uidetur Marci. 16. Cum transisset sabbatum, Maria Magdalena & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum, igitur die ueneris dominicæ passionis non parauerunt aromata, quia nondum fuerant empta. ¶ Solutio secundum gloss. Emerunt, id est empta parauerunt, quod ei residuum fuerat non paratum, die ueneris parauerunt, dum transisset sabbatum. Vel aliter, iudæi multos sumptus facere solebant circa funera. Nam Nicodemus qui uenerat ad Iesum no-

cte primum uenit ferens mixturā myrrhæ & aloes quasi libras centum
Ioh. 19. Ioh. 19. Ecce sumptus magnus. Mulieres igitur uidētes nō sufficere unguē
ta, quæ parauerant die ueneris: post sabbatum plura emerūt & illa parauerunt: ut dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici, ꝙ mulieres illæ iam instructæ in
Inno. fide Christi non curabant huiusmodi legalia obseruare. unde Inno ꝙ autem mulieres in die paschæ dicuntur unguenta parasse, non obest: quia nō erant sub litera: sed sub gratia. ¶ Verum huic uidetur contrarium, quod
Luc. Lucas dicit. Et sabbato quidem siluerunt propter mandatum, ex quo pa-
M tet, ꝙ legis mandata seruabant. ¶ Ideo adhuc aliter dici potest, ꝙ illæ
mulieres cognoscentes Christi mortem futuram: ante mortem eius parauerunt necessaria ad condendum corpus eius. unde
Inno. Inno. Mulieres reuertentes secundum Lucam, portauerunt unguentum, & aromata quæ ante longe parauerunt: quia frequenter audierant dominum moriturum. Nōne Magdalena iam parasse uidetur? per inspirationem præoccupasse ministerium iniunctionis: teste ueritate, quæ dicit. Mittens hoc unguētum hæc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Et iterum. Sinite illam, ut in die sepulturæ meæ seruet illud. Sic unguentum, quod prius incepera', consumm uit. ¶ Posset adhuc dici, ꝙ reuertentes mulieres a monumēto, & sepultura, parauerūt aromata, non statim protunc: quia nullum uel minimum tēpus uidetur fluxisse inter horā sepulturæ, & uesperam sabbati, qua incepit solemnitas sabbati. Nā sero depositus est dñs de cruce: ut dicit Matth. 27. Et propter parasceuen iudæorū in monumento horti, quod
Matth. 27. Io. 19. prope erat: posuerunt Iesum: ut dicit Io. 19. c. & Luc. 23. Parasceue erat
Luc. 23. & sabbatum illucescebat. i. uespera, qua incepit solennitas sabbati: secun-
Leui. 23. dū illud Leui. 23. A uespera in uesperam celebrabitis sabbata uestra. Sed transacto sabbato: quo siluerunt: & finem habuit in finē sequentis diei: ūc quidem emerūt aromata, quę defuerunt: ut dicit Marcus. Dū transisset sabbatum &c. emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Venientes non statim tunc propter noctem de proximo imminentē: sed expectabant mane sequentis diei: quæ fuit prima sabbati. i. prima post sabbatum: ideo se-
N quitur in Marco. Et ualde mane una sabbatorum, ueniunt ad monumen-
Luc. 12. tum orto iam sole. ¶ Ad quintum de glo. Luc. 22. quæ dicit, ꝙ sola dies manducationis agni dicatur pascha: & alij dies azymorū. Dicendū ꝙ glo. ponit differentiam inter illam dictionem pascha in una significatione tantum: secundum quam accipitur in illo textu, quem ibi exponit. Præter autem illam etiam & aliter accipitur, ut dictum est. Quod autem ex illo infertur, ꝙ Christus in fermentato confecit: illud non sequitur: etiam si uerum esset, quod græci probare laborant. s. ꝙ Christus tempus manducandi agnum paschalem præuenisset: & cum discipulis luna tertiadecima cenasset. Qm̄ si ita præueniſſet diem legitimum comedere pascha: sciens ꝙ futurum erat super eum: utique præueniſſet comedere agnum secūdum cęrimonias, & dispositionem legis: quę præcepit, ꝙ non nisi cum azymis comederetur: & sicut præueniſſet comedere agnum: ita & præueniſſet comedere azymum. Et discipuli, qui præparauerunt pascha: præparassent & azyma: & ita ex hoc græci intentum suum habere non possent: scilicet quòd Christus in fermentato confecisset. Falsum tamen est antecedens, ꝙ cęna facta sit luna tertiadecima. ¶ Ad sextum, quo arguunt ex significatione fermentati, propter quam magis congruit sacramento, quam azyma: dicitur. Et si fermentum exprimit secundum glo. allegatam, quod melius est in Christo, scilicet charitatem, non tamen in propria, & expressa similitudine Xp̄m exprimit, quia nō solus Xps charitatē habuit, licet sol' sum-

De tempore prēparationis unguentorum.

Sola dies mā ducationis agni dicitur pasca.

main,quam summam appropriatè non significat fermentum. Azyma autē significat puritatem singularem Christi solius.ſ. naturam nostram sumptā sine omni corruptione infectionis. unde Inno. respondens græcis dicentibus, ꝙ fermentum significat tumorem uteri uirginalis, & uinculum unionis: dicit. Nam etſi fermentum significat tumorem uteri uirginalis: & uinculū unionis: porrò multò religiosius illud azymi insinuat,ꝙ secūdū apostolū,Christus de massā peccatrice corpus sine peccato suscepit, tanquā de fermento suscepert azymū. Et ut inter Xpm,& populū malicię,& nequicię nihil sit:sic inter frumentum,& aquā in azymo nil ueteris massæ uel aduenæ corruptionis interuenit: nā per frumentū Christus, per aquā populus designatur: secundū illud. Nisi granū frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit,ipsū solū manet. Ioh. 12. Et illud. Beati,qui seminatis super oēs aquas. Esa. 32. glo.i. corda gentiū emolitia. Aqua sine fermento mixta frumento designat populum sine peccato Christo coniunctum: quamquam illud soleat designare, ꝙ sicut azymus panis de pura massa sine fermento conficitur:ita corpus Christi de illibata uirgine sine crimine est conceptum. Sunt & alię congruentiæ supra tactæ. ¶ Ad septimum breuiter dicitur,ꝙ dominus nolens nos iudaizare, non hoc quasi ex lege retinuit: sed de nouo instituit:sicut & de baptismo in aqua constituto. Iudæi aqua lustrabantur: & nos aqua lustramur, non autē ex legis ordinatione: sed ex Christi dñi nostri institutione. De hoc statim infra. ¶ Ad octauum dicitur: ꝙ adueniente ueritate cessare debet figura sub ratione figuræ. Potest tamē manere materia figuræ: non ut figura ueritatis uenturæ significatiua; & ita cessauit esus agni paschalis: cessauit & panis azymus in ea significatione, qua instituta sunt in lege: quoniam adhuc paschali tempore agnellos manducamus:& nonnunquam panes azymos: nec tamen hęc facientes iudaizamus. unde beatus Ansel. Facere aliquid,quod fiebat secūdū legem,non est iudaizare, nisi fiat intentione adimplendi legem:ut qui ex infirmitate circumcidi se faceret: non ut ritum legis obseruaret: non iudaizaret. Quod autem aiunt nos iudaizare: ait Ansel. non est uerū:quia non sacrificamus de azymo,ut legem ueterem seruemus:sed ut diligentius fiat:& ut dominum, qui hoc non iudaizando fecit,imitemur. Cum enim facimus aliquid, quod ut iudaismum seruarent,faciebant:non iudaizamus: quia non propter iudaismum:sed aliam causam hoc facimus. Si enim in diebus paschæ azymum panē aliquis comedit: siue quia non habet aliū: siue quia magis illo delectatur,quam fermentato: aut si quis propter infirmitatem prepucium circumcidere cogitur. Aut si boui suo trituranti quis, ne esuriat, os non alligat: nullus nisi insipiens, hoc agentem iudaizare iudicabit. Cum ergo nos panē azymū sacrificamus: non ut per azymū tanquā per figurā dñm Iesum futurū esse significamus:sed ut ipsum panē in corpus eius diuina cooperante uirtute sanctificemus,nequaquā in hoc legis uetustatē obseruamus:sed euangelij ueritatē celebramus. Itē simili ratione nec ipsi deberent conficere in fermentato:quia præceptū fuit in lege Leui. 23. ꝙ offerrēt panes primitiarū fermentatos. uñ Inno. Si propter hoc repudiandū est azymū:quia lex illud admisit:pari rōe repudiabitur fermētatū:quia lex ait. Offerēt panes fermētatos cū hostia gratiarū,quæ immolatur pro pacificis Leui. 7. ¶ Ad nonū de eo,ꝙ littera occidit. dicit. Verū est,si seruaē,quod in uete. test. littera pcipit ui præcepti legis:& hoc quātū ad sacrificia cærimonialia,& figuralia. Secus si tanquā de nouo per legē gratiæ statuta sint assumpta:ut sup. dictū est. Verum argumentū hoc beatus Ansel. retorquet in græcos dicens. Sic uos conficitis defermentato:quia dicitur a propheta.ſ.Amos.4.Offerte ma

Quomō fiat aliquem facere ea, quæ Iudęi secundū legē fecerunt, & nullatenus iudaizare.

ne

ne iustimas uestras tribus diebus decimas uestras,& sacrificate de fermẽtato laudẽ. aut hoc dicit propheta approbãdo uel reprobãdo. Si reprobando:igitur ex hoc nõ debitis auctoritatem assumere conficiẽdi in fermentato. Si approbando: & uos seruatis hoc ad literam, & litera occidit: ergo uos subiacetis illi damnationi,qua dãnatis uos. ¶ Ad decimũ, quod obiciunt de nomine archon: respondet Alex.q̃ nomen archon aliquando accipitur pro fermẽtato. Aliquãdo ꝓ pane azimo: nã Exod.29.dicit. Archos azymos. similiter Num. 6. ubi nos habemus caniſtrũ panũ azymorũ:ipſi habẽt archos referros oleo. Aliquãdo accipitur ꝓ fermentato, & azymo cõmuniter: unde ratio illorũ non ualet. Patet itaq; ex dictis ueritas noſtri textus quantũ ad tẽpus:cenæ designatũ:cũ dicit. Qui pridie, quã pateretur.

Archon qd ſignificat.

Exod 29.

DE MATERIA EVCHARISTIAE.
LECTIO XXXV.

Expoſitio uerborũ. Accepit panẽ conſecrationis materia eſt panis, & uinum.

CCEPIT panẽ in sãctas,ac uenerabiles manus suas. A
¶ Hæc est secunda particula primæ partis sub diuisionis principalis partis quartæ totius canonis:in qua tãgitur ineffabilis transubstantiationis terminus a quo, huc materia. Vnde dicitur. Accepit.s. Christus. Volẽs etenim animas nostras reficere cibo spirituali animo congruenti: per nil aliud id facere statuit,quã per carnẽ propriã,& sanguinẽ eius naturalẽ: ut nulla esset ratio tã grãdis,q̃ haberet deũ tã propinquũ sibi,q̃ nobis summa,& excellẽtissima diuinitas adest: in eo, ꝙ corpus suũ,cui inseparabiliter,& ineffabiliter unita est:nobis tradere disposuit in cibũ,& sanguinẽ in potũ. Hoc ut perficeret:accepit panẽ in sctãs.i.sctificãtes,ac uenerabiles manus suas ꝓpter unitã manibus deitatẽ,ꝓpter quã summa ueneratione sunt adorabiles.s. theosebia,quæ est latriæ cultus,ut tactu sanctarũ,& diuinarũ manuũ suarũ pane materiali uim sacramẽti cõferret. Hoc est ipsum in mẽteriã huius uisici sacramẽti deputaret,ac ordinaret:quatenus oi tpe in uerũ corp⁹ chri transubstantiari posset. Sicut.n. tactu mũdissimę suæ carnis (scdm Bedã) uim regenerativã cõculit aquissita & acceptione panis in uenerabiles,sanctasq; manus suas, uim panis tribuit:ut ex eo tãquã cõgrua materia corpus suũ cõfici posit. Et hoc significatũ est Ioh. 6.ubi dãs panes quinq;,quibus refecturus erat turbas:in manus suas accepit,& bñdixit; priusquã turbis distribuendos discipulis dedit. De his manibus dicitur Can. 5. Manus eius tornatiles, aureæ,plenæ hyacinthis. Tornatiles dñr:quia in oẽm operationẽ mobiles,& uolubiles. Aureæ,qa in oibus eorũ operationibus splẽdet uirtꝰ deitatis Plenę hyacinthis:q̃ lapis est cęlestis uirtutis,& coloris:qa in oibus operationibus cæleste indicat uitã,& intentionẽ. ¶ Cũ ergo hac acceptione panis in manus sanctas,ac uenerabiles Christi,panis accepit uim essendi materia huius sacramẽti:tractãdũ est de huius sacramẽti materia. Vbi primo uidendũ est,q̃ sit huius sacramẽti materia. Scdo de eius cõgruitate,ac institutionis cã ¶ Quoad primũ est omniũ catholicorũ doctorũ cõcors sentẽtia: ꝙ huius sacramẽti materia simpliciter necessaria panis est,& uinũ. De hoc B Alexander papa: & in concilio carthaginẽsi sub habetur de consecr.dist.2.c. In sacramẽto. Statutũ est:immo christi institutio cõmemorata est ,q̃ in sacramento corporis,& sanguinis domini,nihil amplius offeratur, quã qd ipse dominus tradidit:hoc est panis,& uinum aqua permixtũ. Quod dicitur aqua permixtũ,congruitatis est, nõ necessitatis. Ideo statim sequitur. Nec amplius i sacrificijs offerãt, q̃ d uuis & frumẽtis. Verũ d aqua,cur uino

admiscetur, infra uidebitur. Item eadem di.c. Cũ omne. Iulius Papa reprobat errorem eorum, qui pro uino ausi sunt lac apponere. Vnde ait. Cum enim magister ueritatis, uerum salutis nostræ sacramentum suis commendaret discipulis: nulli lac: sed panem tantum, & calicem sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. Et sequitur. Cesset ergo lac in sacrificando offerri: quia manifestum est, & euidens exemplum euangelicæ ueritatis illuxit, q̃ præter panem, & uinum aliud offerri non licet. ¶ Ex quo sequitur, q̃ nõ est conueniens materia huius sacramenti farina aqua elemẽtari coagulata: neque pasta, quia materia huius sacramenti est panis, non autem pastam huiusmodi dicitur panis. Et quamuis probabile sit pastam, & panem non differre specie essentiali: quia per decoctionem pastæ ab igne non fit: ut uidetur, nisi extractio humoris aquei commixti cum partibus farinę, quæ mixtio est per solam iuxta positionem partium humoris, & farinæ. Hęc autẽ separatio humoris non mutat speciem, quia per ipsam nihil tollitur pertinens ad rei essentiam, sicut & talis commixtio speciem non uariat: quia non est ibi uera compositio: nec constitutio alicuius unius ex his, quæ adinuicem miscentur: sed quodlibet remanet in natura propria ab alio distinctum. Et quamquam ita esse sit probabile: non tamen de pasta potest confici: quia instituit Christus panem usualem pro materia huius sacramenti: quia talis communiter consueuit nobis esse sacramentum propter congruẽtias infra assignandas. ¶ Sed occurrit triplex dubium. Primum utrum omnis panis secundum substantiam sit apta consecrationis materia. Secundum utrum omnis panis secundum quantitatem. Tertium, an omnis secundum qualitatem. ¶ De primo dubio. utrum omnis panis cuiuscunque substãtię: siue de spelta, siue de siligine, an solus triticeus sit consecrabilis, est multorum doctorum sententia, q̃ solus panis triticeus est materia apta huius sacramenti: ita q̃ si in pane spelticeo, uel siligineo attentaretur: nihil fieret. Cuius causam præcipuam dicunt diuinam institutionem. Hanc autem institutionem conuincunt ex comparatione Christi, qua se grano frumenti comparauit. Frumenti dicunt. i. tritici: quia granum tritici nobilissimum est: quod quia inter cetera grana plus habet de medulla: per antonomiam granum frumenti appellatur. Vnde afferunt Christum in pane ex tali grano, cui se comparauerat: sui corporis instituisse sacramentum. Apostolos quoque in tali pane consecrationem frequentasse, & illius panis usum ecclesiæ reliquisse. ¶ Pro ista opi. & sententia allegatur beatus Aug. super Illud Iohan. xij Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Cum sint multa grana frugum: nulli se comparat nisi illud grano frumenti. Vnde mos cepit ecclesiæ de illo solo grano conficere corpus domini. Huius opinionis uidentur esse sanctus Tho. doctor subtilis, Durandus, Gerson, & plerique alij, & Alex. de Ales parte. iiij. q. xxxij. dicit. Sunt autem plura alia grana tritici habentia solum modo differentias accidentales: ut forte spelta, & candida: de quibus confici licet, & conficitur in quibusdam terris. Cui consentit Durandus credens probabiliter inter speltam, & triticum solum esse differentiã accidentalem contra sanctum Thomam: cuius probabilitas ex communi dicto uulgari accipitur, quo dicitur, q̃ in quibusdam partibus seminato tritico in certos agros nascitur spelta: quod uidetur argumẽtum identitatis secundum speciem: quia ex granis, & seminibus generantur, ut frequenter similia secundum speciẽ. Deducitur etiam hæc identitas specifica ex similitudine accidentium propriorum, & communium speltæ, & tritici. Multum siquidẽ appropinquant quoad quantitatem, figuram & colorem, & quoad alia: quæ etiam quamuis

An pasta sit materia apta consecrationis.

Dub. 1.

An omnis panis cuiuscunque substãtiæ sit materia apta huius sacramenti.

Augus.

Alex.

Durandus.

Thomam.

remotæ:

remote: indicant tamen diuersitatem, & identitatem in forma specifica. ¶ Dñs Albertus dicit in quarto, ꝙ quamuis spelta sit alterius speciei a tritico: est tamen panis de spelta materia apta, & uere consecrabilis. Et hoc quia spelta est species frumenti. Additur, ꝙ si Christus usus est pane triticeo: tamen in tali usu uidetur dedisse uirtutem generi secundum omnem suam speciem. ¶ Sed illud dicit Durandus: non uidetur bene dictum: quia in certis sacramentis illud, quod assumitur pro materia, sicut est unum nomine, ita est unū specie, sicut patet de aqua baptismi, & oleo extremæ unctionis. Non enim nisi in aqua elementari materia est baptismi, & non nisi oleum oliuæ, materia unctionis: non oleum nucum, aut seminis raparū: oportet ergo, ꝙ panis, qui est materia huius sacramenti, sit idem secundū speciem: nec sufficit identitas secundum genus. ¶ Thomas de Argentina dicit. Vellem, ꝙ in isto puncto, & in quibuslibet alijs, in quibus tractatur de his, quæ ad necessitatem pertinent sacramentorum: sine quibus non putatur esse ueritas in sacramentis: doct. nunquam sibi contradicerent, & sicubi hoc fieri contingeret, ꝙ ecclesia Romana per determinationem suam remedium adhiberet. Huic addit duo dicta. Primum: ꝙ consultius est: ꝙ sacerdos in sua cōsecratione utatur pane triticeo: quia omnes doctores Christiani fatentur talem panem conuerti in corpus domini, prolatis certis uerbis a ministro idoneo. Multi autem, & magni doctores, & solemnes negant panem spelticeum in Christi corpus conuerti. Secundum dictum est, ꝙ non probatur sufficienter per alios ista negatiua: ꝙ panis spelticeus non est consecrabilis. ¶ Ad cuius intellectum sciendum fore dicit, ꝙ secundum Isido. lib. xvij. etymo. c. iij. frumentū est in plus quam triticum. unde dic. Isido. Frumenta sunt, quæ aristas habent: reliqua uerò, quæ aristas non habent, fruges appellantur. Ideoque dic. ibidem siliginem, & multa similia de genere esse frumentorum: eo ꝙ aristas habent: immo ipsum triticum genus dicit frumenti multas habens species: unde dicit. Siligo genus tritici a se lecto dictum. nam in pane species eius præcipua est. Et de ordeo trimensi dicit. Trimense triticum ideo nuncupatum: quia satum post tres menses colligitur. ¶ Cum igitur neque ex fide, neque ex sacra scriptura: neque ex statuto ecclesiæ in decreto, aut decretalibus contento: neque ex originalibus sanctorum doctorum haberi possit, ꝙ solus panis triticeus sit materia consecrabilis, non probatur sufficienter hæc negatiua, ꝙ panis de spelta non sit consecrabilis. Vnde de summ. tri. & fi. ca. ubi fit mentio specialis de hoc uenerabili sacramento: non fit limitatio materiæ ad panem triticeum. Similiter in c. Cū marthæ. de Cæl. miss. hæc arctatio nō ponitur: ubi singulariter de hoc sacro pertractatur. Neq; in decretis de cōs. d. 2. limitatio ad panē triticeū reperitur: ubi rō diffusē de hoc sacro agitur, ut patet ēt in c. supra allegatis. Similiter ex euangelijs aliud haberi non potest: quia nullibi habere determinatior locutio de materia huius sacramenti, quam quod dicitur. Accepit Iesus panem. Non autem uidetur, quin panis sit uniuocum ad omnem panem usualem: siue sit de tritico, spelta, siligine, uel ordeo. Sicut & frumentum uniuocum esse uidetur ad triticum, speltam, siliginem, & ordeum: quāuis hæc sese excedant in perfectione: sicut homo, asinus, leo: de quibus uniuoce dicitur animal. Ex quo uidetur concludi, ꝙ non ualet dictum quorundam dicentium, ꝙ frumentum: quando per se stat, ponitur pro suo significato famosiori, siue digniori: quod est triticum: quia illa regula habet ueritatem tantum in analogis: quę sunt uere æquiuoca: non in uniuocis. Nūc autem frumentum non est analogum: quia nec æquiuocum ad triticum, speltam, siliginem &c. quamuis sit analogia quædam perfectionis inter si-

Alberta.

Thomas

Isido.

D

Panem triticeum non esse solum materiam cōsecrationis disputatur.

gnificata sua: sicut generaliter in significatis per quodcunque genus. Genus siquidem plures sub se continet species perfectione differentes: cum nulla duæ species sunt eiusdem perfectionis, quia habent se, ut numeri. 8. metaphysicę. Nec tamen propter hoc genus per se positum, stat pro specie perfectiori, ut patet de animal, lapis, brutū &c. Non enim sequitur, est animal: ergo est homo. Nec sequitur: non est homo, ergo non est animal. Quomō sequeretur in analogis: est homo, ergo est homo uiuus. Et sequitur: non est homo uiuus: ergo non est homo: immo sequitur, est homo pictus: ergo non est homo. Sic in proposito non sequitur: hoc est frumentum, ergo est triticum. Nec sequitur, hoc non est triticum: siue hoc est spelta: ergo non est
B frumentum: cum ut dictum est. frumentum uniuocē dicatur de omnibus habentibus aristas etiam apud uulgum. ¶ Videtur igitur sufficere ad hoc, ꝙ aliquid sit materia apta consecrationis, ꝙ sit panis: dum tamen sit de granis aristarum. Hinc panis coctus de fabis, pisis, lentibus, uel alio legumine non habente aristas, non est consecrabilis. Hinc de consec. dist. 2. in ca. in sacramento. supra allegato habere. Nec amplius in sacrificijs offeratur, quam de uuis, & frumentis. Pro illo facit, ꝙ apparatus illius decreti non excludit ab hoc benedicto sacramento aliquod uerum frumentum: sed duntaxat piper & lolium. ¶ Ad hoc patet ratio adducta. Sāta mater ecclesia satagēs filios suos in honorem sui sponsi educare: ubi conspicit occasionem ruinæ, ut deuiationis, monitis salutaribus, & statutis solicita est obuiare, & ubi maius periculum imminet, prouidet uigilantius. Multa autem statuta edidit circa hoc sacramentum uenerabile: puta, ꝙ sacerdos sit ieiunus: ꝙ certis & benedictis utatur uestibus, ꝙ non celebret nisi in loco consecrato, non interdicto: ꝙ non nisi in altari lapideo chrismatis unctione benedicto, non nisi tempore certo: nec sine igne, & ministro. Sic circa sacramentū sanguinis multa sunt statuta: ꝙ. s. uino aqua apponatur: ꝙ nō in calice ligneo, uitreo, aut cupreo celebretur: aut consecratus simul sumatur, & cetera multa: quorum tamen nullum est de ueritate, ac necessitate sacramenti, quin sine quolibet horum immo sine omnibus simul sacerdos de facto si attentaret consecrare; uere' conficeret: quia tamen illa conferunt ad reuerētiam, & honorem Christi, & deuotionem populi, siue ad quasdā significationes mysticas: placuit ecclesiæ ea omnia in consecratione tam digni, ac ineffabilis sacramenti obseruare: sed si materia consecrationis corporis Christi est solus panis triticeus: longē maius periculum esset ipsum non assumere: quā in consecratione sanguinis uti uino aqua non permixto, aut prætermittere quodlibet prædictorum. Quoniam per assumptionem panis non tritici, omitteretur aliquid essentiale, ac quod foret de necessitate sacramenti: quo frustraretur totus effectus consecrationis, quia nihil fieret, eo ꝙ deficeret debita materia. In alijs autem tantum omitteretur aliquid requisitum de bene esse sacramenti, uel consecrantis, & tamē nullibi reperitur ecclesiā præcepisse ut solus panis triticeus ad corpus xpi cōsecrationē assumatur, & ecclesia prouida circa minus necessaria, negligēs ee circa necessaria & ꝓ habere scyllā, & relinqueret carybdim, qđ de ecclesia sponsa xpi, quæ sponsi sui spū regitur, nefas est cogitare. Maxime etiam cum ante multos annorum centenarios hoc ipsum apud catholicos doctores solēnes uersum est in dubium,
D ut patet de Alberto magno, & sequacibus suis. ¶ Videtur igitur probabile, ꝙ panis usualis de frumento confectus, siue sit de spelta, uel de alio quocunque, sit apta materia consecrationis. Nihil. n. plus continetur ex euangelijs, nisi ꝙ Christus accepit panem. Neq; aliquis sanctorum doctorum ex originalibus determinatius locutus est. Vnde non uidetur tutum ac securū quē-

Cōcluditur, quod panis usualis siue de tritico, siue spelta, si-

cunq;

ue de alio frumẽto fit materia apta consecrationis.

cunque scholasticum doctorẽ ét acerrimũ ingeniũ ac profunde scientiæ definire hanc negatiuam, & determinare q̃ panis de spelta, aut alio uero frumento, non est apta materia consecrationis, cum ut dictum est, ad hoc non habeat ut euidẽs canonis autoritas, nec diuina reuelatio, nec cogens ratio, nec ecclesiæ determinatio. ¶ Deniq; periculosum uidetur, ut in simili arguit doctor subtilis in 1. dist. 26. periculosum inquam est articulum fidei limitare uel restringere ad certum intellectum spãlem: dum saluari potest in ginali. Hic n̄ faceret a fide apostatare, cum aliquid in hoc sensu credendum proponeretur, ubi sine repugnantia scripturę rõnis & autoritatis in alio sane intelligi posset. Hoc præterea esset credibile, certum ponere in dubium & incertitudinem. Non enim certum est quod ex incerto dependet, hoc aũt in proposito fieret. Certum quidem est ex scriptura sacra, q̃ Christus consecrans corpus suum, accepit panem: qm̃ hoc euangelistæ scribunt. Dicere autem q̃ hoc non saluatur nisi in isto sensu particulari q̃ accepit panẽ triticeum, & illum per hoc tanquam materiam consecrationis instituit: est tra here certum ad dubium: quia ille particularis sensus (ut dictum est) ex nullo autentico potest deduēi. ¶ Difficile quidem est, & fortẽ impossibile Christum usum fuisse in consecratione pane triticeo. Hoc tamen posito adhuc certum non est, neque euidens, Christum per hunc usum determinate hũc panem, ut materiam consecrationis instituisse, & non potius omnem panẽ, immo si hoc fecisset, uerisimile est euãgelistas hoc determinate expressisse, & non in quadam generalitate explicasse, ex qua in dubiũ quid, & qualiter xps̃ fecit rationabiliter posset reuocari, quõ ecclesiã sic in icerto reliquisset, maxime in aliquo simpliciter necessariõ requisito ad sacramenti ueritatẽ. ¶ Præterea Christus in consecratione calicis usus est uino mixto cũ aqua, ut inferius patebit, nemo tamẽ dicit aquã cum uino esse materiã necessariã sacramenti sanguinis ex tali usu: sed uinum dũtaxat. ¶ Amplius, Christus (ponamus) usus est uino albo in consecratione sanguinis, & quis dicet ex tali usu uinum rubeum non esse materiam aptam consecrationi, cum tamẽ probabile sit uinum rubeum spẽ differre a uino albo, propter diuersas proprietates, & operationes quas habent, quæ diuersitatem, ut uidetur, arguũt quarundam qualitatum propriarũ consequentium formas specificas diuersas. Vinum quippe rubeum (ut fertur) constipat, album laxat, quod non cõpetit eis ex aliquo humano artificio, aũt industria, sed ex naturali proprietate, quę formam consequitur specificam. Immo forte non omnia uina alba sunt eiusdem speciei spẽ ifimæ, sicut nec omnia pira, nec oĩa poma, ubi arguitur diuersitas ex sapore, tenuitudine folliculorum, uirium, propaginum, foliorum: quæ uidentur tantum differre: quantũ arbores diuersorum fructuum, diuersorum ſ pomorum, & diuersorum pirorũ. Accidentia autem maxime propria, media sunt arguendi differentiam specificam naturã quo ad nos, qui proprios substantiarum conceptus non habemus. ¶ Præterea christus secundum omnes doctores apostolos sacerdotes ordinauit: dicens ad eos. Hoc facite in meam commemorationem. Facite hoc, inquã, quod ego feci. Quid autem fecit Christus? Accepit panem, & fregit &c. dicens. Hoc est corpus meũ. Ergo sacerdos hoc ipsum nunc faciens: & certa uerba proferẽs, cõficerat, sicut Christus confecrauit: Accipiens autem panẽ de spelta, aut alio frumento accipit panem: ergo confecrat sicut Christus. ¶ Quod autem beatus Thomas, & ceteri arguũt Christum usum fuisse pane triticeo: nõ concludit propositũ: quia hoc certũ nõ habetur. Et si hoc poneret: adhuc nõ haberetur intẽtũ: quia de uino hoc nõ sequitur: est usus uino albo: ergo uinũ rubeũ non est materia sacramẽti sanguinis: inter q̃ tamẽ ap- Thomas.

paret

paret differentia ſpecifica. ¶ Ex eodem fundamento non concludit ratio Durandi dicentis, q materia corporis Chriſti eſt una ſecundum nomen: ergo debet eſſe ſecundum ſpeciem: quia hoc fallit, ut apparet in materia ſanguinis. Quod autem dicit ſic eſſe in cæteris ſacramentis, propoſitum ſuum non concludit. In baptiſmo quidem ſic eſt: quia Chriſtus inſtituendo materiam baptiſmi, uſus eſt hoc nomine aqua, dicens. Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Quod etiam ſecundum Porphi. eſt ſpecies ſpecialiſſima: dicente philoſopho in topi. Omnis aqua omni aquæ eſt eadem ſpecie. Inſtituendo autem materiam corporis Chriſti, dicunt euangeliſtæ, q accepit panem: utuntur ibi euangeliſtæ nomine panis, quod genus eſſe uidetur ſub ſe certas continens ſpecies. ¶ Quod dicit de materia unctionis, q ſit oleum oliuarum non oleum nucum, ſi hoc uerum eſt: habetur ex determinatione eccleſiæ: quæ ſi in propoſito haberetur ceſſaret quæſtio, ſed ſi non habetur nec ſancti hoc exprimunt: ſtat dubium ibi, ſicut hic. Dum addit, q uſus panis triticei ab apoſtolis ad nos uſque deſcendit: non uidetur hoc uniuerſaliter uerum: cum dicat Alex. de Ales parte. iiij. q. xxxij. membro. iiij. q in quibuſdam terris conficitur de ſpelta, & candith Hic ritus, quo ad panem triticeum, qui ad nos deſcendit: forte plus introductus eſt propter reuerentiam ſacramenti: q propter neceſsitatem: quia triticum eſt nobilior ſpecies frumenti: ea propter plus, quam alia frumenta eſt aſſumptum. Sicut laudabiliter in quibuſdam bene ordinatis eccleſijs uinum optimum, quod ex crementis haberi poteſt, datur celebrantibus propter reuerentiam magis, quam neceſsitatem. ¶ Quod etiam adducitur comparatio Chriſti, qua cõparauit ſe grano frumenti: nihil uidetur facere ad propoſitum: quia non cõparauit ſe grano tritici, ſed grano frumenti indifferenter, & indiſtincte. Pro quo facit autoritas allegata Aug. dicentis. Cum multa ſint genera frugũ: nulli ſe comparat niſi illi, uolens per hoc a comparatione ſeclud. re fruges non uerum frumentum. Et præterea ex tali comparatione nullus panis factus eſt materia ſacramenti, ſed ex ſpeciali inſtitutione Chriſti materia eius effecta eſt. ¶ Et quod dicit beatus Aug. q inde cepit mos eccleſiæ in tali grano conficere: uerum eſt, & hoc inſtitutione ſubſequẽte: quæ ſi ſubſecuta non fuiſſet, quis panem aſſumeret ad conſecrandum corpus Chriſti? Hæc dicta non tanquam concluſio certa accipiantur, & ſufficienter probata: ſed tanquam probabiliter cauſa ſcholaſtici exercitij adducta, & neque eccleſiæ determinationi, nec canonicæ ſcripturæ: neque originalium patrũ ſanctorum dictis repugnantia, melius ſentienti in nullo præiudicantia. Hęc de materia primi dubij. ¶ Quantum ad ſecundum dubium, de quantitate materiæ. Dicunt quidam, q ſacerdos non poteſt conſecrare materiam panis niſi in determinata quantitate: in tanta. ſ. quanta cedere debet in uſum fidelium. Cuius rationem aſsignant ex uerbis Hugonis de ſancto Victore. Sacramentum irritum reputatur, ſi contra inſtitutionem celebretur. Debet igitur intentio miniſtri (aiunt) concordare inſtitutioni ſacramenti. Inſtitutio autem ſacramenti eſt propter uſum fidelium: ut. ſ. utantur ipſo in profectum gratiæ, & uirtutum: igitur ſi miniſter intendat conſecrare tantum panem, quantus cedit in uſum fidelium: uerum eſt ſacramentum: aliter nõ. ¶ Præterea miniſtris eccleſiæ data eſt poteſtas, non in irriſionẽ fidei, & ſacramentorum: ſed in ædificationem eccleſiæ & fidelium; ſecundum apoſtolum 2. Cor. 10. Poteſtatem dedit nobis dñs in ædificationem, & non in deſtructionem. Sed irriſio eſſet fidei & ſacramenti, ſi ſacerdos conſecrare poſſet totum panem qui eſt in foro, & omne uinum quod eſt in cellario. ¶ Sed reſponſio illa alijs, non placet, nam ut arguit beatus Thomas parte. iij. q.

Opinio Durandi de materia conſecrationis arguitur.

Alexand.

Auguſt.

Dub. 2.

An ſacerdos poſsit conſecrare panem quantumcũque magnũ.

2. Cor. 10.

lxxiiij art.ij. Si sacerdos intendat consecrare propter finem malum ut irrideat, uenefficia faciat, aut incantet, nihilominus propter potestatem sibi datam perficit sacramentum, & tamen hæc intentio magis est difformis institutioni, quam prior. ¶ Præterea intentio ministri requiritur ad sacramenti perfectionem, sed non quæcunque: sed illa, quæ est de his, quæ intrinsecè pertinent ad ipsum, & non illa, quæ est de contingentibus. Nam si quis baptizaret puerum non ea intentione, ut baptizatus consequeretur salutem, sed cupiditate pecuniarum, uel alia peruersa intentione, puta quia baptismum ad salutem nil credit proficere, huius intentionis defectus effectum sacramenti non euacuat, quo minus sit uerè sacramentum, dum tamen seruat formam & ritum ecclesiæ, intendens quod ecclesia facere consueuit, q̃uis baptismum nihil ualere credat, ut supra dictum est lectione. 6. Propter quod etiam beatus Aug. concedit hæreticos baptizare. Sic in proposito usus sacramenti eucharistiæ non est de illis, quæ sunt intrinseca sacramẽto, cum illud sacramentum, quo ad fieri consistat præcisè in consecratione materiæ. immo per usum definit esse sacramentum, & non consistit in usu, sicut cætera sacramenta. Ideo intentio de usu sacramenti non est de necessitate sacramenti. ¶ Quod autem dicit Hugo de sancto Victore, q̃ sacramentum irritum habere, si contra institutionem celebretur, intelligendum est, quando celebratur cum omissione eorum, quæ instituta sunt obseruari, tãquam pertinentia ad necessitatem, & essentiam sacramenti, de quorum numero non est intentio usus sacramenti. ¶ Dicitur ergo secundum illos, q̃ quilibet sacerdos potest consecrare panem in tanta quantitate, quantam potest habere præsentem. Cuius ratio est, quia concurrentibus omnibus, quę sunt de necessitate sacramenti, est uerum sacramentum: sed pane quantumcunque magno præsente sacerdote: si ipsum consecrare intendat, & profert uerba ad hoc a Christo instituta, iam concurrunt omnia, quæ pertinent ad hoc sacramentum intrinsecè: & quę absolutè requiruntur: ergo uerè conficit. ¶ Dicitur autem notanter quantocunque pane præsente, quia panem absentem etiam modicę quantitatis consecrare non potest. Hinc sacerdos existens in ecclesia non potest consecrare panem in foro. Cum enim formæ uerborum consecrationis contineant in se pronomen demonstratiuũ, ideoque requirit præsentiam materiæ consecrandæ. ¶ Et per hoc ad secundum argumentum inductum respondetur: q̃ licet ministris ecclesiæ non sit data pot. stas propter hoc, ut abutantur: nihilominus tamen abuti possunt: tam illa, quæ est iurisdictionis: quam illa, quæ est consecrationis. Sententia est beati Tho. & Durandi. ¶ De tertio dubio, qualitate .s. materię panis: utrum in azimis, seu fermentatis confici possit, satis dictum est præcedenti lectione; ideo de hoc non plura. ¶ Placet simul tractare de materia consecrationis sanguinis: ne eorundem repetitio fastidium ingerat relegenti. Est autem materia consecrationis sanguinis, uinum de uua uitis expressum. Ratio principalis est institutio Christi, qui in uino uitis hoc sacramentum instituit. unde Luc. 22. Accepto calice dixit. Dico uobis, non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. & Mar. 14. Iam non bibam de genimine uitis, usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. De congruentia postea dicetur. ¶ Ex quo sequitur: q̃ uinum pomorum, aut artificiale, non est apta materia consecrationis sanguinis Christi, quia non est uinum uitis, nec est simpliciter uinum, sed æquiuocè, & secundum quid. ¶ Secũdò sequitur, q̃ uinum in uua non expressum, non est materia apta consecrationis sanguinis, quia liquor ille in uua magis habet rationem comestibilis, quam potabilis. Et de hoc dicitur de consec. dist. 2. Dicimus, &

Augusti.

Dub. 3.

Materia consecrationis sanguinis.

Luc. 22. Mar. 14.

ca. seq. Cum omne. ubi prohibetur coniunctio uuarum in hoc sacrificio, & conceditur in necessitate expressio uini de botro, in calice. ¶ Sequitur tertiò, q̃ agresta non potest esse huius sacramenti materia: quia nondum habet uini speciem: sed est in uia ad uini generationem, & quamquam non uideatur differre nisi per maturum & immaturum, hoc tamen arguit diuersitatem specificam. Requiritur enim ad ueritatem uini: q̃ sit digestum in uua: nam digestum, & indigestum uariat speciem. Agresta autem non est digesta: ideo sicut non ex pasta corpus, ita nec ex agresta sanguis domini conficitur. ¶ Quarto sequitur, q̃ nec acetum est materia consecrabile. Patet: quia non est eiusdem speciei cum uino, sed est uinum corruptum, unde non fit reditus de aceto in uinum. Verum Alexand. de Ales distinguit de aceto: quia uel deductum est ad ultimum corruptionis, a qua non contingit regredi in uinum, quod simpliciter est alterius speciei, & de illo sanguis Christi non conficitur. Vel nondum ad tantam corruptionem est deductum: sed est quasi uinum acidum nõdum plenè corruptum, & de illo potest fieri consecratio. Ad hoc allegat Innoc. dicentem. Licet diligenti studio uinum optimum sit inquirendum, ut in sacrificium offeratur, uitium tamen uini non maculat mundiciam sacramenti. Quocirca siue nouum uinum, quod dicitur mustum: siue uinum acidum, quod appellatur acetum, in sacrificium offeratur: sacramẽtum conficitur, & diuinitus consecratur. Et dicit Alexand. q̃ in aliquibus regionibus solũ conficitur ex aceto: quia ad illas regiones non potest deferri uinum manens in suo esse potissimo. Item quædam glos. de consec. dist. 2. sicut. 1. dicit. Dc aceto conficitur, si ex uino factum fuerit: alias non: quia prope eadem usia est. Ex quibus tamen si caute attendantur uerba; manifestum est: q̃ non loquitur de aceto proprie: quod iam uini speciem mutauit, sed de aceto large. i. de uino acido quod est in uia ad corruptionem, nondum corruptum: sed adhuc propriã speciem uini seruans. ¶ Quintò sequitur, q̃ in musto potest fieri consecratio: quia mustum uinum est, quod attestatur eius dulcedo, quę signum est digestionis, & proprietas, quæ uini facit opus. Nam lætificat, calefacit, & inebriat, quod uini speciem arguit. Non tamen usquequaq; cautum est: qualecunque mustum assumere propter eius impuritatem: quia feces commixtæ substantiæ uini in sanguinem non conuertuntur, sed durant substantia uini. Idcirco magis uidetur ad reuerentiam huius sacramenti pertinere uinum purum, & defecatum, quam uinum nouum, siue mustum turbidum. ¶ Sed dubia quædam circa hanc materiam occurrunt. Primum, utrum solum uinum sit materia apta consecrationis: an requiratur aquæ admixtio. Secundum, utrum aqua uino admixta in sanguinem conuertatur. ¶ Quod autem aqua requiratur de necessitate sacramenti, ita q̃ sine aquæ admixtione uinum non conuertatur in sanguinem arguitur multis modis. Primò autoritate canonis: nam Alex. papa ut habetur de cons. dist. 2. c. 1. omnibus orthodoxis scribens, dicit. Non debet in calice domini aut uinum solum, aut aqua sola offerri: sed utrunq; permixtum: quia utrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Et Cyprianus papa eadem di. c. Sicut. 1. dicit. In sacrificando calicem domini offerri sola aqua non potest: quomodo nec uinum solum potest. Nam si uinum tantum quis offerat: sanguis Christi incipit esse sine Christo. Quando enim utrunq; miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulantur: tunc sacramentum, & spirituale, & cęleste efficitur. Et statim sequitur. Sic uerò calix domini nõ est aqua sola, & uinum solum: nisi utrunque misceatur: quomodo nec corpus domini potest esse sola farina. nisi utrunque adunatum fuerit, & copulatum,

An in agresta, possit consecrari.

Innoc.

Al exand

Dub. 1. An solum uinum sine aquæ admixtione sit materia consecrationis sanguinis.

E

An necessaria sit aquæ admixtio de necessitate sacramenti.

latum,& panis unius compage solidatum. Ex his arguitur sic. Ex aqua sola non potest confici sanguis Christi: igitur nec ex uino. Dicit enim ex aqua sola non potest offerri: sicut nec uinum solum. Similiter ex alia similitudine. Ex farina sine aspersione nō potest confici corpus Christi. igitur nec sanguis ex uino sine aqua. Dicit enim, calix domini non est uinum solum, sicut nec corpus domini potest esse sola farina. Concordat Iulius papa eadem di. Cum omne. ubi dicit. Non potest calix domini aqua sola esse, aut uinum solum, nisi utrunque misceatur. Et quasi rationem præmisit. Cum in calice, inquit, uino aqua miscetur: Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit: copulatur. Sequitur. Nam si uinum tantum quis offerat: sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si uerò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Facit ad idem Martinus papa eadem di. Non oportet. ubi dicitur. Non oportet aliud aliquid in sacramento offerri præter uinum,& aquam,& panem: quæ in typo Christi bene dicuntur: quia dum in cruce Christus penderet: de corpore eius effluxit sanguis,& aqua: hæc tria unum sunt in Christo Iesu. Hæc ostia,& oblatio dei in odorem suauitatis. Simile habetur in cap. statim sequente. ¶ Item ratione ad idem, aut Christus instituit aquam admisceri uino: aut non. Si primum: igitur uidetur necessariò apponenda: quia nihil aliud offerre licet: quam quod dominus tradidit. eadem di. In sacramento. Si secundum: tunc temeraria præsumptione apponitur ab ecclesia Romana: quia sacramenta neque instituere habet: nec mutare: ut supra probatum est lectione. ¶ Item illud est de substantia sacramenti: quod directe ducit in illud, propter quod institutum est sacramentū: sed hoc sacramentū institutum est in recordationem passionis dominicæ. Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc autem facit aqua in hoc sacramento, ut ex canone Alexandri papæ patet supra allegato. Item res huius sacramenti necessario significari debet ipso sacramento: sed res huius sacramenti est unio corporis mystici cum capite. Hæc autem per admixtionem aquæ significatur. nam aqua populum significat fidelem. Apoca. 17. Aquas quas uidisti, populi sunt. unde Beda super Marcum. Quia nos in Christo, & Christum in nobis manere oportet: uinum cum aqua miscetur: quia teste Ioh. aquæ populi sunt. ¶ Sed istis non obstantibus, respondetur ad dubium, q̄ aquæ admixtio non est de necessitate sacramenti: licet sit de necessitate ministri consecrantis. Distinctio harum necessitatum supra lectione 1. declarata ē. Primum patet per magistrum. 4. sententiarum di. 11. Si quis non intendēs introducere hæresim, obliuione, aut ignorantia aquam prætermiserit, non uidetur irritum esse sacramentum: sed ille grauiter est corripiendus. Ad hoc facit autoritas Cypriani papæ de consec. dist. 2. Scriptura. ubi dicit. Si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter, uel simpliciter hoc non seruauerit,& tenuerit, quod nos dominus facere exemplo, & magisterio docuit: potest simplicitati eiusdem indulgentia domini uenia concedi. Nobis uerò non potest ignosci, qui nunc a domino admoniti, & instructi sumus: ut calicem domini cum uino mixtum (secundum q̄ dominus obtulit) offeramus. Non autem ignorantia, uel simplicitas excusaret, si aqua non apposita: non fieret consecratio. Item dicitur græcos aquam non apponere, & tamen non negat ecclesia latinorum eos uere conficere. Item nihil est de necessitate huius sacramenti materialiter, quod non remanet neque secundum substantiam, neque secundum accidens: sed aqua admixta non manet secundum substantiam: quia conuertitur in uinum. neque secundum accidens: quia non manet odor, neque sapor. Panis uero,& uinum etsi transeunt:

Lucæ. 22.

Apocal. 17.

An aquæ admixtio sit de necessitate sacramenti.

L

Cypriani.

seunt secundum substantiam manent tamen secundum accidentia, & proprietates. ¶ Item in nullo euangelio legitur dominum apposuisse aquã uino institutione huius sacramenti: sed solum consecisse de pane, & uino. Si autem esset aqua de substantia sacramenti: utiq; facta esset mentio sicut de pane, & uino. ¶ Item in sacramentis nouæ legis nihil est de substantia ex parte sacramentorum: nisi quod efficit, quod figurat: sed aqua apposita nihil efficit: quia nec uerum corpus, nec mysticum: quia effectiuè, & significatiuè est ibi utrumq;, etiam si aqua non apponatur. ¶ Secundũ. s. q aqua sit apponenda: & si minister non apponeret, grauiter peccaret. Patet satis ex allegationibus in principio dubij adductis: tum quia contra ecclesiæ præceptum multipliciter expressum ageret: tum quia sine aqua celebrando Christum non imitaretur: tum quia dominicã passionem nõ sufficienter exprimeret: tum quia significationes mysticas tolleret. ¶ Christus siquidem quo ad secundum creditur uinum cum aqua miscuisse, antequã uinum in proprium sanguinem conuertisset. unde Dam. 4. sententiarum suarum. Christus, inquit, calicem ex aqua, & uino mixtum, tradidit discipulis suis, dicens. Bibite ex hoc omnes: hic est calix sanguinis mei. Cui cõsonat illud. In sacramento corporis, & sanguinis domini nihil amplius offeratur: quam quod ipse dominus tradidit: hoc est panis, & uinũ aqua mixtum. de consc. dist. 2. In sacramento. Ad idem facit. c. Scriptura, eadem di. Quotiensc unq; calicem in commemorationem domini, & passionis eius offerimus: id, quod constat dominum fecisse, faciamus. Et sequitur. Calicẽ domini cum uino mixtũ (secunndum q dominus obtulit) offeramus. Huius autem probabilitas sumitur: quia uinũ terræ illius forte est, & substantiosum. Cum autem Christus uixit temperatissimè: probabile uidetur uinũ cum aqua miscuisse. ¶ Denic; Paschasius quantũ ad tertium inquit. Cur in calice aqua misceatur: illa permaximè, inquit, causa est: quia de latere Christi, ubi passio completur: sanguis pariter, & aqua manauit. Quod certè apostoli mysterium plenè intelligentes, fiendum in calice censuerunt: ut nihil deesset nobis de sacramento ad cõmemorationem passionis, quod tunc extitit in cruce in consummatione nostrę redemptionis. Hoc quo ad passionis sufficientem expressionẽ. Tolleretur etiam mystica significatio. s. unio: quæ, ut argutũ est: aptissimè per hãc aquæ admixtionẽ designatur. ¶ Per hoc ad rõnes in oppositũ factas, quę probare nituntẽ: q aqua requiritẽ de necessitate sacri. Ad autoritatẽ Alex. papę, quæ ad hoc sonat, q uinũ solũ sine aqua offerri non debet. Et in auctoritate Cypriani. Non põt. respondet Inno. q uerba illa determinari debent: quia recipiunt exceptionẽ hoc mõ Nõ põ:: nisi ex simplicitate, & ignorãtia fiat. Vel nõ põt. i. non debet: quia illud dicitur fieri, nõ posse: quod de iure, siue licitè fieri nõ põt. Solũ. n. uinum legitime, & sine præcepti transgressione non põt offerri. Ita exponit magister dist. 11. quarti, & cæteri doctores. Similiter dicitur: q illa aduerbia sic, & sicut, dicunt nõ omnimodã similitudinẽ: cũ aqua sola uino solo comparatur: & uinũ sine aqua farinæ non asperæ: dicunt. n. similitudinẽ decẽtis, & legitimę consecrationis. Vnde neutrum potest fieri legitimè, & sine pcepti trãsgressione. Sed in hoc est dissimilitudo: quia ex aqua sola, & farina nõ cõspesa nullo mõ cõficitur põt: ex uino aũt solo cõfici põt: licet nõ legitimè. ¶ Et p hoc patet solutio cæterarũ auctoritatũ. Sic ẽt quod dicit: si offertur uinũ solũ: incipit esse sanguis, uel Xps sine nobis &c. i. nobis non proficit hmõi oblatio: ut exponit glo. in ca. Cũ omne. allegato. Vel sanguis incipit esse sine nobis, quãtũ ad significationẽ: quia deest aqua, qui nos Christo uniendos significat. Sic si aqua sola: plebs incipit esse sine

Aqua est apponẽda & si non apponatur minister grauiter peccat.

Dam. 4

Inno.

Chri-

Au Xps admiscuerit aquam.

Christo.i. significatur esse ablq; significatione Xpi. ¶ Ad rationem cum arguitur. Aut Christus admiscuit aquá, aut nõ: dicitur: q admiscuit, ut dictũ est, nec impedit, q nullus euangelistarum hoc scribit. Multa enim, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum: quæ non sunt scripta &c. ut habetur Ioh. 20. Et maxime in institutione huius sacramẽti: ut habetur de celebra. missa. Cũ marthæ, & cũ infertur. Ergo necessariò est apponenda: negetur consequentia. Quoniá dñs instituendo sacramentũ, non tantum apposuit, quæ erant de necessitate efficaciæ; sed etiam, quæ erant de necessitate significationis. Vnde hęc appositio aquæ, non est necessaria quantũ ad efficaciã sacramenti: est tamen necessaria quantum ad plenitudinem significationis. Dominus enim appposuit aquam tanquam congruã propter significationem expressiorem: non tanquam necessariam simpliciter. Et quod in probatione additur. Nihil offerre licet, uerũ est: nec licet offerre calicem sine aqua: si tamen fit: non est irritum sacramentũ. ¶ Ad aliam dicitur concedendo maiorem intelligendo eã de illo, propter quod sacramentum per se, & principaliter institutũ est. Sed ad minorem dicitur, q recordatio passionis non est finis per se, seu propter quem institutum est principaliter: sed spiritualis nutritio animæ, & fructus huius sacramenti. Neq; enim diceret dñs. Hoc facite in meam commemorationem: si non fuisset alius finis principalior. Sed hoc dicit, ut celebrantes hoc sacramentum propter finem principalem: uitam scilicet animæ, & unionem cũ christo gratuitam (quem expressit dñs. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in eternũ. Et panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita. Et sequitur. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Propter hunc quidem celebrantes) nihilominus recordarentur passionis suæ. Exemplum. Cum aliquis ex amore gratuito præstat beneficiũ aliquod amico: bene uult, q amicus suus recorderur beneficij accepti, ne arguẽdus sit ingratitudinis; nõ tamẽ illa recordatio est propter quod præstat beneficium: sed utilitas, quam uult amicum ex eo consequi. ¶ Ad ultimum dicitur: res huius sacramenti, quæ est unio &c. significari debet per aliquid sacramenti: nõ ideo aquæ admixtio, qua hæc unio significatur, est de necessitate sacri, quia hæc unio etiam significatur per aliquid aliud in hoc sacramento, scilicet corpus Christi uerum: quod est res, & signum. Vnde Hugo de sacramentis lib. 2. parte. 8. ca. 7. Hæc res scilicet corpus Christi est integrum sacramentum alterius rei, scilicet unitatis capitis, & membrorum. Vnde ait. Corpus, & sanguinem sacramentũ esse credimus gratiæ spiritualis: qua. s. gratia mẽbra capiti uniuntur. ¶ Nunc de secundo dubio, utrum aqua uino admixta in sanguinẽ Christi cõuertatur. De hac quæstione recitat Inno. tertius in ca. Cum Marthæ. de cele. missa. tres opiniones. Quarum una est, q aqua adiuncta uino manet in sua specie, uini accidentibus circumfusa: sita q uini saporẽ assumit: non tamen sui substantiã derelinquit. Hæc opinio, quam pro tertia recitat Inno. est contra beatum Ambro. in li. de offi. dicentem: q in sacramento altaris post consecrationẽ, nihil est nisi corpus, & sanguis Xpi. unde ait. Ante benedictionem illa spẽs nominatur: post benedictionẽ corpus significatur: & habetur de cõse. dist. 2. ante benedictionẽ. Et Aug. in li. sniarũ prosperi. eadẽ di. c. Nos aũt. Fateamur ante consecrationẽ panẽ esse, & uinũ, quod natura formauit: post cõsecrationẽ uerò carnẽ Christi, & sanguinẽ, quod bñdictio cõsecrauit. Itẽ Ambr. de sacris eadẽ di. Panis. 2. Calix est uini, & aquæ plenus. ubi uerba Christi operata fuerunt ibi sanguis efficitur qui plebẽ redemit. Ad idem multa adduci possunt ex dist. 2. de cõse. ubi nullibi mentio fit, q manet

N

Ioh. 20

Ioh. 6.

An aqua uino admixta conuertatur in sanguinẽ Christi.

O

Deut. 2.

Innoc.

Inno. Ambr.

Augusti.

Ambr.

post

post benedictionem aquæ sed tantum Christi sanguis. ¶ Præterea si aqua maneret in propria specie, uino in sanguinem conuerso: tunc non liceret sacerdoti in casu eadem die duas missas, aut plures celebrare; sicut nec licet semel non ieiunum (ieiunio naturæ) celebrare: ut supra habitum est lec. 10. quodtamen falsum est: cum in plerisque casibus liceat una die plures missas celebrare. Probatur autem illa consequentia: tum quia celebrans sumẽdo Christi sanguinem simul sumeret aquam calici admixtam in propria natura, & specie manentem, & sic solueret ieiunium naturæ: quare non posset secundo celebrare. Et hanc rationem tangit glo. in cap: Cum Marthæ. allegato. ¶ Ideo fuit secunda opinio, q̃ uinum conuertitur in sanguinem, & aqua in id, quod cum sanguine de latere Christi effluxit. unde dicunt. Cũ de latere Christi duo præcipuè fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo uinum, & aqua, quæ commiscentur in calice diuina uirtute mutantur. Horum aliqui dicunt, q̃ aqua conuertitur in humorem aqueum, quem phlegmã uocant, ut recitatur in ca. In quadam. de cele. missa. ¶ Sed hi tripliciter deficiunt. Primò, quia sicut priores negant actiuitatem uini in aquam. Secundò: quia secundum hoc aqua seorsum esset consecranda: sicut uinum seorsum a pane consecratur. Virtus enim uerborum non se extendit ad aliquid, quod in uerbis nõ exprimitur. Cum autem dicitur. Hic est calix sanguinis mei: exprimitur sanguis Christi, & non aqua, quæ effluxit ex latere Christi. Tertiò peccãt in hoc, q̃ dicunt humorem, qui fluxit de latere Christi humorem fuisse phlegmaticum, & non aquam. Hoc autem reprobat Innoc. in c. quidam. de cele. miss. Vbi contra tales ponit quattuor rationes probantes, q̃ uera aqua fuit, quæ fluxit de latere Christi. ¶ Ideo fuit tertia opinio, q̃ aqua cũ uino transubstantiatur in sanguinem mixta uino. Hanc opinionem probabiliorem dicit Innoc. quam cõmuniter sequuntur doct. theolog. s. Tho. Sco. & cæteri tanquam indubitatam. Si tamen sic intelligitur, q̃ aqua post admixtionem cum uino, per actiuitatem uini transit, & conuertitur in unum, & facta uinum, conuertitur in sanguinem Christi. Vnde dicit Scot. in 4. dist. 11. q. 7. Vino apponere aquam non est simpliciter necessarium de necessitate sacramenti, quia etiam, quando apposita non est, conuertitur in sanguinem, nisi prius sit conuersa in uinum. Sicut enim modicum uinum admixtum aquæ absorbetur ab aqua, & perdit uirtutem, & speciem uini: ut si gutta uini in dolium aquæ mittatur, statim corrumpitur, & conuertitur in aquam, ita uiceuersa modica aqua missa in calicẽ uini ex uino alteratur, & tandem corrumpitur, & conuertitur in uinum. Et sic aqua in uinum naturali operatione conuersa per transubstantiationem supernaturalem conuertitur in Christi sanguinem, & non alias nec aliter. ¶ Vnde modica aqua apponi debet, ne uinum distrahatur a sua specie per nimiam aquæ appositionem: sed conuerso aqua propter sui modicitatem a sua specie citò in uinum transeat, & demum totum in sanguinem conuertatur. Et tantò minus de aqua apponendum est: quanto uinum debilius fuerit, & minus substantiosum. ¶ Et si quæris: quãta aqua sufficit. Respondet Alex. de Ales q̃ una gutta sufficit, quantumcunque parua sit: dummodo possit a suo toto separari. Et hinc sumitur alia ratio præter eam, quæ supra posita est: cur forte & optimum uinum in hoc sacrificio offerendum est: ut sit uigorosum ad alterandum: & conuertendum aquam appositam in se, & a propria sua transmutandum. ¶ Propter idem caute faciunt celebrantes, qui aquam satis tempestiuè, & hora bona, ut in principio missæ: uel ante Euangelium uino commiscent: quia conuersio aquæ in uinum nõ

Innoc.

Thom.

Alexand.

An oporteat aquam prius naturaliter conuerti in uinum priusquam conuertatur in sanguinem.

Quantum aquæ sit apponendum.

fit per

sic per miraculum, sicut uini conuersio sit immediate a uirtute diuina in sanguinem, sed sit per naturalem actionem uini in aquam, quæ requirit præuiam alterationem. Hæc autem fieri non potest in instanti, sed in tempore. Oportet enim qualitates aquæ corrumpi, & qualitates alias uini formæ conuenientes introduci: ut corrupta forma aquæ ad introductionem qualitatum ei disconuenientium: in materia iam contrarijs qualitatibus disposita forma uini generetur. Hæc autem: quia fiunt ab agente naturali: non possunt nisi in tempore, & successiue fieri. ¶ Huius absorptionis aquę in uinum, per quam non manet in se. Alexand. de Ales ponit quasdam mysticas rationes, ut scilicet sit conformitas signi ad signatum. Per hanc enim unionem aquę uino ipsam ab sorbente, significatur triplex unio perfecta, qua unum ab altero quodammodo absorbetur. Prima est unio membrorum cum capite: quæ non habent esse distinctum a capite. Secunda est nostræ mortalitatis absortio. Tertia est gentium insertio. ¶ Primò, hæc mixtio aquę cum uino, significat unionem membrorum cum capite: quæ unio est res huius sacramenti. Sicut enim habetur ab Innocen. tria sunt in hoc sacramento, forma uisibilis panis, & uini: ueritas corporis, & sanguinis Christi: uirtus spiritualis unitatis, & charitatis communicantis populi. Primum est sacramentum tantum. Secundum est sacramentum, & res. Tertium est res tantum. ¶ Sed notandum, quòd est unitas charitatis membrorum mystici corporis Christi adinuicem: huius signum, & causa est corpus uerum, unde Innocen. Verum corpus Christi est res prima: quia significatur, & continetur a primo, & sacramentum tertij, quia significat, & efficit tertium, id est unitatem ecclesiasticam. Alia est unio corporis cum capite, cuius causa est corpus Christi uerum, sed unius unionis hęc mixtio est signum. Hæc autem uirtute unionis quasi mutatur homo in Deum, secundum quòd dicit Apostolus, primo Corinth. sexto. Qui adhæret Deo, unus spiritus efficitur. Vnde & huius cibi spiritualis, alia est uirtus, quàm cibi materialissimam materialis cibus conuertitur in sumentem, iste autem cibus conuertit in sui naturam sumentem. Cibus sum grădium (ait August.) tu mutaberis in me, non ego mutabor in te. Quia igitur uirtute huius cibi, qua fit hæc unio, mutatur homo in Deum, ut sit conformitas signi ad rem, conueniebat, ut aqua mutaretur in uinum. Significat secundo hæc aquæ mixtio aliam unionem, quæ est nostræ mortalitatis absortio. Aqua enim nostram mortalitatem designat. 2. Regum. 14. Omnes morimur, & tanquam aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Per uinum, quo signatur sanguis Christi: eiusdem mortalitatis absorptionem, siue mortificationem. 1. Cor. 15. absorpta est mors in uictoria & Oseæ. 13. Ero mors tua o mors. Licet autem in nobis moriamur: in Christo tamen uiuimus. Collos. 3. Mortui estis: & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. ¶ Significat etiam hæc aqua mixtio unionē gentium, quæ inserendæ erant ecclesiæ de iudæis: sicut oleaster oliuæ. ad Rom. 11. Aqua autē conuertitur in naturam uini: in signum, q̄ gentes erant conuertendæ: & fidelium ecclesiæ ex iudæis incorporandæ. Propter quod dictum est Petro. Occide, & manduca Act. 10. Sicut enim, quod mãducatur, in naturã cõuertitur manducãtis, sic aqua, q̄ gentes incorporãdas significat, in naturã uini conuertit. Per quod ecclesia de iudæis, quæ gentes incorporat, repręsentatur. ¶ Neq; huic mixtioni, & uini cõuersioni obest, quod se tertia opinio recitata, assumpsit. s. de latere Christi fluxerunt sacra redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua &c. quoniam in sacro redemptionis aqua appositi-

Q

Alexand.

Rõnes mystice appositionis aquę cũ uino.

Innocen.

Conc. Trid. Sess. 22. c. 7.

Innocen.

1. Corin. 6.

August.

2. Reg. 14.

1. Cor. 15. Oseę. 13.

Col. 3.

Roma. 11.

Act. 10.

ta non est signum regenerationis. Est quidem aqua sacramentum regenerationis non mutata, nec commixta: sed in baptismo sub ea proprietate, quæ sibi proprijssime conuenit uirtus abluendi. In sacramento autem redemptionis apposita uino, & mutata in uinum, est significatiuum unionis populi cum capite glorioso Christo, ea proprietate, quã aqua: quia sp defluit in terram, populum significat: qui continuẽ decurrit in mortem, secundum illud supra allegatum. Oẽs morimur. & tanquã aqua dilabimur in terram. Hæ igitur sunt rõnes mysticæ, cur aqua in uinũ prius est conuertenda. ¶ Sed fortẽ quis diceret. Quid si instanti consecrationis aqua nondum cõuersa est in uinum: nunquid & ipsa conuertitur in sanguinẽ? Et quia supra rñsum est, q̃ non: quid fiet de aqua? Rñdetur, si fuerit in tanta quantitate, q̃ ipsa conuertisset uinũ in se, si uinũ non fuisset prius conuersum in sanguinem, tunc alterabit species remanentes post consecrationem, & in instanti, quo corrumperetur forma uini, si non fuisset conuersum, & introduceretur forma aquæ in materiam uini, corrumpuntur qualitates uini: & deus creat nouam substantiam compositam ex materia, & forma aquæ sub qualitatibus de nouo introductis. ¶ Et dico notanter, quõd deus creat, quia aqua non potest educere formam de materia, quia nulla est ibi, nec potest ipsam materiã ꝓducere, quæ a solo deo creatur: rectẽ sicut de corruptione specierũ in eius manducatione. de quo infra. ¶ Si aũt aqua illa est tam modica, q̃ uinũ ipsam in seipsum conuertisset, si non fuisset trãssubstantiatũ, tunc species uini remanentes post cõsecrationẽ, alterant aquã corrũpendo ipsius qualitates, & in instãti, quo uinũ corrũperet aquã, si esset præsens, corrũperetur forma aquę: & produceretur forma uini noua in materia aqua, uel ab accidentibus, uel a Deo secundũ diuersas opiniones, de quibus infra. Et saluaretur ibi tãdiu sanguis Christi, quãdiu manent species uini trãssubstantiati, non iñ sub speciebus uini de nouo producti inciperet esse sanguis Christi. ¶ Et notandũ, q̃ hic quidem sanguis sub nullis spẽbus incipit esse, aut manet, nisi istius uini, supra quod prolata est uerborũ forma ad consecrationẽ sanguinis requisita. Hæc autẽ nõ est prolata super uino de nouo ex aqua genito post consecrationẽ. q̃m etiam si post consecrationẽ uinũ purũ apponeretur speciebus: non trãsit in sanguinẽ, sicut aqua nõ benedicta addita benedictæ efficitur benedicta: & oleum non consecratũ additum consecrato redditur consecratũ. Non sic in proposito. nã sanguini Christi in calice, quia non est extra uenas corporis Christi; sed in uenis glorificatis, ideo ei nullus liquor appositus potest commisceri, nec per consequens aliquis in ipsum conuerti, nisi diuina uirtute uerbis cõsecrationis assistẽte. In aqua autẽ benedicta est perfecta unio alterius aquæ appositæ cũ aqua benedicta, & constituunt unam aquã, propter quod totum resultans fortitur nomen aquę benedictæ, ita & in oleo. Nec ex benedictione aqua, uel olei fit substantialis transmutatio aquæ uel olei: qualis fit in proposito: ubi substantia uini conuertitur in substantiã corporis Christi. ¶ Sed quid de sumente calicẽ, in quo apposita aqua nondum esset in uinum conuersa, & per consequens nec in sanguinẽ, nonne solueret ieiunium impediẽs ab iterata celebratione. Rñdetur, solueret quidem ieiunium, sed non impediretur ab iterata celebratione, quia ignorãtia inuincibilis excusat. Non. n. põt sciri, uel euidenter apprehendi instans hmõi conuersionis a sacerdote, nisi forte tanta fuisset aqua apposita, q̃ notabiliter dephenderet sapor aquæ, tunc esset ab iterata celebratione abstinẽdũ. ¶ Si q̃rit qualis esse debeat aqua. Et quid si apponeret rosacea, uel ex alijs herbis distillata Rñdetur, q̃ dꝺ esse aqua talis, quali creditur Xps usus fuisse in

Quid fiet de aqua si uinũ instanti consecrationis nõdum conuersa sit in uinũ

An sumẽs calicem in quo adhuc ẽ substantia aquę per hoc soluat ieiunũ.

ultima

De qualitate aquæ.

ultima cœna, hoc est aqua elementaris, uerũtñ, quia elementaris aqua si nõ apponẽ, nõ impeditur cõsecratio, ió si apponeretur modicũ aquæ distillatæ, q̃ nõ posset corrũpere uinũ, licet appõnes grauiter peccaret, effectus tñ cõsecrationis non impediret. Sẽtentia est Alex. & S. Tho. ¶ Si demũ q̃ritur. Nũquid sufficit, si aqua admisceat in dolio, quia ante missæ inceptionem, frequẽter calix per aquæ, & uini infusionẽ p̃paratur. Solutio secũdũ Alex. Non sufficit, qm̃ cũ cõmixtio aqua, & uini est sacẽalis, non debet fieri, antequam mysteria inchoentur, uel fiat p̃paratio ad inchoandũ, & in uasis sanctificatis, & ministris ad hoc ordinatis. Vnde in missa solemni solet apponi post euãgelũ, in priuatis uerò solet fieri ante, qm̃ in missa solemni p̃p cantum chori, & p̃fationis, coplosius ips habetur, quo põt fieri aquæ in uinum trã mutatio, q̃ in missa priuata, quæ legitur sine cantu. Alexand. S. Thom. Alexand. T

Quare dominus instituit hoc sacramẽtũ sub materia panis & uini.

¶ Nunc iuxta diuisionem in principio huius lectionis factã, uidendũ est breuiter de congruitate institutionis huius sacramẽti sub materia panis, & uini. Assignant aũt doct. & sancti uarias cãs institutionis, quarũ una principalior est alia. Principalis itaq; cã est, ut nutrimento conueniẽti aiam ad uitã per baptismum regeneratã, dñs aleret cibo uitæ ministrato contra cibũ illum primorũ pãrẽtum, qui erat cibus mortis, unde eis dictũ est. In quacũq; die ex eo comederitis, morte morieẽmini. Gen. 2. De cibo aũt isto dr. Quicũq; mãducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ Ioh. 6. unde Inno. Vt soam erga nos charitatẽ ondẽret, & nr̃am erga se charitatẽ accenderet, dedit se pro nobis in prectũ, ut per p̃cium nos redimeret a morte, per cibũ aleret nos ad uitam. Alia cã est ad gustum diuinitatis inuitatio. Instituit. n. diuina sapientia (ait Alex. de ales. q. 30. membro ultr. par. 4.) sacrm corporis, & sanguinis suiut ad gustum diuinitatis suæ, p gustũ humanitatis nos dñs inuitaret. Gen. 2. Ioh. 6. Innocen. Alexand.

¶ Tertia est mortis suæ commemoratio, q̃ amorẽ nostrum dr sibi totaliter uendicaret. Hoc facite, inquit, in meã cõmemorationem. & 1. Cor. 11. Quotiescũq; manducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis mortẽ dñi annũciabitis donec ueniat. ¶ Quarta peccatorũ quotidiana norũ uenia, unde Inn. Dedit nobis dñs hoc sacrm salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ipse iã mori nõ põt, per hoc sacrm quod in memoriam mortis accipimus, remissionẽ peccatorũ quotidie consequamur. 1. Cor. 11. Luc. 22. Innoc.

¶ Quinta est scripturarũ, & figurarũ impletio. Esa. 7. Vocabitur nomẽ eius Emanuel, quod interpretatur nobiscũ deus. & Matt. ulti. Ego uobiscũ sum (inquit dñs) oibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. Sed de hoc infra, cum de figuris (quibus præfiguratum est) latius dicetur. Esa. 7. Matth. ulti. V

Quare occultum tradidit corpus sub specie panis & uini.

¶ Cur autem cum cibus sit animæ multaq; sint ciborũ genera, quare sub specie panis, & uini placuit illud instituere. Ad hoc ponit magister di. 11. quarti tres rõnes. Prima, ut fides habeat meritum, dum sumeretur corpus Christi sacratissimum sub aliena specie occultatum. ¶ Secunda, ne abhorreat animus, quod cerneret oculus dum manducandum in specie propria proponeret uerũ hominis Xpi corpus ¶ Tertia, ne ab infidelibus nostræ fidei insultraretur. unde Aug. Nihil rõnabilius, quam ut sanguinis similitudinẽ sumamus, ut ita & ueritas non desit, & ridiculum nullũ fiat a paganis, si bibamus cruorem occisi hominis. Dẽ hoc sunt metra Sumitur occulte Christus, ne sit tibi stultæ, Horror, uel risus, sitq; lucrosa fides. ¶ His tribus additur ratio quarta secundum Hugonem, quæ est significationis perfectio. Significationis dico duplicis. l. ueri, & cõuenti Christi corporis, & spũalis refectionis, & figurationis mentis. Haber enim panis expressam similitudinem corpis, nã panis materia, granum. s. frumenti in terrã iacitur, in terra mortificatur, ut multam fructum afferat. Grana contrita in farinã resoluuntur, quibus appositio liquore, pasta conficitur, qui cocta ignis calore in panẽ perfectũ maturatur. Sic Xps

terræ inferitur, utero. ſ. uirginali. De qua prophetice ſcriptum eſt. Benedixiſti domine terrã tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Et iterum. Terra nra dabit fructum ſuũ. In terræ medio mortificatus eſt. Vnde ſalutifer fructus plurimus ſubſecutus eſt. ſ. totius humani generis a diabolica ſeruitute redemptio peccatorum remiſſio, regni cœleſtis apertio, ac immarceſſibilis gloriæ, ac beatitudinis plenitudo. Ex quo multiplici fructu integratur myſticum Chriſti corpus, eccleſia. ſ. militans, & triumphans, quæ ex multis membris colligitur: fidei liquore & diuini amoris ardore inuicem conbinatis. ¶ Refectio inſuper mentis: quam per hoc ſacramentum dñs præſtat: quomodo apertius ſignificari poteſſet, q̃ in pane & uino, quo perfecta refectio celebratur, & quotidie alimur, ac in uita corporali ſuſtentamur, confortamur, roboramur. De quo propheta. Panis cor hominis cõfirmat: & uinum
Pſal. lætificat cor hominis. Qui panis: quia cõis eſt omnibus: uſuſq; eius delectabilis ſine faſtidio, licet quotidianus. Congrue itaq; Chriſtus ſapientia patris, ſacramentum ſpiritualis refectionis in pane, ac uino inſtituit: ut ſicut materia baptiſmi, quę ſignum eſt interioris ablutionis eſt aqua, inter cætera magis ad corporis lotionem congrua, per quam ſpiritualiter regeneramur, & in eſſe ſpirituali conſtituimur. Sic materia euchariſtiæ diuiniſſime: quæ in uita ſpirituali fouemur, nutrimur, & augmentamur eſt panis, qui corpo-
Hugo. rali refectioni eſt aptiſſimus, nec aliquando ſicut cæteri cibi eſt faſtidio, & X horrori. ¶ De hoc pulchrè ſcribit uenerabilis Hugo libr. 2. de ſacra. parte. 8. ca. 8. in uerba hæc. Voluit ſapientia Dei, quæ ſe per uiſibilia manifeſtat, oſtendere, quoniam ipſa animarũ cibus, & refectio eſt. Et propterea carnẽ aſſumptam in edulium propoſuit, ut per cibum carnis ad guſtum inuitaret diuinitatis. Sed ne rurſũ humana infirmitas contactũ carnis in aſſumptione horreret conſueti, & principalis eduli ſpecie illam uelauit: & ſic ſumendam propoſuit, ut ſenſus in uno foueretur, & fides in altero ædificaretur. Fouetur enim ſenſus in uno: dum ſolita tantum, & conſueta percipit. Ædificatur autem fides in altero, dum in eo, quod uidet: quale ſit illud, quod non uidet, agnoſcit. Proponitur igitur ſpecies panis, & uini, ut doceatur plena, & perfecta refectio eſſe in ſumptione corporis, & ſanguinis Chriſti ex diuinitate Chriſti. Plena autem refectio cibus, & potus eſt: cibi autem, & potus panis, & uinum principalis ſubſtantia eſt. Et proponitur ſpecies ex principali ſubſtantia refectionis, ut in ea ſumatur, & puram ueritas corporis, & ſanguinis Chriſti ſignificaretur, ſicut ipſe teſtatur dicens. Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Quæ tamen corporis, & ſanguinis ſumptio: quia ſola ſine ſpirituali effectu ſalutem non confert: idẽ ipſe ſalutor manifeſtauit dicens. Caro nihil prodeſt, ſpiritus eſt, qui uiuificat. Virtus ergo, & plenitudo ſpũalis refectionis, quæ in corpore Chriſti, & ſanguine eſt, per ſpeciem quidem panis, & uini, ſignificatur. In perceptione autem gratiæ: infuſio internæ, & æternæ refectionis perficitur. Et ſic quidem cũ tria in uno ibi ſint. In primo, quidem ſignum inuenitur ſecundi. In ſecundo autem cauſa tertij. In tertio uerò uirtus ſecundi, & ueritas primi, & hæc tria in uno ſunt, & unum ſacramentum. Claret itaque quomodo diuiniſſimę euchariſtiæ ſumptio ſacramẽtum eſt, & imago participationis Ieſu, quia hoc q̃ eius ſacramẽtum uiſibiliter ꝓcipimus, ſignũ eſt q̃ ei ſpũaliter uniri debemus. Ipſa ãt euchariſtia. i. bona grã ipa. ſ. hoſtia ſacra diuiniſſima uocatur: q̃n diuinos facit, & pricipes diuitatis eos, qui ſe digne
Y pricipant. Et quia ipſa ſignũ eſt, & ueritas, in qua uera caro in ſpẽ panis ſumitur: & in carne eius dignè ſumpta ipſius ẽt diuinitatis ſuſceptio, & participatio, & conſortium cõdonatur. Hæc uenerabilis Hugo. ¶ Patet

igitur

igitur, quam congrue id, quod nobis est principalis cibus, & potus: corpus domini significat: qui uerus cibus est animæ, & perfectus: habens in se conditiones perfecti cibi; quæ nouem secundum dominum Alb. inde officio missæ par. 2. numerantur. Albert.

Hæ sunt, cibi nobilitas ex genere: suauitas ex sapore: nutriciuitas ex uirtute: ad cibatum congruitas ex similitudine: penetrabilitas ex subtilitate, unibilitas ex connaturalitate: & firma hæsibilitas ex cibati apprehensione: quæ per longum prosequitur: sed rescinduntur propter nimiam prolixitatem. ¶ Sunt & aliæ causæ, quare sub duplici specie institutum sit, quæ reseruantur usque ad eam canonis partem. vbi de sanguinis consecratione agitur: ad lect. 5. lij. ¶ Habet autem mos, & rubrica docet Romani ordinarij, ꝙ sacerdos celebrans dicens hæc verba. Qui pridie &c. digitos suos pollices, & indices utriusq; manus ducat super pallam corporalis tergentes eos: licet etiam ante canonis inceptionem los tos, ad significandum, ꝙ hoc sacrificium non nisi mundis manibus: non uitiatis, non pollutis, dicitur uenerabiliter, ac summa reuerentia pertrectari. Ea propter & episcopus sacerdotes ordinans, manus eorum chrismate ungendo sacrificat, ut digne sanctis manibus tractent hostiam salutarem. Fit autem hæc tersio digitorum quibus dominicum corpus sub speciebus tractandum est: non propter timorem contaminationis corporis Christi, quasi ipsum possit corporali immundicia maculari: cum sit sub hoc sacramento modo non quantitatiuo, & quasi indiuisibili, quo anima intellectiua est in corpore, secundum quem modum a nullo corpore contingi potest. Sed fit potius ad reuerentiam exhibendam: excitandum quoque deuotionem, & attentionem ad benedictum Christi corpus, quod realiter post prolata consecrationis uerba, sub speciebus panis continetur. Magnam enim requirit puritatem, & reuerentiam immolatio huius sacrificij, quia inter omnia sacrificia ipsum est potius: & in dignitate quæq; alia superexcedit: dicente Alex. Papa, ut habetur de conse. dist. 2. Nihil. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus, & sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior est: sed omnes hæc præcellit: quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumenda: atq; ab omnibus ueneranda. Et sicut potior est cæteris: ita potius excoli, & uenerari debet. Hæc ibi. ¶ Debet autem sacerdos hæc uerba proferendo panem de palla corporali: ubi ante canonis inchoationem repositus fuerat suscipere: sicut Christus accepit panem in manus suas uolens consecrare, dans per hoc formam, & exemplum similiter faciẽdi. Debet & sacerdos cauere, ne multum ante hostiam sic in manus receptam eleuet, priusquam consecrationis uerba proferat: ne circunstans populus panem nondum consecratione in corpus domini conuersum adoret, & ita in idolatriã incidat, dum pro Christo panem adorat. Vnde non satis cauta est nonnullorum sacerdotum consecratium sollicitudo, qui hostiam consecrandam in manus recepturi, genua flectunt: in altum eleuant, populo respiciente, & post ad consecrandum procedunt. Teneat ergo in manu hostiam sacerdos non multum eleuando ipsam de altari, nec genuflectat, quousque consecrationis mysterium est perfectum, quod usque ad uerborum consecrationis panis (quæ sunt: hoc est enim corpus meum) prolationem integram perficitur. Siquidem, ut infra dicitur, in primo non esse uerborum incipit esse corpus Christi sub speciebus panis, in eodem panis substantia desinente.

Z

De tersione digitorum & alijs, quæ per sacerdotem communiter fiunt ante consecrationem.

DE MODO ET CIRCVMstantia consecrationis.

LECTIO XXXVI.



T eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suum omnipotentẽ. ℣ Hæc est tertia pars subdiuisionis quartę partis principalis canonis: in qua præmissis huius sacrosanctæ institutionis hora, & materia tangitur eius modus, & circumstantia. Vnde dicitur. Et eleuatis oculis in cœlum. Et eleuatis. i. sursum leuatis: oculis. scilicet mentis, & corporis in cœlum, a quo omne datum optimum est descedens: a te Deum eius secundum humanitatẽ: patrem suum secundum diuinitatem: omnipotentem per deitatis infinitatem: quæ secundum Damasc. pelagus est infinitæ substantiæ. Etiam omnipotentem per creationis, & transsubstantiationis potestatem, quæ quia infinita est omniporentia, tibi patri omnipotenti, & clementissimo gratias agens &c. In quibus uerbis secundum Alex. de ales, arduitas facti, & dignitas sacramenti designatur. Non enim sic fecit dñs in institutione alicuius alterius sacramenti: de quo de consc. dist. 2. Nihil dicit Alex Papa quintus, ut supra allegatũ est in fine lectionis pcedẽtis. Nihil in sacrificijs maius esse pót, q̃ corpus, & sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est sed omnes hæc præcellit, quæ pura conscientia dño offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab oĩbus ueneranda. Et sicut potior est cęteris: ita potius excoli, & uenerari dicunt. Hæc ibi. ℣ Sed hic diceret aliquis, cũ nullus euangelistarum institutionem huius uiuifici sacramenti describentiũ, Christũ eius institutorem oculos suos ad cœlũ eleuasse commemoret, quis tantæ præsumptionis extitit, & audaciæ, ut uerba suo de corde interponere tentauerit, & ℣ Christus in cœlũ oculos suos leuauerit affirmare? Rñdet dñs Innocen. ℣ tria commemorantur hic in ca. de celeb. missa. Cum Matthæ. quæ nullus euangelistarũ describit, uidelicet. Eleuatis oculis in cœlũ, æterni testamenti, mysteriũ fidei. Sed unde tunc canoni hæc inserta sunt, quasi Christus sic fecerit, & sic dixerit. Rñdet idem, ℣ formam istorum uerborũ acceperunt Apostoli a Christo, & ab ipsis apostolis cępit ecclesia. Multa siquidem tam de factis, q̃ uerbis dominicis prętermiserunt euangelistæ, quæ tñ apostoli, uel facto suppleuisse, uel uerbo expressisse leguntur. Paulus nãque in actibus Apostolorum sic ait. Meminisse nos oportet uerbi dñi nri Iesu, qui dixit. Beatius est dare magis, q̃ accipere. Hoc nullus quattuor euangelistarum scripsit. Nullus etiam eorũ expressit, quod ad Corinthios de Christo scribens ait. Visus est plusquam quingentis fratribus simul. Deinde uisus est, & Iacobo, nouissime aũt oĩm tanquam abortiuo uisus est mihi. Euãgelistæ ẽt mutuò inter se suppleśe leguntur, quæ ab eorum aliquo, uel aliquibus omissa sunt. Vnde cum tres Euangelistæ posuerunt, hoc est corpus meum, solus Lucas adiecit: quod pro uobis tradetur. Et cum Matthęus, & Marcus dicant pro multis: Lucas dicit pro uobis. Matthęus aũt in remissionem peccatorum adiunxit. Cæterum ea quæ adduntur in canone missæ, pñt ex alijs locis euangelij comprobari. Iohannes. n. suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse. Pater gratias ago tibi, qm̃ audisti me &c. Et infra. Si tunc igitur in cœlum oculos leuauit ad patrẽ, cũ ad corpus exanime animã Lazari reuocauit, probabilius esse uidetur,

Expositio horum uerborum, & eleuatis oculis.

Aliqua habentur in canone q̃ nullus euãgelistarũ de Christo scripsit.

De oculorũ eleuatione.

deur, q̃ tunc oculos leuauerit ad Deũ patrem in cœlũ, cum panem, & uinũ in corpus, & sanguinẽ proprium cõmutauit. Hæc ibi. ¶ Leuauit aũt oculos in cœlum ad Deũ patrem suũ omnipotentẽ duplici de causa. Prima, ut nobis insinuaret se ptãtem a Deo patre hoc opus magnificũ pficiendi accepisse. Hoc siquidẽ & in alijs locis plurimis uerbo attestatus est. vnde Matt. 11. Oia mihi tradita sunt a pre meo. Et iterum. Io. 7. Mea doctrina non est mea: sed eius, qui misit me pris. Quãuis. n. Xps uerus fuit, & est deus pri per omnia æqualis: quia tñ p generationem a pre originatur, qua generatione sibi a pre cõicata est essentia, quæ deus est. Oipotentia, qua ei æqualis est, & quicquid pr habet eo duntaxat excepto, quo sibi opponitur. i. paternitatis relatione, qm̃ relationes in diuinis oppositæ originis sunt in eodem supposito incõpossibiles, ideoq; pri oia, q̃ facit, attribuit: quia oẽm faciendi potestatẽ a patre se accepisse profitetur. Data est inquit, mihi ois potestas in cœlo, & in terra Matth. ulti. Sic in recognitionem, q̃ hanc ptãtem transsubstantiandi panem, & uinum in corpus suũ, & sanguinem a pre accepit, oculos suos in hac actione ad Deum pfem eleuauit. ¶ Secunda cã est propter nostram eruditionem: vt. s. per suam actionem nos instruat, quatenus in principio actionũ nostrarum oculos mentis ad Deum tanq̃ ad autorem, & datorẽ bonorum omnium subleuaremus: de quo ait Inno. Hoc ad nostram instructionẽ faciebat Xps, ut & nos oculos cordis non deprimamus in terrã, sed eleuemus in cælum, si quod petimus, uolumus impetrare. Sic fecisse propheta legitur. Oculi mei sp ad dñm. Et iterũ. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Sic sacerdos hæc proferens ẽt suos corporales oculos sursum eleuet in cœlum: quatenus excitatus mentis oculis recognoscat misterium illud angelicis humeris tremendum a solo dño cœlorum rege accepisse. Sequitur. Tibi gras agens. Tibi. s. omnipotenti Deo pri suo, gratias agens de tanto dono, de tã excellenti gra, de tam efficaci cibo, sacramento dignissimo, & mysterio tam profundo. Circa quod diuina astus secretius operatur. Ioh. 11. Pater gratias ago tibi: qm̃ exaudisti me. Ego autem sciebam, quia tu sp me exaudis: & 2. ad Cor. 9. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius. Hæc Albertus. ¶ Vel gratias egit secundum Innoc. non pro se: sed pro nobis, id est nostra reparatione, & salute omnium per hoc sacramentum futura, quia per usum illius sacramenti, augetur gratia, quæ est causa salutis. Vel gratias egit nobis in exemplum, vt & Deum in singulis actibus nostris præoculis habentes, gratiarum actiones de oĩbus bonis collatis referamus. Vnde Bernar. Sicut de ueteribus terminandis, sic de nouis inciendis gratias egit Christus, nobis pariter exemplum tribuens in omnis boni operis inchoatione, uel perfectione patrem, qui est in cœlis, esse glorificandum. vnde ad Ephes. 5 Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo, & patri. ¶ Vel gratias egit secundum Chrysosto. docens nos qualiter oporteat nos hoc mysterium perficere, ostẽdens per hoc, quòd in sumptione, & ante sumptionem huius sacramenti, præexigitur deuotio, & oratio, ac mentis in Deum eleuatio: atque ut in aduersitatibus positi a gratiarum actione non cessemus. Vnde subdit Chryso. Accepto pane gratias egit, iam proximus passioni, vt & nos gratias agamus in flagellis positi. Et dicit Innocen. quòd ex hac gratiarum hoc sacramentum sacrificium laudis appellatur, quia scilicet cum laudibus, & gratiarum actione Christus ipsum instituit. ¶ Sequitur. Benedixit. Ad prolationem huius uerbi facit sacerdos crucem super oblatam, non quia Christus benedicendo panem crucem formauerit, quia nondum facta fuerat crux character benedictionis, & sanctificationis: sed fit a ministro nunc post

B

Quare Christus leuauit oculos ad patrẽ suum.

Matth. 11. Ioh. 7.

Matth. ulti.

Innoc.

Ioh. 11.

2. Cor. 9. Albertus. Inno.

Bernar.

Ephes. 5.

Chrysost.

Chrysost.

C

Qua forma uerborum Christus cõfecrauit.

Innocen.

crucis Christi sanctificationem, per contactum præcioſi corporis, & ſanguinis crucifixi, ſuper materiam panis, & uini. Tum propter materiæ ſanctificationem: quia cruce Christi omnia ſanctificantur: ut in cano. Nunquid. de conſecratione diſtinctione quinta, ut ſupra habetur lectione uigeſimaprima. Tum ad repræſentandum. Nam duæ cruces hic fiunt in uerbo, benedixit, repetito. Prima ad repræſentandum præſignationem paſſionis Christi factam in cœna per huius ſacramenti inſtitutionem
S. Thomas. Alexan. ſub ſpecie panis, & uini: ut dicit Sanctus Thomas in 3. par. quæſt. 83. arti. 5. in ſolutione tertiæ rationis. Secundo ſecundum Alex. ad ſignificandum, q̃ morte Christi hic ſpecialiter repræſentata, duplex hominis natura. ſ. corpus, & anima redempta eſt. Tertiò ad inſinuandum dominum in duplici natura: corpore ſcilicet, & anima paſſionem ſuſtinuiſſe. Nam corpus ad carnem: ſanguis ad animam (cuius ſedes in ſanguine eſſe dr:) referri ſolet. Quia autem benedicendo Christus conſecraſſe intelligitur: quæritur utrum aliquo ſenſibili ſigno: an ſolum uerborum prolatione: an ſola uirtute, & poteſtate conſecrauit, & per hoc qua forma conſecrationis dominus uſus eſt. Et circa hoc Alexan. par. 4. q. 33. me. 1. quatuor recitat opiniones: non
Alexan. tamen eo ordine, quo hic recitantur. ¶ Prima fuit, q̃ ſicut Christus prius baptizatus eſt, quam formam baptiſmi inſtituit: ita & prius conſecit, quàm uerba aliqua protulerit. Ipſe ſiquidem quia eſt uerbum patris ſine uerbo ſua uirtute conſecit. Nobis autem, qui diuini uerbi uirtute egemus, dedit formam uerborum, qua conſecramus: ut ſic differentia in conſecrando inter miniſtros & ſacramenti autorem appareret. Huic fauere uidetur Innocen.
Innocen. Sanè poteſt dici, inquit: quòd Christus uirtute diuina conſecit: & prius formam expreſsit, ſub qua poſteri benedicerẽt. Ipſe namque per ſe uirtute propria benedixit: nos autem illa uirtute, quam uerbis indidit. ¶ Pro iſta opinione quidam arguunt. Si Christi corpus non fuiſſet ſub ſacramento ante iſtorum uerborum prolationem, non uere dixiſſet Chriſtus: hoc eſt corpus meum. Oportuit ergo corpus Christi præexiſtere in ſacramento, antequam dixit, hoc eſt corpus meum, ut uera eſſet oratio. Præceſsit ergo, aiunt aliqua benedictio conſecratiua, & de illa intellexit euangeliſta, cum ait: benedixit, id eſt conſecrauit. Huius opinionis uidetur fuiſſe Franciſcus Maronis addens, quia Christus protulit hæc uerba indicatiue: nos recitatiue. Indicatiuum autem præſupponit hoc, quod indicatur. Cum ergo dixit: hoc eſt corpus meum: oportuit ad ueritatem huius locutionis præexiſtere id, quod per pronomen hoc indicaretur: non autem ſic oportet ad noſtram prolationem uerborum: quia recitatiue tantum proferimus illa uerba: ideo non oportet, quod aliquid præexiſtat. Sed quamuis non ſit dubium, Chriſtum ſola uirtute ſine uerbis, & ſignis potuiſſe panem in corpus ſuum conuertere: hoc tamen ita feciſſe nulla ratione, aut autoritate probatur. ¶ Vnde eſt ſecunda opinio, quòd dominus accipiens panem
D benedixit, & conſecrauit illum quadam benedictione ſecreta nobis ignota, ad quam facta eſt tranſſubſtantiatio: poſtmodum fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum: & in prolatione horum uerborum, contulit eis poteſtatem, & uim conuertendi in poſterum panem in corpus Christi. ¶ Tertia opinio eſt, q̃ dominus conſecit hoc uerbo, hoc eſt corpus meum: ſed uerbum illud dixit bis: licet non ſcribatur niſi ſemel. Poſtquam enim benedixit, tacitè dixit illud uerbum, hoc eſt corpus meum, & tunc conſecit: & quia tacitè dixit, ta-

cuit

cuit euangelista. Per illud autem uerbum secundò dictum duo nos docuit. scilicet, quid fuit, & scilicet, dedit corpus eius: & qualiter alius consecrans facere deberet. Omnes illæ opiniones, quia nulla auctoritate probantur: & quia superflua uidetur eorundem uerborum repetitio: ideo ea facilitate contemnuntur, qua acceptantur. ¶ Ideo est quarta opinio cæteris probabilior, & communior, quam etiam tenere uidentur Alexander de Ales, Albertus, & sanctus Thomas, & communiter alij: uidelicet, quòd Christus in ultima cœna consecrauit per eadem uerba, per quæ nos conficimus. Quodq; semel tantum protulerit ipsa: & per unicam eorum prolationem omni atria, scilicet consecratio, significatio, & informatio fiebant. Protulit tamen non eodem ordine, quo hic sunt posita: quo & euangelista ponit: quia non fuit euangelistis cura seruare ordinem uerborum, quo prolata sunt a domino. sicut, & in multis alijs: sed dumtaxat facta, & prolata a domino narrare. Ordo autem talis fuit. Accepit panem, & benedixit dicens. Hoc est corpus meum, ac deinde fregit, & dedit discipulis suis dicens. Accipite, & manducate. Et hoc (uidelicet: quia dominus consecrauit horum uerborum prolatione semel facta) magis uidetur elici ex uerbis euangelij, & dictis sanctorum patrum. Vnde Eusebius emissenus: & habetur in canone de conse. dist 2. Quia corpus. Inuisibilis (ait) sacerdos: uisibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, uerbo suo secreta potestate conuertit: ita dicens. Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita. Accipite, & bibite ait. Hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum præcipientis domini repente, & ex nihilo substiterunt excelsa cælorum: profunda fluctuum: uasta terrarum, ita pari potestate in spiritualibus sacramentis: ubi præcipit uirtus, sequit effectus. Ecce plane dicit; & dominus conuertit uisibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, hæc uerba proferendo: hoc est corpus meum. Item conueniens est: & consecratio, quę exercetur ab ecclesia: eadem forma uerborum fiat, qua fiebat ab ipso: a quo ecclesia habet conficiendi auctoritatem. ¶ Verum sunt quidam tenentes cum opinione quarta, & Christus his uerbis semel prolatis: hoc est corpus meum, consecrauit. sed aiunt: & ea post fractionem panis protulerit. Vnde dicunt: & Christus confecit post diuisionem omnium partium panis, in termino scilicet ultimæ fractionis: in quo confecit dicendo. Hoc est corpus meum. Sicut enim duod. cim fuerunt apostoli, & ipse tredecimus: ita in tredecim partes fregit panem: & pro ultimo instanti fractionis porrexit discipulis, & confecit. Et si opponitur: & ecclesia, quę Christum imitatur, prius consecrat, quam frangit. Respondent, quòd duplex est fractio sacramenti: quædam ad figurandum, quædam ad distribuendum. Illa, quæ fit ad figurandum, fit a sacerdote in altari post consecrationem. de qua inferius dicetur. Illa uerò, quæ fit ad distribuendum multis, qui sunt sacramentum percepturi, potest præcedere consecrationem: ut si quis conficeret pro multis non habens distinctas hostias: sed unum panem integrum: congruè prius frangeret in particulas, & postea consecraret, ita Christum dicunt confeciſſe: sed primum est communius. ¶ Si quæris: quid fregit Christus. Respondeo id, quod frangit sacerdos euangelicus: species scilicet sacramentales, & nequaquam corpus domini: de quo infra suo loco dicendum erit. ¶ Sequitur. Dedit discipulis suis dicens. Accipite, & manducate

Duplex fractio sacramenti.

ex

ex hoc omnes. Hæc est quarta pars subdiuisionis partis quartæ principalis: in quæ ostensis diuinissimæ eucharistiæ institutionis modo atq; circumstantia, tangitur eiusdem institutionis finis, & ratio motiua: unde dicitur: Dedit discipulis suis. Christus namq; hoc sacramentum instituit secundum frequenter repetita, ut esset memoriale signum passionis suæ: & ut esset remedium contra peccata quotidiana animæ. Hæc aũt conueniunt huic sacramento plus per sui usum, quam conueniant ei secundum se. Hinc dicit apostolus. 1. Cor. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem domini annunciabitis. Non dicit conficitis: sed sumitis. & Aug. in lib. sententiarum prosperi. Dum frangitur, inquit hostia: dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam dominici corporis in cruce immolatio: eluſq; sanguinis de latere effusio designatur? Et habetur de conse. dist. 2. Dum frangitur. Item Amb. super epistolam ad Hebrę. & habetur eadẽ dist. In Christo. Nos per singulos dies, hostiam offerimus ad recordationem mortis Christi. Item Aug. li. de trini. Quia domini morte liberati sumus: huius rei memoriam in edendo, & potãdo carnem, & sanguinem, quæ oblata sunt, significamus. Eadem dist. Quia domini. Remissio etiam peccatorum plus fit per usum huius sacramenti, quam per ipsum in se. Non enim tantum prodest in pixide conseruatum: sicut oblatum, & sumptum in uera fide, & deuotione. unde Aug. eadem dist. Verum sub figura. Quia quotidie labimur: Christus quotidie mystice' pro nobis immolatur. Ad idem paschasius cap. immediate' præcedente. Hinc frequenter Christus uolens exprimere fructum huius sacramenti dixit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: habet uitam æternam. Manducatio, & potio huius sacramenti est usus. Hinc & uolens discipulos suos Christus fructus huius sacramenti participes fieri: postquam corpus suum consecrauit, non sistebat in cõsecratione. Neq; dedit discipulis, ut ipsum honorifice' conseruarent: sed dedit in sui usum dicens. Accipite, & manducate. Et quoniam per usum manducatio transit, & consumitur: dedit eis, quotiens uellent consecrandi potestatem, dum addit. Hoc facite in meam commemorationem: ut ita nunquam fructu (usum sacramenti cõsequente) priuarentur propter sacramenti carentiam, & defectum. Ex his satis patet: q̃ consecratio ad usum qui est eius manducatio, tanquam ad finem quodammodo proximum ordinatur: quia Christus postquam accepit panem, benedixit, dedit discipulis suis, ut manducarent. ¶ Dedit autem discipulis suis, qui secum in ultima cæna agnum paschalem, qui figura fuit huius sacramenti, comederunt: ut sicut cum ipsis finem dedit sacrificijs legalibus, ac cærimonijs iudæorum: ita cum ipsis inchoaret sacrificium nouum usq; in finem mundi duraturum. ¶ Dedit discipulis suis, ad instruendum: q̃ nemo hoc sacramentum digne percipit, nisi ipsius fuerit discipulus. Sunt autem Christi ueri discipuli, qui quod summus ueritatis magister de hoc altissimo sacramento credendum proposuit, fide certissima firm ter amplexantur. Proterea non fuerunt ueri discipuli, qui audita Christi doctrina de hoc sacramento: abierunt retrorsum dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Iohannis 6. Discipuli Christi sunt, qui præceptis eius studiosè obtemperant: secundum q̃ dixit Io. 15. Vos amici mei estis: si feceritis, quæ ego præcipio uobis. Propterea non fuerunt ueri discipuli Christi, quibus imprecans dixit. Vos irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Mat. 15. Discipuli Christi sunt qui ualde in fraterna soli

1. Cor. 11.

Finis institutionis & ratio. Conc. Trid. cap. 3. sess. 13.

Ioh. 6.

Ioh. 15.

Mat. 15.

na solidantur charitate. De quo Ioh. 13. In hoc cognoscent omnes, ꝙ discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc ꝙ uidem dilectio discernit discipulos: ac filios dei a discipulis diaboli: ut Bern. ait. Quam si habuerimus, profecto ait, cognoscent omnes pusilli, & magni, ꝙ ueri sumus discipuli Christi. Qui enim dilectionem, & charitatem nō habent: quomodo essent eius discipuli, qui præceptum dedit charitatis? Propterea non fuit uerus Christi discipulus seruus ille nequam, qui conseruo suo debitum dimittere recusauit. Mat. 18. ¶ Sequitur. Accipite, & manducate. Accipite cum beniuolentia: & non rapite cum uiolentia: quia quod uobis porrigitur, panis est filiorum, qui sumendus est de manibus donantis cum amore, & dilectione. Non rapiendus ui, & uiolentia extorsione: ne forte magis rapinam committeret, quis dum rapit alienum: quam acciperet reuerenter, quod gratuito, & liberaliter ministrat dominus omnium. Rapiunt autem uiolenter, qui prohibiti, aut indigni, & uelut canes immundi panem hunc filiorum canibus non mittendum, accipiunt, aut tollunt: magis uolentes hac sumptione peccata, quæ dimittere nolunt, palliare: quam per humilem suæ indignitatis recognitionem ad tempus abstinere, donec a peccatis mundati: possunt purgata conscientia salubriter manducare: accipientes hunc panem de manu donantis humiliter, & deuotè. Quomodo enim discipuli Christi ausi fuissent manducare dominum suum, & magistrum: nisi ad eos ad manducandum quasi amicos, & filios suos inuitasset, dicens. Accipite, & manducate. Et iterum. Qui manducat me: & ipse uiuet, propter me. Accipite, ait dominus. Non est intelligendum dicit Inno. ꝙ sumptum corpus de manu domini sibi inuicem discipuli ministrarent: sed qui consecrauit, idem & ministrauit, dicens. Accipite: scilicet de manu mea: & manducate, quod uobis offerat. Accipite cum deuotione. Manducate cum uenerattone, uel accipite per fidem: manducate per charitatem. Vel accipite in officium: manducate ut animæ alimentū. Vel accipite sacramentaliter: manducate spiritualiter: duplicem huius sacramenti comestionem secundum Inno. significans. Dupliciter siquidem corpus Christi comeditur: quia dupliciter intelligitur. Verum scilicet, quod de uirgine traxit Christus, & in cruce pependit. Et mysticum, quod est ecclesia Christi ipsa uegetata. De uero corpore dominus ait. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur &c. De mystico dicit apostolus. Vnum corpus, & unus panis multi sumus. Corpus Christi uerum comeditur sacramentaliter. i. sub specie panis. Corpus Christi mysticum comeditur spiritualiter in fide cordis. De comestione sacramentali ait dominus. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. De comestione spirituali dicit. Nisi mandu. carnem filij hominis, & bi. eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Hæc Inno. ¶ Neq; tamen ex hoc negandum est corpus Christi uerum spiritualiter manducari. quia sicut manducatur corpus Christi mysticum per hoc, ꝙ aliquis assumitur in societatem fidelium: aut firmius in ipsa solidatur: ita manducatur corpus Christi uerum spiritualiter: cum quis membrum Christi efficitur, & Christo incorporatur: ipsiq; fortius per fidem, & dilectionem coniungitur. Vnde dicit Hugo. lib. 2. parte 8. c. 5. Deniq; carnes agni comedimus: quando in sacramento uerum corpus sumendo per fidē & dilectionem Christo incorporamur. Alibi quod manducatur, incorporatur: quando autem caro Christi manducatur: non quod manducatur: sed qui manducat, ei, quem manducat, incorporatur. Idcirco uoluit Christus a nobis manducari: ut nos sibi incorporaret: quod non intelli-

Quomodo panis Christi sacratus sit accipiendus.

Ioh. 13.

Bern.

Matt. 18. G

Inno.

gitur

gitur nisi de spirituali manducatione: quia in sacramentali tantum non fit hæc incorporatio: non tamen spiritualis excludit semper sacramentalem. ¶ Pro cuius intellectu notandum, q̃ manducatio corporis Christi dupliciter intelligitur spiritualis. Vno modo ex parte modi. Alio modo ex parte effectus. Ex parte modi quidem: quia est manducatio corporis Christi: non sub propria specie carnis, & lineamentis corporalibus humano corpori conuenientibus: sed sub specie aliena, sub qua latet: & ut sic, non subijcitur alicui corporalium sensuum. Sub qua specie habet quodammodo modum existendi spiritus: quia ibi est modo inuisibili, & insensibili. Hæc manducatio spiritualis uere est manducatio sacramentalis: & opponitur manducationi corporali, seu carnali. De qua intelligebant iudæi: & quidam discipuli, cum Christus faciens sermonem corá apostolis, & quibusdam alijs dixit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: dicentes. Durus est hic sermo: quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, & abierunt retro propter duritiam sermonis eius. Intellexerunt quidam carnem suam manducandam, quomodo in cadauere uenditur: aut in macello petiatur, ac dentibus laniatur: & ideo fuerunt scandalizati. Vnde Christus agnoscens, q̃ inter se murmurabant, dixit. Hoc uos scandalizat, q̃ scilicet dixi carnem meam a uobis manducandam. Sed cum uideritis filium hominis ascendentem, ubi prius erat, in diuinitate scilicet: tunc uidebitis: quia non eo modo, quo putatis, corpus meum erogabo uobis, ut morsibus consumatur: quia cum ipso corpore integro utiq; ascensurus sum in cœlum. Sic exponit beatus Augustinus. Recedentibus autem illis a Christo, duodecim manentibus, apostolos instruxit de eo, quod dixerat. Spiritus, inquit, est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Verba, quæ ego locutus sum uobis, spiritus, & uita sunt. Caro non prodest quicquam: quomodo scilicet, illi intellexerunt carnales discipuli carnem Christi carnaliter manducandam. Spiritus est, qui uiuificat. i. caro mea. spiritualiter sumpta uiuificat. Verba, quæ locutus sum ad uos de carne mea manducanda, spiritus & uita sunt. i. spirituale lem habent intellectum: secundum quem caro mea uitam præstat, scilicet sumpta spiritualiter sub sacramento. unde Aug. in expositione. 4. ps. & habetur de conse. dist. 2. Prima quidem. Intellexistis spiritualiter, spiritus, & uita sunt, scilicet uerba, qui locutus sum uobis. Intellexistis carnaliter, etiam sic illa spiritus, & uita sunt: sed tibi non sunt spiritus, & uita, qui spiritualiter non intelligis. spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: & bibituri illũ sanguinem; quem effusuri sunt, qui me crucifigent: id est non eadem specie, & repræsentatione, in qua uidistis: manducaturi estis carnem meã, sed in sacramento. Vnde sequitur. Sacramentum aliquod commendauí uobis, spiritualiter intellectum uiuificabit uos: caro autem non prodest quicquam. Sed quomodo illi intellexerunt, sic responderunt. Carnẽ quippe sic intellexerunt, sicut in cadauere uenditur &c. ut supra. Per quæ uerba non intendit beatus Augustinus excludere ueritatem corporis Christi in sacramento eucharistiæ, sed ostendere uolebat: q̃ corpus illud non erat manducandum uisibiliter in specie humana, in qua a iudæis uidebatur: ita ut per partes sicut animalium cæterorum carnes discerperetur. Erant tamen idem corpus manducaturi sub specie panis inuisibiliter occultatum. Et hoc est, quod idem subdidit. Sacramentum aliquod nobis commendaui: spiritualiter intellectum uiuificabit uos: non uolens, q̃

Mãducatio corporis Xpi spũalis multipliciter intelligitur.

Augustí.

Augustí.

cor-

corpus Christi sit tantū spiritualiter, & mystice sub sacramento manducandum: sed spiritualiter. i. inuisibiliter per uirtutem spiritus, per quē & uiuificat. ¶ Et q̄ hæc sit mens beati Aug. patet per eundem in epistola ad hyreneū ubi dicit: & habetur de cōse. dist. 2. c. non hoc. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: & bibituri illū sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Ipsum quidem, & non ipsum: ipsum inuisibiliter; & nō ipsum uisibiliter: quia ipsum sub specie panis, & uini uisibili, non uisibiliter in propria specie corporis sui. Vnde idem in lib. sententiarū prosperi. Caro eius est quam forma panis operta in sacramēto accipimus. Et sanguis eius, quem sub uini specie potamus. & habetur eadem dist. Hoc est. Ad idem facit, quod dicit Aug. in ca. Verum sub figura. eadem dist. Et nota ibi glo. reducente modos loquendi improprios ad sermonis proprietatem. Et quoniam corpus Christi sub panis uelamine uerè contentū non apparet corporaliter in propria specie: idcirco potest dici quoddam spirituale. Et secundum hoc dicit Ambro. in lib. de mysterijs. & habetur de conse. dist. 2. c. in illo In illo sacramento Christus est: quia corpus est Christi: non ergo corporalis esca: sed spiritualis. Et sequitur. Corpus enim dei est corpus spirituale: corpus Christi corpus diuini spiritus est: ¶ Concordat beatus Hiero. super epistolam ad Ephe. Dupliciter, inquit, caro Christi, & sanguis intelligitur. Vel illa spiritualis, & diuina, de qua ipse ait. Caro mea uerè est cibus: & sanguis meus uerè est potus. Et nisi mandu. carnem meam: & bibe. meum sanguinem, non habebitis uitam æternam. Vel caro mea, quæ crucifixa est: & sanguis, qui militis effusus est lancea. Et habetur eadem dist. Dupliciter. Per hoc quod dicitur caro illa diuina & spiritualis, non distrahitur a ueritate carnis realis: quasi ex hoc q̄ dicitur spiritualiter ibi esse: non sit ibi uerè, & realiter: quia eadem ipsa secundū substantiam, & realitatem, qua tracta est a uirgine ei passa est in cruce ibidem continetur: unde Aug. Voluit dominus in mysterio. glo. i. in sacramēto uerè carnem suam, & sanguinē suum consecrationes. pōtētialiter creari. i. transsubstātiari, ut sicut de uirgine p spiritūsanctū uera caro sine coitu creatur: ita per eundē ex substantia panis, & uini mysticē idem corpus Christi consecretur. Corpus Xpi, ueritas est, & figura. Veritas, dū corpus Xpi, & sanguis uirtute spūssancti in uirtute ipsius ex panis, & uini substantia efficitur. Figura uerò illud, quod exterius sentitur. Ecce spēm, quæ sentitur, noīe corpus Xpi. Item Amb. in ca. Omnia. de cōs. dist. 2. ait. Licet figura panis, & uini uideatur, nihil tñ aliud, quā caro Xpi & sanguis post consecrationē credendū est. Vñ ipsa ueritas ait ad discipulos. Hæc inquit, caro mea est pro mundi uita. Et ut mirabilius loquar: non alia plane, quā quæ nata est de uirgine: & passa in cruce: & resurrexit de sepulchro: hæc inquā, ipsa est: & ideo Xpi caro est, quę pro mundi uita adhuc hodie offertur. & cum digne accipitur, utiq; uitam ęternā in nobis operatur. Panē quidē istū, quē sumimus in mysterio: illū utiq; intelligo panē, qui manu spūssancti formatus est in utero uirginis: & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis. n. angelorū factus est hominū cibus. ūñ ipse ait (Ioh. 6.) Ego sum panis uiuus, qui de cælo descēdi. Et itē. Panis, quē ego dabo, ca. m. est q̄ mūdi uita. Ex his nāq; duabus sentētię aperte datur intelligi: quia panis est, & ille nō duo, sed unus panis: & caro una procul dubio unū corpus efficitur (iste in prima auctoritate: & ille in secuuda designatus ut glo.) illud uerē istud sane, quod sumptū est de uirgine: quod passum est, & sepultū: quod resurrexit, & in cælum ascendit: & sedet ad dexteram dei patris: & quod est uentorū iudicare uiuos, & mortuos. Hęc ibi. ¶ Ex omnibus his

Augus. I

Augus.

Ambro.

Hiero.

Augus.

Ambr.

Ioh. 6.

intero primum membrum tactę distinctionis: q̃ manducatio corporis Christi ueri sub sacramento altaris potest dici spiritualis, & diuina, & q̃ non manducatur corporaliter, quomodo iudæi ipsum manducandum intellexerunt. Quod patet ex eorum responsione. Datus est hic sermo, & quo modo potest hic nobis dare corpus suum ad manducandum? ¶ Est igitur hæc manducatio spiritualis, i. non corporalis, uel carnalis: sed non est spiritualis, i. refectiua spiritus. Et hoc regulariter: quia ipsa communi nomine uocatur a doc. manducatio sacramentalis, cui accidit, ut mãducãs, spũaliter reficiatur: quia cõmunis esse potest bonis, & malis. Nisi. n. & mali hoc modo manducarent: quomodo dixisset apostolus? Qui manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat, & bibit. Quomodo præterea dixisset Aug. Qui indigne accipit sacramentum: acquirit magnum tormentum? in ser. de uerbis euã. & habetur de conse. dist. 2. Quid est. Et idem. Qui discordat a Christo: nec manducat carnem eius, nec bibit sanguinẽ eius, scilicet spiritualiter quo ad effectum, & si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ perditionis quotidie accipiat. Et in ca. Sicut Iudas. eadem dist. Aug. Quisquis indigne sumit corpus Christi, non efficit, ut quia malus est, malum sit, scilicet quod accipit: aut quia non ad salutem accipit: nihil accipit. Corpus enim, & sanguis domini nihilominus erat in illis, quibus dicebat apostolus. Qui manducat indigne: iudicium sibi & manducat, & bibit. Nisi etiam sic manducarent: quomodo dixisset apostolus. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et Christus. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum habet uitam æternam. Quomodo præterea dixisset Aug. de tri. Corpus, & sanguinem Christi mystica prece consecratum recte sumimus ad salutem spiritualem in memoriam dominicæ passionis. in. c. Corpus. 2. dist. sæpe allegata. ¶ Secundo modo potest intelligi manducatio spiritualis ex parte effectus: quia scilicet ad ipsam sequitur refectio spiritualis, ipsius uidelicet animæ soliditas, & robur in uita spirituali. Et secundum hoc manducare spiritualiter extenso uocabulo nihil aliud est, quam credere Christum, & ipsum amare: uel credere in ipsum per fidem formatã, quæ scilicet, per dilectionem operatur. unde Aug. super Io. Credere in Christum Iesum. hoc est manducare panem uiuum, qui credit, manducat, inuisibiliter saginatur, quia inuisibiliter renascitur. Idem in lib. de remiss. pœnitentiæ. Vt quid paras uentrem, & dentem? crede, & manducasti. Et tam largè loquitur Aug. de spirituali manducatione: ut eam extendat ad patres ueteris testamenti, qui institutionem huius sacrosancti sacramenti longè præcesserunt: & ad paruulos baptizatos, ante sacramentalem huius sacramenti perceptionem uita functos. Vnde super illud apostoli. 1. Corinth. 10. Patres nostri eandem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt &c. dicit: & ponitur de munera. dist. 2. Inquit. Inquit apostolus: omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Spiritualem itaque eandem. Nam corporalẽ aliã, quia illi manna manducauerunt: nos aliud, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, aliud illi, aliud nos: sed specie uisibili: quod tamen idem est uirtute spirituali. Sed quæ illa esca eadem spiritualis: & quis potus idem nisi caro, & sanguis Christi? mediator dei, & hominum: qui erat cibus, & facientis angelorum secundum diuinitatem factus est cibus, & potus uiatorum secundum humanitatem. Non solum illorum, qui post aduentum suum in carnem in ipsum crediderunt: sed etiam præcedẽtium, qui illud futurum, quod nos præteritum non dubitamus, credide-

Multiplicatione dicitur spiritualis.

Augusti.

Augusti.

Augusti.

Augusti.

Augusti.

1. Cor. 10.

runt.

runt. Illi siquidem ueteris testamenti patres carnem Christi spiritualiter manducauerunt: quando explicite uel implicite crediderunt filium dei carnem humanam de nostra mortalitate assumpturum, eandemq; daturū in cibum sub eucharistiæ sacramento. Sic igitur eandem escam comederunt sub manna, quam & nos sub hostia: non q̄ sub manna uerum corpus Christi contineretur, sicut sub hostia: sed quia manna figura fuit corporis Christi sub hostia: quod ipsi manducando manna spiritualiter intellexerunt. Idem igitur spirituali uirtute fuit: quod ipsi manducauerunt: & quod nos manducamus: quia corpus Christi per manna designari fide crediderunt: & nos fide affirmamus idipsum sub hostia contineri. Simili modo eundem potum nobiscum biberunt, Christi scilicet sanguinem, cum biberunt aquam de petra per quam effusionem sanguinis Christi de latere intellexerunt significari. Per quam & futuram Christi passionem crediderunt: & per eam sperauerunt a morte perpetua liberari: quod & Augu. nos firmiter credimus, & speramus. Patet igitur ex uerbis beati Augustini patres ue. tes corpus Christi spiritualiter manducasse, non aliter quam per fidem, & dilectionem. ¶ De pueris etiam q̄ spiritualiter manducant corpus Christi in susceptione baptismatis: patet per eundem super illud apostoli. Vnus panis, & unum corpus multi sumus in sermone de infantibus, & habetur de conse. dist. 2. Quia passus. Nulli, inquit, aliquatenus est dubitandum unumquemq; fidelium corporis, & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi: nec alienari panis, sanguinisq; illius consortio: etiam si antequam panem illum comedat: calicemq; bibat: de hoc seculo migrauerit in unitate corporis Christi constitutus. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur: quoniam in se hoc, quod illud sacramentū significat, inuenitur: Quid autem hoc sacramentum significet in eodem cap. explanat dicens. Hæretici quando accipiunt hoc sacramentum: testimonium contra se accipiunt: quia illi querunt diuisionem, cum panis ille significet unitatem. Et post pauca. Ita dominus noster Iesus Christus nos significauit: nos ad se pertinere uoluit: ut mysterium pacis, & unitatis nostræ in mensa consecrauit, in mensa, scilicet ultimę cænæ. Significat igitur secundum mentem Aug. hoc sacramentum unitatem nostram, Augu. seu corporis Christi mystici, quæ est per fidem, & charitatem. Quod expresse declarat in quadam home. & habetur eadem distin. Hoc sacramentum. ubi dicit. Hoc est sacramentum pietatis, & est signum unitatis, uinculum charitatis: qui uult uiuere, accedat, & credat, & incorporet. Hūc cibum, & potum societatem uult intelligi corporis, & membrorum suorum quod est ecclesia in prædestinatis. Societas autem, & unitas in prædestinatis ex nullis ita attenditur in præsenti uita: quantum ex fide, & charitate. quia hic effectus quidam sunt, & media quibus beatitudinem, ad quam prædestinantur homines: consequuntur. Sicut ergo quia paruuli in baptismo fidem, & charitatem suscipiunt: societatem intrant ecclesiæ: & membra corporis Christi mystici efficiuntur: & ita Christo uniuntur, & incorporantur: ipsiq; spiritualiter adhærent. Per consequens Christum spiritualiter manducare dicuntur: quia in ipsis est unitas, & societas cum cæteris Christi membris, quæ per hoc sacramentum: ut dictum est, significantur. Quod confirmat idem ad Bonifacium scribens. Nec cogitetis, inquit, uitam habere non posse paruulos, qui sunt expertes corporis, & sanguinis dominj nostri Iesu Christi, dicente, domino, Nisi manducaueritis filij hominis &c. de conse. dist. 4. In ecclesia. ubi glo. super uerbo cogitetis,

Mand ucare Xpm spiritualiter, ut ēt cōueniē par uulis, quid sit.

M Conc. Trid sess. 21. c. 4

cetis, quasi dicat, non dubitetis: immo certi sitis, q̃ uitam habere non possunt paruuli: si sint expertes corporis Christi. Corporis glo. i. unitatis ecclesiæ, quam illa significat. Ideo sequitur statim ca. seq. Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemq; fidelem corporis, & sanguinis Christi participem fieri: quando in baptismate membrum Christi corporis efficitur, &c. ut supra allegatum est. Ex quibus satis patet: q̃ paruuli baptizati secundum Augu. in hoc corpus Christi, & sanguinem spiritualiter percipiunt: quia scilicet in Christum credunt, & ipsum diligunt; sibiq; uniuntur, & incorporantur saltem per habitus fidei, & charitatis receptos in baptismate: licet non actualiter. Et hoc est: quod dictum est in principio illius membri distinctionis præmissæ, q̃ manducare Christum spiritualiter, est in Christum credere actu, uel habitu: & sibi per hoc, ut capiti tanquam membrum incorporari. ¶ De hac manducatione spirituali dicunt communiter doctores intelligi debere uerbum Christi scriptum Ioh. 6. Nisi mandu. car. meam &c. Et hoc ex uerbis euangelij præmissis huic uerbo, & sequentibus ipsum concludunt. Vnde Christus his, qui saturati erant ex quinq; panibus, & duobus piscibus: non tamen in eum credentibus: sed signum, ut crederent, petentibus dixit. Amen amen dico uobis: quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia manducasti ex panibus, & saturati estis. Operamini cibum, qui non perit: id est operam date, ut habere possitis cibum spiritualem, qui non perit ut cibus corporalis sumptus ad hoc, ut nutriat: sed qui permanet in uitam eternam: quē filius dabit uobis. Illis autem petentibus semper hunc panem dari eis declarat Christus, quis est ille panis, ostendens cum hoc modum, quomodo debeat manducari dicens. Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Per quod exprimitur modus, quo hoc pane uti debet: qui uult ut non esuriat, nec sitiat: qui est ire in Christum: & credere in Christum: quæ duo idem sunt: quia non corpore: sed mente per fidem charitate formatam itur in Christum. Vnde beatus Aug. de uerbis domini. Credere in deum est credendo deum amare: credendo in eum ire: credendo ei adhærere: & ei ut membrum incorporari. ¶ Ex quibus patet: q̃ idem est in Christum credere, & in Christum ire: & qui credit in Christum incorporatur Christo: & fit membrum eius: & per hoc manducat Christum, & panem uitæ, quem qui edit, non esuriet: sed habebit uitam æternam. Murmurantibus autem iudæis. quia Christus se dixit panem uitæ: repetit, quod præmisit dicens. Amen, amen dico uobis: qui credit in me, habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ. Et post pauca. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in æternum. Per quod apparet idem esse credere, & manducare, Christo met sic exponente. Manifestum est enim, q̃ ad non esurire, & sitire peruenitur per manducare, & bibere. ad quod. i. non esurire, & sitire etiam peruenitur per uenire ad Christum, & credere in Christum, ipso dicente. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. ¶ Quod autem manducare hunc panem, sit idem, quod manducare carnem eius, declarat mox subiungēs. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et litigantibus iudæis, & dicentibus. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, respondit Christus confirmans, quod dixit. Amen amē dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & cætera, quæ sequuntur. Ex quibus Christi uerbis, uidetur, q̃ manducare carnem filij hominis, & manducare panem, qui de cęlo descendit, idem sunt, quod credere in Christū,

Augu.

Augu.

Augu.

Per manducationē spiritualē intellexit Xp̃s in uerbis. Nisi mand. car. meam.

quia qui credit in Christum, non esuriet, qui credit in Christum, habet uitam æternam: sicut manducans panem, quem Christus promisit, non esuriet: & habet uitam æternam. ¶ Et est singulariter attendendū, q̄ quotiens Christus loquitur de pane, siue de carne sua manducanda: semper addit, uel promittit uitam æternam: unde quotiens Ioh. 6. loquitur de pane: totiens de uita facit mentionem, quæ utiq; non semper sequitur manducationē sacramentalē: cum ipsa quandoq; fiat ad iudicium & damnationem, secundum apostolū. Videtur igitur loqui de spūali: quā uita æterna cōsequitur iuxta doctrinā Christi. ¶ Præfatā sententiā super cæteros doc. explanat beatus Aug. super Ioh. ubi multa de hac materia ponit, exponens uerba Christi: ubi inter cætera loquens de manducatione corporis Christi, ita dicit. Deniq; iam exponit, quomodo id fiat, quod loquitur: & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hoc est manducare illam escam: & bibere illum potum, in Christo manere: & illum manentem in se habere. Et per hoc, qui non manet in Christo: & in quo Christus non manet: proculdubio nec manducat eius carnem: nec bibit eius sanguinem: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit. Hæc Aug. ¶ Idem in Homelia sequenti expressè declarat dicens. Eposuit autem Christus modum attributionis huius doni sui, quomodo daret carnem suam ad manducandum dicens. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Signum: quia manducauit, & bibit, hoc est, si manet, & manetur, si habitat, & habitatur, si erit, & non deseratur. Hæc ille. Ecce causam, propter quam qui manducat, habet uitam æternam: quia uidelicet ipse manet in Christo uelut membrum Christi: & Christus in eo tamquam caput uiuificans ipsum. Manet autem, & habitat Christus in nobis per fidem, dicente apostolo. Inhabitare Christum per fidem in cordibus uestris. ad Ephe. 3. Manet etiam in nobis, & nos in eo per charitatem: teste Iohanne. Deus charitas est: & qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo 1. Io. 4. Ideo autem uiuit ille in quo est Christus quia ipse est uita. Dicit enim de seipso Ioh. 4. Ego sum uia, ueritas, & uita. & Deu. 30. dicitur deo eo. Illi autem adhereas: ipse enim est uita tua. Ideo quilibet tunc spiritualiter uiuit: cum Christus per fidem, & charitatem manet in ipso: quia iustus ex fide uiuit. Abachuc. 2 Gal 4. Tunc igitur manducat illum cibum, sine quo non habetur uita, carnem .s. Xp̄i de qua ipse dixit Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē: non habebitis uitā in uobis. De hac materia infra plus dicetur lec. 84. & 88. cum tractabitur, utrum manducatio sub utraq; specie sit necessaria ad salutem. ¶ Sequitur. Ex hoc oēs. Illa particula a nullo euangelistarum reperitur addita præmisso particulæ. s. accipite, & comedite; sed eam mox sequitur. Accipiens calicē gratias egit, & dedit discipulis suis, dicens. Bibite ex hoc omnes: ut refert Matth. Creditur autem ad hunc appositā locum per apostolos in principio nascentis ecclesiæ: a quibus ad sanctos patres deriuata, deuenit in usum ecclesiæ usq; in hodiernū diem. Apostoli uerō eam credunt a Christo audiuisse in cœna: dum consecrato pane porrexit, & dixit. Accipite, & manducate ex hoc oēs. Quod aūt hęc uerba Xp̄i uerba sint testatur Ambr. li. de sacra. & ponitur de cōsecr. dist. 2. panis in altari. ita dicens. Dicis: quia accipis corpus Christi. Vis scire, quia uerbis cælestibus consecratur, accipe, quæ sunt uerba, quæ dicit sacerdos. Fac nobis, inquit, hanc hostiā sanctā rōnabilē &c. Inde omnia illa

Quoties Xps loquitur de manducāda carne sua, semper. — O — Ioh. 6. — Augus. — Augus. — Ephe. 3. — Ioh. — 1. Io. 4. — Ioh. 14. — Deut. 30. — Abachuc. 2. — Gal. 4. — P — Matth. — Ambro.

Ex hoc oēs: hęc uerba ab apostolis addita.

euangelistæ sunt: Accepit panem gratias egit, fregit, &c. usq; ad Accipite siue corpus, siue sanguinem. Inde uerba Christi sunt. Accipite, & bibite ex hoc omnes. Et post pauca. Deinde audi dicentem; accipite, & comedite ex hoc omnes. Non est autē uerisimile a quoq; hæc uerba addita ad uerba euangelistarum, præterquam ab apostolis, qui consecrationi Christi interfuerūt. De hoc satis supra dictum est in principio huius lectionis: ubi tactum est, q̄ non solum ea, quę ab euangelistis accepimus de Xpō, certa fide tenemus: sed etiam ea, quæ apostolica traditione in usum uenere ecclesiæ tūr habetur dist. 11. Ecclesiarū. Sic. n. tanquam fidei articulū tenemus: q̄ Christus descendit ad inferna: qa in symbolo apostolorū ponit: quod in nullo euangelistarū reperitur. Nec solum ea obseruamus, qui per apostolos ad nos per scriptā descenderunt: sed etiam ea, quæ ecclesia ab ipsis accepit, & in consuetudinem duxit: ut dicit Aug. in ca. allegato a Dam. 4. li. sententiarum suarum: cuiusmodi sunt multa, quæ in dispensatione sacramentorū obseruamus: ut q̄ ter immergimus baptizando: & similia. ¶ Et nota: q̄ pronomen, hoc, cū dicit Christus: accipite, & comedite ex hoc omnes: non demonstrat aliquod fragmentorū: cum singulis singula fragmenta distribuit: nā per se fregit panem in partes iuxta numerum discipulorum: quibus singulis de manu propria, singulas porrexit particulas. Et licet non uideatur necessarium fuisse, ut eos singulos prænonere; quatenus manducarent ex hoc omnes: sicut dum eis porrexit calicem: quia dūraxat semel consecrauit calicem: & ideo nisi unusquisq; partem uini consecrati reseruasset sequenti discipulo: non potuissent omnes ex eo bibisse: ideo prænonitos eos esse oportebat: ut quilibet sequenti discipulo parte reseruaret, quod factum uidetur per uerbum Christi dicentis. Diuidite inter uos (ut Lucas refert) & bibite ex eo omnes: ut cæteri dicunt euangelistæ: tñ sub particularum specie, corpus suum tradens dixit, comedite ex hoc omnes: ipsos ad sacramenti huius cōmunionē inuitando: quod est sacramētū amoris, ex charitate maxima institutum: a quo neminem quantum in se est, secernere uoluit: licet peccatores propter peccatum, quod a deo separat: accedere prohibeantur. Neq; per hanc præpositionem ex, cum dixit: ex hoc oēs diuisionē innuit sui corporis per partes discerpendi. Longe. i. ab intentione Christi. ¶ Sed hoc notandū, q̄ in scriptura sæpe agi uidetur de uno: cū tamen agitur de diuersis: ut in proposito, cum dicitur. Accepit panē benedixit, fregit, dedit discipulis suis. Hic de uno. s. de pane uidetur fieri locutio: cū tñ fiat de diuersis, benedixit quidē panē: sed fregit: nō panē: sed panis formā, siue spēm: & dedit naturale corpus suū. Nō omnino dissimiliter dixit: secundū Inno: Manducate ex hoc oēs. Pronomen hoc, ut dictum est: demonstrat integrum corpus Christi: & ex præpositio, innuit formam diuersam, ut sit sensus. Comedite corpus integrum sub diuersa tamen, & distincta specie panis: & sic species panis diuiditur: & corpus integrum manducatur. Et secundū hoc dicit beatus Aug. unusquisq; accipit partem suam. Per partes manducatur Christus: & manet integer totus (de consec. dist. 2. Qui manducant.) ut referatur partialitas, & diuisio ad sacramentum, hoc est ad species continentes, totalitas uerō, ac integritas ad contentū. Dixit igitur dominus. Comedite ex hoc omnes: ex hoc. s. corpore, de quo dixit: hoc est corpus meū. Comedite non faciendo partes ex corpore: sed quia feci uobis partes de pane: sub quibus omnibus corpus meum continetur, quod offero uestrum cuilibet manducādū. Et ita (ex) quod præponitur pronomini (hoc) quod corpus Christi demonstrat, notat diuisionē: nō in corpore: sed in corporis sacramēto. Fue-

runt

August. Dam. 4.

Pronomen Hoc, quid significet.

Mos scripturę in qua uidetur agi de uno cum de pluribus tñ agitur.

Inno.

August.

runt enim hæc uerba prolata a Christo: postquam panem consecrauit: sicut & post consecrationem discipulis suis dedit. Nam & fregit, postquam consecrauit secundum opinionem magis communem supra positam, ut patuit ex præmissis. Nec periculum fuit decidentium particularum ex fractione, quoniam ita solitus erat Christus frangere manibus, sicut alius cultro scindere. Propter quod nouerunt eum discipuli in Emaus post resurrectionem in fractione panis. Luc. vlt.

DE ASSISTENTIBVS, ET SVMENTIBVS corpus Christi in cœna ultima.

LECTIO XXXVII.

IRCA hunc textum tria mouentur dubia. Primum A
utrum Iudas fuerit unus ex omnibus Christi corpus sacramentaliter sumentibus. Secundum: quale corpus dedit dominus discipulis mortale, an immortale. Tertium an Christus in cœna sumpserit corpus, & sanguinem suum cum discipulis. ¶ Dubium primum oritur Dub. 1.
ex textibus euangelistarum. Videtur enim ex quodã passu Iudam iam exisse conuiuium Christi, & discipulorum: priusquam Christus corpus suum sumendum discipulis tradidit, & calicem ad potandum. Nam ut refert Mat. Christus bibentibus calicem, statim dixit. Dico autem uobis, ꝙ non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illũ, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Vobiscum uidetur demonstrare assumendos ad regnum patris. Et quia hæc uerba ad omnes tunc pntes loquebaẽtes tũc præsentes assumendi fuerãt ad regnũ patris, & in eo cũ Christo bibituri. Et ex hoc uidetur sequi: ꝙ Iudas prẽsens non fuerit, qui ad regnũ assumendus non erat: & ita corpus Christi non accepit. ¶ Ex alio passu uidetur interfuisse conuiuio, dum Christus suis discipulis tradidit suũ corpus ad manducãdũ. Nã secũdũ Lucã Christus tradẽs calicẽ dixit. Hic calix noui testamẽti est in meo sanguine, qui pro uobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradẽtis me: mecũ est in mensa. Ex quo sequitur, ꝙ iudas, qui dñm tradidit, fuit secum in mensa. Quotquot aũt fuerũt in cõuiuio, eucharistiam acceperũt teste Marco, biberunt ex eo omnes, ergo & Iudas bibit, & per consequẽs prius manducauit: quia post corporis sumptionẽ tradidit calicẽ. ¶ Præterea iudas cũ accepit panis buccellã exiit cõtinuõ: & erat nox: ut dicit Ioh. 13. ca. Christus autem post alios cibos tradidit eucharistiã, postquã cenauit: sicut dicit Lucas. Accepit inquiens calicẽ, postquã cenauit, dicens. Hic est calix &c. Videtur ergo, ꝙ prius exierit: quã Christus traderet eucharistiam. Itẽ Christus tradẽs calicẽ, & dicẽs: Hic est calix noui testamenti in meo sanguine, qui pro uobis fundetur. nullũ præsentiũ excepit. Multos aũt excepit, cũ dixit apostolis. Beati eritis, si hæc scitis, & feceritis ea statim excipiendo adiecit. Non de omnibus dico. Ego scio, quos elegerim. Et iterum. Vos mundi estis, sed non oẽs. Ibidẽ. Igitur uidetur, ꝙ ad omnes bibentes calicem, sanguinis effusio habuerit efficaciam quo ad uitę ęternæ consecutionẽ. Cũ aũt iudas beatitudinẽ consecutus non est: sequitur, ꝙ non fuit unus ex his, quibus Christus dixit uerba præmissa. Hic ex calix noui testa. &c. ¶ Præterea Christus docuit sanctum non esse dandum canibus: ideo non uidetur, quòd

Vtrũ Iudas fuit unus ex sumẽtibus, sacramentũ corpis Christi.

Ioh. 13

suum sacratissimum corpus dederit Iudæ proditori: maximè, quia iudas accipiendo mortaliter peccasset, cuius, ut uidetur, Christus, occasio fuisset porrigendo: contra illud beati Aug. q. 21. li. 83. q. Deo autore nemo fit deterior. ¶ Ad hoc dubium respondet dominus Inno. Tenendum forte est in illo casu sine aliorum præiudicio, quod Ioh. insinuat, q̃ iudas cũ accepisset buccellam, exiuit continuo, scilicet ad tradendum Christum, erat ænim nox: post alios autem cibos, tradidit eucharistiam, ut elicitur ex illo Lucæ. 22. Similiter & accepit calicem, postquam cænauit. Accipiens autem buccellam, non accepit corpus Christi: ut dicit beatus Aug. & per consequens prius exiuit iudas, quã Christus traderet discipulis eucharistiam. Quod uerò Lucas post calicem commemorat traditorem, potest intelligi per recapitulationem, quæ frequentius fit in sacra scriptura, ut. s. factũ prius narrẽtur posterius. sicut Mat. 26. commemorat in unctione pedes domini, & caput ungentis post biduum ante suam passionem: cum tamen Iohan. dicat illud factum ante tex dies paschæ. eiusdem. 12. Idem tenet Hilarius, q̃ Christus suum iudæ non tradidit propter textum Matth. supra allegatũ. Non bibam amodo de genimine uitis &c. Iudas aũt postea non bibit: ergo nec tũc ¶ Sed auctoritatibus illis non obstantibus, oppositũ eius, quod dictum est: communius sustinetur: & a sanctis doctoribus approbatur. Vnde dicit Diony in de ecclesiastica Hierar. c. 3. In qua (haud dubium, quin nouissima cæna) autor ipse signorum, scilicet Christus, eum, qui secum non pie: neq; concorditer perceperat in cæna: a contubernalibũ sorte iustissime separat: ubi dicit: non pium, neq; concordem uidelicet iudam secũ in cæna percepisse. Et loquitur ibi Diony. de sacramento eucharistie. ¶ Itẽ Chrys. super Math. dicit Iudas particeps mysteriorum cõuersus non fuit. unde fit scelus eius immanius: tum quia tali proposito imbutus adijt mysteria: tum qui audiens melior factus non fuit: nec metu: nec beneficio: nec honore. Ad idem beatus Bern in quodam sermo. De una mensa comedunt Iudas, & Petrus: Petrus ad salutem: Iudas ad damnationẽ. Pro illo etiã facit, quod dicit beatus August. (& habetur. 1. q. 1. Christus) Quid fecit nobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit ut ei primam eucharistiam confectam, manibus suis, & ore suo cõmendatã sicut cæteris apostolis traderet. Item super Ioh. Cum intinxisset panem Iesus, dedit iudæ simonis schariotis: sed non (sicut putant quidam negligenter legentes) tunc Iudas corpus Christi accepit. Intelligendũ est enim; q̃ tam omnibus eis distribuerat sacramentum corporis, & sanguinis suis: ubi & Iudas ipse erat. Sicut Sanctus Lucas euidentissimè narrat: & magister. 4. sententiarum dist. 12. prope finem. Eucharistia incincta non debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur Christum alicui discipulorum præbuisse panem intinctum nisi iudæ: tunc uerò non accepit corpus Christi Iudas: sed tantum panem. Corpus uerò, & sanguinem Christi ante, cũ alijs discipulis perceperat. Hæc magister. ¶ Item Bern. in ser. de cæna domini. Sciendum est, inquit, q̃ omnibus iam, scilicet quando porrexit iudæ panem intinctum distribuerat sacramentum corporis, & sanguinis sui: inter quos & iudas fuit. ¶ Per hoc intelligitur, & exponi potest textus Ioh. supra inductus ad oppositum: quia Christus iam dedit discipulis scilicet & etiam iudæ corpus, & sanguinem: quando iude porrexit panem intinctum: quia dicit beatus Aug. postquam distribuit corpus suum, & sanguinem, uentum est ad hoc, ut secũdũ narrationẽ Ioh. iudæ buccella panis porrigeretur: per quod suum expressit: licet tacite: proditorẽ. Et quod dicit Lucas: postquã cænauit, accepit calicem:

Augus. Inno. Ioh. Lucę 22. August. Matt. 26. Iohan. Math. Diony. Diony. Chryſ. Matth. Bern. Auguſt.

B

Alia opinio Iudam non sũpsisse corpus Christi.

C

Cõcordãcia euangelistę Ioãnis cum alijs.

Ioh. Aug.

licem: referri debet ad esum agni paschalis, qui comestus fuit in cœna principali: inter quam, & institutionem sacramenti tempus aliquod fluxit: quia illa cena agni paschalis facta: lauit pedes discipulorum: priusquam discipulis suis corpus suum dedit ad manducandum: & post pedum lotionem resedit: & cœnam primam per pedum lotionem interruptam, continuauit. unde dicit Mat. Cenantibus illis accepit Iesus panem. & tunc primò instituit sacramentum, & dedit omnibus. Et deinde adhuc posterius dedit Iudæ panem intinctum. ut dicit Ioh. In signum huius dicit Lucas bis: & accepto calice: semel scilicet ante lotionem pedum post esum agni paschalis: & semel post institutionem sacramenti. Vnde Aug. Lucas de duplici calice mentionem facit. Primò de calice uini post paschа iudæorum. Secundò de calice sanguinis sui. His concordat beatus Hiero. in glo. super Marcum: exponens illud marci. Et biberunt ex illo omnes. Ebrietas felix: salutaris satietas, quæ quantò copiosius sumitur, tantò sobrietatem mentibus dignatur donare. Et sequitur ad propositum. Et Iudas bibit: sed non saturatur: nec sitim extinguit æterni ignis, qui indigne somit mysteria Christi. Hic macula lunæ ostenditur, quę nunquam deletur. Luna ecclesię comparatur merito: quæ a se non habet splendorẽ: sed a sole certis modis suscipit lumen. i. a Christo, qui permanet in æternum. Sunt enim quidam in ecclesia quos sacrificium nullum emundat: sed incipiens cogitatio perducit ad cul pas: qui se crudelitatis ceno miscuerunt. Sanguis enim noui testamenti, qui pro multis effunditur; non omnes emundat. Hæc hieronymus. ¶ Per hoc ad primum argumentũ sumptum ex uerbis Matth. ꝙ Christus dixit discipulis suis. Non bibam amodo &c. Respondet beatus Tho. parte. 3 q. 81. ar. 2. ꝙ Christus loquitur discipulis, a quorum collegio Iudas se seperauit, non autem Christus eum exclusit. Et ideo Christus quantum est in se: etiam cum Iuda uinum bibet in regno dei: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit. Vel potest dici: ꝙ dictio uobiscum referenda est ad discipulos non omnes ibi præsentes: sed prædestinatos, de quorum numero Iudas non fuit. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ non aliter accipiendum est dictum Lucæ: qui pro uobis effundetur, quam dictum Matthæi, & Marci qui dicunt. Qui pro multis effundetur. Vnde sanguis Christi pro omnibus effusus est, quantum ad sufficientiam: quia quantum fuit ex se sufficiens, fuit pro saluatione omnium hominum. Fuit enim effusio hæc oblatã a supposito diuino, scilicet Christo filio Dei, quod fuit suppositum infinitum, quia deus. Ideoq; accepta fuit quasi meritum sufficiens a patre pro remissione etiam infinitorum peccatorum, si essent. Est autem effusus pro multis, quantum ad efficientiam: quia pro prędestinatis, in quibus solis operatur collationẽ beatitudinis. Et secundum illud accipi debet dictum Lucæ: qui pro uobis effundetur, scilicet discipulis prædestinatis: non tamen, cum exclusione aliorũ, prædestinatorũ, de quorũ numero nõ fuit Iudas. ¶ Quod addit ꝙ iudas nõ est exceptus, sicut cũ dñs dic. Vos mũdi estis, sed non omnes. dicitur, ꝙ quia uerba Christi in uino sensu simpliciter uera fuerũt et de ipso Iuda, pro quo sanguis Xp̃i effusus est, quantũ ad sufficientiã: ideo excipi non debuit: sed hæc uerba. Vos mũdi estis. nõ conueniebant iudæ: qui tẽpore prolationis eorũ immũdissimus fuit: ió merito excepit. ¶ Ad tertiũ dr ꝙ doctrina Xp̃i intelligi debet, ubi sẽtiã canib⁹ sine scãdalo negari põt, ibi dãdũ nõ est: ubi aũt nõ dãdũ est. Nunc autem sine manifestatione criminis secreti, nõ fuisset denegatũ Christi corpus: quod oblatũ fuit cæteris omnibus. Nec ergo occultũ crimen iudę alijs reuelaretur, ipsum a cõsone non repulit:

Ioh.

Augus.

Hier.

D

Matth. Tho.

das in hoc nobis doctrinam, & exemplum ne tales occulti peccatores a communione repellantur: ne hoc facientes magis proditores, quam correctores uideamur: ut uult Innocen. de offi. mis. Hinc statutum est in ca. Si sacerdos. de offi. iudic. ordi. Si sacerdos pro certo sciat aliquem esse reum alicuius criminis: uel si confessus fuerit, & emendare noluerit: nisi iudiciario ordine quis probare possit, non debet eum arguere nominatim: sed indeterminate: sicut Christus dixit. Vnus uestrum me traditurus est. Sed & ille, cui damnum illatum est, petierit iustitiã, põt excommunicare actorẽ dãni: licet etiã ei confessus sit. Sed tñ non põt eũ nominatim remouere a cõione, licet sciat eũ esse reũ: quia nõ ut iudex scit, sed ut deus: sed debet eũ admonere, ne se ingerat: qa nec Xps Iudã a cõione amouit. Hæc Eugenius Papa. Et in.c. non prohibeat. de cõse. di. 2. Nõ prohibeat dispensator pingues terræ. i. diuites in peccatis glo. i. mensa dñi manducare; sed exactorẽ moneat timere. Concordat glo. Augustini super illu. 1. ad Cor. 5. Nos a cõione quemquam prohibere non possumus: nisi aut spõte confessũ aũt in aliquo iudicio ecclesiastico, uel seculari nominatum, uel cõuictũ. ¶ Sed circa hanc canonis particulam quærit dñs Inno. Cum minus malum sit reddi suspectum de crimine, quam cõmittere crimẽ, & de duobus malis cum urget necessitas, minus malũ eligendũ sit: cur discretus sacerdos non negat eucharistiã criminoso, quatenus minus incurrat, ut maius malum euitet. i. potius reddatur suspectus, quam manducet indigne'. Soluit dicens. Sane cũ nemo debet unum mortale committere, ne proximus aliud malum committat, eligendum est potius sacerdoti non prodere peccatorem: quam ut ille nõ peccet, sed ille potius debet eligere, ut abstinendo reddatur suspectus: quã cõicãdo manducet indignus. Vnde Aug. in li. quæstionũ super Gen. Periculosissime admittitur hæc cõpensatio, ut nos faciamus aliquid mali, ne alius grauius malũ faciat. Peccauit igitur Iudas sumendo corpus Christi de manu domini: quia se peccatorẽ agnouit. Nec in hoc casu põt quis famam suam celare: quia maius præceptum restringit ad non indigne commanducandũ: quã ad conseruationẽ propriæ famæ. Debet ergo plus se abstrahere a communione peccator cũ dispendio famæ, quã corpus dñi percipere cũ detrimento animæ. Quod quia Iudas non fecit cõicando: mortaliter peccauit. ¶ Quærit consequenter Innocen. utrũ Christus ad bonũ uel ad malũ tradidit Iudæ eucharistiã; arguit ad partes. Non uidetur quidem dedisse ad bonum: quia alias sua fuisset intentione defraudatus: contra illud prophetæ. Omnia, quæcũq; uoluit, fecit. Iudas enim non ad bonũ: sed ad malũ accepit. Sed nec ad malum dedisse uidetur: quia Christus non est autor malorum: sed ultor. ¶ Soluit. Verissime dici potest, qꝫ si illa præpositio ad, denotat intentionem uel affectum, cum dicitur: dedit ad malum: falsa est propositio. Si uero consecutionem innuat, uel effectum, uera est: quia scilicet male accepit bonum ad malum, accepit bonum, quia malum sequebatur in eo ad susceptionem boni. 4. sententiarum dist. 9. Et ex hoc docemur, dicit apostolus. Qui manducat, & bibit calicem domini indigne, iudicium sibi mãducat, & bibit: quam sit cauendum accipere male bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum. Sicut econtra apostolo malum factum est bonum: cum bene accipitur ab ipso malum: scilicet dũ stimulus sathanæ patienter portatur. Ergo & mala prosunt bonis: sicut angelus sathanæ paulo. Et sancta obsunt malis, bonis sunt ad salutem mala: malis ad iudicium bona: quia mali male accipiunt, quod bonum est. Et ex hoc patet, qꝫ Iudas Christo autore non est factus deterior: quia

Inno.

1. Cor. 5.

B

Inno.

An eucharistia dãda uel subtrahẽda sit occulto peccatori.

Augusti.

An dñs eucharistiã dedit Iudæi in bonum uel in malum.

Inno.

sibi

sibi nullum malum intulit, sed bonum, corpus scilcet suum sanctissimum porrexit: quod factum est sibi malum, quia malè sumpsit. Et sic uerificatur illud, quod de Christo scribitur. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Vnde Paulus de se, & alijs bonis Christianis dicit, q̃ alijs sumus odor mortis i mortem, alijs odor uitæ in uitam. Ita & hodie bonus prædicator in ecclesia: dum ueritatem prædicat, multos mittit ad gaudium æternum. Hos scilicet, qui eius prædicationem reuerenter suscipiunt: firmiter adhærendo his, quæ credenda proponit, & opere implendo: quæ agere mandat, suadet ex scriptura, & præcipit. Multos etiam mittit ad ignem sempiternum, qui spretis eius sermonibus in scripturæ incommutabili ueritate fundatis, se præcedentium malis moribus, & deprauatis abusionibus, quas consuetudines appellant: tuentes: sermones huiusmodi rectos, & salubres parui pendunt, & postponunt: & animarum suarum graue periculum, & iacturam. Sic igitur quemadmodum sermo idem utilis est multis, ad salutem multis occasio ad maiorem damnationem. Sic & Christi Corpus bene dispositis ipsum suscipientibus medicinalis est animæ refectio, male sumentibus iudicium est, & dãnatio ex praua sumentium uoluntate. ¶ Ad secundum dubium, quo quæsitum est, quale corpus Christus dedit discipulis: mortale an immortale: passibile, an impassibile. Venerabilis Hugo. lib. 2. de sacra. par. 3. c. 3. Ego inquit in huiusmodi quæstione, sicut in alijs professus sum, omnia secreta magis ueneranda, quam discutienda censeo. Simplicitati fidei hoc sufficere puto: si dicimus tale dedit, quale uoluit: & rursus quale dedit, ipse nouit: ideoq; tale dedit, quale uoluit: quia omnipotens erat, & potuit omne, quod uoluit. Ideo autem ipse nouit, quale dedit. quia sapientia erat, & non potuit ignorare, quod fecit. Propterea Ieuius se a quæstione absoluit. & fortasse tutius in semetipso subsistit, qui non dicit, mortale dedit: ne uideatur dicere contra sacramenti dignitatem. Nec dicit immortale dedit, ne æstimetur credere contra eam, quæ in Christo ante resurrectionẽ fuit mortalis corporis ueritatem. Propter hoc fortasse melius est, ut neutrum diffinire præsumamus: quamuis tamen credatur, q̃ alterum fuerit. Quamquam aũt hoc bene, & catholice sit dictum, non tñ quietat de præsenti materia dubietatem: nempe licet Christus dedit tale, quale uoluit: & quale uoluit, ipse nouit: nescitur tñ, quale dare uoluit: & quale se dedisse agnouit. Veruntamen quia factum tale mere contingens erat: & a solius dei beneplacito, & uoluntate dependebat: ipsum certe & ueraciter sciri nõ põt, nec plene inuestigari: sicut nec diuina uoluntas in quacũq; alia operatione, circũscripta reuelatione: quæ de præsenti materia nunquã legitur facta. Et quãuis ita sit, tñ doctores se circa illud occupãtes, omni semota temeritate, quod uerisimilius Christũ fecisse credi poterit: doctrinaliter docuerunt, non tñ omnino in eadẽ sententia cõcordantes. Vñ ipsemet Hugo declinãs ad partem unã, ait, ego (si alterũ dicẽdũ est) absq; præiudicio ueritatis, magis ad illud sensu accedo, ut corpus impassibile, & immortale, quantũ. s. pertinet ad sanctificationẽ sacri, tradidisse dicat. Et infra. Si. n. hoc potuit, ut ipse seipsum manibus gestaret, & discipulis sine corruptione sui se edendũ distribueret, & tñ ipse, qui dedit, & qui dabatur: qui portauit, & qui portabat, idẽ esset, quid mirũ est, si dicitur q̃ ipse in eo, q̃ dabat, mortalis fuit, & in eo, q̃ dabatur, immortalis fuit, & tñ ipse q mortalis dabat, & qui immortalis dabat, nõ duo, sed unus fuit ipse. Qũo. n. immortalis nõ dabat, qui inuisibiliter sumebat, & incorruptibiliter mãducabatur. Inuisibiliter sumebatur, quantum ad formam dico proprij corpo-

Luce. 2.

2. Cor. 2.

Quale corpus dñs dedit discipulis mortale, an immortale.

F Dub. 2.

ex hoc omnes. Hæc est quarta pars subdiuisionis partis quartæ principa-
lis: in quæ ostensis diuinissimæ eucharistiæ institutionis modo atq; circum
stantia, tangitur eiusdem institutionis finis, & ratio motiua: unde dici-
tur. Dedit discipulis suis. Christus namq; hoc sacramentum instituit secũ-
dum frequenter repetita, ut esset memoriale signum passionis suæ: & ut
esset remedium contra peccata quotidiana animæ. Hæc aũt conueniunt
huic sacramento plus per sui usum, quam conueniant ei secundum se. Hinc
dicit apostolus. 1. Cor. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, &
calicem bibetis: mortem domini annunciabitis. Non dicit conficitis: sed
sumitis. & Aug. in lib. sententiarum prosperi. Dum frangitur, inquit ho
stia: dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam do-
minici corporis in cruce immolatio: eiusq; sanguinis de latere effusio desi-
gnatur? Et habetur de conse. dist. 2. Dum frangitur. Item Amb. super epi
stolam ad Hebrę. & habetur eadẽ dist. In Christo. Nos per singulos dies,
hostiam offerimus ad recordationem mortis Christi. Item Aug. li. de trini.
Quia domini morte liberati sumus: huius rei memoriam in edendo,
& potãdo carnem, & sanguinem, quæ oblata sunt, significamus. Eadem
dist. Quia domini. Remissio etiam peccatorum plus fit per usum huius sa
cramenti, quam per ipsum in se. Non enim tantum prodest in pixide con-
seruatum: sicut oblatum, & sumptum in uera fide, & deuotione. unde
Aug. eadem dist. Vtrum sub figura. Quia quotidie labimur: Christus
quotidie mystice pro nobis immolatur. Ad idem paschasius cap. imme-
diate præcedente. Hinc frequenter Christus uolens exprimere fructum
huius sacramenti dixit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem
meum: habet uitam æternam. Manducatio, & potio huius sacramenti
est usus. Hinc & uolens discipulos suos Christus fructus huius sacramen
ti participes fieri: postquam corpus suum consecrauit, non sistebat in cõ
secratione. Neq; dedit discipulis, ut ipsum honorifice conseruarent: sed
dedit in sui usum dicens. Accipite, & manducate. Et quoniam per usum
manducatio transit, & consumitur: dedit eis, quotiens uellent consecran
di potestatem, dum addit. Hoc facite in meam commemorationem: ut
ita nunquam fructu (usum sacramenti cõsequente) priuarentur propter sa
cramenti carentiam, & defectum. Ex his satis patet: q̃ consecratio ad usum
qui est eius manducatio, tanquam ad finem quodammodo proximum or-
dinatur: quia Christus postquam accepit panem, benedixit, dedit disci-
pulis suis, ut manducarent. ¶ Dedit autem discipulis suis, qui secum in ul-
tima cæna agnum paschalem, qui figura fuit huius sacramenti, comede-
runt: ut sicut cum ipsis finem dedit sacrificijs legalibus, ac cærimonijs iu-
dæorum: ita cum ipsis inchoaret sacrificium nouum usq; in finem mundi
duraturum. ¶ Dedit discipulis suis, ad instruendum: q̃ nemo hoc sacra-
mentum digne percipit, nisi ipsius fuerit discipulus. Sunt autem Chri-
sti ueri discipuli, qui quod summus ueritatis magister de hoc altissimo sa-
cramento credendum proposuit, fide certissima firmiter amplexantur. Pro
pterea non fuerunt ueri discipuli, qui audita Christi doctrina de hoc sacra
cramento: abierunt retrorsum dicentes. Quomodo potest hic nobis da-
re carnem suam ad manducandum? Durus est hic sermo. Quis potest
eum audire? Iohannis 6. Discipuli Christi sunt, qui præceptis eius studio-
sẽ obtemperant: secundum q̃ dixit Io. 15. Vos amici mei estis: si fece-
ritis, quæ ego præcipio uobis. Propterea non fuerunt ueri discipuli Chri-
sti, quibus imprecans dixit. Vos irritum fecistis mandatum dei propter
traditionem uestram. Mat. 15. Discipuli Christi sunt qui ualde in frater-

Finis institutionis & ratio. Conc. Trid. cap. 2. sess. 13.

1. Cor. 11.

Ioh. 6.

Ioh. 15.

Mat. 15.

na soli

na solidantur charitate. De quo Ioh. 13. In hoc cognoscent omnes, ꝙ discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc quidem dilectio discernit discipulos: ac filios dei a discipulis diaboli: ut Bern. ait. Quam si habuerimus, profecto ait, cognoscent omnes pusilli, & magni, ꝙ ueri sumus discipuli Christi. Qui enim dilectionem, & charitatem nō habent: quomodo essent eius discipuli, qui præceptum dedit charitatis? Propterea non fuit uerus Christi discipulus seruus ille nequam, qui conseruo suo debitum dimittere recusauit. Mar. 18. ¶ Sequitur. Accipite, & manducate. Accipite cum benuolentia: & non rapite cum uiolentia: quia quod uobis porrigitur, panis est filiorum, qui sumendus est de manibus donantis cum amore, & dilectione. Non rapiendus ui, & uiolentia extorsione: ne forte magis rapinam committeret, quis dum rapit alienum: quam acciperet reuerenter, quod gratuito, & liberaliter ministrat dominus omnium. Rapiunt autem uiolenter, qui prohibiti, aut indigni, & uelut canes immundi panem hunc filiorum canibus non mittendum, accipiunt, aut tollunt: magis nolentes hac sumptione peccata, quæ dimittere nolunt, palliare: quam per humilem suæ indignitatis recognitionem ad tempus abstinere, donec a peccatis mundati: possunt purgata conscientia salubriter manducare: accipientes hunc panem de manu donantis humiliter, & deuotè. Quomodo enim discipuli Christi ausi fuissent manducare dominum suum, & magistrum: nisi ad eos ad manducandum quasi amicos, & filios suos inuitasset, dicens. Accipite, & manducate. Et iterum. Qui manducat me: & ipse uiuet, propter me. Accipite, ait dominus: Non est intelligendum dicit Inno. ꝙ sumptum corpus de manu domini sibi inuicem discipuli ministrarent: sed qui consecrauit, idem & ministrauit, dicens. Accipite: scilicet de manu mea: & manducate, quod uobis offerat. Accipite cum deuotione. Manducate cum ueneratione, uel accipite per fidem: manducate per charitatem. Vel accipite in officium: manducate ut animæ alimentū. Vel accipite sacramentaliter: manducate spiritualiter: duplicem huius sacramenti comestionem secundum Inno. significans. Dupliciter siquidem corpus Christi comeditur: quia dupliciter intelligitur. Verum scilicet, quod de uirgine traxit Christus, & in cruce pependit. Et mysticum, quod est ecclesia Christi ipsa uegetata. De uero corpore dominus ait. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur &c. De mystico dicit apostolus. Vnum corpus, & unus panis multi sumus. Corpus Christi uerum comeditur sacramentaliter. i. sub specie panis. Corpus Christi mysticum comeditur spiritualiter in fide cordis. De comestione sacramentali ait dominus. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. De comestione spirituali dicit. Nisi mandu. carnem filij hominis, & bi. eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Hæc Inno. ¶ Neq; tamen ex hoc negandum est corpus Christi uerum spiritualiter manducari. quia sicut manducatur corpus Christi mysticum per hoc, ꝙ aliquis assumitur in societatem fidelium: aut firmius in ipsa solidatur: ita manducatur corpus Christi uerum spiritualiter: cum quis membrum Christi efficitur, & Christo incorporatur: ipsiq; fortius per fidem, & dilectionem coniungitur. Vnde dicit Hugo. lib. 2. parte 8. c. 5. Deniq; carnes agni comedimus: quando in sacramento uerum corpus sumendo per fidē & dilectionem Christo incorporamur. Alibi quod manducatur, incorporatur: quando autem caro Christi manducatur: non quod manducatur: sed qui manducat, ei, quem manducat, incorporatur. Idcirco uoluit Christus a nobis manducari: ut nos sibi incorporaret: quod non intelli-

Quomodo panis Christi sacratus sit accipiendus.

Ioh. 13.

Bern.

Matt. 18. G

Inno.

gitur

gitur nisi de spirituali manducatione: quia in sacramentali tantum non fit hæc incorporatio: non tamen spiritualis excludit semper sacramentalem. ¶ Pro cuius intellectu notandum, q manducatio corporis Christi dupliciter intelligitur spiritualis. Vno modo ex parte modi. Alio modo ex parte effectus. Ex parte modi quidem: quia est manducatio corporis Christi: non sub propria specie carnis, & lineamentis corporalibus humano corpori conuenientibus: sed sub specie aliena, sub qua latet: & ut sic, non subijcitur alicui corporalium sensuum. Sub qua specie habet quodammodo modum existendi spiritus: quia ibi est modo inuisibili, & insensibili. Hæc manducatio spiritualis uere est manducatio sacramentalis: & opponitur manducationi corporali, seu carnali. De qua intelligebant iudæi: & quidam discipuli, cum Christus faciens sermonem corá apostolis, & quibusdam alijs dixit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: dicentes. Durus est hic sermo: quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, & abierunt retro propter duritiam sermonis eius. Intellexerunt quidam carnem suam manducandam, quomodo in cadauere uenditur: aut in macello petiatur, ac dentibus laniatur: & ideo fuerunt scandalizati. Vnde Christus agnoscens, q inter se murmurabant, dixit. Hoc uos scandalizat, q scilicet dixi carnem meam a uobis manducandam. Sed cum uideritis filium hominis ascendentem, ubi prius erat, in diuinitate scilicet: tunc uidebitis: quia non eo modo, quo putatis, corpus meum erogabo uobis, ut morsibus consumatur: quia cum ipso corpore integro utiq; ascensurus sum in cœlum. Sic exponit beatus Augustinus. Recedentibus autem illis a Christo, duodecim manentibus, apostolos instruxit de eo, quod dixerat. Spiritus, inquit; est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Verba, quæ ego locutus sum uobis, spiritus, & uita sunt. Caro non prodest quicquam: quomodo scilicet, illi intellexerunt carnales discipuli carnem Christi carnaliter manducandam. Spiritus est, qui uiuificat. i. caro mea. spiritualiter sumpta uiuificat. Verba, quæ locutus sum ad uos de carne meá manducanda, spiritus & uita sunt. i. spiritualem habent intellectum: secundum quem caro mea uitam præstat, scilicet sumpta spiritualiter sub sacramento. unde Aug. in expositione. 4. ps. & habetur de conse. dist. 2. Prima quidem. Intellexistis spiritualiter, spiritus, & uita sunt, scilicet uerba, qui locutus sum uobis. Intellexistis carnaliter, etiam sic illa spiritus, & uita sunt: sed tibi non sunt spiritus, & uita, qui spiritualiter non intelligis. spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: & bibituri illũ sanguinem; quem effusuri sunt, qui me crucifigent: id est non eadem specie, & repræsentatione, in qua uidistis: manducaturi estis carnem meã, sed in sacramento. Vnde sequitur. Sacramentum aliquod commendaui uobis, spiritualiter intellectum uiuificabit uos: caro autem non prodest quicquam. Sed quomodo illi intellexerunt, sic respondetur. Carnẽ quippe sic intellexerunt, sicut in cadauere uenditur &c. ut supra. Per quæ uerba non intendit beatus Augustinus excludere ueritatem corporis Christi in sacramento eucharistiæ, sed ostendere uolebat: q corpus illud non erat manducandum uisibiliter in specie humana, in qua a iudæis uidebatur: ita ut per partes sicut animalium cæterorum carnes discerperetur. Erant tamen idem corpus manducaturi sub specie panis inuisibiliter occultatum. Sit hoc est, quod idem subdidit. Sacramentum aliquod uobis commendaui: spiritualiter intellectum uiuificabit uos: non uolens, q

Manducatio corporis Xpi spualis multipliciter intelligitur.

Augustin.

Augustin.

cor-

corpus Christi sit tantũ spiritualiter, & mystice sub sacramento manducandum: sed spiritualiter. i. inuisibiliter per uirtutem spiritus, per quẽ & uiuificat. ¶ Ecce hæc sit mens beati Aug. patet per eundem in epistola ad hyreneũ ubi dicit: & habetur de cõse. dist. 2. c. non hoc. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: & bibituri illũ sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Ipsum quidem, & non ipsum: ipsum inuisibiliter, & nõ ipsum uisibiliter: quia ipsum sub specie panis, & uini uisibili, non uisibiliter in propria specie corporis sui. Vnde idem in lib. sententiarũ prosperi. Caro eius est quam forma panis operta in sacramẽto accipimus. Et sanguis eius, quem sub uini specie potamus. & habetur eadem dist. Hoc est. Ad idem facit, quod dicit Aug. in ca. Vtrum sub figura. eadem dist. Et nota ibi glo. reducente modos loquendi improprios ad sermonis proprietatem. Et quoniam corpus Christi sub panis uelamine uerè contentũ non apparet corporaliter in propria specie: idcirco potest dici quoddam spirituale. Et secundum hoc dicit Ambro. in lib. de mysterijs. & habetur de conse. dist. 2. c. in illo In illo sacramento Christus est: quia corpus est Christi: non ergo corporalis esca: sed spiritualis. Et sequitur. Corpus enim dei est corpus spirituale: corpus Christi corpus diuini spiritus est: ¶ Concordat beatus Hiero. super epistolam ad Ephe. Dupliciter, inquit, caro Christi, & sanguis intelligitur. Vel illa spiritualis, & diuina, de qua ipse ait. Caro mea uerè est cibus: & sanguis meus uerè est potus. Et nisi mandu. carnem meam: & bibe. meum sanguinem, non habebitis uitam æternam. Vel caro mea, quæ crucifixa est: & sanguis, qui militis effusus est lancea. Et habetur eadem dist. Dupliciter. Per hoc quod dicitur caro illa diuina & spiritualis, non distrahitur a ueritate carnis realis: quasi ex hoc q̃ dicitur spiritualiter ibi esse: non sit ibi uerè, & realiter: quia eadem ipsa secundũ substantiam, & realitatem, qua tracta est a uirgine et passa est in cruce ibidem continetur: unde Aug. Voluit dominus in mysterio. glo. i. in sacramẽto uerè carnem suam, & sanguinẽ suum consecrationes. sacerdotaliter creari. i. transsubstãtiari, ut sicut de uirgine p̃ spiritũ sanctũ uera caro sine coitu creatur: ita per eundẽ ex substantia panis, & uini mystice idem corpus Christi consecretur. Corpus Xp̃i, ueritas est, & figura. Veritas, dũ corpus Xp̃i, & sanguis uirtute spũs sancti in uirtute ipsius ex panis, & uini substantia efficitur. Figura uerò illud, quod exterius sentitur. Ecce spẽm, quæ sentitur, noiat corpus Xp̃i. Item Amb. in ca. Omnia. de cõs. dist. 2. ait. Licet figura panis, & uini uideatur, nihil tñ aliud, quã caro Xp̃i & sanguis post consecrationẽ credendũ est. Vñ ipsa ueritas ait ad discipulos. Hæc inquit, caro mea est pro mundi uita. Et ut mirabilius loquar: non alia plane, quã quæ nata est de uirgine: & passa in cruce: & resurrexit de sepulchro: hæc inquã, ipsa est: & ideo Xp̃i caro est, quę pro mundi uita adhuc hodie offertur. & cum digne accipitur, utiq; uitam ęternã in nobis operatur. Panẽ quidẽ istũ, quẽ sumimus in mysterio: illũ utiq; intelligo panẽ, qui manu spũs sancti formatus est in utero uirginis: & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis. n. angelorũ factus est hominũ cibus. uñ ipse ait (Ioh. 6.) Ego sum panis uiuus, qui de cælo descẽdi. Et itẽ. Panis, quẽ ego dabo, caro mea est p̃ mũdi uita. Ex his nãq; duabus sentẽtijs aperte datur intelligi: quia panis est, & ille nõ duo, sed unus panis: & caro una proculdubio unũ corpus efficitur (iste in prima auctoritate: & ille in secuuda designatus ut glo.) illud uerè istud sane, quod sumptũ est de uirgine: quod passum est, & sepultũ: quod resurrexit, & in cælum ascendit: & sedet ad dexteram dei patris: & quod est uenturũ iudicare uiuos, & mortuos. Hęc ibi. ¶ Ex omnibus his

Augus. I

Augus.

Ambro.

Hiero.

Augus.

Ambr.

Ioh. 6.

infero

infero primum membrum tactę distinctionis: q manducatio corporis Christi ueri sub sacramento altaris potest dici spiritualis, & diuina, & q non manducatur corporaliter, quomodo iudæi ipsum manducandum intellexerunt. Quod patet ex eorum responsione. Datus est hic sermo, & quomodo potest hic nobis dare corpus suum ad manducandum? ¶ Est igitur hæc manducatio spiritualis, i. non corporalis, uel carnalis: sed non est spiritualis, i. refectiua spiritus. Et hoc regulariter: quia ipsa communi nomine uocatur a doc. manducatio sacramentalis, cui accidit, ut mãducãs, spũaliter reficiatur: quia cõmunis esse potest bonis, & malis. Nisi enim & malli hoc modo manducarent: quomodo dixisset apostolus? Qui manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat, & bibit. Quomodo prætera dixisset Aug. Qui indigne accipit sacramentum: acquirit magnum tormentum? in ser. de uerbis euã. & habetur de conse. dist. 2. Quid est. Et idem. Qui discordat a Christo: nec manducat carnem eius, nec bibit sanguinẽ eius, scilicet spiritualiter quo ad effectum, & si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ perditionis quotidie accipiat. Et in ca. Sicut Iudas. eadem dist. Aug. Quisquis indigne sumit corpus Christi, non efficit, ut quia malus est, malum sit, scilicet quod accipit: aut quia non ad salutem accipit: nihil accipit. Corpus enim, & sanguis domini nihilominus erat in illis, quibus dicebat apostolus. Qui manducat indigne: iudicium sibi & manducat, & bibit. Nisi etiam sic manducarent: quomodo dixisset apostolus. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et Christus. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum habet uitam æternam. Quomodo prætera dixisset Aug. 4. de trin. Corpus, & sanguinem Christi mystica prece consecratum recte sumimus ad salutem spiritualem in memoriam dominicæ passionis. in. c. Corpus. 2. dist. sæpe allegata. ¶ Secundo modo potest intelligi manducatio spiritualis ex parte effectus: quia scilicet ad ipsam sequitur refectio spiritualis, ipsius uidelicet animæ soliditas, & robur in uita spirituali. Et secundum hoc manducare spiritualiter extenso uocabulo nihil aliud est, quam credere Christum, & ipsum amare: uel credere in ipsum per fidem formatã, quæ scilicet, per dilectionem operatur. unde Aug. super Io. Credere in Christum Iesum. hoc est manducare panem uiuum, qui credit, manducat, inuisibiliter saginatur, quia inuisibiliter renascitur. Idem in lib. de remiss. pœnitentiæ. Vt quid paras uentrem, & dentem? crede, & manducasti. Et tam large loquitur Aug. de spirituali manducatione: ut eam extendat ad patres ueteris testamenti, qui institutionem huius sacrosancti sacramenti longe præcesserunt: & ad paruulos baptizatos, ante sacramentalem huius sacramenti perceptionem uita functos. Vnde super illud apostoli. 1. Corinth. 10. Patres nostri eandem escam spiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt &c. dicit: & ponitur de munera. dist. 2. Inquit. Inquit apostolus: omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Spiritualem itaque eandem. Nam corporalẽ aliã, quia illi manna manducauerunt: nos aliud, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, aliud illi, aliud nos: sed specie uisibili: quod tamen idem est uirtute spirituali. Sed quæ illa esca eadem spiritualis: & quis potus idem nisi caro, & sanguis Christi? mediator dei, & hominum: qui erat cibus, & sacietas angelorum secundum diuinitatem factus est cibus, & potus uiatorum secundum humanitatem. Non solum illorum, qui post aduentum suum in carnem in ipsum crediderunt: sed etiam præcedẽtium, qui illud futurum, quod nos præteritum non dubitamus, crediderunt.

Multiplici ratione dicitur spiritualis.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

Aug.

1. Cor. 10.

sunt. Illi siquidem ueteris testamenti patres carnem Christi spiritualiter manducauerunt: quando explicite uel implicite crediderunt filium dei carnem humanam de nostra mortalitate assumpturum, eandemq; daturū in cibum sub eucharistiæ sacramento. Sic igitur eandem escam comederunt sub manna, quam & nos sub hostia: non q̄ sub manna uerum corpus Christi contineretur, sicut sub hostia: sed quia manna figura fuit corporis Christi sub hostia: quod ipsi manducando manna spiritualiter intellexerunt. Idem igitur spirituali uirtute fuit: quod ipsi manducauerunt: & quod nos manducamus: quia corpus Christi per manna designari fide crediderunt: & nos fide affirmamus idipsum sub hostia contineri. Similiter modo eundem potum nobiscum biberunt, Christi scilicet sanguinem, cum biberunt aquam de petra per quam effusionem sanguinis Christi delatere intellexerunt significari. Per quam & futuram Christi passionem crediderunt: & per eam sperauerunt a morte perpetua liberari: quod & nos firmiter credimus, & speramus. Patet igitur ex uerbis beati Augu. patres ue. tel corpus Christi spiritualiter manducasse, non aliter quam per fidem, & dilectionem. ¶ De pueris etiam q̄ spiritualiter manducant corpus Christi in susceptione baptismatis: patet per eundem super illud apostoli. Vnus panis, & unum corpus multi sumus in sermone de infantibus, & habetur de conse. dist. 2. Quia passus. Nulli, inquit, aliquatenus est dubitandum unumquemq; fidelium corporis, & sanguinis dominici eunte esse participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi: nec alienari panis, sanguinisq; illius consortio: etiam si antequam panem illum comedat: calicemq; bibat: de hoc seculo migrauerit in unitate corporis Christi constituetus. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur: quoniam in se hoc, quod illud sacramentū significat, inuenitur. Quid autem hoc sacramentum significet in eodem cap. explanat dicens. Hæretici quando accipiunt hoc sacramentum: testimonium contra se accipiunt: quia illi querunt diuisionem, cum panis ille significet unitatem. Et post pauca. Ita dominus noster Iesus Christus nos significauit: nos ad se pertinere uoluit: ut mysterium pacis, & unitatis nostræ in mensa consecrauit, in mensa, scilicet ultimę cænæ. Significat igitur secundum mentem Aug. hoc sacramentum unitatem nostram, seu corporis Christi mystici, quæ est per fidem, & charitatem. Quod expresse declarat in quadam home. & habetur eadem distin. Hoc sacramentum. ubi dicit. Hoc est sacramentum pietatis, & est signum unitatis, uinculum charitatis: qui uult uiuere, accedat, & credat, & incorporet. Hūc cibum, & potum societatem uult intelligi corporis, & membrorum suorum quod est ecclesia in prædestinatis. Societas autem, & unitas in prædestinatis ex nullis ita attenditur in præsenti uita: quantum ex fide, & charitate. quia hic effectus quidam sunt, & media quibus beatitudinem, ad quam prædestinantur homines: consequuntur. Sicut ergo quia paruuli in baptismo fidem, & charitatem suscipiunt: societatem intrant ecclesiæ: & membra corporis Christi mystici efficiuntur: & ita Christo uniuntur, & incorporantur: ipsiq; spiritualiter adhærent. Per consequens Christum spiritualiter manducare dicuntur: quia in ipsis est unitas, & societas cum cæteris Christi membris, quæ per hoc sacramentum: ut dictum est, significantur. Quod confirmat idem ad Bonifacium scribens. Nec cogitetis, inquit, uitam habere non posse paruulos, qui sunt expertes corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, dicente, domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. de conse. dist. 4. In ecclesia. ubi glo. super uerbo cogitetis,

Mand ocare Xpm spiritualiter, ut ēr cōuenit par uulis, quid sit.

Augu.

M Conc. Trid sess. 21. c. 4

Augu.

cetis, quasi dicat, non dubitetis: immo certi sitis, q̃ uitam habere non possunt paruuli: si sint expertes corporis Christi. Corporis glo. i. unitatis ecclesiæ, quam illa significat. Ideo sequitur statim ca. seq. Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemq; fidelem corporis, & sanguinis Christi participem fieri: quando in baptismate membrum Christi corporis efficitur, &c. ut supra allegatum est. Ex quibus satis patet: q̃ paruuli bapti
Augus. zati secundum Augu. in hoc corpus Christi, & sanguinem spiritualiter percipiunt: quia scilicet in Christum credunt, & ipsum diligunt; sibiq; uniũtur, & incorporantur saltem per habitus fidei, & charitatis receptos in baptismate: licet non actualiter. Et hoc est: quod dictum est in principio illius membri distinctionis præmissæ, q̃ manducare Christum spiritualiter, est in Christum credere actu, uel habitu: & sibi per hoc, ut capi
Per mandu cationẽ spi ritualẽ intẽ lexit Xps i uerbis. Ni mand. car meam.
Ioh. 6. ti tanquam membrum incorporari. ¶ De hac manducatione spirituali dicunt communiter doctores intelligi debere uerbum Christi scriptum Ioh. 6. Nisi mandu. car. meam &c. Et hoc ex uerbis euangelij præmissis huic uerbo, & sequentibus ipsum concludunt. Vnde Christus his, qui saturati erant ex quinq; panibus, & duobus piscibus: non tamen in eum credentibus: sed signum, ut crederent, petentibus dixit. Amen amen dico uobis: quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini cibum, qui non perit: id est operam date, ut habere possitis cibum spiritualem, qui non perit ut cibus corporalis sumptus ad hoc, ut nutriat: sed qui permanet in uitam eternam: quẽ filius dabit uobis. Illis autem petentibus semper hunc panem dari eis declarat Christus, quis est ille panis, ostendens cum hoc modum, quomodo debeat manducari dicens. Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Per quod exprimitur modus, quo hoc pane uti debet: qui uult ut non esuriat, nec sitiat: qui est ire in Christum: & credere in Christum: quæ duo idem sunt: quia non corpore: sed
Augus. mente per fidem charitate formatam itur in Christum. Vnde beatus Aug. de uerbis domini. Credere in deum est credendo deum amare: credendo in eum ire: credendo ei adhærere: & ei ut membrum incorporari. ¶ Ex quibus patet: q̃ idem est in Christum credere, & in Christum ire: & qui credit in Christum incorporatur Christo: & fit membrum eius: & per hoc manducat Christum, & panem uitæ, quem qui edit, non esuriet: sed habebit uitam æternam. Murmurantibus autem iudæis, quia Christus se dixit panem uitæ: repetit, quod præmisit dicens. Amen, amen dico uobis: qui credit in me, habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ. Et post pauca. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in æternum. Per quod apparet idem esse credere, & manducare, Christo met sic exponente. Manifestum est enim, q̃ ad non esurire, & sitire peruenitur per manducare, & bibere. ad quod. s. non esurire, & sitire etiam peruenitur per uenire ad Christum, & credere in Christum, ipso dicente. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. ¶ Quod autem manducare hunc panem, sit idem, quod manducare carnem eius, declarat mox subiungẽs. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et litigantibus iudæis, & dicentibus. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, respondit Christus confirmans, quod dixit. Amen amẽ dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & cætera, quæ sequuntur. Ex quibus Christi uerbis, uidetur, q̃ manducare carnem filij hominis, & manducare panem, qui de cælo descendit, idem sunt, quod credere in Christũ,

quia

quia qui credit in Christum, non esuriet, qui credit in Christum, habet uitam æternam: sicut manducans panem, quem Christus promisit, non esuriet: & habet uitam æternam. ¶ Et est singulariter attendendū, ꝙ quotiens Christus loquitur de pane, siue de carne sua manducanda: semper addit, uel promittit uitam æternam: unde quotiens Ioh. 6. loquitur de pane: totiens de uita facit mentionem, quæ utiq; non semper sequitur māducationē sacramentalē: cum ipsa quandoq; fiat ad iudicium & damnationem, secundum apostolū. Videtur igitur loqui de spūali: quā uita æterna cōsequitur iuxta doctrinā Christi. ¶ Præfatā sententiā super cæteros doc. explanat beatus Aug. super Ioh. ubi multa de hac materia ponit, exponens uerba Christi: ubi inter cætera loquens de manducatione corporis Christi, ita dicit. Deniq; iam exponit, quomodo id fiat, quod loquitur: & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hoc est manducare illam escam: & bibere illum potum, in Christo manere: & illum manentem in se habere. Et per hoc, qui non manet in Christo: & in quo Christus non manet: proculdubio nec manducat eius carnem: nec bibit eius sanguinem: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit. Hæc Aug. ¶ Idem in Homelia sequenti expresse declarat dicens. Eposuit autem Christus modum attributionis huius doni sui, quomodo daret carnem suam ad manducandum dicens. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Signum: quia manducauit, & bibit, hoc est, si manet, & manetur, si habitat, & habitatur, si erit, & non deseratur. Hæc ille. Ecce causam, propter quam qui manducat, habet uitam æternam: quia uidelicet ipse manet in Christo uelut membrum Christi: & Christus in eo tamquam caput uiuificans ipsum. Manet autem, & habitat Christus in nobis per fidem, dicente apostolo. Inhabitare Christum per fidem in cordibus uestris. ad Ephe. 3. Manet etiam in nobis, & nos in eo per charitatem: teste Iohanne. Deus charitas est: & qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo 1. Io. 4. Ideo autem uiuit ille in quo est Christus quia ipse est uita. Dicit enim de seipso Ioh. 4. Ego sum uia, ueritas, & uita. & Deu. 30. dicitur deo eo. Illi autem adhereas: ipse enim est uita tua. Ideo quilibet tunc spiritualiter uiuit: cum Christus per fidem, & charitatem manet in ipso: quia iustus ex fide uiuit. Abachuc. 2 Gal 4. Tunc igitur manducat illum cibum, sine quo non habetur uita, carnem s. Xpi: de qua ipse dixit Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē: non habebitis uitā in uobis. De hac materia infra plus dicetur lec. 84. & 88. cum tractabitur, utrum manducatio sub utraq; specie sit necessaria ad salutem. ¶ Sequitur. Ex hoc oēs. Illa particula a nullo euangelistarum reperitur addita præmisso particulæ. s. accipite, & comedite; sed eam mox sequitur. Accipiens calicē gratias egit, & dedit discipulis suis, dicens. Bibite ex hoc omnes ut refert Matth. Creditur autem ad hunc apposita locum per apostolos in principio nascentis ecclesiæ: a quibus ad sanctos patres deriuata, deuenit in usum ecclesiæ usq; in hodiernū diem. Apostoli uerō eam credunt a Christo audiuisse in cœna: dum consecrato pane porrexit, & dixit. Accipite, & manducate ex hoc oēs. Quod aūt hęc uerba Xpi uerba sint: testatur Ambr. li. de sacra. & ponitur de cōsecr. dist. 2. panis in altari. ita dicens. Dicisti: quia accipis corpus Christi. Vis scire, quia uerbis cælestibus consecratur, accipe, quæ sunt uerba, quæ dicit sacerdos. Fac nobis, inquit, hanc hostiā sanctā rōnabilē &c. Inde omnia illa

Quoties Xps loquitur de manducāda carne sua, sēper. — O

Ioh. 6.

Auguſt.

Auguſt.

Ephe. 3. Ioh.

1. Io. 4. Ioh: 14.

Deut. 30.

Abachuc. 2. Gal. 4.

Ex hoc oēs: hęc uerba ab apostolis addita. — P

Matth.

Ambro.

euangelistæ sunt: Accepit panem gratias egit, fregit, &c. usq; ad Accipite siue corpus, siue sanguinem. Inde uerba Christi sunt. Accipite, & bibite ex hoc omnes. Et post pauca. Deinde audi dicentem; accipite, & comedite ex hoc omnes. Non est autē uerisimile a quoq; hæc uerba addita ad uerba euangelistarum, præterquam ab apostolis, qui consecrationi Christi interfuerūt. De hoc satis supra dictum est in principio huius lectionis: ubi tactum est, q̄ non solum ea, quę ab euangelistis accepimus de Xp̄o, certa fide teneamus: sed etiam ea, quæ apostolica traditione in usum uenere ecclesiæ: ut habetur dist. 11. Ecclesiarū. Sic. n. tanquam fidei articulū tenemus: q̄ Christus descendit ad inferna: q̄ in symbolo apostolorū ponit: quod in nullo euangelistarū reperitur. Nec solum ea obseruamus, qui per apostolos ad nos per scriptā descenderunt: sed etiam ea, quæ ecclesia ab ipsis accepit, & in consuetudinem duxit: ut dicit Aug. in ca. allegato a Dam. 4. li. sententiarum suarum: cuiusmodi sunt multa, quæ in dispensatione sacramentorū obseruamus: ut q̄ ter immergimus baptizando: & similia. ¶ Et nota: q̄ pronomen, hoc, cū dicit Christus: accipite, & comedite ex hoc omnes: non demonstrat aliquod fragmentorū: cum singulis singula fragmenta distribuit: nā per se fregit panem in partes iuxta numerum discipulorum: quibus singulis de manu propria, singulas porrexit particulas. Et licet non uideatur necessarium fuisse, ut eos singulos præmonere; quatenus manducarent ex hoc omnes: sicut dum eis porrexit calicem: a quia dū traxat semel consecrauit calicem: & ideo nisi unusquisq; partem uini consecrati reseruasset sequenti discipulo: non potuissent omnes ex eo bibisse: ideo præmonitos eos esse oportebat: ut quilibet sequenti discipulo parte reseruaret, quod factum uidetur per uerbum Christi dicentis. Diuidite inter uos (ut Lucas refert) & bibite ex eo omnes: ut cæteri dicunt euangelistæ: tñ sub particularum specie, corpus suum tradens dixit, comedite ex hoc omnes: ipsos ad sacramenti huius cōmunionē inuitando: quod est sacramētū amoris, ex charitate maxima instituturus: a quo neminem quantum in se est, secernere uoluit: licet peccatores propter peccatum, quod a deo separat: accedere prohibeantur. Neq; per hanc præpositionem ex, cum dixit: ex hoc oēs diuisionē innuit sui corporis per partes discerpendi. Longe. i. ab intentione Christi. ¶ Sed hoc notandū, q̄ in scriptura sæpe agi uidetur de uno: cū tamen agitur de diuersis: ut in proposito, cum dicitur. Accepit panē benedixit, fregit, dedit discipulis suis. Hic de uno. s. de pane uidetur fieri locutio: cū tñ fiat de diuersis, benedixit quidē panē: sed fregit: nō panē: sed panis formā, siue spēm: & dedit naturale corpus suū. Nō omnino dissimiliter dixit: secundū Inno. Manducate ex hoc oēs. Pronomen hoc, ut dictum est: demonstrat integrum corpus Christi: & ex præpositio, innuit formam diuersam, ut sit sensus. Comedite corpus integrum sub diuersa tamen, & distincta specie panis: & sic species panis diuiditur: & corpus integrum manducatur. Et secundū hoc dicit beatus Aug. unusquisq; accipit partem suam. Per partes manducatur Christus: & manet integer totus (de consec. dist. 2. Qui manducant.) ut referatur partialitas, & diuisio ad sacramentum, hoc est ad species continentes, totalitas uerò, ac integritas ad contentū. Dixit igitur dominus. Comedite ex hoc omnes: ex hoc. s. corpore, de quo dixit: hoc est corpus meū. Comedite non faciendo partes ex corpore: sed quia feci uobis partes de pane: sub quibus omnibus corpus meum continetur, quod offero uestrum cuilibet manducādū. Et ita (ex) quod præponitur pronomini (hoc) quod corpus Christi demonstrat, notat diuisionē: nō in corpore: sed in corporis sacramēto. Fue-

Augus. Dam. 4.

Pronomen Hoc, quid fi gnificet.

Inno.

Augus.

runt

runt enim hæc uerba prolata a Christo: postquam panem consecrauit: sicut & post consecrationem discipulis suis dedit. Nam & fregit, postquam consecrauit secundum opinionem magis communem supra positam, ut patuit ex præmissis. Nec periculum fuit decidentium particularum ex fractione, quoniam ita solitus erat Christus frangere manibus, sicut alius cultro scindere. Propter quod nouerunt eum discipuli in Emaus post re- Luc. ult.
surrectionem in fractione panis.

DE ASSISTENTIBVS, ET SVMENTIBVS corpus Christi in cæna ultima.

LECTIO XXXVII.

CIRCA hunc textum tria mouentur dubia. Primum A
utrum Iudas fuerit unus ex omnibus Christi corpus sacramentaliter sumentibus. Secundum: quale corpus dedit dominus discipulis mortale, an immortale. Tertium an Christus in cæna sumpserit corpus, & sanguinem suum cum discipulis. ¶ Dubium primum oritur Dub. 1.
ex textibus euangelistarum. Videtur enim ex quodã passu Iudam iam exisse conuiuium Christi, & discipulorum: priusquam Christus corpus suum sumendum discipulis tradidit, & calicem ad potandum. Nam ut refert Mat. Christus bibentibus calicem, statim dixit. Dico autem uobis, ꝙ non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illũ, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Vobiscum uidetur demonstrare assumendos ad regnum patris. Et quia hæc uerba ad omnes tunc ꝓsentes loquebaꝫ, tũc præsentes assumendi fuerãt ad regnũ patris, & in eo cũ Christo bibituri. Et ex hoc uidetur sequi: ꝙ Iudas ꝓsens non fuerit, qui ad regnũ assumendus non erat: & ita corpus Christi non accepit. ¶ Ex alio passu uidetur interfuisse conuiuio, dum Christus suis discipulis tradidit suũ corpus ad manducãdũ. Nã secũdũ Lucã Christus tradẽs calicẽ dixit. Hic calix noui testamẽti est in meo sanguine, qui pro uobis sundetur. Veruntamen ecce manus tradẽtis me: mecũ est in mensa. Ex quo sequitur ꝙ Iudas, qui dñm tradidit, fuit secum in mensa. Quotquot aũt fuerũt in cõuiuio, eucharistiam acceperũt teste Marco, biberunt ex eo omnes, ergo & Iudas bibit, & per consequẽs prius manducauit: quã post corporis sumptionẽ tradidit calicẽ. ¶ Præterea Iudas cũ accepit panis buccellã exi- Ioh. 13
uit cõtinuõ: & erat nox: ut dicit Ioh. 13. ca. Christus autem post alios cibos tradidit eucharistiã, postquã. s. cænauit: ut dicit Lucas. Accepit inquiens calicẽ, postquã cenauit, dicens. Hic est calix &c. Videtur ergo, ꝙ prius exierit: quã Christus traderet eucharistiam. Irẽ Christus tradẽs calicẽ, & dicẽs: Hic est calix noui testamenti in meo sanguine, qui pro uobis fundetur. nullũ prælentũ excepit. Multos aũt excepit, cũ dixit apostolis. Beati eritis, si hæc scitis, & feceritis statim excipiendo adiecit. Non de omnibus dico. Ego scio, quos elegerim. Et iterum. Vos mundi estis, sed non oẽs. Ibidẽ. Igitur uidetur: ꝙ ad omnes bibentes calicem, sanguinis effusio habuerit efficaciam quo ad uitę ęternæ consecutionẽ. Cũ aũt Iudas beatitudinẽ consecutus non est: sequitur, ꝙ non fuit unus ex his, quibus Christus dixit uerba præmissa. Hic ex calix noui testa. &c. ¶ Præterea Christus docuit sanctum non esse dandum canibus: ideo non uidetur, quòd

Vtrũ Iudas fuit unus ex sumẽtibus, sacramentũ corpis Christi.

suum sacratissimum corpus dederit Iudæ proditori: maximè, quia iudas accipiendo mortaliter peccasset, cuius, ut uidetur, Christus, occasio fuisset porrigendo: contra illud beati Aug. q. 21. li. 83. q. Deo autore nemo fit deterior. ¶ Ad hoc dubium respondet dominus Inno. Tenendum forte est in illo casu sine aliorum præiudicio, quod Ioh. insinuat, q̃ Iudas cũ accepisset buccellam, exiuit continuo, scilicet ad tradendum Christum. erat ænim nox: post alios autem cibos, tradidit eucharistiam, ut elicitur ex illo Lucæ. 22. Similiter & accepit calicem, postquam cænauit. Accipiens autem buccellam, non accepit corpus Christi: ut dicit beatus Aug. & per consequens prius exiuit iudas, quã Christus traderet discipulis eucharistiam. Quod uerò Lucas post calicem commemorat traditorem, potest intelligi per recapitulationem, quæ frequentius fit in sacra scriptura, ut. s. factũ prius narretur posterius. sicut Mat. 26. commemorat in unctione pedes domini, & caput ungentis post biduum ante suam passionem: cum tamen Iohan. dicat illud factum ante tex dies paschæ. eiusdem. 12. Idem tenet Hilarius, q̃ Christus suum iudæ non tradidit propter textum Matth. supra allegatũ. Non bibam amodo de genimine uitis &c. Iudas aũt posterius non bibit: ergo nec tũc ¶ Sed auctoritatibus illis non obstantibus, opositũ eius, quod dictum est: communius sustinetur: & a sanctis doctoribus approbatur. Vnde dicit Diony in de ecclesiastica Hierar. c. 3. In qua (haud dubium, quin nouissima cæna) autor ipse signorum, scilicet Christus, eum, qui secum non pie: neq; concorditer perceperat in cæna: a contubernalium sorte iustissimè separat: ubi dicit: non pium, neq; concordem uidelicet iudam secũ in cæna percepisse. Et loquitur ibi Diony. de sacramento eucharistie. ¶ Itẽ Chrys. super Math. dicit Iudas particeps mysteriorum cõuersus non fuit. unde fit scelus eius immaniusꝫ tum quia tali proposito imbutus adijt mysteria: tum qui audiens melior factus non fuit: nec metu: nec beneficio: nec honore. Ad idem beatus Bern. in quodam sermo. De una mensa comedunt Iudas, & Petrus: Petrus ad salutem: Iudas ad damnationẽ. Pro illo etiã facit, quod dicit beatus Augustꝰ. (& habetur. 1. q. 1. Christus) Quid fecit nobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit: ut ei primam eucharistiam confectam, manibus suis, & ore suo cõmendatã sicut cæteris apostolis traderet. Item super Ioh. Cum intinxisset panem Iesus, dedit iudæ simonis schariotis: sed non (sicut putant quidam negligenter legentes) tunc Iudas corpus Christi accepit. Intelligendũ est enim; q̃ iam omnibus eis distribuerat sacramentum corporis, & sanguinis sui: ubi & Iudas ipse erat. Sicut Sanctus Lucas euidentissimè narrat: & magister. 4. sententiarum dist. 12. prope finem. Eucharistia intincta non debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur Christum alicui discipulorum præbuisse panem intinctum nisi iudæ: tunc uerò non accepit corpus Christi Iudas: sed tantum panem. Corpus uerò, & sanguinem Christi ante, cũ alijs discipulis perceperat. Hæc magister. ¶ Item Bern. in ser. de cæna domini. Sciendum est, inquit, q̃ omnibus iam, scilicet quando porrexit iudæ panem intinctum distribuerat sacramentum corporis, & sanguinis sui: inter quos & iudas fuit. ¶ Per hoc intelligitur, & exponi potest textus Ioh. supra inductus ad oppositum: quia Christus tam dedit discipulis scilicet & etiam iudæ corpus, & sanguinem: quando iude porrexit panem intinctum: quia dicit beatus Aug. post quam distribuit corpus suum, & sanguinem, uentum est ad hoc, ut secũdũ narrationẽ Ioh. iudæ buccella panis porrigeretur: per quod suum expressit: licet tacitè: proditorẽ. Et quod dicit Lucas: postquã cænauit, accepit calicem:

B

C

Aug.

Inno.

Ioh.

Lucę. 22. Aug.

Matt. 26.

Iohan. Math.

Diony.

Diony.

Chrys. Matth.

Bern.

Aug.

Ioh.

Aug.

Alia opinio Iudam non sũpsisse co pus Christi.

Cõcordãci euangelist Ioãnis cu alijs.

licem: referri debet ad esum agni paschalis, qui comestus fuit in cœna principali: inter quam, & institutionem sacramenti tempus aliquod fluxit: quia illa cena agni paschalis facta: lauit pedes discipulorum: priusquam discipulis suis corpus suum dedit ad manducandum: & post pedum lotionem resedit: & cœnam primam per pedum lotionem interruptam, continuauit. unde dicit Mat. Cenantibus illis accepit Iesus panem, & tunc primò instituit sacramentum, & dedit omnibus. Et deinde adhuc posterius dedit Iudæ panem intinctum. ut dicit Ioh. In signum huius dicit Lucas bis: & accepto calice: semel scilicet ante lotionem pedum post esum agni paschalis: & semel post institutionem sacramenti. Vnde Aug. Lucas de duplici calice mentionem facit. Primò de calice uini post paschа iudæorum. Secundò de calice sanguinis sui. His concordat beatus Hiero. in glo. super Marcum: exponens illud marci. Et biberunt ex illo omnes. Ebrietas felix: salutaris satietas, quæ quantò copiosius sumitur, tantò sobrietatem mentibus dignatur donare. Et sequitur ad propositum. Et Iudas bibit: sed non saturatur: nec sitim extinguit æterni ignis, qui indigne sumit mysteria Christi. Hic macula lunæ ostenditur, quę nunquam deletur. Luna ecclesię comparatur merito: quæ a se non habet splendorẽ: sed a sole certis modis suscipit lumen. i. a Christo, qui permanet in æternum. Sunt enim quidam in ecclesia quos sacrificium nullum emundat: sed incipiens cogitatio perducit ad cul pas: qui se crudelitatis cœno miscue runt. Sanguis enim noui testamenti, qui pro multis effunditur; non omnes emundat. Hæc hieronymus. ¶ Per hoc ad primum argumentũ sumptum ex uerbis Matth. ꝙ Christus dixit discipulis suis. Non bibam amodo &c. Respondet beatus Tho. parte. 3 q. 81. ar. 2. ꝙ Christus loquitur discipulis, a quorum collegio Iudas se separauit, non autem Christus eum exclusit. Et ideo Christus quantum est in se: etiam cum Iuda uinum bibet in regno dei: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit. Vel potest dici: ꝙ dictio uobiscum referenda est ad discipulos non omnes ibi præsentes: sed prædestinatos, de quorum numero iudas non fuit. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ non aliter accipiendum est dictum Lucæ: qui pro uobis effundetur, quam dictum Matthæi, & Marci qui dicunt. Qui pro multis effundetur. Vnde sanguis Christi pro omnibus effusus est, quantum ad sufficientiam: quia quantum fuit ex se sufficiens, fuit pro saluatione omnium hominum. Fuit enim effusio hæc oblatã a suppposito diuino, scilicet Christo filio Dei, quod fuit suppositum infinitum, quia deus. Ideoq; accepta fuit quasi meritum sufficiens a patre pro remissione etiam infinitorum peccatorum, si essent. Est autem effusus pro multis, quantum ad efficientiam: quia pro prædestinatis, in quibus solis operatur collationẽ beatitudinis. Et secundum illud accipi debet dictum Lucæ: qui pro uobis effundetur, scilicet discipulis prædestinatis: non tamen, cum exclusione aliorũ, prædestinatorũ, de quorũ numero nõ fuit Iudas. ¶ Quod addit ꝙ iudas nõ est exceptus, sicut cũ dñs air. Vos mũdi estis, sed non omnes. dicitur, ꝙ quia uerba Christi in uino sensu simpliciter uera fuerũt ẽt de ipso iuda, pro quo sanguis Xp̃i effusus est, quantũ ad sufficientia: ideo excipi non debuit: sed hæc uerba. Vos mũdi estis. nõ conueniebant iudæ: qui tẽpore prolationis eorũ immũdissimus fuit: iõ merito excepta. ¶ Ad tertiũ dr: ꝙ doctrina Xp̃i intelligi debet, ubi sẽm canib⁹ sine scãdalo negari põt, ubi dãdũ nõ est: ubi aũt nõ dãdũ est. Nunc autem sine manifestatione criminis secreti, nõ fuisset denegatũ Christi corpus: quod oblatũ fuit cæteris omnibus. Ergo occultũ crimen iudę aliis reuelaretur, ipsum a cõione non repulit:

Ioh.

August.

Hier.

D

Matth. Tho.

sibi nullum malum intulit, sed bonum, corpus scilcet suum sanctissimum porrexit: quod factum est sibi malum, quia malè sumpsit. Et sic uerificatur illud, quod de Christo scribitur. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Vnde Paulus de se, & alijs bonis Christianis dicit, q̃ alijs sumus odor mortis i mortem, alijs odor uitæ in uitam. Ita & hodie bonus prædicator in ecclesia: dum ueritatem prædicat, multos mittit ad gaudium æternum. Hos scilicet, qui eius prædicationem reuerenter suscipiunt: firmiter adhærendo his, quæ credenda proponit, & opere implendo: quæ agere mandat, suadet ex scriptura, & præcipit. Multos etiam mittit ad ignem sempiternum, qui spretis eius sermonibus in scripturæ incommutabili ueritate fundatis, se præcedentium malis moribus, & deprauatis abusionibus, quas consuetudines appellant: tuentes: sermones huiusmodi rectos, & salubres parui pendunt, & postponunt: & in animarum suarum graue periculum, & iacturam. Sic igitur quemadmodum sermo idem utilis est multis, ad salutem multis occasio ad maiorem damnationem. Sic & Christi Corpus bene dispositis ipsum suscipientibus medicinalis est animæ refectio, malè sumentibus iudicium est, & dãnatio ex praua sumentium uoluntate. Luce. 2. 2. Cor. 2.

Quale corpus dñs dedit discipulis mortale, an immortale.

¶ Ad secundum dubium, quo quæsitum est, quale corpus Christus dedit discipulis: mortale an immortale: passibile, an impassibile. Venerabilis Hugo. lib. 2. de sacra. par. 3. c. 3. Ego inquit in huiusmodi quæstione, sicut in alijs professus sum, omnia secreta magis ueneranda, quam discutienda censeo. Simplicitati fidei hoc sufficere puto: si dicimus tale dedit, quale uoluit: & rursus quale dedit, ipse nouit: ideoq; tale dedit, quale uoluit: quia omnipotens erat, & potuit omne, quod uoluit. Ideo autem ipse nouit, quale dedit. quia sapientia erat, & non potuit ignorare, quod fecit. Propterea leuius se a quæstione absoluit. & fortasse tutius in semetipso subsistit, qui non dicit, mortale dedit: ne uideatur dicere contra sacramenti dignitatem. Nec dicit immortale dedit, ne æstimetur credere contra eam, quæ in Christo ante resurrectionẽ fuit mortalis corporis ueritatem. Propter hoc fortasse melius est, ut neutrum diffinire præsumamus: quamuis tamen credatur, q̃ alterum fuerit. Quamquam aũt hoc bene, & catholice sit dictum, non tñ quietat de præsenti materia dubietatem: nempe licet Christus dedit tale, quale uoluit: & quale uoluit, ipse nouit: nescitur tñ, quale dare uoluit: & quale se dedisse agnouit. Veruntamen quia factum tale mere contingens erat: & a solius dei beneplacito, & uoluntate dependebat: ipsum certe & ueraciter sciri nõ põt, nec plene inuestigari: sicut nec diuina uoluntas in quacũq; alia operatione, circũscripta reuelatione: quæ de præsenti materia nunquã legitur facta. Et quãuis ita sit, tñ doctores se circa illud occũpãtes, omni semota temeritate, quod uerisimilius Christũ fecisse credi poterit: doctrinaliter docuerunt, non tñ omnino in eadẽ sententia cõcordantes. Vñ ipsemet Hugo declinãs ad partem unã, ait, ego (si alterũ dicẽdũ est) absq; præiudicio ueritatis, magis ad illud sensu accedo, ut corpus impassibile, & immortale, quantũ. s. pertinet ad sanctificationẽ sacri, tradidisse dicaẽ. Et infra. Si. n. hoc potuit, ut ipse seipsum manibus gestaret, & discipulis sine corruptione sui se edendũ distribueret, & tñ ipse, qui dedit, & qui dabatur: qui portauit, & qui portabat, idẽ esset, quid mirũ est, si dicitur, q̃ ipse in eo, q̃ dabar, mortalis fuit, & in eo, q̃ dabatur, immortalis fuit, & tñ ipse q̃ mortalis dabat, & qui immortalis dabat, nõ duo, sed unus fuit ipse. Qũo. n. immortalis nõ dabat, qui inuisibiliter sumebat, & incorruptibiliter mãducabatur. Inuisibiliter sumebatur, quantum ad formam dico proprij corpo- F Dub. 2.

ris sui: non quantum ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim sumebatur: quia in eo, quod sumebatur quod ipse erat, non uidebatur. Christus enim sumebatur, & species panis, & uini tantum uidebantur: ideo dico, inuisibiliter sumebatur, & quod erat, non uidebatur. Si ergo in eo, quod dabat, quod ipse erat, uidebat: & in eo, quod dabat, quod ipse erat, nō uidebatur. Et sic in eo, quod dabat, tenebatur, & crucifigebatur: & in eo, quod dabatur, frangebatur, & non diuidebatur: & edebatur, & non corrúpebatur. Quid miraris: si in eo, quod dabat, mortalis dicitur, & in eo,
G quod dabatur, immortalis, & impassibilis prædicatur? ¶ Si quis autem obijcit contra hoc, ꝙ ante resurrectionē dominus Iesus Christus corpus mortale portabat, & hoc discipulis tradidit, quia dixit. Hoc est corpus meū, & per consequens dedit ipsis corpus mortale m. Respondet Hugo. Hoc ip si indubitanter profitemur: mortalem fuisse dominum Iesum secundum humanitatem susceptam: quia si mortalem fuisse non crederemus: mortuum negaremus. Humana ergo natura in Christo Mortalis fuit: sed uoluntatem, non necessitate: ex eo enim, quo per gratiam ab omni peccato munda, uerbo dei in unitatem personæ iuncta est ab omni mortis necessitate, & debito libera facta est, ut nihil morti deberet pro eo, quòd peccati nihil haberet. Sustinuit tamen sponte mortalitatem: quia mortem sustinere uolebat. Si ergo sponte mortalitatem portauit, quousque mortem gustaret: & ita mortalitatem deponeret. Quia ergo uoluntate, non necessitate mortalis fuit: ipsius mortalitatis proprietatem, secundum quòd ordo, & ratio temporis postulabat: priusquam eam per mortem exueret totam aliquando ex parte: quando uoluit deposuit: & rursum, quando uoluit, recepit: ut in hoc ipso probaret, quia inquantum eam sustinuit: ex necessitate non esset, qui sic pro potestate inquantum uoluit eam non habere, sustinere omnino non posset. Legitur in euangelio: quòd dominus Iesus Christus cum uerbum uitæ prædicaret, & ad uitam mortales, & moriturus inuitaret, zelantes, & inuidi hostes, quem ratione conuincere non poterant, furore extinguere uolebant. Itaq; quasi in eum, qui nihil amplius mortale haberet: manus iniecerunt: & duxerunt in supercilium montis, ut eum inde præcipitarent. Ipse autem, ut ostenderet se quidem mortalem esse sustinuit, ut teneretur: & ut iterum demonstraret: quia uoluntate, non necessitate mortalitatem, & passibilitatem ferebat: non substinuit, ut præcipitaretur. Cum enim esset ducendus, teneri se patienter tolerabat. Cum autem esset præcipitandus, potenter per medium illorum transiens ibat. Quando uoluit, tenebatur, quando uoluit, non tenebatur. Quantum uoluit, & quando uoluit, naturam mortalitatis admisit, quantum autem eam sustinere noluit, & quando noluit, eandem a se potestatem remouit. Transiens, inquit, per medium illorum ibat. Nunquid putas quòd Christus luctando se de manibus inimicorum subtraxerit, cum ab eis teneretur: ut transiens liber per medium illorum iret. Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est, non uirtus deitatis. Non ita conuenit, sed exhibuit se qualem uoluit admittens ad se ex eo, quod sponte portabat, quantum uoluit. Si ergo Christus mortalitatis naturā secūdū dispensationis rōnē diuinæ prius, quā eā perenniter uicturus exuerer, secūdū tēpus aliqñ ex parte deposuit: & iterū cū tps postulabat assumpsit: quid mirū est, si dr aliqñ ꝓ causa, & rōne tpis secūdū aliquid, & totā deposuisse, in qua tamen adhuc cū tēpus postulabat, passurus fuit. Si ergo hoc esse potuit, ut ipsę seipsum manibus gestaret, & discipulis sine

Ante resurrectionē Iesus Xps corpus mortale portabat, & hoc discipulis tradidit qūo intelligitur.

corruptione sui edendum distribueret, & tamen ipse, qui dedit, & qui dabatur, & qui portabat, & qui portabatur, idem esset: quid mirum est, si dicitur, q ipse in eo, quod dabat, mortalis erat: & in eo quod dabatur, immortalis fuit, & tamen ipse, qui mortalis dabat, & qui immortalis dabatur, non duo, scilicet vnus fuit ipse. Hæc Hugo. In quibus hoc vult in summa, q sub sacro corpus suum Christus immortale, & impassibile tradidit discipulis suis, quod tñ adhuc passurum erat in propria specie carnis. Pro illo d & to Hugonis facit glo. super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos: dicēs. Illud corpus, quod habuit per naturam, dedit discipulis in cœna: non mortale, non passibile. Et super illud Leui. 2. Si oblatio tua fuerit de sartagine &c. dicit glo. Carnem suam ante passionem esui non aptam esui aptam fecit. Constat autem: q caro possibilis non erat apta esui, ergo fecit eam impassibilem. ¶ Sed contra hanc opinionem arguunt alij. Si sacramentum per triduum mortis Christi reseruatum fuisset: aut B. Petrus in triduo consecrasset, sequeretur, q vnum, & idem corpus simul, & semel fuisset uiuū, & mortuum, passibile, & impassibile, passibile in cruce, impassibile in sacramento: mortuum in sepulcro viuum in sacramento, & ita idem corpus in cruce fuisset vulneratum: & simul tempore in hostia integrum, & illæsū. ¶ Propter hoc est opinio aliorum contraria tenentium, q Christus dedit discipulis suis corpus passibile, & mortale. Vnde magister dist. 11. quarti prope finem. Discipulis corpus tale dedit, quale tunc habuit. i. mortale, & passibile, nunc uerò sumitur a nobis impassibile & immortale: nec tamen maiorem habet efficientiam. Item Innocen. Quia incredibile iudicatur, ut secundum eandem naturam simul fuerit Christus mortalis, & immortalis: quod tamen ei congruebat secundum eandem personam, potest salua fide concedi, q tale corpus Christus tunc dedit, quale tunc habuit, mortale. & passibile. Nunc autem sumitur a nobis immortale, & impassibile. nec tamen maiorem habet efficaciam, sicut nec maiorem potentiam. Et quasi re pondens mortuis Hugo subdit, quòd ergo passibilis edebatur: & tamen non lædebatur, non erat humanæ naturæ: sed diuinæ potentiæ, qua ualebat, quicquid uolebat omnipotens. Idem sentit glo. 1. Cor. 11. dicens. Potest quæri, quale corpus discipulis suis dederit dominus. Et respondet per uerba magistri ista tm allegata. Dedit tale, quale habuit &c. Hoc idem tenet beatus Tho. S. Bonau. Egidius de rōma, & doctores coloniēses. De hoc tñ: q improbatio primæ opinionis tāgit, an. i. possibile sit vnū, & idē corpus p eodē tpe esse simul mortuū, & uiuū, aiatū, & inaiatū: pati, & hēre dotē impassibilitatis: & an illa sequāt ad positionē illā primā, qui ponitur alijs principijs, posterius dicet 46. pertractandis, ideo uiq; ibi differatur, una cū solutionibus rationum hinc inde adductarū. ¶ De tertio dubio, sc licet utrum Christus sumpsit corpus & sanguinem suum in cœna. Recitat Alex. de Ales parte. 4 q. 44. & post eum Sanctus Tho. parte 3. q. 8 t. duas opiniones. Nam quidam dixerunt, q quòd Christus in cœna corpus, & sanguinem suum discipulis suis tradidit, non tamen ipse sumpsit. Non enim aiunt, de Christi factis, & dictis asseri debet, quod auctoritate sacræ scripturæ non traditur. In euangelijs autem non habetur, quòd Christus corpus suum manducauerit, aut sanguinem suum biberit, ergo non est asserendum. ¶ Item nihil est a seipso diuisum neque Christus, sed assumptum est diuisum a lumente. ergo Item frustra assumpsisset: quia anima Christi non indiget nutritione, sacramentum autem corporis Christi nutritio est spiritualis animæ. Sed hæc opinio non acceptatur, quia obuiat scripturæ canonicæ sane intellectæ, & auctoritatibus sanctorum. Vnde rñdetur ad dubium, q Christus in

Matth. 17.

Leui. 2.

H

Innocen.

Thom.
S. Bonauen.

Si Christus corpus, & sanguinē suū in cœna sumpsit.

I
Dub. 3.
Alexand.
Thom.

cęna accepit corpus suum manducando, & sanguinem suum potauit primo,& de hinc suis discipulis tradidit. Vnde sicut Christus suscepit circuncisionem,& baptismum,quæ fuere maxima sacramenta quantum ad necessitatem in uete.& no. testa.non tamen suscepit necessitate purgationis,sed dispensat one nostræ informationis, ut esset alijs exemplum, & informatio,ut quæ obseruanda ab alijs instituerer,prius ipse obseruaret; secundum illud Act. 1. Cepit Iesus facere & docere. Vnde Chrysost. super Matth. 26. dicit. Bibit ex eo, ut audientes hoc non dicerent, quod sanguinem bibo,& carnem manduco. Vt enim non turbarentur,sicut turbati fuerunt, quando multi abierũt retrorsus,prius sanguinem suum bibit. Hoc etiam innuit textus euangelicus,ubi legitur in Matth. Marco & Luca, q̃ Christus accepit panem,& calicem,quod non est intelligendum, q̃ accepit solum manibus ad distribuendum discipulis, sed eo modo accepit, quomodo accipiendũ alijs tradidit. ¶ Quod autem sic intelligendum est,probant sanctorum auctoritates,nam Ruth. 3. dicit glo. super illud. Cumq; comedisset,& bibisset. Comedit Christus,& bibit,cum in cęna corporis,& sanguinis tradidit sacramentum apostolis. Vnde quia pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse participauit eisdem. Item Leui. 8. super illud. Cumq; de sanguine arietis &c. glosa. Edisti. Primò sacerdos, postea filij eius sanguine vngebantur,quia Christus in cęna primò sanguinem accepit, deinde discipulis suis dedit. Item alia glo. ibidem. Cum bibit, & alijs bibere dedit: intelligibilem sanguinem super altare id est corpus suum fudit. Item ad hebdomam Hier. & habetur de consecr. dist. 2. nec Moyses. Nec Moyses dedit uobis panem uerum,sed dñs noster Iesus ipse cum Apostolis conuiua,& conuiuum: ipse comedẽs,& qui comeditur. Vnde de hoc etiam quidam metrice dixit. Rex sedet in cęna turba cinctus duodena. Se tenet in manibus,se cibat ipse cibus. ¶ Per hoc ad primum patet, quomodo hæc veritas in euangelio continetur, sane secundum sanctorum expositionem intellecto. ¶ Ad secundũ dicitur: q̃ aliquid a se esse diuisum potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad intrinseca.i. substantialiter, uel secundum naturam, qua diuisum non retineret naturam,& substantiam eius, a quo diuiditur. Alio modo quantum ad locum, aut extrinseca: & sic potest esse diuisum a seipso. pro quãto idem potest esse in diuersis locis,& in uno loco habere aliquid, quod in alio loco non habet. sicut dicitur de anima,quæ est in pede, & in corde.& habet intellectionem,& uolitionem in corde,non in pede,saltem non oportet. Primò modo idem a seipso diuidi non potest, sed bene secundo modo: quia sic idem diuidi a se non est aliud, nisi idem esse in diuersis ubi,uel habere aliquid in se in uno loco, & eo carere in alio loco. Quod quomodo est possibile, postea patebit. Ad tertium patet statim. ¶ Sed hic quæri posset,an Christus sumpsisset seipsum in cęna sacramentaliter,uel spiritualiter. Et uidetur, q̃ non spiritualiter: quia manducatio spiritualis gratiam auget: & unit manducantem Christo, & incorporat, sed Christus est sibi ipsi summe unus: & habet gratiam inaugmentabilem ab instanti suæ conceptionis: igitur non spiritualiter. Nec sacramentaliter tantum, quia hoc est tantum malorum. Item sic minus dedisset se sibi, quàm discipulis,quibus dedit ad manducandum sacramentaliter,& spiritualiter. Respõdent quidam, ut recitat Alex. de Ales. q. 44 part. 3. membro. 2. q̃ Christus sumpsit se,& nec sacramentaliter,nec spiritualiter. Vnde dicunt hanc diuisionem manducationis uel sumptionis in sacramentalem, & spiritualem esse manducationis membrorum, & non capitis. Cuius manducatio non erat propter alicuius defectus reparationem, aut propter effectum

Act. 1. Chrysost. Matth. 26.

Ruth. 3.

Leuit. 8.

Hiero.

K

L

An Christus in cęna seipsũ sumpsit sacramẽtaliter, uel spiritualiter.

Alexand.

gratiæ

gratiæ in ipso assequendum. sed ut est exemplum nostræ manducationis. Sed hoc non placet Alexãdro, ideo respondet, quòd sumpsit sacramentaliter tantum, nam sicut baptismum suscepit sacramentaliter tantum, & nõ rem, sic & hoc sacramentum. Fuit enim in Christo cognitio huius sacramenti, quam præsupponit sacramentalis sumptio. Non autem fuit spiritualis manducatio: quia non spiritualis refectio per incorporationem, quia sibi incorporari non potuit, qui sibi idem fuit. Inco poratio autem distinctionem ponit incorporati: & eius, cui fit incorporatio. Neq; charitatis augmentatio, quia licet Christus fuit uiator: fuit tamen perfectissimus appræhensor: & ideo perficere non poterat, nec habitu charitatis: nec motu seruoris. Alius autem uiator quandoq; perfectus, si digne & spiritualiter recipit hoc sacramentum, intenditur in eo charitas motu, uel habitu. Ratione enim gratiæ unionis, qua maiorem non potest habere creatura, non potuit in Christo augeri gratia. Ab instanti enim conceptionis, tanta abundauit gratia: ꝙ nulla ei potuit fieri additio: sed nec meruit sibi: licet meruit nobis. Non ergo spiritualiter manducauit: sed sacramentaliter tantũ, non spiritualiter propter ultimitatem suæ perfectionis, & sanctitatis. ¶ Per hoc ad rationes in contrarium. Ad illam, quæ arguit: ꝙ manducatio sacramentalis est tantum malorum, hoc negetur, quoniam non tantum malitia sumentis est causa sacramentalis sumptionis, sed quandoq; perfectio gratiæ secundum ultimitatem perfectionis. Vnde ratio sacramentalis sumptionis tantum est, quia sumens non est capax spiritualis effectus huius sacramenti. Hoc autem potest contingere duplici de causa, aut propter malitiã sumentis, & hoc indignitatis est, ut in peccatoribus, aut propter plenitudinẽ gratiæ hoc perfectionis est: & in solo Christo fuit. ¶ Ad aliud patet, ꝙ non minus dedit sibi, q̃ discipulis quantum ad ueritatem primi contenti in sacramento, scilicet corporis, & sanguinis sui: nec quantum ad gratiam, & charitatem, quam licet tunc non recepit, tamen eam prius in summo habuit: ita ꝙ maiorem secundum ordinatam Dei potentiam habere non potuit. ¶ Addit tamen Alex. quendam modum, secundum quem saluari posset Christum sacramentaliter manducasse, di. Vel potest dici: ꝙ in spirituali manducatione sunt plura instar modificationis corporalis. s. deliberatio, delectatio, assimilatio, unio seu incorporatio. Quantum ad duo prima, scilicet deliberationem, & delectationem manducauit se: quia plenè deliberauit, & considerauit, quid sumebat, & quantum erat, & quale. Plenã etiam ibi habuit delectationem. Quantò enim magis cognoscebat: totam uirtutem mysterij, & melius dispositus erat, tãtò magis delectabiliter sumpsit. Quantum ad alia duo, non manducauit se: ut patet ex præmissis.

N

DE FORMA EVCHARISTIÆ.

LECTIO XXXVIII.

Cõsecrationis sacramẽti Eucharistiæ forma quæ est.

HOC est enim corpus meum. ¶ Præmissa huius sacramenti institutione quantum ad tempus, & materiam, modum, finem, & rationem motiuam facta a Christo, subditur uerborum forma, quibus perficitur ipsa consecratio. Quamuis enim (ut supra dictum est) Christus dominus Dei patris naturalis filius eidem consubstantialis natura, æqualis uirtute, & potentia, sua diuina potestate panem in corpus suum conuertere potuit absq; uerborum quo-

A

rumlibet

rumlibet prolatione, sola sua, quæ cœlum, & terram creauit, & uniuersa de nihilo omnipotenti uoluntate, usus tamen est paucis, ceterisque uerbis, quibus panem in corpus suum transsubstantiauit. Perfecturus enim hoc sacramentum concenātibus apostolis. Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Nec solus ipse his uerbis uti uoluit in sua personali consecratione, uerum & apostolos, quibus se primum dedit in cibum, nec tantum, apostolos: sed omnes eorū in sacerdotio legitimos successores rite ab ecclesia ordinatos, prout supra lect. 2. & 6. latius est probatum. His ergo uerbis contulit dominus uim consecrationis Eucharistiæ. De quo Paschasius in quodā trac. de sacramento sic ait. Nulli dubium, quòd sicut, quando in nomine patris, & filij, & spiritussancti, ter mergimur in fonte, utique baptizamur, non in uirtute, & potestate illius, qui hoc dicit, sed in uirtute Christi, qui hoc præcepit, dicens. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in noie &c. Sic & hoc sacramentum non meritis, non uerbis humanis. i. in persona hominis prolatis: sed proculdubio diuinis efficitur, & consecratur mandatis. Idcirco æstimandum non est, q̄ alteris uerbis, quòd ullis meritis, q̄ potestate alicuius ista hant; sed uerbo utiq; creatoris. Et post modicum. Propterea ueniendum est ad uerba Christi: & credendum, q̄ in eisdem uerbis id cōficiatur. Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clerus canit: nihil aliud, quàm laudes, & gratiarum actiones sunt aut certè obsecrationes, fidelium postulationes, & petitiones. Verba autem Christi sicut diuina sunt: ita & efficaciatur hoc. s. prouenit, quod iubet. Cœlum, inquit Christus, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt: sed facient omnia, ad quæ missa sunt. Cum igitur dixit Christus. Accipite, & manducate ex hoc omnes; hoc est corpus meum, illico ibi comparuit corpus suum. Et subdit Paschasius. Sane forte putares, quòd de illo solo uno pane, & in illa hora hoc esse iusserit. Ad quod tollendum adiungit. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde fatendum, quòd quicquid illud fuit, quod apostoli a Christo perceperunt, hoc totum est illud, quod sacerdos, & fideles percipiunt. Et si uelis audire, quid est. Hoc est, inquit, corpus meum, quod pro uobis tradetur. In hoc ergo uerò creatur illud corpus, quia diuinum uerbum est, & omni potentia plenum est. Et quod dicit. hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, crede o fili: quia ita est, quoniam ipse dixit, & factum dubitare non potes. Ipse mandauit, & creatum est. Præceptum ergo posuit, in meam commemorationem hoc facite: & ideo quotiescunque fit catholicè: uere hoc fit, quod dictum est, hoc est corpus meum. ¶ Ex quibus uerbis Paschasij satis habetur, quòd his uerbis Christi, hoc est corpus meū: corpus Christi consecratur. Hoc ipsum expressum dicit Ambr. de consecr. dist. 2. Panis est in altari. Vbi inquit, sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos, sed sermonibus utitur Christi. ergo sermone Christi conficit sacramentum. Accipe, quæ sunt uerba Christi. Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. Idem Inno. in c. Cum Marthæ. de cele. missarum. Forma ait, uerborum, qua Christus usus est, cum panem, & uinum in corpus, & sanguinem transsubstantiauit, est quæ ponitur in canone missæ: qua uniuersalis utitur ecclesia, quam apostoli acceperunt a Christo, & ab ipsis, eorum acceperunt successores. ¶ Sed pro intellectu dicendorum de forma huius sacramenti, notandum q̄ propriè loquendo refert loqui de forma huius sacramenti, & de forma consecrationis huius sacramenti: qd̄ singulare est in hoc sacramento. Siquidem secundum Sco. q. 1. d. 8. lib. 4. omnia alia sacramenta consistunt solum in usu quodam, & in fieri, ita q̄ idem ibi est sacramentum, & perceptio sacramēti, sicut idem est baptism⁹,

Quę uerba sint de integritate, formæ.

Matth. 24. Marci 13. Luc. 21.

Ambros.

Inno.

Quo refert loqui de forma Eucharistię.

B

& per-

& perceptio baptismi. Non enim baptismus est aqua: aut cõfirmatio, chrisma. Sed hic est lotio facta in aqua cum certa verborum forma: & hæc est vnctio hominis in fronte facta a pontifice sub forma uerborum debita. Nec in his permanet sacramentum trãseunte vsu, seu tali perceptione, aut actu. Sacramentum verò eucharistiæ est quoddam permanens etiam ante usum eius: qui consistit in eius sumptione, & hoc congruum erat: quia Christus permanenter voluit esse nobiscum: ergo in aliquo signo permanente, cuiusmodi signum est sacramentum istud. Habet ergo sacramentum eucharistiæ esse permanens, & non successiuum. Est enim sacramentum eucharistiæ species panis, & vini, corpus, & sanguinem Christi continentes, vel etiam ipsum corpus Christi secundum certam sacramenti acceptionem: & tam species continentes, quàm corpus Christi contentum res sunt permanentes. Rei autem permanentis forma esse non potest quid successiuũ cum res hũs formã nõ possit esse sine forma: ꝓmanes aũt manet successiuũ verò non: quia eius esse consistit in quodam fieri. Et quia verba non possunt esse nisi in quadam successione prolationis, saltem vocalia, de quibus nunc est sermo. ideo manifestum est: ꝙ non possunt esse forma sacramenti eucharistiæ, alioquin cessantibus verbis, non esset sacramentum eucharistiæ. Quod dicere foret hæreticum: immò cessantibus verbis consecrationis, incipit esse sacramentum eucharistiæ. Desinunt enim verba per primum non esse: & primum non esse verborum est primum instans eucharistiæ. Vnde patet ꝙ non sunt simul verba consecrationis eucharistię, & sacramentum eucharistiæ. Consecratio autem huius sacramenti: quæ est quædam via ad sacramentum: est res successiua consistens in fieri, & ita requirit certam formam verborum, quæ dici possunt verba sacramentalia secundum Scotum libr. 4. dist. 8. q. 1. Verba utique sunt forma consecrationis sacramenti: non forma sacramenti: quia pertinent non ad esse sacramenti, sed ad fieri sacramenti: pertinent autem ad esse consecrationis, quod consistit in fieri vt dictum est.

Conc. Trid. sess. 13. ca. 4.

Aliorum autem sacramentorum formæ sunt verba, quia alia sacramenta non sunt nisi in fieri, sicut & ipsa verba. ¶ Si quæris: ergo quæ est forma sacramenti eucharistiæ: põt dici secundũ doctorem supradictũ, ꝙ in sacramẽto eucharistiæ nõ est aliquid tanquã materia, & aliud tanquã forma, sicut in sacramentis cæteris. Cuius rõ est, quia istud sacr̃m est permanẽs, & ideo (vt dictũ est) non possunt aliqua uerba ad eius essentiã pertinere. In quocũq; enim sacro distinguuntur materia, & forma. Signũ visibile dicitur esse materia: verba verò forma. In isto autem sacro: solæ species panis, & vini sunt sacramentum, quæ sunt formæ quædam accidentales sine materia: vt infra dicetur: quarum non est alia forma. ¶ Si dicis, spẽs illæ non sunt sacr̃m, nisi inquantum sunt signa rei sacramentalis: non habent ergo esse sacramentum ex eo, ꝙ species panis, & vini sunt: sed ex repræsentatione rei contentæ: igitur saltem significatio erit forma sacramenti, quæ dat esse sacramento. Respondeo breuiter: ꝙ in sacramento eucharistiæ. i. in eo, quod est sacramentum tm̃, & non res non est aliqua realitas præter species illas sensibiles. Neq; repræsentatio, aut significatio addit aliquam rem speciebus, q̃ sit aliquid sacramenti. Sed quia sacr̃m non est terminus absolutus, sed cõnotatiuus: ideo supponit pro speciebus panis, & vini: cõnotãdo institutionẽ, qua institutæ sunt a Christo ad efficaciter significandũ tã contentã: sed illa institutio vel est Christus instituẽs: uel spẽs institutæ: aut vtrumq; simul. Et nihil dicit distinctum a speciebus, quod sit aliquid sacramenti: nisi quis diceret: ꝙ sacramentum diceret relationem, vel respectum superadditum, quem non opinor esse ponendum. Quotiẽs ergo dicuntur verba

Quod hoc singulare est in hoc sacramento, & quare.

C

esse

esse forma sacramenti eucharistiæ, intelligendum est, q̃ uerba certa sint forma consecrationis eucharistiæ, & ita consequenter loquendum erit de forma. ¶ Quia autem inter cætera diuinæ pietatis beneficia humanæ saluti præstita, institutio huius sacramenti mirabilis, excedensq; humanam intelligentiam prædicatur, secundum illud prophetæ. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Sunt quoque in eo nonnulla cursui naturæ contraria, ac intellectui difficillima: ideo præsupposita fide certissima, absq; temeritate scrutandi diuinam, tremendamque maiestatem cum omni humilitate, & timore ex doctoribus Orthodoxis quærendum nobis est, & laborandum si ad aliqualem creditorum intelligentiam pertingere ualeamus, quatenus innotescat quid vere, quid piè, quid sobriè, de hoc mirifico, ac mirabili sacramento asserit, quidue negari, quid deniq; veritatem fidei impugnantibus possit catholicè responderi. Diuino ergo confisus auxilio, ut in dicendis uidetur confusio hoc ordine statui procedendum. Vt in prosecutione formæ quattuor principaliter inquirantur. Primò de formæ integritate. Secundò de formæ efficacia, & uirtute. Tertiò de formæ veritate. Quartò de conuenienti dictorum expressione. ¶ Circa primum inuestigabitur, quæ & quot verba sint de formæ consecrationis essentia. Secundò, an in illa forma ad consecrandum sufficiat, si prætermitterentur verba canonis præcedentia, & sequentia. Tertiò, vtrum propter mutationem quorundam verborum formæ, impediatur consecrationis efficacia. ¶ Circa secundum principale tractabitur, quis effectus sequitur ad prolationem debitam formæ. ¶ Et quoniam secundum omnes catholicos tractatores ibi incipit esse corpus Christi, quod considerari potest secundum habitudinem omnium prædicamentorũ, quia viris scholasticis loquor, placuit secundum ordinem eorum inquirere mirabilia Dei in hoc sacramento. ¶ Quantum ad prædicamentum substantiæ, vtrum ibi sit verum, & substantiale corpus Christi. Qua substantiali mutatione inceperit esse corpus Christi in sacramento. Quid etiam in quid conuertatur. Quæ substantia maneat: quæ desinat. Et an desinens annihiletur. ¶ Quantum ad prædicamentum quantitatis; vtrũ corpus Christi sit quantum in sacramento secundum proprias dimensiones, quas habet in cœlo. Vtrum habeat positionem situs in loco. Vtrum totus in toto sacramento: & totus in qualibet parte, cum cæteris etiam prædicamentum situs concernentibus pro eo, q̃ utraq; prædicamenta quantitatis, & situs positionem respiciunt: illud in toto, istud in loco. ¶ Quantum ad prædicamentum, relationis. Vtrum accidentia panis, & uini manentes, afficiant corpus Christi. Vtrum inhæsiuè sint in aliquo subiecto, aut stent per se sine subiecto. ¶ Quantum ad prædicamentum qualitatis. Vtrum omnes proprietates, & qualitates naturaliter corpori Christi inexistentes in cœlo, insint sibi in sacramento. ¶ Quantum ad prædicamentum actionis. Vtrum omnis actio sibi conueniens in loco, in quo est circumscriptiuè: possit sibi conuenire in sacramento. ¶ Quantum ad prædicamẽtum passionis. Vtrum corpus Christi in sacramento possit a causa naturali transmutari. ¶ Quantum ad prædicamentum habitus, quia de prædicamento situs, ut supra, videndum erit cũ prædicamento quantitatis. Vtrum in sacramento corpus Christi sit ornatum dotibus gloriæ. Item an sit ab oculo corporali, vel intelligibili, ut in sacramento uisibile. ¶ Quantum ad prædicamentum ubi. Vtrum localiter descendat de cœlo, vt esse incipiat in sacramento. Vtrum sibi, ut in sacramento possit inesse motus localis. Vtrum sit in sacramento circunscriptiuè, uel diffinitiuè. Vtrum simul, & semel esse possit in diuersis vbi.

D

Psal. 110.

E

Quis effectus sequitur ad prolationẽ debitam formæ.

sis ubi. ¶ Quantum ad prædicamentum quando: quando incipit esse in sacramento. Vtrum corpus Christi, & substantia panis pro aliquo instanti sint simul. Quando desinat esse sub speciebus sacramenti. ¶ Ad finem secundi principalis. An respectu corporis Christi, & eius præsentiæ in sacramento, uerba consecrationis formam integrantia, habeant aliquam uirtutem effectiuam naturalem, vel supernaturalem. ¶ Circa tertium principale tractabitur, quomodo forma sit oratio in se vera. Quid demonstrat pronomẽ hoc. Et de singulis dictionibus in ea positis, est, corpus, meum: qua congruẽ ea ibi dicantur. ¶ Circa quartum principale, quomodo loquendum sit, vt conuersio panis in corpus Christi, & cætera aptè exprimantur, an per verbum est, vel fuit, aut erit. Item an per præpositionem ex, vel præpositionem de, vel in, aut aliam. Et quoniam ex omnium prædictorum inuestigatione patebit in sacramento verum corpus Christi existere. Vtrum vt ibi, sit adorandum latria adoratione. ¶ De his omnibus, & alijs eis adhærentibus tentandum est inuestigare, priusquam a sequentia textus procedatur. Adhorum tamen executionẽ me nouì in idoneum penitus, & obtusum: & nisi diuina præueniat gratia, in executionem deficientem. Idcirco patres humanissimi, domini, ac fratres deuoti orationum vestrarum supplicia imploro suffragia, quatenus diuinæ sapientiæ se nobis peccatoribus in hoc sacramento benignissimè offerentis ducatu fretus, vera inueniam, inuenta quoq; sermonibus congruis clarè, intelligibiliterque merear doctrinare: amen. ¶ Quantum ad primum intelligendum est, q̃ formæ consecrationis Eucharistiæ integritas ponitur constitui ex his quattuor uerbis Christi. s. pronomine hoc, uerbo est, nomine corpus, & pronomine meum. Nam sicut in cæteris sacramentis formæ illud significant, quod efficiunt exemplicausa. Forma baptismi interiorem purgationem animæ, forma pœnitentiæ, absolutionem a peccatis, per hæc uerba baptizo, absoluo: ita & hæc forma significat corpus Christi, quod ad uerborum prolationem præsentialiter exibetur. Sacerdos enim proferens hæc uerba debita cum intentione, & super debitam materiam verè confiet hoc diuinissimum sacramentum. Et licet hæc uerba tantum sint de necessitate sacramenti, ut infra docebitur, sunt tamẽ cætera verba canonis de necessitate ministri: ut ritè & legitime consecrationem perficiat. Quilibet enim sacerdos celebrans ordinationi sanctorum patrum, & ecclesiæ se tenetur conformare. Hæc formæ consecrationis coniunctionem (enim) inseruit rationabili ex causa, vt dicetur, õ cæteris quattuor connumerata dici solent quinque esse consecrationis verba. Quod non vacat a mysterio, sic enim quinq; verbis corpus Christi consecratur in sacramento, quod totidem verbis concipiebatur in virginis vtero, ipsa nãq; angelo salutanti, consentiente, & dicente. Fiat mihi secundum uerbum tuum, incarnatum est patris verbum. Peccatorum etiam (quæ huius sacramenti digna peceptione delentur) publicanus veniã meruit quinq; verborum oratione, cum percutiens pectus suum orauit dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. Sim liter quinque verbis crimina paralytico relaxauit, dicens. Fili remittuntur tibi peccata tua. Paradisus quoque, ad quem Christi corpus tanquam viaticum ducit, quinque verbis latroni promittitur dicente in cruce domino. Hodie mecum eris in paradiso. ¶ Quod ergo hæc verba, hoc est corpus meum, integrent formam consecrationis eius tanquam essentialia formæ, sic potest ostendi. Hæc verba integrant formam consecrationis, quibus Christus consecrauit corpus suum, & sanguinem: his autem uerbis Christus consecrauit: ergo. Maior videtur manifesta: quia ad hoc solum verbis Christus consecrauit, vt nobis formam id faciendi tradere,

Quæ & quot uerba sunt de necessitate formę cõsecrationis panis

F

Non uacat misterio, qđ sint tm̃ quinque uerba.

Luc. 1. Luc. 18. Matth. 9. Luc. 23.

di traderet, alioquin sola voluntate panem, & uinum in suum corpus, & sanguinem conuertere potuisset. Minor declarata est lectione proxima. Item forma debet esse conueniens in significando sacramentali signo: sacramentum autem eucharistiæ significat præsentiam corporis Christi: non in usu. sed in esse permanenti Hoc autem significant hæc verba: hoc est corpus meum: & nulla alia a Christo in ministratione huius sacramenti dicta: aut in canone missæ scripta: igitur ipsa sunt consecrationis forma. ¶ In hoc etiam differt hæc forma a formis aliorum sacramentorum: nam quia cętera sacramenta consistunt in usu quodam: formæ cęterorum sacramento non important usum materiæ, puta actum baptizandi, vel confignandi chrismate, vel abluendi, & ideo proferuntur in persona ministri exercentis huiusmodi actus, sicut dicitur. Ego te baptizo. Ego te confirmo. Vel ministri imperantis: vt in sacramento ordinis. Accipe potestatem. Vel ministri deprecantis, sicut in sacramento extremæ vnctionis. Per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi &c. Hoc autem sacramentum tanquam res permanens non consistit in usu, licet ordinetur ad usum, ideo eius forma non dicitur exprimere aliquem actum: sed existentiam rei permanentis. Nec debent proferri in persona ministri: sed ex persona ipsius Christi loquentis: vt detur intelligi, quòd minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi cę profert verba Christi. Ostenditur hanc etiam esse formam, hoc est corpus meum, sanctorum patrum autoritatibus. Nam Eusebius Emissenus, ut habetur de conse. dist. 2. Quia corpus ait. Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantia corporis, & sanguinis sui verbo suo secreta potestate cõuertit, ita dicens. Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita. Accipite, & bibite, ait, hic est sanguis meus ¶ Item Ambr. lib. de sacra. ut habetur de conse. dist. 2. Panis est in altari, inquit. Consecratio autem quibus uerbis, & cuius sermonibus est domini Iesu. Et sequitur. Vbi autem sacrificium conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos: sed utitur sermonibus Christi: ergo sermonibus Christi conficitur hoc sacramentum. Et sequitur. Accipe, quę sunt uerba Christi. Dicit sacerdos. Qui pridie, quam pateretur. Accepit, inquit, in sanctis manibus panem. Antequam consecraretur panis est, vbi autem uerba Christi accesserunt: corpus Christi est. Audi dicentem, accipite, & comedite ex hoc omnes. hoc est enim corpus meum. Ad idem loquitur Ambro. in eodem lib. de sacra. & habetur dist. qua supra. Reuera. prope finem. Ipse clamat dominus Iesus: hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur: post consecrationem corpus significatur. Simile dicitur lib. 3. de sacra. & habetur in ca. In calice. eadem dist. Item B. Aug. in ca. Vtrum sub figura. eadem di. Credendum est, inquit, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius: eius utiq; verbo ad melius procreantur. Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clerus chori canit: nihil aliud, quam laudes, aut gratiarum actiones sunt, aut certè obsecrationes & fidelium petitiones. Vnde & sacerdos dicit prius euangelistæ verba assumens. Qui pridie, quàm pateretur. In hoc ergo creatur illud corpus. Hęc Aug. Item magister dist. 8. 4. lib. sententiarum. Cum proferuntur hęc verba. hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. conuersio fit panis, & uini in substantiam corporis, & sanguinis Christi. Reliqua ad laudem Dei dicuntur. Ad hoc faciunt uerba Paschasij, & aliorum in principio huius lectionis allegata. Ex his satis patet, quòd forma huius consecrationis est verba Christi illa, quæ dicta sunt. Hoc est corpus meum. ¶ Sed diceres, Christus in cęna discipulis ait. Accipite, & comedite, hoc est

corpus

G

H

Augus.

Quæ de necessitate ministri.

Differentia formę Eucharistię a formis aliorum sacramentorum.

Quę sit forma consecrationis ondi-tur ratione, & auctoritate.

corpus meum. Si ergo in uerbis Christi fit consecratio: ad formam pertinent etiam illa uerba Christi accipite, & comedite. Et per consequens forma non est solum hæc quatuor uerba: hoc est corpus meum. Et ad hoc uidentur sonare auctoritates suprascriptæ Eusebij & Ambrosij. Respondet Alex. de Ales: & post eum sanctus Tho. q̃ solum hæc quatuor uerba sunt essentialia formæ: hoc est corpus meum: & non illa accipite, & comedite. Cuius ratio est: quia per formam exprimi debet aliquod perfectum, uel faciendum circa materia consecrandam, uel transubstantiandam in corpus Christi, per ista autem uerba: accipite, & comedite, non exprimitur aliquid pertinens ad cõsecrandum: nec ad consecrationẽ ipsam ut perfectã: sed respiciunt usum sacramenti, qui non est de necessitate sacramenti: & sequitur perfectionẽ, seu conuersionẽ. Significãt. n. q̃ sumi debet sacramẽtũ: quæ tum pro præsuppónit transubstãtiationem iã perfectam: & ita per hæc uerba, Hoc est corpus meũ. exprimitur tota perfectio huius sacramẽti. s. præsentia ueri corporis Christi, quæ est de essentia sacri: & sufficit ẽt sine usu eius. Quod autem adduntur illa accipite, & comedite: ab Eusebio, & Ambrosio dicitur: q̃ qñq; addũtur: qñq; nõ: ut patet in diuersis auctoritatibus. Quando aũt adduntur siue a sanctis siue in canone: non adduntur tanquã sint essentialiter de forma, cui uirtus transubstantiandi data est: sed quia illis exprimitur: q̃ propter hoc fit consecratio huiusmodi sacramẽti: ut id, quod conficeratur, sumatur in usum. i. in cibum fidelium. Ipsa enim consecratio nõ est simpliciter finis consecrantis; sed potius usus fidelium: ad hoc. n. conficeratur corpus, & sanguis: ut fideles eorũ utãtur manducando: & manducantes capitis, & membris fortius uniantur: quod insinuare uolentes addunt formæ. Accipite, & comedite. Pór etiã dicit: q̃ aliqua dupliciter dicuntur esse de forma, uel quia eis data est uirtus transubstantiandi: & illa sunt essentialia; & de necessitate formæ: uel illa, quæ nõ sunt solũ essentialia: sed præcipiũ usum sacramenti, & sic uerba. Accipite, & comedite, sunt de forma. Hæc de primo. q̃ Quantũ ad secũdũ, est dubiũ. utrum prætermissis uerbis præcedentibus. Qui pridie quã pateretur, cũ aliis, quæ sequũtur per hæc sola: hoc est corpus meum, fieret consecratio. Hic Sco. uidetur declinare ad partem negatiuam: quia uerba sacramentalia ex ui uerborum debent significare illud, quod efficiunt in sacramento. sed quia ex ui consecrationis efficitur, q̃ ibi uere incipit esse corpus Christi: ergo hæc uerba debent significare corpus Christi, ibi contineri. Prædicta autem uerba: hoc est corpus meum, prolata a sacerdote sine alijs præcedentibus adiunctis: non significant corpus Christi: sed significant magis corpus sacerdotis proferentis: quia per meum, corpus restringitur ad corpus loquentis. Vnde licet minister possit intendere loqui uelle in persona Christi: cum dicit. Hoc est corpus meum: non tamen propter hoc, significatum terminorum illorum esset, q̃ (meum corpus) ex ui uerborum importaret corpus Christi: sed corpus proferentis: sicut si ego dicerem: doctrina mea non est mea. Sed si dicerem: Christus dixit doctrina mea non est mea: sed eius, qui misit me, patris. Iam significo: quòd hæc doctrina non est mea: sed Christi ratione eius, quod præmittitur, Christus dixit. Quod si non præmitteretur, non significatur doctrina esse alterius, quam hæc uerba loquentis. Meum enim quantum ad possessorem, demonstrat primam per omnia quæ est persona loquentis. Si uerò loquens non in sua, sed alterius persona loqui ur, hoc designari oportet per aliqua uerba adiuncta, alioquin secundum proprietatẽ sermonis importatur persona loquẽs: sicut in proposito. Nisi præmittantur uerba, quibus significetur, q̃ sacerdos

Ambrosij. Alex. de ales Tho.

illa verba. Hoc est corpus meum, proferat in persona Christi; de vi verborum denotatur corpus sacerdotis, in qua significatione manifestum est non fieri consecrationem. Addit etiam Scotus: quòd non est intelligendum q̃ ex necessitate, & essentialiter sint pertinentia ad consecrationem: sed necessario sunt præmittenda: & non solùm illa, sed plura præcedentia in canone. Illa videlicet, quæ ad hoc faciunt, vt ex vi sermonis haberi possit; q̃ hæc verba, hoc est corpus meum, proferantur a sacerdote in persona Christi. vnde dicit. Non sine causa ecclesia ita connexuit totum canonem missæ, q̃ ab illo loco. Communicantes, vsq; ad illum locum. Supplices te rogamus: non est aliqua oratio, quæ non connectatur cum præcedente, vel per coniunctionem: sicut Hanc igitur. vel per pronomen infinitum: vt Quã oblationem tu deus. & Qui pridie, quàm pateretur. Et post consecrationem. Supra quæ propicio. Vel per relationem ad verbi. Simili modo post- quam. ¶ Sed hæc opinio non videtur satis fundata: & verbis sanctorum, supra allegatis contraria: quibus dicitur, quòd omnia verba, scilicet præter verba Christi nihil aliud, quam laudes sunt &c. Idem dicunt alij, quòd ad consecrationem sufficiens minister: idoneus, intentio debita, forma instituta, & materia requisita. Forma autem a Christo instituta hæc est: hoc est corpus meum. Qua si vtitur sacerdos cum debita intentione super materia conueniente, vtiq; videtur consecrare, omnibus alijs circumscriptis. Consequenter dicunt, q̃ ad formam consecrationis non requiritur, q̃ ipsa significet illud, quod continetur in sacramento, seu quod efficitur per sacramentum, vel per consecrationem: & hoc ex ordine, & serie verborum ipsius. Sed sufficit, q̃ forma hoc significet ex ordinatione Christi, & intentione ministri vtentis hac forma. Ordinauit autem Christus instituens hanc formam, q̃ quotiès sacerdos ipsa vtitur super debita materia, totiens vult assistere, & efficere, quod significat. Potest autem sacerdos ex intentione loqui velle ex persona Christi, cum dicit: hoc est corpus meum: sine quibuscunq; alijs. Sufficit ergo: quòd prædicta verba significent id, quod efficitur ex intentione ministri proferentis: quamuis id non significent ex proprietate sermonis. Et præterea arguit Durandus. Si oporteret verba consecrationis ex serie præcedentium verborum significare corpus Christi hic continet: tunc non fieret consecratio solum per hæc quatuor verba, hoc est corpus meum, alijs nõ præmissis. Sed eadem ratione non fieret etiam alijs verbis prætermissis, vel non præmissis. Quod patet: quia verba præcedentia recitantur vt prolata a Christo, scilicet accipite, & manducate &c. Constat autem, q̃ per hanc seriem verborum non significatur: q̃ corpus Christi sit præsens sub his speciebus panis, & vini, quas tenet sacerdos in altar, sed solũ sub speciebus panis, qua accepit Christus in vltima cœna, & benedixit: ergo per illa verba non esset præsens corpus Christi speciebus panis existentibus in altari: quod est simpliciter erroneum. Sufficit igitur, dicit Durandus, q̃ vt dictum est, forma consecrationis significet corpus Xpi, vt p̃sens speciebus, quas tenet mittere ex intentione ministri: quamuis aliud significent ex serie verborum. Idem tenet Petrus de Candia: similiter S. Tho. parte 3. q. 78. arti. 3. in solutione vltimæ rationis addens rationẽ: quia canon non est idem apud omnes: nec secundum omnia tempora, sed diuersa sunt a diuersis apposita. Et addit Sanctus Thom. Vnde dicendum est: q̃ si sacerdos sola prædicta verba proferret, cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentio faceret, vt hæc verba intelligerẽtur quasi ex persona Christi prolata: etiam si verba præcedentia non recitarentur: grauiter tamen peccaret,

Quę sufficiãt ad consecrationem.

S. Thom.

S. Thom.

sacerdos

sacerdos sic conficiens, utpote ritum ecclesiæ non seruans. ¶ Nec arguit connexio verborum canonis, ut arguit Sco. quia etiam canon ipse connexus est hymno angelico: & hymnus præfationi: præfatio secretis, & ita omnia illa requirerentur de necessitate ad conferrationem. Fit autem connexio propter sententiæ continuationē: sicut totus canon scripturæ, tota scilicet biblia accipitur sicut una oratio copulatiua, ut sit vna scriptura, & sententia indiuisa. Et ista ultima opinio communior est, & uerior: quia uerba sacramentalis formæ non sortiuntur suam efficaciam ex significatione, qua significant id, quod in sacramento efficitur ex ordine, & serie uerborum, sed ex institutione Christi. Potuisset autem Christus instituisse uerba non significatiua pro forma cuiuslibet sacramenti, sicut nonnulli dicunt hæc uerba: hoc est corpus meum: dum proferuntur in canone accipi materialiter. Vnde quæcunq; uerba Christus institueret pro forma: ex Christi institutione significarent id, quod efficiunt. Propter quod Hugo. dicit quod sacramenta ex similitudine repræsentant: & ex institutione significant, ex sanctificatione continent gratiam spiritualem. libr. 2. part. 9. c. 1. Hæc de secundo. ¶ Nunc quantum ad tertium, uidendum est de mutatione formæ an aliqua, & quæ impediat eius effectum. De hoc quærit Inno. de offi. missę. Quæritur inquit, utrum additio uel subtractio: uel trāspositio, uel mutatio fiat in illa forma uerborum, quam Christus expressit, ut fidicatur: hoc est corpus meum, quod sumpsi de uirgine. Vel subtrahēdo hoc est corpus. Vel transponendo, corpus meum hoc est. Vel inponendo, hoc utiq; est corpus meū. Vel mutando, hoc est corpus Iesu, si effectum consecrationis impediat. Respondet. Sane fecit dominus hominē rectum, sed ipse infinitis miscuit se quæstionibus. His itaq; prætermissis, quę quandoq; magis subuertunt animum, quam ædificent. Illud pro certo sciatur, q̄ grauiter peccat, qui quodlibet horum quorumcunq; mutare, attenta cauetit: maximē si formam intendit mutare, uel hęresim introducere, quia forma uerborum, quam Christus expressit, per omnia debet illibata seruari, quāuis secundū philosophum, nomina, & uerba transposita idem significantiue utile per inutile uitietur. ¶ Particularius tamen hanc quæstionem tractat Sco. & cæteri doctores: secūdū quē aduertendū, q̄ secūdū philosophū. 5. physicorum quadruplex est mutatio: secundū substantiā, secundum quantitatē, secūdū qualitatem, secūdū ubi siue locū. secūdū ista quattuor pōt intelligi fieri mutatio in forma consecrationis, uel ēt alterius sacramenti, ut etiā tangit Inno. ubi supra. ¶ Secūdū substantiam fit mutatio, si loco unius uerbi ponitur aliud uerbum. Et hoc contingit dupliciter. Vno mō ponendo aliud uerbū secundū quid: puta secundū uocem tm̄ idem tamē significans: ut si fiat mutatio secundū idiomata, sic q̄ loco huius dictionis corpus latine, ponatur dictio græca, uel hębraica huic synonyma: & hæc mutatio nō impedit consecrationē. Vñ si presbyter partim proferret latinū, partim hebraicum, uerē conficeret, quia nihil omitteret necessariō requisitum ad consecrationem. Accidit enim formæ consecrationis esse græcam, latinam, hæbraicam, uel ex his mixtā, dū mō fit ex uerbis exprimentibus id, quod Christus per ea exprimi uoluit. Peccaret tñ sacerdos sic uerba commutans, quia ordinauit Romana ecclesia, q̄ officia ecclesiastica dicantur, & sacramēta ministrentur in latina grāmatica, & hoc rationabiliter, quia illud potest distinctius scribi & proferri. Secūdo modo fit uariando ponendo aliud uerbū secūdū uocē, & significatum. Et hoc dupliciter. Primo mō ponendo uerbū omo desperatū in significando, ut si loco illius terminicorpus ponatur terminus uestimentū. dicendo hoc est uestimentū meū, & tunc ni-

Sco.

L Dub. 3.

Eccl. 7.

Sco.

De mutatione secūdum substātiam.

Inno. M

hil fit: & cēſet forma ſimpliciter uariari. Secūdo mó ponē do uerbū gr̄alius ad aliquod uerborū in forma poſitorū: ut ſi diceretur: hoc eſt mea ſubſtantia. Et ſic iterum nihil fit: quia cum in Chriſto multæ ſubſtantiæ ſint, non ſignificaut præfata locutio præſentiam determinatæ, & certæ ſubſtantiæ, quam tamen Chriſtus per conſecrationis formā exhibere uoluit. Si enim anima præſens fieret vi conſecrationis: hæc eſſet verasæc eſt ſubſtantia mea: ſicut modo corpus eſt preſens: & ita ex prædicta locutione neſciretur, quæ ſubſtantia eſſet, quæ contineretur ſub ſpeciebus panis ad prolationem formæ ſacramentalis. ¶ Secundo modo pōt fieri uariatio in dicta forma uerborum ſecūdum quantitatem dictionum diſcretam: uel per additionē: uel ſubtractionē, Additio autē pōt fieri uel in principio: uel in medio: uel in fine. ¶ In principio, ut ſi diceret ſacerdos Accipite, & comedite cum reuerentia hoc eſt corpus meum. Hæc additio non impedit conſecrationem: quia non uariat formā: ſed omino eſt ad ipſum impertinens. Determinant enim uerba iſta, accipite, & comedite, quæ nihil ſunt formę. Secus ſi ſeipſum formā ut eius partem d ſtraherent a propria ſignificatione: ut ſi quis diceret: accipite, & comedite dico in perſona mea, hoc eſt corpus meum. In fine: & tunc aut additur terminus diſtrahens aliquem terminum a ſuo ſignificato, & hæc impedit conſecrationem, & mutat formā, ut ſi dicat ſacerdos. Hoc eſt corpus meū aereum, uel phantaſticū, aut aliquid ſimile, aut addi ur aliquid ſpecificans magis formam, aut impertinēs: ut ſi dicatur, hoc eſt corpus meū, quod traxi de uirgine, non impedit conſecrationē, quia formę integritatē ſeruat. Similiter ſi diceret conſecrans, hoc eſt corpus meum. adoratę hoſtiā. ¶ Aut fit additio in medio, & hoc fit per aliquod diſtrahēs aliquem terminum formæ a ſuo uero ſignificato, & tunc nihil fit, ut in priori exemplo. Vt d cendo: hoc eſt aereum corpus meum, ubi corpus diſtrahitur a ueritate corporis Chriſti per hoc additum aereum: uel etiam a ueritate corporis Chriſti, ita q; dictio corpus, nō ſupponeret pro corpore Chriſti, ut ſi diceretur, hoc eſt mortale corpus meum, ubi corpus ſupponit pro uero corpore, ſed non pro corpore Chriſti, quod non eſt nunc mortale. ¶ Aut fit per coniunctionem diſiunctiuam, & alterum terminum impertinētem, ut dicendo, hoc eſt corpus, uel ueſtimentum meū, ſiue hoc eſt corpus, uel anima mea, quia ibi non ſignificatur determinate id quod per cōſecrationē conficitur: cū diſiūctiua uerificari pōt pro altera partium indifferenter, & ſic cenſetur forma uariari. ¶ Aut fit per uerba impertinentia, & hoc dupliciter. Aut enim tunc ſoluitur per illa unitas formæ, quod iudicari poteſt ex communi modo loquendi, ſi ſcilicet per talem interpoſitionem ſic ſoluitur ſermonis continuitas, quod non generat talem ſenſum in audientibus, quem forma talis generaret ſine huiuſmodi interruptione, & tunc impeditur conſecratio, ut ſi dicat ſacerdos, hoc eſt, Et ſubdat. Trahe nolam, & dic fabulantibus, ut exeant eccleſiam: & tunc ſubderet corpus meum. & ſic iterum nihil efficitur. Aut per talem interpoſitionem continuitas formæ non ſoluitur, nec impeditur orat o a cauſando ſenſum in audiente, quem faceret tali interruptione circumſcripta, tunc fit conſecratio, ut ſi dicat. Hoc tace. eſt corpus meum. Sic non cenſetur forma muta i, & non impeditur conſecratio, nec oportet propter talem interruptionem orationem rurſus incipere: ſed ſufficit continuare. ¶ Si autem fit uariatio in quantitate formæ per ſubtractactionem. Aut tunc ſubtrahitur aliquod quatruor uerborum, quæ ſunt de eſſentia formæ, tunc nihil fit, quia illud quod remanet non determinate ſignificat illud eſſe, quod per conſecrationem efficitur, ut ſi dicat, eſt corpus

De mutatione ſecūdum quantitatē.

pus meum, vel hoc corpus meum. aut hoc est meum, seu hoc est corpus. Aut si subtrahitur aliquid adiectum per ecclesiam, scilicet coniunctio. hæc mutatio non impedit consecrationem. Aut subtrahitur aliqua syllaba per syncopam, uel omittitur aliqua littera: ut dicendo. Hoc est corpus me, uel hoc est corps meum: quia per talem subtrationem non impeditur sensus: quin audiens capiat uerũ sensum sermonis prolati: nec uariatur forma, & fit consecratio. ¶ De tertia uariatione secundum qualitatẽ, quæ maxime committitur ex incongrua, uel inepta locutione, seu prolatione secundum finalem terminationem: & hæc fit aut ex imperitia linguæ: Vt si sacerdos græcus nolens celebrare dicat ignorans latinam grammaticam: hoc est corpu meum. uel hoc est corpum meum: aut corpus meus: sic iterum non impeditur consecratio: quod uerum est, si talis sit incongruitas, quæ non prohibet, qui capi possit sensus uerus formæ consecrationis, & quomodo hoc sit possibile, ex hoc scire possumus quando literati audiunt loqui illiteratos incongrue, & tamen cõcipiunt, quid dicere uelint quantũ ad singula uerba. ¶ Aut fit ex quadam inaduertentia, aut etiam scienter, & uoluntarie: & sic iterum non impeditur consecratio: dum audiens concipere possit, quid per orationem significetur: quamuis graviter peccet celebrans non conformando se præceptis ecclesiæ: quæ statuit formam illibatam obseruari. Hic enim magis cauendũ est, quam in alijs uerbis: immo quã in alijs sacramentis propter reuerẽ tiã sacramenti ineffabilis dignitatis. Nec tamen auderem dicere ait Sco. q. 3. dist. 3. quarti, q̃ non uitãs talẽ uariationem peccet mortaliter: si nõ ex contemptu: sed ex quadam infirmitate: uel inconsideratione humana non præcaueret in omnibus, quantũ posset. ¶ De quarta uariatione, quæ fit secundũ ubi, per transpositionẽ dictionũ: dicẽdũ est; q̃ uix in proposito fieri põt, ut effectus consecrationis impediatur, quia qualitercunq; fiat transpositio horũ quatuor uerborum: hoc est corpus meũ: semper eundẽ sensum faciunt in audiente. Vnde siue dicatur: hoc meũ est corpus, uel hoc est meũ corpus: uel meum est hoc corpus: siue est hoc meũ corpus: (nisi quæstionẽ proferretur: & tunc nihil heret, quia tunc sensus orationis uariatus esset: & per consequẽs forma, sine qua non fit consecratio.) In alijs quidem transpositionibus quatuor dictionum effectus consecrationis non impeditur. Intelligendũ tamẽ in omnibus præmissis uariationibus consecrationẽ non impedientibus siue secundum substantiã, quantitatem, qualitatem, siue ubi, quod uerum est: q̃ non impediunt sacramenti effectum: dum sic uariãs non intendit per istã suã uariationem inducere hæresim, uel errorẽ in ecclesiã: neq; abijcere formam ecclesiæ, quasi inutilẽ, uel inefficacẽ: & suam introducere, ut sufficientẽ, & magis efficacẽ: aut præcisam, & necessariam. Quoniã si aliquod dictorũ intendat, non consecrat: quia deficit intentio requisita ad consecrandum: quæ est, q̃ uti debet uerbis præfatis tanquã forma, qua utitur ecclesia: quod sufficit, etiã si crederet eam esse inefficacẽ ad cõsecrãdum. Hoc autem sic uarians non facit, dũ utitur uerbis illis uariatis non tanquã forma ecclesiæ. Intelligitur aũt, quod dictũ est, de uariatione, q̃ nõ impedit, dũ sic uarianti deficit intentio ecclesiæ: quæ est uelle per dicta uerba consecrare tanquã per sufficientẽ, & efficacẽ formã a Christo institutam: & ab apostolis, & sanctis patribus usq; ad nostra tpa frequentatã. Quæ si deest: non fit consecratio secundũ beatũ Aug. ¶ Hęc omnia sunt de mente doctoris irrefragabilis Alex. de ales parte 4. q. 33. ar. 3 membro. 3. qui sub breuibus, quæ dicta sunt summans ait. Dico sine præiudicio, quòd si mutatio uerborum non uariat intellectum for-

De mutatione, secũdum qualitatẽm. P

Sco. Q

De mutatione secundum ubi.

Auguſt. R

Alex.

mæ traditæ a domino, dummodo fiat ex simplicitate proferentis: aut ex defectu naturali, sicut si aliquis diceret, hoc est colpus meum, vel corpu meum, conficit: si propter hæresim introducendam, nequaquá. Si autem mutatio intellectũ variat formæ traditæ a domino: verba variata virtutem transsubstantiandi non habent. Et subdit. Si diceretur, hæc est caro mea: nõ consecraretur: quia est alius intellectus huius verbi, & illius, sicut non baptizaret, quæ diceret. In nomine gignẽtis, & geniti, & procedentis ab vtroq;, quia alius est intellectus huius sermonis, & illius, cui dominus contulit vim regenerativam. ¶ Et si contra prædicta replicaretur: Dominus istis verbis, hoc est corpus meum, sub hac forma expressis dedit virtutem transsubstantiãdi, vt nunc supponitur, igitur qualitercunq; variantur, non habent hanc virtutem, & per consequens nihil efficiunt. Respondet Alex. ꝙ dominus dedit hanc vim huic formæ, & non alijsled non est alia, nisi varietur intellectus verborum. Vnde quacunq; lingua proferantur verba instituta, virtutem habent: & hoc est, quia intellectus verbi non mutatur, quo non mutato, forma mutari non censetur. Et iterum obijceretur: cum dicitur, hoc est colpus meum, vel hoc est corpu menm: hæc verba non habent secundum veritatem intellectum verborum, quibus dominus virtutem dedit. Dicendum: ꝙ si non habent secundum veritatem institutionis: habent tamen secundum vsus accommodationem, & hoc sufficit. Hæc Alexander.

DE FORMÆ EFFICACIA, ET consecrationis forma.

LECTIO XXXIX.

A HVNC quantum ad tertium principale præmissæ diuisionis, restat considerare de formæ efficacia hoc est, quis sit effectus huius formæ: siue quid sequatur ad prolationem debitam horum verborum. Et primò quantum ad prædicamentum substantiæ, videndum est: vtrũ prolatis rite' consecrationis verbis sub speciebus panis sit verum corpus Christi. Et in hoc quod dico, rite' prolatis, volo omnia intelligi quæ requiruntur de necessitate huius sacramenti, .s. minister idoneus, forma instituta, materia debita & intentio requisita. Recitat autem magister lib 4. sententiarũ di. 10 hæresim quorundam, primam hæresim inter discipulos Christi exortam imicantium, qui diuinam virtutem iuxta modum naturalium rerum metientes, audacius, & periculosius veritati contradicunt, asserentes corpus Christi, vel sanguinem non esse in sacramento: nec substantiam panis, vel vini in substantiam carnis, & sanguinis conuerti. sed ita Christum dixisse: hoc est corpus meum, sicut apostolus dicit. 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Dicunt corpus Christi ibi esse in sacramento tantum. i. in signo manducari a nobis. Qui errandi occasionem sumunt a verbis veritatis vnde prima hæresis facta est in discipulis suis Christi, de consecr. dist. 2. Prima quidem Cum enim diceret. Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam. Illi verò non intelligentes dixerũt adinuicem. Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & abierunt retro. Illis abscedentibus instruxit duodecim remanentes. Spiritus est, inquit, qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba, quæ locutus sum

1. Cor. 10.

Ioh. 6.

vobis,

vobis, vita, & spiritus sunt. quasi secundum expositionem Aug. super psal. 4 diceret. Intellexistis spiritualiter, spiritus, & vita sunt. Intellexistis carnaliter, etiam sic spiritus, & uita sunt, sed tibi non sunt spiritus, & vita, qui spiritualiter non intelligis. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi est: & bibituri illum sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui: spiritualiter intellectum viuificat vos; caro autem non prodest quicquam. Et sequitur ibidem de consecrat. 2. Prima quidem. Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas domini. Corpus enim, in quo resurrexit, vno loco esse oportet: veritas autem eius vbiq; diffusa est. Itē vna persona deus, & homo: vbiq; per illud, quod deus est, in cœlo per illud, quod homo est. Christus etiam dicit. Parperes semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis. ¶ His alijsq; similibus vruntur præfati hæretici in affectione sui erroris. Periculosissimus est error iste, & pernicios issimus contra fidei vtilitatem, contra diuinæ charitatis magnitudinem, contra sacramenti dignitatem, & excellentiam. Magna est enim vtilitas fidei ex hoc, q; sub specie panis continetur verum corpus Christi. Ex illa enim continentia multa accidunt circa hoc sacramentum, quæ sunt supra potestatem naturæ, quorum fides est fidelibus valde vtilis, & meritoria. Hoc idem est etiam charitatis Christi maximum indicium, qui suæ præsentia corporali voluit nobis vtilissime prouidere. vt docent sacramenti huius fructus diligenter masticati. Ex præsentia deniq; Christi eo modo, quo ibi est, declaratur multipliciter potentia dei, ex quo sacramenti huius dignitas eluceſcit. ¶ Contra hanc hæresim cum omnibus doctoribus catholicis a romana ecclesia approbatis, qui de eucharistiæ sacramento scripserunt, imitans in hoc clarissimum doctorem Guil. Ocham in tract. suo glorioso de hoc sacramento, pono hanc conclusionē. Corpus Christi quod sumptum est de Virgine Maria, quod passum est, & sepultum, quodq; resurrexit, & ad cœlum ascendit, ac sedet ad dexteram Dei patris, in quo filius dei venturus est iudicare viuos, & mortuos, sub specie panis vere, & realiter continetur. Hæc conclusio per rationem naturalem ostendi non potest, sed ad huius veritatis notitiam accedere oportet per fidem. Est enim similiter de articulis fidei eo modo, quo veritas alicuius sacramenti pertinet ad articulos fidei, vt dicit Scot. dist. 10. scripti. 4. q. 1. De hoc itaque articulo dubitare non licet, cum constet ipsum per vnigenitum dei filium fuisse apostolis reuelatum, & a principio expresse traditum, ex quo eucharistiæ sacramentum fuit ab ipso domino institutum. Testes sunt euangelistæ, nam sanctissimus euāgelista Matth. 26 c. Accepit inquit, panem, & benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait. Accipite, & comedite. hoc est corpus meum. De quo, & Marcus c. 14 ait. Manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait. Sumite, hoc est corpus meum. Quibus consentit Luc. 22. dicens. Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Iohannes quoque euangelista retexit verba saluatoris simul & vtilitatem huius sacramenti denotans. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et sequitur. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: & bibetis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Similiter & Paulus 1. Cor. 11. Dominus inquit, Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tra-

Matth. 25. Marci 14. B

C

Matth. 26. Marcus. Luc 22. Iohan 6 1 Cor 11.

1. Cor. 10. detur. Hoc facite in meam commemorationem. Item 1. Cor. 10. Panis, quẽ frangimus, nonne communicatio corporis domini est? Ecce tot autoritates canonicæ scripturę cõcorditer affirmant corpus Christi realiter, & veraciter, sub specie panis datum fuisse apostolis: ac eiudem fuisse a saluatore præceptum: vt in memoriam passionis dominicæ, corpus Christi sub specie
D panis offerrent. Hoc facite inquit, in meam commemorationem, ¶ Hæc autem verba Christi figuratiuè dicta non sunt: sicut illa. Ego sum vitis vera. aut. Petra autem erat Christus. vbi vitis, & petra non accipiuntur secundum proprietatem: sed secundum similitudinem, id est ego sum vitis, id est, ego sum similis viti, & petræ: propter quod per vitem, & petram significor. Sic etiam verius dicere potuisset Christus de agno paschali, hoc est corpus meum, quam de azymo pane. Nam agnus Paschalis vtiq; corpus Christi figurabat, cuius oblatio, & comestio euanuit, cum Christus seipsum in cruce obtulit: seipsum nobis in cibum dedit, quemadmodum cessat figura adueniente veritate, & vmbra accedente luce. ¶ Vt autem sciatur, quando verba Christi figuratè intelligenda sunt, vel proprie: seruanda est regula beati
August. Aug. in lib. 83. quæstionum q. 69. non longè a principio. Solent inquit, circunstantiæ scripturæ illuminare sententiam: cum ea, quæ circa scripturam
August. sunt præsentem quæstionem contingentia diligenti discussione tractantur. Hæc Aug. Vniuersaliter enim intellectus verborum Christi an loquatur figuratiuè: an non, colligi potest ex præcedentibus, vel sequentibus ibidem: vel ex alijs scripturæ locis. Vnde cum Christus ait. Ego sum vitis vera. subiúxit: vos palmites. Constat aũt, q; discipuli non erant palmites naturalis vitis: sed duntaxat spiritualis: sic dicti propter quandam similitudinem reperram in vtrisq;. Nam sicut palmites veri trahunt originem ex vite, quæ est ipsis viuendi principium, vt fructus afferant carpentibus, ita & discipuli spiritualem uitam a Christo spiritualis vitæ principio, & origine receperunt, & multos fructus vitæ pennis, per suas operosas prædicationes attulerunt. Cum autem dixerat. Hoc est corpus meum, subdit, quod pro vobis tradetur. Et iterum cum dixisset. Hic est sanguis meus. addit: qui pro multis
Matth. effundetur: vt dicit Matth. per quæ manifestè significat se non locutũ fuisse de corpore suo figuratiuè, cum dixerat: hoc est corpus meum: hic est sanguis meus: sed de corpore illo, quod tradendum erat in mortem pro salute generis humani: & sanguine ex eodem corpore fundendo. Ad hoc latè
August. valẽt dicta Aug. vbi supra q. 69. Hoc autem corpus morti traditum, verum corpus Christi fuit: qui verè in corpore suo naturali crucifixus est]. Et sanguis in cruce fusus, verus Christi sanguis fuisse a nullo fideli dubitatur. Pa-
Iohan. 6. tet hoc idem ex diffusa prædicatione huius sacramenti. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et panis, quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita: &c. quæ ibi habentur. Nec vnquam aliquis hominum hoc prædicare præsumpsisset: nisi Christus, quæ veritas est, hoc primum docuisset: dum accipiens panem fregit, & dixit. Accipite, & comedite: hoc est
E corpus meum. ¶ Sic quoque Christum locutum fuisse: & hanc fuisse eius intentionem, sancti patres scripturæ sacræ expositores vita, & doctrina probatissimi, nos scriptis suis multipliciter docuerunt: quorum per plures sententias Gratianus colligit de conse. di. 2. vn. le Eusebius Emissenus ea. dist. Quia corpus ait. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis: & illaturus syderibus: necessarium erat; vt in die cenæ sacramentum nobis corporis, & sanguinis consecraret: vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium, vt quia quotidiana, & indefessa currebat pro omnium salute redemptio, perpetua esset redemptionis oblatio, &

Cur Christus reliquit corporis & sãguinis sui sacramentũ.

perennis

perennis victima illa uiueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Et sequitur. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguũ: quoniam quidem qui autor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantia corporis, & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit: ita dicens. Accipite, & comedite: hoc est corpus meum & cætera. Item Leo Papa in Synodo Romana eadem dist. In quibus. Est cibus refectionis, & cibus sanguinis. sicut enim caro domini uere est cibus: ita sanguis uere est potus. Est corpus, de quo dictum est. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Circa hoc corpus aquilæ sunt, quæ alis circumuolant spiritualibus. unde & idem corpus Christi edimus, ut uitæ æternæ possimus esse participes. ¶ Item Hilarius Papa eadem distinctio. Corpus Christi. Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis, & uinum uidetur extra, ueritas autem, dum corpus, & sanguis Christi in ueritate creditur interius. ¶ Item Hilarius octauo de trinitate. statim post principium multa de hoc scribit, & habentur aliqua eadem distinctione. In Christo. Si uere carnem corporis nostri Christus assumpsit: & uere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est. Nosque uere sub mysterio carnem corporis sui sumimus & cætera. ¶ Item Beatus Hieronimus in sermone dominicæ 5. post epiphaniã dicit. Singuli autem totum accipiunt Christum dominum, & singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur: sed se in singulis præbet. Item idem ad Heluidium. Nec Moyses dedit uobis panem uerum. sed dominus Iesus ipse conuiua, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur. eadem distinctione. Nec Moyses. ¶ Item Beatus Ambrosius libro de sacramentis eadem distinctio. Panis est in altari ait. Panis est in altari usitatus ante uerba sacramentorum; ubi accessit consecratio: de pane, fit caro Christi. Et infra. Quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & uinum cum aqua in calice permixtum fit sanguis, consecratione uerbi cœlestis. Et sequitur. Christus testificatur quòd corpus suum & sanguinem accipimus: de cuius fide & testificatione dubitare non debemus. ¶ Item idem in eodem, eadem distinctione. Reuera. Reuera inquit, mirabile est: quòd deus manna pluerit patribus: quotidiano cœli pascebantur alimento. unde dictum est. Panem angelorum manducauit homo. sed tamen panem illum, qui manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. Illa autem esca, quam accipitis, iste panis uiuus qui de cœlo descendit, uitæ æternæ substantiam administrat. Et quicunque hunc panem manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus est CHRISTI. Considera, utrum præstantior nunc sit panis angelorum, an caro CHRISTI, quæ utique corpus est uitæ. Manna illud de cœlo, hoc super cœlum. Illud cœli, hoc domini cœlorum. Illud corruptioni obnoxium si in diem alterum seruaretur: hoc alienum ab omni corruptione. Quicunque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi sanguis ex Christo. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum. Iudæus bibit, & sitit, tu cum biberis, sitire non poteris. Illud in umbra, hoc in ueritate. Et sequitur post pauca. Potior est lux, quam umbra, ueritas, quam figura, corpus creatoris, quam manna de cœlo. Et post multa miracula recitata, quibus ostendit possibilitatem conuersionis substantiarum panis, & uini in uerum corpus Christi, subdit. Sed quid argumentis utimur. Suis utamur exemplis. Incarnatio-

Mirabile in hoc sacramento eucharistię qđ oês integrũ accipiunt, licet diuisum in partes.

F Hiero.

Ambros.

nis astruamus mysterij ueritatem. Nunquit naturæ usus præsensit: cum dominus Iesus ex Maria nasceretur. Si ordinem quærimus: uiro mixta fœmina generare consueuerat. Liquet igitur: ꝙ præter naturæ ordinem uirgo generat: & hoc, quod conficimus, corpus ex uirgine est. Quid hic naturæ ordinē quæris in Christi corpore: cum præter naturam sit ipse dñs Iesus partus ex uirgine? Vera utiq; caro Christi est, quæ crucifixa est, quæ sepulta est: uere ergo illius carnis sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: hoc est corpus meum. Añ benedictionem uerborum cęlestium alia species nominatur: post consecrationem Christi corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum, ante consecrationem: aliud dicitur post consecrationem. Sanguis nuncupatur, tu dicis amen: hoc est uerum est; quod os loquitur: mens intenta fatetur: quod sermo sonat: affectus sentiat. ¶ Idem in c. Omnia quęcunq; ea. dist. Omnia quæcunq; uoluit dominus (ait) fecit in cælo, & in terra. Et quia uoluit sic, factum est ita. Licet figura panis, & uini uideatur: nihil tamen aliud, quam caro Christi, & sanguis post consecrationem credendum est. Vnde ipsa ueritas ait ad discipulos. Hæc (inquit) caro mea ēst pro mundi uita. Et ut mirabilius loquar: non alia plane, quam quæ nata est de Maria, & passa in cruce: & resurrexit de sepulchro. hæc inquam ipsa est. Et ideo Christi caro est, quæ pro mundi uita adhuc hodie offertur. Et cum digne accipitur: uitam utiq; æternam in nobis operatur. Panem quidem istum, quem sumimus in mysterio, illum utiq: intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in utero uirginis: & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. unde ipse ait. Ego sum panis, uiuus, qui de cælo descendi. Et item. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Ex his namq; duabus sententijs, aperte datur intelligi: quia panis ille, & ille non duo, sed unus panis, & una caro: proculdubio unum corpus efficitur. Illud uere: illud sane: quod sumptum est de uirgine: quod passum est, & sepultum: quod resurrexit, & in cęlum ascendit: & sedet ad dexteram dei patris: & quod est uenturum iudicare uiuos: & mortuos. ¶ Ad idem loquitur idem in c. In calice. eadem dist. Idem in libr. 7. de sacra. eadem dist. S cut est. Sicut est uerus dei filius, dominus noster Iesus Christus: non quemadmodum homines per gratiam: sed filius ex substantia patris: ita uera est Christi caro: sicut ipse dixit: quam accipimus, & uerus sanguis eius potus. Ego sum inquit, panis uiuus, qui de cęlo descendi. Et respondens cuidam replicæ, quę fieri posset: addit: sed caro non descendit de cęlo, quomodo ergo descendit de cęlo panis uiuus. Respondet. Quia idem dominus Iesus consors est diuinitatis, & corporis: & tu qui accipis carnem, diuinę eius substantię in illo participas alimento. ¶ Idem in libro de mysterijs eadē dist. In illo. In illo sacramēto Christus est: quia corpus est Christi. non ergo corpo alis esca: sed spiritualis. Vnde & apostolus de typo eius ait, quia patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt. Corpus enim dei corpus est spirituale, corpus Christi corpus diuini spiritus est. ¶ Di-

1. Cor. 10.

Varia testimonia Aug de ueritate sacramenti

H Æc ueritati egregius doctor Augu. etiam multiplex perhibet testimoniū, unde in lib. sententiarum prosperi eadem dist. Nos autem ait. Nos autem in specie panis, & uini, quam uidemus: res inuisibiles. i. carnem, & sanguinem honoramus. Nec similiter comprehendimus has duas species: quemadmodum ante consecrationem apprehendamus: cum fideliter fateamur ante consecrationem esse panem, & uinum, quod natura formauit: post consecrationem uerò carnem Christi, & sanguinem, quod be-

Augusti.

nedictio

nedictio consecrauit. Et in eodem lib. idem dicit eadem dist. Hoc est. Hoc est, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus. Sacrificiũ ecclesię duobus modis confici, duobus constare, uisibili elementorũ specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine: & sacramento, & re sacramenti. i. corpore Christi. Item. Caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus. Et sanguis eius, quem sub uini specie, & sapore potamus. ¶ Idem lib. de trini. eadem distin. Quia morte. Quia morte domini liberati sumus: huius rei memores in edendo, & potando carnem, & sanguinem, qua pro nobis oblata sunt significamus. Item eã, dist. Vtrum sub figura. Vtrum sub figura, an sub ueritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat, ueritas ait. Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. Alioquin quomodo magnum erit. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita: nisi uera sit caro. Sed quia fas non est uorare dentibus, uoluit dominus hunc panem, & uinum in mysterio: uere carnem suam, & sanguinem suum consecratione spiritussanctꝰ potentialiter creari: & quotidie pro mundi uita mystice immolari: ut sicut de uirgine per spiritũsanctum uera caro sine coitu creatur: ita per eundem ex substantia panis, & uini mystice idem corpus Christi confecretur. Corpus Christi & ueritas, & figura est: Veritas dum corpus Christi, & sanguis uirtute spiritussancti in uirtute ipsius ex panis, & uini substantia efficitur. Figura uero est id, quod exterius sentitur. Et sequitur. Credendum est: ꝙ in uerbis Christi sacramenta conficiantur: cuius enim potentia creantur prius: eius utiq; uerbo ad melius procreantur. ¶ Idem in epistola ad hireneum, & habetur ea. dist. Ea. Corporeum. Corporeum illud manna nunc est tanti rei miraculi: quia uenit, quod perfectum est. Perfectus autem panis de cęlo corpus est ex uirgine. ¶ Item super psal. 33. Homel. 2. Accesserunt ad Iesum iudæi, ut crucifigerent: nos accedamus: ut corpus eius, & sanguinem accipiamus: Item uere magnus deus, & magna misericordia eius: qui dedit nobis manducare corpus suũ in quo tanta perpessus est: & sanguinem bibere. Item in psal. 28. ad iudęos. Iam & securi bibite sanguinem, quem fudistis. Item in psal. 75. Ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt; per gratiam biberunt. Item in psal. 27. De carne Mariæ carnem accepit: & ipsam carnem ad manducandum ad salutem dedit. Similia multa in uarijs psalmorum expositionibus ponit, quorum quædam in cap. Accesserunt ea dist. notantur. ¶ Beatus quoq; Greg. in Homilia paschali eadem dist. Quid sit similiter docet: ait enim. Quid sit sanguis agni non iam audiendo, sed bibendo didicistis, qui sanguis super utrumq; postem ponitur: quando non sólum ore corporis: sed etiam ore cordis hauritur. Hæc salutaris uictima illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens ex mortuis; iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur: tamen in seipso immortaliter & incorruptibiliter uiuens, iterum in hoc mysterio moritur, eius quoq; ubiq, corpus sumitur: eius caro in salutem populi patitur, eius sanguis non iam per manus infidelium, sed fidelium in ara perfunditur. Et sequitur. Vno, eodemq; tempore, ac momento in cælo rapitur ministerio angelorum corpori Christi sociandus, & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Tanta est ecclesię unitas in Christo, ut unius ubiq; sit panis corporis Christi, & unus sit calix sanguinis eius. Calix enim, quẽ sacerdos catholicus sacrificat, non alius nisi ipse, quem dominus apostolis tradidit, quia sicut diuinitas uerbi dei est uita, quæ totum implet mundum: ita licet in multis locis, & innumerabilibus diebus illic

Psal. 33.

Psal. 28.

Psal. 75.

Psal. 27.

I Grego.

Auctoritates Gregorij ad confirmationes sacramenti.

consecretur corpus: non sunt tamen multa corpora Christi neq; multi calices: sed unum corpus Christi, & unus sanguis cum illo: quod sumpsit in utero uirginis: & quod dedit apostolis. Diuinitas enim uerbi replet id, quod ubiq; est: & coniungit, & facit: ut sicut ipsa uita est: ita & unū corpus eius sit in ueritate. Vnde aduertendum est: q; siue plus, siue minus quis inde percipiat: omnes æqualiter corpus Christi integerrime sumunt: & generaliter omnes, & specialiter unusquisq;. Item idem. Quotidie ipse comeditur, & bibitur in ueritate: sed integer, & uiuus, atq; immaculatus manet. Et ideo magnum, & pauendum est mysterium: quia aliud uidetur, & aliud intelligitur. Hæc Grego. ¶ Nec tamen quemquam moueat, q; corpus Christi uerum in sacramento mysterium dicitur. Ex quo uerbo hæretici putrimentum trahunt erroris, ut dicit dominus Inno. c. Cum marthæ de celebra. miss. dicentes. In sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis ueritatem: sed imaginem tantum, & speciem, & figuram: pro eo, q; scriptura interdum commemorat id, quod in altari suscipitur esse sacramentum, & mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt: quia nec auctoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta dei suscipiunt reuerenter. Si enim, quia figura est sacramentum altaris: ueritas negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum sit figura) ueritas est credenda. Si quidem mortem, & resurrectionem Christi, similitudinem, & imaginem esse apostolus manifestat. Christus inquiens mortuus est pro delictis nostris: & resurrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum enim princeps Petrus in epistola sua scribit. Christus passus est pro nobis uobis reliquēs exemplum, ut sequamini uestigia eius. Sic ergo tam mors Christi, quā resurrectio eius est exemplum: ut nos peccatis mortui iustitiæ iam uiuamus. Quare si non fuit ueritas: quia fuit exemplum. ergo nec ueritas fuit Christus: nec uere a mortuis resurrexit. Sed absit a fidelium cordibus error iste, cum propheta de ipso testetur, quòd ipse languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei: quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur: & aliud cernitur, quam credatur. Cernitur species panis, & uini, & creditur ueritas carnis, & sanguinis Christi hæc ibi. ¶ Item Eusebius. Cum reuerendum ad altare, cibis spiritualibus satiandus ascendis: sacrum dei tui corpus, & sanguinem fide respice. Honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe. & habetur dist. 2. de conse. Quia corpus. Item Leo Papa. Sic & sacræ mensæ communicare debetis: ut nihil prorsus de ueritate corporis, & sanguinis ambigatis. Item Basilius. O miraculum: ô dei nimia beniuolentia: qua sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tempore manibus hominum continetur. Item Paschasius ut supra in princ. lec. 38. Ad idem magister sententiarum lib. 4 dist. 10. multas sanctorum adducit auctoritates. Venerabilis quoq; Hugo. lib. 2 de sacramentis parte. 8. per multa capitula hanc fidei ueritatem & confitetur, & probat. unde c. 7. ait. Quod uidemus, species panis est, & uini. Quod autem sub specie illa credimus, uerum corpus Christi est, & uerus sanguis Iesu Christi, quod pependit in cruce, & fluxit de latere: nec per panem, & uinum corpus, & sanguinem tantum significari credimus, sed sub specie panis, & uini uerum corpus, & uerum sanguinem consecrari: & speciem quidem uisibilem sacramentum esse ueri corporis, & ueri sanguinis. Corpus autem, & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodum species illic cernitur, cuius res, uel substantia ibi esse non

Grego.

Inno.

Rom. 7.

1. Pe. 2.

Esa. 53.

R

Euseblj auctoritas ad cōfirmationē ueritatis sacramenti.

creditur

creditur:sic res ibi ueraciter,& substantialiter præsens creditur: cuius species non cernitur. Videtur enim species panis,& uini:& substantia panis,& uini non creditur: creditur autem substantia corporis,& sanguinis Christi: & tamen species non uidetur. Quod ergo uidetur secundum speciem, sacramentum est, & imago illius, quod creditur secundum corporis ueritatem. Et quod creditur secundum corporis ueritatem, sacramentum est illius,quod percipitur secundum gratiam specialem. Sacramentum ergo altaris,& eucharistia diuina in uero corpore, & sanguine domini nostri Iesu Christ,imago est secundum speciem panis,& uini,in qua cernitur.& res est secundum substantiæ suę ueritatem,in qua creditur illic,atq; percipitur. Et rursum. Quod nunc uisibiliter secundū sacri speciem:& corporaliter secundū carnis,& sanguinis ueritatē,Christū in altari sumimus: sacramentū est, & imago:q; ipsum eundem inuisibiliter,& spūaliter secūdū gratiæ infusionē,& spūsancti participationem in corde sumerę debemus. Ergo diuinissima eucharistia,quæ in altari secūdū panis,& uini speciē,& secūdū corporis, & sanguis Xpi ueritatē uisibiliter,& corporaliter tractatur:sacramētū est,& signū:& imago inuisibilis,& spiritualis participationis Iesu,quæ intus in corde per fidem,& dilectionem perficitur. Hæc Hugo. ¶ Item Inno. in de offi. mis. Cū sacerdos illa Xpi uerba pronunciat. Hoc est corpus meū:hic est calix meus:panis,& uinū in corpus,& sanguinem conuertuntur, illa uerbi uirtute, qua uerbum caro factū est,& habitauit in nobis: qua dixit,& facta sunt:mandauit,& creata sunt uniuersa. Ego igitur,qui uitā æternam habere desidero,carnē Christi ueraciter comedo: & sanguinē eius ueraciter bibo:illā utiq; carnē,quā traxit de uirgine,& sanguinem, quem effudit in cruce, Ego corde,& ore confiteor: ipsum dñm Iesum Xpm in hoc sacro manduco,fretus auctoritate ipsius dñi. ¶ Probat idem confessio Berengarij facta in generali concilio Nicolao Papa p æsidente:& habetur in ca. Ego Berengarius. de conse. dist. 2. quæ ait Consentio sanctæ Romanæ ecclesiæ,& apostolicæ sedi.& ore & corde profiteor panē, & uinum quæ in altari ponuntur: post consecrationem non solum sacramentū:sed etiā uerum corpus, & sanguinē dñi nostri Iesu Christi esse. ¶ Demū hanc ueritatem uniuersalis ecclesia (cuius post euangelium nulla maior est auctoritas) determinauit in concilio generali sub Inno. 3. celebrato: ut habetur in ca. Firmiter. de summa trinitate, & fide catholica. ubi dicitur. Vna uero est fidelium uniuersalis ecclesia,extra quam nullus omnino saluatur: in qua idem ipse sacerdos est & sacrificium Iesus Christus: cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis,& uini ueraciter continetur. ¶ Hanc etiam ueritatem Guilhel. Paris. in tractatu solemni, quem de sacramentis edidit in parte de sacramento eucharistiæ. c. sine partitione: & iuxta principium persuadet ex tribus officijs, quæ Christus pro nobis suscepit: scilicet presbyteri, aduocati,& medici. Vnde quia in missa fit populi sanctificatio: necesse est Christum, ut sacerdotem fidelissimum interesse pro explectione officij sacerdotalis. Hoc enim exigit fidelitas sacrificantis: ut adsit, cum ad sacrificium postulatur aduenire. Est autem officium sacerdotale, sacramentare, siue sanctificare: quod certe non impletur nisi per hostiam, qua gratia sanctificationis populo impetratur. Nulla autem hostia est, quæ possit sanctificari populus: nisi illa, quam Christus in cruce obtulit, qua est ipsemet Xps secundum q; homo: sicut dicit apostolus ad Heb. 11. q; semel in consummatione seculorum ad destructionem peccatorum per hostiam apparuit. Et ibidē. 10. cap. Sanctificati sumus per oblationem Iesu Christi semel. Necesse est igitur hunc uenire ex officio sacerdotali su-

Innocētij testimonio cōprobatur sacramenti trāsubstantiatio.

Hugo. I.

Inno.

Conc. Trid. Sess. 13. c. 1. & canon. 1. &alijs.

Inno.

Guil. Paris.

Heb. 11.

ti suscepto ad sacrificandum populum per hostiam. Non est autē Christus sacerdos nisi in forma humana, & in eo q̄ homo: igitur ut sic præsentem se facit in altaris sacramento. Iuxta hunc modum: quia fidelis est noster aduocatus: necesse habet interesse causæ, quam agendam suscepit, quotiens causa nostra agitur: & præsentia eius desideratur. Causa autem nostra in missa agitur scilicet coram deo patre, per sacerdotem tanquam procuratorem. Necesse igitur habet interesse, & causam agere hic noster aduocatus. Non est autem aduocatus: neq; causam agit inquantū homo, ergo inquantum homo necesse habet assistere procuratori sacerdoti, maximē quia causa ista non agitur nisi per interpellationem: si non nisi ex ore eius digna est suscipi, & per munus, quod ipsemet est. Tertiō quia fidelis medicus, egrum, quem curandum suscepit: habet uisitare, quotiēs hoc requirit infirmitas: & hoc cum unguentis, & medicinis, quæ curationi eiusdem sunt necessaria. Quia igitur unusquisque de ecclesia æger est: & medicatione indiget siue ad curationem: siue ad conseruationem: siue ad præseruationem: siue ad confortationem: & unumquemq; curandum mirabili miseratione suscepit: necesse habet, ad curandum, quotiens opus erit, aduenire. Opus autē est, quotiens de medicatione eius agitur: & sanatione eius intenditur. Quia ergo ad hoc missa agitur: & quicquid in ea fit: fit ut huiusmodi ægro medicationis impendatur officium, & sanitatis beneficium: necesse habet missæ officio interesse: & hoc in eo, q̄ medicus: hoc est in forma humana, cum corpore suo, quod est uelut antidotum solidissimum contra omnes humores noxios uitiorum, & cum sanguine suo qui est uelut syropus mulcebris, & dulcissimus: & medicina liquida ualens contra omnia animarum languores, atq; uulnera: quorum duorum uirtutes in ipsa dominica passione potissimum claruerunt. Secundum hoc igitur, quia uenerandum corpus Christi medicina est saluberrima: qua curantur quotidie nostræ infirmitates, & sacramentum eius est placabilissimum, quo lapsi deo patri reconciliamur: & sanctificationis nostrę est sacramentum sacratissimum, quo deo patri, ut filij charissimi coniungimur; & incorporamur; & cibus est nostrę refectionis, quo in uita spirituali subsistimus, & solidamur: necesse est ipsius in missarum solemnijs in quibus omnia ista peraguntur, sacratissimam, & uerissimam adesse præsentiam. Non enim sufficit designatio, siue figuratio corporis istius uiuifici, & sanguinis ad ista prædicta peragenda: sed necessariō requirunt istius uiuifici panis præsentissimam ueritatem: Neq; enim figura: neq; aliqua designatio medicinæ præstare potest ullo modo salutem: sed sola ipsius, præsens ueritas salutē facit. Similiter impossibile est per solam, & inanem figuram, & designationem sacrificij placari iratum: aut reconciliari offensum absq; sacrificij ueritate: similiter neq; sacrari, aut sanctificare possibile est quemquā absq; sacramenti ueritate, cum sacramenti scilicet sola figura. Eodem modo impossibile est aliquem refici, pasci aut potari sola figuratione panis, & uini: alioquin sufficerent nobis figuræ, & picturæ ad ista quattuor peragenda, & frustra laboraretur circa missarum solemnia. Sufficerent, inquam picturæ sacrarum oblationum, & sacrificiorum ad reconciliationem, & placationem, figurę panis, & uini ad medicationem, & refectionem. Hæc autem insania ad hoc deducit, ut pictura diluuij sola sine ueritate mundum submergat: & pictura ignis, quo mundus inferior conflagrandus est: iam mundum exurat: atq; pictura sola panis pascat, atq; reficiat: sic & pictura uini potet, & inebriet; quæ certē nemo admittit compos rationis. Venit autem in partem sic loquentium dementia: ut omnino non distinguāt quan-

tum

tom ad uirtutem, & efficaciam inter signa, & res: inter figuram, & ueritatem: cum eandem uirtutem attribuant signis, & ueritati. Nimium ergo desipiunt hæretici, atque falluntur, astruentes corpus Christi non realiter, uere in sacramento altaris contineri: sed dum taxat in quadam designatione, & figura, contra Christi euangelium, & tot sanctorum testimonia patrum: in quo elucet ipsorum detestanda temeritas: & præsumptio temeraria, qua sensui proprio proterui innituntur: sententiam suam maiorum auctoritatibus præferendo contra sapientis exhortationem, Filij ne innitaris prudentiæ tuæ, neq; sapiens sis apud temetipsum. Verum hę persuasiones Guilhel. magis ostendunt cõgruitatem corporalis præsentiæ Christi: quam demonstrent assistentiæ necessitatem. ¶ De eodem etiam loquitur Alber. in lib. de sa. parte. 2. Quid inquit, necesse est tantum facere apparatũ pani, & uino nisi significarent corpus, & sanguinem Christi. Quid ad hoc ordinarentur sacerdotes: consecrarentur altaria: templa ac cætera quę ad ritum, & altaris cultum pertinent: si nihil in his fieret, nisi q panis benediceretur, qui corpus Christi tantum significaret. Adhuc autem adoratio & ueneratio, quæ fit a populo, exhiberetur creaturæ. Sicq; in omni missa idolatria committeretur: quia cultus debitus creatori pure exhiberetur creaturæ quod necessariũ est dicere, quomodo etiam beatus Dionisius de hoc sacramento loquens uerbis utitur, quæ soli deo digne attribuũtur. Ait enim in de ecclesiastica Hierarchia. cap. 3. loquens de uenerabili eucharistię sacramento. At uerò pontifex cũ diuina munera laude prosecutus fuerit: sacrosancta, & augustissima mysteria conficit, & quæ ante laudabat uenerandis operta, & abdita signis in conspectu agit, diuinaq; munera reuerenter ostendans, ad sacram illorum communionem & ipse conuertitur: & reliquos ut communicent, hortatur. Et post multa. Describit enim pontifex in his ferme sensibiliter muneribus in conspectu dans Christum Iesum nostram spiritalem, ut in imaginibus, uitam, ex diuinitatis occultæ perfecta, & incomfusa nostræ mortalitatis assumptione clementissime proprietatem ex nobis accepisse: atq; ad diuisibile nostram sine mutatione sui ex unitate naturali processisse. Perq; hanc beatificam clementiam ad participationem sui, suorum bonorum inuitare genus humanum. Sitamen ipsius elementiæ inseramur, ipsam, quantum fas est, imitando, sicq; ueraciter consortes dei, diuinorumq; participes efficiamur. Hæc Diony. secundum nouam translationem. In quibus satis patet eum sensisse dominum Iesum Christum in sacramento realiter: sed operum specibus panis, & uini contineri. ¶ Ex omnibus præcedentibus satis reor probatum esse hanc fidei nostrę ueritatem: q sub speciebus panis, & uini post consecrationem ritè factam uerum Christi corpus, ueruſq; eius sanguis, non sicut in signo: sed in se realiter continetur, contra damnatam hæresim hanc ueritatem negantium. Neq; pro eis facit, quod pro se adducunt. Ipse enim hæc uerba Christi hoc est corpus meum: non sint accipienda sicut illa. Ego sum uitis uera. Aut sicut illa apostoli. Petra autem erat Christus, satis supra declaratum est. Verba uerò beati Aug. supra pro sua hæresi allegata, magister dist. 10. quarti determinat dicens. Non his negat Augustinus corpus Christi a fidelibus sumi, uel esse in altari: sed his uerba apostolos, & in eis nos instruxit, q ipsius corpus non per partes discerptũ, ut putauerunt illi discipuli, qui retroierunt: sed integrum, nec uisibiliter in forma humana: sed nobis inuisibiliter sub forma, panis, & uini, corpus, & sanguinem traderet. Quem sensum beatus Aug. confirmat dicens. Ipsum quidem, & non ipsum corpus, quod uidebatur, manducabatur: ipsum

Albertus rõnibus, ꝓbat sacramẽti ueritatem.

Prouer. 3.

N Alber.

Dionysius.

Cõclusio omniũ auctoritatũ quibus probatur fidei nostrę ueritas de sacramẽto eucharistię.

O

Augustin.

Augustin.

inui-

inuisibiliter, non ipsum uisibiliter. Item etsi necesse est illud uisibiliter celebrare, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in uno loco: scilicet uisibiliter in forma humana: ueritas tamen eius. i. diuinitas ubiq; est ueritas etiam eius. i. uerum corpus in omni altari est, ubicunq; celebratur. Sic etiam illud intelligendum est. Pauperes semper habebitis uobiscum: me autem non semper habebitis: secundum corporalem præsentiam, secundum quam cum eis conuersabatur. Similiter & illud, ℣ homo est, in cœlo est uisibiliter: inuisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet: sed forma panis, & uini operitur. Vnde & inuisibilis eius caro dicitur, quæ uere est in altari: sed quia non in specie sua apparet: dicitur inuisibilis. Ait enim Aug. Sacrificium ecclesiæ duobus constat, uisibili elementorum specie. & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine: sacramento, & re sacramenti i. corpore Christi. Ecce inuisibilem dixit carnem Christi: quia forma panis operta sumitur, & tractatur.

DE MVTATIONE QVANDO INCIPIT CORPVS Christi esse sub speciebus panis, & uini.

LECTIO XL.

OSTENSA corporali præsentia corporis Christi sub speciebus panis ad prolationem formæ sacramentalis: consequenter inquirendum est, quæ mutatione incipit corpus Christi esse in sacramento. ¶ Circa quod notandum, ℣ quamuis expresse tradatur in scriptura, ℣ corpus Christi ueraciter sub speciebus panis continetur: & a fidelibus sumitur: ut patuit lectione præcedente: tamen quomodo ibi sit Christi corpus, an per conuersionem alicuius in ipsum: an sine conuersione incipiat esse corpus Christi cum pane manentibus substantia, & accidentibus panis, non inuenitur expressum in canone bibliæ. Vnde de hoc antiquitus fuerunt diuersæ opiniones, ut recitat magister di. 11. quarti. Vñ colliguntur tres opiniones, quæ habentur. c. Cum Matthęo in glo. extra de cele. miss. Inno. de offi. miss. parte. 3. c. 18. easdem recitat Inno. ¶ Vna, ℣ panis substantia manet simul cum corpore Christi, & nihil præexistens ibi ante consecrationem desinit esse. ¶ Secunda, tenet, ℣ substantia, quæ fuit panis primò, postea est caro Christi. ¶ Tertia tenet, ℣ substantia panis ibi desinit esse, & manent accidentia tantum, sapor, color, pondus & similia, & sub his accidentibus incipit esse corpus Christi. ¶ Quartam opinionem addit magister ubi supra pro panis substantia non conuertitur, sed annihilatur, uel in præiacentem materiam resoluitur. Sed nũc opinio tertia ab omnibus doctoribus catholicis acceptatur. s. ℣ substantia panis non manet, sed realiter ueraciter in substantiam corporis Christi cõuertitur transubstantiatur, seu commutatur. Tum quia de sacramentis tenendum est, sicut tenet sancta Romana ecclesia, ut habetur de hæreticis, ad abolendum. Nunc autem ipsa tenet, & determinauit panem transubstantiari in corpus Christi, & uinum in sanguinem, ut habetur de sum. tri. fi. ca. Firmiter. ubi sic dicitur. Ipse Iesus Christus sacerdos est, & sacrificium cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & uini ueraciter continetur. Et sequitur transubstantiatis pane in corpus, & uino

An panis substãtia maneat simul cũ corpe Christi.

& uino in sanguinem potestate diuina. ¶ Ad idē sunt auctoritates plurimæ sanctorū, quarū plures ca. præcedente sunt allegate. Vnde Eusebius Emissenus de cōse. di. 2. Quia corpus. Inuisibilis inquit, sacerdos uisibiles creaturas in substantiā corporis sui, & sanguinis uerbo suo secreta ptāte conuertit. Et sequitur. Nouū tibi & impossibile esse nō debet: q̄ in Christi substātiā terrena & mortalia conuertuntur. Item Ambr. lib. de sacramentis: ut supra allegatū est in ca. Panis. 2. de conse. di. 2. Panis est in altari uisitatus ante uerba sacramentorū: ubi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Sequitur. Si ergo tanta uis est in sermone domini Iesu: ut inciperet esse, quod nō erat: quanto magis operatorius est, ut sint, quæ erant & in aliud cōmutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationē: quia sermo Christi creaturā mutat: & sic ex pane fit corpus Christi, & uinū cum aqua in calice mixtum fit sanguis consecratione uerbi cælestis. Ité Aug. & habetur eadē dist. utrū sub figura. Voluit dominus hunc panē, & uinū in mysterio, uere carnē suam, & sanguinem suum consecratione spūssancti potentialiter creari. Et sequitur. Ex substantia panis, & uini mystice corpus Christi consecratur. Et infra. Corpus Christi, & sanguis in uirtute spūssancti ex panis, & uini substantia efficitur. Et sequitur: per spiritum sanctum hanc, scilicet panis substantiā suam efficit carnem, & transit uinum in sanguinem. Et infra. Credendum est, q̄ in uerbis Christi sacramenta conficiantur, cuius. n. potentia creantur prius scilicet panis, & uinū: eius utriq; uerbo ad melius procreantur. Item in ca. Cū marthæ. de celebra. m s. Panē, & uinum in corpus, & sanguinē proprie commutauit. Item uenerabilis Hugo. lib. 2. de sacramentis. parte. 5. ca. 2. Sacramentum corporis, & sanguinis sui, ipse dominus Iesus Christus instituit: quando post cenā ueteris paschæ, panē, & uinum in corpus, & in sanguinē suum potentia transmutans apostolis sumendū distribuit. Et ibidem c. 11. idem ex intentione declarans. At per uerba sanctificationis uera panis & uera uini substantia in uerum corpus, & sanguinē Christi conuertitur: sola specie panis, & uini remanente, & substantia in substantiam transeunte. Conuersio aūt ipsa nō secundum unionem, sed secundum transitionem credenda est: quoniā nequaquā essentia essentiæ in augmentum accedit, ut per illud, quod accedit: id ad quod accedit, maius fiat: sed transitione, ut id, quod accedit: cū illo, ad quod accedit, unū fiat. Nec sic in pane Xp̄i corpus consecrare dicimus: ut de pane corpus Christi esse accipiat: nec quasi nouum corpus subito factum: de mutata essentia, scilicet panis: sed in ipsum corpus uerum mutatam essentiam: nec ipsam substantiam panis, & uini in nihilum redactum: quia desijt esse, quod fuit: sed mutatam potius, quia cepit esse aliud, quod non fuit. Et aliud ipsum, quod cepi supple substantia panis esse, ex ea esse non accepit: quia prius panis fuit: sed ipsa esse accepit: quando desijt esse, quod fuit. Ex his, & alijs plurimis auctoritatibus sanctorū habetur: q̄ corpus Christi est in sacramento per transmutationem, uel conuersionē, aut transsubstantiationē substantiæ panis, & uini in corpus, & sanguinē Xp̄i. In dictis aūt auctoritatibus sunt quædā sobrie exponēda, quibus dicitur: q̄ panis, & uinū fit sanguis, & corp⁹ Christi: q̄ quō intelligenda sint: postea lec. 49. docebitur. Et propter hoc prædicta uerbū forma dicitur cōuersiua: quia dū ipsa rite a sacerdote super panē, & uinū profertur: panis, & uini substantia in corpus, & sanguinē Xp̄i cōuertuntur. ¶ Quia ergo ex determinatione ecclesiæ, conformiter ad sanctorum auctoritates credendum est corpus Christi in sacramento esse per conuersionem panis in ipsum. Videndum: quomodo intelligenda sit ipsa conuersio

N

Ambro.

Auguſt.

Conuersio quid, quæ & quot connotat.

C

ubi tria sunt perquirenda. Primò quid sit conuersio. Secundo quid in quid conuerti possit. Tertiò, qua spē conuersionis panis in corpus Christi conuertatur. ¶ Quoad primum notandum, q̄ conuersio, quæ est transitio unius in aliud: duo dicit. ſ desitionem alicuius rei: & successionem alterius. Si.n. legitur aqua conuersa in uinū in nuptijs. Iohann. 2. desijt in hydrijs aqua: & successit uinum, hoc est, quòd forma aquæ in hydrijs desit esse successit forma uini in materia aquæ. Vel tota aquæ substantia desijt: tota substantia uini successit: quippe fieri utrumq; potuit. Quod autē horū factū sit ipse nouit, qui fecit. Sic in gñatione naturali ignis ex aere, aer conuertitur in ignē: dum corrupta forma aeris succedit forma ignis: sic album uertitur in nigrum, dum albedini desinenti succedit nigredo. ¶ Est ergo conuersio successio entitatis positiuæ ad entitatem positiuam desinentē. Illud uerò secundum opinionē Scoti, dicitur succedere, quod ad desitionē alterius nouū esse recipit: aut in esse, quod habet cōseruatur: ita q̄ nisi aliud desineret, ipsum non reciperet nouū esse: nec in esse, quod hēt conseruaretur. Ex quo sequitur: q̄ corruptioni uermis in terra non succedit sol in cęlo: quāuis corrupto uerme conseruetur, maneret enim nihilominus: si uermis corruptio non præcessisset. ¶ Secundò sequitur: q̄ de ratione successionis non est, q̄ succedens sit in eadem materia sub eisdem accidentibus, uel in eodem loco, in qua, quibus, uel quo fuit id, cui succedit. Patet ex secundo. Vñ si deus conseruaret solē in cęlo ad destructionem alicuius animalis in terra alias nō coseruaturus: sol quantum ad esse, in quo conseruatur, succederet animali: & animal desinens conuerteretur per consequens in solē. ¶ Tertiò sequitur: q̄ non est de ratione successionis: ut sit nouitas aliqua in succedente, quia si res aliqua in suo esse, quod habuit sine sui mutatione conseruaretur ad corruptionem alicuius rei alias non conseruanda: illa succederet rei corruptæ sine sui mutatione, & quælibet nouitate. Sententia est Scoti quodli. q. 10. ¶ Et posset ratio assignari, quoniā quia res de nouo producta. i. accipiens esse post non esse ad desitionē alterius succedit desinenti rōne res conseruata. i. accipiens esse post esse præcedens, & desitionē alterius succedit ei, nulla enim pōt assignari ratio diuersitatis: cum conseruatio est quędam productio: nā utrobiq; ad esse causæ sequitur effectus: qui cā cessante nō sequeretur. Posita.n. cā sufficiente, & producente, ponitur effectus de nouo, si prius non fuerit, aut ponitur non de nouo, si prius fuerit: & hoc si eadē fuerit cā producens, & cōseruans. Nec minus habet esse effectus a causa conseruante, quā a cā producente: quia ita cōseruatū non esse submoto cōseruante: sicut productū non esset remoto producēte. ¶ Per hoc patet ad secundū, quid in quid conuerti possit: nā tunc res aliqua conuerti potest in aliā: dū utraq; est in ptāte agentis quantū ad esse, uel cōseruari: & nō esse simpliciter, uel secūdū quid. Vnde dicitur primò: q̄ nō solū corpus in corpus, aut substantia in substātiam, seu accidens in accidens: sed spūs in spūm, & corpus in spiritū: & spūs in substantiā corporalē: substātia in accidēs: & accidens in substantiā, & generaliter quodlibet creatum in creaturam quālibet pōt conuerti diuina potestate. Patet: quia cū quælibet creatura ęquæ est in plena potestate dei quantum ad esse, & non esse potest quamlibet creatura annihilare, & ad desitionem alterius cuiuscunq; producere, similiter potest quamlibet creaturam conseruare ad desitionem alterius. Quod cū facit, creaturā, quæ desinit in eam, quam sic conseruat, uel producit, conuertit. Nec tamen propter talem conuersionem unum fit reliquum: hoc est si corpus conuertitur in spiritum: non ideo corpus fit spiritus, neq; materia fit forma, si in formam conuerteretur, nec substantia accidens: uel

Ioh. 2.

Successio quid dicit, secundū Tho.

Quid in quid cōuerti possit.

D

econ-

econuerſo, cum conuerti unum in aliud, non eſt unum fieri aliud: ſed eſt uni deſinenti ſuccedere aliud: licet in caſu ex corpore fit ſpiritus: & ex materia fit forma: quod nihil aliud eſt dictu; *niſi q̃* deſinenti cõpori ſuccedit ſpiritus. Sicut in generatione naturali ignis ex aere, aer non fit ignis: nec forma aeris fit forma ignis, ſed forma aeris corrumpitur: & producitur in eadem materia forma ignis, quod eſt conuerti aerem in ignem: ſiue formã aeris in formam ignis. ¶ Secundò dicitur: q̃ nihil conuerti poteſt in deum, uel in aliud intrinſecum deo. Probatur, quia nihil intrinſecum deo, eſt in poteſtate dei quantum ad eſſe, & non eſſe, cum eſſe intrinſecum deo, eſt deus, & neceſſe eſſe, & non poſſibile non eſſe. Potentia enim diuina eſt tantum reſpectum poſſibilium, ut declarant doctores circa diſtinctionem primi, & ideo non ſuccedit eſſe diuinum cuicunq; creaturæ deſinenti: cũ ſiue creatura deſinat, ſiue non neceſſariò eſt deus, nec ſoli neceſſariò eſt: ſed neceſſariò eſt immutabilis, & ideo non tantum quoad eſſe non ſuccedit, ſed etiam quantũ ad omnẽ modũ ſui eſſe nulli creaturæ ſuccedit. ¶ Sed forte quis diceret contra primum. Illud uidetur eſſe contra beatum Auguſtinum ſuper Gene. dicentem lib. 7. Omne corpus in omne corpus poſſe mutari non deſuerunt, qui aſſeretent, corpus autem aliud conuerti in animam, fieriq; naturã incorporeã, nec quêquã ſenſiſſe ſcio, nec fides habet. Et eodẽ libro expreſſius habetur idem. Omne inquit corpus in omne corpus mutari poſſe credibile eſt, quodlibet autem corpus poſſe mutari in animã, credere abſurdum eſt. ¶ Item Boetius in libro de duabus naturis dicit. Neq; corporea ſubſtantia in incorpoream ſubſtantiam mutari poteſt, nec incorporea in ſeinuicem mutari, proprias formas mutant, ſola enim in ſeinuicem mutari poſſunt, quæ habent unius naturæ commune ſubiectum. ¶ Item non uidetur, q̃ ſubſtantia poſſit conuerti in accidens: quia non poteſt fieri in hęrens: nec abſolutum pôt conuerti in reſpectiuum, quia tunc abſolutum requireret duos terminos. Item quantitas panis non poteſt cõuerti in corporis Chriſti quantitatem. quia non poteſt corpus Chriſti quãtificari per quantitatem panis: cum non ſit debita commenſuratio. ¶ Ad illa dicitur ad primum: q̃ beatus Aug. ibi loquitur de conuerſione primæ productionis, & ſecundum modum illius productionis. ubi de corpore materiali aliud corpus productum eſt, ut de materia informi cęlum, & elementa, ib: credibile non eſt de quolibet corpore, quodlibet produci potuiſſe, ſed non de corpore in ſpiritum, quia oſtendere uult, q̃ anima non eſt producta de materia, ſiue corpore materiali. Vel poteſt dici, q̃ uult, q̃ minus poſſibile eſt corpus in ſpiritum conuerti, quam corpus quodlibet in quodcunq; corpus, quia plus conueniunt corpora quæcunq; inter ſe, quam corpus cum ſpiritu. Verum hoc dici poſſet referendo ad potentiam naturalem: ſed reſpectu diuinæ potentię, cui omnia æquæ ſubſunt, nec unum eſt magis poſſibile altero. Ideo finaliter poteſt dici beatum Aug. ita opinatũ fuiſſe, uel ſecundũ aliorũ opinionem locutũ eſſe. Nec probat, quod opinatur, nec aſſertiue loquitur aſſerendo unum, negando aliud: ſed dicit credibile eſt. Et in alia parte nec quêquã ſenſiſſe ſcio, nec fides habet. & poſtea, abſurdum eſt hoc aſſerere. i. non eſt uſitatum, nec certum. ¶ Ad Boetiũ dicitur, q̃ loquitur de conuerſione naturali, & immediata, quę requirit ſubiectũ cõmune, & principia agẽdi, & patiendi mutuo in conuerſis. Dicit.n. ibidẽ, q̃ non poteſt ęs in lapidem permutari, quod intelligi non poteſt niſi de cõuerſione naturali, & immediata. Quo aũt ratio ſua teneat contra Eutycem, contra quem ibi loquitur, alibi uidendum eſt. ¶ Ad tertium, & quartũ dicit, q̃ fundatur ſup falſa imaginatione, quæ eſt, q̃ terminus, ad quẽ cõ-

An in deum aliquid poſſit conuerti.

Solutio Auctoritatum quę uidentur ſonare in contrarium.

E Auguſt.

Auguſt.

uersionis inducat conditiones termini a quo: quod falsum est: quia si terminus ad quem conuersionis recipit esse secundum conuersionē recipit esse secundū conditionē propriæ naturæ: ut patet etiam in conuersione naturali. Ideo si accidens conuertitur in substātiā: substantia seruat cōditionē suā, & econuerso, si substantia in accidēs: accidēs tenet suas conditiones, & si absolutū in respectiuum, respectus habebit fundamētū, & terminos suos, quos non habuit absolutum conuersum. Sic si quantitas panis conuerteretur in quantitatē corporis Christi (posito, q̄ quantitas sit accidens absolutum) corpus Christi propter hoc non extenderetur quantitate panis, quia cōuersa desinit esse, sed quantitate sua propria, quæ succedit quantitati panis cō

F uersæ. & per hoc patet secundū. ¶ Quoad tertium, scilicet qua specie conuersionis panis conuertatur in corpus Christi. Nam in allegatis auctoritatibus quandoq; dicitur mutari, q̄nq; conuerti: & q̄nq; transsubstantiari. Quō ergo se habeat conuersio ad transmutationē, quomodo ad transsubstantiationē, inquirēdū. Dicendū itaq; est: q̄ mutatio multipliciter accipitur tā a philosopho, quā a sanctis: possunt aūt acceptiones istæ reduci ad tres. Vnde potest accipi mutatio large, siue communissime, & sic mutari est rem incipere, uel desinere esse: aut se habere aliter posterius, qualiter se non habuit prius instantanee, uel successiue, & sic est genus ad motū, & conuersionē: quia motus dicit successionem. & conuersio desitionem conuersi: quę non importat mutatio in specie. Similiter ad creationē, & annihilationem, & alterationē: quia in genere importat, quicquid illi termini important in specie. ¶ Secundo modo accipitur stricte pro receptione alicuius formæ substantialis, uel accidētalis de nouo, uel dimissione talis formæ præhabitæ instātanea, uel successiua, & illo modo materia prima si fuisset creata sub forma.n. simul creata cū forma, in instanti suæ creationis fuisset mutata: quia in illo instanti recepisset formam, quā ante hoc instans non habuisset. ¶ Tertio modo accipitur strictissime: & sic mutari est subiectum præsuppositū recipere formā, uel locū prius non habitā, uel habitū: uel talē perdere instantanee, uel successiue & sic accipitur. 8. phyficorū, ubi innuitur: q̄ mutari est rem aliter se habere prius, & posterius. Ex illo patet: q̄ conuersio non est mutatio secundo, uel tertio modis saltem non oportet: sed tantum primo mō: quia quod his duobus ultimis modis mutatur, non desinit: quod aūt con-

G uertitur, desinit esse. ¶ Sed qūo se habeat conuersio ad transsubstantiationē aduertendum, q̄ est conuersio q̄ędam naturalis, quædā supernaturalis. Naturalis est, quæ fit a principijs naturæ præsuppositō subiecto utriq; termino: ut est conuersio aeris in ignē. Supernaturalis est quæ fit actione diuina speciali præter ordinem naturæ: & ista si fit inter terminos substantiales, dicit transsubstantiatio. Si inter terminos accidentales posset dici transaccidentatio. Si inter terminum, a quo qui est substantia, & ad quem, qui est accidens: posset circumlocutiue dici transubstantiæ accidentatio. Sic econuerso posset dici transaccidentis substantiatio. ¶ Pōt autem transsubstantiatio ad propositū sic describi, est conuersio substantiæ totius in substantiā non habentem communem materiam cum priore. Conuersio ponitur pro genere: quia ubicūq; est transsubstantiatio: ibi est conuersio: & non econuerso. Primum patet: quia in omni transubstantiatione terminus a quo desinit esse. Si enim maneret: non esset transsubstantiatio: quia nihil transiret in aliud. Dicitur substātię ad excludendū transaccidentationē. Dicitur totius: quod debet accipi mixtim. i. cathegorematicē, & sincathegorematicē simul: ut exponitur ipsum, & nihil ipsius: quin ipsum. Per hoc excluditur g̃ fatio naturalis, in qua licet totum cathegorema. i. integrum transeat in totū: ut

Qua spē conuersionis panis conuertitur in corpus Christi.

Conuersio duplex est

Transsubstantiatio quid.

dicit

dicit philosophus in generatione. Generatio est trāsitio huius totius in hoc totū. Siquidem in generatione ignis ex aere, totus aer corrumpitur: & totus ignis producitur cathegorematicē non tamen totus aer capiendo totus mixti. quia non quicquid est aeris corrumpitur, quia materia, quæ est primò pars aeris: & postea pars ignis non corrūpitur: sed manet sub utroq; termino. Dicitur in substantiā propter conuersionē substantiæ in accidens. quæ non trāssubstantiatio sed magis transsubstātiæ accidentatio. Dicitur ultimò, nō hītē cōem materiam cū alia propter conuersionē formæ substantialis per gnationē de nouo productā: quia licet ibi sit cōuersio totius formæ corruptæ in formā productā: quia nihil formę corruptæ manet, tñ nō est transsubstantiatio: quia forma corrupta, & forma genita hīt eadē materiā cōem.

Respōsio ad quæstionem, quod cōuersio panis dicitur trāssubstantiatio.

¶ Ex his patet, q transsubstāntiatio est spēs conuersionis supnaturalis: & p consequēs spēs conuersionis in gñe. Patet: q nulla potentia naturalis pōt in transsubstantiationē: quia nulla habet in sua ptāte totā substantiā cōpositā quātū ad materiā, & formā cū materia naturalis sit ingnabilis, & incorruptibilis: neq; substātiā simplicē, ut formā nisi mediāte subiecto cōi utroq; termino transmutationis: sed ubi manet materia cōis, ibi nō est transsubstātiatio ut patuit: ergo nulla uirtus naturalis habet in sua facultate trāssubstātiationē: sola itaq; potentia diuina, quæ est infinita hīs in sua ptāte materiā, & formā, & omne creatū, & creabile pōt substantias transsubstantiare. Et p hoc ad propositū dicitur, q conuersio, quæ substantia panis conuertitur in substantiā corporis Christi, est transsubstantiatio: panis quoq; transsubstantiatur in uerū corpus Christi. Probatur, quia ibi fit cōuersio totius substantiæ panis, quantū ad materiā, & formā. Nā ibi definit esse simpliciter tam materia panis, quā eius forma, forte per subtractionē diuinæ conseruationis: saluatis accidentibus in suo esse sine subiecto: & succedit per ueram præsentiā in locū substantiæ panis sub eisdem accidentibus uerum corpus Christi ad panis definitionē: ergo est ibi uera transsubstantiatio: tenet consequētia ex quid nominis transsubstantiationis. ¶ Possibilitas antecedentis quantū ad oēs partes, satis patet: attento q omnia creata sunt ęquæ in potentia obedientiali dei. Factū probatū est auctoritate ecclesiæ, & sanctorū: quia rōne p bari nō pōt. Et licet ita est: q sub accidentibus, quæ ante conuersionē erāt in substantia panis: præsens est p conuersionem corpus Xpi: nec tñ afficitur ab eis. Tū ut sup. dictū est: sic esse pñs accidentibus, nō est de rōne transsubstantiationis. Tū quia deus posset facere corpus suum præsens accidentibus panis simul, & substantiæ panis: ita q panis non desineret, sed maneret cum corpore Xpi: cum hoc nullā includat contradictionē: ut statim patebit: & postea conuertere panē in corpus Christi iam pñs: destruendo panis substātiā: & conseruando corpus suum ad desitionē panis, & tūc non est successio substantiæ ad substantiā sub accidentibus illis: quia prius fuit corpus Christi sub accidentibus illis eodē modo, quo postea desinēte pane: & sic nō succederet. ¶ Posset hic dici, q adhuc esset successio corporis Christi: nō quantū ad esse hic de nouo: sed quantū ad conseruari sub spēbus panis. Sic enim pōt esse conuersio in præexistens: ut statim infra. Tū quia sicut substantia panis, ita & accidentia eius possunt conuerti in corpus Christi: & sic desineret esse: & per consequēs corpus Christi nō esset pñs accidentibus. Tū quia (ut sentit Scotus) substantia panis posset transsubstantiari in corpus Christi, ut existens in cęlo absq; hoc q acquireret nouā præsentiā ad spēs, uel locū panis, quia deus pōt uelle corpus suum conseruare, siue esse in cælo, in ordine ad definitionem panis in altari alias non conseruaturus, quo in casu panis definens transsubstantiaretur in corpus Christi: ut patet ex quid

nominis transſubſtantiationis:& tamen nō eſſet in loco, uel ſub ſpēbus panis conuerſi,licet de facto per transſubſtantiationem panis in corpus Chriſti,corpus Chriſti realiter ſit præſens accidentibus panis,& loco, qui panē prius,quā defineret, continebat. Hæc omnia recitata ſunt ſecūdū opinionē doctoris ſubtilis in quolibe.q.10 & in 4. di. 11. ¶ Secundū uerō opinionē Guil. Ockam ſucceſſio ultra præmilla dicit præſentiam eius quod ſuccedit accidentibus: uel loco eius,cui ſuccedit. Et ſecundū hoc deſcribit transſubſtantiationem ſic: eſt ſucceſſio ſubſtantię ad ſubſtantiam definētē eſſe ſimpliciter in ſe,ſub accidentibus aliquibus proprijs ſubſtantiæ definētis addē dū eſt,uel ad minus in eodē loco. etiam addi oportet: nō habentis materiā cōem cū ſubſtantia definente. ¶ Ex quo patet: q; ad transſubſtantiationem requiritur aliqua nouitas in termino transſubſtantiationis: quia noua præſentia eius ſpēbus,uel loco ſubſtantię definētis,niſi forte per miraculū prius ante cōuerſionē fuiſſet pñs ſubſtantie definētis: in caſu ſtatim ſupradicto. Sufficit.n.q; ſi non eſſet præſens ante cōuerſionē: fieret de nouo pñs per cōuerſionē. ¶ Secundò patet ſecūdum illum doctorē, q; ſubſtantia panis non poteſt transſubſtantiari in corpus Chriſti,ut in cęlo: quia deficeret eius præſentia. Si autē ſubſtantia panis cū accidentibus cōuerteretur in corpus Chriſti: ſufficeret,q; corpus Chriſti per conuerſionē de nouo inciperet eſſe in loco,quo fuerat panis ſubſtantia cū ſuis accidentibus: ſic ſi ſola accidentia cōuerterentur in corpus. ¶ Si diceres. Poſito, q; panis defineret in ordine ad corpus Chriſti: ut in cęlo abſq; eius pñtia ad ſpecies panis, panis maneret & non annihilaretur: quia deſitio eius non eſt abſolute in nihilū. ſed aliquid uerē exiſtens. ſ. corpus Chriſti in cælo, neq; eſt corruptio, quia non in materia: ergo transſubſtantiatio. ¶ Reſpondetur: q; talis mutatio panis eſt mutatio panis large capiendo mutationem: ſed nulla illarum: ſed eſt quædam mutatio ſupernaturalis, cui non eſt nomen impoſitum: quia nunquam facta eſt, nec fiet: licet fieri poſſet. Harum opinionū diuerſitas magis conſiſtit in quid nominis transſubſtātiationis: quā in re ipſa. ¶ Sed circa iſta mouentur quatuor dubia. Primum, nam uidetur: q; conuerſio illa, quæ fit in ſacramēto, nō fit transſubſtantiatio, quia non eſt ad ſubſtantiā tāquā ad ſuum terminū formalem: igitur. Tenet cō equentia, quia omnis denominatio euiuſcunq; tranſmutationis ſumenda eſt a termino formali. Antecedens patet, quia illa conuerſio eſt ad ubi, ſcilicet ad pñam corporis Chriſti loco, & ſpeciebus panis tāquā ad terminū formalē: & nō ad ſubſtantiā corporis Chriſti. Quod probatur: quia ad illud eſt conuerſio tanquā ad terminū formalē, quod ſuccedit deſitioni panis: huic aūt nō ſuccedit ſubſtātia corporis Chriſti, ſed præſentia. Quod probatur, quia ſubſtantia corporis Chriſti non recipit nouum eſſe ad deſitionem panis: manifeſtum eſt, quia præfuit. Nec conſeruatur in ordine ad deſitionē panis, quia ēt ſi nō fieret cōuerſio, hoc eſt, ſi panis non deſineret: nihilominus ſubſtantia corporis Chriſti cōſeruaretur in ſuo eſſe. Et ſic patet primū: q; non ſuccedit ſubſtantia corporis Chriſti. Secūdū ēt patet, quia corpus Chriſti accipit nouā præſentiā ad ſpecies panis: quibus (deſinēte pane) nunc de nouo eſt pñs: ergo ſuccedit quantū ad præſentiā localē. ¶ Secūdū dubiū, utrū panis cōuertatur in ſolū corpus Chriſti: an etiam in ſanguinē, in animā, uel in deitatem. Et uidetur q; non ſolū in corpus, ſed ēt in ſanguinē & animā, quia ad deſitionē panis, incipit eſſe ſanguis Chriſti, & anima ſub ſpēbus panis ergo conuertitur in ſanguinē, & animā. Tenet cōſequentia, quia hoc eſt deſitio panis, & ſucceſſio ſanguinis, & animę Chriſti. Ergo cōuerſio huius in illa. Tenet cōſequentia: quia iſta duo importat cōuerſio: & nihil aliud. Oppoſitum determinat magiſter diſt. 11. ut infra in reſponſione

K Guil. Succeſſio ꝙd ſecundum Ocham.

L Dub. 1.

Dub. 2.

ſponſione ad dubium. ¶ Tertium dubium, qualis mutatio ſit panis, defitio an ſit annihilatio, an corruptio. Et uidetur, q̃ ſit annichilatio: quia nihil panis manet: nec materia nec forma, & præfuit, ergo annihilatur. Oppoſitū: quia quod conuertitur in aliud, non annihilatur, ſubſtantia panis cõuertitur in corpus Chriſti, ergo. ¶ Quartū dubiū eſt contra hoc, q̃ panis cõuertitur in corpus Chriſti. Articulus fidei in uniuerſali traditus non eſt limitandus ad intellectum ſpecialem maxime non ad illum, qui eſt difficilior: & ad quem plura uidentur ſequi naturali rationi contraria, & plura miracula. Sicut enim in naturalibus pluralitas ſine neceſſitate uitanda eſt: ita & in ſupernaturalibus ſuperfluitas miraculorum. Sed abſq; conuerſione panis poteſt ſaluari tota ueritas ſacramenti: & caueri miraculorum pluralitas: & inconueuientia rationi naturali contraria. Ergo. Conſequentia nota, & minor. Prima pars patet dicendo: q̃ cum ſubſtantia panis manente eſſet uerũ corpus Chriſti: quia ad ueritatem ſacramenti nihil aliud requiritur niſi ueritas ſigni, & ſignati ſubſtantia panis cum ſuis accidentibus æquæ, & magis põt eſſe ſignũ ſicut ſola accidentia, quia ſubſtantia panis cum ſuis ſpecie bus eſt nutrimentum, & nõ ſolæ ſpecies, ideo magis panis ſignificat corpus Chriſti in ratione nutrimenti ſpiritualis. Similiter quia ex multis granis panis cõficitur unus: ſignificat unitatẽ corporis ueri, & myſtici, quod nõ cõuenit accidentibus, ergo. Signatũ ẽt. ſ. corpus Chriſti ęquæ poteſt ſaluari cum ſubſtantia panis, ſicut cũ accidentibus ſolis: quia non magis repugnat ſubſtantiæ eſſe cũ ſubſtantijs, quã cum accidentibus ſe non afficiẽtibus, neq; accidentibus cum accidentibus contrarijs; ſed in ſacramento cum accidentibus panis eſt corpus Chriſti, & etiam accidentia corporis Chriſti: ut quantitas maior corporis Chriſti, ſi ponitur accidens diſtinctum a ſubſtantia. Itẽ caliditas corporis Chriſti cũ frigiditate hoſtiæ, & ſic de alijs accidentibus corporis, & panis, quorũ multa uidentur contraria. ¶ Secunda pars minoris patet. ſ. q̃ uitarentur miracula, quia dicendo; q̃ ſubſtantia panis maneret cũ corpore Chriſti, non oportet ponere defitionẽ materiæ panis, cuius defitio eſt miraculoſa. ¶ Itẽ caueretur, q̃ accidens non eſſet ſine ſubiecto. Item uitaretur, q̃ fit actio, & paſſio nullo ſubiecto præſuppoſito. Item uitaretur deceptio ſenſuum. Item q̃ fit nutritio ſine ſubſtantiali nutrimento. Item uitatur, q̃ materia uel quæ præfuit, uel quæ nunquã fuit, de nouo creatur, ut dum ex ſacramento generanẽ uermes, ſiue dũ corpus ad ſumptionẽ ſpecierum facẽ alium nutritum & ſimilia. Maior probatur, quia ex quo fides nobis data eſt, ut ſit uia ad ſalutẽ, ita debet teneri, prout eſt magis idonea ad ſalutẽ. Sed ponendo aliquẽ talẽ intellectum ſupra modũ difficilem, & in pleriſq; rationi naturali, & rationi ac experientiæ repugnantẽ, eſt occaſio auertendi omnes philoſophos, & naturalẽ rationẽ ſequentes a fide, uel ſaltem impediendi eos, ne cõuertantur ad fidem: dũ dicitur eis talia eſſe de ſubſtantia fidei, quę uidentur tam ſenſui, quam intellectui repugnare. Immo uidetur, q̃ negando ſubſtantia panis, tot occurrunt hic difficilia intellectu, quot in articulo incarnationis. Et mirũ uidetur arguit Scotus, q̃ in uno articulo, qui non eſt principalis articulus fidei, debeat talis intellectus aſſeri propter quem pateat contemptui omniũ ſequentiũ rõnẽ. ¶ Itẽ in ſacramẽto ueritatis, nulla debet eſſe falſitas, accidentia iſta ſignificant naturaliter ſubſtãtias, quas affecerunt: & ſi non manet ibi illa ſubſtantia, ſignificatio eorũ erit falſa. Nec ualet dicere, quòd ſignificant corpus Chriſti, quod ibi uere continetur, & hoc ex inſtitutione Chriſti. Et illa ſignificatio eſt uera, quia ſignificatio naturalis non mutatur propter ſignificationem ad placitũ, ideo non obſtante inſtitutione Chriſti, manet ſignificatio naturalis, qua ſignifi-

Dub. 3.

M

Dub. 4.

Sco.

cant panem, & ideo eorū significatio naturalis erit falsa, sed si maneret substantia panis: utraq; significatio tam naturalis, quam ad placitum esset uera. ¶ Ad primum dubium respondeo premittens: q; tria concurrunt in trāssubstantiatione panis in corpus Christi duæ. s. mutationes, & una successio. Tria concurrunt in transsubst. duę mutationes & una successio. ¶ Primum est mutatio de perditiua termini a quo, scilicet substantię panis qui desinit esse simpliciter. ¶ Secundum est successio corporis Christi, qua secundum esse suum non nouum: sed præexistens, succedit desitioni panis: & illa successio fieri posset sine mutatione corporis Christi. Posset enim deus uelle conseruari corpus suum in cælo ad desitionem panis in terra: ita q; pane in terra desinente, si corpus suum non esset in cælo ipsum de nouo produceret in cælo, in quo casu esset successio corporis Christi sine eius mutatione. ¶ Tertium est mutatio localis acquisitiua termini ad quem scilicet corporis Christi: qua incipit de nouo esse præsens speciebus panis sine perditione sui ubi in cælo ad desitionem panis. Et illa sunt separabilia. Primum a secundo: quia panis posset desinere esse simpliciter: licet non succederet aliud, & tunc illa desitio esset annihilatio. Secundū etiam separari potest a tertio: quia posset corpus Christi conseruari in cælo in ordine ad desitionem panis in terra, absq; hoc, quòd fieret præsens speciebus panis. Sed tunc non esset transsubstantiatio secundum Ockam licet esset secundū Scotum. Tertium etiam posset separari a primo: quia posset corpus Christi fieri præsens speciebus panis, pane non desinente, & esset simplex mutatio localis sine transsubstantiatione. Potest etiam illud tertium separari a secundo, quia posset fieri præsens speciebus panis, & conseruari: non aūt ad substantiam panis desinentē. ¶ Transsubstantiatio aūt secundū opinionē Ockam connotat omnia illa tria: licet principaliter connoteo secundum. Sicut prandere connotat actionem, & tempus: quia quocunq; deficiente non esset transsubstantiatio, sed sortiretur aliud nomen impositum, uel imponendum Secundum tamen principalissimē connotat: quia ab illo impositum est nomen transsubstantiatio. Secundū Scotum autem solū duo prima connotat, & non tertium. Nā secūdū eū deficiente tertio manentibus duobus primis, adhuc saluatur ratio transsubstantiationis. ¶ Vñ secundū eū tripliciter fieri post transsubstantiatio, uel quòd una substantia desinēs esse conuertatur in aliam succedentem sibi secūdū esse nouum simpliciter: siue in loco prioris substantiæ desinentis, siue in alio loco. Vt si ad desitionem lapidis secūdū se totum, deus produceret aurū, uel angelū lapidis transsubstantiaretur in aurū, uel angelū. Vel secundò, q; substātiæ desinēti succedat alia substantia secūdū esse suū, non nouū, sed præexistēs in locū siue subaccidētibus prioris substantiæ. Sicut in proposito, corpus Xpi secūdū suā substātiā succedit substantiæ panis: & sit pñs eius spēbus. Vel tertiò, quòd substātiæ desinēti succedit alia substātia quoad cōseruari in suo esse ita habito: sine sui mutatione, quo mō panis transsubstantiari posset in corpus Xpi, ut in cælo. Quātū ad primos duos modo concordat Ockā, non quoad tertiū concedit quidē sic fieri posse, sed non diceretur tūc transsubstantiatio. Nam deus posset uelle suum corpus esse nō solū post desitionē panis, sed in ordine ad eius desitionē: ita quòd si non præhaberet esse, uellet ipsum de nouo producere in esse. Et secūdū hoc sicut deus dicitur rē creare: q̄n uult eā esse post nō esse simpliciter: & conseruare, cū uult eā esse post idē esse præacceptū. Ita pōt uelle aliquid esse: siue quātū ad esse nouū: siue quātū ad esse antiquū in ordine ad aliā rē totaliter desinētē. & sic dicit secūdū Sco. res desinēs cōuerti, & transsubstantiari in aliā, secūdū Ockam uerò ultra illa requrit, q; secūdum esse suum nouum uel antiquum succedat in locum desinentis ut posset

Transubstiã. terminus formali, quis.

sit dici transsubstantiatio, & ita doctores illi nõ dissident quantum ad rem: sed tantum quantum ad vocabuli rationem. ¶ Per hoc ad formam, rationis dubij negetur, q̃ conuersio illa in sacramento non sit ad substantiam, tanquam ad terminum formalem. Ad probationem est ad ubi tanquam ad terminum formalem, & non ad substantiam corpus Christi, negetur illa copulatiua: quia ut patuit ibi sunt duæ mutationes, & successio substantiæ ad substantiam, & propter successionem substantiæ ad substantiam principaliter dicitur transsubstantiatio, & non propter alias mutationes, licet ipse requirantur. Et sic vocando terminum formalem transubstantiationis illud, quod principaliter connotatur per nomen transsubstantiatio, ubi s. non est terminus formalis, sed substantia corporis Christi conseruata in ordine ad desitionem panis. Sicut in generatione naturali forma, quæ producitur, producitur in materia formæ corruptæ, & ita in loco formæ corruptæ, & sic acquirit nouum ubi, & tamen ubi non est terminus formalis generationis, siue productionis formæ. ¶ Et cum arguitur, q̃ substantia corporis Christi non conseruatur in ordine ad desitionem panis, negetur. Ad probationem conceditur, q̃ corpus Christi permaneret, si panis nõ desineret. Sed propter hoc non tollitur, quin conseruetur ad desitionem panis: quia illud dicitur conseruari ad desitionem alterius, quod si aliud non desineret, non conseruaretur, aut si aliud desineret, ipsum de nouo produceretur, si non esset. Et secundum est in proposito: quia desinente pane per uerba consecrationis, si corpus Christi non esset in naturali sua consistentia, de nouo produceretur a deo ad prolationem uerborum consecrationis, p quã desijt substantia panis. Et cum arguitur ad probandum, q̃ ubi sit terminus formalis: quia corpus Christi quantum ad nouũ ubi, quod acquirit: succedit desitioni panis. Conceditur, q̃ ubi est terminus formalis: sed non transubstãtiationis: sed motus localis, q̃ è alia muratio a transubstantiatione: requisita tñ secundum unũ modum loquendi ad transubstantiationẽ, non secundum

An idẽ quod sit conuersio oporteat esse in loco cõuersi adequate, & præcise.

aliũ. ¶ Si quæritur iuxta modũ loquendi Ocham cũ id in quod fit transubstantiatio ꝺ̃ cedit in locũ conuersi, utrum sp fit in loco conuersi diffinitiue, uel an possit in eodem esse circũscriptiue. Ad hoc rñdet Ochã q. 6. quarti in solutione quinti dubij, q̃ esse in hoc loco diffinitiuẽ, uel circũscriptiuẽ accedit trãssubstantiationi, quia põt esse transubstantiatio, siue id, in quod fit transubstantiatio, sit in loco uno mõ, uel alio, licet de facto in transubstantiatione facta corpus Christi est in loco hostiæ nõ circumscriptiuẽ, sed diffinitiuẽ: ut infra patebit. ¶ Si esset substantia panis trãssubstantiati æqualis corporis Christi in cœlo: posset corpus Christi ibi eẽ circũscriptiuẽ, sicut in cœlo per partes suas loco, & situ distinctas: posset etiam ibi eẽ diffinitiuẽ, sicut placet deo transubstãtianti. Nec solum substantia æqualis: sed & minor, & maior põt transubstãtiari in substantiã hãtem eẽ in loco conuersæ circũscriptiuẽ: & hoc uel tanq̃ in loco adæquato maiori, uel minori. Adæquato qdẽ: quia ẽt naturaliter idem corpus põt fieri sub maiori loco, & quantitate, & minori circũscriptiuẽ, sine aquisitione, & deperditione alicuius partis illius corporis: ut patet de corpore primo raro, postea denso, & econuerso. Multõ magis potest dici condensare corpus suum, ut existat circumscriptiuẽ in minori loco, quam sit in cœlo: & per consequens potest intantum cõdẽsare corpus suũ, & eius partes, ut possit circũscriptiuẽ esse in loco paruæ hostiæ, quo casu manerent partes distinctæ eius abinuicẽ loco, & situ sicut in cœlo, non tñ tñ distarent sicut in cælo, cẽt enim corpus minus, & caput, & singula mẽbra minora sub hostia, q̃ in cælo. Similiter posset deus rarefacere corpus suũ, ut coassisteret maiori loco circumscriptiuẽ, quam sit locus eius

in cœlo.

in cœlo. Posset quoque deus granum milij transsubstantiare in maximum montem existentem in eodem loco graui diffinitiuè, vel circũscriptiuè per sui condensationem. Non enim implicat contradictionem corpus quantumlibet magnum per diuinam potentiam condensari ad quamlibet paruitatem: & ita posset modos maximus condensari ad paruitatem generi milij sine deperditione cuiuscunq; sibi essentialis. Posset etiam genera milij transsubstantiari in montem, manente montis magnitudine moti ad locum grani: licet locus grani non erit sibi adæquatus. Nec oportet id, in quod fit conuersio: esse in loco conuersi adæquate, & precisè, sed sufficit, q̃ sit præsens illi loco, siue adæquato, siue maiori, siue minori, dummodo non sit totaliter separatum a loco conuersi. Nam si ex aqua generatur vapor: non est ille uapor precisè in loco aquæ conuersæ in uaporem: sed occupat longe maiorem. Sic econuerso dum uapor conuertitur in aquam: aqua habebit locum minorem loco uaporis. ¶ Pro maiori autem ostensione possibilitatis huiusmodi trãssubstantiationis, & clariori eius intellectu, possunt notari ali quæ propositiones. Prima. Deus per suam omnipotentiam infinitam, potest quamlibet creatam substantiam secundum omnes suas partes, si est cõposita, uel si fuerit simplex secundum totam suam, & perfectam essentiam destruere. Patet, quia quæcunque producit potest destruere: cum secundum philosophum: facilius sit destruere, quam construere. Non enim quæcunque substantia ex hoc, q̃ creata est, contraxit necessitatem essendi simpliciter: quia per sui creationem non consequitur exemptionem a diuina potentia: sed sicut contingenter merè creata est, ita contingenter merè a deo conseruatur. Potest ergo deus subtrahere suam manutenentiam, siue conseruationem respectu cuiuscunq; substantiæ: quo facto qualibet harum desinit esse: quia sine eius conseruationem uadit in nihilum, sicut per eius conseruationem saluatur in esse. ¶ Secunda propositio. Deus potest per eandem suam potentiam aliquam substantiam totaliter nouam in esse producere. Patet quia cum sit infinitæ potentiæ: non est eius potentia per productionẽ creaturarum iam actu productarum exhausta: nec manus suæ potentiæ abbreuiata, quia omnes illæ finitæ sunt numero, & perfectione. Siquidem omnia fecit deus in numero, pondere, & mensura; ergo ultra has potest alias totaliter nouas producere. ¶ Tertia. Deus potest eadem uirtute, quæ primò res in esse produxit de purè nihilo: ipsas iam annihilatas secundum idem esse, quod habuerunt, reparare. Patet: quia non est maior ratio impossibilitatis; ut res reproducantur, postquam in nihilum transierunt: quàm ut producerentur, postquam nunquam fuerunt. Vtroq; enim modo producuntur, de purè nihilo est. ¶ Quarta. Deus potest substantiam, quam de nouo produxit: similiter eam, quæ præfuit, & actu est: transferre ad locum substantiæ, quæ totaliter desinit esse, & facere præsentem accidentibus desinentis substantiæ conseruatis. Patet primum: quia minus est transferre, quam creare. Primum patet per propositionem secundam: ergo & secundum. Secunda pars propositionis: quia accidentia conseruari sine subiecto, nullam includit contradictionem, ergo a deo negandum non est. ¶ Præterea accidentia dependent ad subiectum tanquam ad causam extrinsecam: quippe substantia non est de essentia accidentis: & ita extrinseca accidenti. Sed omnem causalitatem causæ extrinsecæ deus potest supplere; non q̃ subijciatur accidentibus, secundum q̃ ea sustentet. i. conseruet. ¶ Quinta. Potest deus substantiam destructam in loco, in quo præfuit reparare in ordine ad aliam esse desinentem: etiam eam, quę actu est in loco suo, in quo actu, est ad alterius substantiæ desitionem conseruare: ita q̃ eam si non esset: de nouo produce-

R

Pro intellectu trãssubstãtiationis.

Prop. 1.

Prop. 2.

Prop. 3.

S

Prop. 4.

Transsubst. possibilitas ostẽdit multipliciter.

Prop. 5.

ret

rec ad totalem definitionem alterius substantiæ in alio loco. Patet ex prioribus: & quia nulla hic potest assignari causa impossibilitatis; quia nulla omnino implicatur contradictio. ¶ Ex illis manifestè apparet possibilitas trãssubstantiationis secundum omnes vias supratactas. Potest enim deus substantiam panis destruere ex propositione prima. Potest corpus suum in ordine ad definitionem panis conseruare ex propositione quinta. Potest illud facere præsens speciebus panis conseruatis ex propositione quarta. Hæc cum facit, panem in corpus suum trãssubstantiat, ut patet ex transsubstantiatione omnis definitionis, potest enim agens naturale formam in formam conuertere corrumpendo formam in materia existẽtẽ: & aliam in eandem materiam introducendo, siue de nouo producendo: non materiam, quam non habet in sua facultate quantum ad esse, & non esse. Hæc autem est in potestate dei non minus, quàm forma: ergo potest totam materiam, & formam in totum conuertere: destruendo illud totum, & producendo, aut conseruando aliud totum. ¶ De secundo dubio dicitur primò, q̃ panis non conuertitur in deitatem: quia patet ex statim, supradictis, q̃ in deitatẽ nihil conuerti potest, ipsamq; propter suam necessitatem, & immutabilitatem nulli posse succedere. Secundò ex eisdem dictis patet: quòd quia quælibet creatura in quãlibet conuerti potest potentia divina, panis substantia conuerti potest in animam Christi, & sanguinem; sed an de facto cõuertatur panis in animam, & sanguinem &c. quoties missa ritè celebratur: de hoc quæritur dubium. ¶ Vbi hoc primò firmiter tenendum est: quòd facta consecratione, sub speciebus panis est uerum corpus Christi, tale, quale est in sua naturali consistentia: id est quale est ad dexteram patris: non mortuum sed uiuum: & per consequens uitalibus humoribus plenum: non mortale: sed glorioſum. Est ergo ibi anima Christi, sanguis, diuinitas, ac cætera, quæ in corpore sunt, aut in cœlo existenti uniuntur. hæc sufficienter supra sunt declarata lec. 39. & 37. ¶ Sed an omnia ista sint ibi per conuersionem panis in illa, siue ex ui consecrationis; aut quodlibet horum sit terminus formale, & per se conuersionis: an solum corpus Christi: hoc est, quod nũc inquirimus. ¶ Pro cuius decisione est notandum potest uenerabilem Guil. Ocham q. 6. lib. 4. & in tractatu suo glorioſo de sacramento eucharistiæ ca. 4. quòd conuersio, & transsubstantiatio dupliciter accipitur. Vno modo communiter, siue largè prout, supra descripta est: & hoc modo conuersum definens conuertitur in quodlibet sibi succedens. Alio modo accipitur magis propriè, & strictè: & hic conuersio est successio alicuius primò, & principaliter intenti a conuertente, non quia conunctum alteri ad conuertum definens. Illud autem dicitur primo, & principaliter intendi a conuertente: quod non intenditur, quia conunctum alteri: sed etiam si esset per se ab alijs separatum intenderetur a conuertente tanquam terminus conuersionis: ita quod conuertens faceret ipsum succedere destitioni conuersi etiam si ipsum esset ab omnibus alijs separatum. ¶ Secundò aduertendum: quòd terminus per se, & formalis etiã dupliciter potest accipi. Vno modo ut distinguitur a termino per accidẽs, & sic terminus per se conuersionis dicitur entitas illa positiua, quæ verè succedit conuerso: & hoc modo quælibet conuersio habet terminum per se. Et si uni rei conuersæ succedunt plura a se distincta, quodlibet illorum est terminus per se & formalis. Immo in casu erunt tot conuersiones, quot sunt successiua distincta, quia motus, & mutatio uniratem accipiunt a termino. Terminus autem per accidens dicitur: qui non succedit conuerso, sed coniunctos est succedenti, sicut caliditas posset dici terminus per accidens albefactionis, si album calefieret. Talis autem terminus per accidens simpli-

An panis cõuertatur in solum corpus Christi, an ẽt in corpus & sanguinem.

Conuersio transsubstantiatio sumitur dupliciter.

citer

citer non est terminus conuersionis, uel productionis, quia simpliciter non producitur illa productione, nec succedit conuerso. Sic enim nihil potest produci nisi a causa per se, ita simpliciter loquendo nihil est terminus productionis, nisi terminus per se. Suo modo de conuersione. Alio modo dicitur terminus per se, & formalis ut distinguitur contra terminum minus principalem, & sic terminus per se, & formalis est termiuus principaliter a conuertente intentus ad intellectum statim expressum. ¶ Per hoc respondetur ad dubium per duas propositiones. Prima: accipiendo cõuersionem, & trãssubstãciatione primo modo, siue communiter, substãtia panis cõuertitur, ac trãssubstantiatur nõ solum in corpus Christi, sed etiam in animam, in sanguinem, & in accidẽtia corpori Christi inhærẽtia tanquam in terminos per se, primo modo accipiẽdo terminum per se. Probatur: quia illo modo panis cõuertitur in omne succedẽs desitioni panis: sed omnia, quæ dicta sunt, succedunt pani. Ergo. Cõsequentia nota: & maior patet ex notabili. Et minor ꝓbatur, quia ad desitionẽ panis per prolationẽ uerborũ sacrãliũ, oĩa illa incipiũt esse sub speciebus panis, ergo succedũt. Sic. n. panis substãtia conuerti in animã Xpi nihil aliud est, q̃ ad ꝓlationẽ uerborũ sacrãlium, per q̃ desinit panis sub eius speciebus incipere esse animã Xpi. Et quia ita uere incipit aia Xpi de nouo esse sub speciebus panis sicut corpus Xpi: & ita uere, ac si panis cõuersus esset primo, & solũ in aniuã Xpi, & ideo aia uere, & p se est terminus conuersionis huius licet non terminus primo intentus. Ex illo sequitur, quod tot sunt cõuersiones in consecratione eucharistię, quot ibi incipiunt esse de nouo sub speciebus etiam realiter distincta, & abinuicem separabilia, unde est ibi transubstãtiatio panis in corpus. Item panis in animam. Item panis in sanguinem. Item transubstantiæ accidentario panis in accidentia: licet tantum unum sit conuersum, & transubstantiatum scilicet substantia panis. Sicut si in aliquo subiecto acquirerentur plura accidentia simul tempore, ut color, caliditas, raritas &c. non obstante mobilis unitate, sunt ibi diuersæ mutationes tot: quot qualitates introducuntur, & qualibet qualitas esset terminus suæ mutationis. Ita in proposito. ¶ Secunda propositio, accipiendo conuersionem secundo modo stricte, & proprie, & similiter terminum per se, & formalem pro termino primo intento, conuersio panis non fit in animam Christi, nec in eius sanguinem, nec in accidentia, sed tantum in corpus Christi tamquam in terminum eius per se primum, & formalem. Probatur, quia tantum corpus Christi est ibi per se, non ut coniunctum, quoniã si esset separatum ab anima, & a sanguine: sicut fuit in triduo mortis Christi, tunc ad prolationem uerborum consecrationis, esset tantũ ibi corpus cum diuinitate, & nec anima, nec sanguis, nec operationes uitales. ad prolationem enim uerborum consecrationis a sacerdote super materia conueniente cum debita intentione diuina potestate semper incipit esse sub speciebus panis id, quod significatur per terminos formæ consecrationis. i. corpus Christi, & tale, quale est in naturali consistentia. i. cum omnibus sibi unitis, & in hærentibus, & coniunctis, & ad hæc requisitis. Et quia non semper eadem insunt corpori, nec eadem coniuncta sunt: ideo non semper eadem sunt præsentia speciebus panis ad uerba consecrationis. illud itaque, quod semper præsens est facta consecratione; & quod significatur expresse per uerbum consecrationis, est primo intentum a deo conuertente: cetera uerò secundario. ¶ Et ita accipiunt conuerti, & terminum per se conuersionis docto. dicentes corpus Christi eẽ sub speciebus panis tantum uirtute uerborum sacramentalium, & ex ui conuersionis, animam uerò & sanguinem, & accidentia ibi esse per concomitantiam: quia coniuncta sunt corpo-

V Respõdetur per propositiones.

X Quo aliquid dicitur esse sub speciebꝰ panis ui conuersionis.

Y Quid est ui cõuersionis tantum

ri

ri in sua consisten: ia naturali: cui si coniuncta non essent, non contineretur sub speciebus: quantuncunq; sacerdos cum intentione debita proferret uerba consecrationis super conuenienti materia. Similiter cū dicunt substantiam panis conuerti in corpus xp̃i, & non in animam, uel sanguinē: & ita loquitur glo. de conse. dist. 2. Quid est Xp̃m mãducare dicens. In solã carnem panis cõuertitur, & uinũ in sanguinē. Et mg̃r dist. 11. quarti sniarũ. Licet sub utraq; spē sumat̃ totus Xp̃s, tñ nõ fit cõuersio panis nisi in carnem, nec uinum nisi in sanguinē. Carnē ponit pro corpore. Et p hoc ad rõnē dubij dr̃: q̃ procedit de cõuersione ad trãssubstantiationē cõiter dicta, qũo ēt diffinita est. Sed accipiēdo propriē, & strictē: & diffinitioni supradictæ addere oportet: per se primò, & principaliter: ut dicatur. Trãssubstãtiatio est cõuersio substãtiæ totius in substãtiã per se primò, & principaliter, nõ habētē cõem materiã cũ cõuersa. Et exponãtur termini p se, primò, & principaliter, ut nũc expositi sunt. Et ita patet ad illud dubiũ, qũo panis conuertitur, uel non conuertitur in solum corpus, uel etiam in animam, & sanguinem &c.

DE ANNIHILATIONE VEL CORRVPTIONE. LECTIO. XLI.

A Dub. 3. Dtertium dubium præcedenti lectione motum. s. an panis desitio dici debeat annihilatio: an corruptio. Respondendo. Notandũ, q̃ illud dubium oritur ex incertitudine quid nominis uocabuli. Non. n. apud oēs eodem modo accipitur uocabulũ annihilationis. Certum est aũt: q̃ annihilatio dicit desitionem rei: non tñ omnē. Desitio, uerò est trãsitio rei aliq̃n existentis in non esse. Siquidem desinit, quod nõ esse incipit, ut patet per eius expositionem. Transit autem res in non esse multipliciter. Qñq; p solã separationē partiũ suarũ, ptib⁹ ipsis se pãtim manẽtib⁹. sic hõ desinit, & trãsit i nõ eē separata aia intellectiua a corpe, licet maneat aia separata, & similiter corp⁹. Sic totũ integrale siue sit res una cõtinua nãlis ut lignũ, lapis: siue cõtiguũ artificiale, ut dom⁹ tunica, desinit eē, si ptes abiuicē separẽt localiter ipsis tñ manẽtib⁹ i suo eē. Qñq; trãsit res i nõ eē p desitionē alteri⁹ ptiũ essẽtialiũ altera ptes manẽte Sic ois res nãlis cõposita ex materia, & forma materiali siue extẽsa corrũpit: & trãsit i nõ eē p hoc, q̃ forma ei⁹ substãtialis nõ manẽt, manẽte tñ materia, q̃ ẽ ux cõpositi: ps altera. Sic lignũ desinit simpliciter, & trãsit i nõ eē: dũ ex eo gñat ignis, qa manẽte materia ligni corrũpit forma ligni, & introducit forma ignis i eãdẽ materiam. Sic ēt brutũ cũ mor̃t: trãsit i nõ eē, qa corrũpit forma brutalis, & introducit forma cadaueris in mãm bruti manẽtē. Qñq; res desinit, & trãsit in nõ eē seãm se totũ qa nihil ipsi⁹ manet, sed qãlibet ipsi⁹ ita trãsit i nihil siue i nõ eē, hoc ẽ, ita simpliciter secũdũ se, & qãlibet sui nõ ẽ: sicut nõ fuit añ mũdi ꝓductionē. Et isto mõ trãseũt i nõ eē oēs res cõpositæ ex partib⁹ diuersarũ rõnũ, siue habeãt ptes, siue nõ dũ desinũt, siue ēt fuerint res totales p se subsistẽtes, ut angelus, siue mãix inhereẽtes, ut formæ substãtiales, & accidẽtales. Vñ i corruptiõe cõpositi substãtialis puta bruti, uel aeris. ita forma substãtialis trãsit i nõ eē, & nihil ipsius forꝫ manet: sicut ante mũdi creationē nihil ipsius fuit, & ita transit in non esse forma i corruptiõe cõpositi, sicut angelus, si simpliciter destrueret. Nec refert q̃tum ad non eē. q̃ forma desinit in materia, & q̃ angel⁹ desinit extra materiam. Nam ubicunq; res secundum se, & quodlibet sui desinit nihil ipsius manet. ¶ Nec ideo forma desinens in materia minus transit in ni- B

Annihilatio Desitio qu d dicãt, & qũo fiant.

Qualis panis mutatio est panis desitioi

hil,

hil, aut in non esse, quia secundum aliquos manet in potentia materiæ. Tum quia non plus manet in potentia materiæ, quam in potentia agentis: sed nō obstante illo esse, quod habet in potentia agentis. transit in purum nihil. i. in non esse simpliciter. ergo similiter non obstat, q manet in potentia materiæ. Item non obstante illo esse in potentia materiæ forma potest creari a deo, quia oē producibile a natura de potentia materiæ, pōt simpliciter creari a deo, sed quicquid creatur, de nihilo producitur, secundum magistrum dist. 1. lib. 2. sententiarum. Ergo non obstante illo esse in potentia materiæ transit in purum nihil. ¶ Præterea forma materialis potest a deo annihilari: & ita reduci ad purum nihil, & tamen annihilata manet in potentia materiæ: quia potest reproduci ad esse actuale in materia, & hoc est esse in potentia materiæ. ¶ Si dicis: q forma corrupta non potest reproduci ab agente naturali. 5. physico. & 2. de generatione in fine. Sed solum a Deo non de potentia materiæ, sed per creationem. Illud est pro dicto probando: quia tunc forma naturaliter in materia corrupta non manet in materia potentia, quia non potest reproduci de potentia materiæ, quia non per agens naturale, nec per agens supernaturale: quia deus non agit de potentia materiæ, qui non indiget in sua actione materia. ¶ Præterea, illud esse in potentia materiæ non est aliquod esse reale distinctum a materia, & agente nihil enim aliud est, quàm posse produci concurrentem materia: sicut esse in potentia dei agentis nihil aliud est, quam posse produci a Deo agente: & non dicit aliquod esse creabile in Deo. ut ostendit magister dist. 35. primi, in simili de esse in scientia Dei. Posse autem produci a Deo, uel posse produci concurrente materia, nihil ponit impossibile sic produci, ideo illo non obstante tale possibile est purum nihil. Similiter & accidens, quod abijcitur in alteratione, transit simpliciter in non esse: sicut non fuit ab initio ante mundi productionem. Item desitio rei siue in materia, siue rei totalis potest fieri aliquando a causa naturali, sicut in generatione substantiali, siue accidentali, quādo corrumpitur totum compositum similiter & forma substātialis, & generatur noua forma in priori materia, & per hoc nouum compositum. Quādoq; fit a causa supernaturali nō cōcurrente actiua causa naturali, ut si Deus immediatē destrueret formam hominis, uel asini in materia,
C similiter in destructione charitatis, & gratiæ. Consequenter nota, q annihilatio dupliciter potest accipi. uno modo, ut est desitio rei secundum se, & quodlibet sui, qua redigitur in purum nihil, sicut fuit purum nihil ante mundi creationem. Hoc est, quæ ita trāsit in non esse simpliciter, q nihil ipsius manet in materia, sicut nihil eius in natura fuit ante mundi productionem, & hoc a causa non requirente in sua actione materiam. ¶ Ex quo patet: q illo modo distinguitur a corruptione compositi substātialis, quia illud in sua corruptione nō desinit secūdum se, & quodlibet sui, manet enim materia. Distinguitur etiam a corruptione formæ substātialis, uel accidentalis in materia naturali, quia licet forma talis simpliciter transit in nihil: ut probatum est: quia tamen hanc desitionem causat causa, quæ requirit materiam: ideo non annihilatur, sicut econuerso, licet forma per generationem producta uerē producatur de nihilo, hoc est postquam nihil fuit, quia tamen producitur ab agente, quod requirit materiam: ideo non creatur, sed fieri dicitur ex, uel de potentia materiæ, nō quod prius secūdum quodcūq; esse fuit in materia. sed quia ad eius productionem a tali agēte requiritur materia manēs. Ita forma corrumpitur in potētia materiæ, nō q secūdum aliquid sui manet in materia: sed quia ad eius corruptionem ab agēte tali naturali requiritur materia. Secūdo modo accipitur annihilatio, ut nō solū negat

Annihilatio dupliciter capitur.

gat esse annihilari: sed etiã negat successionem cuiuscũque positiui, & illo modo nihil, quod cõuertitur in aliud, quamuis simpliciter desinat esse annihilatur. Et diffiniatur ut supra addẽdo sine successione alicuius entitatis positiuæ. ¶ Per hæc ad dubium rñdetur per duas propositiones. Prima: accipiẽdo annihilationẽ primo modo substãtia panis uerè annihilatur in cõuersione eius in corpore Christi. Probatur: quia uerè redigitur in purũ nihil secũdum se, & quodlibet sui, ad sensum supra positum. Probatur: quia substãtia panis nõ hẽt uerius, uel actualius esse in corpore Christi succedẽte, quam in potẽtia Dei creatiua secũdũ cõtinẽtiam uirtualem, uel perfectionalem: aut quocũq; alio modo exprimatur. Sed nõ obstãte tali esse in potentia Dei uerè annihilaretur, si desineret secũdum se, & quodlibet sui, materiam. ſ & formã non succedẽte corpore Christi: ergo nec obstat esse, quod dicitur habere in corpore Christi: cõsequẽtia nota cum maiori. Sed minor probatur, quia nisi sic nõ posset a Deo annihilari, quia quãtumcũq; reducitur ad primum nihil, semper manet in potẽtia Dei, quia semper potest recreari a Deo, sicut potuit, priusquam erat creari. ¶ Item sicut impossibile est, q; aliquid habeat esse primus nõ esse, nisi per generationem, uel per creationem, ita impossibile est aliquid acquirere nõ esse primus esse nisi per corruption m, uel annihilationem. Sed substãtia panis cõuersa in corpus Christi acquirit nõ esse post esse, & nõ per corruptionem: quia illa præsupponit materiam manẽtem, quod nõ est in proposito: quia totum trãsit in totum: ergo per annihilationem. Sed hoc posset faciliter dici: q; acquirit nõ esse post esse per cõuersionem supernaturalem, quæ uidetur esse medium inter corruptionem, & ãnihilationem: & sic etiam cõuersio possunt forte poni medium inter generationem, & creationem. Et potest cõsequẽter dici: q; si quid conuerteretur supernaturaliter in aliquid de nouo secũdum se totum productiuum quo ad materiam, & formam: illud sic productum de nouo nõ crearetur, nec generaretur, sed inciperet esse per cõuersionẽ alterius in ipsum: & per hoc nõ omnino esset de nihilo, ideo prima ratio est efficacior. illa autem posset fieri cõtra propositionem sequẽtem: & soluitur, ut nunc soluta est. ¶ Secunda propositio: accipiẽdo annihilationem secũdo modo ut. ſ. negat successionem entitatis positiuæ, panis substãtia in corpus Christi cõuersa nõ annihilatur. Patet, quia licet secũdum se totũ desinat: ñ succedit corpus Christi, ad cuius successionem ordinatur totalis desitio panis. ¶ Et si qdi. Desitio panis est mutatio deperditiua, realiter separabilis a successione corporis Christi, ergo siue succedat corpus Christi, siue nõ: non uariatur in se desitio panis: sed si non succederet corpus Christi simpliciter annihilaretur: ergo etiam si succedit, annihilatur. quia eadem est mutatio panis, siue corpus Christi succedat: siue non. Respondetur, uerum est, q; mutatio panis est eadem, siue succedat corpus Christi, siue non essentialiter, quia semper est eadem desitio, & idem terminus intrinsecus, puta non esse simpliciter panis, tamen non sortitur propter hoc eãdem denominationẽ cõnotatiuam. Annihilatio enim est cõnotatiuum cõnotãs priuationẽ successionis, ideo ista ex ſtẽte dicitur panis annihilari, ea nõ existẽte (quia cõnotatum deficit) nõ ãnihilatur. Sicut idem homo quãdoq; dicitur albus: quãdoq; non, sine sua uariatione essentiali: & quãdoque alicui dexter, quãdoq; ſinister, sine quæcũque sui mutatione: sed non sine mutatione alterius. Sic eadem panis desitio dicitur annihilatio, si non adsit successio alterius: & dicitur non annihilatio si adsit. Rationes dubij laborant in æquiuoco huius termini annihilatio: & patet solutio ex dictis. ¶ De quarto dubio, quod inquirit, cur ad tam difficilem intellectum limitauit ecclesia articulum de sacramento eu-

Prop. 1. Substantia panis uere annihilatur in conuersione eius i corpus Christi.

Prop. 2. Annihilatio quid connotat.

De pane an annihilet in conuersiõe. uide etiam in eucharistia.

D

E

F

charistiæ.

Bonauen. Alexand. S. Thom.

char.ſtiæ. De hoc uarias rationes aſſignari laborat S. Bona. Alex.de Ales, & poſt eum S. Thom.qui in 4.ſcrip.diſ.11.q.1.dicit, quòd opinio tenens,q̃ panis ſubſtantia manet cum ſubſtantia corporis Chriſti, eſt inconueniens, impoſſibilis, & hæretica. Inconueniens,quia tollit reuerentiam debitam Chriſto,ut continetur in hoſtia. Sibi enim ut in euchariſtia debetur cultus latriæ,ſed ſi ibi maneret panis,non deberet talis exhiberi,quia eſſet occaſio idolatriæ remanente ibi pane. ¶ Item tollit ſignificationem, huius ſacramẽti, debet enim illud primũ ſignificare corpus Chriſti, ut primum ſignatum, ſed ſi ibi maneret ſubſtãtia panis,ipſa haberet rationem primi ſignati. ¶ Itẽ tolleretur debitus uſus ſacramenti, quia ſi ibi maneret ſubſtantia panis,eſſet uerẽ cibus corporalis. Vſus autem huius ſacramenti eſt,quòd ſit cibus ſpiritualis. Impoſſibilitatem probat:quia nihil poteſt incipere eſſe,ubi prius non fuit,niſi per ſui mutationẽ,uel alterius in ipſum Sed ſi panis manet, & non conuertitur in corpus Chriſti; corpus Chriſti mutaretur localiter, & cum ſimul,& ſemel in diuerſis locis corpus Chriſti conſecretur:oporteret ipſum ſimul, & ſemel ad diuerſa loca moueri: quod eſt impoſſibile:quia contingeret contrarios motus ineſſe eidem,uel ſaltem diuerſos eiuſdem ſpecici. ¶ Tertium;q̃ ſit hæreticum, probat quia eſt contra ueritatem ſcripturæ ſcilicet uerba Chriſti inſtituentis dicentis. Hoc eſt corpus meum. Si autem ſubſtantia panis maneret,uerius diceretur, hic eſt corpus meum,quam hoc eſt cor-
G pus meum. ¶ Sed quòd iſtæ rationes non ſint efficaces, oſtendit Scot.q.3. diſ.11.quarti ſui ſcripti. Inefficacia primæ patet:quia non eſt idolatria adorare Chriſtũ in euchariſtia, & tamen negari non poteſt, quin ſit ibi creatura aliqua,ſcilicet ſpecies illæ: ſed non eſt adorandum ſenſibile continens: ſed Chriſtus contentus. Sic ſi panis maneret:diceretur Chriſtum continer. ſub pane quanto,& quali,& tamen non adorari panem, ſed Chriſtum contentum in pane ut in ſigno. Nec etiam ſimplices non potentes diſtinguere panem a corpore Chriſti: nec nunc non potentes diſtinguere inter accidentia panis,& corpus Chriſti ſunt idolatriæ. In omnibus enim eſt una reſponſio:quòd ſimplices adorant in fide eccleſiæ:& hoc ſufficit eis ad ſalutem.Maiores autem diſtinctè adorant contentum Chriſtum, & non ſignum, ſiue ſignum continens ſit accidens tm̃,ſiue ſubſtantia panis cũ accidente. ¶ Secunda ratio magis eſt ad oppoſitum:quia ut argutum eſt in propoſitione dub 1, ſi ibi maneret panis,duplex ſignificatio eſſet uera,naturalis,& ad placitum, nunc autem non poteſt ſaluari niſi altera uera. ¶ Dicitur ergo ad rationem: quòd primũ ſignificatum ex inſtitutione diuina debet eſſe corpus Chriſti: & ita eſt ſiue maneat ſubſtantia panis,ſiue non. Primum autem ſignificatum accidentium,quod naturaliter ſignificant, ſemper eſt ſubſtantia illa, quam primo affecerunt, quia illa naturalis ſignificatio non mutatur: illa idem ſignificant fideli,& infideli. Nec tertia ratio probat: quia modo manifeſtum eſt,quòd illæ ſpecies nutriunt, & tamen non negatur hic eſſe cibum animæ cum datur contentum ſub cibo corporali, ita etiam ſi poneretur ibi panis manere,eſſet ibi nutrimentum corporale:& tamen contentum ſub illo eſſet tantum nutrimentum animæ ſpirituale. Ratio etiam probans impoſſibilitatem nihil ualet,quia oſtendetur infra, quòd corpus Chriſti uere mutatur localiter acquirendo præſentiam nouam ad diuerſa ubi diuerſas. ſ. ſpecies ſacramentales. Quomodo autem non eſt impoſſibile diuerſos motus ſurſum deorſum &c. ineſſe eidem,aut uerius idem moueri diuerſis motibus, infra dicetur. ¶ Vltimum de hic,& hoc nihil ad propoſitum. Verum eſt enim hic eſt corpus meum,& ſimiliter uerum eſt,hoc eſt corpus meum, non hoc accidens,ſed contentum ſub accidente. Eodem modo ſi eſſet ſubſtantia pa-

Cur ad tam difficilẽ intellectũ limitauit eccleſia articulũ de ſacramento euchariſtiæ. Conc. Trid. ſeſſ.13. ca.6.

nis:

nis, nō hoc, quod est substātia panis esset corpus Christi: sed hoc, qđ est contentū sub pane, est corpus Xpi. Maluit aūt saluator uti hoc uocabulo hoc, q̄ hic, qa sic magis exprimit ueritas: licet utrūq; esset uerum. Aliæ persuasiones doctorū uidentur minus efficaces. ¶ Tenenda est ergo hæc ueritas, q̄ panis substantia non manet, sed conuertit in corpus Christi propter ecclesiæ determinationem, & auto. sanctorū: ut patuit in principio præcedentis lec. Ecclesia enim determinauit istū intellectū esse de ueritate fidei in symbolo edito sub Inno. III. in Concilio Lateranen. sicut allegatum est: ubi magis explicite ponitur ueritas credendorū quorundā: q̄ in symbolis apostolorum Athanasij, uel Niceni Concilij. Et quicquid ibi dr credendum, tenendum est esse de substantia fidei post istam decisionē solemnē ecclesiæ. ¶ Sed cur hunc intellectum difficilem sancti dicere, & ecclesia determinare elegerunt: cum scripturæ possunt exponi, & saluari secundū intellectum facilē de hoc articulo, Respondet hic Sco. & Bona. q̄ eo spiritu expositæ sunt scripturæ, quo conditæ, & ita ecclesia catholica eo modo exposuit, quo spū ueritatis edocta fuit, & iō intellectū hūc difficilem elegit, quia uerus est. Non. n. in protestate ecclesiæ fuit hūc intellectū, uerū facere, uel non uerū, sed Dei instituētis. Intellectū aūt hunc a Deo uerū factum, & traditū ecclesia explicauit, directa in hoc (ut credit) a spiritu spōsi sui Christi: spū. s. sancto, quem promisit Xps ecclesiæ, ut maneat eum ea in ęternū. Hæc ergo ueritatis spiritu recta, in his, quæ fidei sunt, errare nō pōt. Vnde licet Xps potuisset instituisse: q̄ ad uerba consecrationis corpus saū pns esset substantiæ panis non desinenti simul, & eius accidentibus: ita tñ non instituit: sed ordinauit, q̄ fieret pns accidentibus tm̄, ad substātiæ panis desitionem. Ordinatio autem hæc fortasse innotuit ecclesiæ longo tpe post facti institutionem. Et creditur primum sanctis patribus reuelata, qui scriptis suis posteros docuerunt, uel saltem ipsi per studiosam scripturarum explanationē inuenerunt, quorū autoritates, supra positæ sunt. ¶ Non ergo fecit ecclesia primo hanc ueram: q̄ panis cōuertitur in corpus Xpi: sed hanc ueritatē primo tenendam statuit: sed eam ab initio institutionis sacramenti fuisse ueram declarauit; quæ ante eius declarationem non sciebatur fuisse uera ex sufficienti autoritate. Quamuis. n. B. Ambro. & alij sancti patres ipsam astruentes nō defuerunt: quia tñ ipsorū autoritas ad assentiendum ipsorum dictis neminem compellit: nisi in diuinis fundata fuerit: scripturis aut diuinæ initatur reuelationi: ideo antequam hoc constaret, licuit quibūldam contradicere eorum dictis, & oppositū opinari. unde B. Hiero. Si quid dixero, quod non aliquo duorum testamentorum probauero: nō mihi credatur. Et B. Aug. in epist. 8. ad Hiero. Solum canonicis scriptoribus hic honor est exhibendus: ut quæcunque dixerint: hoc ipso uera esse credantur. Et post modicum. Alios ita legō, ut quantalibet sanctitate, quantaue doctrina polleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi per alios autores, uel canonicas, uel probabiles rationes, quia a uero non oberrent, persuadere potuerunt. & habetur dist. 9. Ego ubi multa ad hoc propositum, cuius exemplum familiare est. Licet B Tho. sanctus, credatur; & ab ecclesia canonizatus: quia tñ multa scripsit, ad quæ sufficientem auto & rationem non habuit: nec constat de reuelatione diuinitus sibi facta, ideoq; hodie in scholis publice sibi contradicitur, & qđ maius est: sanctus sancto contradicit. sic contradicit beatus Augustī. beato Cypriano de baptismo hæreticorum, & scismaticorum, similiter & Beato Hiero. de reprehensione pauli: quæ reprehendit Petrum: & sic de multis similibus. ¶ Cum autem ecclesia aliquam ueritatem determinat, innititur diuinæ reuelationi, aut saltē diuinis scripturis p quorū diligentem exposi-

H

Innocen.

Iohan. 14.

I

Ambr.

August.

Thom.

August.

Hiero. Gal. 1. K

tionem ueritates quasdã extrahit, quas ut credẽdas proponit in qua prioribus incognitæ fuerunt, saltem sic explicite declaratæ nõ q̃ nouas ueritates (ut dictũ est) faciat: qua prius ueritas non fuit, sed ueritatẽ, quæ semper fuit uera, declarat quasi prius non sufficienter cognitã. Sic in Concilio Niceno determinatum est ſpm̃ſctũ a p̃re, & filio procedere: cuius oppositum dicebant græci; nec tñ propter hoc ante determinationem tenentes oppositum fuerunt hæretici: quia ante nõ fuit hoibus certum, id esse uerũ, quod postea certũ est esse uerum modis ante dictis. Sic nouissimè in Concilio Basilien. in sessione 36. Anno Mccccxxxix. determinata est hæc ueritas, q̃ Beata, & gloriosa Virgo originali peccato nunq̃ subiacuit, quam determinationem sub plũbo, & sigillo concilij generalis uidi, & manibus tenui. Non hoc tunc factũ ẽst uerum per ecclesiæ determinationẽ: sed declaratũ est esse uerũ, quod prius fuit uerum: Sed id fuisse uerũ ex sufficienti autoritate nesciebatur: pp q̃d prius oppositũ sine culpa, & temeritate teneri potuit, & defendi. Et secũ dñ hoc uerũ est, quod dicit B. Greg. super Ezech. q̃ per incrementa tẽporum creuit notitia sacrarũ literarum, quia ueritates catholicæ de die in diẽ magis, & magis explicatæ sunt. Sic dixit Propheta. Super senes intellexi; & sup̃ omnes docentes me intellexi. Et dñs apostolis. Multa habeo uobis dicere, q̃ non potestis portare mõ: cum aũt nene. ille spũs ueritatis, docebit uos oẽm ueritatẽ. Sic in proposito, declarauit ecclesia panẽ transſubstantiari in corpus Christi, & non manere: & ita corpus Christi esse p̃ns speciebus panis sine substantia panis. Non sua uoluntate beneplacito, aut sapia: quia non est fides in sapientia hoim q̃ stultitia est apud Deũ. secundum apostolũ. Sed quia uerum hoc esse ecclesia congruit. ¶ Et per hoc ad rõnes dubij dicitur, quod intellectus cuiuslibet articuli in uniuersali traditus ad illum intellectũ spiritualem limitandus est, qui uerus est: nõ curãdo an sit facilior, uel ad intelligendum difficilior, siue sequantur plura miracula, siue pauca. Et ita intellectus ille, q̃ panis conuertitur, & non manet cum corpore Christi præsente solis speciebus: quia uerus est, & oppositus falsus ab ecclesia est determinatus: debet q̃ ad eum suscipiendum captiuari cuiuslibet intellectus fidelis in obsequium fidei Christi, ut dicit apostolus. quia plus põt deus sua oipotẽtia efficere: q̃ creata intelligentia capere. secũdum q̃ dicit B. Aug. Fateamur Deum aliqua posse, & nos intelligere non posse: neq; Deus laborat faciendo miracula, ad quorũ multiplicationem fidelis gratulari habet: non refugere. Gratulari inquã tã potentẽ Deum colit, qui tã mirabilia operat pp salutẽ hoĩs, quæ creatę nature excedunt & facultatẽ & intelligentiam. Infidelis quoq; populus plus in fidei admirationẽ: q̃ eius derisionem suspendi potest: imo ad credendum allici, & promoueri: dũ audit tantã autoris fidei potentiã: ut oẽ id posse astruatur, qd̃ contradictionẽ nõ includit. Mulcaq; eum mirabilia sper naturæ cursum pp fidelium suorũ amorẽ, & salutem operari: sicq; se sub potenti manu sua hũiliẽt: & suũ: cui credũt: autorem glorificent. Sic. n. multi infideliũ ad fidem sunt allecti auditis insuetis effectibus, & miraculis, & in admirationem suspensi: rursus ex admiratione docibiles reddi i: & a dño misericorditer p meritũ sctõrũ suorum illuminati. Et si qui alij propter miracula, & fidei nostræ ardua scandalizantur, non potentes, aut non uolentes credere nisi his, quæ in natura aspiciunt: ac per hoc fidem tamquã falsam, aut uanam contemnunt: quid aliud, quàm uerbum Christi amplectendum est. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum. Vtilius enim scandalum nasci permittitur: quam ueritas reliquitur. ait Gregor. & ponitur in decretalibus pro regula iuris. Sic quidam Christi falsi discipuli ad salutifera-

Dictis doctorum quando standum est, & quãdo nõ.

Grego.

Iohan.

1. Corinth. 1.

2. Cor. 10. Auguſt.

Matth. 15. Gregor.

feram ipsius de hoc sacramento doctrinam supra humanum intellectum F
eminentem scandalizati sunt,& abierunt retro in damnationis laqueum se-
ipsos præcipitantes, propter quos tamen Christus ueritatem, ac mirabilia
huius sacramenti non tacuit, sed publicè prædicauit, dicens. Caro mea Iohan.6.
uerè est cibus &c. ¶ Neque enim ex intellectu credibilium fidem nanciſci M
oportet:sed ex fide intellectum dicente Esa. Nisi crediderit', non intelli- Esa.
getis.eiusdē 7.ca.secundum aliam translationem. Si quem igitur a fide re-
uocant miracula,sciat se non esse idoneum Christi sectatorem:qui fidem mi-
raculis instituit, & roborauit. Cessante deniq; humana (ait Maximus in ser.
de innocentibus) dum tractantur diuina. Necesse est humana succumbere,
dum cœlestia prædicantur, silere naturalia, cum ueritates loquuntur.
Non itaque ad lucrandum fidei irrisorem ueritati cedendum fuit:aut mira-
cula minuenda,quæ ad fidei robur, & fidelium utilitatem benignitas opera-
ta est saluatoris,sed propter ea uenerandus, & collaudandus est deus:ac sua
dilectio nimia agnoscenda. Siquidem minorari, & abijcere miracula est fi-
Fidei multa contulerunt miracula. dei firmamentum tollere. Nam ad robur fidei & prædicatoribus in orbem
uniuersum missis potestatem dedit signorum:aut noua,quæ prædicarent:no-
uitate miraculorum comprobarent, & fidem uerbis facerent non sapientia
humana:sed mirabilia facta diuina. Sicq; dum non humanis persuasionibus:
sed diuinis crederetur operationibus:fides meritoria sub præmio non frau-
daretur:quæ non habet meritum,ubi præbet humana ratio experimentum.
Oportet igitur ab apparētijs naturalibus animum reuocare,& ueritati mīs ec- G
clesiæ fideliter adhærere:& a fide non adulterari: sequendo nostram intelli-
gentiam,quam experimur in multis deficere,& errare. ¶ Per hoc sufficiēter
rńsum est rationibus dubij. Fides enim tunc proficit nobis ad salutem:quan
do innititur ueritati in Christo fundate:non uanitati,& naturalis cognitio-
nis infirmitati &c.

DE CONTENTO IN EVCHARISTIA.

LECTIO XLII.

Corpus Xpi quō conuertit̄ panis quid est, late recitatur.



SENSO, ꝙ panis conuertitur in corpus Christi A
tamq̄ in terminum formalem, & per se conuersionis:uidendum est, quid accipitur nomine corporis Christi, in quod conuertitur panis substātia, an substantia quædam simplex:an aliqua composita ex materia, & forma. Et posset quidem breuiter rńderi,ꝙ corpus in quod conuertitur substantia panis est proximum perfectibile ab aia Xpi intellectiua. i. id quod cū aīa intellectiua constituit humanitatem Christi,tanquam altera eius pars essentialis: quod uerum est, si non ponantur plures formæ uitales in Christo. Vtrum autem illud proximum perfectibile sit materia simplex: an compositum ex materia,& forma:sunt diuersæ opiniones secundū diuersitatē opinantiū de unitate substātialis formæ eiusdem compositi,& pene tot, quot sunt doctores in hac materia scribentes. Vnde profundiori harum discussione dimissa, nihil determinando, duos modos recitabo secundum duas oppositas opiniones, quibus materia illa resolui posset, stante semper firma hac ueritate sufficienter supra ostensa, quòd sub speciebus sacramentalibus est illud uerū, & idē corpus Christi,quod cōceptum, & natum est de uirgine:pependit in cruce:

iacuit in sepulcro, resurrexit, & sedet ad dexteram paternæ gloriæ, in quo uenturus est dominus Iesus iudicare mortuos atque uiuos. Etiam si sciri nõ possit certè, & determinate, quid sit illud corpus adæquatè: illud enim credere sufficit ad salutem: illud scire, & sic est optabile, & bonum: non tantum necessariũ. Vnde Egidius de Roma doc. famosus, qui in quinquaginta theorematibus multum laborauit huius sacramenti mirabilia explicare: ac nodos dissoluere quæstionum: cum ad hanc materiam uenit, fatetur de ueritate suæ positionis (quæ ponit corpus, in quod conuertitur panis substantia, esse materiam non absolutè, & secundum se, sed organizatam, & habentem modum quantitatiuum, propter quem potest dici corpus) sibi sufficienter non constare: ideoque eidẽ firmiter nõ assentit dicens. Sufficit mihi scire, q̃ panis conuertitur in corpus Xpi, quod fuit formatũ ex sanguinibus uirginis, quod fuit immolatum in cruce. Et uinum in uerũ sanguinem, qui pro redemptione hũani gñis fuit effusus, cui hoc nõ sufficit, cum freno fidei quærat ulterius. Mihi autem hoc sufficit, nã malo in simplicitate manere; q̃ de arduis temere iudicare. ¶ Inquirendo igitur quidditatem corporis, in quod conuertitur panis: ſ. q̃ opiniones diuersæ de unitate formæ pñt reduci ad duas oppositas. Vna q̃ in composito substantiali plures sunt formæ substantiales, siue ille multiplicentur secundũ pluralitatem prædicatorum quidditatiuorum de tali composito prædicabilium, siue secundũ diuersas operationes a forma præcedentes. Siue ponatur in hoie tantum forma corporeitatis: quã aliqui nominant formam mixtionis, & forma uegetatiua, sensitiua, & specifica, q̃ est intellectiua. Siue aliter secundum uarios modos ponendi sic opinantium. ¶ Secunda opinio est, q̃ sicut in uno composito nõ sunt plures materiæ diuersæ rõnis, sic nec plures formæ substantiales. Sed omne compositũ substantiale componitur ex materia eiusdem rõnis: & una forma specifica, q̃ in homine est aia intellectiua. Vnde homo sortitur nomen substantiæ, & corporis, tam ex materia, q̃ aia intellectiua simul, siue coniuncti. Dẽ uerò corpus animatũ animalis rõnalis per unicam formã, animam. ſ. intellectiuã, q̃ operatur operationes uitales in hoie. Item uegetat corpus ipsa sensificat, ipsa rõcinatur: licet per alia, & alia organa non similiter qualificata. Vnde eo ipso q̃ aliquid est compositũ ex aia intellectiua, & materia prima est substantia, corpus animatum, animal, homo: ut patet manifestè per cões diffinitiones horum terminorum. Vnde tenet, q̃ in hoie, & in quolibet composito substantiali, præter formã specificam, non est alia substantia: nisi simplex materia prima, q̃ manet eadem numero in genito, & corrupto immediatis. i. quorũ unum succedit alteri. ¶ Consequenter notandũ, q̃ corpus accipitur tripliciter post Greg. de Arimino in 2. sent. p. dist. 16. q. 2. Vno mõ ut est species immediata substantiæ: & sic signat substantiam totalem compositam ex materia & forma. Totalem dico. i. quæ non est pars alterius: quia genera & species prædicamentalia non important res partiales, quia res partiales non sunt per se in prædicamento, sed tantũ reductiuæ secundum multos. Itẽ genus p̃dicatur de oibus speciebus, & indiuiduis sub eo contentis. Sub corpore aũt tanq̃ sub gñe continẽt oẽs species spãlissimæ, & indiuidua substãciæ, significãtes res cõpositas, ut hõ, ãsinus, Iohannes, Petrus, Paulus, tales aũt significant res totales per se in genere, & per consequens corpus non uerificatur de eis si significaret rem partialẽ. ¶ Corrol. Si in eodẽ cõposito substantiali sunt plures formę, compositũ ex materia, & una forma tm̃ non esset corpus. Gratia exempli. Si in homine essent quatuor formæ, corporeitatis, uegetatiua, sentisiua, & rationalis, compositum ex materia, & forma corporeitatis præcisè non est corpus sic accipiendo corpus, quia quicquid continetur sub

B Forma an in eodem composito sit una uel plures formæ.

C Grego. Corpus accipitur tripliciter.

genere

genere:continetur,etiã sub aliqua spẽ spãlissima:sed illud compositum precisẽ nec est aiatũ,nec animatum:nec hõ:nec asinus:sed bene est pars hois. ¶ Alio mõ accipitur,ut est species quantitatis continue:& sic importat trinã dimensionem longitudinẽ,latitudinẽ,& profunditatem:& sic dimensio realiter distinguitur a substantia & qualitate extensa, tunc corpus illo mõ non supponit nisi pro accidente.s. quantitate trinæ dimensionis. Si non distinguitur,tũc supponit indifferenter ꝓ substantia,uel qualitate extensa:connotãdo trinã dimensionẽ partium. Tertio mõ accipitur corpus pro altera parte cõpositi substantialis:ut cũ dicimus hoiem cõponi ex corpore, & aia,ibi.n. nõ capitur corpore,ut est species imediata substãtiæ:qa sic hõ nõ cõponitur ex corpore:sed est corpus,sicut nõ cõponitur ex aia:sed est aia:nec sortes componitur ex hoie,sed est hõ. Et sic uẽ,ꝙ corpꝰ est in prædicamento relationis sicut pars: qa iportat formaliter partẽ totius cõpositi,& ita respectũ ad totum Et illo mõ materia.j.est corpus,sicut accipit commẽtator.j.physi. cõmen.63.ubi posita distinctione de duplici alteratione, substantiali,& accidentali,ait. Et cũ cõsiderauerint illud, quod defert utranq; trali mutationẽ,inueniunt ipsum idẽ numero,& est corpus demonstratũ. Videmus.n.idẽ corpꝰ in eodẽ loco trãsferri de carnetate in terreitreitatẽ, & de terreitreitate in uegetabilitatẽ.&c.ubi per corpus intelligit materiã. Ad idem 1.metaphy.comẽ.31 ubi materiã quatuor elementorum uocat corpus. In hac significatione cõiter accipit a sanctis. Vnde Ioh. Damas. Omnes homines ex aia,& corpore compositi sunt:& oẽs naturam aiæ participant : & substantiã corporis possident. Item B. Hiero.in explanatione fidei catholicæ,humanitem dicit constitui ex anima,& corpore. In his corpus accipitur pro altera parte cõpositi. Sic capit corpus philosophus 2.de aia cum dicit . Anima est actus corporis. ¶ Verum quidam adhuc distinguunt de corpore illo modo accepto,quia uno modo accipiunt generaliter pro altera parte essentiali cõpositi:q cũ forma cõstituit totum:& sic omnis materia prima ẽ corpus. Hoc mõ concedendum est,ꝙ aer habet corpus:similiter ignis; & q̃unq; hõgenea substantialia,sic accipit cõmentator ubi supra. Alio modo accipitur strictius pro altera parte compositi organizata cum forma constituente totũ: & illo modo materia in animalibus pfectis est corpus,& nõ in homogeneis. Sic concedimus:ꝙ animal componitur ex corpore,& aia; non aũt lapis, uel terra,aut aqua,uel aer. ¶ Secundũ ponentes autẽ plures formas substantiales in eodem cõposito , adhuc oportet poncre ulteriorem distinctionẽ corporis:ut dicit alteram partem compositi ẽt organizatam: quia potest accipi uno mõ pro proximo pfectibili a forma ultima,siue specifica: secundũ quã acceptionem uerum est:ꝙ oĩs hõ componitur ex duabus partibus tm.i.corpore,& anima intellectiua: ibi corpore accipitur pro toto illo substantiali, qđ est præuium aiæ intellectiuæ.i. pro composito ex materia , & forma corporeitatis uegetatiua,& sensitiua. Alio n. õ capit corpus pro cõposito ex materia & sola forma corporeitatis, & sic corpꝰ nõ ẽ altera pars sed forte quarta,uel sexta,uel centesima, secũdum ꝙ ponunt plures, uel pauciores formæ substãtiales in eodẽ cõposita . Et hoc mõ oportet accipere corpus secundũ eos, q̃ ponunt plurimas formas , uel ad minus ꝙ composito ex materia, & forma,uel formis nõ uitalibus.Et per hoc hñt dicere:ꝙ corpus,in quod conuertitur panis tanquam in terminũ per se formalem,est cõpositum ex materia,& forma corporeitatis:excludẽdo formas uitales.i. uegetatiuam,sensitiuam,& intellectiuã. Pater,quia habẽt dicere, ꝙ corpus,in qđ cõuertitur panis,est illud,quod manet idẽ in Christo uiuẽte,& mortuo Illud autẽ non includit formam uitalem , illa enim non fuit in corpore Christi mortuo in

Ioh. Damas.

Hiero.

Corpus ut ẽ pars altera essẽtialis cõ positi sumit dupliciter.

D

sepulcro. Ex quo sequitur, q̃ corpus noc dicit precisè proximum perfectibile ab anima intellectiua secundum sic opinantes. Patet, quia proximum pfectibile ab aia intellectiua includit oēs formas p̃ter animā intellectiuam: & sic includit aiam uegetatiuā, & sensitiuam, quæ nō sunt partes corporis, in qđ cōuertitur primo substātia panis, quia illæ separatæ fuerūt a corpe Xpi moriente. Et hæc rñsio uī esse de intentione Scoti, q̃tū adhoc, q̃ corpus sit cōpositum ex materia, & forma corporeitatis cōtra S. Tho. & Egidiū ponē
S. Thom. tes unitatē formæ substantialis in uno cōposito. Quem ēt in hoc imitatur
Scot. Guil. Ocham. Vnde ait Sco. q. 3. dist. 10. prope finē. Dico, q̃ corpus Christi per se includit materiam, & ad minus formā unam mixti priorem intellectiua, & per istā formā est in actu essentiali, & proximū receptiuū aiæ intellectiuæ, licet nō sit per eā in gñe corporis, ut corpus est genus nisi per reductionem. Et in illud cōpositum, quod tñ per se est pars hominis, sit per se cōuersio panis. i. totius in totum: partiū in partes: & per cōsequens hæc forma est terminus formalis conuersionis, siue forma termini conuersionis. Hæc aūt manet eadem, siue aia uniatur ei siue nō, quia hæc prior est naturaliter saltē informando ipsa aia, & in triduo mansit, aia non manente ibi, & ita in triduo fuisset eadē res sacr̃i, si sacr̃m tunc mansisset, quia forma corporeitatis non fuit separata in Xp̃o: & per consequens nec separata a materia sua, vt in eucharistia. Sicut. n. idem numero, fuit res ista secundū se in exigentia naturali, ita etiam idē compositum numero, quod est primus terminus conuersionis mansisset semper in eucharistia. Hæc Sco. &c. ¶ Sed quia paucitas
A quo totū recepit denominationē.
E est semper ponenda, ubi plura ponendi nulla est necessitas: cui tanquā prin cipio physico utriq; Scotus: & Ocham frequenter innituntur, nec aliqua ne cessitas cogens ad ponendū plures formas substantiales in eodem composito apparet: ideo secunda opinio, quæ pluralitatē formatū uitat, probabilior uidetur. Nam omnes rationes, quas alij contra hanc opinionem inducunt, tam physicas, quam theologicas sufficienter soluit Grego. de arimi. in 2. dist. 16. q. 2. Inter quas duæ rōnes theologicæ ponderantur. Vna si in uno composito non esset nisi una forma substantialis: tunc non esset idem corpus in genito, quod fuit in corrupto, nam corrupto hoīe, statim inducitur forma cadaueris: & illa cum materia manente constituit corpus. Illud autem corpus compositum ex materia, & forma cadaueris, nunq̃ fuit in uiuente tanquam pars eius, & per consequens non est idem corpus in genito, quod fuit in corrupto. Consequentia nota, & prima pars antecedētis patet: quia corrupta, uel separata forma specifica, statim introducitur alia forma specifica. Et sicut materia non potest stare nuda naturaliter: sed semper priuata una forma, introducitur alia forma. Ita perfectibile a forma specifica, siue sic materia, siue cōpositum manens, dum priuatur una forma specifica, recipit aliam. Nec pōt stare nudum a forma specifica: ideo corrupta forma asini, statim introducitur in materiam forma cadaueris: illa corrupta introducitur forma uermis, uel pulueris terrestris: illa corrupta, forma germinis, uel alterius mixti, quę omnes sunt specificæ. Secunda pars patet, quia illud sic manens dicitur corpus defuncti hominis, uel animalis. ¶ Ex hoc autem sequūtur duo incōueniēcia theologicalia. Vnū; q̃ illud, quod iacuit in sepulcro, nunq̃ fuit corpus Christi uiuentis, nec resurgentis. Secūdū; q̃ frustra uenerarentur reliquiæ sanctorūm: nam ossa illa uenerātur tanq̃ corpa, uel partes corporū olim sanctorū: & ita rediret hæresis Eluidij: quam studiosè reprobauit B. Hier. in epistola contra eundē. Sed si in his non est nisi una forma, puta cadaueris, uel pulueris; illa nūq̃ fuit in sanctis, & per cōsequens nec corpus compositū ex hac forma specifica, & materia fuit aliqñ pars sanctorū,

¶ Sed

¶ Sed rationes iſtæ ſeipſas ſoluũt attenta diſtinctione corporis ſupra poſita. Ná ſi accipitur corpus, ut eſt ſpecies ſubſtantiæ, certũ eſt: ꝙ non manet idẽ corpus in genito, quod fuit in corrupto etiam ſecundum eos. Sic enim corpus corrũpitur, & ſimpliciter non manet: quia ſic corpus non eſt ſubſtantia partialis, ſed totalis. Si accipitur ſecundo modo, ut eſt de quãtitate: nihil ad ꝓpoſitũ: quia conuerſio nõ fit in quantitatẽ. Si tertio mõ perfectibili ꝓ formã ſpecificã: illud non conſtituit ex materia, & forma cadaueris: ſed eſt ſubiectum formæ cadaueris idem in genito, quod fuit in corrupto. Et ideo ita eſt contra arguentes ſicut contra opi. ſecundã, nam certũ eſt, ꝙ uiuens corrũpit in cadauer. Certũ ẽt eſt: ꝙ oſſa illa, q̃ dñr reliquiæ ſanctorũ: ſunt res q̃dã totales ꝓ ſe in gñe, & in certa ſpecie, & ita hñt formas ſpecificas, q̃ nunq̃ fuerunt partes ſanctorum. Nam defuncto B. Hiero. ſcñ cadauer ſuum (Sic enim nominat Euſebius, & Cirillus eius diſcipuli, & contemporanei) nunq̃ fuit pars B. Hiero, uiuentis, ſed materia cadaueris, ſiue ſubiectum formę cadaueris quodcũq; fuerit. ueneramur aũt ſanctorũ reliquias: non quia totum illud, quod ſenſibus ſubijcitur, fuit pars ſanctorum: ſed ꝙa materia, uel ſubſtantia formæ reliquiarum uerè, & eadem numero fuerunt in ſanctis: & iterũ relinient in reſurrectione animabus ſanctorũ particípes glorię corporis. De corpore Xꝑi patebit infra. ¶ Ad propoſitũ ſecundum hanc opinionem tenentem, ꝙ in eodẽ compoſito ſubſtantiali non eſt niſi una forma ſubſtantialis, dicitur, ꝙ in humanitate Xꝑi nihil eſt niſi materia, & alia intellectiua tanquã pa tes eius eſſentiales, ex quibus componitur. ¶ Qđ aũt ſi: corpus illud, in quod conuertitur ſubſtantia panis: ſunt diuerſę rñſiones. B. Thom. 3. par. q. 75. art. 6. ponit ꝙ corpus illud in quod cõuertitur panis: eſt aliquod cõpoſitũ ex materia & anima intellectiua, nõ ut intellectiua eſt: nec ut cõſtituit cõpoſitum, quod eſt homo: ſed ut dat eſſe corporeũ, & conſtituit compoſitum, quod eſt corpus. Sed hoc ſuſtineri nõ poteſt: quia cõuertitur in illud corpus, quod fuit idem in ſepulcro, & in cœna, uel cruce: ſed illud non includit animam, cũ alia Xꝑi non fuit in ſepulcro. ¶ Egidius dixit theoremate. 28. ꝙ corpus illud, in qđ conuertitur ſubſtantia panis: eſt materia: nõ abſolutè, & ſecundum ſe, quia in hoc errauerunt oẽs philoſophi antiqui dicentes materiam eſſe corpus: ut dicit theoremate 30. ſed organizata. ſ. materia hñs quendam modum quantitatiuum, propter quem ipſa põt nominari corpus: ſic. n. dicit philoſophus: ꝙ anima eſt actus corporis. i. materiæ habentis partes ſeu modum quendam quantitatiuum, nõ tñ includendo quantitatẽ, quia illa non eſt de eſſentia hominis. Ille tñ modus dicit, non eſt quoddã accidẽs ſuperadditum materiæ eſſentiæ, ſed eſt derelictus in materia ex adiacentia quantitatis: & eſt realiter ipſamet materia ſubſtãs certis dimenſionibus, ſiue quantitati, quia ut ſic cenſetur habere partes ẽt diſtinctas a partibus quantitatis. Et propter hoc etiam materia, ut ſub tali modo habet eſſe, poteſt dici quoddam totum: ſiue quoddam compoſitum, ut declarat theo. 29. ut ita uerè poſſet dici, totus panis conuertitur in totum corpus. Et ſecundum hoc poteſt etiam idem fuiſſe corpus Chriſti uiuum, & mortuum, non ſolum ratione materiæ: ſed ratione illius termini, modi exiſtendi ſub quantitate, ut declarat theoremate 47. Ideo autem negat quantitatẽ eſſe in ſe per termino conuerſionis: quia tunc non eſſet tranſſubſtantiatio, ſi requireret in per ſe termino aliquod accidens. Etiam tunc ibi eſſet quantitas. i. quod ipſe negat, & alij communiter. ¶ Iſta opinio & ſi bene poſſet intelligi: tñ modus loquendi uſ implicare. Non. n. ſimul ſtãt: ꝙ modus ille quantitatiuus ſit idẽ materiæ realiter, & non ſit derelictus a quantitate, quia materia non derelinquitur, nec cauſatur a quantitate. Similiter non ſtat, quòd modus ille

F

B. Hiero.

B. Hiero.

G

B. Thom.

Quod Chriſti ſit corpus illud, in qđ conuertitur ſubſtãtia panis: diuerſæ opiniones.

aduenias materiæ exadiacientia formarum cererarum, ut ipse frequenter dicit, & q̃ sit idem materiæ, quia idē non conuenit sibijpsi. Item si est idē materiæ: quomodo materia pōt dici ex ipso quoddam compositū. ¶ Has opiniones cum op n. Henrici de Gandauo tenentis in homine duas esse formas
Scot. substantiales: latē recitat Scot. cum suis motiuis, & latius instituit improbare,
Grego. cuius tñ rationes sufficienter soluit Grego. ubi supra inquantum procedunt contra unitatem formæ substantialis in composito. ¶ Potest ergo dici, sustinendo unam tantum formam substantialem esse in homine, quæ est anima intellectiua, q̃ panis conuertitur in materiam primam humanitatis Christi tanquam in terminum primum per se, & formalem conuersionis substantiæ, ui consecrationis. Quæ materia est corpus: ut dicit altam partem compositi substantialis: q̃ cum forma constituit totum. Et hæc materia siue corpus est alia numero a materia panis: hæc etiam est eadem numero in Christo uiuente, & mortuo. Ipsa etiam materia iacuit nuda in sepulcro. Nuda dico a forma substantiali: non nuda a formis accidentalibus. Non tamen conuertitur panis primò in aggregatum ex materia, & accidentibus sibi inhærentibus, quia accidentia illa uariabilia sunt, nec semper manent eadem in eodem subiecto. i. materia Christi: quia alia accidentia puta pallor, uirgredo, frigus, rigor &c. fuere tam in corpore Christi mortuo, q̃ in uiuo. Terminus autem per se huius cōuersionis semper est idem, ut supra dictum est. Horreo dicere: q̃ forma cadaueris succesit animæ intellectiuæ in Christo moriente, quod de alijs sanctis neminem negare puto, nō sic in Christo. De
Psal. quo Propheta in psal. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. ut allegat B. Petrus. atq; exponens ait. Prouidens propheta locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in infernum: nec caro eius uidit corruptionem. Sanctum tuum. glosa: corpus sanctificatum. Per hoc probat humanæ fragilitatis expertem, & supergressum esse humanā conditionem. Hæc glo. Videret autem corruptionē cōi lege fragilitatis humanæ, si separata anima, ac in infernū descendente: corpus in sepulcro formam susciperet cadaueris. Si ergo forma cadaueris non succesit, nec alia forma specifica, qd horum magis obuiat physicis principijs materiam stare nudam, an ipsam stare sine forma specifica uerum. q; negaret philosophus, qui ponit ad corruptionem unius sequi generationem alterius. Vtrūq; fieri per deum concedere habet catholicus: eo q̃ neutrum implicat contradictionē. ¶ Si uerò quis dicere non refugeret, separata anima Christi aliā formam succedere in materia, nominetur, ut libet. Iam manifestum est: q̃ corpus compositum ex materia, & illa forma succedēte, quod iacuit in sepulcro, nunq̃ fuit in Christo: neq; pars humanitatis Christi. Non ergo in hoc corpus conuertitur panis: quia corpus, in quod conuertitur, idem est in sepulcro: & in uiuēte Christo: ut plerisq; autoritatibus sanctorum patrum probatur. Vnde Amb. ut hī
Ambro. de consec. dist. 2. Oia quęcunq;. Idem inquit corpus, quod de uirgine sumptū est, quod passum est, & sepultū: & resurrexit, & in cœlum ascendit. loquitur de corpore, in quod cōuertitur panis in eucharistiā. Item Leo in ser. ne aicē. Non dubia fides, sed certissima scientia tenemus, eam naturam in prīs cōlocationis chrono, q̃ iacuerat in sepulcro. Item Aug. in dō fide ad pe. Idem homo in utero matris, & pependit in cruce, & iacuit in sepulcro: & resurrexit.
Auguſt. Sed non potest illa identitas intelligi nisi ratione partis, quæ est corpus. Idem in epistola ad Felicianum. Illam carnem in sepulcro non deseruit, quam in utero formauit Item Greg. super illud Iohan. 20. Maria stabat &c.
Grego. Iohan. 20. Quod morienda in sepulcro posuit: surgendo super angelos leuauit. Item super illud Ionæ. glo. Tu subleuans de corruptione idipsum

corpus

corpus:& eandem carnem resurgere, quod in humo conditum fuerat. Multa ad idem supra allegata fuerant. Et per hæc patet solutio rationum sup. ¶ Sed di. non solum est idem corpus, sed & eadem caro: ut dicunt quædã auctoritates. Et in psal. 15. Caro mea requiescet in spe.& Act. 2. Nec caro eius uidit corruptionem. & eadem ratione eius ossa. Materia aũt non põt dici caro, neq; os, cum illa non sunt eiusdem rationis. Materia autẽ est eiusdem rationis in omnibus organis. Respondetur, caro, & ossa sunt termini connotatiui: & accipiuntur dupliciter. Vno mõ ut supponunt pro corpore de substantia.i.pro cõposito ex materiã, & forma specifica connotando accidentalem dispositionẽ:& sic panis non conuertitur *in* carnẽ. ut sup. dictũ est:quia non in corpus,ut est species substantiæ. Nec sic est eadem caro uiui,& mortui:nec eiusdẽ rationis est in homine, & pecore. Alio modo accipitur;ut supponit pro corpore tertio modo accepto. i. altera parte compositi, quę est materia cõnotando certas dispositiones accidentales: & sic est eadem caro in uiuo,& mortuo. Etiam caro, & ossa sunt eiusdem rationis essentialis: sed non accidentalis, sicut hõ albus,& calidus. Sunt etiã eiusdẽ rationis in homine, & pecore. Nec sequitur, sunt eiusdem rationis,ergo caro est os propter defectũ connotati, sicut homo iustus, & iniustus sunt eiusdem rationis essentialis. Nec tamen propter hoc iustus est, & iniustus. Et tantum de hac materia,in qua eligat quamuis,quod placet, seclusa temeritate, & pertinaccia: stantẽ semper humili subiectione intellectus proprij determinationi ecclesiæ, & fidei orthodoxæ. ¶ Adhuc restat uidere:an conuersio illa fiat in tempore, uel in instanti. Ad quod est una responsio doctorum omniũ: quia ut dicit Alex. 4. par. q. 38 men. 6. Totus panis in totum corpus conuertitur indistincte: ita ꝙ non una pars substantiæ panis in unam partẽ corporis Christi: alia in aliã, prout determinatũ est ab Inno. 3. sic dicente. Vtrum partes in partes:aut totum in totũ:aut totale trãseat in totale:nouit illæ,quæ facit, ego,quod residuum est, igne cõburo. Si tñ quęrẽtis instar improbitas: ego salua fide concesserim, ꝙ tota lis panis in totale corpus conuertitur:ita ut nulla pars panis tranſit in aliquã partẽ corporis. ¶ Et hoc satis patet ex præmissis, nam cum conuersio non dicit aliud nisi definitionem panis, & successionẽ corporis: definit autẽ totus panis secundum se, & quodlibet sui, & succedit totũ corpus Christi. Manifestũ est:ꝙ totũ conuertitur in totũ,& ita fit corpus Christi totũ simul pñs speciebus panis,& non pars post partẽ,& ita non successiuẽ: & per consequens instantanee i. totum simul. Non.n.potest esse successio ex parte termini, qui totus simul introducitur, & non pars post partẽ Nec ex parte subiecti successiue ad formæ receptionem dispositi. quia nullũ est hoc subiectum:cũ totũ transeat in totum. Nec ex parte agentis limitati,quia agens est infinitũ:& propter idem nulla potest esse resistentia. Dicitur ergo:ꝙ in fine prolationis uerborũ incipit esse corpus Christi sub speciebus panis, & definit esse panis. ¶ Et si diceres: licet uirtus diuina conuertẽs sit infinita: tñ operatur ad prolationẽ uerborũ sacramentalium, quæ non põt esse subita. ¶ Ad illud respondet Alex. licet uirtus diuina operetur ad uerbi prolationẽ:non tñ secundũ prolationẽ successionis. operatur enim uirtus diuina nõ nisi prolatis uerbis, sed non durante uerborum prolatione. Operatur autem in fine prolationis, & non ante:quia ita placitum est sue omnipotenti uoluntati. ¶ Sed forte quis replicet: signo instans ultimum esse panis, & similiter primum instans corporis Christi sub speciebus panis, uel sunt unum instans, uel diuersa. Si primum ergo simul fuat corpus Christi, & panis contra prius dicta. Si diuersa,& cũ instantia nõ possunt esse immediata, ca-

dit tem

Caro,os accipiuntur dupliciter.

K

Psal. 15. Act. 2.

An cõuersio panis in corpus Xpi fiat in instanti aut successiue.

L

Alexan.

Inno.

Alexan.

M

dit tempus medium: proquo ut uidetur, introducitur corpus Christi, & ita successiue. Solutio: panis desinit simul cum uerborum prolationes: ita ꝙ idem est instans desitionis prolationis uerborũ, & desitionis panis. Cum autem prolatio uerborum est successiua: & res successiua desinit per primũ non esse: & non per ultimum esse: alioquin daretur ultima pars continui, quæ necessariò foret indiuisibilis: ideo non datur ultimum esse panis, sicut non datur ultimum instans prolationis: sed datur primum non esse prolationis, simul & panis: & illud est primum esse corporis Christi sub speciebus panis. Et per hoc patet solutio replicę, non admittendo quod assumitur: signo ultimum esse panis: illud enim non est signabile: quia desinit non per ultimum esse, sed per primum non esse. Et huic satis concordat sententialiter Alex. de Ales par. 4. q. 38. mẽ. 8. unde ait. Sumere est illãs in quo est corpus Christi primò: & illud est terminus huius mutationes, quæ est transsubstantiatio. Sed quia in tempore non continuantur adinuicem instantia: sed inter quælibet est tempus medium non est sumere instãs proximum ante instans ultimum transsubstantiationis: in quo instanti proximo ante ultimum est panis: quia & si sit sumere instans indiuisibile ultimum in continuo: non tamen penultimum. Vnde non est sumere instãs, in quo ultimo est panis: instans enim instanti non poreſt continuari: sed tempus instanti. Vnde totum illud tempus, in quo est panis, continuatur illi instanti, in quo primo est corpus Christi. Hæc ille. Hoc ergo instans, in quo primo est corpus Christi, est primum non esse panis: & terminat tempus prolationis uerborũ. Tantum de illo. Et per consequens de his, quo respiciunt corpus Christi secundum considerationem prędicamenti substantiæ scilicet de ueritate corporis Christi in sacramento. Qua mutatione incipit ibi esse. Quid inquit, conuertitur. Quæ substantia maneat. Quæ desinat: & an desinens annihiletur. An conuersio instantaneé: an in tempore perficiatur. ¶ Pro complemento tamen, & clariore, ac specialiore decisione eorum, quæ respiciunt substantiam eucharistię: secundum diuisionem sup. lect. 38. factam. Adhuc uidendum: an totus Christus fiat præsens altaris sacramento ad legitimam consecratiuæ formæ prolationem. ¶ Pro cuius solutione duo præmitto præambula. Primum: ꝙ nomen Christus nominat suppositum uerbi diuinum subsistens in duabus naturis diuina scilicet, & humana. unde Dama. lib. 3. Hoc nomen Christus personæ dicimus, non monotropos. i. uno modo dictum: sed duarum naturarum esse significatiuum scilicet diuinitatis, & humanitatis. Et Aug. contra Maximum. Christus una persona est geminæ substantiæ. Ex illo patet, ꝙ licet sint tria suppositа diuina scilicet, pater, & filius, & spiritus sanctus: quia tamen solus filius subsistit in natura humana: quia solus ipse incarnatus est: Christus supponit pro solo filio, non pro patre, nec ſſ. Supponit enim pro persona diuina, connotando humanam naturam hypostatice sibi unitam: unde dimissa natura humana, uerbum non esset Christus proprie loquendo. Deficeret enim connotatum: quo deficiente, deficit & suppositio secundum logicos. Sicut deus dominus est: tamen deficiente creatura non esset dominus eo ꝙ deficeret connotatum huius termini dominus: connotat enim seruum. Non existente autem creatura, non est seruus cui dominus dominaretur, & ita non esset dominus, ut uult beatus Augustinus. 5. de tri. ca. 13. & allegat magister dist. 30. primi. ¶ Ex illo patet ꝙ uerbum non semper fuit Christus: quia non ante assumptionem humanitatis. Nec obstat illud apostoli. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Quia simpliciter uerum est secundũ rigorẽ logice Christus fuit

Alex. de ales

N

An totus Xps fiat prẽsens in altari facta consecratione.

Dama. 3.

Augustinus.

Heb. 13.

heri

heri & hodie & ab æterno: quamuis uerbum non fuit Christus ab æterno. Suppositum enim illud quod est Christus, fuit ab æterno: quamuis non ab æterno unitam habuit sibi nuncuam humanam. ¶ Secundo sequitur ꝙ proprie loquendo, & de rigore uerborum in triduo mortis Christi: uerbū non fuit Christus. Patet quia in illo triduo non habuit sibi humanitatem unitam: quia non fuit humanitas Christi in illo triduo: licet fuit corpus & anima & utrumq; deitati unitum: quia tamen anima fuit separata a corpore non fuit ibi humanitas nam humanitas composita est ex utroq; : ut dicit Hiero. & allegatum est supra. ¶ Ex quo sequitur tertiò, ꝙ si aliqua prædicta Christo attributa sunt pro triduo ratione humanitatis: ꝙ tales orationes sunt tropicæ, & figuratiuæ, hoc est non sunt uere de uirtute sermonis: sed admittuntur per figuram ut illa Aug. super Iohannem. Quis non est de relictus in inferno. Christus: sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro. Christus sed in corpore solo, quia in his singulis Christus est. In his singulis Christum confitemur. Et illa Amb. in lib. de spiritusancto. Christus pependit in ligno, Christus iacuit in sepulchro. Et illa symboli. Christus est sepultus, Christus descendit ad inferna. Hæc inquam & similes secundum præfatum modum loquendi per synecdochē conceduntur: quia diuinum suppositum mansit unitum corpori Christi: & similiter animæ in triduo ut dictum est quæ fuerunt partes humanitatis eius ratione quarum partium toti Christo prædicta prædicata attribuuntur. secundum hunc ergo intellectum conceditur: Christus iacuit in sepulcro. i. humanitatis Christi cui mansit unitum uerbi suppositum, iacuit in sepulcro. Et illa, Christus descendit ad inferna, ad hunc intellectum conceditur anima Christi diuinitati unita descendit ad inferna. ¶ Notandum tamen de illis. Christus descendit ad inferna: Christus iacuit in sepulcro, quę secundum rigorem logicæ ueræ sunt. Non autem illę. Ad inferna descendit Christus: in sepulcro iacuit Christus, quarum differentia patet ex logica, quia aliter appellant termini connotatiui positi a parte eiusdem extremi aliter, dum ponuntur a parte diuersorum. Verum nonnulli generalius de nomine Christi loquuntur dicentes, ipsum supponere pro diuino supposito, connotando ipsum subsistere in natura capaci assumptionis suppositalis: siue sit totalis: siue partialis. Et hi admittunt prefatas locutiones proprie, non per figuram. tamen per idiomatum communicationem. ¶ Sed non stando in ista diuersitate, uideamus, an Christus secundum totam diuinitatem, & secundum totam humanitatem sit in hoc sacramento. In utraq; enim natura est reperire quandam totalitatem. In diuina, quæ est secundum inclusionem omnium trium personarum, sic enim Christus secundum totā deitatem esse in hoc sacramento est Christum esse cum patre, &.ff. In humana uero natura est reperire duplicem totalitatem: unam secundum partes essentiales: aliam secundum partes integrales. Et sic Christum esse in sacramento secundum totam naturam humanam, est Christum esse in sacramento secundum corpus, & animam & secundum omnes partes integrales caput, pedes, & sic de alijs. Secundò supponitur ex supradictis: ꝙ aliquid dicitur esse in sacramento dupliciter, uel ex ui consecrationis, uel conuersionis, quod scilicet est terminus per se conuersionis, & primò intentus. Secundo modo per quandam concomitantiam: quia coniunctum ei, quod primo modo est præsens. ¶ His præmissis ponuntur. 5. propositiones. Prima Christus deus, & homo secundum diuinam naturam pariter, & humanam præsens est uenerabilis eucharistiæ sacramento. Hæc ueritas satis deducta est ex auctoritatibus canonis, & sanctorum lect. 29. &

Ad inferna descēdit Xps Xps iacuit in sepulchro, an, & quo sint concedē dę.

Hiero. O

Augusti.

P

possunt

possunt aliqui breuiter commemorari. De summa tri. & fi. catho. ca. 1. Idem ipse sacerdos, & sacrificium Iesus Christus. Iesus autem Christus deus, & homo est subsistens in natura diuina, & humana. Et concordat beatus Hiero. Hiero. de conse. dist. 2. Nec Moyses. Nec inquit Moyses dedit uobis panem uerum, sed dominus Iesus ipse conuiuium, & conuiua: ipse comedens, & qui comeditur. Item illud est sub sacramento, quod manducatur, & sumitur sumpto sacramento. Hoc autem est Christus Aug. de conse. Augus. dist. 2. Qui manducat. Manducatur Christus, uiuit manducatus: quia surrexit occisus Ite Hiero. eadē dist. Singuli. Singuli inquit: totū accipiūt Ambro. Christum dominum. Item Amb. lib de offi. eadem dist. Ante benedictionem. In hoc sacramento Christus est. Ad idem plures adduci possunt, quæ habentur eadem distin. & 4. sententiarum concordant omnes doc. Inno. Inno. Hugo, & ceteri. Quia ergo ibi est Christus, & Christus dicit utramq; naturam diuinam, & humanam: sequitur: ꝙ ibi sit utraq; natura. ¶ Secunda propositio. Sub hostia consecrata concomitanter est ipsa diuinitas, & deitas filius. Non tamen ibi sic est pater, & spiritussanctus. Prima pars pater, quia diuina natura unita est corpori Christi: nec ipsum unquam dereliquit, quod corpus est ibi per se ui consecrationis: ut dictum est. Quod autem diuinitas non dereliquit corpus: patet per beatū Augu. super Ioh. August. Mors ad tempus animam, & carnem separauit: sed neutrum a uerbo dei. Item Dama. li. 3. sen. Christus, quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Dama. 3. quod intelligi oportet quantum ad partes essentiales: quia in triduo dimisit humanitatem: quæ in triduo non fuit sed non partes: quia nec corpus, nec animā. Cum ego diuinitas, & uerbum (quod est filius dei) non sit ibi ex ui conuersionis: nec in ipsum panis conuertitur, ut supra dictum est. Est autē coniuncta corpori assumpto, quod non dereliquit, sequitur; ꝙ sit ibi per concomitantiam. Secunda pars propositionis pater, scilicet ꝙ non sit sub hostia pater, & spiritussanctus sic cōcomitantur, sicut deitas, & filius. Sūt quidem sub sacramento pater, & spiritussanctus, qui propter immensitatē diuinæ naturæ sunt ubiq;: etiam propter identitatem essentiæ non possunt separari a filio: ut filius sit alicubi, & non ibi sit pater, & spiritussanctus, quia quælibet harum personarum est in alia per circumcessionem, & simpliciter inseparabiles sunt: unde dixit Christus Philippo. Ego in patre, & pater in me est. Non autem sunt in sacramento eo modo per concomitantiam: sicut essentia: & filius: nam essentia, & filius: sunt ibi per concomitantiam: quia uniti hypostatice corpori assumpto, sed nec pater, nec spiritussanctus assumpsit humanam naturam: & ita nec partes eius. Non enim pater factus est homo, nec spiritussanctus incarnatus est, ut probat magister dis. 1. tertij. & dist. 16. primi lib. sen. ¶ Vtrum autem debeat concedi simpliciter, ꝙ ibi sit pater, & spiritussanctus per concomitantiam licet non sicut uerbum, uidetur mihi salua semper saniore sententia: quis est in nomine, quia de re constat. Constat quidem: ꝙ ibi est pater, & spiritussanctus duplici ratione. Primò: quia sunt deus: & per consequens ubiq; Secundò: quia sunt consubstantiales uerbo: ergo sunt, ubi uerbum ita ꝙ si per impossibile non essent ubiq; nihilominus essent in sacramento in quo est uerbum, propter consubstantialitatem uerbi. Constat etiam: ꝙ ibi est uerbum per assumptionem corporis: quo modo non est ibi pater, & spiritussanctus. ¶ Posset igitur dici: ꝙ aliquid dicitur esse in sacramento ꝙ concomitantiam dupliciter: immediatè, & mediatè. Primo modo dicitur esse ibi, quod est unitum, siue coniunctum ei, quod est ibi per se, & primo, non per aliud. i. non propter hoc, ꝙ est coniunctum alicui coniuncto

Q

R

Dupliciter aliquid dicitur esse sub eucharistia pro concomitantiam.

C

ei, quod est ibi primò, & per se. Sic est anima sub speciebus panis: quia immediatè coniuncta est corpori. Secundo modo: quod est ibi propter coniunctionē eius cū coniuncto illi, quod est ibi per se primò: sic accidentia animæ, gratia, charitas, animæ Christi sunt in sacramento: non quia unita sunt corpori, quod est ibi primò, & per se: sed quia unita sunt animæ quæ cōiuncta est corpori. Per hoc posset dici: q̄ uerbū est in sacro per concomitantiā primo mō immediatè: quia unitum immediatè corpori. Non. n. est unitū p̄ animā: alioquin in triduo nō fuisset unitum corpori: anima tūc separata: quod patet falsum. Pater aūt, & filius sunt ibi: quia uniti, & consubstantiales uerbo: quod est immediatè unitum corpori: & sic nō sunt ibi per concomitātiā primo modo immediatè, sed secūdo modo. ¶ Tertia propositio, quæ respicit humanitatē Christi, quæ attenditur penes partes essentiales eiusdē: est illa Corpus Xp̄i est sub spēbus facta consecratione primo, & per se. Anima uerò est ibi per cōcomitantiā immediate. Prima pars probata est supra. Secunda probatur quia tale est corpus Christi in sacro: quale est in sua naturali existentia. In naturali aūt existentia est uiuum, & nō mortuum: quia Xp̄s resurgens ex mortuis iā non moritur. Nō uiuit aūt nisi super animā, ergo nō est sine anima. Quod aūt sit ibi per concomitantiā, patet, quia nisi esset cōiuncta corpori, nō esset ibi, unde in triduo fuisset corpus in sacro sine anima: ut frequenter dictū est. Quod ēt immediate patet, quia anima immediate coniungitur corpori, ipsiq; inheret & ipsum uiuificat: non per aliquod mediū, cui prius inhæreat. Et sicut dictū est de anima ita dicēdū est de precioso Xp̄i sanguine: q̄ etiā est in corpore, & sacramēto per cōcomitātiā immediate. Nō n. pōt corpus humanū uiuere naturaliter sine sanguine. Et est immediatè coniunctū corpori nō per aliud, cui sit essentialius cōiunctū. ¶ Quarta propositio respicit partes integrales. Oēs partes integrales corporis Christi, caput, pectus, manus, pedes & cæterę partes integrales per se, & primò hūt p̄tiā ad spēs sacrales. Probatur: quia per se, & primò est ibi corpus. Cū aūt corpus nihil est, quā suę partes simul sumptę: ergo propositū: maxime qu a Xp̄i corpus nunquā fuit mōstruosum, aut imperfectū: ergo semper habuit oēs partes ad corporis perfectionē requisitas. Erat. n. speciosus forma præ filijs hominū, secūdū prophetā. ¶ Sed est cautè considerandū q̄ nomina partiū integraliū q̄nq; dicunt partes totius compositi ēt ex materia, & forma specifica cōpositas: & sic caput non est tm̄ materia, uel forma corporeitatis secūdū sic opinantes: sed est cōpositū ex materia, & anima unitę sic dispositā, & qualificata. Alio mō dicūt tm̄ materiā substractiue, & nō formā specificā connotādo certā formā, & qualificationē: qui mō ēt in corpore mortuo dicimus esse caput, & membra: & sic pōt ēt distingui de carne, & ossibus. Et per hoc possunt concordare doc. quorū aliqui dicūt, q̄ caput, carnes, & ossa nō sunt eadē in uiuo, & mortuo. Nec nomina hæc uniuocę important partes illas in corpore uiuo, & mortuo: sed æquiuocè, sicut homo significat uiuū hominē, & mortuū. Alij oppositum asserunt. Prima opinio uera est secūdū primam acceptionē: secunda secūdū secundā acceptionē illorū nominū caput, manus &c. In propositione aūt nostra accipi debēt secūdo mō, & nō primo mō: qa primo mō accipiēdo sunt ibi partim per se, & primo quantū ad materiā: & partim per concomitantia quoad formā. ¶ Ex his colligitur, q̄ quattuor pertinentia ad perfectam corporis Christi consistentiam, sunt in sacramento uenerabili. Primum, corpus Christi gloriosum: secūdū præciosus eius sanguis: tertiū benedicta eius anima: quartū diuitas excellentissima. Corpus ex ui conuersionis siue per se primò: cætera tria per concomitantiā quodā ordine secūdū Fr. Iacū Maronis: secūdū

Quid uero ē sub sacramē to respiciens humanitatē Christi.

Rom 6.

quem

quem habent esse in Christo in existentia naturali. Nam sanguis est ibi ex concomitantia immediata: quia pertinet immediatè ad dispositionem corporis: ut sit susceptiuum animæ, quæ non uiuificat corpus sine sanguine. Secundò est ibi anima ex concomitantia mediata: quia præsupponit sanguinem in corpore, siue quo corpus non uiuificat. Tertiò est, ibi deitas ex concomitantia remota, quæ quamuis immediatè sit unita corpori: & etiam mansit unita corpori, anima, & sanguine separatis, in triduo. s. tamè in incarnatione facta est unio ad totum hominem primò: & ex consequenti ad partes humanitatis, & ideo quasi remota, & ultima concomitantia dicitur esse sub sacramento. Ex quo patet: q aliter loquitur ille doct. de medio, quam supra dictum est. Loquitur enim hic de medio quasi disponente: ut mediatè dicatur uniri, uel coniungi, quod requirit aliquod mediú quasi disponens aliud ad sui coniunctionem, non q illo medio uniatur: & sic anima mediante sanguine unitur corpori, quia non unitur corpori sine sanguine disponente corpus: non autem unitur sanguini. Supra autem dictum est de medio suscipiente unionem. i. de medio, quo prius unitur alicui: & propter hoc, q unitum est illi, & illud alteri, unitur etiam illi alteri. Et sic nec sanguis, nec anima, nec deitas mediatè unitur corpori: sed singulum horum immediatè unitur corpori. Et secundum hoc quædam sunt ibi per concomitantiam ad corpus Christi: quædam per concomitantia ad concomitantiam: de quibus dicetur. De illis quattuor supradictis etiam loquitur sanctus Bonau. distin. 11. quartj. quæstio. 2. arti. 4. aliquo modo conformiter Francisco di. q ibi est corpus Christi ui conuersionis sanguis ratione commixtionis: anima ratione connexionis, diuinitas ratione unionis, quæ etiam notari possunt in uerbis Christi. Ego sum pa. ui. qui de cælo descendi. Panis quantum ad corpus seu carnem. unde. Caro mea uerè est cibus. ibidem. Viuus per animam, quæ non uiuificat sine sanguine. qui de cælo descendi ex deitate: non motu locali: sed humanitatis assumptione. ¶ Sexta propositio: Non solum hæc quattuor nominata: corpus sanguis, anima, deitas sunt in sacramento eucharistię: sed etiam earum proprietates accidentia: & perfectiones naturæ, & gloriæ. Patet: quia ut frequenter dictum est: q tale est corpus sub hostia, quale est in naturali existentia quantum ad suas partes, & proprietates maximè absolutas, secundum eos, qui ponunt respectus quia de respectiuis præsertim ad ubi non ita: de quo postea. Vnde sunt ibi quattuor dotes gloriæ corporis, determinata partium armonia, ac qualitates primæ, & secundę; complexio debita partum officialium, & organorum. Sunt enim ibi in optima dispositione naturali quantum ad omnes qualitates singulis inexistentes. Sed de quantitate corporis, ac partium: ac eorum situ, & distantia locali dicetur lec. sequenti. Nec solum ibi sunt omnia, quæ faciunt ad perfectionem corporis, & membrorum, sed etiam ea, quæ sunt ad corporis ornatum, & decorem, ut capilli, ungues, barba, & cętera, quæ pertinent ad glorioſi corporis speciositatem: quæ Christus resumpsit in sua mirifica & glorioſa resurrectione; in quibus sedet ad dexteram patris, sanctorum aspectibus præsentatus. Sunt & ibi perfectiones animæ naturales, & glorioſę. s. cognitiones diuinæ essentię, & rerum omnium in uerbo, & proprio genere. Similiter & fruitio beata, ac affectiones, amores, cæteriq; uoluntatis actus, & delectationes. Necnon & exteriorum sensuum, & interiorum opera, & qualitates. Si enim aliqua harum perfectionum deesset Christo, ut in sacramento, tunc esse in sacramento redundaret in magnam imperfectionem corporis, & animæ Christi. Perderet enim aliquam perfe-

Sūmarie respōdetur do contētis sub sacramento.

ctionem, ut ibi existens, quæ sibi inexisteret in cælo, quod uidetur absurdum dicere. Nam sic minus delectabile esset Christo quantum ad corpus, & animam, esse in eucharistiâ, quam in cælo: si ut ibi careret aliqua perfectione, aut delectatione corporali, uel spirituali. Sicut & angelis custodibus nostris magis triste foret, si eis nobiscum in terris existentibus aliqua deesset perfectio, quæ adesset in cælis. Vnde etiam nobiscum existentes semper uident faciem patris. ¶ Neq; enim necessarium est, quod cunq; absolutum in corpore aut anima Christi tolli, propter nouam eius præsentiam ad species sacramentales, quod eis inest in cælo. Nullo ergo priuatur in sacramento, quod ineſt in cælo. Et hoc de facto: quia secundum absolutam dei potentiam oppositum non est impossibile, ut infra dicetur. ¶ Et pro omnibus illis una est ratio: quia cum propter conuersionem panis in solum corpus Christi per concomitantiam sunt ibi sanguis, anima, deitas: quia coniuncta sunt corpori, & unita: eadem ratione ibi, sunt, & illa, quæ sanguini, animæ, aut deitati sunt unita, non enim propter præsentiam corporis sui in eucharistia uult Christus ipsum corpus priuare suis proprietatibus, & perfectionibus: nec illas sibi coniunctis. Vult ergo primò esse sub hostia corpus suum ui conuersionis ad sensum supra expressum uult illud corpus suum glorioſum comitari animam, diuinitatem, sanguinem. Vult illa concomitantia non esse imperfecta: nec suis operationibus, donis naturalibus, & gratuitis esse priuata. Per hoc patet: quomodo totus Christus est in hoc salutifero sacramento. Et hæc de his, quæ prædicamentum substantiæ respiciunt ad præsens sufficiant. Mat. 18.

DE PRAEDICAMENTO QVANTITATIS.

LECTIO. XLIII.

Vtrũ corpus Xpi sit sub sacramẽto altaris quantũ & extensum:

EXPEDITIS ut cunq; his secundum priorem diuisionem, quę conueniunt substantiæ prædicamento: consequenter uidendum est de respicientibus corpus Christi quantum ad quantitatem, & situ. Cum autem secũdum catholicam ueritatem totus Christus secundum utramq; naturam diuinam, & humanam: & secundum omnes partes suæ humanitatis glorioſæ, officiales, & integrales, atq; organicas, simul cum singularum proprietatibus est in sacramento eucharistiæ sub speciebus panis, ut lect. prima & alijs præcedentibus diffuse ostensum est: inquirenda est intelligentia huius ueritatis. Inter cætera enim multa, & magna huius sacramenti mirabilia hoc singulariter mirabile est: & humanam uidetur eccellere intelligentiam: q̃ corpus tam speciosum in sua quantitate lineamentis, & figura perfectissimum cum omnium membrorum, & organorum perfecta distinctione est sub parua hostia; cuius quantitatem longe excedit. Videtur enim incomprehensibile: quomodo caput sit præcise, ubi digitus, pes, ubi oculos cor, & epar, ubi manus: uenter cũ dorso, tibia cũ collo &c. salua partium distinctione, & sine earum confusione, & membrum maius non maiorem locum occuper, quam membrum minus, puta uenter, quam oculus. Ponenda est ergo primò ueritas tenenda, deinde eius intelligentia inquirenda. ¶ Quoad primum sit hæc propositio post uenerabilem Guil. Ockam in trac. de uenerabili sacramento cap. 6. Quamuis corpus Christi realiter, & uaciter sub specie-

bus

bus panis contineatur, non tamen in sacramento altaris loco circumscribitur, & totum corpus Christi sub tota hostia, & totum corpus Christi sub qualibet parte hostiæ realiter continetur. Totum dico sincathegoreumaticé.i. quelibet pars. Vel mixtim.i.ipsum, & nihil ipsius quin ipsum. de hoc infra lect. 80. Probatur hæc ueritas testimonijs sanctorum patrum unde beatus. Hiero. in ser. dominicæ. 5. post epi. de conse. distin. 2. Singuli. Singuli totum accipiunt Christum dominum: & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se in singulis præbet. Ité Hilarius Papa in c. Vbi eadem dist. Vbi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore domini, quæ in manna: quod in eius figura præcessit. De quo dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius, neq; qui minus parauerat, habuit minus. Item glo. super illo, quod dicit Hila. in fine ca. iam allegati. Non enim quantitas uisibilis in hoc æstimanda mysterio, sed uirtus sacramenti spiritualis, dicit. Non est sic quantitas æstimanda: ut sub minori quantitate sit minus corpus Christi, & sub maiori maius: quia ubicunq; pars: siue dicas pars speciei totum corpus est: siue pars corporis Christi.i. manus, uel pes, totum corpus est. Non tamen dicendum est: q̃ omnia membra mixta sunt, & ubi caput ibi mixtim pes, uel manus: sed ubi pars ibi totum: quia non maiorem locum occupat totum, quam pars, & econuerso. Hęc glo. Quod dixit mixtim intelligo.i. confuse, de quo postea. ¶ Ex quibus colligitur manifeste primò, q̃ totus Christus est in tota hostia: & totus in qualibet parte. Secundò: q̃ etiam quęlibet pars corporis Christi est in qualibet parte hostiæ. Tertiò, q̃ in quacunq; parte hostiæ est una pars corporis Christi: ibi sunt omnes Quartò, q̃ ubi caput Christi, ibi manus: ubi pes: ibi oculus: & sic de alijs partibus. Quod uerum est, si ubi dicit locum extrinsecum specierum: secus si dicit intrinsecam corporis partem. Cuius intellectus ex sequentibus pendet. Huius ueritatis possibilitas sic accipi potest. Nihil negare debet Christianus posse fieri diuina uirtute, nisi quod per rationes ex per se notis potest euidenter probari includere contradictionem. Vel nisi hoc elici potest ex scriptura sacra, aut receptis, seu determinatis ab ecclesia. Non enim iuxta modum causarum naturalium diuinam arctare debemus potentiam, cum diuina potestas omnium creaturarum uirtutem in infinitum excedat. Nec ad negandum aliquid posse fieri diuina uirtute experta sufficiunt: cum totum ordinem naturalium causarum possit deus immutare, & contra communem cursum naturalium causarum constet eum multa fecisse. Quis.n. unquam naturaliter expertus est uirginem sine uiro concipere? duo corpora simul existere; mortuos ad uitam resurgere, accidentia sine subiecto subsistere, aliaq; innumera, quæ tamē constat diuinitus esse facta, teste utriusq; testamenti scriptura. Non igitur negare aliqua debemus a deo fieri posse: quia ipsa non naturaliter fieri experimur. Ad propositum igitur duo supponantur. Primum deus per suam absolutam potentiam potest facere unā aliquam substantiam secundum se: totam coexistere pluribus corporibus. Patet: quia hoc nullam includit contradictionem: cum per propositiones per se notas possit euidenter probari. Ex quo statim sequitur: q̃ una substantia per eandem diuinam potentiam potest secundum se totam coexistere alicui toto, & cuilibet eius parti. Si enim potest coexistere pluribus corporibus a se distinctis, & separatis. multò magis pluribus partibus eiusdem corpo is coexistere potest. Vtroq; enim concesso, potest euidenter per ueras logicales regulas: quæ omni noticiæ, & scientię deseruire noscuntur: omnis contradictio euitari, sicut inferius soluendo rationes quo-

Possibilitas ostenditur ex diuina potentia medis pulchris.

Per diuinā potētiā duo corpora esse possunt in eodem loco.

B

quorundã ad oppositũ arguentiũ ostẽdetur: quãuis nõ possit euidenter ex puris naturalibus probari: ꝙ ita factum sit, siue fiat. Non ergo negare debet catholicus: quin deus facere possit, ꝙ aliqua substantia tota secũdũ se, & quãlibet partẽ suã coexistere posset alicui corpori toti, & cuilibet eius parti. Ita enim tenemus: quòd anima intellectiua est tota in toto corpore: & tota in qualibet eius parte. Sic ẽt asserimus: ꝙ angelus est totus in aliquo loco diffinitiue: & totus in qualibet eius parte: nec alterutrius oppositum probari potest per demonstratiuam rationem. ¶ Secundum. Deus per suam absolutam potentiam põt duo corpora siue eiusdem speciei, siue diuersarum facere coexistere simul eidem loco. Patet, ut prius: quia nullã hoc includit contradictionẽ. Sic enim credimus: ꝙ saluatur noster Christus clausis ianuis intrauit ad discipulos, clauso resurgẽs prodijt de sepulchro, lapide ab ostio monumenti nõdũ per angelum reuoluto. Etiã clauso uirginis, utero natus est huic mundo. Ascendit in cælum, nullo cælesti corpore diuiso. Ex quo et á sequitur. ꝙ duæ partes, & quotlibet plures eiusdem corporis: immo oẽs eidẽ loco possunt coexistere. Nam qua ratione duo corpora separata possunt per diuinam potẽtiam eidem loco coexistere, eadẽ ratione, & duę partes eiusdem corporis possunt eidem loco coexistere: & eadẽ ratione tres partes quattuor, sex & simul omnes. Nam penetratio dimensionum: licet naturæ sit impossibilis: non tñ deo. Etiam de facto plures formæ accidentales extensæ coexistunt eidem loco: & inhærent eidem materiæ, & subiecto. ¶ Ex quibus sequitur: ꝙ deus, qui plus potest facere, quã nos possumus intelligendo compræhendere: facere põt: ꝙ tota substantia corporis Christi coexistat toti hostiæ, & cuilibet eius parti: quia põt facere: ꝙ sua substantia coexistat diuersis corporibus, siue locis, & ita diuersis partibus hostiæ. Et per hoc; ꝙ quælibet pars corporis sui coexistat cuilibet parti hostię, põt & facere; ꝙ plures substantiæ corporeæ, possunt simul coexistere eidem loco: & per hoc potest facere plures: immo omnes corpori sui partes esse simul sub qualibet parte hostię. Et hoc cum facit: corpus suum totum est sub tota hostia, & totum sub qualibet eius parte, quia omnes suæ partes coexistunt singulis partibus hostię: & per consequens non est in sacramento circumscriptiuè, quia non est sic in loco hostię, quòd una pars corpori coexistat uni parti loci, & non illa sed alia coexistat alteri, ex quo omnes partes coexistunt omnibus. Est autem in hostia, siue in loco hostiæ diffinitiuè: sicut anima intellectiua, aut angelus dicitur esse in loco: quia realiter, & uere est in loco hostiæ, & non extra: saltem non oportet. Potest enim esse extra sub alia hostia, & similiter esse extra in cælo. ¶ Quamuis autem hæc sic simpliciter credere, sufficit cuilibet orthodoxo: quia tamen hic sumus in scholastico gymnasio: ubi nedum quid credendum: sed quemadmodum credenda catholicè intelligantur, inuestigandum est, quantum humana fragilitas sinit. Eisq; loquor, qui parati esse debebunt ad satisfaciendum omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est spe. Qui exemplo Pauli sapientibus, & insipientibus debitores constituentur. Potentes exhortari in doctrina sana: & eos, qui contradicunt arguere. Ideo ultra inquirendum est: an corpus Christi secundum dimensiones proprias, quibus extenditur in cælo: sit in sacramento. Et an concedendum sit: ꝙ corpus Christi sit tantum in sacramento: quantum fuit in cruce: siue quantũ nunc est in cælo. Vtrum etiam quantitas sua sit in sacramento. Item quomodo saluetur figura debita humani corporis: si pars non distat a parte: aut quomodo distant; si sunt simul. Qũo oculus sit in capite, & non in pede: & quomodo saluabitur partiũ organicarum distinctio. Et gene

C

D

1. Pe. 2. Rom. 1. Tit. 1.

Alex. raliter, quomodo uitari possit partiũ cõfusio. Quæ omnia sunt difficilia intellectu. Vnde doctor irrefragabilis Alex. par. 4. q. 40. mẽ. 3 ar. 3. dicit. In hoc sacro q̃dã sunt secũdũ naturã, quædã supra naturã: sed nõ sup intellectũ, & q̃dã sup intellectũ sup naturã. Secũdũ naturã sunt ibi accidẽtia q̃dã: sicut color, sapor in magnitudine: & aptitudo accidentis respectu actus sui: sicut albedinis ad immutandum uisum. Supra naturã sunt accidentia sine subiecto: ut color, sapor, rotunditas sine substantia: hoc aũt est supra naturam: sed non supra intellectũ. Intelligit enim intellectus accidentia sine subiecto per abstractionem. Supra naturam, & intellectum est ibi Christus in tota quantitate, in quanta est in cælo, & non excedit terminos illius paruæ formulæ: hoc aũt est supra naturam, & intelligentiam. Dicendũ igitur: licet corpus Christi non excedat formam illã: non tamen est eiusdem quantitatis: quia continentia illa qua corpus Christi prout est in sua quantitate, continetur sub illa forma, nec excedit illã: nõ est aliquæ uirtute naturæ: sed uirtute super naturam, & mirabiliter, unde mirabilis est illa continentia nõ naturalis. Et sequitur. Vnde quantum ad hunc articulum soli fidei intendẽdum est: quia neq; simile est in exemplo inueniretur neq; ad hoc põt intellectus humanus attingere. Vnde dicit.

Inno. Inno. In hoc sacramento credere iubemur. discutere prohibemur. Vnde in hoc sacramẽto ex captiuatione intellectus illius, qui credit, & non intelligit: non modicũ est meritum fidei. Hæc Alex. ¶ Sed alij doctores ut be. Tho. Egidius Sco. Ockam, & eorũ sequaces nituntur aliquo modo rationem intelligendi aperire: sed multipliciter diuersificantur. Vnde quia difficultas intelligendi modũ existẽdi corporis Christi sub eucharistia dependet partim ex hoc, utrum quantitas sit accidens distinctũ a substantia, & qualitate. Vel an sit res ipsa quanta substantia, scilicet uel qualitas: ideo possunt illæ opiniones primò reduci ad duas sibi contrarias: quarum utraq; multos habet imitatores, quas commemorat doc. subtilis. in 4. scripto. dist. 2. quæst. 2. ¶ Prima est: q̃ quantitas cõtinua, siue extensiua est quædam essentia absoluta realiter distincta a substantia quanta, & similiter a qualitate quanta: sicut albedo, uel caliditas est entitas quædam absoluta distincta realiter a re alba. Vnde imaginantur hi: q̃ substantia, uel qualitas ex se non habet partem extra partem, secundum quam potest extendi: sed hoc conuenit substantiæ, uel qualitati per quoddam accidens superadditum, quasi medians inter substantiam, & qualitatem, inhærens substantiæ, & secundum aliquos substans qualitatibus: ita q̃ qualitates inhærent quantitati tanquam subiecto immediato, & substantiæ tanquam mediato: secundum alios inhærens substantiæ & non substans qualitatibus: requisitum tamen ad hoc, q̃ qualitates inhæreant substantiæ. Nam secundum illos qualitates extensæ non possunt inhærere subiecto, siue substantiæ, nisi fuerit, in quantitate extensa. Vnde secundũ illos quicquid est quantũ: uel est quantum, quia idem quantitati: uel quia habet quantitatem sibi inhærentem, uel inhærentem suo subiecto, & sibi coexistentem. Primo modo ipsamet quantitas est quanta. Secundo modo substantia, cui inhæret. Tertio modo accidentia, quibus coassistit per inhæsionem eidem subiecto, cui inhærent huiusmodi accidentia. ¶ Tenentes ergo hãc opi. de quantitate ad propositũ nostrũ de existentia corporis Xpi in eucharistia inter se sunt diuersi: ñ quidã dicũt: q̃ sicut corpus Xpi realiter est in sacro: ita et eius quantitas, qua extendit in cælo est realiter in sacro. Asserũt. n. q̃ ubicũq; est substãtia aliqua: ibi et necessariò sunt omnia accidẽtia absoluta sibi inhærẽtia. Cõsequenter dicũt: q̃ illa quantitate nõ existẽditur corpus Xpi localiter in sacramẽto: q. nõ est ibi quãtitas Xpi mõ suo. i.

Alex. Thom. Sco.

E

Opinio doc. subtilis de quãtitate, & substantia.

An sit accidens rei quãtæ inhærens.

modo

modo quantitatiuo: sed modo substantię. Modus substantiæ secūdū se est esse in loco diffinitiue. Substantia.n. quātū est de se: est in loco indiuisibiliter, & diffinitiue, sicut anima intellectiua in corpore, quia ratio substantiæ secūdū se est indiuisibilis: & æquæ cōuenit toti substantiæ, & cuilibet eius parti. Cuius rō est secūdū eos: quia quantitas Xpi nō est ibi tanquā primus: & p se terminus conuersionis, sed concomitāter ad primū terminū. Nā ut supradictū est conuersio panis fit in substantiā corporis Xpi tanquā in primū, & p se terminū, quā concomitantur sua accidentia. Quod uerò est sub eucharistia: eo modo est ibi, quo terminat conuersionē. Substantia corporis Xpi est ibi tānquā pprius, & per se terminus, qui ex se nō hēt modū existendi quātitatiuū, commensuratiuū, siue extensiuū, ergo est ibi modo sibi proprio. i. tota in toto, & tota in qualibet parte. Quantitas aūt ibi est per concomitantiā naturalē ad substantiā. Ergo erit ibi non modo suo proprio: sed mō substantiæ: ēt tota in toto, & tota in qualibet parte: & nō modo quantitatiuo. Sunt.n. ibi cōtrario ordine dimensiones corporis Xpi, & dimensiones corporis commensuratiuē locati. Nā dimensiones corporis commensuratiue in loco locatæ sunt in illo primò, & ideo mō quātitatiuo, & per eas est ibi substantia, & ēt modo quantitatiuo. Sed dimensiones corporis Xpi sunt in sacramēto non primò, nec sicut in loco proprio, ergo sunt ibi secūdū modū substantiæ, quæ est ibi primo, & non mō suo quātitatiuo. Vult ergo dicere hic modus: q̄ quātitati secundum propriā naturā conuenit modus quātitatiuus, ubi est per se, & primo: hic aūt non conuenit sibi illo mō: quia hic est concomitanter. Illi consequenter habent concedere, q̄ corpus Xpi est in sacramēto quantū: & q̄ est ibi tātū, quantū est in cælo; quia ut ibi habet eandē quantitatē numero, quā habet in cęlo: sicut.n. quicquid habet albedinē, est albū; ita quicquid habet in se quantitatē, est quantū: nō tn est ibi quantæ, siue quantitatiuē, quia nō commensuratur spēbus: ut sit pars in parte una, & alia pars corporis Xpi in alia: & ad hunc modū declinat beatus Tho. & Egidius. F

Alia opinio. ¶ Aliter potest dici tenendo eandem opinionem de quantitate, quia quantitas quæ est accidēs inhærens corpori Christi in cęlo: non inhæret sibi in sacramento. Sed corpus Christi est ibi sub speciebus simpliciter sine quantitate quia extensio conuenit substantię per quantitatē, quæ ibi nō est, ideo corpus Xpi non est ibi extensum. Aiunt.n. q̄ quantitati essentialis est modus qnantitatiuus, nec ab ea separari potest. Consequenter dicunt illi absoluta tn concomitari corpus Xpi sub sacramēto, quibus talis modus existēdi in sacramento ex propriis rōnibus non repugnat: talis aūt est quantitas: ideo non concomitatur. Dicunt ergo illi, q̄ separata quantitate partes corporis Christi non sunt extra seinuicem in hostia, sed una pars corporis sit cū alia. Potest enim Deus facere partē subintrare partem, & ultra illam, quæ subintrauit cū ea, quam subintrauit iterum subintrare aliam: & sic ultra subintroibunt seinuicē usq; ad minimā quantitatē naturalem: & sic saluatur ueritas cuiuslibet partis, & tamen nulla est extensio partis extra partē, sicut saluatur ueritas materię & formę quamuis non sint extra seinuicem. G

Triplicē positionē quo in gñe esse duplicē; sed unam subdiuidi. ¶ Tertij dicunt, & distinguunt triplicem positionem, quæ in genere duplex est sed una subdiuiditur. Vna est positio, quæ est differentia quantitatis: hæc dicit ordinē partiū ad totum absolutè non curando de loco extrinseco. Illa necessariò est in quanto continuo permanente, nec enim est intelligibile aliquid esse quantum dimensionatum, quin sit signare in toto ordinem huius partis ad illam secundum quantitatem interiacentem, & illam oportet saluari in proposito. Alia est positio, quę dicit ordinem locati ad locum, siue ordinem commensuratiuum partis locati ad certam partem

loci: siue simpliciter totius, aut partium ad locum continentem: siue parti sit in certa parte locantis, siue in qualibet parte cum toto. Hic ordo pertinet ad prædicamentum ubi quod importat habitudinem, quæ ordinem locati ad locum siue circumscriptiuam siue diffinitiuam. Tertia est positio, quæ præsupponit duplicem ordinem partium iam dictum. s. ad totum, & ad locum: & ultra dicit ordinem partiū ad locum commensuratiuum, uel circūscriptiuū: secūdū quē partes locati coextenduntur partibus loci: & hęc pertinēt ad prædicamentū situs. Vnde positio, quę est prædicamēti situs, presupponit positionū differentiā quantitatis, & ubi: & specificat ubi: & hęc positio dicitur modus quantitatiuus uel dimensiuus. Consequenter dicunt isti, q̄ hanc habitudinem, seu positionem possibile est deū separare a quanto, uel a positione prima non solum per negationem termini puta loci: sicut posset facere aliquod corpus extra uniuersum: quia tunc non esset locus cōtinēs: cuius partibus commensurarentur partes locati. Sed etiam posito termino, cui præsenti posset fieri commensuratio corporis contenti: ita q̄ posset esse quantū in loco: & habere coexistentiam ad aliud quantū siue tamen coextensione partium unius ad partes alterius, quam dicit positio situs. Hęc
B est opinio Sco. in 4. dist. 10. q. 1. quā sic persuadet. Quęcunq; natura cōtingenter respicit quamlibet formā alicuius generis, respicit contingenter totum genus simpliciter. i. non necessariò ex causa extrinseca, quia quod a natura intrinseca determinat sibi aliquod genus, necessariò determinat sibi aliquā spēm illius generis: quia una natura non habet necessitatem ad opposita disiuncta: quin habeat necessitatē ad unum illorum. Sed corpus contingenter se habet a quamcunq; positionem: ergo corpus etiā habet positionem partium in toto: non simpliciter: sed habet necessariò ad positionem situs, nec coexistentia quanti ad quantum est simpliciter ratio necessaria illius positionis secundæ, quia contingit intelligere coexistentiam alicuius ipsi toti, absq; hoc, quòd intelligatur coexistentia partis unius parti alterius. Hæc enim coextentio est alia ab illa: etiam quando se concomitantur, nec illa in sua ratione formali includit illam, ergo absolute corpus quantum habens primam positionem, posset esse sine omni positione extrinseca, & intelligi potest quantum ad coexistentiam habere aliquid quantum sine ista positione. Vnde, quantitatem conseruari sine positione extrinseca non est aliud, nisi absolutum conseruare sine respectu extrinsecus aduenien-
H te. Sic etiam coexistentiam conseruare sine positione secunda, non est aliud nisi relationem unam conseruare sine alia relatione extrinseca. q̄ Ista opinio uidetur concordare cum prima in hoc, quòd quantitas corporis Christi in Cęlo realiter sit in sacramento. Quodq; corpus Christi sit ibi, est uerē quantum, licet ut ibi non habet modum quantitatiuum. Modus enim quantitatiuus, qui dicit positionem situs, non est passio quanti: sicut risibile hominis, sed accidens per accidens eius, quia est respectus extrinsecus ad ueniens partibus quanti ad partes alterius quanti, scil cet loci. Habet etiam concedere hæc tertia opinio, quòd in corpore Christi sub sacramento sit pars extra partem: prout extra respicit per seipsas partes corporis, & earum positionem, quę est differentia quantitatis. Sed si extra respicit locum: sic pars non est extra partem, i. k. it extra illum locū in quo est alia pars, quia totum quantum habens eodem modo partes suas extra seinuicē in toto pōt habere presentiā sui, & omniū partiū ad aliquod unū extra indiuisibile, uel quantūcunq; modicū diuisibile. Hoc modo saluat hęc opinio partium corporis Christi eandem quantitatem, continuationem distantiam, & partium mediationem, unionem, separationem, in

Quantitas corporis Xpi in cęlo realiter est in sacramento.

confu-

confusionem, figuram in ordine ad totum in sacramento sicut in cælo: sed non sic in ordine ad locũ, species.ſ. sacramentales. Quia in sacro est eadem quantitas dimensiua inhærens corpori Christi quę est in cęlo. Nã oēs partes continuatæ sibi in cęlo continuantur in sacramento.ſ. collũ capiti, brachia scapulis, manus brachijs. Mediat quoq; inter collũ, & manus brachiũ. Vnitur oculus capiti eanquã pars toti, & nõ uentri. Separatur pes a pectore non per abscissionẽ: sed interiacentem corporis partẽ: & per hoc confusio partium tollitur: quia manẽt distinctæ inter se: & quicquid est pars partis in cęlo, manet pars eiusdẽ partis, & non alterius, in sacramẽto: nec sunt partes inter se: sed manẽt extra se, & per hoc saluatur eadẽ figura corporis: intelligendo totũ illud dictũ in ordine ad totũ, non in ordine ad locũ: nam in ordine ad locum simul sunt intra se. i. ubicunq; est una pars, ibi oēs. Nec plus distat pes a capite, quam a tibia. nec maiorem locũ occupat, quã oculus: aut totum, quam minimus corporis punctus. ¶ Contra primum modum arguit Sco. Vnum quodq; siue sit terminus primus transſubstantiationis, siue secundus: si tamen est ibi: habet proprietates suas, quæ sibi necessario, & naturaliter cõueniunt: quod probatur exẽplo: quia si deus creet substantiam quantã, uel natura generet: & concomitetur quantitas utriusq; productionis: terminus primus est substantia, & quantitas concomitans: & tñ tam in generato, quã in creato quãtitas habet suũ modũ realẽ: sicut haberet, si primò terminaret aliquã mutationẽ. Quia alia habitudo ad agens nõ mutat naturã rei, siue ad idẽ agens, siue ad aliud: hoc est; siue sit terminus primus, siue secundus: siue mediatus, siue immediatus: ergo nec carebit quantitas suo modo naturali: propter hoc tantũ, quia non est primus terminus transſubstãtiationis: dũ tamen ibi sit realiter. ¶ Itẽ dare subiecto modũ quantitatiuum ita conuenit quantitati ex propria natura sicut albedini conuenit dare albũ esse suo subiecto. Sed impossibile est albedinem esse in subiecto, & subiectũ non esse album, uel non habere modum essendi album: ergo impossibile est quantum esse in subiecto & subiectũ nõ habere modũ quantitatiuum. Consequentia nota cum minore. Maior patet: quia sicut dare esse albũ est effectus formalis albedinis: sic dare modũ quantitatiuum effectus formalis quantitatis: sed impossibile est effectũ formalẽ seperari a forma inhærente. ¶ Itẽ quæro, utrũ dare modũ quãtitatiuum conueniat quantitati per se, uel per accidens. Si per se, ergo seperari non põt. Si per accidens, ergo conuenit alicui per se, per cuius unionẽ, uel præsentiã conuenit quantitati. Sicut substãtiæ cõuenit modus quantitatiuus per accidens, & per inhęsionẽ quantitatis: & ita quantitas Christi habebit modũ quãtitatiuũ per aliud accidẽs in cęlo. Tunc quæro, an illud accidens ẽt sic in sacramento: & stabit argumentũ de illo, sicut de quantitate. Si nõ tunc nõ omne accidẽs absolutũ corpori Xpi in cælo, cõcomitatur in sacro. ¶ Cõtra secundum modũ arguit Sco. quia ille uidetur tollere a corpore Christi positionẽ in toto, & omnẽ figuram, quę necessaria forte est ad corpus animatum. Si. n. totũ subintrat totũ usq; ad minimã partẽ naturalẽ: non distat caput a pede: nec erit ordo partium ad totum necessario ad corpus animatũ. Sed hic faciliter diceret concedendo illatum. Sed ordo partium ad totũ & distantia ac figura, etsi requiratur ad corpus animatum naturali modo existens: non tamen simpliciter potest. n. corpus animatum per potentiam diuinam miraculose conseruari sine his. Sic etiã secundum eũ, licet corpus animatum naturaliter non possit consistere sine debita distantia partium in ordine ad locum, neq; figura commensuratiua sine ordine partium corporis ad partes loci, in quo solo uidetur consistere figura, tamen miraculosẽ per potentiam

L dei poteſt conſiſtere ſine illis. ¶ Contra opinionem Sco. arguit ockam in ſuo 4. q. 4 & in trac. de ſacramento cap. 29. quærens de illo ordine partiũ in toto, quem dicit quantitas: aut eſt ordo partium ſitualis: ita ꝙ una pars eſt ſuperior, aut inferior, una ante, alia retro, una uerſus orientem, alia uerſus occidentem, aut eſt ordo perfectionis, aut totius, & partis: quomodo oculus eſt pars capitis, non pedis. Aut ordo cauſalitatis, quomodo una pars eſt cauſa alterius, aut ordo originalis, uel naturæ, uel temporis: quæ una præcedit aliam origine, tempore, uel natura: Alius ordo non uidetur aſſignabilis importatus per poſitionem, ut eſt differentia quantitatis. Si primus ordo ſcilicet ſitualis, ille non poteſt eſſe ſine locali diſtantia partium. Sed quia localiter partes non diſtant: non erit ibi ille ordo, nec aliquis aliorum ordinum imperatur per quantitatem, quia quilibet eorũ ita poterit competere ſubſtantiæ corporis Chriſti, ſi ſeparata eſſet penitus a quantitate: quod etiam facere ſecundũ eũ deo eſt poſſibile, ſicut quando eſt coniuncta quantitati. Conſeruata.n. tota corporis Xpi ſubſtantia abſq; hoc, ꝙ ſit quanta: ita tunc eſſet pars una perfectior, & alia ſicut nunc: nec plus pars una eſſet pars alterius. Nunc nec prior tempore, uel natura nunc, quam nunc, & ita nullus ordo partium ſubſtantiæ poteſt competere partibus corporis Chriſti in toto: quando eſt coniunctum quãtitati, quin conueniat eiſdem, quando quantitas fuerit ſeparata: præter ordinem ſitualem, qui ſolus ſufficit ad hoc, ꝙ ſit quantum. Talis autem ordo partium requirit diſtantiam partium localem: quæ non eſt ibi, igitur nullum ordinem partium in toto dicit quantitas præter ſitualem: qui quia ibi non eſt: non erit ibi quantitas. ¶ Item omne quantum continuum eſt longum, latum, & profundum: quia ſuperficies, corpus, aut linea ſecundũ philoſophum in prædicamentis: ſed hæ dimenſiones requirunt localem partium diſtantiã. Item ubicũq; eſt diſtantia partium intrinſeca, uel extrinſeca: põt fieri motus localis de parte in partẽ diſtantẽ: ſed ille fieri non põt
M ſine ordine partium in loco. ¶ Item omne quantum continuũ permanens, & finitũ eſt figuratum, quod & ipſe concedit de corpore Chriſti, ut in ſacramento. Ad figuram aũt non ſufficit ordo partium in toto ſine ordine partiũ in loco. Nam facta ſola localis mutatione partium, mutatur figura: ut ſi pedes ponerentur ſuper caput, oculi in loco aurium, & econuerſo: ſeruato omnino alio ordine partium. Seruato aũt ordine, partiũ in loco, non mutatur figura, ergo ad rationem figuræ requiritur ordo partium in loco: & per conſequens ad rationẽ quantitatis. ¶ Itẽ poſito, ꝙ corpus Chriſti nullibi eſſet in naturali conſiſtentia: ſed ſolũ in ſacramento: quod ſecũdũ eũ poſſibile eſt: cuius tunc figuræ eſſet in ſacramento. Nulla aſſignari poſſet, cũ manentibus cæteris ordinibus partiũ ad totũ: qualitercunq; mutatur ordo ſitualis: manet ordo, quem dicit quantitas, ergo uel haberet in caſu oẽm figurã ſimul, uel nullã. Sicut ſi deus crearet de nouo ſubſtantiam ligni cum omnibus accidentibus abſolutis: & ita cũ quantitate ſine poſitione ſituali: cuius figuræ eſſet. Nulla poſſet aſſignari ratio, quare plus diceretur quadratum, quam triangulare, aut rotundũ: nec poſſet plus dici pedale, quam bipedale. Hæ tamen ſunt partes quantitatis continuæ, & figuræ, & quicquid continetur ſub genere, continetur ſub aliqua ſpecie: nec etiã tale quãtũ eſſet rarũ, nec denſum, nec poſſet maiorari, nec minorari, cum non poſſet d ci: ꝙ partes quandoq; propinquius ſibi adiacerent, uel remotius: quod tamen contingit in condenſatione, & rarefactione. ¶ Itẽ non uidetur: ꝙ in corpore homogeneo poſſit ſaluari ordo partium ad totũ ſublato ordine ad locum, cum præter ordinem partium ad locum nulla omnino ſit differentia po-

ſitionis

sitionis inter eas. Et si ad omnia illa diceretur: ꝙ licet partes in casu non distent extrinsecè in ordine ad locum: distant tamen intrinsecè per partes interiacentes intrinsecè: per quam intrinsecã distantiã saluatur etiã figura intrinseca, licet non extrinseca: rationes aũt illæ solum procedunt de distantia, & figura extrinsecis. ¶ Contra quæritur; quid intelligatur per interiacentiam partium intrinsecam: cũ enim omnes illæ partes simul sint respectu: cuiuslibet puncti loci, seu continentis, quomodo inter duas interiacere quasi mediando alia pars: nisi sic intelligatur: ꝙ brachiũ interiacet inter manum, & scapulam: quia manus est pars brachij, & non scapulæ: sed ista interiacentia saluatur sine quantitate, oporteret utiq; exprimere, quid dicat ille ordo. ¶ Præterea uidetur penitus inintelligibile, ꝙ partes distent in ordine ad totũ: & non in ordine ad locum præsentem, & continentẽ. Qũo enim intelligi potest: ꝙ caput tripedaliter distet a tibia per partes interiacentes: & non similiter haberet eundem ordinẽ in ordine ad locũ extrinsecũ. Signo enim partem loci correspondentem capiti, & partem loci continentem tibiã: aut est eadem, uel diuersa. Si eadem præcisè, quomodo intelligitur distantia intrinseca: cũ caput, tibia, & partes interiacentes sint simul præcisè. Non est enim intelligibile: ꝙ sit sol: & sit aliquod corpus non habens certũ ordinem distantiæ ad solẽ. Si autẽ sunt diuersæ partes loci: tunc corpus erit in loco illo circumscriptiue, quia pars una in una parte alia in alia, quod in proposito non conceditur. Inter illos modos tenẽtiũ quantitatem esse distinctam a substantia, & qualitate, secundus modus uidetur planior, & intelligibilior: nec contra cũ militat ratio Scoti: ut patuit. ¶ Secunda opinio principalis Guil. ockam & suorum sequatium tenet, ꝙ quantitas non sit accidens absolutum distinctum a substantia quanta & a qualitate quanta quo substantialis qualitas formaliter dicatur quanta. Et hanc opinionem putant ẽt esse philosophi: qui (ut aiũt) non inuenitur distinxisse inter quãtũ, & quantitatẽ. Ad cuius euidentiã: ut non laboretur in æquiuoco, describunt quantitatẽ dimensiuã, de qua hic loquimur. Non.n. hic loquimur de quantitate discretiua perfectionis, aut durationis: sed de quantitate molis. Est ergo quantitas molis, uel dimensiua id, quo res habet partẽ extra partẽ siue partem distantem a parte. Omne.n. extensum, & solũ tale est quantũ, illud autem est extẽsum, quod habet partẽ extra partẽ. Non.n. sufficit habere partes realiter distinctas ad hoc: ꝙ res dicatur quãta: alioquin scientia, charitas, gratia, quia habent partes. s. gradus intentionales, ex quibus componuntur: dicerentur & essent quantæ, quantitate molis, quod non conceditur. ¶ Quo præmisso, dicunt, ꝙ substantia materialis, & similiter qualitas habet partes, ex quibus constituitur seipsa, & non per accidens superadditũ, cũ deus potest producere, & conseruare substantiã quãlibet sine quocunq; accidente. Sublatis igitur omnibus accidentibus a substantia, potest manere substantia eadem, & ita partes eius, sine quibus non est substantia ex partibus composita. Et illæ partes possunt distare a se: & una esse extra aliã: & per consequẽs esse quanta separatis oĩbus accidẽtibus ꝑ diuinã potẽtiã, nihil.n. impossibile includit, ꝙ deus substantiã nudã materialẽ de nouo creet: ita ꝙ partes eius producat in distinctis locis sine oi accidente. Itẽ quòd separaret accidentia a substantia materiali naturaliter ꝑ ducta, conseruando partes eius in eisdem sitibus, in quibus erant. Non.n. necessitatur deus rẽ aliquã localiter mouere propter destructionẽ cuiuscũq;, quod nõ est de essentia suã, re, & loco manẽtibus. In utroq; casu substãtia illa est quãta, quia partẽ extra partẽ habet sine quocũq; accidẽte sibi inhærẽte uel in eadẽ subiecto coexistente, & nõ est quanta sine quãtitate, ergo quãti-

N

tas, qua est quanta, non distinguitur ab ea: cum omnibus aliis amotis adhuc manet quanta. ¶ Item per illud est substantia quanta: per quod habet partē extra partē. p illud aūt habet partē extra partē: per quod est præsens loco, quo circumscribitur. Est autē præsens loco per suas partes, & per nihil superadditum, quia si per aliquod superadditū maxime per quantitatē, quæro p quid substantia est pñs quantitati. si seipsa, & per partes suas: ea de ratione seipsa & per partes suas erit pñs loco. Si per aliud accidens: de illo similiter quæritur: & uel dabitur aliquod, in quo est status: cui. s. seipsa immediate est præsens: & eadē ratione stabitur in primo: uel procedetur in infinitū, quod est impossibile. ¶ Dicitur ergo secūdū hanc opi. q corpus Xpi (ut in sacro) nō est quantū: quia ut ibi nō habet partē extra partē: sed oēs partes coexistunt simul cuilibet pūcto spēi sacramentalis: ut sup. probatū est. Nihilominus corpus Xpi quantū in cælo, est secūdū se totū in sacro, & oēs suas partes, ēt cū omnibus accidentibus suis absolutis ipsum in cælo afficientibus uere realiter, & integre tanquā in loco suo non ipsum circūscribente, sed definite. Quo aūt hoc sit possibile declaratū est sup. & pōt quædā exēplaris manuductio dari: nā deus pōt naturaliter rē aliquā condensare ad minorē quantitatem sine egressu alicuius absoluti. In qua condensatione oēs partes prius sibi immediate manentur immediate, & partes mediate sibi magis approximquā: & sic mutō ē locum posterius occupant, quā prius, sicut oppositō modo in rarefactione uniformiter partes corporis rarefacti immediate manent immediate: & quælibet partes mediate posterius plus distāt, quā prius & tamen nec in rarefactione nec condensatione fit partium noua cōtinuatio, uel diuisio, i. partes prius diuisæ pet partes medias nō continuantur per immediationem. Nec partes prius continuę, uel immediatæ diuiduntur: licet in condensatione fit aliquis ingressus, siue approximatio partiū in rarefactione aliquis egressus, & elongatio partium. ¶ Pōt aūt deus corpus quātumlibet magnum per suam omnipotentiam condensare ad quātālibet partiū, & minimam quantitatem ut maximum montem ad quantitatem grani milij. Quod si faceret. fit manus ingressus partium, & approximatio: tamen sine partium diuisione, aut noua continuatione, aut penetratione. Verum adhuc maneret distantia cuiusliber partis a qualibet, licet modica. Si th cōdensaret, ad punctum indiuisibile, iam tollereret eis distantia partium, & figura corporis. sine tamē diuisione partium: sed cum earum penetractione. Ita aliqualiter imaginari possumus in uenerabili sacramento: q omnes partes corporis Xpi p mirabilē eius operationē sibi mutuō, & cuilibet pūcto hostie coexistunt indiuisibiliter sine earum diuisione, & noua quarūcunq; partū continuatione. Verum omnes partes sibi inuicē efficiūtur immediate negatiue. i. non mediate tali medio, quo posset fieri motus localis de una ad aliā, licet in cælo sint mediate. Hoc enim fieri, nullā implicat contradictionē, ideo a deo non est negandum. ¶ Ex quo patet secundum logicæ rigorem, illa concedi debet, corpus Christi quantum est in sacramento, & illa negari, corpus Christi est in sacramento quantū. Similiter illa: corpus Xpi ut in sacramento est quantū, si (ut in sacramento) teneat se ad partē prædicati. Nā prima tantum ualet: corpus Christi, quod alicubi habet partes extra partes: est in sacramento. quod cōstat esse uerum, quia corpus Xpi habēs partem extra partem in cælo est in sacramento. secunda uidelicet illa. Corpus Xpi habet in sacro partē extra partē, quod uerū nō est, qa in sacro oēs partes sunt simul. Quo aūt differāt secūdū appellationē terminorū connotatiuorū in eis positorū remitto ad logicā. ¶ Consequenter dicunt, quod ordo positionis partium in toto non est separabilis ab ordine partium in lo-

O

Corpus Christi (ut in sacramēto) nō est quātū, sed corpus Xpi quantū in cælo, est secūdū se totū in sacramēto.

P

co sal-

co saltem existente loco. Sed sicut in proposito, partes corporis Xpi simul sunt in ordine ad locum, quia respectu cuiuslibet puncti specierum, ita simul sunt respectu totius: & qualibet pars respectu cuiuslibet partis, ex illa tamen partium simultate non sequitur partium diuisio, uel confusio: sed manet omnis ordo partium ad se, & ad totum qui est in cœlis, excepto solo ordine situali. Manet ordo perfectionis, nam etiam in sacramento pars perfectior in cœlo, est perfectior minus perfecta, ut caput, pede. Manet etiam ordo totius, & partis: quia sicut in cœlo, ita & in sacramento oculus est pars capitis, & non pedum: & per hoc oculus est in capite, & nō in pede: & digitus in manu, & non in collo: quamuis caput, oculus, digitus, manus sint simul adæquatæ in eodem loco: quia oculus pars est capitis non pedum. In, enim nō pōt hic dicere alam habitudinem nisi partis ad totum, ut patet transcurrendo omnes modos essendi in. Et est simile: quia licet simul sint in lacte albedo, & dulcedo: tamen gradus albedinis non sunt partes dulcedinis: & in composito partes materiæ, non sunt partes formæ: & tamen non distant secundum situm. ¶ Manet etiam ordo distinctionis partium organicarum. Nam ad distinctionem organorum non requiritur localis distantia: sed distinctio realis dispositionum naturalium, quibus existentibus est organum: siue partes distent, siue non. Nam quamuis manus retentis eisdem dispositionibus esset simul in eodem loco cum oculo: homo tamen per manum non uideret, sed per oculum. Manet ergo in sacramento partes organice suis dispositionibus qualificatæ: & abinuicem realiter, & non localiter distinctæ. ¶ Si quæratur, quid de figura partium organicarum: quæ uidetur necessariò requiri ad organizationem partium. Dicitur q figura simpliciter non requiritur ad organizationem, quia potest dominus oculum conseruare in omni sua naturali dispositione absq; hoc q sit circūscriptiue in loco: in quo casu uere est oculus: & tamen nullam habebit figuram: quia figura est quantitas linea, uel lineis clausa. unde quia figura cōnotat certum partium situm, & distantiam, sicut in sacramento non est positio situalis: ita nec figura. Nec est magis inconueniens figuram non esse partium, ut in sacramento: quam eas, ut ibi nō habere positionem situalem: nec situalem distantiam. ¶ De ordine causalitatis, aut prioritatis naturæ, uel temporis non est difficultas. Si aliquis talis est partium in cœlo: idem est in sacramento. Non est ergo secundum hanc opinionem, corpus Christi in sacramento quantum: nec figuratum, nec partes eius ut ibi sunt, distant. Est tamen corpus Christi uerum organizatum, integrum perfectum, constans partibus suis distinctis, & inconfusis. Et in hoc secundo oēs opi. concordant. Sed prima, & tertia opiniones in hoc discordant a secunda, & quarta, quia illi dicunt corpus Xpi in sacramento esse quantum per quantitatem propriam sibi inhærentem: licet non habeat modum quantitatiuum. Isti dicunt, q corpus Christi in sacramento non est quantum: nec habet ibi in se quātitatē, q̄ sit accidentalis forma sibi inherens. Prima aūt in hoc discordat a tertia: q̄ dicit quantitatem corporis Christi nō habere suū proprium modū in sacro, qui est modus quātitatiuus. Tertia dicit: q̄ habet suū proprium modum: ille aūt non est modus quantitatiuus. Intelligendo p modū quantitatiuū partium extensionem, secundū quam res potest esse in loco commensuratione. Sed est positio, quæ est ordo partium ad totum, non ad locum. ¶ Tres primæ opini. discordant a quarta: quia ponunt quantitatem esse accidens absolutum inhærens rei quantæ, quod negat opinio quarta. ¶ Posset tamen quantum ad aliquid opi. tertia cum quarta concordari per æquiuocationem nominis quantitatis. Nam diffiniendo quantitatem prout opinione quarta diffinit, & similiter quan-

Quo saluatur figura partiū, cum non sit ibi quantum.

Q.

R

tum

tum dimensiuum: q est res habens partem extra partem siue distãtem a parte, inter quas potest fieri motus localis, quomodo etiam communicer accipitur quantitas, & quantum certum est corpus Christi in sacramento non esse quantum: quia sic quantitas includit ordinem partium ad totum, & locum, uerum, uel imaginarium: qui non est in sacramento. Si autem accipitur quantum pro re una numero habente partes realiter distinctas natas distare localiter per naturam, sic corpus Christi est quantum in sacramento. Si sic accipit opi. tertia est intelligibilis, & probabilis in paucis discordans a quarta. In eo manet discordia: quia ponit quantitatem distingui a re quanta: quod quarta negat: alioquin opinio tertia est difficilis intellectu. Eligat quis, quod a pietate fidei non discordat. Et tantum de his, quæ prædicamentum quantitatis, ac situs concernunt secundum diuisionem lectione 38. præmissam.

DE PREDICAMENTO RELATIONIS.

LECTIO XLIIII.

A EXPEDITIS utcunq; his, quæ secundum prædicamẽti quantitatis habitudinem corpus Christi re piciunt. Transeundum est ad prædicamentum relationis: & inquirendum de accidentibus, quæ ante consecrationem panem, & uinum affecerunt, & sensui apparent: uidelicet colore, sapore, odore, qualitatibus primis tangibilibus, ponderositate, & ceteris cui subiecto inhæreant: an sine sine subiecto. Inhæsio enim respectu ue dicitur, nec intelligi potest absq; eo quod inhærent, & eo, cui inhæret, hoc est ut alij dicunt, sine fundamento, & termino. Forma inhærens fundamentum est, & subiectum, cui inhæret terminus, primo itaq; ea dicemus, quæ certa sunt. Secundò, quæ non similiter ab omnibus sunt opinata. ¶ Quoad primum quinq; pono propositiones. Prima. Species panis, & uini manent eædem post consecrationem, quę fuerunt ante cõsecrationem. Species sunt accidentia panis, & uini; qualia sunt qualitates sensibiles, color, sapor, odor: qualitates primæ tangibiles: calor, frigiditas, humor, siccitas, raritas, densitas, figura, quantitas, & 6 quæ sunt similia: patet illud per experientiam sensuum. Sensus namq; circa proprium obiectum non decipitur, & cum eadem appetit prius, quæ ante, si non sunt eadem, illuditur sensus. Contra illud B. Ambro. & allegat magister dist. 12. 4 sententiarum. Nihil falsi putandum est in sacramento pietatis, sicut fit in magorum præstigijs, ubi delusione quædam falluntur oculi ut uideatur esse quod non est. Item uenera. Hugo de S. Victo. lib. 2. de sacra. parte 8. c. 7. In sacramento inquit, tria ibi discreta proponuntur. Species uidelicet uisibilis: & ueritas corporis: & uirtus gratiæ spiritualis. Aliud est enim uisibilis species, quæ uisibiliter cernitur. Aliud est ueritas corporis, & sanguinis, quæ sub uisibili specie creditur. Aliud gratiæ spiritualis, quæ cum corpore, & sanguine inuisibiliter, & spiritualiter percipitur. Quod.n. uidemus: spẽs panis est, & uini, qđ autẽ sub spẽ illa credimus, uerũ corpus Xpi est, & uerus sanguis; & paucis interpositis. Et specię quidem uisibilem sacramentũ esse ueri corporis, & sanguinis ueri. Corpus autem, & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodum species illic cernitur, cuius res uel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi ueraciter & substãtialiter præsens

Accidentia siue species sacramẽti, eu charistię in quo subiectã tur.

Prop. 1.

Ambro.

creditur

creditur cuius species non cernitur. Videtur enim species panis, & uini: & substantia panis, & uini non creditur &c. Ex quibus manifeste habetur species panis, & uini, quæ sunt accidentia permanere in sacramento: immo ipsas esse sacramentum. ¶ Secunda propositio. Accidentia illa consecratione facta non inhærēt substantiæ panis, & uini. Patet quia panis, & uini substantia ibi non manet: ut supra probatum est: & uerba Hugonis præmissa satis innuunt. ¶ Tertia propositio. Accidentia, & species sacramentales non inhærent corpori, & sanguini Christi: nec eos afficiunt: nec denominant. Patet per magistrum dist. 12. li. 4. sententiarum. c. 1. Ibi non est inquit, substantia nisi corporis, & sanguinis dominici: quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam: sed qualis in iudicio apparebit. Item corpus Christi ad qualitates sensibiles de nouo non alteratur: quod tamen contingeret, si accidentia panis corpus Christi informarent. ¶ Item qualitates contrariæ non sunt simul in corpore Christi & eadem eius parte: sed qualitates panis, & uini sunt contrariæ: ut siccitas panis, humiditas uini: ut ad sensum patet. Similiter contingit in qualitatibus differentiarum hostiarum consecratarum: ergo non sunt simul in corpore Christi. ¶ Quarta propositio. Species, & accidentia in sacramento non inhærent aeri circunstanti tanquam subiecto. Probatur quia nullum sacramentum, nec secundum se totum, nec secundum partem sui distat loco, & sito a subiecto suo primo: sed ad sensum apparet q̄ aliqua pars hostiæ loco, & situ distat ab aere circunstante, & a qualibet parte eius: non ergo est in aere subiectiue. Consequentia nota cum maiore. Minor patet de partibus interioribus specierum, quæ non tangunt aerem. ¶ Item subiectum accidentis non est locus accidentium: sed subiecti, & accidentis sibi inhærentis est idem locus. Aer autem circunstans accidentia est locus eorum: quia terminus corporis continentis accidentia. Etiam alius est locus aeris, & alius locus specierum: quia alia & alia continentia: nam aer continet species: nō autem continet seipsum. Quod uerò subiectum non sit locus accidentis, patet quia locus situ distinguitur a locato: & non est simul cum locato penetratiue: quippe locus diuisus est a locato situaliter 4. physi. Subiectum autē, & accidens sunt simul, & ideo idem est locus substantiæ, & accidentis. Sicut locus lactis est etiam locus albedinis, ac dulcedinis inhærentis. ¶ Ex illis sequitur propositio quintaq̄ accidentia, quæ sunt species sacramentales, nō sunt in substantia tanquam in subiecto. Patet: quia non sunt in substantia panis ex propositione secunda: nec in substantia corporis Christi ex propositione tertia: nec in substantia circunstantis aeris ex propositione quarta: nec potest ibi fingi alia substantia: sunt tamen ibi realiter ex propositione prima. ¶ Sed restat dubium, an sint in aliquo subiecto accidentali. De illo sunt opi. Sunt enim, qui dicunt solam quantitatem posse esse sine subiecto: qualitates uerò materiales: licet possint esse sine subiecto substantiali per diuinam potentiam: non tamē sine subiecto accidentali. Inhærent enim quātitati tanquā subiecto immediato, sine quo conseruari non possunt in esse. Cuius rationem assignant: quia sola quantitas indiuiduatur per se: & omnia alia accidentia per quantitatem: ergo si aliquod accidens esset, & non in quantitate: esset hęc res, & non esset hæc. ¶ Item si esset albedo separata a quantitate: esset sensibilis, & non esset sensibilis. Sensibilis: quia per se esset de tertia specie qualitatis. Et esset non sensibilis: quia non quantum non potest sentiri, quia indiuisib le sentiri non potest. De sensu, & sensato dubitatione ultima, qualitas autem non est diuisibilis nisi per quantitatem. ¶ Itē sine quantitate albedo esset qualitas spiritualis, quia indiuisibilis & sine ma

Idem est locus subiecti & accidētis.

An sint in aliquo subiecto accidentali puta in quanticate.

B

Prop. 2.

Prop. 3.

Prop. 4.

C

teria

teria,& quantitate, & tamen esset qualitas corporalis, quia de tertia specie qualitatis. ¶ Item quarto,si esset sine quantitate, & per consequens spiritualis,non esset repugnãtia,quin inesset spiritui: & sic spiritus posset esse albus.
D ¶ Sed hanc opi.reprobat Scot.q.12.dist.12. similiter & Ockam q.7.quarti ostendentes,q; quodlibet accidens absolutum per diuinam potentiam potest esse sine subiecto. Nam essentialius dependet qualitas ad substantiã tanquam ad subiectum,quam ad quantitatem,esto, q; etiam inhæret quantitati quia substantia est primum subiectum. Essentialior aũt est dependentia ad primum, quã ad aliquod posterius. Si ergo potest qualitas manere sine dependentia actuali ad substantiam , multò magis potest esse sine dependentia actuali quantitatem. ¶ Præterea magis dependet quantitas a substantia,quam qualitas a quantitate ponendo quantitatem subiectum medium inter substantiam,& qualitatem:sed quantitas conseruatur a Deo sine substantia,ergo & qualitas conseruari potest sine quantitate. Maior patet: quia priorem, & uehementiorem influentiam habet causa prima super causatum,quam causa secunda,sed in genere cau'æ subiectiue substantia est causa prima:quantitas posterior,& secunda. ¶ Præterea qualitas perfectior est quantitate: ergo si quantitati non repugnat esse per se:multo magis non repugnat qualitati. Quod autem qualitas sit perfectior quantitate,patet multipliciter. Tum quia qualitas est principium agendi actione reali: quantitas non. Non enim est quantitas de uirtutibus actiuis. Tum quia nobilioribus substantijs correspondet qualitates nobiliores, nec sic quantitas, quia non oportet nobiliorem substantiam esse maiorem quantitatem,ut patet de elementis,quæ sunt quantitate maiora,& tamen ignobiliora. Tũ quia p qualitates substantiæ attingunt fines suos, ut patet de accidentibus beatitcis non per quantitatem. Tum quia quantitas consequitur compositum ratione materiæ,qualitas ratione formæ. Forma autem simpliciter perfectior est materia. Tum quia qualitates magis conueniunt cum perfectione simpliciter ut
E sapientia intelligentia,uelle,quorum est eadem ratio formalis cum sapientia diuina &c.quod nullo modo quantitati conuenit. ¶ Igitur est alia opi. quam putoueram,q; omne accidens absolutum per diuinam potentiam esse potest,produci,& conseruari sine subiecto,tam substantiali, quàm accidẽtali. Vnde si ponitur quantitas accidens medium inter substantiam, & qualitatem:potest qualitas esse sine quantitate , sicut quantitas sine substantia. Probatur, quia omne absolutum a quolibet alio absoluto realiter secũdum se, & quodlibet sui distinctum, potest deus separare, & separatim conseruare. Quod probatur,omnis res sufficienter dependet a suis causis. Quicquid enim necessariò requiritur ad esse alterius, ita q; sine eo aliud esse non potest distinctum ab eo essentialiter , est causa eius in aliquo genere causæ, ut deduci põt ex diffinitione causę. Sed cuiuslibet causæ extrinsecę,causalitatẽ potest deus supplere. Res uerò absoluta secundum se,& quodlibet sui distinctum ab alia,& qualibet eius parte , necessariò ad esse alterius requisita est causa eius extrinseca:siquidem sole partes rei essentialis, scilicet materia,& forma sunt causæ compositi intrinsecę , ergo eius causalitatem potest deus supplere,& sine eo id,cuius est causa conseruare. Vnde manifestè sequitur, q; quodlibet accidens absolutum a quantitate realiter distinctum sine quantitate conseruare; similiter sine substantia & ita sine subiecto. ¶ Item non plus includit contradictionem unum accidens absolutum esse sine subiecto,quam aliud,& quantitatem esse sine subiecto non includit contradictionem,ergo nec quodcunq; aliud. Consequentia nota cum minore. Maior pa
F tet soluendo rationes opinionis oppositæ. ¶ Vnde ad primam dicitur,q;

fundatur

fundatur in falso fundamento, nulla.n. res indiuiduatur per aliquod sibi extrinsecum, sed qualibet ipsa est singularis. Etiam si ponerẽtur differentiæ contrahentes naturam ad singularitatem, illæ non erunt alterius generis, quia secundum sic loquentes, sicut in quolibet genere est inuenire supremũ in illa coordinatione, & similiter genera, & species medias, ita est inuenire aliquod infinitum per se in illa coordinatione, de quo omnia prædicantur, & ipsum de nullo. Ideo qualitates etiam si essent in quantitate, non est hoc per quantitatem formaliter: de quo alibi magis tractandum est. ¶ Ad secundam dicitur, q̃ si albedo esset sine quantitate: esset uisibilis in potentia remota, & insensibilis in potentia propinqua: quia secundum illum modum existendi, quo scil cet non haberet partem extra partem dimensiue non esset uisibilis: posset tamen extendi, & sic esset uisibilis in potentia propinqua: & hoc sufficit, ut sit de tertia specie qualitatis. ¶ Ad tertiam distinguitur: quia qualitas potest dici corporalis, & materialis: uel quia nata est perficere materiam, & corpus: uel quia est extensa aptitudinaliter id est habet partes, quæ possunt extendi: uel tertiò, quia actu extenditur. Primis duobus modis qualitas non quanta, nata tamen est quanta, eẽ corporalis, & materialis: nõ tertio modo. Angel⁹ aũt, & intellectio, & uolitio nullo mõ sunt corporalia. Angel⁹, qa nõ habet partes: intellectio, & uolitio etsi hñt partes gradales: ñ secundũ illos nõ sunt extensibiles: sed intẽsibiles. ¶ Ad quartam dicitur: q̃ sublata quãtitate nõ esset spiritualis: si spirituale dr̃ non extensibile. & esto, q̃ esset spiritualis, nõ ideo sequit̃: q̃ posset inhærere Angelo: quia nõ sola extensio causa est: quare nõ põt subiectari in Angelo. Nam non quælibet qualitas põt inhærere cuilibet subiecto: sed ex natura propria q̃dam substantiæ determinant sibi certas qualitates, quarum sunt receptiuæ: & quarundem ex natura propria non sunt receptiuæ: cuius alia rõ danda nõ est: nisi quia hæc natura est hæc. Sic lapis nõ est receptiu⁹ uisionis: nec cœlũ coloris: q̃is illæ qualitates sint extensæ, & ita etiam res spirituales diuersarum specierũ possunt sibi determinare aliquas qualitates speciales specie differẽtes: quarum una potest perficere illam huius speciei, & non aliam spiritualem substantiam alterius speciei. ¶ Sed adhuc fortẽ quis diceret: uidetur simpliciter impossibile accidens esse sine subiecto: tum quia accidens diffinitur per subiectum: nunc autem impossibile est alicui cõuenire diffinitum nisi conueniat ei diffinitio, cum sint conuertibilia. ¶ Item sicut substantia habet se ad esse per se: ita accidens ad esse in alio: sed impossibile est esse substãtiã & non esse per se: igitur impossibile esset esse accidẽs & non esse in alio. ¶ Item tunc Deus posset facere substantiã sine accidente: & ita hominem sine quantitate, colore, figura: & ita sine carne, & ossibus & sine organis. Consequens uidetur falsum, quia corpus organicum est de essentia hominis: quia anima, quæ est de essentia hominis diffinitur a de ia actus corporis organici. Non igitur potest esse nisi in corpore organico. Probatur consequentia: quia caro, & ossa, & organa nõ distinguunt̃ nisi accidentaliter. ¶ Item tunc Deus posset facere intellectionẽ, & uolitionem sine subiecto: quia utraq; est accidens absolutum: præter ea tunc posset etiam accidens respectiuum esse sine subiecto. Consequens falsum, quia non potest intelligi sine fundamẽto, & termino, multò minus esse. Probatur tñ illatũ: quia cẽs rões adductę ad probãdũ, q̃ accidens absolutũ põt esse sine subiecto æqualiter concludunt de accidente respectiuo, quia subiectum respectus habet rationem causæ extrinsecæ respectu relationis, & illam potest Deus supplere, nam subiectum, seu fundamentum nec est relatio, nec pars eius. ¶ Item similitas est accidens nasi: & non uidetur

Aliquid dicitur res corporalis & materialis tripliciter.

An accidens possit stare sine subiecto, & si substãtia possit esse sine accidente.

G

R

posse

H posse fieri sine naso. ¶ Illæ obiectiones motæ sunt propter infideles, & philosophos, qui specialiter propter hunc articulum inuehere solent contra fidem, & eam deridere. Ideo ad primam respondeo q̃ accidens diffinitur per subiectum non in actu sed in aptitudine: hoc est, q̃ accidens non diffinitur esse res, quæ actu inhæret, sed quæ naturaliter apta nata est inhærere: & hæc diffinitio conuenit accidenti, siue inhæreat, siue non: & est cõuertibilis cum accidente: quia non potest esse accidens, quin natum sit inhærere. Hæc responsio est de mente S. Bonauen. in 4. dist. 12. q. 1. ¶ Ad secundum dicitur: q̃ maior non est uera, nisi esse in alio dicat aptitudinem ad inhærendum. Sic uerum est, sicut substantia totalis est per se, ideſt non apta nata inhærere. S. Bonauen. autem utrumq; dicit actum: non est bona diuisio entis, in ens per se, & ens per accidens. ¶ Præterea esse per se, non uidetur substantiæ esse essentiale nec esse de eius ratione formali: quia non conuenit materiæ, nec formæ substantiali: quæ tamen uerè sunt substantiæ secundum philosophum in prædicamentis. Non conturbent uos partes substantiæ &c. Item non uidetur plus repugnare totali substantiæ inhærere alteri, quàm suppositari alio. Neq; enim per se est, quæ ab alio suppositatur: ideo sicut non implicat contradictione, q̃ persona extrinseca terminat esse suppositale substantiæ totalis: sic non uidetur implicare, quòd substantia totalis quantum ad esse suum per se dependeat ad aliud: licet sibi conueniat sine alio esse per se: sicut esse suppositale conuenit substantiæ per se: & tamen potest quantum ad illud esse dependere ad aliud. Si hoc non placet, sufficit solutio prima. ¶ Ad tertium conceditur: q̃ Deus posset substantiam facere sine accidente: & cũ infertur de homine sine qualitate, & figura: conceditur quantum ad figurã & qualitatem, & cetera accidentia. Sed de organis, carne, & ossibus dicitur. Si illa distinguuntur per formas substantiales diuersarum rationum: sic homo sine illis esse non posset. Non enim est homo sine forma sensitiua, uegetatiua, intellectiua &c. siue sit una siue plures. Si autem tantum distinguuntur per dispositiones accidentales: conceditur, quia hoc nullam implicat cõtradictionem: unde potest hominem conseruare sine manibus, & pedibus: immo sine capite, quod est principium mẽbrorum. Vnde legitur de sanctis Albano, & Dionysio, q̃ decollati capita sua manibus portarunt per longa spacia ad locum sepulturæ: & si ad tempus uixerunt sine capitibus; poterunt I similiter uiuere per miraculum per tempus quantumlibet magnum. ¶ Ad quartum conceditur illatum: non enim plus repugnat diuinæ essentiæ, producere, aut cõseruare accidẽs spirituale sine subiecto, quàm materiale. ¶ Ad quintum dicerent, q̃ negarent omnes respectus: quia ratio illa falsum supponit. Supponit enim esse aliquas res respectiuas distinctas ab absolutis: quod illi non admitterent. Secundum illos uerò, qui admittunt huiusmodi res paruas respectiuas, habent consequenter dicere, q̃ non possunt esse sine fundamentis, & terminis, quamuis sint extrinseci respectui. Cuius ratio est: quia respectus est essentia quædam, uel natura, cuius essentia est habitudo inter duo extrema: & utrumq; extremorum est de ratione essentiali respectus ideo tollere alterum extremum siue terminum, siue fundamentum est tollere essentialem rationem respectus: & ita destruere naturam eius. Vnde non quia respectus est accidens: ideo requirit subiectum, uel fundamẽtum: sed quia respectus est respectus: ideo requirit, cuius sit, & ad quid sit: etiam in diuinis ubi non est accidens: & ideo licet deus supplere posset causalitatẽ fundamenti, & termini: ut si respectus esset a solo Deo causaliter effectiuè: non posset esse respectus sine illis: quia eius natura essentialiter dependet ab illis: non sic quæcumq; res absoluta dependet a causis extrinsecis secun-

S. Bonauen

Homo sine qualitate, & figura.

dis.

dis. Fortasis etiam dici posset, q̃ Deus posset respectum conseruare absq; inhæsione: sed non absq; extremis: & propter hanc rationem nonnulli negant respectus. ¶ Ad vltimum de similitate nasi dicitur, q̃ similitas non est accidens absolutum distinctum a naso: sicut nec generaliter figura a re figurata. Sed illi termini similitas, figura &c. sunt termini connotatiui, connotantes certum ordinem partium rei extensæ: qui ordo non est accidens distinctum a partibus, & a toto: sed partes ipse sic, uel sic distantes, & propinque: & ideo quandoq; prædicantur de re: quandoque non: ideo dicuntur accidentia non realia, sed logicalia, i. non res illæ significare, scilicet partes substantiarum: sed conceptus hæc repræsentantes sunt accidentia, i. accidentaliter prædicabiles. Hæc de possibili. ¶ Sed quid de facto: an omnia accidentia panis, & uini sint sine subiecto: an unum accidens inhæreat alteri in sacramento. Ad hoc secundum diuersimodè opinantes de quantitate diuersimodè respondetur. Nam tenentes quantitatem non distingui a re quantata: sed quamlibet rem extensam: per suas partes, & non per accidens superadditum extensam: quam opinionem tenet Ockam: consequenter habent dicere: q̃ omnia accidentia sint simpliciter sine subiecto: quia non est ibi quantitas aliqua distincta a qualitatibus &c. sed qualibet qualitas puta albedo, sapor rei, est suamet quantitas: & cum qualitas non sit in qualitate, manifestum est: q̃ nulla qualitas est in quantitate: & per consequens quælibet qualitas simpliciter est sine subiecto. ¶ Qui uerò tenent, q̃ quantitas sit accidens absolutum: posset adhuc dupliciter dicere. Vel quòd sola quantitas sit simpliciter sine subiecto, ceteræ qualitates sint in quantitate tanquam in subiecto proximo, uel immediato. Aliter, quòd sicut quãtitas est simpliciter sine subiecto, ita & cetera accidentia. ¶ Consequenter, quòd qualitates materiales in quocunque corpore sunt, sunt immediatè in materia siue substantia tanquam in subiecto, & non in quantitate, extenduntur tamen ad extensionem subiecti. Vnde primò subiectum extenditur per quantitatẽ sibi inhærentem. Cetera accidentia per eandem quantitatem sibi in eodem subiecto coexistentem. Et non oportet dicere ad saluandam accidentium extensionem, quòd inhæreant quãtitati, sed sufficit, quòd coexistat eis quãtitas in eodem subiecto, per quam habent partes extra partes. ¶ Et hoc
I. dictum. s. q̃ accidentia omnia sint per se in sacramento sine subiecto magis uidetur posse probari autoritatibus originalium doctorum. Nam magister in 4. dist. 12. Si quæritur inquit, de accidentibus, quæ remanent, scilicet de speciebus sapore, & pondere, in quo subiecto fundentur, potius mihi uidetur fatendum esse sine subiecto, quàm in subiecto. Nec ualet hæc euasio, si dicetur. q̃ uult, quòd qualitates non sint in aliqua substantia, pro eo, quòd magister quasi rationem sui dicti, quare qualitates non sint in subiecto, assignans subdit, quia ibi non est substantia nisi corpus, & sanguis domini, quæ non afficitur illis accidentibus. Hæc responsio non sufficit, quia nunquam dici potest accidens sine subiecto, quamdiu subsistit in suo subiecto primo, & immediato, ideo qualitates non possunt dici esse sine subiecto, si sunt in quantitate, quia quantitas est subiectum immediatum earum. Nec possent dici subsistere per se, si essent in quantitate. Sed magister ubi prius loquens de qualitatibus, de quibus prius dixit, q̃ sunt sine subiecto, dicit. Remanent illa accidentia per se subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus fideiq; suffragium, quibus corpus Christi habens formam suam & materiam tegitur. & subdit. Ne mireris uel insultes si ibi accidentia uideantur frangi, cum ibi sine subiecto. ¶ Item ecclesia solennizans festum corporis Christi legit sic. Accidentia sine subiecto in eodem existunt, ut fides locum habeat, dum

An de facto in sacramento altaris oĩa accidentia stant nude sine subiecto.

uisibiliter

uisibiliter inuisibile sumitur aliena specie occultatum, & sensus a deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant ibi notis. Ecce generaliter de accidentibus sensibilibus loquitur, & illa sine subiecto existunt. Nec estimo, quòd reperitur ab aliquo sanctorum patrum originalium doctorum traditum, sed nec a philosopho, quòd accidentia aliqua, scilicet qualitates sint in quantitate tanquam in subiecto, magis philosophus ad oppositum loquitur, unde 4. Metaphy. Accidens non accidit accidenti: nisi quia ambo accidunt eidem subiecto. Nihil enim hoc illi magis, quàm illud huic. Similiter in prædicamento substantiæ dicit. Maxime proprium esse substantiæ, cum sit idem numero, secundum sui mutationem esse susceptiuum contrariorum. Si ergo accidens puta quantitas etiam susciperet contraria accidentia secundum sui mutationem, nullo modo esset proprium substantiæ, quia nec omni, nec soli conueniret, unde cum dicit, quòd maximè propriũ est substantiæ, &c. per hoc uidetur uelle substantiam ab omnibus separare, quasi per illud, quod soli substãtiæ conuenit, licet utraque autoritatem philosophi ab alijs exponatur, & glosetur, & ex intentione probat, quòd non conuenit quantitati: replicat enim de oratione, quam ponit speciem quantitatis, quòd ei insint contraria secundum sui mutationem, scilicet uerum, & falsum, & soluit concludens, quòd susciperе contraria soli subẽ sit proprium, & non alteri conueniat. Hæc de respicientibus prædicamentum relationis.

M ¶ Quantum ad ea, quæ respiciunt prædicamentum qualitatis: occurrit duplex consideratio. Vna de qualitatibus panis, & uini remanentib⁹. Altera de qualitatibus substantiam corporis Christi concomitantibus, & de utrisq; potest esse consideratio, uel quoad se, uel in ordine ad operationes earum, & passiones. Secunda consideratio locum habebit sequenti lectione, ubi dicetur de his, qua respiciunt prædicamenta actionis, & passionis. ¶ Quoad primam uidendum est: utrũ omnes qualitates substãtiæ panis, & uini inhærentes ante consecrationem maneant factam consecratione. Et ibi dicitur, quòd nulla qualitas accidentalis, quæ fuit in pane, & uino ante cõsecrationem, mutatur quantum ad suum esse per ipsam panis, & uini conuersionem. Manent enim omnes qualitates, quæ fuerunt in pane, & uino ẽt post consecrationem in eiusdem subiectis, sed non in eisdem subiectis, sicut prius istud satis propositione prima præsentis lect. declaratum est. ¶ Et dicitur notanter: non mutantur per conuersionem, quia fieri possunt mutationes illarum qualitatum secundum diuersas species mutationis. Possunt enim intendi, possunt remitti, rarefieri, condensari, congelari &c. ut experientia docet, sed he mutationes non fiunt uirtute conuersionis: nam conuersio illa est transsubstantiatio: ut supra dictum est: in qua sola substantia desinit esse non accidentia. Vnde autem accidentium mutationes fiant, dicetur lectione sequenti. ¶ De qualitatibus corporis Christi dictum est, supra lect. 42. Et potest summariè repeti, & omnes qualitates, immo omnia accidentia absoluta corpori Christi in cœlo inhærentia, quorum rationibus formalibus modus existendi sub sacramento definitiuus non repugnat, inhærent etiam corpori Christi sub sacramento, & quoniam illæ modus existendi qualitatibus non repugnat non plus, quã substãtiæ ideo concomitantur corpus Christi in sacramento qualitates suæ omnes. ¶ Ad hoc posset adduci congruentia. Nam corpus Christi glorioſum resurgens ex mortuis nõ moritur. deponendo animam quæ est uita, ita nec moritur deponendo aliquam perfectionem, uel gloriam corporis. Moreretur autem illi perfectioni qualitatiue, quam deponeret in sacramento. Sic enim mori dicitur res, ei a quo separatur: secundũ quem modum loquitur Apostolus ad Roma 6.

Vtrum oẽs qualitates substãtię panis, & uini inhærentes ante consecrationem maneant facta conse.

N

Existima-

Existimate uos esse mortuos peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. ¶ Præterea sicut in naturalibus nihil ponitur frustra: ita nec in gratuitis, & maxime in sacramento salutis, nihil autem proficeret saluti utentium hoc sacramento dimissio cuiusq; qualitatis corpus Christi perficientis, ideo non est asserendum, vt etiam supra tactum est lect. 42. Nec obstat, quod figura corpori Christi, & quantitas non manent secundum aliquorum opinionē, quia illæ repugnant modo existendi in sacramento, qui multum utilis est, & magnum fidei fructum parit, dum præsentiæ corporis Christi nullam habemus experientiæ euidentiam: sed simpliciter credimus in obsequium Christi intellectum nostrum captiuantes. ¶ Sed diceres contraria non sunt simul etiam in hoc sacramento. Qualitates autem panis, & vini contrariæ sunt qualitatibus corporis Christi: non ergo erunt simul cum speciebus sacramenti. Ad hoc dicitur, q̄ qualitates contrariæ non sunt simul in eodem subiecto non autem simpliciter repugnat eis simul esse in eodē loco. Nullæ enim qualitates contrariæ sunt in eodem subiecto adæquatæ in sacramento nam qualitates contrariæ panis, & vini non sunt simul: neq; subiecto, nec situ, nec loco. Sed qualitates panis, & uini contrariæ qualitatibus corporis Christi sunt simul cum illis loco non subiecto: illæ enim sunt sine subiecto: istæ sunt in corpore Christi subiectiue. Similiter quia mēbra corporis Christi sunt simul in qualibet parte hostiæ etiam qualitates membrorum sunt simul, & tamen aliquæ sunt contrariæ: puta frigiditas cerebri, & calor epatis non tamen sunt in eodem subiecto. Nam membra manent distincta, quibus inhærent qualitates contrariæ. Et hæc breuiter commemorata esse sufficiat: quia partim in præcedentibus habita sunt, & cetera sequentibus reseruantur.

Verū omnes qualitates corpis Christi immoria accidentia absoluta corpis Christi in cœlo inhęrētia inhæreant corpori Christi ut in sacramento.

O

DE PRAEDICAMENTO ACTIONIS, & passionis.

LECTIO XLV.

Triplex actio pōt conuenire accidentis.

CONSEQVENTER considerandum est de actione, & passione, quæ fiunt, aut fieri possunt, per uel circa qualitates tam sensibiles in sacramento, quam insensibiles corpus Christi afficientes. Primò autem de qualitatibus sensibilibus sine subiecto remanentibus uidendum est: vtrum possunt habere omnem actionem, quam habere poterunt in subiecto. Ac deinde an omnis transmutatio passiua possit causari ab agente naturali circa accidentia in eucharistia manentia: q̄ fierent, si essent in subiecto. ¶ Circa primū aduertēdū, q̄ triplex actio pōt cōuenire accidētibus. Vna respectu substantiæ generādæ, & duæ respectu accidēris ,pducēdi: una respectu cognitionis causandæ in potentia cognitiua, altera realis in passum habens realiter contrarium.

A

¶ Quantum ad primum est quorundam opinio, quod accidens separatū nō
potest esse principium generandi substantiā, nec principale, nec instrumen
tale, sed nec corrumpendi substantiam, in tantum q; si tota substantia ignis
in sphæra sua desttuere: tur: manentibus oibus accidentibus: & ita maximo
calore, gutta aquæ ibi posita nusquam corrumperetur ab illis, quia sicut
generatio substantiæ, ita & corruptio eius non potest fieri nisi a substantia.
Huius principale motiuum est, quia totale causans non potest esse imper-
fectius causato. Cum ergo species essent totale agens: non enim cum eis cō
currit aliqua substantia, cum substantia panis, & uini non sint, nec alia: ergo
species, quæ sunt accidentia, non possunt esse causæ respectu substantiæ ge-
nerandæ, uel corrumpendæ. Quod non corrumpēdæ, quia nihil potest cor
rumpere substantiam, nisi habeat uirtutem producendi substantiā: & p hoc
patet secundum illam opi. q; species sacramentales non possunt producere
substantiam in quacunque materia. & hæc est opin. Scot. d. 8. 12. q. 3. quarti
scripti. ¶ Aliter opinatur B. Tho. in 4. scripto ead. dist q. 1 quam Scot. ubi
supra recitat & improbat. Tenet autem, quod species in uirtute formæ sub-
stantialis possunt agere ad formam substantialem tanquam ad terminū suæ
actionis, quam uirtutem receperunt a forma panis, & uini, dum primō in
pane productæ sunt, & uino: quæ uirtus in eis manet desinentibus pane, &
uino, sicut eis manet idem esse, quod in eis receperunt. ¶ Sed quicquid sit
de illis opinionibus: potest hic dici posse Guilhel. Ockam: q; accidens potest
esse causa partialis substantiæ generandæ, & corrumpendæ tam coniunctū,
quam separatum, nec oportet refugere ad uirtutem a substantia receptam.
Sed hoc conuenit sibi a propria natura. Nam eadem ratione, qua persuade-
tur substantiam esse causam substantiæ, eadem etiam probatur accidens esse
causam substantiæ, licet neutrum possit demonstrari, nam sicut ad præsen-
tiam substantiæ sequitur productio, uel corruptio substantiæ: quæ non cor-
rumperetur, uel produceretur in eius absentia, & ideo substantia dicit pro-
ductiua, uel corruptiua substantiæ, ut patet de igne producēte ignem, & cor-
rumpente aquam. Sic etiam ad præsentiam caloris producit ignis, & consu-
mit aquā. Quod non fieret sine p̄sentia caloris, immo aliqñ ad p̄sentiam ca
loris sine igne producit ignis, ut in motu fortī confricationis, ut in molen-
dinis nonnunquam contingit, nunq; aūt ad p̄sentiā ignis sine calore. Nec ali
qua alia uia pōt probari aliquid esse causam alterius. Verū rō non demon-
strat, quia instantia est de aīa intellectiua, q̄ a solo Deo causat, & tñ produ-
ctionem eius præcedit cōmixtio maris, & fœminæ sicut in generatione bru-
ti, unde si esset hæc materia informata forma ignis, & alia esset informata
forma aquæ sine omnibus accidentibus hincinde, tunc posset quis experiri
certitudinaliter, utrum substātia gñaret substātiā sine accidentibus: & si sic:
tunc posset sustineri, q; accidentia non essent causæ partiales illius genera-
tionis substantiæ. Si non, tunc necesse foret ponere: q; accidentia essent cau
sæ ad minus partiales substantiæ, sic etiā si ad p̄sentiam accidentium sepa-
ratorum produceretur substantia, posset certe sciri, q; accidētia producerent
substātiā principaliter sine substantia cōcurrente: sed quia nullibi est inue-
nire substātiā sine accidentibus, nec accidētia extra substātiā naturaliter, iō
certitudo hēri nequit. ¶ Neque uī posse demonstrari ex se notis, q; aliqua
creatura causet quēcūq; effectū efficienter: quia posset proterue dicere: q;
ois effectus positiuus immediate est a solo Deo, quantumcunq; concurrant
causæ secundæ, sicut dī de productione aīæ intellectiuæ, cui posset applica-
ri illud Apostoli. Ego plantaui: apollo rigauit, Deus autem incrementum
dedit. quasi diceret. Et si a creatura actiua passiuis applicantur, Deus tamen

Vtrū accidēs
possit esse
principium
generandę
substantiæ.

B

C

ot.
om.

uilhel.

1. Cor. 3.

est,qui operatur omnia in omnibus. Et posset ratio addi, quia sine Deo nihil producitur,ut patet in igne chaldæorum pueros non comburente, & in similibus multis miraculis, & ipse solus in principio creationis mundi omnia produxit. Ideo uidetur:q̃ æquæ probabile est accidentia partialiter producere substantiã:sicut q̃ substãtiæ producant substantias, cum neutrum sine altero producit. ¶ Nec ratio Scoti aliquid probat:quia admisso, q̃ causa totalis nõ sit iperfectior causato, nõ sequit iõ:q̃ causa partialis nõ possit esse imperfectior causato. Nulla autem creatura põt esse causa totalis efficiens cuiuscumque effectus, quia Deus est causa principalis cuiuslibet effectus positiui, qui sine alterius causæ concursu potest producere effectum: & nulla causa secunda sine ea:ideo in omni actione causæ totalis, efficiens est perfectior causato propter Deum principaliter concurrentem. Et si illa propositio, q̃ causa non est imperfectior causato restringeretur ad causas secundas,tunc patitur multiplicem instantiam, ut patet de productione animalium ex putrefactione,ubi non concurrit animal uiuens. Et si dicitur: quòd concurrit cœlum, cœlum non est perfectius essentialiter uiuente, secundum beatum Augu.dicentem, quod uiuentia in perfectione præponuntur non uiuentibus. ¶ Per hoc ad propositum dicitur post Alex. de Ales parte 4.q.40.arti.1.membro.2.§.2. quod species sacramentales habent eãdem uirtutem agendi in materiam exteriorem,quam haberent si essent coniunctæ substantiæ panis,& uini. Ad hoc allegat Alexander Innocentium dicentem. Species prout sunt mirabiliter non priuatur uirtute, nec proprietatibus naturalibus naturaliter exeunt in huiusmodi opera,quia eis sunt propria per naturam,& per hoc patet: quod species tanquam obiecta possunt, producere sensationem sui cum potentia: puta uideri possunt, odorari, tangi &c. quia ad illas actiones nihil confert subiectum. Non enim sentiuntur propter subiectum, sed ex propria natura sunt qualitates sensibiles. Suo modo dicendum est de accidentibus realibus. Potest enim caliditas hostiæ producere caliditatem in aere circunstante aut alio tangente: humiditas humiditatem naturaliter. Sic ergo patet,quod species illæ agunt naturaliter ad productionem substantiæ,& eius corruptionem,ut ad corruptionem muscæ cadentis in calicem, ad generationem guttæ aquæ ex aere: si species panis essent congelatæ, & stupæ calidæ illatæ, possent producere qualitates reales: similiter & spirituales in potentia sensitiua, & intellectiua,tanquam obiecta. Et notanter additum est in materiam exteriorem, q̃ an species illæ seipsas alterari possunt:hoc est una aliam corrumpere, & aliam in locum corruptum adducere,ut si species panis congelatæ mitterentur in uini species calidas:an species uini remitterent frigiditatem, & producerent caliditatem in particula congelata,dicetur statim infra. ¶ Per hoc consequenter dicit Alexand.q.40. parte 4.arti. 2. membro secundo §. 2.& post eum Sanctus Bonauent.quod species uini inebriari possunt, licet non possunt naturaliter reficere, uel nutrire.unde dicit. Virtus naturaliter relicta in speciebus naturaliter potest immutare sensus; unde bene concedo,quod uirtus uini mirabiliter relicta in specie potest naturaliter agere in gustum, & in tanta quantitate posset sumi, quod inebriaret naturaliter Virtus enim huiusmodi, quia est naturaliter diffusiua, potest se naturaliter diffundere per aerem usque ad cerebrum, & perturbare spiritum, & sic inebriare: sicut etiam quandoque ex forti odore uini quidam inebriantur, qui tamen uinum, non biberunt. Et ad hoc adducitur illud, quod habetur in textu, & in glos. quod aliquid inebriati sunt ex usu specierum; quis notat Apostolus cum dicit. Alius quidem esurit,alius autem ebrius est.

Dan.3.

D opi.Alex.

E Alex. Bonauen.

1.Cor.11.

ubi glo. Notat eo, qui munera, quæ offerebant altaribus pro sacrificio conficiendo, peracto illo sibi resumebant, nec alijs non habentibus cõcare sinebant: sed soli sumebant, ut inde etiam inebriarentur alijs esurientibus. Hæc glo. Non tamen naturaliter reficiunt, & nutriunt: nam refectio est, qñ loca euacuata per caloris naturalis actionem replentur nutrimento digesto, & sic præcedit nutritionem. Nutritio dicitur, quando alimentum simile factum unitur alendo, & informatur forma partiali uiuentis. Hæc ergo refectio, & nutritio fieri non põt ex solis speciebus, & accidentibus, de quo
F statim dicetur. ¶ Nunc de mutatione passiua, quæ fieri potest circa illas species. Quædam mutationes fieri possunt in speciebus manente nihilominus eucharistia. Quædam fieri possunt circa species, propter quas desinit esse eucharistia, quæ autem sint illæ, uel istæ, notari potest per hanc regulam. ¶ Per nullam transmutationem factam circa species sacramentales desinit esse corpus Christi sub eisdem: cum qua maneret substantia panis, aut uini, si non fuisset facta conuersio, & quandocunq; fit transmutatio circa species sacramentales, per quam corrumperetur panis substantia, aut uini si essent, desinit esse corpus Christi in eo instãti, in quo desineret panis, aut uinũ. Instituit enim Deus sub eucharistia. i. sub speciebus panis, & uini: quam ex nimia charitate dedit sponsæ suæ ecclesiæ: tandiu conseruare species eisque succedentes sine subiecto, & sub illis, ac quibuscunq; in locum earum succedentibus præsentiã sui corporis, & sanguinis exhiberet, quamdiu sub illis maneret substantia panis, & uini, si conuesi non essent. ¶ Secunda regula. Deus ea uoluntate, qua eucharistiã esse uoluit in ecclesia: disposuit omnes transmutationes, & effectus circa illas species præsente actiuo naturali causare immediatè ad quos agens naturale propter subiecti defectum non potest attingere, quos tamen agens naturale causaret, si substantia conuersi permaneret, & hoc nõ nouo miraculo, sed uoluntate, qua instituit eucharistiã: ne si species uiderentur intransmutabiles: meritum fidei euacuaretur. Voluit enim dominus ut nulla naturali experientia probari posset præsentia sui
G corporis sub illis speciebus, sed sola fides cerneret, unde meriti sui fructum reportaret. ¶ Et ideo omnes transmutationes, quæ fierent naturaliter circa istas species, siue in subiectis: siue in quantitatibus: siue qualitatibus per generationem, corruptionem, alterationem, rarefactionem, uel condensationem, si nulla facta fuisset conuersio, etiam nunc fiunt facta conuersione, q̃dam a causis naturalibus, quædã a solo Deo immediatè supplente actionẽ causarum naturalium, nec per hoc aufert Deus abagente naturali suam propriam actionem. Non enim aufert, quæ tibi competere possunt. s. transmutationes de forma in formam existente subiecto, terminos huiusmodi transmutationum deferente. Actiones aũt, q̃ naturalibus agentibus cõpetere non possent. s. ubi non est subiectũ utriusq; termini transmutationis propter defectionem substãtiæ panis, & uini conuersorũ, illam sua potentia immediatè supplet, siue nouo, siue antiquo miraculo parum refert. Non enim Deus laborat faciendo miracula ad suorum salutem fidelium. Si enim effectus super naturam a Deo immediatè producti de nouo, ideo dr nouum miraculum, quia non producit uoluntate noua: sed uoluntate antiqua cum ex parte Dei nulla sit uoluntas noua: sed quæcunq; de nouo fiunt a Deo, fiunt ab æterno immutabili uoluntate uolita: nullum erit miraculum nouum. Si uerò dicitur nouum miraculum, quia effectus nouus est: toties fiunt a Deo miracula noua quoties a Deo producitur effectus immediatè supra naturam. ¶ Potest addi tertia regula. Nulla transmutatio acquisitiua potest fieri a causa naturali nisi in subiecto præ-

De transmutatione passiua circa spẽs notantur aliquæ regulæ.

Quæ trãsmutatio passiua circa spẽs fit a solo Deo miraculose.

Nulla transmutatio acquisitiua pōt fieri a causa naturali nisi subiecto præ supposito.

supposito. Patet quia nisi sic, creatura posset creare, quia quicquid producit H
& non de potentia subiecti, creatur, nam quod non producitur de potentia
subiecti, producitur de nihilo, quod uerò de nihilo producitur, creatur: se-
cundum magistrum dist. 1. Quia in hoc discernit creare a facere, quia crea-
re est aliquid de nihilo producere. Facere uerò aliquid producere siue de
nihilo, siue de subiecto præsupposito. ¶ Dicitur notanter, nulla transmuta-
tio acquisitiua, quia secundum Guilihel. Ockam. Transmutatio deperditiua
fieri potest nullo etiam præsupposito subiecto. Creatura. n. secundum eum:
licet non possit creare: pōt tñ annihilare. Cuius rationem in suo quarto scri
pto. q. 7. assignat: quia qñ agens naturale æqualiter, & indifferenter se habet
ad multa seu infinita sub aliqua specie causabilia, æqualiter uel æquè pri-
mò facit omnia, uel nullum. Cum autem agens creatum æqualiter & indi-
erenter se habeat ad omnes effectus causabiles in aliqua specie, puta ad in-
finita individua sub specie humana, & quia omnia creabilia sunt purum ni-
hil, non plus appropinquat unum creabile agenti naturali, quam aliud: &
per consequens æqualiter omnia talia respicit, & ita si posset creare: ratio
assignari nō posset, quare plus crearet unum quam mille, immo quam in-
finita. Quia autem creatura non potest simul creare infinita, non potest ali
quid creare. Agens autem naturale aliter respicit unum annihilabile, quam
aliud, eo quod quodlibet eorum est in actu, & unum potest plus appropin-
quare agenti naturali quam aliud, ideo plus potest annihilare unum quam
aliud. Vnde mirabile fait, uideturi si modicum frigus separatum approxima
retur maximo igni, quod ignis ille non posset illud frigus modicum destrue
re. Non potest autem destrui nisi per annihilationem ¶ Verum illa ratio ui-
detur æquè procedere de generatione formæ de potentia subiecti: ideo si-
cut ibi dicitur: ita in proposito: quod causa naturaliter determinat quoad
individuum a causa prima, scilicet Deo, qui quia est causa uoluntaria: in uo
luntate sua est concurrere ad productionem unius, & non alterius. ¶ Ideo I

Productio substātiæ non uę ad speciem a quo fit.

alij dicunt cōiter, quòd sicut creatura non potest creare: ita nec annihilare:
quodq; omnis uirtus creata præsupponit subiectum in omni sua actione, tā
acquisitiua, quam deperditiua. Et hoc tenendo: quia utrumq; probabile, nō
oportebit addere in regula acquisitiua. ¶ Per hoc descendendo ad particu-
laria dicitur primò, q nulla transmutatio passiua ad substantiam in loco
specierum sacramentalium producendam, potest fieri uirtute agentis na
turalis, hoc est dictu, quod nulla uirtus naturalis potest producere substan-
tiam in loco specierum, sub speciebus species sacramentales succedentibus.
Patet quia illa substātia cū nō producatur de potentia subiecti, creatur. Nul
la autem virtus creata attingit effectiuè ad terminum creationis: vt nunc
supponitur. Ex quo patet: q illa substantia immediatè producitur a Deo
per secundam regulam suprapositam. Gratia exempli. Si per putrefactionē
speciei sacramentales alterantur in tantum, q si ibi esset substantia panis:
ipsa corrumperetur, & generaretur vermis: in illo casu vermis producit im-
mediatè a Deo. Sic si producit ignis, cinis, aut puluis, aut nutrimentū in
corpus sumentis species conuertendum. ¶ Sed quæritur, an in casu totum K

An prior materia uel forma reproducatur q̄ fuit ipsius panis ante cōsecr.

compositum producatur a Deo, an sola materia. Et si materia: an illa
tedeat, quæ conuersa est in substantiam corporis Christi: hoc est mate-
ria panis, & vini eadem numero. Quamuis hic variè respondet doctо-
res, tamen breuiter dicitur post Scotum, & Ockam, quod Deus potest Scot.
creare totam substantiam, potest creare solam materiam, & eandem, quæ
conuersa est, uel aliam de nouo. Primum patet, quia ibi necessariò produ
citur compositū, quod afficiat accidentibus panis: si māsisset in cōpossibilibus,

illud autem a uirtute naturali produci nō potest, cum ibi producatur simul materia, & forma. Materia autem a uirtute naturali produci nō potest. Qđ aūt compositum necessariō producantur, patet quia Deus statuit nulla accidentia conseruare sine subiecto, nisi ea, sub quibus cōtinetur corpus Xpi: ideo alteratis speciebus sacramentalibus usque ad gradum incompossibile substantiæ panis, si ibi esset, desinit corpus Christi esse præsens. Et quia illa accidentia secundum gradum incompossibilem non erunt sine subiecto: necesse est igitur redire materiam: illa autem non redit nuda. Nec tali inesse possunt accidentia naturaliter, ergo redit informata substantialī forma, & ita compositum. ¶ Secundum patet, quia creata materia, in eodem instanti dispositiones qualitatiue' possunt concurrere cum Deo ad educendam formam, quam eduxissent de materia panis, si ibi esset: tunc aūt concurrissent ad productionem formæ uermis, ignis, cineris, puluris, uel nutrimenti, ergo & nunc. Tenet consequentia: quia nullum impedimentum assignari pōt nisi diceretur: q̄ pſupponunt materiā ut priorem: & ideo in instanti creationis materiæ nō sufficiunt agere, quia deficit prioritas. Sed hoc non impedit: quia ista pſuppositio, & prioritas nō est temporis, sed naturæ. Vnde si existēte sole ꝓduceretur aer, uel ēt simul cū sole, in eodē instanti illuminaretur aer, quo produceret sol, & aer. Instanti dico tpis, non naturæ. Concurrentibus ergo dispositionibus qualitatiuis cū Deo ad productionē formæ, sola materia immediatē creatur a Deo, & forma naturaliter generat. Verū secundum opi. Sco. tenentis q̄ accidentia non attingunt substantiam tanq̄ terminū suæ actionis: oportet dicere: q̄ prima forma substantialis a solo Deo creatur: sequētes uerō naturaliter producuntur. ¶ Tertiū patet. ſ. q̄ pōt reproducere eandē materiā numero, q̄ cōueria est, cōtra eos, qui dicunt corruptū, uel annihilatū idē numero redire nō posse: quia nihil sequens annihilationē materiæ, nō est alterius rōnis cū nihilo p̄cedente creationē materiæ, sicut terminus annihilationis ad quē, & terminus creationis a quo, nō sunt diuersi: & nō est maior distātia ad nihil sequēs, q̄ p̄cedens annihilationem, & creationem, ergo eadem potentia pōt super hanc, & illam, ergo quę potest creare de nihilo, potest etiam redactum ad nihilum recreare. ¶ Item unum non plus implicat cōtradictionem, q̄ aliud: ergo sicut primum potest Deus ſ. creare de nihilo: ita potest & illud, quod transiuit in nihil recreare: potest nihilominus nouā materiam, quę prius nō fuit, creare sicut placuerit suæ sapientissimæ uoluntati. ¶ Ex illo patet, qūo spēs sacrales nutriunt: & quid in nutritione sumentis eucharistiam cōuertitur in substantiā corporis sumentis: non est. n. species illæ: quia species in substantiā conuerti nō p̄nt. Sed nutrimentalis substātia de nouo producta in instāti desitionis corporis Christi, reficit, & nutrit per oia: ac si panis conuersus fuisset in nutrimentū. ¶ Quartū q̄ potest nouam materiam creare dubium apud fideles non hēt. Et hūs satis uē concordare dns Inno. lib. 4. de eccle. offi. dist. Si uerō quæraē, quid a mure comedatur: uel quid incineretur, cū sacramentū crematur. Respondet: q̄ sicut miraculosē substantia panis cōuertitur in corpus dnicū, & incipit esse sub sacramento: sic ipsa quodāmō miraculosē reuertitur: cū ipsum corpus dnicū ibi desinit esse. Sicut. n in alijs operibus mirabilibus expleto officio, propter qđ cōdita erant illa, q̄ mirabiliter erant condita, redacta sunt in p̄imum statū, sicut dr de colūba, in qua apparuit spūsanctus uidelicet, q̄ pacto officio suo, in p̄acentē rediit materiā, unde assumpta est. Similiter & de stella magorū ductrice, q̄ pacto officio, mox esse desijt reuertens in p̄acentē naturā, unde sumpta fuerat, ut hr in glo. Mat. 2. Sic dicunt esse in proposito, q̄ quando species desinunt esse sacramentum, substantiæ

naturales

Secundū argumen.

Tertiū arg.

Annutriatur sumēs eucharistiæ spēs.

Innocen.

Matth. 3. Mar. 1. Luc 3. Iohan. 1.

naturales ſpecierũ in ſuum reuertunt ſtatum, ſicut prius fuerunt miraculoſe tranſmutatæ. Hinc conſentit Alex. & S. Bona. ¶ Verum non eſt oi modo ſimile de ſpeciebus ſacramentalibus: quia in illis apparitionibus colũbæ, & ſtellæ materia non deſijt, nec cõuerſa eſt: & ideo pacto officio deſinente forma columbæ, & ſtellæ, materia manet eadem ante, & poſt: ſola forma mutata. Hic uerò tota panis ſubſtantia quoad materiã, & formam tranſit: quia totum conuertitur in totũ, & ita nulla materia manet. Et ideo ſi illi de reditione ſubſtantiæ intelligũt hoc de materia tm̃, ita ꝙ materia redit ipſa eadem, quæ fuit in pane numero, uel ſpecie p nouam creationẽ, uerum eſt dictum illorum. Si uerò intelligunt, ꝙ etiam forma panis redeat, & ita totus panis non uſ poſſe ſuſtineri: quia uel in eo inſtanti rediret, in quo qualitates ſunt formæ panis incõpoſſibiles, uel ante, uel poſt. Non primũ: quia tunc qualitates eſſent in ſubiecto ſibi incõpoſſibili, quod implicat Nec poſt, eadẽ ratione, nec ante, quia tunc panis eſſet ſimul cum corpore Xp̃i: quia corpus Chriſti manet uſq; ad inſtans incompoſſibilitatis, ideo materia redit per nouam creationem ipſa, quæ præfuit, uel alia eadem ſpecie cum priore de nouo creatur, & formam non panis, ſed cui cõueniunt qualitatiuæ diſpoſitiones puta uermis, ignis, cineris, pulueris, uel nutrimenti generaſ, in materia redeũt: uel etiam a ſolo Deo creaſ, ut ſupra dictũeſt. ¶ Niſi diceretur, ſicut uſ dicere Inno. ꝙ Xp̃s: quia in euchariſtia eſt ut nutrimentum ſpirituale: eſt ibi quamdiu ſpecies ſunt nutrimentum cõueniens corporali. i. quamdiu panis ſub huiuſmodi ſpeciebus eſſet conueniens nutrimentum corporale. Panis autem, & uinum non quamdiu manent ſecundum ſubſtantiam ſunt conueniens nutrimentum corporale: ſed per mutationem qualitatum cerram, ceſſant eſſe nutrimentũ, quis manent ſecũdũ ſubſtantiã; & ſic corruptis ſpeciebus ſecundum eam habitudinẽ, ſecundum quã eſſent conuenientes nutrimento, deſinit eſſe corpus Xp̃i ibi, & ideo rediit ſubſtantia panis, q̃ poteſt aſſici ſpeciebus non cõuenient bus nutrimẽto: de qua prius naturaliter gignitur uermis, uel ignis &c. Sed illud eſt contra cõe dictum doct. ꝙ tandiu manet Chriſtus ſub ſpeciebus: quamdiu manet ibi ſubſtantia panis, ſi non eſſet conuerſus. ¶ Item tunc difficile eſſet inuenire gradum certum alterationis ſpecierum, uſque ad quem preciſe maneret euchariſtia. ¶ Sed forte di. Si ſacramentum nutriret, ſacerdos ſumens euchariſt ã ſolueret ieiunium, & ita non poſſet eodem die bis celebrare. Item ſacramentum eſt cibus ſpiritualis, & non corporalis. Nam inter alias hæc una eſt cauſa, quare panis non manet cum corpore Chriſti in euchariſtia, ne ſacramentum reficeret corporaliter, quod eſt cibus ſpiritualis animæ. Item Ambro. dicit, ꝙ eſt cibus mentis, non uentris. ¶ Ad iſta dr̃: ꝙ ſacramentum iſtud reficit, & nutrit corporaliter: ut ex præmiſſis patet, alioquin experimentum accipi poſſet de præſentia corporis Chriſti. Si ſcilicet quis ſacramentum ſumens in magna quantitate, & nullũ alium cibum: nihilominus deficeret: ueruntamẽ ſi illud præcise nutrit, qđ cõuertit in ſubſtãtiam rei alitæ ſacr̃m non nutrit: licet ſumens ſacr̃m nutriatur, ſed ſubſtantia, ſiue nutrimentũ rediens ſecundum prædicta nutrit. Illud enim, non ſpecies conuertitur in ſubſtantiam rei alitæ. Et ita intelligendum eſt, cum dr̃ ꝙ ſacramentum nutrit, ſeu ſpecies nutriunt. i. ſumens ſacr̃m, etiam ſine alio cibo nutritur. ¶ Et per hoc ad primum dicitur: ꝙ ſacerdos ſumens hoc ſacramentum non ſoluit ieiunium naturæ, quia ſacramentum non eſt cibus corporalis, tum quia contentum, ſcilicet corpus Chriſti tantum eſt cibus mentis, & non corporis, nec ipſo aliquatenus nutrit corpus, nec eſt præſens ei, quod nutrit ſicut accidentia alterata. Tũ quia ſequens cibatio ex ſubſtantia reuerſa eſt præter intentionem

Alexand. ¶ S. Bonauen.

Innocen.

M

Ambr.

consecrantis,& sumentis:& omnino impertinens ad ipsum sacrm. Tum qa nihil eius,quod sumitur,conuertitur in substãtiam sumentis. Tũ quia illud, quod conuertitur in substantiã sumentis,nõ sumitur de foris: nec trajcitur p uiam naturalẽ ad stomachũ sicut cibus: sed intus de nouo creatur: dictum est,ideo nõ soluit ieiuniũ. Sicut nõ soluit ieiuniũ cibus ante medium noctis sumptus,& post mediũ noctis digestus, & in sumẽtis substãtiam conuersus. Si qdẽ solus cibus de foris sumptus in uia ad stomachũ soluit ieiuniũ: et & si nõ cõuerteret in substãtiã aliti,sicut qdã medicinæ. ¶ Ad secũdum dr: p est cibus spiritualis,& nõ corporalis quãtũ ad nutritionẽ,qdiu ibi est ueritas sacramenti,non.n.cibat carnaliter,inquantum est sacrm, sed ad cibandũ spiritualiter est ordinatum. Ipsa autem cibatione spirituali terminata per desitionẽ pñtiæ corporis Xpi cibat corporaliter p substantiã redeuntẽ. Quæ autem sit causa,p nõ manet panis,supra dictum est: licet illa in argumento tacta põt esse cõgruitas qdã. Ad B. Amb.dr,p Ambrosius loquit de ipso corpore Christi,p est cibus aiæ tãtũ secundũ Alex.de Ales ubi supra. ¶ Consequẽter de transmutatione passiua accidentiũ eucharistiæ. De motu locali specierũ planẽ dr, p motus localis specierũ fieri põt uirtute naturali sicut earundem ante consecrationẽ: hoc est ita separata moueri pñt sicut coniuncta,secundum omnes doct.quia si teneretur, p motus sit accidens successiuum distinctũ realiter a mobili,& loco,erit subiectiue in mobili, & quia accidentia quantitas,& qualitas sunt mobilitatis inhæret motus sicut subiecto. Cũ ergo in motu hmõi est assignare subiectũ motus.s.accidens motum localiter põt agens naturale: mouere accidentia, seu species localiter tanq̃ subiectum motus. Nulla.n.alia causa est, p agentia naturalia nõ agunt circa hoc sacramentum,nisi sublatio subiecti: ut patet ex tertia regula. Nisi diceretur: p accidens non potest informare accidens, sed omne accidens immediatè inhæret substantiæ. Qualitates uerò mouentur ad motũ subiecti: per motum non inhærentẽ,sed coassistentem: sicut ẽt de quantitate una opinio recitata est. Tunc de motu sicut de qualitatibus supposito, p non sint in quantitate, statim dicetur. Si uerò motus non distinguitur a mobili, tunc in motu locali specierum non est mutatio acquisitiua alicuius nouæ rei: nec deperditiua ita p in motu locali nouum producit, aut corrumpitur: sed mobile fit pñs de nouo alicui loco, cui prius non fuit pñs: & hoc fieri per agens naturale nihil plus requirit,nisi mobile, & locum: & hæc sunt in proposito siue accidentia sint in subiecto: siue non. Sed consequenter uidendum est de mutatione passiua,& primò ad quantitatem: deinde ad qualitatem. ¶ De primo si tenetur: p quantitas non distinguit realiter a substãtia, aut qualitate extensa,tunc non est specialis difficultas de quantitate eucharistiæ; cum illa sit realiter qualitates ibi sine subiecto remanentes. Tenendo autem secundum aliam opinionem, quod quantitas sit accidens distinctum a re quanta: cum experientia manifestum est: quod species pñt rarefieri,& condensari ad præsentiam agentis naturalis,& ita mutatur quantitas. Dicitur quod si per rarefactionem noua quantitas maior introducitur,& per cõdensationem minor,siue totalis,siue partialis, secundum diuersitatem opinionum de rarefactione,& condensatione: aut noua substantia substantia generatur,quæ partibus rari interponitur. Quodcunq; dicitur, consequenter dicendum est: quia quantitas non est in subiecto: rarefactionem, & cõdensationem specierũ eucharistiæ non fieri ab agente naturali per tertiam regulam,sed immediatè a Deo supplente in hoc actiuitatem causæ naturalis per secundam regulam. Quæ autem opinio de rarefactione probabilior sit, uideant naturales phi. 4 Physico. disputantes. Si autem fieret additio alicuius rei quãtę ad species

Ad quẽ intellectũ dicant ipẽs sacrales nutrire.

Ambro. Alex.

De transmutatione passiua accidentiũ sensibiliũ eucharistiæ, quę fuerunt in pane.

N

sacramentales

Quo ad quã titatem.

sacramentales sut unum non consecratum admisceretur speciebus uini, nõ propter hoc mutatur quantitas spẽrũ uini præexistens: quid aũt ibi fieret, dictũ est sup. lec. 35. ¶ Item de mutatione quantitatis per diuisionem spẽrũ, infra dicetur, cum de fractione sacramenti tractabitur. De mutatione ad qualitatẽ, siue qualitates. Si tenetur, ꝙ qualitates omnes in sacrãmẽto sunt sine subiecto. Dicendum, ꝙ oẽs transmutationes earum acquisitiue fiunt immediate a deo, & non a causis naturalibus. Tum quia qualitates nouæ, quæ acquiruntur, non educuntur de potentia materiæ. Tum quia & ipsæ manent sine subiecto. Vtrumq; actiuitate excedit causę naturalis: & producere aliquid de potentia subiecti, & conseruare accidens sine subiecto. ¶ De mutatione deperditiua, si tenetur: ꝙ natura possit annihilare: dicitur, ꝙ omnes transmutationes deperditiuæ factæ in sacro, fiunt a causis naturalibus. Diceretur ergo secundũ illos, quòd in intensione caloris sacramẽtalis cã naturalis remittit frigus: sed sola cã supernaturalis intendit calorẽ: quia remissio est corruptio gradus qualitatis. Intensio est prostructio gradus noui. ¶ Si uerò tenetur, quòd qualitates sint subiectiue in quantitate, & causa naturalis nõ præsupponat necessariò materiã primã, nec subiectũ substãtiale, sed subiectũ in gñe sit substantia, uel accidens, tunc oẽs transmutationes qualitatũ in eucharistia fieri solitæ, fiunt per causas naturales, quæ educũt nouas qualitates de potentia quãtitatis, quę est subiectũ qualitatiuũ. Si uerò tenerur: quòd cã naturalis in sua actione præsupponit materiã primã, & subiectũ substantiale, de cuius potentia educat formas tam substantiales, quã accidentales: tunc cõsequenter dicẽdũ, quòd oẽs trasmutationes circa spẽs sacrales fiunt immediate a deo. ¶ Et ex hiꝑ patet breuiter quid dicendũ est de trãsmutatione passiua accidentiũ eucharistiæ secũdũ uarias philosophorũ opi. Accidentium dico sensibiliũ quę fuerunt in pane, aut eis successerunt. ¶ Cõ- P

De mutatione deperditiua.

De actione & passioõe corporis Xpi & accidẽtiũ eius.

sequenter uidendum est de actionibus & passionibus corporis Christi, & accidentium eius ut in sacramẽto. Et primo de actione, secundo de passione. Et utrobiq; tam de facto, quam de possibili. ¶ Prẽmittitur autẽ hæc regula generalis. De facto nulla fit actio uel passio in corpore Christi & eius accidentibus, per quã posset sumi experimentum præsentię corporis Christi sub speciebus sacris. Patet ex præmissis, quia uoluit deus sacramentum istud, ac mysteriũ esse occultũ sensu, & patere fideiut sic fides præmio suo non frustretur. Vnde etsi aliqua operatio naturaliter fieri posset per corpus Christi, eius ue accidentia ut in sacramẽto, aut aliquis effectus, uel transmutatio fieri a causa naturali, deus cogendo nõ concurrit, & ita operationẽ huiusmodi impeditne experimentum sumatur de corporis Christi præsentia in sacramento. Quo præmisso de actione corporis Christi: non loquimur hic de ea, quæ concomitatur presentiam corporis Christi, hoc est, quæ inest corporis Christi primo in cęlo, & per concomitantiam etiam sibi inest in sacramento. De illo dicetur infra cũ de his, quæ predicamentum ubi cõcernũt, tractabitur: ubi etiã agetur de motu locali corporis Christi, ut in sacro. Sed de illa actione, quę sibi primò competit, ut in sacramento: quæ & competeret sibi, si solũ esset in sacramento, & nullibi extra: hc ẽt de passionibus. ¶ Primò igitur de actionibus cognitiuis de facto, de quibus Sco in 4. dist. 10. q. 5. ponit duas conclusiones. ¶ Prima, nulla sensatio potest primò inesse Christi, ut in eucharistia. Motiuum est: quia organum sensus non est in corpore Christi, ut in eucharistia modo quãtitatiuo: qui tñ requirit ad hoc, ut immutetur ab obiecto, Ad hoc enim, ut fiat u sio corporalis, oportet talẽ esse approximationem organi, & obiecti: ut possit fundari piramis, cuius basis sit in obiecto: & conus in oculo. Hæc requirit: quòd utrumq;

& obie-

& obiectum, & oculus haberent modum quantificatiuum, ut sit in loco circumscriptiue'. ¶ Secunda conclusio. Omnis operatio spiritualis puta intellectus, & uoluntatis potest primò in esse Christo ut in eucharistia. Hanc deducit: quia anima Christi: quia beata intelligit, ut angelus: quantum ad hoc; ꝙ non dependet intelligendo a sensibus, aut sensibilibus. Sicut ergo angelus alicubi existens potest intuitiue intelligere obiectum sibi proportionatum sibi præsens: ita anima Christi in eucharistia. Potest ergo intuitiuè uidere intellectu omnia ad eucharistiam proportionatam distãtiam habentia: seipsam, species sacramentales, animam sacerdotis, & quæcunq; intelligibilia debitam præsentiam habentia. Et hæc intuitio primò inest animę Christi, ut hic in sacramento: non ut inest illi animæ primò, ut est in cęlo. Vnde potest elici; ꝙ aliqua uidet anima Christi primò, ut in sacramẽto, quæ non uidet uisione intellectiua in proprio genere primò, ut in cælo. puta omnia hic localiter præsentia: supposito, ꝙ immoderata distantia impediat intellectionem creatam: sicut nec angelus existens in cælo uidet in proprio genere, quæ uidet hic inferius intuitiuè. Ex isto infert Correlarium, ꝙ Christus propter suum esse in eucharistia non tantum non priuatur aliqua operatione, quam habet in cælo, sed etiam ut in eucharistia est: habet aliquam operationem primò, quam per consequens concomitanter habet ut in cęlo: ut puta intellectionem, & uolitionem cuiuscunq; obiecti, cuius angelus hic præsens haberet: & per consequens non ad imperfectionem est suam, ꝙ sit in eucharistia: sed ad multitudinem perfectionum. ¶ Primæ conclusioni non assentit Ockam. unde contra eam ponit hanc conclusionem. Suppositis his, quę fidei sunt: non potest sufficienter probari, quòd Christus in sacramento non possit corporali oculo obiecta uisibilia uidere, & uideri. Quam sic probat: quia non minus potest principium habere actionem suam naturalem, quando se toto est præsens alicui toti passo, seu obiecto: quam dum per unam partem est præsens uni parti passi: & per aliam partem præsens alteri parti passi. Est autem corpus Christi, & omnia eius accidantia corporalia se toto præsens toti hostiæ & cuilibet eius parti: ideo eodem modo potest esse principium actiuum & passiuum respectu uisionis, sicut si una pars eius coassisteret parti hostię, & alia alteri. Nã si albedo in pariete tota coassisteret toti parti, & tota cuilibet parietis parti nihil minus uideretur tunc quam nunc. ¶ Item posito actiuo sufficienti, & passiuo, potest sequi actio. Nec propositio hæc negãda est nisi propter rationem, quæ hic non apparet, uel propter auctoritatem scripturæ: quæ similiter in proposito non apparet. Vel propter experientiam, quæ hic non concludit: quia deus suspendit actionem causarum naturalium ne agãt ut patet ex regula præmissa. Sed oculus includendo potentiam in corpore Christi est sufficiens agens cum obiecto, & sufficiens passum receptiuum uisionis: ergo potest poni uisio. ¶ Et si dicitur, ꝙ tam organum: quam obiectum sint circumscriptiue' in loco. Respondetur, ꝙ hoc non est probatum. Et si allegatur autor perspectiuæ de piramide radiosa dicitor, ꝙ autor perspectiuę loquitur pure naturaliter omnibus habentibus se ordine naturali nullo concurrente miraculo, & de his quę ipse expertus est. Nunquam enim uidit colorem nisi extensum: in talibus uisio fit per modum piramidis &c. ad bonũ intellect. i. requiritur talis approximatio & situs obiecti & organi, ꝙ si traherẽtur linęæ imaginarie includentes obiectũ ab obiecto ad oculum haberent figuram piramidis cuius basis esset in re uisa: & conus in oculo quod uerum est quando obiectum uisum est maius oculo. Sed deus potest facere colorem non extensum, & tunc uideretur non per talem figu-

An oculus Xpi seipsum uideatur in sacramento.

Corrol.

An ad actionem & passionẽ requiratur quòd quodlibet eorum sit extensiue magnum.

ram.

tam. ¶ Deniq; etiam hæc figura poteſt hic ſaluari: quia lineæ piramidis terminantur in puncto indiuiſibili imaginario contingente in oculo: ideo non requirunt extenſionem oculi. ¶ Similiter quantum ad uiſionem paſſiuam corporis Chriſti: licet non ſit in loco circumſcriptiue, eſt tamen in locus diffinitiue, qui locus eſt extenſus, & poteſt fundare baſim piramidis: ut ſi lineæ traherentur ab extremitatibus hoſtiæ continentis corpus Chriſti præciſe ad oculum ſacerdotis: haberent figuram piramidis. Et hoc ſufficit ad hoc, ꝙ uideatur, ſaltem oppoſitum probari non poteſt. Vnde uidetur ꝙ oculus Chriſti in una parte hoſtiæ poſſet uidere ſe in alia parte. Sicut poſſet ſi oculus eſſet in diuerſis locis circumſcriptiue. Nec obeſt ſi diceretur, ꝙ idem non diſtat a ſe, & diſtantia requiritur obiecti ab organo, ut fiat uiſio quia eo modo idem diſtat a ſe, dum eſt in loco diffinitiue: quo modo diſtaret a ſe, ſi eſſet in loco circumſcriptiue. Iſta autem ſufficerent ad cauſandum uiſionem, ergo & illa: de quo magis infra: cum de ubi tractabitur. ¶ Suo modo dicit utraq; opinio de reliquis corporalibus actionibus ſicut de uiſione ſenſus. Vnde prima opi. diceret, ꝙ nullam corporalem operationem poteſt habere corpus Chriſti in euchariſtia primò ut ibi: poteſt autem habere omnem ſpiritualem. Corpus nomino, & animam, & utriuſq; accidentia intelligi uolo. Et uoco actionem corporalem, cuius terminus eſt res extenſa, uel naturaliter extenſibilis. Oppoſito modo ſpiritualis actio dicitur, cuius terminus eſt res per naturam non extenſibilis, cuiuſmodi ſunt intellectiones: & uolitiones, de quibus dictum eſt. Fundamentum primæ opi. eſt: quia actio corporalis requirit extenſionem, & modum quantitatiuum agentis, & paſſi. Secunda opinio negat primum nam dicit corpus Chriſti ſub hoſtia poſſe calefacere hoſtiã ſi deus eius actionem non ſuſpenderet, & ſic de aliis actionibus. Negat enim, ꝙ requiritur modus exiſtendi quantitatiuus in agente. Nam quando ſunt duo actiua quorum utrumq; eſt ex ſe actiuum, & habent conſimilem modum exiſtendi ſi unum poteſt agere in paſſiuum ſufficienter diſpoſitum, & præſens, etiã poteſt agere, & reliquum. Anima autem intellectiua poteſt agere in corpus: quia ſecundum beatum Aug. 9. de tri. Anima magnam immutationẽ habet reſpectu corporis ſui, non obſtante, quòd non habet modum exiſtẽdi quantitatiuum in corpore, ergo pari ratione qualitates corporis Chriſti poſſunt agere in aliud corpus, quę habent conſimilem modum exiſtendi in ſacramento ſicut anima in corpore, & ſunt ex ſe agentia, & poteſt applicari paſſum bene diſpoſitum, ergo poſſunt agere. Exiſtentibus enim actiuo ſufficienti, & paſſo diſpoſito: niſi deus ſuſpendat actionem, fit actio. Nec uidetur: quod ideo minus ſufficiens ſit actiuum, quia ſecundum ſe totum eſt æquę preſens paſſo, quam ſi eſſet præſens per partes inæqualiter. Non.n. uidetur: quod intenſiſſimus calor ſi eſſet in puncto, ideo minus, uel remiſſius ageret. cum etiam ſecundum Auicenam, ſi calor eſſet ſeparatus ab omni ſubiecto: adhuc poſſet habere actionem omnem, quam habere poteſt in ſubiecto: ſed tunc non eſſet neceſſariò in loco circũſcriptiue: ſed tantum diffinitiue. Etiam uirtus unita fortior eſt ſeipſa diſperſa, ideo non requiritur extenſio partium agentis: ſed quantò magis ſunt ſimul, tantò fortius agũt. ¶ Item idem poteſt agere in ſeipſum actione corporali: ut patet de aqua reducente ſe ad præſtinam frigiditatem poſt eius calefactionem remoto calefaciente, & ſuæ naturæ dimiſſa, & tamen idem a ſeipſo non diſtat localiter, nec habet talem modum exiſtendi quantitatiuũ, qui conuenit ei reſpectu extrinſeci puta loci. ¶ Item modus accidentalis principij actiui non impedit actionem eius, quæ ſibi conuenit a natura intrinſeca: ſed eſſe in loco cir-

R.

Aug.

cumſcri-

cumscriptiue, est accidentale qualitati, & substantiæ ergo propter eius ablationem non auferetur illud, quod est naturale. ¶ Dicit ergo illa opi. ꝙ omnem actionem, quam potest habere corpus Christi tam corporalem, quam spiritualem: si esset in loco circumscriptiue, potest etiam habere ubi est in loco diffinitiue, paſſis æqualiter dispositis. ¶ Consequenter de transmutatione passiua circa corpus Christi, & sua accidentia uidendum. Et primò, an possit uideri oculo corporali. Secundò, an oculo intellectuali. Tertio de alijs transmutationibus corporalibus.

¶ Circa primum correspondenter ad prędicta respondetur, secundum Scotum, ꝙ Corpus Christi, eiusq; accidentia nec ab oculo corporali Christi: nec cuiuscunq; alterius glorioso uel mortali uideri possunt: patet motiuis supradictis. Sed secundum opinionem oppositam dicitur, ꝙ corpus, & eius accidentia possent corporali oculo in debita distantia constitente, ut puta sacerdotis in altari, & circumstantium uideri: si deus actionem naturalium causarum non suspenderet, suspendit autem ex causa supradicta. ¶ Sed tũc quæritur. Cũ partes corporis Christi sunt simul indistinctę localiter, sim liter & colores partium, quomodo discerni possunt, & quomodo colores uideri: cum tamen colores etiam extensi certo modo situatim se impedunt: ut si tenue album puta pannis subtilis albus ponatur super intẽsum rubeũ, uel nigrum, color albus non uidetur. ¶ Respondetur secundum sic opinãtem, ꝙ per uisionem corporalem partes diuersæ rationis, discernentur per suas qualitates. Sed partes eiusdem rationis non discernerentur, sicut patet de albedine intensa; cuius partes graduales discerni non possunt, & partes duorum luminum in eodem medio non possunt per uisum distingui. ¶ De coloribus partium: quia simul sunt: dicitur, ꝙ maior est difficultas de colore respectu uisus, quam de alijs sensibilibus respectu aliorum sensuum: quia diuersitas situs coloris quandoq; impedit coloris uisionem: non sic in alijs sensibilibus. Nam color immutat tactum secundum omnẽ situm proportionatum. Ideo difficile est uidere, qui colores in corpore Christi: an omnes: an aliqui, & non omnes uideantur: & si non omnes, quis prædominetur: quia de illo nullam habemus experientiam. Vnde licet illa si multas colorum partium corporis Christi possent se impedire ne omnes uiderentur, non tamen est tantum impedimentum, quin aliquid uideretur, si deus non suspenderet actionem colorum illis non coagendo: sicut in exemplo prædicto: licet color albus non uideatur, tamen color rubeus: uel niger uidetur. ¶ Sed hic posset quęri, an aliquo modo concedi posset: ꝙ Christus uidetur in sacramento oculo corporali. Cum communiter populus asserit se uidisse Christum dominum, dum uidit sacramentum. ¶ Pro isto notandum: ꝙ oculo corporali aliquid dicitur uideri quadrupliciter. s. per se: per accidens: propter ordinem ad aliud uisum, & propter coniunctionem similem cum uisu. ¶ Per se uidetur: quod uideretur, si esset ab omni alio separatum: & sine quo nihil uideretur: sic uidetur tantum color, uel lux: quia color etiam si esset a subiecto separatus, uideretur: ut in sacramẽto: & sine colore, uel luce nihil pót uideri oculo corporali. Ideo color, uel lux est proprium obiectum uisus. ¶ Per accidens uidetur, quod accidenti per se uisibili subijcitur. Sic dicimur uidere solem parietem, propter lucem, & colorem, quæ, uel qui est subiectiue in sole, & pariete: sic dicit philosophus. 2. de anima, ꝙ diatrij filius uidetur per accidens: quia color, qui in ipso est, uidetur per se: & hoc modo uidemus substantias corporeas. ¶ Propter certum ordinem ad aliud uisum per se, non informationis, sed continentis, & contenti: dicimur uidere contentum, dum uidemus

Oculo corporali aliquid quadrupliciter contingit uideri.

demus continens: ut hominem armatum, dum arma, quibus indutus est, uidemus. Et hominem, cum tamen solum uestes uidemus, ac uinum in uase duci: cum solum uas continens uidemus. Sic in scripturis dicuntur quidam angelos uidisse: quia corpus ab angelo assumptum uiderunt, ut legitur de Manue Iudicum. 13. ubi dicitur. Intellexit Manue angelum domini esse, & dixit ad uxorem suam. Mortem moriemur: quia uidimus dominum. ¶ Quarto propter spiritualem unionem, uel coniunctionem alicuius cum eo, quod uidetur aliquo primorum trium modorum, uideri dicitur: sicut dicitur deus uisus in terris ab omnibus. Post hoc in terris uisus est: & cum hominibus conuersatus: quia scilicet coniunctus est spirituali unione corpori Christi: quod uisum est secundo modo per accidens. Sic dixit dominus. Quia uidisti me thoma, credidisti. Me demonstrat Christum loquentē filium dei: quem eo uidit, quia corpus domini, cui unitū est uerbū, uidit: quo modo etiam, quæ humanitatis Christi sunt, uerbo attribuuntur per communicationem idiomatū. ¶ Secundū hāc distinctionē rndetur: q corpus Christi ut cōtentū in sacro, nō uidetur oculo corporali p se, neq; per accidēs. Patet: q nō, per se, quia corpus est substātia: & nulla substantia per se uidetur, cū nulla substātia uideretur separata a colore, & luce. Secundū patet: quia accidentia, quæ uidentur, non subiectantur in corpore Christi: ideo per ea non uidetur corpus Christi alioquin infidelis eadē accidentia uidens, etiā uideret corpus Christi: quod falsum patet. ¶ Præterea fidelis eodem modo uidet hostiam ante consecrationē, & post: nec aliud iudicat uisus post consecrationē, quā prius iudicauit: & prius nō iudicauit ibi esse corpus Christi, ergo nec post. Cum sit eadem uisio continuata, ut pono, cuius naturalis significatio non uariatur, ita nec iudiciū præcisē cognitionē illā sequens. ¶ Secūdo dicitur, q etiā non uidetur corpus Christi in sacramento quarto modo. Patet: quia corpus Christi non habet specialem unionē ad spēs, quæ uidētur: cū nec sint partes corporis Xpi: nec informent ipsum: nec suppolitātur ab eo. Tertiò dicitur, q corpus Christi uidetur in sacramēto tertio mō dicto. Patet, quia uidētur spēs, sub quibus uere, & realiter cōtinetur Christus: licet nō per omnia sicut cōtētū incōtinēte locatur: ut uir armatus sub armis, & uinū a uase: quia corpus cōtinetur diffinitiue: illa circūscriptiue. Neq; proprie species sunt locus corporis Xpi. Sed locus specierum est locus diffinitēs corpus Xpi: ut sup. declaratū est. Verū ille modus tertius ē magis impriusq; uidēdo uas cōtinēs uinū: uinū ueritate nō uidetur: ideo in iudicio, quo iudicamus nos uinū uidere uiso uase, sæpe decipimur. Nec est illud iudiciū sensus, sed intellectus: & ideo frequenter sancti dicunt corpus Christi sub sacramento nō uideri, sed fideliter credi, aliudq; uideri: aliud intelligi: ut in auctoritatibus supra allegatis iō diuersis passibus loquūtur in illis sancti, de eo, quod proprie. i. per se, uel per suū accidens uidetur. Sic ēt licet impropriē satis cōcedi posset: q uidendo sacrm: uidemus deū: quia uidemus corpus Xpi tertio mō, cui specialiter unitus est deus. Hoc ergo caute uidear, qui ad populū rudē prædicat: q aut subtiliora sileat, aut si opus fuerit de his sermonem faceresita clarē, ac distincte informetne dū uoluerit se ostendere doctorē subtilē: fiat in populo magister errorū: & non tā instruat, quam simplices in fide turbet, & seducat. ¶ De uisione intellectuali concordat Sco. & ockam quantum ad intellectum separatum, non quantum ad cōiunctum. Vnde de intellectu separato, siue angelico, siue humano: uel etiam coniuncto, & beato: quia de his est par ratio. (Hi enim sunt similes in eo, q immediatē possunt cognoscere obiecta intelligibilia, & nō indigent ministerio sensuum: ut nunc supponitur. Item per uidere intellectus,

Baruch. 3.

Ioh. 20.

Corpus Xpi ut cōtētū in sacramento non uidetur oculo corporali per se, neq; per accidens.

V

De uisione intellectuali corporis Xpi sub eucharistia.

intelli-

intelligitur cognitio intuitiua obiecti.) dicitur primo. Omnis intellectus non alligatus sensibus in intelligendo: siue angelicus: siue animæ separatæ, siue coniuncte, & bṫē, naturaliter pōt uidere exīstentiā corporis Christi in eucharistia. Pater. Nam omnis intellectus talis intuetur res: ut in se habēt esse secundum, q̄ sunt secundum se intelligibiles. Non enim capit talis intellectus cognitionem substantiarum ex cognitione accidentium: sicut intellectus noster pro statu isto. Vnde quia color est proprium obiectum sensus, & ideo omnis color obiectus sensui immediatē cognoscitur in se: & non unus per aliud: ita pariformiter: quia totum ens est obiectum intellectus (id est ens in sua generalitate, secundum quam includit substantiā, & accidens) quodlibet ens immediatē, & in se intelligitur ab intellectu, & unum per aliud, quia quodlibet ens si esset separatum ab omnibus alijs, in debita approximatione exīstens ad intellectum huiusmodi intuitiue cognosceretur. Quodlibet ens dico finitum, & creatum: secus enim est de deo, qui nullius creati intellectus est obiectum naturale: sed uoluntariū. Non igitur accidentia panis occultari possunt angelis (siue bonis siue malis, aut intellectui hominis beati, uel separato) corpus Christi: ut sub eis exīstens, quin uideatur, dum non fuerit distantia immoderata, quinimmo sicut possunt uidere accidentia panis separata, & absentiam substantię panis: ita etiam naturaliter uidere possunt præsentiam corporis Christi sub illis speciebus: quia non est unum magis obiectum intellectus, quam aliud, & hoc stante semper communi coactione dei. Sicut enim intellectus talis potest immediatē uidere alium intellectum angelicū, uel humanum: ita & quamlibet substantiam materialem, & quodlibet intelligibile creatum sibi prælens. Nec aliquis modus accidentalis obiecti impedit eius intuitiuam cognitionem: quia substantia sicut est prior quocunq; modo accidentali: ita prius, & in se intelligibilis, & per consequens modus accidentaliter posterior non impedit cognitionem priorum. Est autem ille modus exīstendi corporis Christi sub speciebus eucharistiæ ipsi accidentalis: ergo non impedit eius cognitionem. ¶ Notanter dictum est stante semper communi influentia, siue coactione dei: quia si angelo malo permittatur uti sua naturali potentia: potest intelligere quodcunq; intelligibile creatum sibi præsens & ita posset intelligere mysteria gratiæ: ex quo posita sunt in effectu: & sic præsentiam corporis Christi in eucharistia. Sed sicut dicit magister dist. 7. secundi sententiarum, multa possunt ex natura sua, quę nō permittuntur eis: & creditur; q̄ angelus malus uidere non permittitur mysteria gratiæ: & ita nec præsentiam corporis Christi sub specie sacramentali. Vnde Egidius theoremate. 16. Probabile inquit, uidetur, q̄ deus tā excellens sacramentum celet aliquibus subſtantijs separatis: & non permittat dæmones omnem illam cognitionem habere de sacramento eucharistię quam habere possent ex naturali earum uirtute. Et sic exponenda est auctoritas beati Ambr. de mysterio incarnationis, quæ dicit ipsum malignum spiritum latuisse: non absolutē, quin quilibet malus angelus possit uidere integritatem uirginis Marię, tam in mente, quam in carne: sed non fuit permissus propter certas causas: ut non impediretur redemptio nostra eo modo, quo præuisa est. Vnde sicut non semper permittuntur dęmones facere, quæ possent ex naturali uirtute (sicut deducit beatus Aug. & allegat magister dist. 7. li. 2. q̄ magis pharaonis dæmonum auxilio fecerunt ranas, & serpentes: non tamen eorum auxilio facere potuerunt ciniphes. De quo ita beatus Aug. dicit. Ex ineffabili dei potentia fit: ut quod possent mali angeli, si permitterentur, ideo nō possunt, quia non permittuntur. Neq;

Y

An uideatur a bono, & malo angelo.

Ambr.

Auguſt.

Auguſt.

occurrit

occurrit alia ratio, cur non potuerunt facere ciniphes: qui ranas, serpentesque fecerunt: nisi, quia ibi aderat maior dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum. Hæc prohibitio est non per modum præcepti; sed per subtractionem causalitatis) sic in proposito creditur deum non cooperari demonibus ad uisionem sacrosancti corporis. ¶ Et si legitur aliquando demones huic sacramento reuerentiam exhibuisse, hoc forte factū est: quia ex uerbis: signis hominum factis, aut miraculis contingentibus coniiciebant ibi adesse dei maiestatem, cui ut apostolus ait, ad Phil. 2. Omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Aut forte dimissæ sunt propriæ naturæ secundum quam (ut dictum est) cognoscere possunt præsentiā corporis Christi. ¶ Si quæratur, an angeli, & beati uideant existentiam corporis Christi uisione beatifica in uerbo. Dicendum, quia uisio beatifica, ut talis terminatur ad diuinam essentiam: & nō ad aliquam creaturam. Nō enim est de ratione beatitudinis cognitio cuiuscunq; creaturæ secundum illud beati Aug. lib. confes. Beatus est domine, qui te uidet: etiam si alia nesciat. Si autem te, & alia uideat, non propter hoc beatior. Accidit ergo beatitudini hanc, uel illam creaturam uidere actu beatifico in uerbo. Illa enim uident in uerbo, quæ speculum illud sanctissimæ trinitatis lucidissimū uoluntarie in se dignatur ostendere: ideo beatifica uident uisione, si ostenditur si non, non uidetur, quod autem horum fiat: dubium nobis est. ¶ Probabile tamen est, q̄ uidere existentiam corporis Christi in sacramento pertinet ad beatitudinem accidentalem animarum beatarum, quia illæ dū erāt uiatrices, habuerunt fidem, quę firmiter crediderunt corpus Christi contineri sub hostia. Visio autem succedit fidei in patria tanquam præmium meritum: licet essentiale præmium succedens fidei sit uisio diuinę essentiæ, qua sufficienter præmiatur (alias quæ sufficienter premiat) omne meritum fidei. Tamen quoad præmium accidentale omnino probabile est, q̄ uisio clara, & cognitio euidens omnium articulorum fidei succedat fidei. Neq; est inconueniens homines beatos aliqua uidere in uerbo, quæ in illo non uident angeli: esto: q̄ non uiderent. Sicut etiam animæ beatæ recipiunt aureolas uirginum, doctorum, & martyrum, quæ non dantur angelis. ¶ De intellectu coniuncto uiatorum aliter, & aliter est dicendum secundum duas opiniones tactas de uisione corporali. Nam quia intellectus coniunctus nihil extra se cognoscit intuitiue, nisi quod a sensu intuitiue cognitum est: & præsentatur intellectui in phantasmate, secundum illud 3. de anima. Oportet intelligentem phantasmata speculari. Dicentes corpus Christi in sacramento corporali oculo uideri posse naturaliter, si non subtraheret suā coactionem deus: habent dicere consequenter, q̄ etiam intellectus coniunctus uidere potest Christi existentiam in hostia. Siquidē quicquid cognoscit sensus intuitiue, qui est potentia inferior, etiam cognoscit intellectus coniunctus, qui est potentia superior. Qui autem negat sensum cognoscere posse; habent consequenter negare hoc idem de intellectu coniuncto quantum ad notitiam intuitiuam. Habent autem uiatores fideles notitiam enigmaticam præsentiæ corporis Christi per fidem longe certiorem quęcunq; notitia, naturali experientia causata: quia illi falsum, subesse non potest: nec falli potest. Experientia autem fallax. Vnde nonnunquam uidere dicimur ea, quæ fide tantum cernimus, seu cognoscimus: & fides oculus dicitur, qui decipi non potest. Vnde & beatus Aug. fidem scientiam nominat non propter euidentiam (quia secundum apostolum. Fides est argumentum non apparentium) sed propter infallibilem certitudinem. Et hoc modo etiam admitti posset modus loquendi dicentium. Christum

An diabolus prohibeatur uidere præsentiam corporis Christi sub eucharistia.

Phil. 2.

Z

Augus.

An angeli & beati in cęlo uideant existentiam corpis Xpi sub eucharistia i uerbo.

Heb. 1.

uidi

uidi sub hostia, ideſt firmiter credo, præter modos prędictos: ut ſic intelligatur. Vidi Chriſtum in ſacramento. i. uidi ſacramentum, in quo contineri ueraciter Chriſtum firmiter credo. Et ſecundum hoc intelligenda ſunt uerba quorundam ſacerdotum oſtendentium euchariſtiam infirmis, & quęrentium. Credis hoc, quod uides eſſe uerum corpus Chriſti: ut ſit demonſtratio, & relatio ad intellectum. i. credis hoc, quod fide concipis eſſe ſub hoſtia uiſa eſſe corpus Chriſti, uel ꝙ fiat demonſtratio, & relatio ad ſacramẽtum. i. credis ſub hac ſpecie, quam uides, eſſe corpus Chriſti. Cautius ergo dicerent, credis ſub hoc ſacramento eſſe uerum corpus Chriſti. ¶ Finaliter de alijs tranſmutationibus paſſiuis ad formas corporales. An aliquæ tales poſſit fieri naturaliter, ſiue per cauſas naturales in corpore Chriſti ut in ſacramento, uidendum. Et eſt primò dicendum, quia corpus Chriſti in ſacramento eſt glorioſum: doteſq; glorioſi corporis cõcomitatur ipſum, ut in ſacramento. Eſt ergo ibi impaſſibile, & immortale: propter quod nullum agens naturale in ipſum agere poteſt ad eius trãſmutationem, etiam ſi eſſet localiter in ſacramento. ¶ Sed quid, ſi adhuc eſſet mortale, ſicut fuit in cena. Poteſt breuiter dici: ꝙ illud fieret, quod in cęna factum eſt, de quo ſupra lec. 32. ¶ Sed quid ſi dominus non ſuſpenderet actionem ſuam, nec cauſarum naturalium, tunc uariabitur reſponſio ſecundum duas opiniones tactas. Diceret enim opinio prima Sco. ꝙ nullum agens corporale poteſt habere quamcunq; actionem circa corpus Chriſti, ut circa paſſum: ut eſt in ſacramento: eo ꝙ deficit illa habitudo ſitualis inter agens, & patiens: quæ ſecũdum eum neceſſaria eſt ad actionem, & paſſionem, ut ſup. dictum eſt. Vnde conſequenter dicit: ꝙ corpus Chriſti ut in ſacramento, nec nutritur, nec reſpirat: nec aliquo modo tranſmutatur. Vnde uidetur conſequenter dicendum, ꝙ ſi corpus Chriſti mortale, & paſſibile eſſet ſub hoſtia, & nullibi extra in conſiſtentia naturali: conſeruatis ſpecieb⁹ perpetuę: nunquam morereturnec tranſmutaretur: quia ei ut ibi, non poſſet applicari corrumpens naturale, eo ꝙ non eſt in loco dimenſiue: nec in ſeipſum agere poſſet: aut unum membrum in aliud eadem ratione. Sed ſecundum aliam opinionem oppoſitum dicendum, ſcilicet ꝙ omnis tranſmutatio naturalis, quę fieri poſſet circa corpus Chriſti, ſi eſſet in ſacramento dimenſiues etiam nũc fieri poſſet, cum ibi ſit dsffinitiuæ, ut ſup. dictum eſt: ſi deus relinquæret res ſuis naturis; & non ſuſpenderet actionem earum.

An aliquæ tranſmutationes corporales paſſiuæ poſſint naturaliter fieri circa corpus Xpi in euchariſtia.

DE PRAEDICAMENTO VBI.

LECTIO. XLVI.

EXPEDITIS his, quæ reſpiciunt prædicamẽta actionis, & paſſionis tam quoad ſacramentales ſpecies corpus Chriſti continentes, quam quoad corpus Chriſti cõtentum. Conſequenter dicendum foret de habitudine eiuſdem corporis quantum ad prędicamentum habitus uidelicet utrum ſit in ſacramento ueſtitum doctibus glorię ſicut in cælo: & utrum ſub illis ſit uiſibile, ac ſenſu perceptibile. Verum quia de ſecundo ſufficienter dictum eſt lec. proxima. de primo etiam aliquid commemoratum eſt ſupra lec. 42. prope finem:

A

Vtrũ corpus Xpi ſimul eſſe poſſit in diuerſis locis circumſcriptiue.

& di-

& dicetur infra: quoniam ex dicendis intellectus eius pendet, ideo his dimissis transeundum est ad prædicamentum ubi. ¶ Et quantū ad illud duo sunt principaliter tractanda. Primum utrum corpus Christi simul esse possit in diuersis locis, puta, in cælo, & in sacro. Itē utrū etiā possit sacramētaliter esse in pluribus altaribus. Secundo de locali motu corporis Christi: utrū de cælis descendat per mediū ad hostiam in hora consecrationis. Itē utrū localiter moueatur motis speciebus. ¶ Circa primum est multorū doctorum opinio: q̄ licet corpus Christi sacraliter sit in pluribus locis, puta in omnibus altaribus, & locis, ubi cōsecratur eucharistia, uel ubi reseruatur, fide ad hoc concedendum compellente, tamen corpus Christi, & quodcūq; aliud esse in pluribus locis a se separatis circumscriptiue, & secūdū proprias dimensiones est simpliciter impossibile. ¶ Quod multipliciter probare nituntur. Tū quia impossibile est aliquid esse extra terminos proprios: sed termini loci, & locati, sunt simul. ergo quod est extra terminos loci, & extra terminos propositionis. Tū secūdō: quia impossibile est idē esse unū, & plura: sed si idē esset commensuratiue in diuersis, ubi esset plura: quia sicut locatum commensuratur loco secūdū quantitatē continuam: ita et secūdū quantitatē discretā. Tū tertiō: quia sicut res per naturā propriā est, est tantum in una specie: ita per unam dimensionē est tantū in uno loco simul: quia sicut natura ad speciē: ita dimensio ad locū. Tū quartō: quia quæcunq; ubi distincta possunt esse termini motus: sed termini motus sunt contrarij, contraria uerò ineſſe eidem non possunt: ergo diuersa ubi non possunt simul conuenire eidē. Tū quinto, pari rōne, qua idē posset esse in pluribus locis, posset esse in omnibus, & sic ubiq;: quod repugnat limitationi creaturæ, & est proprium dei. Tum sexto: quia idem temporale non potest esse diuersis temporibus, prius. s. & posterius: ergo idem locale nō pōt esse in diuersis locis. ¶ Item illa positio includit multa contradictoria. Infert et eidē ineſſe contraria. Infert etiā multa absurda, & nō intelligibilia. Primū probatur: quia sequeretur, q̄ idem esset sursum & deorsum, dextrū, & sinistrū, ante, & retro: quæ sunt contraria respectu eiusdē. ¶ Itē idem esset calidus, & frigidus, ut si esset in stuba calida: & foris esset, et in medijs niuibus. Sic enim ignis produceret calorē in eū in stuba sicut in aliū sibi collateralē. & similiter niues producerent frigiditatem in eundem existentem in medio niuium: quia ubiq; agens haberet passum dispositum, & sufficienter sibi approximatum, & ita de similibus. ¶ Item sequeretur: q̄ idem moueretur, & quiesceret: moueretur hic, quiesceret Romæ: hic sanus, ibi infirmus: hic uulneratus, ibi integer perfectus, & sanus: hic uidēs, ibi cæcus, & exoculatus: hic acephalus, & sine capite, aut alijs membris truncatus, ibi totus omnibus contextus: hic patibulo affixus, aut aquis præfocatus, ibi solatijs indulgens, cōuiuijs, & uoluptatibus deditus: hic fame deficiens, ibi abundanti se cibo reficiens: eandem hic uiuus, ibi mortuus. Hæc sequuntur, si in diuersis locis circumscriptiue existenti diuersa exhibentur, ut si idem hic fuerit, & Romæ, & unū oppositorū hic aliud Romæ adhiberetur. ¶ Item sequeretur idem distare a seipso. Hęc omnia uidetur implicare manifestam contradictionem, cum semper terminus priuatiuus infert suum negatiuum, ut sequitur: cæcus, ergo non uidēs: quiescit, ergo non mouetur: uiuit, ergo non mortuus: & ecōuerso. Est Romę & hic, ergo distat. Et idem ergo non distat: nam inter ea, quæ idem sunt, nihil mediat. Itē sequitur: q̄ naturaliter eadē materia subijcitur diuersis formis substantialibus specificis. Nam si idem nutrimentum conueniens diuersis animalibus, ponatur in diuersis locis, & sumatur a diuersis animalibus in illis locis existentibus, singulorum uirtus nutritiua conuerteret illud in suam

Opinio cum suis motiuis; qui non.

B

substantiã, & sic eadẽ materia nutrimenti erit sub diuersis formis substantialibus: & animabitur diuersis sensitiuis animabus specie distinctis. ¶ Similiter si idem lignum distantibus ignibus applicetur: siue diuersi ignes eidem ligno in diuersis locis existenti, quilibet ignis in illud tanquam in passum sibi proportionatum, & sufficienter applicatum produceret formam ignis: & non unam, quia agentia sunt diuersa, ergo plures, & materia est eadem, ergo. ¶ Itẽ sequeretur: q̃ quãtumcunq; paruulus ignis posset cõburere omnia combustilia. Habet enim ignis hic combustibile sibi approximatũ: & ibi aliud: & in tertio loco tertiũ: poterit agere in quodlibet: quia super quodlibet habet dominiũ agendi: & ita simul in infinitis. Sed uirtus, quæ posset simul in multa parua passa, posset simul in passum magnũ integrãdũ ex illis paruis. & ita minus ignis posset cõburere totũ combustibile integrandum ex omnibus combustibilibus. Vel ponatur, q̃ ille unus applicetur totiens singulis partibus combustibilium: quot sunt partes, super quas habet dominiũ: & sic cõburet oẽs partes omniũ combustibilium: & per cõsequẽs omnia cõbustibilia: quæ omnia uidentur absurda. ¶ Sed illis non obstantibus est alia opinio doctoris subtilis in 4. distin. 10. q. 2. & Guiliel. Ockam ac suorum sequacium, quæ uidetur probabilior, quia magis attribuit: & magnificat dei omnipotentiã, quę tenet; q̃ corpus Christi non solũ in diuersis locis esse possit sacramentaliter: sed etiã per diuinã potentiã esse possit in diuersis locis circumscriptiue, & localiter: & in tot, in quot placuerit suæ omnipotenti uoluntati. Et quod dicitur de corpore Christi: similiter de quolibet corpore asserẽdũ est, quoniã omnia corpora: immo oẽs creaturæ æqualiter sunt in potentia obedientiali respectu omnipotẽtiæ dei: hoc est dictu: æqualiter oĩs creatura obedit oĩpotentiæ dei. ¶ Ratio autem principalis, & generalis huius opinionis est aliquotiens supra tacta, quia nihil est negandum ab omnipotentia dei: quod non includit contradictionẽ euidenter. unde dicit Sco. ubi supra, q̃ deo est possibile omne, quod non includit cõtradictionem: est maxima mihi certissima. Et ockam trac. de sacra. c. 6. Nihil debet Christianus negare posse fieri diuina uirtute, nisi quod per rationem ex per se notis, quæ nullus poterit dubitare, potest euidenter probare: includere contradictionẽ. Vel nisi hoc possit elici ex scriptura sacra. Non enim iuxta modũ causarum naturalium potentiam diuinam arctare debemus: cum diuina ptãs uirtutẽ creaturarũ omniũ in infinitũ excedat. Hæc ille. Idẽ autẽ corpus esse in diuersis locis localiter, & circumscriptiue non includit cõtradictionẽ, ut patebit soluendo rationes supra adductas, nec eius oppositum habetur in scriptura canonica: aut ecclesiæ determinatione, nec ex his euidenter probari non põt: ideo negandũ non est a potentia dei absoluta. ¶ Præterea corpus Christi esse in diuersis locis sacramentaliter concedere oportet secũdũ fidẽ catholicã: sed est æquæ, immo magis possibile corpus Christi esse in pluribus locis localiter, quã sacramẽtaliter: ergo. Quòd sit æquè possibile, patet: quia non magis repugnat sibi, q̃ sit totum in diuersis locis, & partes præcisè in partibus illorũ locorũ, quam q̃ sit in illis totũ in toto, & totũ in omnibus partibus: sed secundum de facto cõceditur, ergo primum de possibili non est negandũ. Quòd uerò sit magis possibile: quia in primo sunt duo miracula: in secũdo sufficit unũ: siue in primo sunt duo supra naturam: in secundo tantum unum. In primo enim miraculosum est, & supra naturã, q̃ corpus est in loco totũ in toto, & totũ in qualibet parte: hoc enim secundũ naturam conuenit spiritui soli. Secũdũ supra naturam est, q̃ idem corpus est in diuersis locis abinuicẽ separatis, scilicet diuersis hostijs consecratis. In secundo autem non est nisi illud secundum

C Guil.

Respõsio eorã qui sit cũ suis rationibus, & probationibus.

Sco.

Nõ includit cõtradictionẽ ideo non est a diuina potentia negandum.

miracu-

miraculum, & non primum. Non enim uidetur: quin ubicunq; deus potest facere aliquam substantiam sub modo sibi non naturali, q etiam ibi possit eam facere sub modo suo naturali. Cum ergo corpus suũ potest facere presens diuersis hostijs, totum toti, & totum cuilibet parti, qui est modus non naturalis substantiæ materiali, poterit, & ibi facere corpus suum modo naturali. ¶ Nec ualet illud, in quo plurimum se fundant opinantes oppositum, scilicet q in sacramento est per conuersionẽ alicuius, scilicet panis in corpus Christi: ideo potest esse in omnibus locis, in quibus fuit substantia in ipsam conuersa. Non tamen est in aliquo illorum locorum per dimensiones proprias: sed per dimensiones panis conuersi &c. & ita non potest esse nisi ubi fuit substantia conuersa. Nec aliter quam modo substantiæ, cuius est esse totũ in toto &c. ut supra habitum est lectione. 43. Quia conuersio panis in corpus Christi, non est ratio formalis corporis Christi esse in loco panis conuersi, quia potest conuersio fieri absq; hoc, q illud, in quod fit conuersio succedat in locum conuersi, ut habitum est supra lect. 40. Similiter posset esse corpus in hostia sub conuersione alicuius in ipsum: puta si simul esset cũ substantia panis: quod licet non ita sit de facto, tamen ita posse fieri dubitandũ non est, ut patet supra lect. 40. Quia licet opinio, quę hoc tenuit ita esse de facto, hodie non tenetur, non tamen reprobata est tanquã dicens aliquod impossibile. Illo ergo posito, iam non esset ibi per conuersionem. ¶ Item posset substantia quanta æqualis corpori Christi conuerti in corpus Christi quãtũ: quia quodlibet creatũ põt conuerti in quodlibet creatum &c. ut supra lect. 40. & tunc erit corpus Christi in loco conuersi localiter, & circumscriptiue, quia modo quantitatis conuersæ, & ita potest esse localiter in pluribus locis. ¶ Ideo dicitur, q nihil includit simpliciter impossibile, idem corpus esse in diuersis locis localiter. Sicut nec impossibile est plura corpora esse simul penetratiue in eodem loco: quod concedere oportet tam de corporibus glorioſis, quam non glorioſis, ut supra probatum est lectio. 43. quamuis utrumq; sit naturaliter impossibile. Vñ uenerabilis Hugo de sancto uicto. lib. 2. de sacramentis par. 8. c. 11. ad ꝓpositũ quærit. Qũo inquis, corpus Christi unũ, eodẽ tempore in diuersis locis esse potest, hic est, ibi est, & totũ utrobiq; est, & in multis locis similiter, noli mirari. Qui locum fecit, corpus fecit, & locũ in corpore, & corpus in loco: & qui fecit, ut unũ corpus in uno loco esset, fecit, sicut uoluit. Et si uoluisset, aliter facere potuisset, nam & quando uult, aliter facit, & est: sicut ipse uult semper. Quia autem sicut ipse fecit, ut corpus unũ in loco uno esset, tu quod factũ est, uidisti, & nescis aliud, nisi quod factũ esse uidisti. Idcirco miraris, quando aliud uides, uel audis, quam uidere, & audire consueuisti. & sequitur. Idcirco cũ quid mirari ceperis, & dixerit tibi forte cogitatio tua, quomodo hoc esse possit, cogita facientẽ, & desinet esse mirabile, quicquid illud fuerit. Et si forte mirabile non esse desuerit, tamen incredibile non erit. Si factor opus cogitatur, non erit impossibile, quicquid erit. Hæc Hugo. ¶ Sed pro solutione obiectorũ pro opinione contraria, ponit Scotus tres regulas, quibus ostendit, quid cõcedendum est de corpore Christi in diuersis locis existente, quid ue negandũ. ¶ Prima. Quæcunq; sunt priora essentialiter ipso ubi, uniformiter insunt corpori habenti diuersa ubi. Quæ uerò posterius, uel simul natura, uariantur ad uariationem ubi. ¶ Secunda. Sicut passum existens in uno loco reciperet formam a duobus agẽtibus sibi ibidem approximatis, sic ipsum patietur ab eisdem existens in duobus locis sibi in eisdem approximatis, & intelligendo de passione ad formam absolutam. ¶ Tertia. Sicut corpus in uno loco existens, se haberet

D

E

Hugo.

F

Quid cõcedẽdũ, & qd negandũ de corpore Xpi in diuersis locis existẽte.

in ratione actiui ad diuersa passa ibidem sibi approximata in illo loco, sic ipsum existens in duobus locis, se habet ad illa sibi in illis approximata. ¶ Per primam regulam hoc patet: quòd omne accidens absolutum, quod inest alicui in uno loco, etiam sibi inest in alio, si fuerit simul in diuersis locis. Vnde si aliquis fuerit in Basilea, & Romæ, si hic fuerit calidus, albus, sanus, iuuenis &c. etiam Romæ est talis, & econuerso, qualis fuerit Romę: talis hic. Similiter & negatiue, qualis non fuerit hic talis non est Romæ. hoc tamen non oportet de motu ad locum: quia non sequitur, si mouetur hic, ꝙ etiam localiter moueatur Romæ, nec econuerso. Motus enim localis est respectu loci, & ideo non oportet ꝙ sit idem in diuersis locis. ¶ Ex secũda, & tertia regulis habetur, ꝙ si in aliquo existẽte hic & Romæ aliqua qualitas producitur hic, illa etiam merito eidem Romæ, & si aliqua destruitur hic, desinit etiam Romæ. Et si aliquod passum fuerit fortius in resistendo hic, resistit agenti debiliori in Romæ: ut gratia exẽpli. Frigiditas sumæ: hic illa resistet agẽti in Roma: si agẽs in Roma fuerit approximatũ: nimirũ, quia si fuerit in subiecto hic, quod etiam est Romæ: est etiam in eo Romæ. Verum iste regulę uidentur habere ueritatem intelligendo eas, secundũ cursum naturæ post miraculum, hoc est posito aliquo corpore per miraculum ad diuersa loca per potentiam diuinam, & postea dimittendo res suis naturis: sic uidentur habere probabilitatem. Sed loquendo consequenter secundum diuinam potentiam absolutã, de qua loquitur opinio opposita inducens argumenta, quibus probare nititur, ꝙ etiam per diuinam potentiam absolutã non pòt idem corpus simul esse in diuersis locis, regulæ illæ nõ uidentur subsistere. Quod etiam doctor ille uidetur sentire, qui ponit regulas præmissas, nã. q. 4. dist. 10. quarti scripti dicit. Posset dici: ꝙ non necesse, posita existẽtia corporis Christi hic, & alibi, ꝙ illa, quæ insunt corpori sub una existentia, insint sibi sub alia loquendo etiam de formis absolutis, nec tamen sequitur contradictio; ut consequenter declarat. ¶ Ideo posset poni G alia regula de mente Guil. ockam. Quęcunq; sunt abinuicẽ realiter distincta, & separabilia, deus potest unum eorum ponere in diuersis locis, & aliud conseruare in uno alio loco tantum. Gratia exempli. Sit corpus aliquod calidum, substantia corporis, & caliditas realiter distinguũtur, & possunt separari, quia potest manere substãtia corrupta caliditate. Potest ergo deus substantiam corporis ponere ad plura ubi, & caliditatem conseruare in eo in uno loco tantum. Patet, quia quæcunq; contingenter coniunguntur, & inter se, & eidem tertio, pòt unum illorũ conuenire illi tertio absq; hoc, ꝙ aliud conueniat eidem, sed præsentia huius loci, & qualitas absoluta contingenter coniũgũtur inter se, & respectu corporis: ideo non oportet, ꝙ si una cõiungatur et alia coniungatur. Potest ergo qualitas cõiungi corpori, sine præsentia eius ad illud ubi, & sic sibi inexistere in alio ubi: & non hic. ¶ Præterea nó est maius qualitatem simpliciter separare a subiecto, quã separare quo ad certum ubi. Primũ, potest ut est in sacramento, ergo et secũdũ. ¶ Itẽ ꝙ nihil cogitur deus, si unã rẽ ponit ad diuersa ubi, ꝙ ideo aliud ab eo separabile similiter ponat ad diuersa ubi. Ex qua regula patet, ꝙ nó est necessarium, ꝙ si aliqua res fuerit, hic, & Romæ, quod eius accidentia similiter sint hic, & Romæ. Potest. n. aliquod accidens sibi hic inesse & non Romæ, ita ꝙ illud accidens non replicetur ad replicationem sui subiecti. ¶ Et per hoc respondendum est ad rationes alterius opinionis, quæ pro maiori parte ita procedunt contra præsentiam corporis Christi sacramentalem pluribus locis sicut contra præsentiam localem. ¶ Ad primum conceditur H maior, quòd res non potest esse extra terminos suos, quia non extra

Quid attribuẽdũ sit ut quid nõ cori pori replicato ad diuersa ubi.

Guiliel.

Respõdetur ad rationes oppositas.

se.

Qualitates cõtrarie an posint esse in eodẽ subiecto.

se. Vbicunq; enim fuerint: nõ separatur a seipsa. Minor autem, termini loci, & locati sun simul: si intelligitur adæquate non est uera, quia qñ locatum est in pluribus locis, nullius loci termini sunt adæquate simul cum terminis locati. Si intelligitur non adæquate. consequentiã nihil ualet. Et id argumentũ fieri põt de corpore Christi, quod uere locatũ est in cælo, & in loco specierũ: quia nõ minus locatur indiuisibile per locũ definiẽtẽ, quã diuisibile per locũ transcribentẽ: licet nõ eodẽ modo. Corpus aũt Christi est in facto modo rei indiuisibilis. i. totũ in toto, & totũ in qualibet eius parte. ¶ Ad secundũ conceditur, q; idẽ nõ põt esse plura, ad sanũ intellectũ. Ad probationẽ de commensuratione continua, & discreta dicitur: uerũ est de facto & naturaliter: ideo de facto unũ locatũ non est in pluribus locis: non aũt sic est secũdũ potentiã diuinã. Nam secũdũ illam, sicut plura possunt esse in eodem loco penetratiue: ut supra frequenter dictũ est per potentiam diuinã: ita possunt esse plura loca unius per eandẽ potentiã. ¶ Ad tertiũ negetur cõsequentia: quia natura habet se essentialiter ad esse illius speciei, non sic dimensio ad locũ. Nam mere cõtingenter habet se quælibet dimensio ad locũ: quia nullus locus est essentialis dimensionibus locatis: quia põt locatũ esse extra talẽ locũ. Sub alijs uerbis soluit Sco. quæ tamẽ idem importat. ¶ Ad quartũ de terminis motus cõtrarijs dicitur, q; termini motus realis, qui sunt locus, a quo, & locus, ad quẽ non sunt contrarij: quia possunt esse res eiusdẽ spẽi: ut partes eiusdẽ aeris, uel eiusdẽ aquę: sed priuatio, & forma inter quæ est motus: ut non esse in loco a, & esse in loco a, sunt contrarij. i. non conueniunt eidem: quos Sco. uocat primos terminos motus, sic. n. motus est inter terminos contrarios: quia inter priuationem, & habitum. ¶ Ad quintum conceditur, q; idẽ corpus posset per diuinã potentiã de facto esse ubiq;, nec si esse ubiq; est propriũ deo: sed esse ubiq; per naturã propriã: ita q; impossibile sit esse locũ, in quo nõ esset, est propriũ deo: & hoc nulli creaturæ cõcreatur. ¶ Ad sextũ dicitur, q; idẽ tpale põt esse diuersis tpibus: quia hodie, & heri, & cras, & prius, & posterius. i. in tpe priori, & posteriori, quia in præterito, & futuro: uerũ si prius, & posterius includerent negationẽ: ut prius diceretur, quod præcederet posterius, & nõ esset cũ posteriori: sic non est simile: quia esse in pluribus locis nullã includit negationẽ. ¶ Si dicis, ẽt si non includũt negationẽ, adhuc non põt idẽ esse simul in diuersis tpibus. Rndeẽ, q; diuersis tpibus repugnat esse simul: cũ tps sit res successiua: siue aliquid si in tpe, siue nõ: ideo diuersis & eidẽ repugnat esse simul in diuersis tpibus: non aũt diuersis locis: immo omnia loca possunt simul esse tpe etiam simul loco per potẽt ã diuinã. ¶ Ad rõnes de inconuenientijs, quæ adducuntur: primò de contrarijs, & de illis positionũ differentijs sursum, deorsum, ante, retro &c. iã dictũ est, q; illæ non sunt contrarię, quia possunt esse eiusdẽ spẽi. Sed loquendo de contrarijs, proprijs scilicet formis naturale repugnantiam in eodem subiecto habentibus, ut calor & frigus. De illis sunt duo modo loquendi. Quidam dicunt: q; simpliciter repugnant, & q; sunt tales naturæ, quę formaliter repugnant ex propria natura: ideo non possunt esse simul etiam per diuinam potentiam: quia naturam propriam mutare non possũt. Hoc. n. implicat: quia si mutat res naturam suã; iã non est res illa. Natura enim rei est sibi essentialis, & ideo mutata natura rei mutatur res ipsa. Est enim natura res ipsa, uel forma rei. Sed unde hoc probetur: non facile inuenitur nisi per experientiã: qua experimur q; unũ contrariũ expellit aliud: nec se compatiuntur in eodẽ. Sed experientia cursus naturalis nõ præiudicat diuinæ potentiæ, quæ est super ordinem naturalem. Nec ualet si diceretur, quod contraria inferunt contradictoria. Hac enim ratione con-

Termini loci quo, & si sunt contrarij.

Sco.

I

traria non possunt simul esse uera: quia sequeretur, q; contradictoria essent simul uera. Illud.n. nó est uerú de qualitatibus cótrarijs, sed de ꝓpositionibus cótrarie oppositis, ut omnis hó currit: nullus hó currit: illæ inferunt cótradictoriá: quia sequitur, nullus hó currit: ergo aliquis hó nó currit: q; est contradictoria huius, omnis hó currit. Sed ex illa, a est calidú, nó pót euidenter inferri: ergo a nó est frigidú, & ideo qualitates contrarias esse simul in eodẽ subiecto: quia nó includit contradictionẽ euidenter. non erit simpliciter impossibile, nec negandú, quoniá deus posset contraria simul ponere, & cóseruare in eodẽ subiecto. ¶ Et si dicis, si sunt simul, unú corrumpet aliud: sicut uidemus etiá, cú sunt in diuersis subiectis sibi approximatis. Dicitur: q; ita uidemus fieri naturaliter: ita oppositú fieri posset supernaturaliter. Posset.n. deus suspendere actionẽ earú, sicut suspendit actionem ignis in camino respectu trium puerorú. Per hoc ad rónẽ illá dicitur secúdú illú modú, q; nó est inconueniens idẽ esse calidú, & frigidum: & hoc uerú est nó tantú de existente in diuersis locis; sed etiá de existente solum in uno loco, secundum q; nonnulli dicunt corpora damnatorú simul pati ab intenso calore, & frigiditate in inferno: & non tantú per uicissitudines. ¶ Vel secúdú alioK tú opinionẽ pót dici, q; in casu argumenti non producuntur qualitates contrariæ: quia ille simul existens in stuba calida, & in medijs niuibus, non simul calet, & friget: sed alterum tantú contingit secúdú regulas Scoti. Quia aut frigiditas niuis, & caliditas stubæ habent ad seinuicẽ proportionẽ æqualitatis, uel inæqualitatis. Si primú: non fit actio. Si secúdú, tunc illa qualitas, quę habet proportionẽ minoris inæqualitatis, agit tantú producendo similẽ, & contraria in agendo impeditur: ut si frigiditas niuis est fortior calore stubæ, talis existens utrobiq; non calefiet in stuba, sed frigefiet. Si autem calor est fortior: calefiet utrobiq;. Vel dicetur: q; licet cótraria repugnent in eodẽ subiecto in uno loco naturaliter cósistenti: possunt tamen inesse eidẽ subiecto in diuersi locis replicato: hoc est habent repugnantiam in eodẽ subiecto, & loco, non aút in diuersis subiectis: ut patet de corpore Christi in sacro, nec in eodẽ subiecto in diuersis locis replicato: & ideo nihil impedit aliquod idem Romæ esse calidum, Parisius, esse frigidú: si fuerit utrobiq;. ¶ Ad nonum ubi inducuntur multa priuatiue opposita de eodem, exL quibus inferuntur contradictoria: dicendum: q; æquæ procedunt de corpore Christi in diuersis altaribus etiam in uno altari & in naturali consistentia existenti: puta in cruce, & in hostia: in sepulcro, & in hostia: in cælo, & in hostia: ideo distinguendum est de negatione priuatiue inclusa in priuatiuis uel negant habitum simpliciter inesse: hoc est nullibi, & nullo modo inesse: ut quiescens ualet tantum, Idest aliquid non motum: & infirmus idest aliquis non sanus: cecus aliquis non uidens: acephalus nullibi habens caput: mortuus nó habẽs uitá: & sic de alijs Et illo modo accipiuntur: quin prædicantur simpliciter sine determinatione sibi addita. Et tunc opposita priuatiuę inferunt opposita contradictoria: ut bene sequitur: a est uidẽs & cecus: ergo uidens & nó uidens: & sic de alijs. Aut negãt habitú inesse, non simpliciter, sed certo modo, uel loco per determinationẽ sibi additam expressam: ut quiescẽs Romę i. non motus Romæ: cæcus in tenebris. i. nó uidẽs in tenebris, mortuus in cruce. i. nó habens animá in cruce præsentẽ, & uiuificantem. Et tunc terminus priuatiuus non infert contradictorium. unde nec sequitur. quiescit hic, ergo nó mouetur, sicut nó sequitur, cæcus hic, ergo cæcus, mortuus hic, ergo mortuus, quia in omnibus locis arguitura parte in mó ad totú, siue ab inferiori ad superius negatiue, quę consequentia nó ualet, sicut non sequitur, nó est coloratus colore albo, ergo nó est coloratus.

Qualitates cõtrarie an posint esse in eodem subiecto.

Priuatiue opposita an posint dici de eodem.

¶ Et

¶ Et per hoc patet, ꝙ accipiendo priuatiua primo modo, omnes propositiones de prædicatis priuatiuis in casu argumentis sunt negande. ſ. a hic quiescit: a est infirmum,cæcũ, acephalũ,mortuum (ut hic) determinat ipsum a. nec sequitur,non mouetur hic,ergo quiescit,sicut non sequitur,non mouetur hic,ergo non mouetur. Et ita nunquam termini priuatiue oppoſiti prædicãtur simul de eodem. Vnde licet unus in aliquo loco quiesceret, in alio moueretur.In uno loco exocularetur,capite truncaretur,aut cęteris membris in uno loco anima desineret informare corpus &c. & non in alio tñ de tali cõcedẽdũ nõ est ꝙ mouetur & quiescit,ꝙ est oculatus & exoculatus &c. quia omnes illæ de prædicatis priuatiuis sunt simpliciter falsæ. ¶ Si uerò termini priuatiui accipiuntur secundo mõ,tunc omnia illata sunt concedenda.ſ.idem quiescret& moueretur,esset uiuũ & mortuũ,nec tñ inferũtur cõtradictoria,quia tunc mortuũ tantũ ualet, aliquod in certo loco, in quo natũ est habere uitã in se: nam habet uitã. Et illæ stant simul a corpus in certo loco habet animã seuiuificantem. Et ita secundũ opinionem Hugonis tactam supra lectione.37. ſi sacramẽtũ in cęna fuisset reseruatum per triduum,quia ibi fuisset impassibiliter,fuisset corpus Christi simul uiuũ,& mortuũ,uiuum in sacramento,mortuũ in sepulcro: ut manifeste patet resoluẽdo terminos. Sed secundũ eandẽ opinionẽ, & eundẽ casum;corpus Xpi in sepulchro non fuisset simpliciter mortuũ,capiẽdo mortuũ primo mõ, quia falsũ fuisset dicere,ꝙ corpus istud iacens in sepulchro nullibi habuisset uitã.

¶ Nec uideatur alicui absurdũ dicere idẽ uiuũ,& mortuũ secundo modo accipiẽdo mortuũ:quia cum eadem materia per diuinã potentiam põt subijci diuersis formis specificis,potest ét replicari ad diuersa loca. Ponatur,ꝙ hic subijciatur formæ asini,alibi formæ lapidis:in casu ista materia hic uiuit uita sensitiua,alibi non uiuit: hic est animata,alibi est inanimata:id est ibi nõ habet anima. Et hoc uerum, ſi animatum, & inanimatum accipiuntur ut differentia accidentales. Secus ſi accipiuntur, ut sunt differentiæ essentiales oppositæ. Sic.n. simpliciter impossibile est idem hic esse animatum, & inanimatũ,sicut, impossibile est;idẽ hic esse hominẽ:& alibi esse, & nõ esse hominẽ:licet.n.hic sit cõpositũ ex anima,& corpore:& alibi sit idẽ corpus sine anima:quod credo possibile,nihil tñ,quod hic est hõ,est alibi nõ hõ:quia illud idẽ,quod hic est,& alibi:nec hic,nec alibi est homo,solũ namq; corpus est idẽ hic,& alibi in casu,& corpus non est homo. Hõ.n.neq; est corpus tãtum:nec anima tantũ,sed ex utroq; animal cõpositum, & tale compositũ in casu nõ est hic,& alibi. Suo mõ dicitur de alijs terminis absolutis, puta lapis,terra,animal,corpus,&c. ¶ Conceditur itaq; : ꝙ in casu argumenti idẽ moueretur,& quiesceret:idẽ esset uulneratum,& integrũ,idem uidens,& cæcus:idẽ acephalus,& mẽbris truncatus,& integer,ac perfectus. Idem hic patibulo affixus,aut aqua suffocatus: & alibi solacijs indulgens: conuiuijs,ac uoluptatibus deditus,idem uiuus, & mortuus idem hic famæ deficiens, alibi sufficienti cibo reficiens. Nam possibile est nutrimentũ hic sumptũ conuerti in substantiã aliti:& illud sic conuersum non replicari ad aliũ locũ, cũ sit realiter distinctum a corpore nutrito,quia ei de nouo additũ. Ex quo cõsequenter sequitur, ꝙ posset alibi mori famę, & hic unpingueſcere. Posset enim corpus alibi sicut hic resolui per actiones caloris naturalis, ita ꝙ anima utrobiq; partes materiales resolutas desineret informare, & hic fieret restauratio deperditi per nutrimentũ hic, cõuersum in substantiam aliti, & non alibi,& ita per continuam resolutionem alibi, & restaurationis defectum, tandem anima simpliciter desineret informare corpus alibi licet nõ hic: & ita alibi moreretur animal, hic uiueret. Sic etiam staret idem cor

M

mirabiles ꝙ positiones, quæ uerificã ur de repli atis ad di ersã ubi.

pus hic uiuere sanum, alibi putrescere tanquam cadauer mortuum. Nec est magis impossibile materiam stare sub forma cadaueris in uno loco, & eandem in alio loco stare sub forma uiuentis, quam hic stare sub forma uiuentis, & alibi sub forma lapidis, uel alia quacunq; . ¶ Ad decimum dico, ꝙ si distantia distinguit diuersitatem terminorum inter quos est aliquod medium: sic idem non distat a seipso. Si autem distinguit medium aliquod inter hoc, & hoc, non curando, an termini sint disiuncti, uel non, tunc idem potest distare a seipso, quod nihil aliud est dictu, nisi ꝙ aliquod idem est in diuersis locis, inter quæ est realis distantia. ¶ Si dicis, si idem potest esse in locis distantibus, tunc idem posset ad seipsum moueri, ac sibi obuiare a se recedere, & seipsum circumuenire, immo secum loqui, disputare, choream facere, secum pugnare, luctari, & si idem haberet mille loca, facere magnum exercitum in campo, & similia multa, ut chorum clericorum constituere, & diuersis uocibus cantare, tenorem, contratenorem, & discantum &c. ¶ Ad illa dicit Scot. Puerilia sunt sensui, & imaginationi inniteutia. Vnde oia illata tanquam possibilia cõcedenda sunt, nec illa implicãt aliquã contradictionem nec maiorẽ includunt repugnantiã, q̃ idem corpus esse in diuersis locis, quod cũ concessum est, & ꝙ hatũ esse possibile, q̃ sequunt̃, negãda non sunt, nisi manifestã includerent cõtradictionẽ. ¶ Et si dicis: si sic idem impedit seipsum, tunc nunq̃ possum illud, quod ad diuersa loca repliçatum est redire ad unum ubi: quia sit corpus replicatũ a duo loca a, sit unus locus b, aliter c. Si corpus a, debeat redire ad unũ locum, uel ergo de b, ad c, uel de c, ad b. Sed si corpus existens in b, migrat ad seipsum in c, cum uenerit in c, expellit seipsum de c, ad alium locum, & corpus qđ fuit in b, manet in c, & sic adhuc manet in diuersis locis, quia expellens in c, & expulsum in alio loco. sic etiam econuerso si de c, redit ad b. ¶ Ad hoc respondẽt̃ ꝙ si a, est in aliquo loco. s. b, & post per diuinam potentiã ponit simul ad alium locum, scilicet c, non est imaginandum, ꝙ a, migret de b, in c, per medium: sed incipit esse in c. p̃ diuinã potentiã absq; hoc: ꝙ deserat primũ locũ b, uel migret p̃ mediũ. Si ẽt definit cõseruari in c, nõ regredit̃ p̃ b, in mediũ; sed definente in c, cõseruat̃ in b, & ita manet in uno loco, & de hoc latius infra. Et sic ad argm̃ dr̃, ꝙ in casu a redeundo ad unum locum, nec reddit de b, in c, nec de c, in b, per medium se mouendo: sed sic reddit ad unum locũ: quia conseruatur in uno loco, ubi placet Deo: & in aliis definit esse absq; ãcumq; migratione de loco, in locũ ¶ Ad undecimũ concedit̃ consequens illatũ tanquam possibile. Vnde non implicat, ꝙ eidem materiæ in diuersis locis replicatæ possunt inesse simul diuersæ formæ substantiales, & contrariæ accidentales: ut supra dictum est. ¶ Ad duodecimum dr̃: ꝙ ignes illi ex æquo distinctis locis eidẽ ligno in illis locis replicato producunt duas formas, uel unã etiam in duobus locis, secundum quod determinantur a prima causa quãtũ ad indiuiduũ: nec est magis impossibile duas formas eiusdem speciei informare eandem materiã, q̃ diuersas formas specificas informare eandẽ materiam: neutrum implicat contradictionẽ. neutrum põt natura nisi p̃cedente miraculo, nec impedit: quod sunt diuersa agentia, quia diuersæ causæ etiam totales possunt causare eundẽ effectũ, ut alibi declaratur. ¶ Ad ultimum dicitur: quod consequens non est impossibile, nam etiam naturaliter sine miraculo, ignis paruus ex cõbustibilibus augeẽ: nec deficeret, sed creſceret in infinitũ, si ſp adijceret cõbustibilia: nec ideo sequit: quod sit infinitæ perfectionis in agendo: qa nõ põt in quacũq; resistentiã, quia quodcũq; cõbustibile quantũcumq; paruũ si fuerit maioris resistentiæ, non agit in ipsum. Aucto autem igne, augetur & eius actiua uirtus: secus autem si ignis non

N Cũ corpus replicat̃ ad diuersa q̃o hoc intelligitur, uel. n. uadit de loco ad locũ.

eadem materia in diuersis locis põt hẽre diuersas formas.

O

augeretur

augeretur. ¶ Ex his ergo patet, ꝙ nullam contradictionē includit idem corpus esse in diuersis locis circumscriptiuē, non plus quam esse in diuersis locis definitiuē. ¶ Secundo, ꝙ non oportet ꝙ omnia absoluta, quæ insunt, siue uniuntur alicui in uno loco, insint eidem in pluribus locis, si ipsum ad plura replicetur. Quod duplici etiā exēplo ostenditur. Primū de natura assumpta a uerbo: nam secundum opi. pene omnium, unio naturæ humanæ est simul u nioni accidentis ad subiectum, non tamen in omnibus: & illa similitudine non obstante pōt uerbū esse alicubi: immo de facto ubiq; & tamē natura humana assumpta non est ubiq; est ergo alicubi uerbum: ubi non est natura humana. Ergo eodē mō pōt esse in proposito: ꝙ subiectū alicuius formæ sit in pluribus locis, & forma solū informet ipsum in uno loco. Nec impedit illimitatio uerbi: quia sicut uerbū est simpliciter illimitatū: ita subiectū quodcūq; est illimitatum quantū ad potentiam obedientialem dei, & quātum ad aliqua loca. ¶ Secundum exēplum est: quia secundum alios corpus replicatum ad duo loca, habet duo ubi: & duas præsentialitates ad illa: & tñ illa ubi, & præsentialitates non replicantur ad replicationem corporis locati. Sic corpus Christi existens in cælo, pōt habere aliquod accidens absolutum in cælo, & illo carere in sacro quātis de facto omnia creditur habere in sacramēto, ut sup. habitū est. ¶ Tertiò, habetur: ꝙ propter replicationē eiusdē corporis ad diuersa loca non sequitur agens naturale agere per distātiā improportionatā, non .n. oportet, ꝙ si corpus unum sit hic, & Romæ: si hic approximatur ignis, ꝙ generet calorē in Roma. Nō .n oportet calorē hic genitū in illo corpore, quod est hic, & Romę, etiā inhærere sibi Romæ: etiam si calor replicaretur, & esset hic, & Romæ. Non tamen produceretur primò Romæ ab igne hic applicato: sed produceretur primò hic, & esset Romæ per concomitantiam: non per se, & primo. Et tantum de ista materia, quæ si nimis extensa est: ueniā dabit adiutorium scholasticum, cui loquor. ¶ Restat uidere de locali motu corporis Christi. Et primò, utrū R
corpus Christi localiter mutetur, dum ui consecrationis incipit esse sub speciebus panis. Secundò, utrum in hora consecrationis descendat localiter de cęlis per media ad species sacramentales. ¶ Tertiò, utrum moueatur localiter motis speciebus. & si sic per quē moueatur. ¶ De primo est opinio quorundam ut sancti Thomę, & Egidij theo. 1 1. Recitat Scotus dist. 10. q. 1. Sco.
quòd corpus Xpi incipit esse in altari sine sui mutatione locali propter cōuersionem panis in corpus Christi, & ideo non oportet corpus Christi in se mutari. Sufficit enim, quòd aliquid mutetur in ipsum, ad hoc, quòd incipiat ibi esse præsens, quia uniuersaliter sicut genitū est ubi, prius fuit corruptū, nō per aliquā loci immutationē propriā genitis ita illud, in quod cōuersum est aliquid, per conuersionem est ubi prius conuersum fuit, & nō p mutationē loci propriā termini a quo ¶ Sed hęc opinio satis supra reprobatur, per hoc, quòd cōuersio non est ratio formalis corpis Christi esendi sub speciebus panis, uide sup. ¶ Præterea præsentia corpis, sub spēbus panis pōt esse p se terminus alicuius mutationis, & nō conuersionis: quia illa est ad subst̄ātiā corporis Xpi tāquā ad p se terminū, ergo nō ad præsentiā localē, cū eiusdē mutationis non sint plures per se terminiinec pōt alia mutatio assignari, cuius præsentia localis sit per se terminus nisi mutatio localis, ergo. ¶ Itē si aliquod corruptū conuertitur in genitum, non obstante illa conuersione, erit immutatio localis genitis: secundum ockam. q. 3. 6. quodli. Sicut .n materia nō pōt habere nouā formā sine sui mutatione, ita nec corpus pōt habere nouum ubi, quod prius non habuit sine corporis illius mutatione. ¶ Nec ualet si dicerent, quod corpus Christi nō est in loco immediate, sed medianti

bus

Nullam implicat condi tionē idem orpus esse n diuersis ocis circūscriptiuè.

Terrū corpus Xpi localiter mutetur: dū ni consecrationis incipit esse sub pecciebus panis.

bus ſpeciebus,ſub quibus fuit ſubſtantia, & ita non eſt ibi ſicut in loco proprio:quia omne,quod competit alicui mediante alio , cui primo competit, non competit illi niſi propter ſpecialem unionem ad alterum, quam prius non habuit.Sicut exempli cauſa,ignis calefacit, quia calefacere primò conuenit calori,qui informat ignem, & ita calere conuenit igni propter ſpecialem unionem caloris ad ignem . Similiter uerbum dr paſſum , quia paſſum prius conuenit naturæ humanæ,quæ unitur uerbo ſpeciali vnione,ſine qua uerbum non diceretur paſſum . Sed unio corporis Chriſti non eſt ſpecialis ad ſpecies panis, non enim eſt alia niſi quam angeli ad corpus,cui aſſiſtit:ſed ſi angelus eſſet præſens ſpeciebus , non eſſet in loco ſpecierũ propter illas ſpecies,ſed eſſet in loco per ſuam ſubſtantiam definitiue : & ſi de nouo acquireret locum illum , mutaretur localiter ergo & corpus Chriſti non eſt in loco per ſpeciem tanquam per rationem formalem . Et cum de nouo incipit eſſe ſub ſpeciebus,mutatur localiter, quia acquirit locum,quẽ prius non habuit. ¶Item ſicut exiſtens in loco , ita ꝙ uereˊ,& realiter totũ eſt in toto , & pars in parte , eſt in loco per ſe circumſcriptiueˊ , ita exiſtens ſic in loco,ꝙ totaliter vereˊ,& realiter eſt in toto, & totum in qualibet parte:eſt per ſe,& vereˊ in loco definitiueˊ, ſic eſt de corpore Chriſti : ergo non eſt in loco per ſpecies tanquam per rationem formalem exiſtendi in loco.

R ¶Ideo eſt alia opinio tenens, ꝙ corpus Chriſti non ſit præſens ſacramento de nouo ſine ſui mutatione,& mutatione locali. ¶Sed notandum,ꝙ quando corpus mouetur de loco,quem deſerit,ad locum,quem acquirit,ibi ſunt duæ mutationes locales.Vna deperditiua loci,quem relinquit . Alia acquiſitiua loci,quem intrat , & per conſequens quatuor termini , quia quælibet mutatio habet duos terminos:priuatiuum,& poſitiuum.Prima enim dictarum mutationum eſt de termino poſitiuo ad terminum priuatiuum,quia de eſſe in tali loco,ad non eſſe in tali loco . Secũda eſt de termino priuatiuo in terminum poſitiuum.ſ.de non eſſe in loco a, adeſſe in eo . Et ſi fit cum expulſione alterius corporis extra terminum ad quem:ſunt ibi quatuor mutationes,& octo termini:patet,quia eadem ratio eſt de corpore expulſo,ſicut de corpore expellente . Si uerò moueretur corpus aliquod de loco ſuo , & non expelleret aliud de loco,ad quem ſicut in penetratione dimenſionum: tunc non erunt niſi duæ mutationes prædictæ . Si autem corpus non recedens a prioti loco fieret de nouo præſens alij loco ſine expulſione exiſtentis in illo:tunc non eſt niſi una mutatio acquiſitiua, & nulla deperditiua:cuius termini ſunt priuatio noui ubi,& acquiſitio eius. Mutatur.n.tale corpus de nõ eſſe in loco a,adeſſe in loco a. Nec aliter intelligibile eſt corpus eſſe , ubi prius nõ fuit niſi aliquo horũ modorũ.Cum aũt corpus Chriſti incipiẽs de nouo eſſe ſub ſacramento, non deſerit locum in cœlo,ubi prius fuerat, uel etiam in ſacramento in alio altari confecto,patet, ꝙ eſt præſens de nouo per ſui mutationem localem ſecundum primum modum dictum , ita ꝙ manens præſens omni loco,cui prius ſ.ante hanc conſecrationem fuit præſens,incipit de nouo eſſe præſens illis ſpeciebus, quibus prius non fuit præſens.quod enim non obſtante conſecratione maneat præſens in cœlo,patet per beatum Aug.de conſe.diſt.2. Prima quidem . Donec ſæculum finiatur, ſurſum eſt dominus.& hoc intelligendum ſecundum Sco.niſi placeret & ex aliqua gratia ſpirituali deſcendere.Quod non ponitur fieri propter ueritatem euchariſtiæ,& rationabiliter. Alioquin angelici ſpiritus, & animæ beatæ,& etiam oculi corporum iam glorificatorum , priuarentur iocundiſſima uiſione glorioſiſſimæ humanitatis Chriſti,in qua omnes(petro teſte) delectantur . Priuarentur in quam , huiuſmodi humanitatis uiſione, ſi a cœlo

Recitatur ueritas.

Auguſt.

1. Pet. 1.

deſcẽderet

descederet sub missarum celebratione, dum præsentem se faceret altaris sacramento. Nam ad uisionem intuitiuam rei (saltem in proprio genere) requiritur certa approximatio obiecti, & potentiæ, quæ in proposito uideretur non esse. Hoc autem inconueniens uidetur: q propter uiatorum salutem minuatur gaudium, & delectatio beatorum. Manens igitur in cœlo, sit præsens Christi corpus in altaris sacramento, cui prius non fuit præsens, & ita non sine sui mutatione. q Sed tunc est dubium, qualis sit illa mutatio, an debeat dici mutatio localis. Videtur, q quæstio illa sit de quid nominis termini: nam de re satis constat, nam certum est, q hæc mutatio est ad locum specierum sacramentalium tanquam ad terminum. Acquirit enim corpus Christi hunc terminum de nouo per consecrationem sacerdotalem. Constat etiam: quod non deserit, nec deperdit locum priorem: sed manens in loco, in quo prius fuerat acquirit nouum ubi, scilicet locum sacramenti. Constat similiter, q illa mutatio sit instantanea, & non successiue: puta tota simul in primo non esse prolationis formæ ex dictis lect. 42. q Ex quo patet primò, q non potest dici motus localis: quia non est mutatio successiua. Motus autem connotat successionem. Restat ergo, quod sit mutatio localis, uel alia, cui nondum nomen impositum est. Si ergo mutatio localis distinguit quamlibet trium mutationum supradictarum indifferenter. s. acquisitiuam tantum, uel deperditiuam tantum, uel acquisitiuam, & deperditiuam simul: & sit eius quid nominis, mutatio per quam aliquid acquirit nouum locum, uel perdit habitum, uel facit utrunque simul sic est mutatio localis, quia prima pars quid nominis sibi conuenit. Si uerò mutatio localis distinguit utrûque coniunctim: & neutram partem seorsum: sicut uidetur dicere philosophus 5. Physico. Motus est a subiecto in subiectum, tunc mutatio illa non erit mutatio localis: nec comprehenditur sub aliqua specie mutationis a philosopho posita, nec mirum, cum hæc mutatio sit supernaturalis, facta sola diuina uirtute, qualê nûquâ expertus est philosophus: eo quod doctrina philosophi ad eam non pertingerat. Est ergo mutatio, cui nomen impositum non est: quia enim naturaliter in locali mutatione nunquam separantur abinuicem mutatio deperditiua loci, & acquisitiua, cû in locali mutatione mobile deserit priorê locû, & acquirit aliû. Ideo mutatio localis ex communi usu dicit utranque mutationem coniunctim, & neutram separatim. & licet sint realiter distinctæ mutationes: tamen nomina eas distinctè, seu separatè significantia non sunt imposita. & sic accipit mutationem localem Alexand. Capiendo tamen mutationem primo modo est uerè mutatio localis, quia uerè acquirit nouum locum, in quo prius non fuit: licet non sit in eo commensuratiuè, sed tantum definitiuè, quia totum corpus in toto, & totum in qualibet parte loci nec tamen ideo minus uerè est in loco spe-, cierum, quam si esset ibi totum in toto, & pars in parte.

Si est ubi mutatio quale sortitur nomen.

S

Alexand.

Quid est mutatio localis.

DE CHRISTI DESCENSV in Eucharistiam.

LECTIO XLVII.

ONSEQVENTER videndum est de duobus dubijs alijs præcedenti lectione motis. Quorum primum est: vtrum corpus Christi in hora consecrationis descendat localiter per medium ad species sacramenti altaris. Ad quod plane dicitur, licet corpus Christi ad legitimã uerborum formalium prolationem incipiat esse sub speciebus panis, per sui mutationem noui loci acquisitiuã: non tamen mouetur descendendo de cœlo per medium usq; ad sacramenti locum. Primum patet ex declaratis lectione præcedenti. Secundum probatur autoritate B. Ioh. Damas. dicentis. Quia consuetudo est hominibus panem comedere, & uinum bibere, & aquam: coniungauit eis eius diuinitatem, & fecit ea corpus, & sanguinem eius. Non quoniam ipsum corpus, qđ assumptum est, de cœlo descendat; sed quoniam ipse panis, & uinum transit in corpus, & sanguinem Christi. Hæc Damas. Cum etiam innumera sunt altaria in quibus celebratur sacrũ illud mysteriũ: si moueretur ꝓ medios orbes cœli, & sphęras elementares ad singula huiusmodi altaria, corpus Christi esset in continuo motu: & moueretur ad contrarias positionum differentias simul. S. ad Orientem, & Occidentem, Meridiem, & Septẽtrionem, pro uarietate situs altarium, quod est absurdum, & ridiculosum. Tenet enim ecclesia corpus Christi nullibi esse, quam in cœlo, & in altaris sacramento: nisi ex speciali causa, & gratia, Christus se uellet alicui ostendere. Quemadmodũ legitur B. Petro passionẽ declinanti extra Romã post suam ascensionem occurrisse: & quærenti. Domine, quo uadis. respondisse. Vado Romam iterum crucifigi. ꝙ Sed dicis, cum corpus Christi ante consecrationem est in cœlo, quomodo facta consecratione potest uenire ad sacramenti locum, & non moueri, uel instantanee mutari per medium, quod est inter cœlũ empyreum, & sacramenti locum, non enim uidetur intelligibile. ꝙ Ad hoc dicendum, quod imaginatio huius dubij procedit, ac si locus corporis in cœlo esset terminus, a quo inciperet motus, uel mutatio corporis Christi ad locum sacramenti, quod non ita est. Nam existentia corporis Christi in cœlo nihil facit ad hoc, quod corpus Christi incipiat esse in sacramẽto. Bequæ enim inciperet in sacramento esse ad legitimam formæ prolationem, si corpus Christi non esset in cęlo. Falsa enim est illa imaginatio, quę imaginat: ꝙ cum corpus Christi incipit esse in sacramento: de aliquo loco, in quo est sua naturali consistentia ueniat ad locum sacramenti per media intercepta. Sed quodcunque corpus existens in certo loco potest Deus immediate ponere in alio loco, absq; hoc, ꝙ relinquat priorem locum, & absq; hoc, quod mutetur per medium. Sicut enim Deus potest rem, quæ non est actu, de nouo producere in loco, quo uoluerit, absq; hoc, quod de alio loco ueniat, seu moueatur, ita potest corpus actu existens in loco ponere immediate in loco alio, quo placuerit absq; hoc, quod moueatur de priori loco alio quo placuerit absq; hoc, quod moueatur de priori loco per medium. Nec secundum maius est uel difficilius primò. ꝙ Ex hoc enim, quod rem actu

Vtrũ corpus Christi i hora consecrationis descẽdat per medium localiter ad spẽs sacramenti altaris.

produxit:

produxit, nõ, ist factus impotens, ut minus posſit circa rẽ ꝓductã, q̃ potuit ꝓius, q̃ produxit. Deus ergo, qui uocat ea, quæ non sunt: sicut ea, quæ sunt. Etiam ea, quæ sunt uocat, quocunq; uoluerit, ut ibi sint primò, & immediatè, sicut ea, quæ nõ sunt: & per consequens non per motũ eius per loca media. Ordo enim in mouentibus creatis constitutus naturalis, quo mouens creatum non potest mouere mobile de extremo in extremum, nisi relicto priori loco moueat per medium, non constringit omnipotentiam Dei. Eadem namq; potentia, qua potest unum corpus ponere ad diuersa loca simul: potest etiam corpus ponere in loco, quo uoluerit, ut ibi sit statim, & immediatè sine eius motu per quodcunq; medium, etiã siue aliquid in ipsum conuertatur non. Ita enim potest me hic manẽtem immediate ponere in roma, ablq; , siue conuersione alicuius rei romæ existentis in me, sicut cum conuersione. Conuersio. n. (ut supra dictum est lect. ꝓcedenti D.) non est tõ formalis alicui existendi in loco cõuersi. Statuit itaq; summus sacerdos Christ⁹, ut legitimè ꝓlatis uerbis consecratiõnis, sub speciebus panis, & uini pñs sit uerũ corpus suum, & sanguis, nõ curando ubicunq; sit in consistentia naturali. nihil siquidem promouet, nihil impedit eius existentia naturalis ad hoc, q̃ sit sub sacro: sed per uirtutẽ consecrationis quasi de nouo oritur, siue creat Xp̃i corpus sub speciebus. ¶ Vnde et Scot. q. 4. dist. 10. lib. 4. q̃ existentia corporis Xp̃i sub sacramento non necessariò præsupponit eius existentiam sub modo naturali, quia illa non dependet ab ista. Est. n. existentia indifferens ad omnem modum existentiæ, ergo saluari potest in uno modo sine alio, pót ergo corpus Xp̃i esse modo sacrali, & nullibi esse modo naturali. ¶ Præterea existentia sub modo naturali non est de essentia existentiæ sub modo sacrali nec est eius causa: ergo ista non dependet ab illa Primum patet: quia res eucharistię non hẽt in sacro modum naturalem, scilicet extensiuum. Haberet aũt, si modus naturalis esset de essentia illius existentiæ sacrali, quia quod est de essentia alicuius, non potest ab eo separari. Secũdũ patet, quia Deus est cã existentiæ sacrali. Deus. n. est causa immediata, q̃ corpus Christi est sub speciebus sacramentalibus, & non corpus in existentia naturali. Ex hoc Sco. ubi supra infert duo correlaria. ¶ Primũ ante incarnationem Christi, potuit eucharistia sic esse ita uera sicut nunc, tã quantum ad significationem, quam quantũ ad rem signatam, & cõtentam. ¶ Secundum, quod post incarnationẽ posset corpus Christi desinere eẽ sub modo naturali, & tamen in eucharistia uerè manere quantum ad ueritatem signi, & signati, ac contenti. Vtrumq; patet, quia ad corpus Xp̃i realiter contineri in eucharistia: non necessariò sequitur corpus illud hẽre existentiam modo naturali: ergo primum potuit fieri sine secundo: siue ꝓcedendo, siue remanendo post destructionem illius secundi. Vbicunq;. n. res potest habere esse uerum, & reale, ibi postquã non fuit potest ꝓduci, & incipere simpliciter esse. Corpus aũt Xp̃i in sacro hẽt uerum, & reale esse: ergo si non esset posset ibi sub illo modo existendi ꝓduci, & incipere esse simpliciter: licet nullibi esset sub alio modo essendi. ¶ Vnde si Deus instituisset sacramentum illud sub eadem efficacia ante incarnationẽ Christi, q̃ post incarnationem instituit ad legitimam uerborũ prolationẽ: ita tunc sub speciebus panis fuisset uerum, & idem corpus Xp̃i illud quod nunc sumptum est de uirgine sicut modo, fuisset. n. tunc eadem materia corporis Xp̃i eadem ala, eadem unio uerbi q̃ nunc est. Illa tm̃ fuisset differentia: q̃a tunc ad prolationẽ uerborum corpus Xp̃i fuisset de nouo ꝓductũ: & incepisset esse simpliciter. Nunc aũt nõ de nouo ꝓducit, nec incipit simpliciter eẽ: sed incipit eẽ ibi i sacro. Sic etiã si corpus Xp̃i simpliciter nũc desineret esse; ita q̃ nec esset

Roma. 4.

Scot. C

Existẽtia corporis Christi sub sacramẽto nõ necessario præsupponit secũdũ Scotũ eius existentia sub mõ naturali.

D

Potuisset quoq; eucharistiã instituisse añ sui incarnationẽ cũ eadem efficacia signi, & signati.

in

replicatione formæ, immo in diuersis potest locis substare diuersis formis. In casu nostro potuit forma sanguinis in uirgine in ea parte materiæ, quæ erat eadem in eucharistia corrumpi, & anima Christi, quæ informabat materiam eandem in eucharistia: etiam eam inciperet informare in utero uirginis, & eam ut ibi uiuificare, & per iuxta positionem partis materiæ quæ fiebat sub forma nutrimenti augmentari, & anima Christi eandem materiæ partem, ut ibi etiam, informare, & ita crescere, ut ibi & nasci tandem, & lactari &c. Vñ oportet imaginari, qđ tota materia corpis Xp̃i sub eucharistia, extra eucharistiã sub naturali existẽtia fit multipliciter diuisa, partim substãs formæ sanguinis i uirgine, partim formæ nutrimẽti tã assumpti a uirgine, cõuertẽdi in sanguinẽ, partim formæ alterius rei in cibũ conuertendæ: & aliqñ a uirgine sumendę. Quas licet simul iunctas, informat ãia Christi in sacramento, non tamen informat simul in uirgine, & alibi ubicunq; fuerit replicata, ac diuisa. Informabit tamen successiuẽ, dum iuxta ponuntur portioni materiæ in uirgine uel post natiuitatem extra in corpore nati: successiuẽ in quam donec informet omnes materiæ partes in naturali existentia, quas simul informat in eucharistia. Et licet in illis transmutationibus multæ formæ substantiales corrumpuntur; ut forma sanguinis, nutrimenti, cibi &c. nulla tamen noua forma producitur: sed anima Christi eadem in eucharistia dudum creata successiuẽ informabit singulas materiæ partes, extra quas informat simul in eucharistia. Sic ergo corpus Christi iam existens in sacramento potest concipi in uirgine, crescere, nasci, nutriri &c. non accipiendo nouum esse, quia quicquid accipit ibi, prius habet in eucharistia: sed accipiet nouum modum essendi, siue de nouo esse ibi. Et est aliquo modo simile, si Christus instituisset eucharistiam statim post cõceptionem eius in utero: licet tunc cresceret: nutriretur corpus in utero: & post natiuitatem in consistentia naturali, non tamen oportet: q̃ ibi mutaretur in sacramento, ut supra dictum est, si reseruatum fuisset in triduo. Cui non placet modus ille: quærat alium, libens enim cedo sententiæ sanioti. ¶ Mira sunt hæc: & extra naturæ ordinem constituta: sed non tam admiranda in his infinita Dei uirtus, & potentia: quam immensa ipsius benignitas, & misericordia, quæ adhuc loquentibus sacerdotibus, & corpus suum aduenire postulantibus: non uoce fragili: sed facto respondet efficaci. Ecce assumit nec raptim suam exhibet præsentiam, quemadmodum suis discipulis apparuisse legitur post resurrectionem: ac ipsis sensus in eum figere uolentibus subitò disparuit. Non utiq; sic suam præsentiam in hoc uenerabili exhibet sacramento: quinimo manducãdus expectat: & se dignè manducanti uitam promittit æternam. Si quis inquit mãducauerit ex hoc panet uiuet in æternum. Mirandum: q̃ semel uenit filius Dei pro mundi salute: carnem suam crucifixioni: sanguinem suum effusioni expositurus. Quotidie se præsentat: eandem suam carnem comestioni, & eundem fusum sanguinem potationi: ad refectionem animæ fidelium in æternum uicturæ; amore ineffabili traditurus. Hinc plus fideli assurgendum est: & mente deuotissima in gratiarum actione prorũpendũ, pro tanto diuinæ misericordiæ exhibito beneficio, quã G
suspendendum in admirationem ex infinitæ potentiæ, & uirtutis facto miraculo. ¶ Videtur tamen sonare contra prædicta uerbum B Gregorii 4. dialo. li. c. 50. & in Homel. pasch. & habetur de cons. distin. 2. Quid sit sanguis. Quis (inquit) fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cælos aperiri. In illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, suprema, & ima sociari, unumq; ex uisibilibus, & inuisibilibus fieri. Ex quibus uerbis uidetur corpus de cælo descendere, & terrenæ mate-

ria

ria sociari, quod obuiat supradictis. Ad hæc tripliciter respondetur. Vno modo quod uerba illa Grego. non dicunt accipi propriè in eo sensu, quem secundum primariam institutionem generant: quia cœli in consecratione eucharistiæ minimè rumpûtur, aut diuiduntur. Sed dicta sunt per quandam tropum ad eleuationem mentis in Deum. ut dum mens audit corpus Christi quod in cœlo residit in summa potestate, & gloria, ad uocem sacerdotis præsens altaribus fieri e sursum rapiat in contemplationem diuinæ misericordiæ, & pietatis reuerentiam exhibeat debitam cum sui humiliatione in conspectu tante maiestatis. Dicuntur autem cœli aperiri in hora consecrationis, quia per illud quod per uerba sacerdotis conficitur, & consecratur: additus ad cœlestia fidelibus præparatur. Hoc quippe corpus Christi est peregrinantium cibus, & uiaticum, in cuius fortitudine ambulãt usq; ad mõtem hæreditatis Dei, cuius per hunc cibum certissimum pignus datur. ¶ Vel secundò dicuntur cœli aperiri immolationis hora: quia ad uocem sacerdotis panis, qui in eius manibus tenetur: in id, quod in cœlis est, transsubstantiatur. Hos duos modos tangit glo. in c. allega. Vel tertio ut exponit Gerss. per magnificat. Dicuntur inquit, in tali hora cœli aperiri, non per fractionem: sed per spiritualem influentiam qualiter optabat prophera dicens. Esaiæ 64. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Et iterum. Rorate cœli desuper. Eiusdem 45. Sicut legitur Dalidam de Sansone dixisse. Nunc aperuit mihi cor suum. Iudicum 15. Non utique per partium cordis diuisionem: sed per secreti cordis reuelationem. Sic in proposito cœli dicuntur aperiri, quia cœlestia nobis secreta, & occulta manifestantur in corpore Christi, per quod spiritualium gratiarum, & cœlestium charismatum dona exuberanter nobis egentibus largiũtur. Et secũdum omnes tres expositiones intelligi potest quod sequitur. Súma imis sociantur. Iuxta primam sociantur ima summis. i homines mortales beatis: quia hoc sacramento medio, homines ad beatitudinem producuntur. Iuxta secundam sociantur summa imis. i. diuinissimum corpus Christi speciebus corruptibilibus uini & panis. Iuxta tertiam sociantur ima summis. i. uiatores triumphantibus iam in cœlis, pro quanto connectuntur in uno Christi capite ibi & hic præsente. ¶ Restat nunc tertium uidere, scilicet utrum corpus Christi moueatur motis speciebus: & si sic an moueatur uirtute sacerdotis hostiam mouentis, an ab aliqua superiore potentia. ¶ Quoad primum in proposito solum est intentio de motu locali, siue ad ubi: quia de motu ad formam absolutam substantialem, uel accidentalem satis patet ex prædictis. Accipio etiam motum localem extensiue pro omni mutatione diuisibili uel indiuisibili, hoc est successiua, uel instantanea, qua acquiritur nouum ubi, siue nouus locus: siue mobile sit in loco circumscriptiuè, uel diffinitiuè. Item aliquid esse sic mobile potest intelligi, uel per se, & primò: alio modo per accidens, uel concomitanter. Per se, & primò mouetur, quod moueretur etiam nullo alio, quod non est pars eius, sic moto. Sed per accidens, & concomitanter, quod mouetur ad motum alterius, q̃d non est pars eius: quo non moto ipsum non moueretur. Est ergo omnium sententia, quod motis speciebus corporis Christi continentibus, mouetur & corpus Christi. Quod patet: quia motis speciebus localiter, corpus Christi sit præsens alij loco. s. loco specierum ad quem mouetur, cui prius non fuit præsens: & ita mouetur localiter, motis etiam nobis mouentur omnia, quæ in nobis sunt. Sicut ergo anima intellectiua mouetur ad motum corporis, ita mouetur corpus Christi ad motum sacramenti continentis. ¶ Sed sunt, qui tenent, quod corpus Christi, ut in sacramento non potest moueri per se primò; sed tantum per accidens ad motum specierum. Contra quos

Quo dicuntur cœli aperiri triplici ter.

H

Vtrũ corpus Christi mo tis speciebꝰ localiter mo ueatur & q quẽ, an per sacerdotem, uel uirtute diuina.

Scot.

Sco. & Ocham tenent oppositum, scilicet q̃ potest moueri primò, & per se, capiendo moueri sic extense sicut dictum est. Ratio est: quia quicquid per se potest, & immediatè esse in loco circunscriptiuè, uel definitiuè per se est mobile. Nunc autem corpus Christi potest esse in loco specierum per se, & immediatè, & ita per se, & immediatè moueri. Non enim est in loco formaliter per species panis, sub quibus continetur: quia ad hoc: q̃ sit in loco ambiente species, non est simpliciter necessarium: q̃ sit præsens speciebus, sed tantum ex ordinatione diuina: de qua certificata est ecclesia. Posset. n. Deus de potentia sua absoluta corpus suum facere isto modo præsens aeri continenti species destructis speciebus: & successiuè nunc uni parti aeris, nunc alteri, & corpus suum absq; speciebus trãsferre de loco hostiæ, ad quãcunque partem uniuersi, & semper sub eodem modo existendi definitiuè cum alio corpore replente locum sicut modo cum speciebus: mouetur ergo corpus Christi motis speciebus primò, & immediatè. ¶ Sed a quo, an a sacerdote mouente species. Hic dicit doctor subtilis q. 5. dist. 10. libr. 4. quod isto motu non mouetur nisi a solo Deo immediatè, & non a sacerdote mouente species, rationem hanc assignans. Quia quando aliqua coniunguntur præcisè per actum uoluntatis contingenter se habentis ad illam coniunctionem, si unum illorum sit mobile secundum se omnino improportionatum alicui mouenti ipsum, non eadem motione potest mouere utrumque coniunctorum, quia si mouet unum, quod est sibi proportionatum: non propter hoc per accidens mouet reliquum, quia reliquum non est præsens isti motoi; nec ut actus potentiæ, nec econuersio, nec ex alia necessitate naturali, sicut graue est præsens, cui innititur, & propter hoc simul mouetur cum illo: sed tantummodo sibi est præsens uoluntate, contingenter se habente ad illam coniunctionem, quæ per consequens potest non uelle coniunctionem illam, stante tamen motione alterius illorum. Exemplũ. Si angelus uoluntarie faceret se præsentem lapidi. Si moueo lapidem, non propter hoc moueo Angelum: quia nec est mobilis a uirtute mea per se, & per accidens: quia nec est forma, nec pars alicuius mobilis a me per se. Si ergo esset pñs lapidi moto a me, & termino motus: hoc non esset per actum meum: sed per actionem suam propriam, qua faceret se pñtem illi. Eodem modo in proposito, cum corpus Christi sit præsens speciei tñ per actum uoluntatis diuinæ. Si facio speciẽ nouum hẽre, ubi seu locũ: per illam motionẽ non erit ibi corpus Christi, quia nullo mó subest præsentialitas illius corporis neq; noua, neq; antiqua potestati meæ. Nec etiam per accidens, quia nec est forma, nec pars illius, quod subest meæ motioni. Nec contrariatur hęc regula Motis nobis mouentur, quæ in nobis sunt: quia non dicit, a quo moueatur, stat ergo adhuc regula quia mouetur quidem motis speciebꝰ sed a Deo, non a mouente species. Non tñ necessariò motis speciebus mouetur a Deo, sed regula intelligitur de his, quæ i nobis sunt per aliquã naturalem habitudinẽ, uel colligantiam, quæ non est in proposito. Ex illo patet, q̃ ista motio corporis Christi ad motionem specierum est miraculosa. An autem sit nouum miraculum, an antiquum, quo dominus constituit: quod corpus i lud sit in loco specierum dicatur: ut supra lectione quadragesimaquinta. ¶ Et licet, quæ dicta sunt, uera sint quantum ad sacerdotem celebrantem, quod illæ, nec alius homo mouẽs species ad aliud ubi, moueat corpus Christi, sed mouetur immediatè a Deo: tamen quantum ad animam Christi tenet Guilihel. Ockam contrarium: unde tenet, quod possit moueri ab anima Christi. Quod sic probat, quando aliquid habet modũ essendi conuenientem mobili: & modũ essendi conuenientẽ mouenti: nó est inconueniẽs

A quo, ã a sacerdote mouente spẽs. I

Aña Xpi põt corpus suum mouere in cœlo organicè sed in sacramento non organicè. K

illud mouere & aliud moueri. Corpus autem Christi habet modum essendi in sacramento conuenientem mobili, & aia eius modũ conuenientẽ mouenti, saltẽ quantum ad potentiam non organicã. Vnde sicut Angelus pót se mouere in loco, ita & aia intellectiua pót mouere corpus suũ, siue habeat modũ quantitatiuum, siue non. Vñ dicit ille doctor: quia aia Xpi pót corpus suum mouere in cœlo organicè, eo q ibi est circumscriptiuè in sacramento mouere potest corpus suum non organicè. ¶ Ad cuius intellectum notandum q est duplex potentia mouendi corpus organicũ organica. s. & non organica. Potentia organica est, quæ in sua operatione utitur organo corporalitèr a q sine illo operationem huiusmodi perficere nõ pót: ut est potentia sensitiua. Potentia motiua motu progressiuo. Per oppositũ potentia non organica, ut uoluntas & intellectus. Mouere aũt organicè est mouere primò unam partẽ corporis, & per illam aliã distantẽ a priori, sicut contingit in motu animalium q primò mouetur cor, deinde pars cordi propinquior, & per illam alia, & sic deinceps, sicut est uidere in motu composito expulso, & tractu. Mouere non organicè est mouere æquæ primò totum, & partem. ¶ Anima ergo Christi corpus suum in eucharistia non potest mouere organicè: quia cum totum corpus, & omnes partes suæ sunt simul, nec una pars ab alia distat localiter, non potest unam mouere per aliam: sed omnes æquæ primò. Pót anima Christi uellet, & creditur q de facto uelit corpus suum mouere ad motũ hostiæ pp conformitatem uoluntatis suæ ad uoluntatem diuinam, qua uult corpus ad motũ hostiæ moueri. Sic ergo uolendo, si moueatur hostia, mouet tunc corpus suum, non organicè, quia totũ simul eo modo, quo est sub hostia tanq̃ causa partialis, concurrendo cum Deo cã principali. Si uerò aia Xpi suspenderet uoluntatem suã in hmõi motione, tũc corpus suũ a solo Deo moueret ad motũ hostiæ. immo si non esset cõtraria ordinatio Dei uolẽtis corpus illud esse, ubi est hostia, seu spẽs, posset aia corpus suum mouere quiescente hostia, & econuerso, quiescere mota hostia, & per hoc se separare ab hostia, & in tali motu esset causa partialis concurrens cum Deo ad huiusmodi motum. ¶ Ex illis patet primò, q mota hostia, corpus Christi mouetur. Secundò, q non mouetur a sacerdote hostiam mouente, neq; per se, neq; per accidens. Tertiò, q sic mouetur a uoluntate diuina statuente, & ordinante: q facta conuersione panis in corpus Christi, ipsum corpus a speciebus non separat: donec manserit in ea dispositiones, qua conseruassent panis substantiã, si conuersus non fuisset. Quartò, q sic a solo Deo mouetur nulla concurrente creatura secundũ opi. Scoti. Sed secundum opi. Ockam cõcurrere pót aia Christi, quæ habet dominium super corpus suũ: ẽt secundũ illum modũ existendi in sacramento. Quinto, q corpus Xpi sic mouet per se primò, & non p accidens ad motũ hostiæ: siue a solo Deo: siue a Deo aia Xpi cũ Deo cõcurrente, quodq; posset sic a Deo, & aia Xpi moueri ad aliũ locũ hostia quiescẽte. Et tm̃ de his, quæ concernunt prædicamentũ ubi. ¶ Quantũ nunc ad prædicamẽtũ quando, uidendum est: quando corpus Christi esset in sacramento: utrum pro aliquo instanti simul sint sub spẽbus substantia panis, & corpus Christi. Item quando desinit ibi esse corpus Christi. De primis duobus dictũ est supra lect. 42. & lect. 40. De tertio dicendi locus aptior occurreret: dum de sumptione huius sacramenti tractabitur. q Ideo his omissis uidendum est de ultimo huius partis scilicet, utrum uerba consecrationis formam integrantia, habeant aliquã uirtutẽ effectiuam naturalẽ, uel supernaturalem respectu præsentiæ corporis Christi, qua uidelicet effectiuè conuertant panẽ in corpus Christi, faciantque corpus Christi realiter esse præsens altaris

Duplex potentia mouẽdi.

M

Vtrum uerba consecrationis formã integrantia habeant aliquã uirtutẽ effectiuã naturalẽ, uel supernaturalẽ.

sacramento.

sacramento. Et hic quidem concors est doctorum sententia: quod consecrationis uerba nihil horum efficiant ex naturali sua uirtute, aut proprietate. Cum enim uerba ista nihil aliud sunt, quam uoces prolatæ ab ore proferentis: nullam habent naturalem uirtutem nisi immutatiuam auditus ad sui apprehensionem, sicut quicunq; alius sonus. Naturale.n. est cuilibet obiecto cuiusuis potentiæ apprehensiuæ, ipsam ad sui cognitionē, uel apprehensionē immutare. Sicut albedini naturale est, ut reducat potentiā uisiuā (ceteris paribus) ad actum sc uidendi. Sic sono conuenit: ut immutet auditum ad sui auditionem ad apprehensionem: & hoc respectu cuiuslibet auditus bene dispositi. Et si præter hoc, etiā intellectū immutet ad apprehensionem rerum per ipsas uoces significatarum: id non conuenit eis per naturā propriam: sed ex impositione, aut beneplacito instituentis: in cuius signū hunc effectum immutandi non habent respectu cuiuslibet audientis uoces ipsas: sed tm respectu eius, cui nota est earum impositio; & qui habet in se species, seu habitum rerum significatarum. Alias etiam auditis uocibus non cogitārtur res significatæ ab audiente eas, & impositionē nō ignorante. Hæc aūt immutatio siue ad uocū ipsarū perceptionē, siue ad rerum significatarū cogitationē: nihil facit ad realē conuersionē panis, aut uini in corpus, & sanguinem Christi, ut manifestum est, & ideo neq; ex naturali proprietate, neq; ex uoluntariæ impositionis significatione, conuenit uocibus actiuē concurrere ad conuersionem sæpe dictam. ¶ Præterea naturalis proprietas uocum est eadem apud omnes: & earum significatio uoluntaria similiter eadem est apud omnes impositionem earum non ignorantes, a quocunque proferantur, utraque etiam insuit uocibus ante eucharistiæ institutionem. Sed si a laico proferuntur, non fit conuersio, ut ex præmissis patet. Sic si ante incarnationem Christi prolata fuissent, nulla fuisset facta conuersio, quare ad cō uersionem huiusmodi uerba consecrationis nullam habent efficaciam ex naturali proprietate, neque ex impositionis grammaticalis significatione.

Vtrū cōcurrāt uerba actiue per uirtutē supernaturalē a Deo influxam.

¶ Vtrum autem actiuē cōcurrant per uirtutem supernaturalem a Deo influxam, uel datam ad huiusmodi conuersionē: altercatio est non parua inter doc. catholicos. nā Alex. de Ales par. 4. dist. 39. & post eum B. Tho. in 3. par. q. 78. ar. 4. recitat opi. dicentium; q cū dr conuersio hæc fit uirtute uerborum, uirtute uerborum extrēso noie dr, non quia aliqua qualitas data sit uerbo, per quā uerbum operat, sed ex diuina institutione hoc firmatū est, q illo uerbo prolato a sacerdote intentione cōficiendi panis transubstantiat. Vñ ad prolationē illius uerbi, uerbū increatum operat. Illa ergo ordinatio uerbi, infallibilis ad talē effectū uirtus dr, q non est aliqua qualitas data uerbo: nec aliud de nouo creatū. ¶ Sed hanc opinionē reprobant, tū quia tunc non bene diceret penes uerbū formā attēdi ipsius sacri. Sic.n. uerbum simpliciter esset materiale, & nullo mō actiuū sicut nec panis, & nō esset forma cum formæ sint agere. Tū quia sicut in oi operatione naturali ubi Deus operat mediāte creatura, dat uirtus creaturæ, mediāte qua opat: ita uidet, q a simili in oi operatione miraculosa, ubi Deus operatur mediante creatura: detur aliqua uirtus creaturæ. Tum quia hoc repugnat dignitati sacramentorū no. le: quibus (ut ex multis sanctorum autoritatibus hr) non solū conuenit, ut significent: sed aliquo mō ut causent, qd significāt. Cū ergo hoc facere ceteris dignius est, pro quāto cōtinet gratiā increatā, & subsistētē Xpm. s. uere & realiter. Alia nō continēt gram uere, & formaliter: sed significāt gram accidentalem, consequēs igit est: q in uerbis formalibus hius sacri sit quædā uirtus creata ad prædictā conuersionē faciendā. Tū demū quia ad hoc sunt multæ sanctorū autoritates etiā supra allegatæ. Inter quas sunt illæ Ambr.

N Alexand. Thom.

ritas cogit. ¶ Præterea dato, ꝙ si continuæ generaretur noua, & noua uirtus ad prolationem nouæ dictionis, syllabæ aut litteræ: pari modo continue corrumperetur hæc uirtus, sicut subiectum eius. s. uerba prolata syllabæ, & litteræ: quia corrupto subiecto corrumpit & accidens, quo concesso non uidentur oēs illæ uirtutes hīe aliquam actionem respectu conuersionis, quia cum illa sit prolatione orationis completa, sed eam nequaquam uideē agere uirtus primæ dictionis huius formæ, quæ transijt, & non est. Agere enim præsupponit esse: quod maximē ex eo patet, quia ipsa cū esset, nullam induxit dispositionem in panē ad sui desitionē, quia non uī panis realiter per hanc alterari ut uadat in nō esse, & non uī agere etiā dispositiuē ad desitionē panis, qūo prima gutta cādens dī agere ad cauationē lapidis, quam ultima gutta inducere putat quodāmō in uirtute præcedentiū, q̄ egerunt ad eā, dum fuerunt, & si non egerunt ad panis desitionē: ꝙ consequens non agunt ad transsubstantiationē panis in corpus Xpi: maximē quia secundum sic dicentes corpus Christi non mutatur: ergo ad ipsum non est actio in conuersione ipm ad panis desitionem, qui mutatur. ¶ Et si diceretur: ꝙ uirtus inexistens primæ dictioni conseruaret, & transfunderet in secundam dict onem, & sic usq; ad ultimā tunc accidens migrabit de subiecto in subiectum: quod nec fides ponit: nec conuincit ratio, aut si uirtus duntaxat dar̄, & infunditur in ultimam dictionem, uel literam, iam non est ipsa uirtus huius formæ, sed ultimæ literæ. ¶ Præterea neq; talis uirtus agere posset ad transsubstantiationē in se: quia pro nullo instāti est cum transsubstantiatione: nam cum sit transsubstantiatio, tunc illa uirtus est corrupta. Fit enim transsubstantiatio instantanee, ut habitum est supra. Et pro instanti, pro quo fit corpus Christi pñs, nulla uirtus est in uerbis: quia nec in illo aliquod uerbum, uel pars eius est. Nam primum instans esse p̄tiæ corporis, est primum instans nō esse uerborū: & per consequens uirtutis existentis substantiæ in uerbis. Neq; posset idipsum inducere aliquam dispositionem: quia aut illa esset in pane, & tunc quia dispositio necessitans ad aliquam formam, est ꝙ instāti introductionis formæ, sequit, ꝙ pro instanti transsubstantiationis sit panis: quia exitente eius dispositione est ét eius subiectū, qđ non concedit in proposito: aut esse in corpore Christi: & tunc non est dispositio ad fieri corporis Xpi: quod est contra sic opinantes. ¶ Item cum in alijs sacramentis uirtus uerborū secundū illos non agit ad gratiā accidentalē, sed ad charecterē, uel ornatū, q̄ non ponunt hic, quōmō pōt dici, ꝙ agant ad gr̄am substantialē. s. corpus Christi. ¶ Vr etiam hoc esse contra dicta q̄dā sanctorum, nam B. Aug. in de uerbis dñi ait. Sicut de uirgine ꝙ spūsanctu uera caro sine coitu creat̄, ita ꝙ eundē ex substātia panis, & uini mystice idē corpus Xpi cōsecrat. Idē hī a Damas. li. 4. Item Ambr. lib. de sacramentis. Sermo Christi, qui ex nihilo pōt facere, quod non erat, non pōt ea, q̄ sunt mutare in id, quod erat, quasi diceret, pōt. Sed uerbum, quod facit aliquid ex nihilo, ut sit; uerbū est æternū, & increatū. Idem. Sermo Xpi conficit sacrm, quis sermo Xpi, nisi hic, quo facta sunt oia. Hoc autē uerbū, quo facta sunt oia: uerbū est æternū, & increatū. ¶ Propter hæc, & multa alia, est alia opinio, quā multi tanquā magis probabilem amplectuntur, negantes omnem uirtutem instrumentalem concurrentem effectiuē ad transsubstantiationem inexistere uerbis consecrationis. Vnde dicunt, ꝙ sola diuina potentia, & uirtute panis in corpus Christi conuertatur, quia panis in hac conuersione definit esse, ut habitum est tam secundum materiam, q̄ secundum formā. Ad hanc desitionē substātiæ cōpositē nō pōt agere uirtus creata, sicut nec ad ānihilationē, & ad creationē. Et huic fauet ca. Firmiter de sum. tri. & fid. catholi. ubi dī. Panis transit in cor-

Q

B. August.

Damas. Ambros.

R

pus,& uinum in sanguinem potestate diuina. Et plures aliæ autoritates sanctorum hinc inde suprapositæ. ¶Sed tunc est dubium: quomodo illa uerba dicuntur consecratiua. Et qũo corpus Christi dr̃ eẽ pr̃s speciebus panis ex ui uerborum. Et sacerdos celebrans dr̃ per hæc uerba pr̃cere, & consecrare eucharistiã: Ad hæc plane r̃ndet, q ipsa ideo dr̃ consecratiua: quia ad ipsorũ prolationẽ fit consecratio, & ad nullã aliã prolationem quorũcũq; uerborũ. Non quidem q ipsa p uirtutẽ aliquã eis inexistẽtem ad cõuersionem concurrant, sed quia Deus conuersionẽ illã operat: dũ uerba hæc proferuntur. Sic quidem ordinauit, q quotiescunq; sacerdos hæc uerba legitimẽ p ferat: totiens uult ipse assistere ad conuertendũ panem in corpus suum. Et secundũ hoc sacerdos dr̃ conficere, & consecrare: quia facit aliquẽ actum. s. uerborũ prolationẽ, q requirit̃ ad hoc, ut fiat conuersio. Requirit̃, dico non ex natura rei: sed ex ordinatione Dei cũ ecclesia pacisceritis: q ad talẽ prolationẽ idonei ministri ecclesiæ ipse assistere uult, & cõuertere panem in substantiã corporis sui. Et hoc uẽ dicere B. Aug. Vnde hoc sanctissimẽ de⁹ q sacerdos cũ sit puluis, & cinis, te pñtem habeat manibus non utiq; ex debito, aut eius meritos: sed uoluntatis tuæ beneplacito. Hæc est uera indulgẽtia, quã nulli Angelorũ, nulli Archãgelorũ: nullis supernis spiritib⁹: sed hominibus: non oĩbus, sed consecratis credimus concessam. ¶ Placuit igitur De uerba instituere in ecclesia prædicta regulariter, ad quorum prolationem legitimã conuersio fieret sua misericordia, & uoluntate: quod fecit, cũ dixit. Hoc facite in meam commemorationẽ: hoc. s. quod ego feci. quasi diceret. Accipite panem, & dicite. Hoc est corpus meum. Et per hoc fecit pactum cum ecclesia, ut quotiẽs sacerdos illa uerba proferret: totiẽs uult assistere, & corporis sui præsentiam pane in ipsum conuerso exhibere, & propter hoc sacerdos dr̃ ministerialiter consecrare. unde Paschasius. Sacerdos non ex se dicit, quod ipse creator corporis, & sanguinis esse possit: quia si hoc posset (quod absurdum est) creator fieret creatoris. Sed ipse pr mò obsecrat per filium patrem, & quem ad eum accessum habet, ut nobis fiat corpus, & sanguis dilectissimi filij sui, quod Christus iussit, ut in uirtute, & uerbo spiritussancti noua creatura fieret ad nostræ reparationis salutem. Hoc autem semper fieri per sacerdotem ad prolationem uerborum testatur in uerbis, quæ præmittit ibidem, cum dicit. Et quod semel factum est p Christum, continuẽ fieri non dubito per sacerdotem. Qũo autem corpus Xpi fit pñs ui uerborum satis est expositum supra lectione quadragesima: bi quære. Et quomodo sacerdos dr̃ eucharistiam conficere, expositum est supra lectione 4. in fine. ¶ Ad ueritatem huius sententiæ manuducimur per alia quædam facta Christi, & sanctorum: quæ dum recte intelligimus: facile est his, quæ nunc dicta sunt assensum commodare. Legitur Christum sanasse mulierem ad uestimenti fimbriæ tactum. Nunquid Christus uirtutem aliquã influxit fui fimbriæ uestimenti, quæ sanitatem efficeret mulieris. Non utiq; sed ipse immediatẽ sanitatem contulit: dũ mulier in fide fimbriam tetigit. Ita in proposito Deus est, qui substantia panis in corpus Christi conuertit: dum sacerdos uerba protulerit: quæ ad hoc ipse instituit, nec in uerbis causat uirtutem aliquam q̃ ulterius effectiue concurrat ad panis conuersionẽ: sed ipse causa totalis conuersionem illam perficit, dum sacerdos hæc uerba legitimẽ protulerit. ¶ Similiter B Maternus suscitauit mortuum, dum baculo beati Petri apostoli cadauer tetigit: non utique per aliquam uirtutem baculo inexistentem: sed Deus uirtute sua infinita mortuo uitam reddidit: dum Maternus baculo corpus mortuum tetigit. ¶ Beatus Petrus umbra sanauit infirmos: ut in actibus legitur. Quis diceret uirtutem effectiuam

Quo illa uerba dicuntur cõsecratiua, si oĩa alia fiunt uirtute diuina assistente.

Ad quẽ sensum dicitur sacerdos cõsecrare.

Paschasius.

Quod cõsecratio fiat dĩuina uirtute nõ assistẽte, sed assistẽte.

Mat. 9.

Act. 5.

sanitatis

sanitatis fuisse in umbra, quæ nō est res aliqua, sed luminis priuatio: cui nulla poterit competere actiuitas. Siquidem agere præsupponit esse: & quod nihil est in natura, non est actiuitatis ullatenus susceptiuum: sed Deus ipse ad ostendendum fidei ueritatem, quam Petrus prædicauit: ad transitum Petri infirmis, & inualidis restituit sanitatem. ¶ Sic serpens æneus præseruabat filios Israel a morte, a serpentum morsibus uenenatos: non per uirtutem in ære existentem. Putabant hoc quidam idiotæ propter hoc serpentem plus debito uenerantes, & idolatriam committentes: propter quod rex S. Ezechias eum contriuit, & occasionem idolatriæ sic remouit 4. Reg. 18. Sic in proposito in uerbis consecrationis non est uirtus aliqua supranaturalis, pro quam actiue concurrant ad effectum sacramentalem, id est panis est in corpus Christi transsubstantiationem. Sed Christus ex pacto, quod cum ecclesia sponsa sua pepigit, suo signo assistens conuersionē efficit, & ideo dicitur signum nedum certum, seu efficax, quia infallibiter assistit Christus id efficiens. ¶ Et propter hoc uerba illa dicuntur causa transsubstantiationis: nam quia causa est, ad cuius esse sequitur aliquid: & ad esse siue prolationē uerborum debitam sequitur præsentia corporis Christi per conuersionem panis in ipsum, ideo dicuntur causa huius præsentiæ, & conuersionis. Vnde notat Ocham q. j. quarti, quod cum causa dr illud, ad cuius esse sequitur aliud. Dupliciter potest accipi illud, & intelligi. Vno modo quando ad præsentiam alicuius sequitur aliud esse ex natura rei siue naturaliter. Alio modo, quando ad esse unius sequitur esse alterius ex sola uoluntate alicuius: quo modo dicimus: ꝙ actus meritorius est causa respectu præmij ex sola uoluntate diuina præmiantis: & talis causa dr causa sine qua non; & non est ea, q̄ est causa primo modo. Nā in naturalibus non contingit dare cām, sine qua nō respectu alicuius effectus: sed solū in uoluntarijs. Sic ergo uerba consecrationis, & generaliter facta nouæ legis sunt causæ, sine qua non effectꝰ sacramentalis, hoc est grāæ accidentalis, uel effectus gratuiti sicut in proposito, & non causæ propriè dictæ ex natura rei. Et hoc sufficit ad saluandum dicta magistri, & aliorū sanctorū, dicentium sacra esse causas grāæ, quia deus sic instituit, ꝙ non conferatur grā accidentalis, uel substantialis nisi positis sacramentis: & eis positis confertur, & ideo sunt causa sine qua non; nec pp hoc oportet ponere uirtutem aliquam supernaturalem, per quā sint causæ illo modo, sed sufficit sola uoluntaria institutio diuina. Nō ergo sunt causæ eo modo, quo ignis per uirtutem caloris sibi inexistentis est causa calefactionis passi debitè applicati, neq; etiam sicut intellectus est causa actus fidei meritorij: & uoluntas meritoriæ dilectionis per charitatem supernaturaliter infusam. Quæ infusa charitas etsi fuerit habitus supernaturaliter infusus, naturaliter tamen inclinat actū ea mediante a potentia elicitum, in Deū tanq̄ in finem ultimū. Sed uerba sunt tm cā sine qua non ex uolūtate diuina (ut dictū est) cōuersionis adeorū prolationē legitimā consequentis. Recte licet ad actū meritoriū sequit intensio habitus charitatis: secundum mentem B Auguſt. dicentis. Charitas meretur augmentū sui. Non quidem ꝙ actus illæ meritorius actiuè causaliter concurrat ad causandum nouum gradum charitatis, quia charitas a solo Deo creat, & infunditur, sed ordinauit Deus, ꝙ quoties quis elicit actum meritorium totiens & ipse intendere disposuit habitum charitatis, qui huius actus causale est principium. Intendere dico per nouum gradum charitatis de nouo a se creatum, & priori habitui unitum, & pròpter hoc illæ actus meritorius dr causa intensionis charitatis pro quanto sine eo charitas non intenderetur. ¶ Simili modo actus meritorij dicuntur esse causæ beatitudinis futuræ, non ita quòd ipsæ

Numeri 21.

4. Reg. 18.

Causa est ad cuiꝰ esse sequitur aliud dupliciter intelligitur.

V

B. Auguſt.

X

causent effectiue beatitudinem, q̃ tanq̃ merces a solo Deo conferẽ, sed quia ex Dei ordinatione, & liberalitate placuit ipsi dare tm̃ bonum in futura uita elicientibus tales actus in pñti uita. Sic paterfamilias conducens seruum in uineam suam pro denario diurno, expleto labore tribuit merc dem laboris, quam non causat labor ex sua natura, sed causare dr̃ ex pactione conducentis, & conducti, propter quam placuit seruo tales labores perficere in ordine ad denarium promissum, & placuit conducenti domino dare denarium in ordine ad labores tales exhibitos. Nec cuiquam absonum uideatur, & fictum Deum in noua lege cum fidelibus huiusmodi pacta celebrasse: cum etiam in lege ueteri simi ia fecisse legatur, unde ait. Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me, & uos, & semen tuum post te. Circuncidetur omne masculinum ex uobis. Et infra. Masculus, cuius caro præputij circuncisa non fuerit: delebitur anima illa de populo suo. Vbi a contrario sensu arguitur. Si circuncisa fuerit, saluabitur. Et ex hoc pacto statuto Deus huic circuncisioni assistit remittendo originale peccatum, & causat gratiam, quę medium est hominem perducendi ad salutem. Hæc sunt de intẽtione doc. subtilis, & Guiliel. Ocham, quæ uidentur rationabiliora, & intelligibiliora, quam sententia prioris opi. tenentis, q̃ uerba consecratiua concurrunt effectiue ad conuersionem panis in corpus Christi, per uirtutem supernaturalem uerbis influxam, quia etiam nec uirtus illa influeretur, nisi ex pactione diuina ipsam influente facta cum ecclesia. Dicere. n. oportet Deum decreuisse totiẽs uelle huiusmodi uirtutem supernaturalem infundere, quotiẽs sacerdos i. la ritẽ protulerit. Si. ut ergo ibi recurritur ad pactum quantum ad influxum huius uirtutis in uerba: ita rõnabilius recurritur ad Deum in ipsa conuersione immediatẽ, q̃ requirit infinitam potentiã secundum opinionem omnium. Oia etiam saluari pñt facilius, & euadi multæ difficultates, non ponendo huiusmodi uirtutem in uerbis quam ponendo: quare superfluitas hæc ur̃ relecanda. Et opinio primò recitata, & ultimò declarata seruanda. ¶ Præterea nec cogunt motiua aliorum supra inducta. Non primum quo arguunt, q̃ alijs uerba non possent uere dici forma sacramenti, cum formæ sit agere. Nã qũo uerba sint forma sacri eucharistiæ dictum est, supra lect. 38. ubi ostensum est, q̃ non sunt formæ sacramenti eucharistiæ, sed forma consecrationis. Nec tm̃ forma consecrationis proprie accipiendo pro forma substantiali, uel accidentali, quæ informat subiectum cuius est agere, sic enim uerba sunt formæ aeris, cui inhærent, sed sunt formæ metaphisicę. unde quia ad sacramenta requiruntur quædam signa sensibilia, & uerba, illud, quod est sensibile in sacramento, ut lotio in baptismate, unc̃ o in confirmatione &c. dicitur materia similitudinaria, quia magis materiale, & uerba dicuntur forma: quia magis spiritualia, etiam quia expressius significatiua gratiæ sacramentalis. Huius autem formæ metaphysicæ non est agere per aliquam uirtutem sibi inexistentem. Nec tamen omnem actionem oportet tollere a uerbis. Concessum est enim, q̃ sunt causæ sine qua non, ita concedi potest, q̃ agunt, sicut causa sine qua non, hoc est ad eorum legitimam prolationem sequitur conuersio ex pactione diuina. Sicut ergo agunt ex pactione diuina propter quod ad eorum esse, id est proferr, sequitur conuersio: nec aliter agit ignis calorem, nisi quod ad eius præsentiam incip t esse calor in ligno apposito, licet hoc conueniat ignica loris sib naturaliter inexistentis uerbis ex pactione Dei suo signo assistentis. ¶ Neque secundum cogit; sed magis est ad oppositum: nam in hoc distinguitur miraculum ab operatione naturali, quia in miraculo propriè accipio solus Deus operatur: & si quandoque illud facit ad preces sanctorũ,

Y

Actus meritorij qũo sũt causa futurę beatitudinis

Qũo sacramenta causant quod significant q̃ uirtutẽ assistentem non insistentẽ diuinam.

nemo

Z nemo tamē dicit, q precibus insit uirtus supernaturalis effectiua eius quod peritur, sicut nec fimbriæ nec umbræ Petri, ut dictum est. ¶ Similiter tertium non concludit: quia admisso: q sacramenta legis nouæ causent, quod significant. ut concessum est tanquam causa sine qua non: non sequitur: q causent per uirtutem supernaturalem eis inexistentem: nec per hoc distinguuntur ab omnibus sacramentis ueteris legis. quia hoc ēt conuenit circumcisioni: etsi non alijs, a circumcisione autem distinguuntur: quia conferunt maiorē B gratiam, & quia aperiunt regnum cælorum, quod non fecit circumcisio: siue hoc fecerint ex ui sacramenti, uel quod uerius est: ex solutione debiti. ¶ Sunt & aliæ excellentiæ sacramentorum nouę legis, super sacramenta ueteris testamenti: ut q gratiam conferunt ex opere operato: non sic sacramenta ueteris legis excepta circumcisione, sed tm ex deuotione utentis sacramento, & illa instituta sunt a deo immediate, quia a Christo in assumpta natura: ista uerò a deo per angelos: ut uult Aug. 2. & 3. de tri. quasi per totum, & cætera, de quibus dicendum non est per singula. ¶ Quartum etiā: q multas sanctorum auctoritates allegant; non est contra opi. quia nihil aliud habetur ex omnibus auctoritatibus inductis, nisi q ad prolationem uerborum legitime fit conuersio, propter quod uerba dicti possunt causa conuersionis modo supra exposito: & propter hoc dicuntur operatiua, & mutare creaturam: & species elementorum efficere corpus Christi, & sanguinem, & esse actiua, & sermo omnipotens: quia concurrit tanquam causa sine qua non, ad conuersionem, quæ requirit in agente principali potentiam infinitam. Omnia ergo illa conueniunt uerbis consecrationis per uirtutem Christi assistentem: & hæc omnia operantem: non per uirtutē uerbis insistentem, nec hoc haberi potest ex aliqua auctoritatum allegatarum. Quo autē intellectu sacerdos dicatur his uerbis consecrare, & corpus Christi, & sanguinem conficere, satis late dictum est supra lec. 4. Et tantum de isto secundo principali diuisionis supra lect. 38.

Auhuſt.

DE FORMAE CONSECRATIONIS VERITATE & conuenientia.

LECTIO. XLVIII.

A EXPEDITIS his, quæ respiciunt formæ consecrationis integritatem effectum, & efficaciam. Consequenter inquirendum est de ipsius ueritate, & conuenientia, quātum ad singulos terminos ipsam integrantes eorūq; significatione. Nam ueritas propositionis ex eius significatione resultat: & significatio cuiuscunq; complexionis, ex significatione suarum partium. Integratur autem forma consecrationis ex his quattuor terminis: hoc est corpus meum: ut habitum est supra lec. 38. De primis duobus terminis, scilicet pronomine hoc, & uerbo est, maior est difficultas. Dubium enim uidetur: quid per pronomen hoc: demonstretur, & quod tempus per copulam est, importetur. Ex quibus tamen maxime dependet ueritas orationis: nam cum pronomen hoc, sit demonstratiuum positum respectu copulæ de præsenti, demonstrat aliquod præsens in prospectu orationem proferentis, uel apprehendentis. Vel ergo demonstrat panis substantiam,

De pronomine hoc) quid est demonstrat Quale tēpus importat.

qua

quã celebrans manibus tenet: aut ſpecies, quas ſenſu percipit: aut corpus Chriſti, quod fide cernit. Non prima duo, quia tunc propoſitio eſſet falſa: quia nec panis ſubſtantia: nec ſpecies ſunt corpus meũ. i. Chriſti. Nec propoſitio affirmatiua uera eſſe poterit, cuius extrema non ſupponunt pro eodem. Nec demonſtrant tertium, ſcilicet corpus Chriſti, quia illud nõ eſt præſens, dum oratio profertur. ſed incipit eſſe ſub ſpeciebus panis, quando oratio perfectè prolata eſt: & tunc oratio non eſt: ergo nec uera eſt. ¶ Similiter & copula eſt: aut importat tempus præciſè coexiſtens ſuæ prolationi: & pro illo tempore non eſt ibi corpus Chriſti, aut tempus coexiſtens prolationi totius propoſitionis, ſed nec pro illo tẽpore eſt ibi corpus Chriſti, quia non eſt ſub ſpeciebus panis ante conuerſionem panis in ipſum: ſed exiſtente oratione nondum eſt conuerſio. Aut importat inſtans conuerſionis: ſed illud nõ eſt præſens, nec coexiſtit orationi, uel eius parti: quia inſtans conuerſionis eſt primum non eſſe orationis: ut dictum eſt lectione. 42. Sic ergo apparet dubietas, & difficultas huius materiæ.

B ¶ De qua ſunt diuerſæ opiniones: & plures modi ſoluendi eius nodũ apud doc. Qui tamen poſſunt primò reduci ad duos. ¶ Primus tenet, q̃ dum hæc uerba proferuntur a ſacerdote miniſtro Chriſti, per hoc nihil demonſtratur: nam miniſter celebrans non profert illa uerba ſignificatiuè: ſed recitatiuè tanquam a Chriſto dicta, non ergo intendit per pronomen hoc, rem demonſtrare. ſed dumtaxat recitare facta Chriſti, quæ geſſit, & quæ uerba dixit, dum corpus ſuum conſecrauit, & conſecratum diſcipulis ſuis ut manducarent, & tradidit: ſicut cum dico. Chriſtus dixit Petro. Tu es Petrus. per pronomen tu, non demonſtrando perſonam cuiuſcunq; ſed dico Chriſtum hanc propoſitionem dixiſſe. Tu es Petrus. In qua propoſitione Xp̃i, tu demonſtratiue accipiebatur: ſed in propoſitione, quam ego profero, tu ſicut cæteri eius termini, accipitur materialiter, & nõ ſignificatiue, uel perſonaliter: & ita nihil demonſtrat. Sic in propoſito cum ſacerdos dicit. Hoc eſt corpus meum: per hoc non demonſtrat corpus Chriſti, nec aliquid aliud: ſed recitat Chriſtum dixiſſe hanc propoſitionem, cum ipſe cõſecrauit, ac diſcipulis ſuis dedit. Et ſecundum hoc præfata oratio non eſt conſecratiua, ut ſignificatiua ueri, uel falſi: ſed data eſt nobis tanquam ſignum, ut cognoſcamus, q̃ illa oratione prolata a ſacerdote corpus Chriſti realiter ſit præſens per diuinum beneplacitum. ¶ Et uidetur eſſe intentio domini Inno. de officio miſ. par. 3 c. 6. & 9. ita dicentis. Sane dici poteſt: q̃ per hoc, ſacerdos nihil demonſtrat. nec utatur enunciatiue, ſed recitatiue. Sic cum ait. Ego ſum uitis uera. Ego ſum lux mundi. & talia innumerabilia. Sic quidem loquens ſacerdos. ego ſum lux mundi. per ego, non demonſtrat ſe in propria perſona, neq; ſic loquitur in perſona Chriſti. Sed dicit Chriſtum dixiſſe, ego ſum lux mundi. Vnde dum euangelium legitur in eccleſia, ſemper præmittitur: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum

C lux mundi, aut ſimile: ita in propoſito. ¶ Hanc opinionem uidetur etiã tenere gloſa in capitulo. Qui ſcelerate. de conſe. diſt. 2. ubi quærit di. Solet quæri, quid demonſtretur per hoc pronomen hoc. Et ſequitur. Ad hoc dico. Per hanc dictionem hoc, nihil demonſtratur: nam ipſa materialiter ponitur. ¶ Pro hac etiam opinione uidentur ſonare uerba canonis præcedentia, & ſequentia. Vnde ſacerdos uolens conſecrare, de Chriſto loquens ait, in ſua non in perſona Chriſti. Qui pridie quam pateretur, accipit panem, gratias agens fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. ¶ Et præterea; q̃ non loquatur in perſona Chriſti; ſed in perſona ſua referens facta, & uerba Chriſti: uidetur

Inno.

Opinio ¶ termini formæ conſe. accipiãtur materialiter.

ex

ex uerbis canonis, quæ sequuntur formam consecrationis sanguinis: quibus de sanguine Christi dicitur, Qui pro multis effundetur. Constat autem q̃ in posterum sanguis Christi non effundetur. Quia mors illi ultra non dominabitur. cum effundetur sit futuri temporis. Si loquitur significat ue, oratio erit falsa. Ideo probabile uidetur, q̃ sacerdos dumtaxat recitatiue loquitur, recitando uerba Christi, quæ ipse protulit dicens de sanguine suo, qui pro uobis, & pro multis effundetur. Hanc opinionem Inno. & glorioſæ allegatæ doc. communiter non approbant. Et contra eum arguunt Alex. de Ales par. 4. q. 33. & post eum Beatum Tho. & alij pluriti us medijs: quorum duo magis ponderantur. ¶ Primum: quia si uerba illius formæ acciperentur materialiter, & non significatiue, tunc non applicarentur ad materiam corporalem præsentem in corpus Christi conuertendam, plus quam quamcunq; aliam, immo ad nullam: quia nullam significarent, & ita per ipsum non conficeretur sacramentum, quia secundum Aug. super Ioh. eo q̃ uerbum accedit ad elementum, fit sacramentum. Nõ autem accedunt uerba ad elementum, nisi significando ipsum. ¶ Secundũ quia per illam positionem non euaditur difficultas quęstionis: quia quamuis sacerdos sic loquẽdo nihil demonstrent: tamen Christus, qui his uerbis cõsecrauit, aliquid in cœna per pronomẽ hoc, demõstrauit. Nõ. n. Christus ea recitatiuè protulit, quasi ab alio dicta: sed significatiue, & indicatiue tanquã a se primò prolata. Et ideo hoc, accipitur demonstratiuè, & p cõsequẽs aliquid demonstrat, & redit eadẽ difficultas quæ prius. Similiter si Christus mõ esset uiator: per illa uerba posset conficere, nõ recitatiue accepta, sed significatiue. ¶ Sed uolẽs sustinere opinionem. Innoc. qui fuit uir magnus papali auctoritate, & scientiæ diuinæ, & humanæ profunditate: facile responderet ad rationes. Nam ad primam diceret, q̃ non obstante, q̃ uerba ista materialiter accipiuntur, nihilominus accedit uerbum ad elementum: ut fiat sacramentum. Accedit ad elementum: non q̃ materiam, uel elemẽtum, aut aliquid aliud demonstret, sed accedit per intentionem sacerdotis, uerba illa ad elementum applicantis. Intendit enim sacerdos per uerba illa Christi, quæ recitat: materiam panis in conspectu suo existentem conficere. Cui recitationi assistit deus, conuertendo panem in corpus Christi: ipsum præsens faciendo speciebus panis: unde secundum hoc ordinauit Christus: q̃ quandocunq; sacerdos cum intentione conficiendi super materiã debitã sua uerba recitat; tunc infallibiliter, & efficaciter uult causare præsentiam sui corporis in ultimo instanti prolationis. Et secundum hoc accedit uerbum ad elementum, non tantum ex intentione ministri uolentis per eorum recitationem conficere, sed etiam ex ordinatione Christi instituentis: ut ad eorum legitimã recitationẽ præfatus consequatur effectus. Vnde si deus instituisset uocem non significatiuam quamcunq;, & nobis incognitam: ut esset forma consecrationis, nihilominus per legitimam illius incognitæ uocis prolationem accederet uerbum ad elementum: ut fieret sacramentum. Neq; enim conuenit uerbis esse formam sacramentalem ex eorum significatione, sed ex Christi institutione. Vnde uerba non sunt effectiua rei sacramenti inquantum uera, uel non uera: significatiua, uel non significatiua: sed inquantum a Christo instituta, tanquam signa efficacia, propter assistentiam Christi ea sic instituentis. ¶ Ad secundum dicerent cum Inno. q̃ Christus per illa in cœna non consecrauit, ut supratactum est lec. 36. unde Christus dicens. Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. per hoc, demonstrauit corpus suum iam præsens factum speciebus panis, quas manu tenebat non ad prolationẽ horum uerborum:

Rom. 6.

Inno.

Alex. de ales

B. Tho.

Auguſt.

Improbatur opinio, & solmuntur nihilominus rationes.

D

Inno.

Inno.

sed

sed ex consecratione ante horum uerborum prolationem a Christo facta: qui secundum Innoc. non uerbis, sed sua uirtute diuina in cœna consecrauit. Innoc. Cui etiam Franciscus Maronis consentire uidetur, quantum ad hoc, ꝙ Christus sine uerbis consecrauit. Consentit & Durandus quantum ad hoc, ꝙ uerba illa a sacerdote prolata tenentur materialiter. Quod etiam probabile reputat Robertus holkot, & quidam alij. ¶ Verum ad illud, quod additur. Si Christus modo esset uiator: his uerbis consecrare posset in ultimo instanti prolationis eorundem: effectum, scilicet transubstantiationem causando: qui proferret illa uerba non recitatiue, sed significatiuè. E Et tunc stat difficultas: quomodo illa sit uera: hoc est corpus meum sic significatiuè a Christo prolata. Difficilius est respondere. Similiter non uidetur, ꝙ Christus alia forma sit usus, quam ea, quam discipulis suis tradidit: nam secundum sanctum Ambro. sacerdos consecrat in uerbis Christi. Ambro. unde ait lib. de sacramentis. Consecratio quibus uerbis, & cuius sermonibus est. Respondet. Domini Iesu. Et sequitur. Vbi sacrificium conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos, sed utitur sermonibus Christi: Ambro. ergo sermonibus Christi hoc conficitur sacramentum. Hæc Ambro. Et habetur in c. Panis. 2. de conse. dist. 2. Sed si uerba accipiuntur materialiter, iam non sunt uerba Christi, qui ista protulit significatiue. Non enim sunt eadem uerba, quæ non idem significant: & si uoces forent similes. ¶ Item formę sacramentales sunt efficaces: quia efficiunt, quod significant. Si ergo uerba accipiuntur materialiter, & non significatiue: nihil significant, nō ergo efficiunt, quod significant. ¶ Propter illa duo, & similia, licet solui F

Inducit alia opinio.

possent, est alia opinio, ꝙ uerba illa accipiuntur non materialiter, sed significatiue: & proferuntur a sacerdote non recitatiue, sed enunciatiue.

Quòd uerba sumantur significatiue.

Non autem in persona sacerdotis ea proferentis, sed in persona Christi. ¶ Sed statim occurrit dubium, quomodo sacerdos hæc uerba non proferat recitando facta, & uerba Christi, cum loquens in persona sua. Qui pridie &c. recitat acta, quæ Christus in huius sacramenti institutione gessit: in cuius signum Christum exprimit in tertia persona: cum Dicit. Qui scilicet Christus pridie, quam pateretur, accepit panem &c. Et cum peruenit ad uerba Christi, ut indicet illa recitatiue dicere, præmittit uerbum dicens. quod uerbum restringit terminum a se transitiue rectum ad suppositionem materialem. ¶ Ad quod dicendum est secundum hanc secundam opi. ꝙ sacerdos recitatiue loquitur recitans actus Christi, & etiam uerba illa. Accipite, & manducate ex hoc omnes. quæ restringuntur ad suppositionem materialem, per uerbum dicens, quod permittitur usiꝙ ad uerba consecrationis, nam usq; ad illa loquitur in persona sua propria. Dum autem proferenda sunt uerba cōsecrationis, cessat loqui in persona sua, & assumit personam Christi, tanquam eius procurator, aut uicarius ad hoc officium per eam institutus proferendo uerba illa: hoc est corpus meum, significatiue, sicut Christus ea proferret, si in persona propria præsens loqueretur: & sicut in cœna ultima ea creditur protulisse. Vnde sacerdos quasi distinctionem siue pausam faciens, post illa uerba. Fregit: deditq; discipulis suis. dicens. Accipite, & manducate ex hoc omnes. quę recitatiue protulit in

Quid demōstrent (hoc) & (est).

sua persona significatiue: quasi nouam orationem incipiens, in persona Christi subiungit, hoc est corpus meum. ¶ Sed tunc uidendum: quomodo G propositio illa sit uera: & quid per hoc demonstretur, an demonstretur ad sensum, quod in prospectu est: uel ad intellectum id, quod ibi nondum est: hoc est an demonstretur panis, uel eius species, aut corpus Christi. ¶ Et quidem hic uarij sunt modi doc. quos breuiter tangendo percurram, & post

modum

modum saluandi ueritatem magis clarum, & facilem aperiam. Sunt, qui dicunt, ꝙ hoc demonstret panem: sed uerbum est, non capitur substantiue: sed ut ualet tantum. i. significatur sit sensus. Hoc est corpus meum. i. panis significant corpus meum. Et ita sacerdos proferens hanc propositionẽ in persona Christi uerum dicit. Verum si sic dicentes negent corpus Christi uere, & realiter contineri in sacramẽto: & panẽ transubstantiari in corpus Christi, sed Christum tantũ figuratiue locutũ fuisse, cũ dixit. Accipite hoc est corpus meũ. ad instar huius locutionis. Ego sum uitis uera &c. corpusq; Christi non esse in sacramento, nisi tanquã in signo. Hæretica est. & sup. lec. 39. satis reprobata. Ideo tanquã fidei, ac ueritati contraria refellenda est, & relinquenda. Alij, ut Richar. de sancto uictore in li. de tri. tenet, ꝙ in hac oratione: hoc est corpus meum: est demonstratio mixta, partim ad sensum, partim ad intellectum: ut sit sensus orationis. Hoc est corpus meum: hoc. i. illud, in quod panis diuina uirtute est transmutandus, est corpus meum. Et ad illam positionem uidetur etiam declinare Richar. de media uilla dist. 8. quarti. ꝙ hic est demonstratio partim ad sensum, partim ad intellectum: sic intelligendo: ꝙ demonstratur hic aliquid, quod est obiectum sensus: & aliquid, quod est obiectum intellectus, primum in obliquo, secũdũ in recto, ut sit sensus. Hoc. i. aliquid sub hac specie sensibili est corpus meum. Et hoc uerum est non restringendo illud ad aliquam differẽtiam temporis. Vnde secundum eum pronomen hoc, supponit pro illo, quod actu continetur: uel de proximo continebitur in futuro sub hac sensibili specie, quæ disiunctiua uera est pro secunda eius parte. Et ex hoc dicit consequenter: ꝙ corpus Christi esse sub sacramento non est causa ueritatis huius propositionis: hoc est corpus meum: sed corpus Christi statim fore sub istis speciebus, est causa ueritatis præfatę locutionis. Vnde sensus est, hoc est corpus meum. i. illud, quod statim erit præsens sub hac specie sensibili: quæ uidetur: est corpus meum: & hoc uerum est. ¶ Fundamentum Richar. est quia cum secundum grammaticos tempus non accidit nomini: neq; pronomini, quod loco nominis ponitur: pronomen, uel nome n a parte subiecti positum non restringitur ad aliquam tpis differentiã: & iõ potest supponere ꝓ suo significato, quod est, uel fuit, uel erit, sicut indifferenter significat. Nec põt dici, inquit, ꝙ restringatur per uerbũ præsentis tpis ad supponẽdũ tantũ pro aliquo, quod præsens est: sicut cũ dicitur hõ est albus: terminus hõ non restringitur ad stãdũ pro albis tantũ, sicut cũ dicitur hõ albus: quia restrictio nõ sit nisi ꝓ restringens in distans. i. a parte eiusdem extremi positum. Sic ergo hoc demonstrat aliquid sub specie sensibili, siue nũc sit sub ea, siue fuerit, siue erit. Demonstrat. n. sine restrictione tpali. Et æquiualet propositioni disiunctiuæ diuersas temporis differentias importanti. i. illi hoc quod cõtinetur: contentum fuit, uel continebitur sub his speciebus est corpus meũ. Et quantum capio illum doctorem, uult dicere: ꝙ licet copula uniat extrema pro tempore per ipsam importato nõ tamen restringit extrema ad supponendum pro suis significatis tantum sibi ad tempus copulæ correspondentibus: licet propositio solum uerificetur pro illis. Vnde consequenter dicẽdũ: ꝙ in illa, hõ uiuit; homo supponit non tantũ pro hominibus, qui sunt in tpe præsenti, sed ẽt pro Adã, & Antichristo, licet illa ꝓ positio solũ uerificetur pro hoibus, qui sunt. Sicut hic hõ currit, hõ irrestricte supponit tã pro hoie currente, quã pro sedente, ac quiescẽte: licet solũ uerificetur pro homine currente. Ita in proposito hoc, demõstrat aliquid. s. corpus Christi, quod nunc est, uel erit sub speciebus: & illud, quod erit sub speciebus panis: iam est corpus Christi: & sic propositio simpliciter est uera.

Opinio Ricardi.

H

¶ Alex-

Opinio Alexand. de ales & Altifidiensis.

¶ Alexander de Ales parte. 4. q. 33. post aliorum reprobationem, dicit, q̃ hæc oratio: hoc est corpus meum: est significatiua, & operatiua. significatiua ex prima sui impositione: operatiua ex formæ sacramentalis institutione. Ratione, qua est significatiua, hoc demonstrat signatum per signũ. Ratione, qua est operatiua, insinuatur aliquid in aliud conuertendum. Vnde est hic demonstratio signati per signum in signatum conuertendum. Signum est panis: signatum est corpus Christi, in quod panis est conuertendus. Hoc ergo demonstrat ad intellectum corpus Christi: quod est signatum panis conuertendi in ipsum. Vnde sensus huius hoc est corpus meũ: est signatum hoc signo, quod est panis transsubstantiandus in corpus meũ, est corpus meum. Et sic patet, q̃ non est idem dicere: hoc est corpus meũ, & corpus meum est corpus meum. Hæc positio non fauet hæresi, quæ dicit corpus Christi tantum per panem significari: & per hoc illam esse uerã, hoc est corpus meum: quia panis significat corpus Christi. Non enim dicit Alex. q̃ hoc demonstret panem, sed significatum per panem. Nec dicit panem tantum significare corpus Christi, ita q̃ nunquam conuertatur in corpus Christi: sed dicit panem conuertendum esse in corpus Christi, & hoc implicari in demonstratione per hoc. Nam hoc demonstrat corpus Christi significatum per panem conuertendũ in corpus Christi. ¶ Guil. Altisiodorens. in summa sua dicit, q̃ pronomen hoc habet nagam demonstrationem. Vt sit sensus huius orationis: hoc: id est existens sub hac forma panis, est corpus meum. Vt cum dicitur, tu aperi: tu habet indeterminatam demonstrationem. Ille.n. qui extra domũ est, dicit, tu aperi nesciens, quis sit intus, nihil determinate demonstrans per tu. Ita in ꝓposito; hoc demõstrat existens sub forma illa: nõ determinãdo illud particulariter. ¶ Huic positioni uidet fauere Durãdus dicens: q̃ in proposito sit demõstratio ad intellectũ: nõ quidẽ alicuius indiuidui signati: sed solũmõ indiuidui uagi, ut sit sensus, hoc. i. contentum sub hoc. i. sub speciebus, loquendo in generali, non in speciali de pane, uel corpore: est corpus meum. ¶ Beatus Tho. par. 3. q. 78. ar. 5. & redit in idem, dicit, q̃ hæc locutio, hoc est corpus meum, resoluitur in illam. i. contentum sub hoc, est corpus meum. Contentum dicit indeterminate: non determinando ad panem, quia sic locutio esset falsa. Nec ad corpus Christi, quia sic significaretur, q̃ corpus Christi esset corpus Christi. Et hæc dicit: est ratio quare cum pronomine hoc; non ponitur nomen a parte subiecti, ne scilicet eius demonstratio ad aliquam certam speciem substantiæ determinaretur, sed indeterminate demonstret contentum sub speciebus: quod commune est, & substantiæ panis, & corporis Christi: quæ ambo successiue continentur sub speciebus panis. ¶ Huic positioni etiam consonat Egidius theo. 43. Item glo. interlinialis Math. 6. dicit: q̃ est demonstratio ad sensum, quasi ad intellectum talem. Hoc est corpus meum. i. illud, quod sub illa specie uisibili uidetur: est corpus meum. Ad similitudinem, qua diceremus uiso angelo sub specie humana: hoc est angelus. In glo. uidetur: non dicit uisionem corporalem: sed intellectualem. i. intelligitur. ¶ Sanctus Bonauentu. in quarto distin. 8. post recitationem, & reprobationem multarum opi. dicit: q̃ hoc demonstrat substantiam panis sub accidentibus, quæ oculis conspici possunt: quæ est terminus a quo conuersionis (Est) uero, est operatiuum: & non dicit inhærentiam, uel identitatem extremorum: sed conuersionem. Et hoc est specialeinista oratione. Vnde cum dicitur: hoc est corpus meum: non significatur, q̃ panis sit corpus, sed q̃ ad prolationem huius uerbi panis: transit in corpus. Valet ergo est, tantum. i. transit,

Alex.

Opinio Santi Thomæ, Egidii, Bonauen.

K B. Tho.

uel

uel conuertitur. ¶ Illa opinio differt a prioribus in duobus. Primo: quia dicit: ꝙ hoc non demostrat corpus Christi, sed panis substantiam sub accidentibus oculis apparentibus. Secundò dicit, ꝙ est, non accipitur substantiuè, ut dicit rei existentiam, sed conuersiuè, ut importat conuersionem alicuius in aliquid. unde ualet tantum id est transit, uel conuertitur: ¶ Oppositum utriusq; dicunt aliæ opi. scilicet, ꝙ hoc, demonstrat corpus
I Christi: & accipitur est substantiuè. ¶ Omnes ergo prædictæ opi. præter Innocentij in hoc concordant. Primum, quòd hæc oratio, hoc est corpus meum non accipitur materialiter, sed significatiue: eo modo, quo Christus protulit: dum per eam in cœna consecrauit. Quia eadem forma, quâ nobis tradidit: etiam ipse consecrauit. Non autem esset eadem forma: si per nos prolata caperetur materialiter: cum forma Christi, qui protulit eam, capitur significatiue. ¶ Secundum: quia oratio illa est conuersiua. Per eam enim panis conuertitur in corpus Christi. Et ideo significabit terminum a quo conuersionis, qui est panis: & terminum ad quem, qui est corpus Christi. Et ideo non potest esse synonyma illi: corpus meum est corpus meum: quę non est conuersiua: & tantum significat terminum ad quê. Nec importat conuersionem. ¶ Tertium: quòd oratio illa, quæ est forma consecrationis, est oratio uera: quia in sacramento ueritatis non debet esse aliqua falsitas. ¶ Laborant autem opi. quomodo illa tria inueniantur in hac oratione; hoc est corpus meum. Videtur enim difficile saluare: ꝙ est uera, & simul conuersiua. Nam quia uera: necesse est extrema uniri: hoc est supponere pro eodem: siue ut alij dicunt, esse idem. Cum autem prædicatum, scilicet corpus supponit pro corpore Christi: in cuius persona sacerdos loquitur, necesse est subiectum, scilicet hoc, pro eodem corpore supponere; & ita non pro pane, quod si est: ualebit illam corpus meum est corpus meum, & ita non erit conuersiua. ¶ Hanc difficultatem faciliter uidetur euadere sanctus Bonauen. quia dicit quoad primum: ꝙ hæc est uera: & extrema supponunt pro eodem: sed non pro corpore Christi, sed pro pane. Hoc enim quod est subiectum: demonstrat panem. Et prædicatum non est corpus meum, sed hoc totum, ens, quod conuertitur in corpus meũ. Nam est, ualet tantum. i. transit, uel conuertitur. Et ita ad illam uocalem: hoc est corpus meum: correspondet illa mentalis, hic panis conuertitur in corpus meum, cuius prædicatum est ens, quod cõuertitur in corpus meum: ut patet in resoluendo. Hoc autem prædicatum supponit pro pane, & connotat eius conuersionem in corpus Christi. Sed quia dicere: quòd est, ualet tantum. i. transit, uel conuertitur, uidetur omnino uoluntarium. Nec aliqui grammaticorum sic imposuerunt. Nec ostendi potest, per quem theologum data sit sibi hæc significatio, ideo ea facilitate respuitur, quę acceptatur. unde & Alex q. 33. mem. 3. ar. 2. §. 2. Licet hæc oratio: hoc est corpus meum, inquit, sit operatiua uirtute sibi collata a domino instituente hoc sacramentum, non propter hoc subtracta est sibi propria significatio, quam habet ex impositione, neq; secundum se totam, neq; secundum partem ipsius aliquam. Vnde quod dico, est quod dico corpus, quod dico meũ, proprias retinent significationes, & modos essentiales significandi hic sicut
M alibi. Hæc ille. ¶ Eapropter omnes alij opinantes prędicti dicunt; quòd est significatiue est substantiuum. Et quantum ad prædictam difficultatem soluendam, satis in hac sententia concordant, licet uerbis non eisdem, quòd prædicatum huius orationis hoc est corpus meum est corpus meum, quod supponit pro corpore Christi subiectum uero hoc, demonstrat contentum sub speciebus panis uisui præsentibus in instanti conuersionis, si illud est

Comparantur opiniões adinuicẽ.

Alex.

corpus Christi. Ita q̃ hoc duo demonstret: scilicet corpus Christi nondum præsens ad intellectum: & panem, aut species eius præsentes ad sensum. Quod sic potest declarari. Nam pronomen ponitur loco nominis: & non tantum loco nominis absoluti: sed etiam connotatiui. Et si est demonstratiuum, demonstrat illud & sub ea habitudine, qua nomen locus cuius ponitur: significat. Vnde non solum demonstrat absolute rem aliquam: sed potest demonstrare ipsam cum omnibus circumstantijs, quibus significari potest per nomen, siue incomplexum, siue complexum. Siquidem pronomen demonstratiuum non est significatiuum, nisi ex intentione proferentis. Non enim institutum est primaria institutione ad significandum aliquid determinate, sed ad significandum quodcunq;, pro quo proferens eo uoluerit uti. Ideo potest poni loco cuiuscunq; nominis absoluti proprij, uel connotatiui impositi, uel imponendi, simplicis, uel complexi. Sic in proposito pronomen hoc, demonstrat corpus Christi ad intellectum: non absolute, sed connotat panem præsentem sub speciebus sensibilibus in prospectu existentibus conuertendum in corpus ipsum. Est enim in potestate demonstrantis rem sic, uel aliter demonstrare, & ita pro isto, uel alio nomine ponere. unde nomen loco cuius ponitur pronomen hoc, est illud complexum, hoc est ens, uel aliquid, in quod panis sub illis accidentibus cõuertendus est. Et hoc complexum supponit pro corpore Christi, & connotat panem sub illis speciebus, eiusq; conuersionem. Hoc ergo demonstrat ad intellectum illud, pro quo supponit. i. corpus Christi: & demonstrat ad sensum panem, & species, quem, uel quas connotat. Et sic intellecta oratio simpliciter est uera: siue est, importat tempus prolationis: siue præcise, siue prolationis totius orationis: siue instãs conuersionis, quia pro quolibet illo tempore, & instanti hoc, in quod conuertendus est panis, est corpus Christi. Illud enim, in quod conuertendus est panis, est corpus Christi ante prolationem huius orationis: sub prolatione, & post prolationem. Sic ergo patet ueritas orationis. Patet etiam: q̃ est econuersiua, quia importat utrumq; terminum conuersionis, immo & ipsam conuersionem, nõ tamen eodem modo significandi: sed terminum ad quem subtractiue: terminum a quo, & conuersionem formaliter, seu connotatiue. Patet etiam, q̃ non est idem dicere. Hoc est corpus meum: & corpus meum est corpus meum, quia licet extrema utrimq; supponant pro eodem, scilicet corpore Christi, non tamen connotant idem, ut declaratum est. Et ita uidetur, q̃ quælibet dictarum opinionum possit saluari, licet una magis proprie loquatur, quam alia. ¶ Et licet sic uideatur difficultas euacuata quantum ad demonstrationem pronominis hoc, tamen adhuc laret maior difficultas, per quam adhuc ueritas formæ poterit impugnari, & est hæc. Forma consecrationis in omni casu possibili est efficax: prolata a sacerdote: debita intentione super materiam congruam. Ponatur igitur casus, q̃ corpus Christi nullibi sit ante consecrationem, nec in cælo, nec alibi in sacramento, quod est possibile. Celebrat sacerdos. Ad prolationem formæ in ultimo prolationis uerborum incipit esse corpus Christi de nouo sub speciebus panis. De nouo dico: tamen post priorem existentiam interruptam in casu. Accidit enim conuersioni, q̃ corpus Christi sit ante cõuersionem in naturali cõsistentia, ut habitum est supra lectione proxima. Illo ergo casu posito, procederet ratio in principio huius lectionis facta, quia licet hoc demonstrat corpus Christi, in quod conuertendus est panis: & ita illud, quod prædicatum significat, tamen nec ipsum, nec prædicatum supponit respectu huius copulæ est, quia siue dicat tempus suæ prolationis, siue prolationis to-

Ostenditur maior difficultas de copula (est)

N

tius

tins propositionis: pro illo non est corpus Christi. Nec potest dicere instans conuersionis: quia illud non est cum prolatione propositionis. Est enim primũ non esse propositionis, pro quo propositio non est: sed immediate ante hoc fuit. Itaq; cum illud instãs nõ sit præsens: nec simul cũ oratione: nõ pót importari per uerbũ est præsentis temporis. Sic ergo residebit maior difficultas in significatione copulæ est, quam demõstratione pronominis hoc.

Opiniones Sco. & ochã.

¶ Circa hoc laborauerunt Sco. & Ockam: nescio, si alter eorũ satisfecerit curioso lectori. Guilhel. ockam huius occasione inuestigat: qñ propositio uocalis sit uera: an in principio prolationis, medio, uel in fine. 2. quotli. q. ul. & 30. quotli. q. 1. Et posset queri, qñ propositio uocalis dr esse. ¶ Pro quo breuiter aduerti pót, ꝙ pro alio tpe ꝓpositio uocal s est: & ꝓ alio uera est secũdũ quosdã. Et quia dici nõ põt, ꝙ propositio uocalis nũquã est. Nec pót dici esse, quãdo oẽs partes suæ simul sunt, quia illæ cũ sibi succedãt: nunquã simul sunt. Nec dici põt, ꝙ est, qñ nulli partiũ eius est. Relinquitur ergo: ꝙ tũc est: qñ aliqua partium eius est: sit prima: sit media: sit ultima: quia nõ est maior ratio de una, quã de alia. Est ergo pro toto tempore prolationis suæ, & pro qualibet eius parte. Et nota uocabulũ pars: quia nullus terminus dicitur pars propositionis, nisi coniugatur alijs, cũ quibus constituit propositionẽ. Propositio aũt tunc dicitur uera: quãdo significat sic esse, sicut est in re, si fuerit de præsenti, de ineſſe, & affirmatiua: nõ aũt significat, nisi qñ sibi mentalis correspondet: quia uocalẽ propositionẽ significare, nihil aliud est, quã eam instrumentaliter immutare, siue mouere cognitiuam ad concipiendũ propositionẽ mentalẽ. Illa autem solũ concipitur in fine propositionis uocalis: quia audiens. Hoc est corpus, ignorat, an dicturus sit proferens afinis, aut hominis, aut meũ: ideo non formatur mẽtalem ante completam prolationẽ totius uocalis. Est ergo uocalis uera, quando complete prolata est: & tunc non est. Qñ aũt prolata est complete, tunc sub speciebus panis est uerũ corpus Christi. Et ita illa. Hoc est corpus meum: demonstrando contentũ sub speciebus: scilicet corpus Christi simpliciter uera est: quia quãdo significat propositionaliter: tunc sic est, sicut significat, quia tantum in fine prolationis suæ propositionaliter significat. Siquidẽ mentalis semper sua uera est, quia nõ formatur ante completam prolationẽ uocalis. ¶ Sed quamuis hæc imaginatio sit subtilis: non tamen uidetur satisfacere, quia esto: ꝙ mentalis formetur uocali perfecte formatæ: tamen copula mentalis non importat tps pro quo mentalis concipitur: sed magis tempus pro quo uocalis profertur. Vnde posito casu, ꝙ angelus a, esset ꝓcise tempore prolationis hmõi angelus, est: & non ultra: tunc hæc esset uera, a est. Et si in mẽtali, quæ formatur ad prolationem uocalis, est, importat tempus conceptionis mẽtalis: ipsa esset falsa: quia quando mentalis est: a non est: ut ponit casus. Oportet ergo: ꝙ copula mentalis uocali correspondentis, importet idem tempus, quod copula uocalis, alias non essent synonimæ. Et ideo in priori casu, quo corpus Christi per hanc conuersionem de nouo incipiet esse simpliciter. Illa: hoc est corpus meum: si est, importet tempus suæ prolationis: non esset uera: etiam in ultimo instanti suæ prolationis neq; mentalis sibi correspondens: licet pro illo ultimo instanti, corpus Christi continetur sub spẽbus panis, eo ꝙ est, non importaret illud instans. Etiam uĩ satis inusitatũ dicere: ꝙ ꝓpositio est uera, qñ nõ ẽ. Nec uĩ, ꝙ uerũ, & falsum aperte ꝑdicati ampliãt subiectũ ad ꝑteritũ. Ideo pót probabiliter dici: ꝙ propositio uocalis est uera, qñ est, & non, qñ non est. Cõsequẽter ẽt: ꝙ mẽtalis correspondẽs uocali, est simul cũ uocali in fieri: licet nõ in esse. Ita ꝙ mentalis etiam successiue formatur sicut uocalis: subiectum mentale ad ꝓla-

O

Positio, & mens collectionis Gabrielis.

P

tionē ſubiecti uocalis:copula ad prolationem copulæ uocalis: prędicatum ad prædicatum:licet mentalis maneat deſinente uocali. Manent enim partes mentalis ſimul:non ſic uocalis. Conſequenter dicitur: ꝙ uocalis tunc uera eſt:quando res ita ſe habent, ſicut ipſa ſignificat,uel ſignificaret: ſi aliquis eā appræhenderet,& eius mentalem formaret: unde ſi quis dicat,deus eſt:uera eſt:etiā ſi nullus eam appræhendit. Sicut etiam euangelium in libro ſcriptum:uerū eſt,etiam dum nullus ipſum apprehendit. Significat aūt uocalis,qñ eſt:tunc.n.mouet ad formandū mentalē per partes: & nō quādo eſſe deſijt. Verū in hoc non ſtat pondus præſentis diſputationis: ſed in hoc ſolū,quod tempus importat copula,eſt,in prędicta propoſitione:quia ſi prę ciſe importat tempus ſuæ prolationis:uel etiam prolationis totius orationis:hoc eſt corpus meū,adæquate indubie in caſu illo eſt falſa:quicquid etiā demonſtretur per pronomen hoc:quia prædicatū corpus meum: non ſuppo nit: cū pro toto tēpore prolationis,non ſit corpus Chriſti ſecūdum caſum: Q ¶ Idcirco notandum:ꝙ eſt,in dicta oratione,quia præſentis temporis:tēpus prę ſens importat. Cū autē prę ſens tempus ſit diuiſibile(quia non pono inſtantia indiuiſibilia) dubitari pōt:quanto tempore poſſimus uti pro tempo re præſenti. Ad quod dicendum tanto,quantō placet:ita tñ,ꝙ includat præ ſens nunc. Vnde poſſumus uti pro tempore præſenti hora præſenti:die præ ſenti:menſe prę ſenti: anno præſenti. hoc eſt hora includente præſens nūc: die includente præſens nunc: & ſic de alijs. Cum autem aliquo tempo ris ſpatio utimur pro præſenti. (exempli cauſa præſenti die) quicquid eſt pro aliqua parte hodiernū diei, præſens dicitur eſſe illa die, ſiue hodie: & ita eſſe. Quamuis ergo eſt, dicit tempus præſens: eſt tamen in beneplacito proferentis,quanto tempore uelit uti pro præſenti: an magno, paruo, uel inſtanti,ſi ponere:ur. Et ſecundum hoc uariantur propoſitiones in ueri- R tate,& falſitate. ¶ Per hoc ad propoſitum. Dico, ꝙ in illa,hoc eſt corpus meum:hoc demonſtrat corpus Chriſti,in quod conuertendus eſt panis ſpeciebus uiſibilibus ſubiectus,ut dictum eſt. Eſt ſignificat præſens tempus includens prolationem huius uocalis cum inſtanti terminante ipſum quod, eſt primum inſtans non eſſe eius: quod eſt inſtans conuerſionis, ut ualeat tantum hæc oratio; hoc eſt corpus meum.i.hoc contentum, in quod conuertendus eſt panis &c. in aliqua parte temporis includentis prolationem, & inſtans terminans, eſt corpus meum. Et hoc eſt uerum: etiam ſi de nouo corpus Chriſti inciperet eſſe ſimpliciter in inſtanti conuerſionis. Nā de eo uerum eſt dicere: ꝙ eſt:quia eſt contentū ſub ſpeciebus in primō nō eſſe prolationis uerborū, quod eſt ſuppoſitione eſt pars temporis præſentis importati per eſt. Et hanc reſponſionem tangit Sco. in 4. diſtin. 8. q. 2. poſt tredecim concluſiones,quas ponit ad inueſtigandum:quando propoſitio ſit uera, quid importet uerbum eſt:& quid demonſtret pronomen,hoc. Tandem declinat ad hoc, ꝙ eſt importat tempus ſecundum intentionem exprimentis: & quantum eſt in ſe,& in quantum eſt miniſter dei, qui orationi aſſiſtit ſecundum intentionem, quam habere debet miniſter ad faciendū, quod ſic intendit. Hæc autem eſt: ut tota oratio referatur ad ultimum inſtans prolationis ipſius orationis, ſiue hoc ſit ex uirtute ſermonis, ſiue ex determinatione proferentis,& hoc non tantum in ſe, ſed in ordine ad principale agens aſſiſtens ad agendū. ¶ Et per hoc ad rationē in principio huius lectionis factā dicitur, ꝙ pronomen hoc, demonſtrat ad intellectū corpus Chriſti,pro quo & ſupponit. Et demonſtrat ad ſenſum ſubſtantiam panis, & ſpecies quas connotat, ut dictum eſt. Et licet corpus Chriſti non ſit præſens, dum oratio profertur, ſufficit; ꝙ ſit præſens in tempore præſen-

Qñ ad prolationem uocalis propoſitionis format mentalis.

Quid demōſtret (hoc eſt) quale tēpus ſignifi-cat.

ti,quod

ci, quod per copulam est, importatur. Est enim importat totum tempus includens tempus prolationis, & instans conuersionis tanquam præsens, ex intentione, quam habere debet proferens sacerdos, & ita erit simpliciter uera. ¶ Verum quicquid sit de hac disputatione logica, hoc tenendum est, S
q hæc oratio non est forma sacramentalis, ut uera, sed ut tale signum præcedens forte tempore, uel ad minus natura, suam ueritatem. i. conuersionē, q quā proposit o est uera. Et nec ut uera, nec ut falsa est conuersiua, sed ut sic tanquam dispositio præuia a deo instituta ad effectum sacramentalem, cui dominus ex pacto assistit ad causandum talem effectum in termino suę prolationis, siue significet hoc, siue aliud, siue uera, siue falsa. Non itaq; ne cesse est ministro de eius ueritate disputare. Sufficit ei intendere proferre hanc orationem eo modo, & sine quo Christus instituit eam proferendā. Et hæc est intentio debita, quā habere debet actualiter, uel habitualiter, ut declaratū est lec. 6. qua existente, & ipso existente uocaliter distincte proferente, assistit deus ad perficiendum effectum, etiam si sacerdos ipsa uerba tanquam imperitus latini idiomatis, non intelligeret, aut actu ad eorum significationem non attenderet. Nec cautum est celebranti in hora consecrationis secum disputare, ac sollicite intendere, quid per pronomen demonstret, sed attendat, ut uerba integre proferat, ueliq; hoc heri ad uerborum a se prolatorum expressionem, quod Christus instituit, & ecclesia credit.
¶ Ostensa nunc utcunq; ueritate huius orationis, hoc est corpus meum, T
quæ est forma consecrationis. Etiam paululum addendum est de eius congruitate, quantum ad singulos terminos in ea positos. Congruitate non dico grammaticali, quæ manifesta est, sed uerborum in ea ordinatorum aptitudine, & conuenientia ad rem ipsam, quę ibi significatur, & agitur. Posset enim alicui uideri, ut arguendo recitat doc. irrefragabil. parte. 4. quæst. 33. membro. 3. articu. 2 q inepte poneretur hoc pronomen, hoc, pro subiecto, q secundū uim uocabuli demonstrat id, quod est in prospectu proferentis, nihil autem tale, nec panis, nec species (siquidem hęc tantum sunt præsentia in prospectu proferentis) nihil horum est corpus Christi. Ideo ponendum erat aliud subiectum expresse importans idem cum prędicato: ut ab omnibus audientibus, & proferentibus statim deprehenderetur eius ueritas. ¶ Item quia forma ista conuersiua, qua transubstantiatur panis in corpus Christi, quæ fit prolatione facta, in ipsaq; uirtus infinita, per quam creata sunt omnia operatur, quodammodo creans sub his speciebus corpus Christi quantum ad nouam eius præsentiam. Opera autem creationis per uerbum fiat, imperatiui modi exprimuntur, ut est illud. Fiat lux. Gen. 1.
Pulchre cōditur consecratiōis forma congruē in
fiat arida &c. Conuenientius fuisset ponere uerbum transitionem, & productionem sub tempore futuro, & modo imperatiuo importans: ut fiat, uel conuertatur, aut simile, quam uerbum est: quod est substantiuum importans subsistentiam rei, non transitionem, & hoc indicatiue sub tempore præsenti. ¶ Item in cæteris sacramentorum formis ponitur uerbum importans operationem ministri circa materiam sacramenti: ut baptizo, confirmo, inungo, absoluo. Ideo, & hic poni deberet huiusmodi uerbum, ut conficio: uel reficio, ut sic exprimeretur, non solum operatio dei inuisibiliter operantis, sed etiam ministri uisibiliter circa materiam aliquid actuantis. Præterea cum hoc sacramento reficitur anima tanquam cibo uitæ, & caro magis conuenit cibo, & refectioni, quam corpus, quod ossa includit, magis erat dicendum, hoc est caro mea. Vnde & dominus ait. Caro mea uere est cibus. Et panis, cuius partes sunt eiusdem rationis, expressius significat carnem Christi homogeneam, quam corpus, Ioh. 6.

quod habet partes similes, & dissimiles. Vnde & Christus. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Caro dicit, non corpus. Item transubstantiatio secundum rationem nominis, dicit substantiam mutatam in substantiam: ideo magis dicendum erat corpus Christi, quam meum, quia proferuntur a sacerdote loquente de Christo in tertia persona. Qui pridie quam pateretur, accepit, benedixit, fregit. Vel si relatio fit ad Christum, magis dicendum fuisset: hoc est corpus tuum. ¶ Item licet Christus dixit discipulis suis. In nomine meo dæmonia ejicient, tamen discipuli ejicientes dixerunt in nomine Christi: sicut Paulus dixit spiritui phitonisse. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et Petrus Acto. 3. In nomine Iesu Christi nazareni surge, & ambula. Dicendo etiam corpus Christi omnis dubietas tolleretur, & error simplicium dubitantium: uel putatiu sacerdote loqui in persona sua. ¶ Ad congruitatis ostensionē, & obiectorum solutionem notat sanctus Bonauen. post Alex. dist. 8. quarti. q. 7. ꝙ hæc oratio singulariter significatiua est inter omnes orationes. Nam aliæ orationes tantum sunt indicatiuæ ueritatis, uel existentiæ eius, quod significant. Hæc autem quod significat, efficit, & operatur. Nec solum est oratio hæc singularis comparando ad alias communes locutiones, sed etiam singularis comparando ad alias formas sacramentales. Sicut & hoc sacrm non solum omniū aliorū dignissimū est, sed & supermirabile, & singularissimū. Vnde sicut sex notantur in hoc uenerabili sacramēto singularitas ita eadem singulariter oportuit per eius formā designari ¶ Primum est mirabilis illa conuersio panis in corpus Christi: cuius conuersionis mira singularitas in superioribus expolita est, ideo oratio, quæ dicitur forma huius sacramenti: nedū est significatiua, sed operatiua. Efficit enim, quod significat tanquam causa sine qua nō, ut supra lec. 47. dictum est. ¶ Secundum, ꝙ operatio illa, siue conuersio ad successiuam orationis prolationem facta, non est successiua: sed instantanea. ¶ Tertiū, ꝙ non est operatio, siue productio alicuius rei nouæ, uel non existentis: sed terminus eius est ens actu completum, substantialiter non mutatum. ¶ Quartum, ꝙ conuersio illa terminatur ad illud ens. s. corpus Christi, ut est signū alterius, uidelicet corporis Xpi mystici, ecclesiæ. s. fidelium quæ est corpus capitis Christi secundum apostolū. Dedit illū caput supra omnē ecclesiam, quæ est corpus eius. ¶ Quintum, ꝙ hæc conuersio fit uirtute uerbi increati, non tamen sine ministro sacerdote uerba certa super materiā certā cū intentione debita proferente. ¶ Sexto, ꝙ sacerdos nulla operationem habet præter uerborū prolationē circa materiā conuertendā. Siquidem ad effectū conuersionis non requiritur, quod sacerdos materiam. s. panem, & spēs tangat, leuet, frangat, aut dispenset. Sine omnibus his sola uerborum prolatione, cum intentione consecrandi, fit cōuersio: et si nec tangat, dispensent, frangat, aut sumat. Non sic in aliis sacris. In baptismate non sufficit prolatio uerborū super puerū, & aquā, sed requiritur lotio in aqua, quæ est operatio sacerdotis baptizantis. Et in confirmationis unctio in fronte confirmādi, quæ similiter est operatio episcopi confirmatoris: sine quibus nihil efficiunt uerba. ¶ Hęc sex subtiliter, & aptissime designantur per quatuor uerba formę. Nā quia forma est operatiua: per subiectū eius significari oportuit & conuersum, & illud, in quod erat conuertendū, siue conuersio nō designaretur operatio sine eo, in quod cōuersio fit, non esset uera oratio. Et cum illud importatur per prędicatum, oportuit illud designari & per subiectum. Sed illa duo in subiecto per terminum simplicem unum tantum modum significandi habentē, fieri nō potuit: quia

Mar. ult. Actio. 16.

Act. 3.

V

Quod ista quatuor uerba aptè, ut congruè sunt posita.

Ephe. 1.

X

uno

uno modo significanda non erant. Nec apte in breui forma uerborum: quam oportuit distincte proferre, poneretur ex multis terminis complexū. Ideo aptissime positum est pronomen demonstratiuum hoc: quod unicum in uoce ad intentionē debitā proferentis haberet duplicē demonstrationē ad sensum,& ad intellectū. Ad sensum demōstraret panis substantiā sub uisibilibus speciebus præsentem cōuertendā. Et ad intellectum,corpus Christi nondum præsens tanquam huius conuersionis terminū. Pro isto supponē do:illas cōnotando: quod sic aptissime sit per pronomen demonstratiuum, quod ex primeua institutione habet demostrare ad intentionē ministri conficentis. Nec oportuit illā significationē patere omnibus idiotis,cum secretissimū est huius sacramenti mysterium: ut uult Diony. in de ecclesiastica hierarchia. Neq; ab intellectu significationis orationis dependet uirtus cōsecrationis:ut dictū est. Hæc quoad pronomen hoc. ¶ Quia ēt terminus huius conuersionis,quæ principaliter in oratione significatur:est actu ens non mutatū substantialiter:non debuit poni uerbū mutationem eius importans: puta fieri:sicut dicimus ex aere aquam fieri:ubi importatur substantialis mutatio termini: quia productio aquæ simpliciter per uerbum fieri: sed debuit poni per uerbum essendi: ut significaretur conuersio esse sine mutatione termini. Et quoniam conuersio illa fit non successiue:sed instātanee: ubi simul est fieri,& factum esse: instans etiam conuersionis non diuiditur a tempore prolationis per tempus, uel instans medium, quasi post prolationem futurum, sed instans terminans prolationem, ipsum est instans conuersionis. Ideo uerbum essendi non debuit esse futuri temporis: sed præsentis temporis, quia terminus rei præsentis, præsens iudicatur. Et licet uirtus conuersiua sit infinita, uirtus scilicet uerbi increati,per quod facta sunt oīa: tamen per hanc in illa conuersione nihil nouum creatur. Neq; conuersio illa est ad nouā præsentiam corporis Christi:tanquam ad terminū formalē:sed ad ipsum corpus Xp̄i:ad cuius substantialē existentiā definit esse panis conuersus:ut hitū est lec. 40. Ideo non dicitur conuersio hic trās-locatio,sed transubstātiatio Corpos aūt Christi in hac cōuersione nō creatur: quia ante fuit:& per conuersionē transsubstantialiter non mutatur:ideo nō debuit poni uerbum imperatiuū. uocans rem de nō esse ad esse:fiat,uel creetur:sed uerbū est, substantiuum significans immutatā,& semper existētē corporis Christi substantiā. Hoc de uerbo est. ¶ Quia etiam conuersio fit panis in corpus Xp̄i, tanquā in signū alterius:quia corpus Christi res est sacrī panis: & sacrm corporis mystici,quod ex multis membris diuersorum officiorum cum uno capite Xp̄o connectitur,signans unionē membrorū fideliū cū Christo,nō sufficit dicere,caro. Quod licet sufficeret ad rationē cibationis spiritualis exprimēdā (propter quod Xp̄s cū de cibo loquitur:utitur nomine caro) ad signandū aūt utrūq;,quod pertinet ad rationē sacrī:dicēdū erat corpus.quod cōe est ad totū homogeneū,& ꝑterogeneū. Vnde in institutione sacramenti dixit Christus. Accipite &c. hoc est corpus meū. Et licet panis, quia cibus, & eiusdē rationis in suis partibus,apte significet carnē Christi,quia tamē ex multis granis conficitur p aquę admixtionē unitis, & in pastā redactis apte significat corpus Christi ex multis mēbris connexū,anima eius sacrosancta uiuificatū, ut uult beatus Aug. super Iohannē. Vt ergo utrumq; significaretur:& corpus Christi ut cibus uitæ,& ut mystici corporis significatū,cōgruē tius dicitur corpus,quā caro. Quia etiam tota operatio ista fit uirtute uerbi increati, hoc sacramentum instituentis, & dispensantis sub hac uerborum forma: minister ex potestate a deo sibi tradita hoc idem ministerium aliter facturus eadem uerba assumit: non tamen in sua, sed in Christi

Y

1. Cor. 12.

principalis, & summi sacerdotis persona: ideo uerba Christi non mutata proferre debet. Vnde non corpus Christi, uel corpus tuum: sed meum dicere oportet, quod non sacerdotis: sed Christi corpus demonstrat. Et licet sacerdos in præcedentibus uerbis loquatur de Christo in persona tertia, in his tamen loquitur in persona Christi prima: ut dictum est. Neq; est simile de potestate ejiciendi dæmones tradita: & de potestate conficiendi: quia ibi non instituit formam aliquam. Nec ejectio dæmonum facta est uirtute uerborum: sed uirtute fidei ad Christum. Plus enim ibi fides operata est, quam uerba. Vnde frequenter dixit Christus in suis miraculis. Fides saluũ te fecit: aut fiat tibi, sicut credidisti. Hic autem formam sacramenti instituit, quem mutare non licebit. Quia demum sacerdos nullam habet circa materiam eucharistiæ operationem præter prolationem uerborum: non debuit aliud uerbum operationem sacerdotis circa materiam significãs addi: sicut in alijs sacramentis. ¶ Et per hoc patet: q̃ uerba illa quattuor sufficiunt: q̃q; congruentissimæ sunt posita: nec superflua, nec diminuta. Patet etiam per hæc obiectionum solutio sufficiens. Non tamen intelligendum, q̃ illa uerba sic necessaria sunt: q̃ per alia a deo formata instituí non potuit. Potuit enim, quæcunq; uoluisset, instituere: sed ex congruitatibus allegatis, fuerunt magis apta. Et tantum de formę consecrationis panis congruentia, & certissima ueritate.

DE PRAEPOSITIONIBVS QVIBVS exprimitur conuersio panis in corpus Christi.

LECTIO. XLIX.

A EXPEDITIS tribus principalibus diuisionis lec 38. præmissæ membris, scilicet formæ integritatem. eius efficacia, & ueritate. Restat quarti membri prosecutio: quod est de conuenienti singularissimæ cõuersionis expressione. Qua scilicet habitudine nomina terminos huius conuersionis significatiua poni debeãt in locutione: ut conuersio ipsa catholice, & uere exprimatur. De conuersionis panis, & uini in corpus, ut sanguiné domini apta Christi expressione, siue locutione.

Sunt autem nomina terminorum huius conuersionis panis, & corpus Christi: aut eis æquipollentia. Panis nomen est termini a quo corpus Christi termini ad quem. Iuquirendum itaq; an ipsa conuersio his nominibus exprimi possit per uerbum esse fieri, posse esse: simpliciter in rectis, uel mediante propositione ex de, uel in, obliquis. Inueniuntur nempe orationes uariæ diuersæq; apud sanctos: quibus de hac sacrosancta transubstantiatione sunt locuti. Nam & beatus Amb. eam nunc per uerbum potest, exprimit in li. de sacramentis. ubi dicis. Quomodo autem potest quod panis est: esse corpus Christi. Respondet. consecratione. Nunc per uerbum erat & est. Ibidem. Quod erat panis ante consecrationem: iam corpus Christi est. Ibidem. Nunc per uerbum fit. Vnde idẽ in lib. de cathechizandis rudibus. Panis, & calix fit nobis alimentum resurrectionis. In lib. de sacramentis. de pane fit corpus Christi. Et sequitur. Ex pane fit corpus Christi: & uinum fit sanguis Christi. Vbi etiam addit propositiones ex, de. Et sequitur.

Ambro.

Augu. quitur ibidem. Calix sanguis efficitur. Similiter & beatus Aug. uarie loquitur. Nam in lib. sententiarum prosperi. Cælestis panis, qui Christi caro est. Et sequitur ibidem quasi se exponens. Vocatur corpus Christi: cũ sit reuera sacramentum. Idem in ca. Qui manducat. de conse. dist. 2. Panis est corpus Christi. Calix sanguis. Idẽ lib. 4. de trini. Corpus, & sanguinem Christi dicimus quod ex fructibus terræ acceptũ, & prece mystica consecratũ recte sumimus ad salutem spiritualem. Quod autem ex fructibus terræ acceptũ est, & prece mystica consecratum: panis est. Dicit ergo panẽ esse corpus Christi. Item per sit, exprimit in c. Non omnis ea. dist. ubi dicit. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi. Item in c. utrum sub figura. in ea. dist. exprimit per præpositiones ex, & in. unde ait. Ex substantia panis, & uini corpus Christi mystice consecratur. Et sequitur. Corpus Christi & sanguis in uirtute spiritussancti ex panis, & uini substantia efficitur, & sequitur. Ipse scilicet Christus est, qui per spiritum sanctum: hanc uidelicet panis substantiam, suam efficit carnem: & transfit uinum in sanguinem. Item in confessione Berengarij, ut habetur eadem dist. Ego Berengarius profiteor eandem fidem me tenere de sacramentis dominicę mensę, quẽ hæc sancta synodus auctoritate euãgelica, & apostolica tenendam tradidit: mihiq; firmauit: scilicet panem, & uinũ, quæ in altari ponuntur: non solũ sacramentum, sed etiã uerum corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Item Eusebius Emissenus de conse. dist. 2. c. quia corpus. sic exprimit. Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui uerbo suo secreta potestate conuertit. Sequitur. In Xpi substantiã terrena, & mortalia conuertuntur. Ecce omnibus modis in lectionis huius principio propositis: sancti utũtur de uenerabili eucharistia dogmatizantes. Sed uidendũ, qui modi sint proprij: qui figuratiui: ut obscura exponantur: & ad sermonis proprietatem, quę sunt minus propria: reducantur: quod & glosę dictarũ auctoritatũ faciunt. ¶ Supponoitaq; ex frequenter dictis: q̃ in hac conuersione, qua panis, & uinum in corpus, & sanguinem Christi transsubstantiatur: panis, & uinũ secundum se, & quodlibet sui desinunt, manentibus accidentibus, quibus desinentibus, succedit corpus Christi, quod non de nouo producitur; sed præexistens incipit de nouo esse sub illis accidẽtibus. Nihilq; qd̃ est aliquid ipsius panis, uel uini: nõ materia, nõ forma, non aliqua pars eius intrat, coniungitur, aut manet in, uel cũ corpore Christi, & sanguine sub accidẽtibus remanẽtibus. Hæc est catholica ueritas: hic intellectus, quem in omnibus sermonibus conuersionem istam exprimentibus concipere oportet, & tenere: & quibuscunq; sermonibus: exprimatur conuersio, ac transsubstantiatio panis, & uini in corpus Christi: nihil aliud intelligitur per conuersionem & transsubstantiationem, quã omnimoda panis, & uini desitio: & corporis, & sanguinis Christi sub remanentibus accidentibus successio. Et ad hunc intellectum debent retorqueri, & exponi. Sed nũc uidendũ, quæ locutiones secundũ sermonis proprietatẽ sunt concedendæ. ¶ Pro quo aduertendũ: q̃ duplices possunt formari propositiones in proposito. Quædam, in quibus panis, quod importat terminũ a quo conuersionis: & corpus Christi, quod importat terminum, ad quem sunt extrema totalia: quędam in quibus non sunt totalia extrema. Propositiones, in quibus panis, & corpus Christi sunt totalia extrema sunt simpliciter falsę de rigore uerborum: siue sint de inesse, siue de possibili, etiam cuiuscunq; temporis præsentis, præteriti, uel futuri. Cuius ratio est: quia omnis propositio de ineße affirmatiua cuiuscunq; temporis fuerit, importat unionem extremorum pro tempore per copulam importato. i. quæ impor-

B

Veritas tenẽda circa conuersionẽ prę mittitur, & summatim epilogatur.

tat per subiectum & prędicatum sunt idem : siue magis logice loquendo, ꝙ extrema. s. subiectum, & prædicatum supponant pro eodē. Si aũt fuerit de possibili : importat unionem illā esse possibilem pro aliquo tpe. Hinc est illud, ꝙ nunquam propositio de ineſſe : de præterito, uel de futuro est uera : nisi sua de præsenti aliqñ fuit, uel aliqñ erit uera : quia omne tēpus præteritū aliqñ fuit præsens : & omne futurū aliquando erit præsens. Sic nunquam propositio de possibili est uera : nisi sua de ineſſe sit possibilis. Cū ergo hæc : panis est corpus Christi, simpliciter est impossibilis : ideo omnes illæ sunt falsæ, & impossibiles : panis erit corpus Christi : corpus Christi fuit panis : panis potest esse corpus Christi. panem possibile est esse corpus Christi. Similiter & earū conuersæ. Et quia non sunt dubiles aliæ propositiones affirmatiuæ de esse, & possibili a prædictis, in quibus sunt totalia extrema : sequitur, quod
C dictū est : ꝙ oēs tales sunt falsæ. ¶ Propositiones uerò, in quibus non uterq; terminorū panis, & corpus Christi est totale extremū, sed ad minus unus eorum est pars extremi sunt in duplici differentia. Aut sunt ambo recti casus : aut alter eorū est obliqui casus. Si ambo sunt recti casus : tunc prædicantur mediante uerbo sit, efficitur, incipit esse : & si qua sunt similia. Et tunc ad ueritatē talis requiritur ꝙ extrema ad minus succeſſiue supponant pro eodē. Vnde illa, albū fit nigrū : nunquā erit uera : nisi illud, quod iam est albū : aliquando fit nigrū ita ꝙ pro illo, pro quo albū supponit : aliquando supponat nigrū. Sic de illa. Peccator fit iustus : persecutor fit discipulus, & similibus. Vnde illa est simpliciter falsa. Homo fit asinus : homo fit cadauer : embrio fit hō : quia illud, ꝙ est homo : totū. s. cōpositū nūquā erit : nec fuit illud ꝙ ē, uel erit cadauer. Cōpositū. n. ex materia, & forma cadaueris, nunquā fuit homo, licet materia hominis potest fieri materia cadaueris. Et materia embrionis potest fieri materia hominis. Et materia hominis fieri potest materia asini, licet per multas transmutationes medias. Et ad hunc intellectum quandoq; (licet improprie) conceduntur illæ, homo fit cadauer, lignum fit ignis : quia pars hominis, aut ligni fit pars cadaueris, uel ignis. Sed siue proprie, siue improprie non est illa uera secundum uim uerborum. Panis fit corpus Christi, quia nec nunc, nec postertius, quod est panis, potest esse corpus Christi, ideo nec simul, nec succeſſiue panis, & corpus Christi pro eodem supponunt. Nec pars panis aliquando erit pars corporis Christi, quia in conuersione, panis totus desinit : nec aliquid eius intrat corpus Christi. Vnde omnes illæ sunt simpliciter falsæ, panis fit corpus Christi, panis factus est, aut fiet corpus Christi. Sic de uerbo efficitur, incipit esse, & similibus. ¶ Si autem alter terminorum ponitur in
D obliquo : tunc regulariter ponitur cū additione præpositionis ex, de uel in : ita ꝙ ex uel de, additur termino a quo, ideſt pani, ut ex pane, uel de pane fit corpus Christi. Et tunc præpositio ex, uel de, possunt dicere circūstantiam causæ materialis, uel circumstantiam ordinis ; ut cum dicimus. Ciphus fit de, uel ex auro, quoad primum : uel ex mane fit meridies, ut dicitur. 5. Methaph. quoad secundum. Primo modo adhuc falsum est dicere, ex pane fit corpus Christi : quia ualebit ex pane tanquam ex materia fit corpus Christi, quę falsa est : ut iam dictum est. Secundo modo conceditur, quia tunc tantum dicit ordinem substantiæ panis ad præsentiam corporis Christi, & ualet tantum ex, uel de pane fit corpus Christi. i. post desitionem panis fit præsens corpus Christi, siue panis succedit corpus Christi. hoc modo etiā conceditur ; ex nō hoīe fit hō. i. post nō esse hoīs succedit esse hominis : quod nihil aliud est dicere, nisi postquam aliquid nō fuit homo : fit homo. Similiter conceditur, ex non albo fit albū. Quā forte

Quę propositiones in hac materia circa panis conuersionē fiant propriè aut improprie admittendę uel respuendę.

philo-

philosophus non concederet, nisi propter commune subiectum utriusque termini. Si uerò ponitur præpositio in, addita termino ad quem, id est corpus Christi: ut dicendo. Panis transit, uel conuertitur in corpus Christi, & tunc denotat circonstantiam termini ad quem conuersionis, & ideo ipsa uera est: & inter alias magis propria. Nam tantum ualet, panis transit in corpus Christi. i. panis transit, uel cõuertit: cuius trãsitus, seu conuersionis corpus Christi est terminus ad quẽ: quod nihil aliud est, nisi ꝙ desitioni panis, quæ transit de esse ad nõ esse: terminus ad quẽ. i. illud, quod succedit, est corpus Xpi. ꝙ Ex quibus summarie colligit, ꝙ solum his locutionibus uerè exprimitur transsubstantiatio panis in corpus Xpi, in quibus ablatiuo pane additur ex, uel de: aut accusatiuo corpus Xpi, additè præpositio in. Et secunda pro tanto est magis propria: quia non denotat communem materiã utriq; termino cõuersionis. Et ad alterã illarũ reducere oportet omnes alias si in ueritate debeant saluari, & hoc uult glo. de conse. dis. 2. quia corpus, super uerbo, conuertuntur. Bñ dicit inquit, conuertunt, uel transsubstantiantur: uel (ut alij dicunt) transeunt, uel transeant: nõ fiunt, nec incipiunt. Nihil. n. fit, uel incipit esse corpus Christi. Põt tñ concedi, ꝙ de pane conficiatur, uel fiat corpus Xpi: sicut de aqua fit crystallus: sed securius non cõcedit hoc. Et ubicunq; inuenitur panis, uel de pane fit, uel conficitur corpus Christi; sic intelligitur. i. transit in corpus Xpi. Vel expone sic. i. sub specie panis, uel latet, uel incipit esse, uel latere corpus Christi, ubi ante cõsecrationem nõ erat. Si. n. panis corpus Christi fieret, singulis diebus ei adderetur aliquid, quod prius non erat, & sic semper augmentaret. Item qualiter uniretur diuinitati illæ panis, & istæ. Item si panis est corpus Christi: ergo aliquid, quod non est natum de uirgine, & sic aliquid inanimatũ est corpus Christi, ergo est animatum, & inanimatum, ergo non solum de uirgine habuit originẽ. Non intelligas ergo, quod aliqđ augmẽtũ sumat ex tali conuersione, nec eo modo, quo cibus conuertitur in carnem, sed ibi est corruptio. i. desinit ibi esse substantia panis, & uini, nulla tamen generatio. Vnde non potest dici, ꝙ sit ibi uera transsubstantiatio quantum ad hoc, ꝙ noua essentia ibi generetur. Hæc glo. cuius intentio patet: licet uerba glosatorem theologum non fuisse sua improprietate demonstrent. Ex his satis patet, quomodo auctoritates suprapositæ, & similes sint moderandæ, & ad sensum catholicum reducendæ. Et tantum de illo.

Epilogus quibus uerbis exprimitur transsubstãtiatio panis in corpus Christi.

E

DE DIVINISSIMI SACRAMENTI Eucharistiæ ueneratione, seu cultu.

Conc. Trid. sess. 13. c 5. can. 6.

QVIA autem ex prædictorum omnium inuestigatione, sufficienter patuit in hoc sacramento CHRISTVM contineri, & quoad corpus, & animam ineffabilemque deitatem: restat pro complemento illius quarti membri inquirere quo cultu: quave adoratione diuinissimum illud sacramentum, tam a sacerdote celebrante, quàm a circunstantibus debeat uenerari. Ad hoc enim statim facta consecratione reuerenter in altum fert hostiam ipsam populo ostendens, quatenus uisa eucharistia ab hominibus,

K

suppliciter adoretur. ¶ Ad cuius prosecutionem aduertendum: q̃ communiter ponuntur tres species adorationis largè acceptæ, siue ueerationis, quæ græcis frequenter nominantur, uocabulis, scilicet theosebia, siue latria, dulia, hyperdulia. Vtimur autem græcis uocabulis, quia in latino eloquio non habemus nomina simplicia, quibus explicentur, quæ per hæc nomina intendimus designare. Vnde B. Aug. 10. de Ciui. Dei. c. 1. loquens de cultu soli Deo exhibendo, ait. Ad significandum Deo debitum cultum: quoniam mihi satis idoneum non occurrit latinum, græco ubi necesse est, insinuo, quid uelim dicere. Consequenter exponit ibidem: quid nomine theosebia, quid latria significetur. De quo supra lect. 18. dictum est in expositione huius clausulæ præfactionis. Adorant dominationes &c. Ideo breuiter per latriam in proposito intelligenda est theosebia. i. cultus, uel seruitus soli Deo debitus, qui & adoratio strictissimè sumpto uocabulo, dici solet. ¶ Quia autem Deus colitur actu sacrificij. Est autem sacrificium secundum beatum Augus. 10. de Ciui. Dei. c. 6. omne opus quod agitur, ut sancta societate inhæreamus Deo: relatum scilicet ad illum finem boni, quo ueraciter esse beati possimus. Sequitur: quod omni actu in Deum rationabiliter ordinato deus colitur. Est autem huiusmodi actus duplex: interior, & exterior. Et secundum hoc duplex distinguitur latria. Interior latria, dicitur actus fidei, spei, ac charitatis secundum beatum Aug. in Ench. c. 2. & sequentibus. Hi enim soli in religione, qua Deus colitur, sequendi sunt, ut ibidem dicit c. 3. Harum namque uirtutum actibus debita deo reuerentia exhibetur. Vnde quotiens actum fidei, spei aut charitatis elicio, totiens deum colo: deum ueneror, deum adoro. ¶ Cum enim in deo summum dominium credo, meditor, agnosco, ipsumq; uniuersale principium creatorem, gubernatorem, & principem. In ipso consistere summum dominium, omnisque potestatis plenitudinem, sine cuius nutu nec folium cadit de arbore. In cuius manu omnia sunt posita, cuius uoluntati resistere nullus potest, cuius sapientiam nil latere: prouidentiam cuncta disponere credo. Eius bonitatem liberalissimè cõmunicare: a quo oibus donatum est eẽ, uiuere, creata conseruare: conseruata in suos proprios fines fortiter, suauiterq; ordinare, suæque beatitudinis rationalem creaturam participem facere; lapsa reparare: perpetuæ captiuitatis filios præcioso sanguine redimere, redemptos glorificare: nulla sui utilitate, aut necessitate: sed misericordissima, ac perpetua, quæ nos dilexit, charitate: ac cetera innumera infinitæ suæ perfectionis opera mente profiteor. Hæc credendo, ac meditando actu fidei Deum adoro, atq; colo. ¶ Cumq; ex horum pertractatione agnosco ipsum deum esse rationalis creaturæ bonum, quam ad se beatificè possidendum, ac fruendum creauit, in quo tanquam in summi boni possessione quicquid desiderari potest, summè habetur. Ac per hoc assurgo ad concupiscendum ipsum mihi plus omnibus: tanquam summum mihi bonum, & commodum: & propter eum sic possidendum, perpetuò omnia alia paruipendo. Incipio eum diligere amore concupiscentiæ, quoniam est proprius actus spei. Cum uerò ultra progredior meditãdo omnem hanc suam liberalissimam diffusionem, non ex præuenientibus creaturæ meritis, sed intrinseca, ac naturali bonitate sua, liuore carens (ut Boetius loquitur me. 5. 3. de conso.) procedere, ac per hoc solum ipsum essentialiter bonum sibi solum sufficientissimum: ac summè perfectum: & propterea ab omni sua creatura coli, reuereri, honorari, timeri, propter se, & super omnia amari, sibique seruiri, & subijci debere dignissimum esse debitum, & iustissimum. Et idcirco actum perfectæ dilectionis, quo ipsum non propter communicata

Adoratio triplex.

Augus.

Latria quid est.

Augus.

Latria duplex.

Augus.

Quo Deus colit fide, spe, & charitate.

G

Quo spe deũ amamus.

beneficia

beneficia, sed propter seipsum elicio. Sint quoque mihi creationis, conseruationis, redemptionis, iustificationis, gratificationis, beatificationis, beneficia uiæ quædam, & effectus excitantes, & ducentes ad diligendum, qui omnium horum est causa. Diligendum dico in se, & propter se finaliter, meq; totum sibi per obedientiam perfectam subijciendum. Hic actus dilectionis perfectus est, & amor amicitiæ, ac fruitio, propriusq; effectus charitatis, quo Deum colo theologica charitate. Hi sunt actus interioris reuerentiæ, honoris, ac cultus latriæ, quibus Deum extollo, magnifico super omnia, tanquam unicum summum bonum adoro. Quippe nihil aliud est Deum adorare, magnificare, extollere, reuereri, nisi Deum talem credere, ut talem desiderare, ac super omnia diligere, quod est ipsum talem, summũ scilicet esse, & sibi, & omnibus dominari uelle, ac per hoc omnia alia æstimare tanquam nihilum coram eo. Nec se, nec aliud uelle sibi præponere, nec amare: hoc est, quod Rabanus super Gen. dicit. Adorare est in Deum tota mentis intentione tendere. Non autem mente tendimus, nisi actu uoluntatis, aut intellectus. ¶ Ecce habes, quid est colere, & adorare Deum actu interiore: quod breuissime dici potest post beatum Augustinum. Ei adhærere fide, spe, & charitate. Hic enim uerus Dei cultus, secundum eum in Ench. c. 4. inchoat fide. spe tenetur, perficitur charitate, nec tamen abinuicem quatenus perfectæ sint, separantur. Hic est uerus Dei cultus, quo pater cœlestis colitur in spiritu, & ueritate: secundum illud saluatoris. Iohan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & ueritate. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum in spiritu, & ueritate, oportet adorare. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Vbi glo. super uerbo. In spiritu, & ueritate. Non in templo, non in hoc monte, sed interius in intimo cordis templo, & in ueritate cognitionis. Hæc glo. Quid est in intimo tẽplo cordis, nisi in amorosa affectione uoluntatis. Nam cor frequenter pro uoluntate ponitur in scriptura. In ueritate agnitionis, in fide trinitatis. ¶ Latria exterior signum est aliquod sensibile in protestationem latriæ interioris exhibitum, ut sunt actus, & gestus exteriores: quibus quis profitetur intus se credere, sperare, & amare eum cui foris exhibetur, ut summum bonum, omnium creatorem, salutis & omnis boni causale principium, atque finẽ. ¶ Sunt autem hi actus ritus quidam, qui secundum christianæ religionis pietatem obseruantur, ut oblatio sacrificij: laudum, & canticorum uocalis prolatio, manuum compositio: aut extensio: pectoris tũsio: capitis nudatio, genuum inflexio, corporis totius prostratio, & similia. De hac duplici adoratione loquitur B. Iohan. Damas. in suo quarto. Quia inquit, ex dupli ci natura compositi sumus, intelligibili. s. & sensibili, duplicem adorationẽ Deo offerimus. s. spiritualem, quæ. s. consistit in interiori mentis deuotione, & corporalem, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione. Et qa in omnibus actibus latriæ: id, quod est exterius: refertur ad id, quod est interius, sicut ad principalius, ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, ut scilicet per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noster affectus ad subijciendum se Deo; quia connaturale est nobis: ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus. Hæc Thom. 2. 2. q. 88. arti. 2. Verum signa ista sensibilia æquiuoca sunt, quia & Deo exhibentur, & creaturæ. Non autem simili, sed diuersa intentione. Et secũdum hoc quandoq; sunt signa adorationis latriæ: quandoque duliæ. Cum ergo signa illa exhibentur in protestationem summæ maiestatis, potentiæ, ac bonitatis diuinæ, per ea Deus adoratur adoratione latria: quia ut sic nulli puræ creaturæ sunt exhibenda. Nam si hæc adoratio interior, uel exte-

Raba.

Iohan. 4.

Latria exterior quid ſ.

H

Ioh. Damaſ.

Thom.

rior

rior præfata intentione exhibetur alicui, quod nō est uerè, & essentialiter D. us, nō est latria, sed idololatria: quia illud, cui impenditur, quodcunque fuerit, citra Deum est, uelut umbra: & idolum respectu Dei ueræ lucis, & perfectissimi entis. unde dicitur idolatria, i. latria exhibita idolo. ¶ Et quia ex actibus frequenter elicitis generatur habitus, latria non solum accipitur pro actu summæ adorationis, sed etiam pro ipso habitu, secundum quam acceptionem dicitur uirtus ad religionem pertinens. ¶ Secunda species adorationis est dulia. Et dicitur dulia a dulos græcè, quod est seruus latinè. Inde dulia. i. seruitus. Et accipitur dulia triplicitèr: propriè, communiter, & communissime. Propriè accipitur pro seruitute, siue reuerentia, quam serui, & subiecti impendere debent dominis suis, & superioribus. Et sic loquitur Aug. 10. de Ciui. Dei c. 1. Ea seruitus, quę debetur hominibus: secundum quam præcepit apostolus: seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine hoc est non latria, græcè nuncupari solet. Vocabulum autem illud græcum non exprimit: sed communem uocabulo a doctoribus communiter dulia nominatur. Et quia duplices sunt serui. Quidam mancipia, seu possessio domini, quibus domini ipsi utūtur sicut ceteris suis rebus ad propriam utilitatem, quibus dominus secundum Aristo. in politicis: principatur dispotico. i. dominatiuo principatu. Alij sunt serui naturaliter: qui carent naturali prudentia; nec uigent naturali ratione. de quibus dicit philosophus. Homines corpore robusti, intellectu autem deficientes: naturaliter sunt aliorum serui, qui tamen simpliciter sunt liberi, eisq; domini principantur politice, & ciuiliter. Ad utrosq; extendit se dulia. Est enim dulia propriè accepta, uirtus, qua serui, & subditi suis dominis; & superioribus honorem, ac reuerentiam exhibere debent secundum id Petri. Serui subditi estote dominis, non tantum bonis, & modestis: sed etiam dischołis 1. Petri. 2. Ita in uete. lege secundogeniti primogenitos, ut suos dominos, & maiores adorabant. Vnde Gen. 27. dixit Isaac ad Iacob filium suum. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruētur ante te filij matris tuæ. ¶ Dulia uerò communiter sumpta dicitur seruitus quædam reuerentialis, secundum quam rationales, & intellectuales creaturæ se mutuò honore præueniunt: & uenerantur propter quasdam speciales rationes, propter aliquod diuinum, uel uirtuosum in ipsis repertum: aut saltem eis possibiliter non exclusum. Et secundum hoc legitur homines alios quosdam adorasse, qui tamen neque fuerunt ipsorum dominiue rectores, sed ad captandum beniuolentiam, uel mitigandam iram, aut ad designandum aliquam uirtutem: seu in signum specialis amoris, & amicitiæ. Sic legitur de Moyse in Exod. 18. quod egressus in occursum cognati sui Ietro ipsum adorauit. Sic Iacob de Mesopotamia progrediens: in terram pronus adorauit septies fratrem suum Esau appropinquantem. Gen. 33. Et Dauid adorauit Ionathan filium Saul 1. Reg. 20. ¶ Et notanter dictum est propter aliquod diuinum in istis rationabilibus creaturis communiter repertum. Hoc diuinum est, quod sunt conditi ad Dei imaginem. Vnde dicit Damascenus. Cuius gratia nos inuicem honoramus, nisi quia ad imaginem Dei facti sumus, propter quod & 1. Petri. 2. dicitur. Omnes honorate. Nam sicut charitas, & dilectio extendit se ad omnes Dei imagine insignitos: beatitudinis quoque (quam trinitas ipsa est, ad cuius imaginem insigniti sunt) capaces. Et hoc modo extendit se dulia ad omnem creaturam non damnatam. Non enim extenditur ad dæmones, & reprobos per dannationis sententiā a beatitudine perpetuò exclusos. In quibus etsi imago Dei quantum ad naturalia perseuerat, nec deleri potest, tamen quia a Deo perpetuò separati,

I Dulia.

Augu.

1. Petri. 2.

Exod. 18.

Gen. 33.

K 1. Reg. 20.

Quid ē quot modis accipitur.

Signæ dulię licet sint æquiuoca aliqua tamen soli Deo sūt reseruanda.

b eatitudinem

beatitudinem secundum ordinatam Dei potentiam adipisci non possunt, tanq; inimici a Deo proscripti, a nobis nullatenus sunt honorandi. Sic ēt pp alias gratias, & dona gratis data naturalibus superaddita, ut sapientia, uirtus, & cetera dona gratias data, quæ ad ædificationem uel ecclesiæ, uel personæ a Deo donantur, dulia adorantur, quasi in hoc alios non habentes talia præcellentes. Sic in politicis philosophus dicit, q̄ homines rōne uigētes naturaliter aliorum sunt domini, & rectores, & per hoc ceteris magis honorandi. Sic Pharao honorauit Ioseph. Et Nabuchodonosor Danielem. Et lex docet senes honorandos dicens. Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time domine Deum tuum. Leuit. 19. Si gratiam Dei habentes honorandi sunt. de quibus B. Grego. super Ezechielem. Boni, & uirtuosi honorandi sunt, ne forte per eos ille prouocetur, q̄ eorū corda inhabitat. Magis aūt creatura iam beata rationabiliter est adoranda. Sic Abraam adorauit angelos Gen. 18. Iosue cecidit pronus in terram adorans angelum. eiusdem 5. ca. Verum, quod intelligi possiut in angelis personam domini adorasse mittentem. Verum quia ut dictum est: signa adorationis exterioris sunt æquiuoca, aliud significantes dum Deo, aliud dum creaturæ exhibentur, propter quod ea, quæ communiori usu ad diuinæ maiestatis protestationem exhibentur; creaturæ exhibenda non sunt. De quo Beatus August. 10. de Ciuitate Dei dicit. Multa de cultu diuino usurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. Ita tamen quod ea, quibus deferuntur homines: habentur, qui dicūtur colendi uenerandi. Si autem multum eis additur, & adorandi. Quis uerō sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit. Ideoque Iohannes Angelum in Apocal. cap. ulti. sibi loquentem adorare uolens prohibitus est ab eo dicente. Vide, ne feceris. Tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam consecutus est per Christum, ut angelis æquetur. Vnde subditur ibidem. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Tum ad excludendum idolatriæ occasionem. Vnde subditur. Deum adora. propter occasionis uitationem, Mardocheus noluit adorare superbissimum Aman timens, ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Hester 2. ¶ Dulia communissime sumpta extendit se etiam ad latriam, prout dicit reuerentiam, & honorem exhibitos & minoribus, & paribus, & superioribus; nedum participatum dominium habentibus puta creaturis, sed etiam uniuersalissimo creatori habenti illimitatam, & uniuersalem præsidentiam. Et ita loquitur glo. super illud psal. Domine Deus meus in te speraui. iuncta glo. super illud Psalmus. In ecclesijs benedicite Deo: domino defuntibus Israel. Psal. 67. Domine dicit per omnipotentiam, cui debetur dulia. Deus per creationem, cui debetur latria. Et Beatus Augustinus super illud Matthæ. 4. Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies: dicit. Seruitus duobus modis ac diuersa significatione solet appellari. Dicitur enim latria: dicitur & dulia. Sed dulia intelligitur seruitus communis: hoc est, seu Deo, seu homini, seu cuilibet rerum naturæ exhibita. A qua etiam seruitus, id est dules græcè nomen accepit. Latria autem appellatur seruitus illa, quæ sola diuinitatis cultui debita, nec ulla est participanda creaturæ, unde idolatræ nuncupantur. Hæc Augustinus qui duliam in hac auctoritate accepit tertio modo, siue largissime. ¶ Sed notandum, quod quia in Deo consideramus dignitatem, & perfectionem creaturę incommunicabilē secundū uomen, ut est essentia diuina, & natura, qua creaturę incōmunicabilis est. Vñ creatura Deus, pprie, uel diuina natura dici nō pōt. Cōsidel

Grego.

Gen. 18.

Augusti.

Apoc. ulti.

Dulia cōmunissime sumpta extendit se ad latriā.

L

Psal.

Psal. 67.

Augusti.

remus

remus & in Deo dignitatem communicabilem, non secundū eundem gradum, sed secundum idem nomen: ut sapientiam, potentiam, bonitatem, præsidentiam, dominium. Nam & creatura dicitur potens, sapiens, dominus &c. Ratione perfectionis incommunicabilis creaturæ debetur Deo adoratio latria, quæ simpliciter incommunicabilis est creaturæ: intellige secundum nomen. Ratione perfectionis communicabilis debetur Deo honor, & adoratio communicabilis secundum nomen communicabile, qđ est dulia communiter acceptum. Et sic loquitur glo. allegata. Deo, cui debetur latria i. honor incommunicabilis quemadmodum deitas est incommunicabilis. Dominium enim communicatur creaturæ secundum q̄ dicimus, q̄ Deus potens facit creaturam potentem. Sapiens est, & facit creaturam sapientem: bonus est, & facit creaturam bonam, ita q̄ participat eius bonitatem. Et secundum hoc debetur ei honor, quia descendit in communionem. s. ratione dignitatum, in quarum participatione dicimus esse creaturam. Et istæ honor nominatur nomine communi, quod est dulia. Et ita patet sensus huius glo. Benedicite Deo cui debetur latria. Domino, cui debetur dulia. Vel ut addit in psal. 7. Domine per potentiam, cui debetur dulia. Deus per creationem, cui debetur latria, quia creatio actiua non communicatur creaturæ: sed bene potentia communicatur. ¶ Non tamen intelligenda sunt hæc: q̄ in Deo differat essentia, dominium, sapientia, quasi distinctæ perfectiones: quarum una sit creaturæ communicabilis: alia incommunicabilis. Nam nihil distinctum ab essentia dicit potentia, sapientia &c. In Deo enim est tantum una perfectio, quæ est diuina essentia, & hæc omnibus modis est sapientia, ueritas, & potentia. Nec sapientia plus, uel ueritas est sapientia, quam essentia. Vnde non plus distinguitur sapientia ab essentia, a bonitate uel æternitate, quàm sapientia a sapientia. Quod plane dicit B. August. in de triplici habitaculo: Omnia unum sunt in Deo, excepto quod ad relationem pertinet. Nam sapientia, & ueritas Dei, & æternitas, non diuersa sunt sed unum sunt: sicut & omnia. Sapientia enim Dei non magis sapientia, quam ueritas est. Et non magis ueritas, ueritas est, quam sapientia, quam æternitas, quam cetera Dei. Omnia unum enim sunt in Deo: & non solum inter se eadem sunt in Deo: sed non aliud sunt, quam ipse Deus. Hæc illæ. Et ita nec aliquid in Deo realiter communicatur creaturæ, & non aliud, puta potentia, sapientia, non substantia, uel essentia. Nihil enim est, quod in Deo realiter communicatur creaturæ: sed secundum nomen tantum: hoc est nomen potentia, nomen sapientia, uniuoce attribuitur creaturæ, & Deo: & hoc secundum rationem generalem non enim est sapientia Dei eiusdem rationis specificæ, & sapientia creaturæ. quia illa est substantia, ista accidens. Nomen autem Deus, diuinitas, nō attribuitur uniuoce: & propriè creaturæ. Et secundum hoc non sunt rōnes diuersæ adorationis species deberentur Deo. Sed quomodocumq; a nobis consideratur Deus, siue in se absolutè, ut infinitæ pelagus substantiæ, siue in ordine ad creaturam, ut creator, dominus, conseruator, per potentiam, sapientiam, bonitatem: semper debetur sibi adoratio latriæ: quia totum est idem in Deo. Nec dulia ista, quæ debetur domino secundū prædictam glo. distinguitur a latria: sed est actus latriæ. Neque dulia accepta distinguitur a latria, nisi sicut genus a specie. Et sicut idem est fortes, & homo, & animal: ita idem actus adorationis: puta quo profiteor Deum summum: infinitum: omnipotentem &c. est actus latriæ, & duliæ generaliter acceptæ. Sic ergo sapientia diuina, & Deus idem sunt: sic dulia Deo debita, & latria idem sunt, sicut animal rationale, & homo, licet nomē dulia generale sit ad actū

Pſal. 7.

M

Non sunt diuersę rōnes adorandi in Deo, quāuis nomen adorationis multiplicetur.

Auguſt.

Nihil quod est in Deo cōmunicat creaturæ nisi; secundum nomen.

adorationis

adorationis diuinæ;& ad actum adorationis creaturæ. ¶ Licet autem tantum sit una ratio adorationis in Deo, quæ est infinita Dei maiestas,etiam quibuscumq; terminis differentibus exprimatur,est tamen differentia, aut multiplex ratio debiti in creatura: qua ipsa creatura obligatur ad colendum Deum cultu latriæ, secundum multiplicitatem beneficiorum, & gratiarum a Deo acceptarũ: sic debitor est homo ratione beneficij creationis,ratione beneficij redemptionis,iustificationis,glorificationis. Etiam quia non æqualiter oẽs recipiunt,non est æquale debitum,quia iuxta Euãgelicam parabolam. Cui plus committitur,plus debet. Vnde uni dedit dominus duo talenta,alij quinq;. Et plus debuit,cui quinque commisit,quã cui unum. Et sic ex parte commissi,seu accepti non est æquale debitum, tamen æqualis honor:quia honor respondet,dignitati:& eadem dignitas est in Deo,qua accipio hoc,& illud. His sententialiter concordat doctor irrefragabilis part.2.q.30. ¶ Diuiditur autem communiter dulia primo modo,uel secundo modo accepta,ut.s.tantum creaturæ debetur,in dulĩa maiorem, & duliam minorem. Dulia maior est tertia species diuisionis principalis, suæ primæ suprapositæ,quæ hyperdulia dicitur ab hyper quod est super, quasi excellens dulia. Minor dulia simpliciter obtinet nomen dulia generale sine addito. Hyperdulia est seruitus quædam reuerentialis exhibita ratione excellentiæ singularissimæ, & eminentis in eo, cui exhibetur: qualis est reuerentia exhibita uirgini gloriosæ, in qua est prærogatiua excellentissimæ, & singularissimæ dignitatis, puræ creaturæ conceſſa,in eo, quod est mater Dei,quæ excellit Cherubin, & Seraphin,& omnes angelicos spiritus. Hæc etiam hyperdulia secundum quosdam, conuenit monarchis ecclesiæ,Papæ,& Imperatori. Quod admitti potest faciendo comparationem statuum,officiorum, & dignitatum in ecclesia militante,ibi manendo præcisè. In his enim supremus,& excellentissimus status in spiritualibus est papatus. In secularibus est maiestas imperialis. Sic admittit Papa tanquam supremus Hierarcha in policia ecclesiastica, ut sibi fideles prosternantur utq; ad pedum oscula, non quidem ratione sanctitatis personalis (si recte est sibi conscius, & rationis compos, cum sit homo fragilis, nescies sicut ceteri an amore, uel odio dignus sit) sed ratione dignitatis sui status,quia uicarius est Christi in terris, qui potestatis plenitudinẽ concessit Petro,& cuilibet suo legitimo successori. Hinc fortassis crucem gerit in sandalijs,quam osculandam offert,tanquam locum gerens crucifixi:honorem illum non sibi usurpans; sed in dominum, cuius signum osculatur retorquẽs. Claues etiam habet in signo,siue armis,quia successor eius est, cui singulariter clauium potestas in sua plenitudine est collata. Sic & reges, & Imperatores patiuntur prostrationes, & usque ad terram genuflexiones sibi exhiberi. Sicut legitur 2.Reg.14 Dauid non repulit adorantes se super faciem terræ,sed magis petita concessit. In quo non reprehenduntur tanquam honorem sibi indebitum arrogantes. Verum loquendo de hyperdulia comparando ad uniuersitatem creaturarum non potest reuerentia illa hyperdulia nuncupari. ¶ Dulia minor siue simpliciter dicta: est reuerentia communis alicui exhibita non in attestationem alicuius excellentiæ singularissimæ, sed secundum rationem excellentiæ communem multis,qualis est reuerentia exhibita prælatis inferioribus, in sacris ordinibus constitutis, aut in dignitatibus, personis uirtuosis, hominibus sapientia præexcellentibus,immo & beatis angelis,& animabus sanctis,potẽtibus nobis ferre auxilium,aut nostram indigentiam releuare. Vel secundum suam generalitatem, quibuscumq; creaturis rationalibus, & intelle-

N

O

Matth.25.

Hyperdulia

Con.Triden sess.25.cap.de inuocatione sanctorum.

1.Reg.24.

ctualibus beatitudinis capacibus: secundum Dei potentiam ordinatam. Et potest quælibet harum specierum accipi, uel pro actu interiori: uel pro actu exteriori: uel pro habitu ex actibus huiusmodi generato correspondenter ad dicta superius de latria. ¶ Quia autem materiam adorationis intraP uimus, paulò latius in ea moremur, ut particularius nosse possumus, quæ quomodo adorare oporteat. Ne indiscreta nostra adoratio sit, aut negligens in nostram sugillationem audiamus a domino. Vos adoratis, quod nescitis Ioh. 4. Et illud Matth 25. Quandiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis. Inquiramus igitur. An creaturæ rationales, & res insensibiles a nobis adorandæ sint. Vt exempli causa: crux Christi, imagines sanctorum, & reliquiæ, ac cetera ad Christum, uel membra eius, hoc est sanctos pertinentia. Secundò an Christi humanitas sit latria ueneratione adoranda. Ex quibus clarè patebit, quæ quomodo in altaris sacramento consistentia sunt adoranda. ¶ Quantum ad primum notandum, q adoratio in suis speciebus, latria, dulia, & hyperdulia descripta est in sua propria significatione, prout tantum conuenit naturæ intellectuali seu rationali ratione cuiusdam superioritatis, & excellentiæ tanquam obiecto proprio, siue per se adorando. Accipitur autem & largius, ut etiam extendat se ad ea, quæ non per se, aut propter se: sed per accidens, & propter aliud ueneratur: nec principaliter ad ea terminatur adoratio, sed ad aliud per ea, quæ habent aliquem ordinem repræsentationis, continentiæ coniunctionis, aut alterius huiusmodi habitudinis. Et quia adoratio non conuenit illis tanquam obiectis adorationis actũ terminantibus, sed quasi medijs, per quæ adoratio terminatur ad obiecta per se, & principalia: ideo eorũ adoratio eisdẽ nominibus nominatur, & ad easdẽ species reducitur adorationis, quæ sunt principalium obiectorum, propter quæ illa ueneramur. Et per hoc adoratio non conuenit uniuocè his, & illis: sed analogicè. Et sic adoratio prout attribuitur illis minus principalius: est ueneratio alicuius non propter se: sed propter aliquam habitudinem specialem, quam habet ad aliud principaliter adorãdum. Et illo modo potest similiter distingui in species latriã, duliã, & hyperduliam, ut latria dicatur reuerentia, uel ueneratio, quæ debetur alicui, non tanquam simpliciter summo, sed tanquam habenti specialem habitudinem ad simpliciter summum latria proprie dicta adoranQ dum, & sic suo modo de alijs speciebus. ¶ Est autem hæc habitudo rei inanimatæ, aut insensibilis ad naturam intellectualem, uel rationalem adorabilem in genere duplex. Vna est ratione repræsentationis. Alia ratione specialis coniunctionis aut unionis, ut quia pars continens habitus. i. uestis possessio contingens, uel aliquod simile. Repræsentatio autem fit tripliciter. Vna fundatur in similitudine rei repræsentantis ad repræsentata, quæ imitatur ipsam in quibusdam accidentibus similibus, sicut imago picta, uel sculpta secundum similem protractionem, & figurationem membrorum Christi: siue in ea figura, in qua natus est: siue in qua prædicauit, siue qua crucifixus in ligno pependit, siue qua a mortuis resurrexit, ascendit, uel ad iudicium uenturus expectatur, secundum quam in recordationem uenire facit personam Christi ueri Dei, & hominis. Alia est repræsentatio, quæ sumitur non ex figurali similitudine membrorum Christi. gratia exempli, secundum corporalia lineamenta, sed ex quadam extensione, uel distensione partium, brachiorum. s. & crurum sanctissimi corporis Christi in cruce pendentis. Et per hoc etiam in recordatiuam Christi sic passi facit notitiam deuenire, sicut crux picta, uel sculpta etiam sine imagine appendentis ad memoriale dominicæ passionis. Tertia est repræsentatio non ex ali-

Quid, & q̃lio adorandum.

Adoratio analogice attribuit Deo, & creaturæ.

qua

qua prædictarum similitudinum, sed ex uoluntate, & beneplacito Dei, qui uoluit per aliqua præcedentia facta Christum significare, & figurare: sicut petra deserti, & serpens æneus Christum figurabant. Imagines primis duobus modis adorantur simili specie, qua adoratur repræsentatum. Vnde si fuerint imagines Christi: adorantur eadem specie, qua Christus, id est adoratione latria. Si beatissimæ uirginis hyperdulia. Si B. Petri, uel alterius sancti dulia. Hæc tamen adoratio magis terminatur ad rem significatam, quam ad ipsam imaginem. Vnde Damas. libr. 4. sententiarum. Honor, qui exhibetur imagini, refertur ad illum, cuius est imago. Vnde dicit magnus Basilius. Honor imaginis ad prototypum peruenit. i. exemplar. Est enim prototypum prima forma, seu forma exẽplaris, ad quam facta est imago. De hac adoratione imaginis Christi habetur in quodam Decreto Synodi Constantinopolitanæ: ubi dicitur. Sacratã imaginem dñi nostri Iesu Christi, & omnium liberatoris, & saluatoris ęquo honore cum libro euangeliorum sanctorum adorari decreuimus. Et infra. Si quis ergo non adorat yconam saluatoris Christi, non uideat formam eius, quando ueniet in gloria paterna glorificari, & glorificare sanctos suos, sed alienus sit a communione ipsius, & claritate. Quia autem repræsentans tertio modo habet rationẽ imaginis, non sic adoratur. In illis enim non apparet aliqua sensibilis imitatio similitudinis, ratione cuius repræsentet statim Christum: sed duntaxat ex aliquo occulto mysterio: unde & figuræ misticæ dicebantur, propter quod non statim intuentem in rememorationem figurati perducebant. Et sic facile adoratio terminaretur ad rem illam figurantem, & non ad figuratum protenderetur. Quod considerans rex Ezechias serpentem æneum, qui iussu Dei per Moysen fuit erectus: ut ipsius aspectu Iudæi a morbis serpentum sanarentur, laudabiliter contriuit, considerans populum ipsum serpentem adorando, gloriam non Deo, sed serpenti tribuere, ut habetur 4 Regum 18. & in ca. quia sancta. sexagesimatertia distinctione. ¶ Ex his apparet: quod in adoratione imaginum, & aliorum per accidens adoratorum, quamuis sit unus actus exterior, ut genuflexio uel aliud signum reuerentiæ, tamen in adoratione interiori sunt duo actus distincti, quorum unus terminatur ad imaginem, non tamen est absolute, ut est hæc res materialis, hic lapis, hoc aurum, uel lignum, sed ad rem ipsam inquantum est imago Christi, uel alicuius sancti. Hic actus est quædam recognitio, qua recognosco rem illam: ut ordinatam ad repræsentandum Christum. Vel complacentia, qua mihi complacet res illa, ut talis imago honoranda propter prototypum, & ille actus pertinet ad latriam analogicè. Alius actus est, qui immediatè terminatur ad prototypum: quo recognosco id, quod repræsentatur tanquã summè bonum uniuersale omnium principium. Ad quem actum eliciendum moueor per apprehensionem imaginis. Et hic actus uerè est actus latriæ propriè dictæ; qui solum terminatur ad imaginatũ, & nõ imaginẽ. Non. n. uidendo imaginem recognosco ipsam imaginem, quam uideo esse summũ bonum, siue considerẽ ipsam in rõne imaginis, siue absolute, ut rem aliquam in se. Et ideo quod dicitur eodẽ actu adorãdã esse imaginẽ, & illud, cuius est imago: intelligendum puto de actu exteriori, cui correspondent duo interiores, quorum unus terminatur ad imaginem, alius præcisè ad prototypum. Forte tamen quantum ad actus effectus sustineri posset: quod esset unus affectus terminatus ad utrũq; ordine quodam sicut eodẽ actu diligo creaturam, & Deum, cum diligo creaturã propter Deum, qui secũdũ aliquos simul est usus, & fruitio. Vsus inquantũ terminatur ad creaturam. Fruitio inquantũ

Damasc.

4. Reg. 18. R

De imaginũ adoratione reformationis.

terminatur ad Deum: non autem sic de actu intellectus. Et sic accipiendū est, quod in decreto synodi Constantinopolitanæ supra allegato dī. Dignum est, ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem, propter honorē, qui ad principalia ipsa refertur etiam deriuatæ ycoñæ. i. imagines honorentur, & adorentur. Adorentur inquā, nō per se quasi in ipsis sit aliqua uirtus unde releuari, aut iuuari possit humana infirmitas sed tanquā signa Xpi, & sanctorū, qui ferre possunt auxilium postulanti. Et hoc est, quod dicit Can. uenerabiles. de conse. d. 3. Venerabiles inquit, imagines christiani non deos appellant, neq; seruiunt eis, ut diis: neq; spem salutis ponunt in ipsis: neq; ab eis expectant futurorum iudiciū, sed ad memoriam, & recordationē primitiuorū uenerant eas, & adorant. Sic ad adorandum Christi imaginem hortatur B. Augustinus de nisi. infirmorum: ubi loquens de tali imagine dicit. Hanc complectere humiliter, uenerare suppliciter: cum hæc ad memoriam tibi reducat crucifixum. Hic est unus modus loquendi de imaginum adoratione. ¶ Alij sunt, qui distinctionem supradictam adorationis non attendunt: sed adorationem præsertim latriā in sua propria accipiunt significatione. Hi dicunt, q̄ imago neq; ut consideratur in se, secundum q̄ est lignum, lapis, aut metallum: neq; ut consideratur secundum rationem signi, & imaginis est adoranda quia qualitercunq; consideretur, est res quædam insensibilis, & creatura, cui adoratio latriæ minimè est exhibenda. ¶ Quod uero christiana religio imagines sustinet in ecclesia, & oratorijs, non permittit eo fine, ut ipse adorent: sed ut fidelium mentes per earum inspectiones excitentur ad reuerentiam, & honorem exhibendum his, quorum sunt imagines in quorum cognitionem recordationem dicunt. Et hic modus dicendi uidetur esse Roberti Holkot super illud sapientiæ. Infelices sunt, & inter mortuos est spes illorum, qui appellauerunt deos suos opera manuum suarum, ubi sic dicit. Non uideo esse bñ dictum q̄ eodem honore honoretur deus & imago eius. Sed mihi uī dicendum: q̄ neq; adoro imaginem Christi: quia lignum, nec quia imago, sed adoro Christum coram imagine Christi: quia. s. imago Christi excitat me ad amandum Christum. Hic modus loquendi originem uidetur trahere ex dicto quodam B. Greg. qui Sereno Episcopo Massilienſi imagines destruenti, ne adorarentur: ita scribit, ut habetur de conse. d. 3. per latum. Perlatum est ad nos: q̄ inconsiderato zelo succensus, sanctorū imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem quia eas adorare uetuisses, omnino laudamus: fregisse uerò reprehendimus. Dic frater, a quo factū sacerdote aliquando auditū est, quod fecisti? Aliud est enim picturam adorare: aliud per picturæ historiā, quid sit adorandum addiscere. Nā quod legentibus scriptura: hoc & idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa ignorantes uideāt, quid sequi debeant. In ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Vnde et præcipue gentibus. i. laicis, pro lectione pictura est. Adidem uidetur sonare Damas. lib. 4 sententiarum dicens. Quia non omnes nouerunt literas: neq; lectioni uacant: patres excogitauerunt uelut quosdā triumphos in imaginibus hoc describere ad uelocem memoriam. Quapropter multoties non secundum mentē habentes dñi passionem imaginem crucifixionis Xpi uidentes: & in salutaris passionis memoriam uenientes: procidentes adoramus Christum. Ecce dicit Christum adorari ad inspectionem imaginum ducentium in notitiam rememoratiuam Christi. Hoc etiam dī in canone allegato: uenerabiles: ubi addit in fine. Sed non seruiūt eis scilicet imaginibus, cultu diuino, sicut nec alicui creaturæ: quo innuitur imagines non adorari latria. ¶ Inter hos duos modos maior est discor-

B. Aug.

S

Quo ecclesia tolerat, & colit imagines sanctorum.

T

dia

dia in locutione, quam in re. Vterque enim modus hoc intendit, ꝙ creatura adorari non debet latria adoratione per se tanquam terminus adorationis; & hoc latria proprie dicta. Vterque etiam admittit: quod ad apprehensionem imaginis mens fertur cognitiue, & affectiue in prototypū ipsum adorando. Vterque etiam modus admittit, ꝙ uidens imaginem habet actum aliquem respectu imaginis, qui terminatur ad imaginem ipsam, ut est repræsentatiua imaginati. An autem aliquis horum actuum debeat dici adoratio imaginis; uidetur esse diuersitas: quæ uidetur ita resolui posse, ꝙ actus illæ, quo cognitiue, & affectiue feror in prototypum: sit adoratio latria, dubium non est. Vtrum autem actus quo feror in imaginem debeat dici adoratio. Dicitur, quod est adoratio analogice, & improprie, non autem proprie: quoniam est respectu creaturæ. Si uerò unus actus fuerit exterior, uel unus elicitus interior, respectu utriusq; imaginis, & prototypi ille est adoratio latria proprie quatenus terminatur ad prototypū, & adoratio analogica inquantum terminatur ad imaginem. ¶ Ex illis patet quorundam hominum stolidus error, qui adeo ad imagines afficiuntur, ut in ipsis credant esse aliquid numinis, gratiæ, uel sanctitatis, quibus potentes sint facere miracula, præstare sanitates, eripere a periculis, & a nocumentis, ac nisi ijs præseruare, ex hoc assurgentes ad eorum uenerationem, ut præmissorum aliquid consequantur. Arguitur ex eodem nonnullorum indocta simplicitas, & indiscretio, qua teuerentius adorant imagines pulchras, quam turpes, nouas, quam uetustas. aut econtra ornatas uenustiori auro, & purpura, quam nudas: credentes eas eo sanctiores, quo præciosiores. Et ut Ber. ait, offerentes libentius auro rectis, ubi magis cernitur diuitiarum cumulus. Arguitur & aliorum rudis leuitas, qui improuide uota emittunt ad peregrinandum, se obligant, nunc ad illam nunc ad aliam ecclesiam intuitu certarum imaginum, credentes illas maiori in illa, quam similes in alijs fulgere uirtutibus, clare miraculis, & maiori fulcire potestate. Hæc omnia in uanam transeunt superstitionem, in quam non incideret, si rationem adorationis, ac ueri cultus attenderent, aut si ignorant, informationem humiliter a doctoribus reciperent. Patet siquidem imagines fore res insensibiles, quæ ex certa partium suarum figuratione, & ordine imaginis nomen sortiuntur, unde eis conuenit res alias significando repræsentare. Ratio autem adorationis in Deo, ut dictum est, est perfectio summa, ac uniuersalis præsidentia. In creaturis uerò est aliquid diuinū puta uirtus, potestas, aut excellentia aliqua singularis a Deo participata, quorum quia neutrum reperitur in imagine, nulla talis propter se adoranda est, neq; auxilium quodcumq; ab eis postulandum est. Neq; enim uidet, neq; audiunt, neq; se intelligunt uenerantes. Sunt enim creaturæ inanimatæ, quibus nec est sensus, neq; intellectus. Omnia enim, quę dicta sunt a Deo, & sanctis, quorum sunt imagines, qui & per se coram imaginibus adorandi sunt, fideliter expectantur. Ipsæ uerò imagines per accidens honorantur, non propter uirtutem, potentiam, aut gratiam eis inexistentem: sed propter repræsentationem eorum, quibus talia insunt. Hinc (ut supra allegatum est) neq; ipsis, ut dijs seruimus, nec spem salutis in eis ponimus, nec iudicium ab ipsis expectamus. ¶ Quod si aliqñ miracula fiunt hominibus etiam ad eas confluentibus, adutoria, aut sanitates præstantur, non hęc uirtute imaginum, sed uirtute Dei, ministerio bonorum angelorū ad intercessiones sanctorū contingunt. Vel ēt nōnunq̄ operatione demonū ad fallendum inordinatos cultores Deo ꝓmittente exigente talium infidelitate. Nec tamen propter hoc imagines proijciēdæ sunt, aut de oratorijs elimi-

Error eorum qui credunt plus sanctitatis esse in imagine tali, uel tali in hoc loco q̄ in illo. V

De rōne miraculū & diuersitate. X

nandæ occasione idolatriæ deuitandæ. Aut peregrinationes ad certas imagines, uel certa loca, præsertim consecrata, uel etiam consecranda penitus reprobanda. Non.n. usq; quaq; negandum est, quin in certis locis singulariter reducent beneficia Dei, & maiora crebrius, q̃ in alijs: uel propter sanctorum reliquias ibi conditas: uel occulta ministeria (alias mysteria) futuris temporibus ibi celebranda, aut celebrata. uel alias causas nobis occultas: propter quas Deus unum locũ elegit suo cultui non alium. Sic primo elegit tabernaculum, quod per Moysen erigi mandauit. Deinde locum in
Deut. 12. sylo. Deinde templum Salomonis in Hierusalem. Vnde ait Moyses. Cauе, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: sed in eo, quem
Gen. 28. elegeris dominus &c. Nam & Iacob, ut habetur Gen. 28 post scalæ, cuius summitas cœlum tetigerat, Angelorumque in ea ascendentium, & descendentium uisionem: ait. Vere dñs est in loco isto: & ego nesciebam: surgens q; erexit lapidem in titulũ, fundens oleũ desuper: appellauit q; nomẽ loci illius Bethel: quod interpretatur domus, uel habitaculum Dei. Vnde & dixit. Terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Idcirco locum istum tituli erectione sacrificio: & uoto, quod dño uouerat, honorauit. Edoctus inquam, diuinitus didicit quanta, & q̃ mirabilia operaturus erat in loco isto. Nã bi fundandũ erat tẽplũ ad Dei specialem cultũ. Ibi cõsummaturus erat dñs opus nr̃æ redemptionis: seipsum patri in cruce offerens. Propinquus.n. erat locus crucifixionis. Ideo post reditum de Mesopotamia ibidem sacrificiũ obtulit, ut habet Gen. 35. Non solũ pp̃ locum, sed propter mysteria ibidẽ futura, in loco isto dño sacrificauit. Vñ
Augustin. Augustin. in glo. Super lapidem libauit Iacob, non lapidi. Sic nec reprobari potest, si dum in uno loco: uel coram una imagine crebrescunt miracula, sanitates, & cætera beneficia in eodem loco: non locũ sed Deum, qui in bi operatur: laudare, nec imaginem, sed coram imagine Deum, & sanctos contingit adorare. Ita q̃ non inanimatis: sed Deo, & sanctis eius honor, laus, & adoratio impendatur. De hoc latius supra lect. 32. dictum est: qua rõnabili discretione: nunc in uno loco, nunc in alio, nunc in uno tempore: nũc in alio, nunc ad unũ sanctum: nunc ad alium pro diuersis donis, uirtutibus, & gratijs recurrere liceat: easq; deuota orationibus impetrare. Et qũo in sanctorum uenerationibus diuina bonitas, sapientia, potentia, extollitur, & laudatur: & multa huic proposito applicanda. Hæc de imaginum adoratione ratione repræsentationis. Nunc de adoratione rerum ratione specialis unionis ad naturam, rationem adorabilem dicendum, quod tamen sequenti lectione reseruandum est.

DE RELIQVIARVM VENERATIONE.

LECTIO L.

A RES adorandæ ratione specialis coniunctionis cũ rebus propter se adorandis sunt hæ. Quædam speciali quadam habitudine coniunctæ fuerunt Deo Christo uel sanctis uelut partes eorum, sicut reliquiæ sanctorum quæ secundum se, uel eius materiam fuerunt partes corporum sanctorum dum in terris uixerũt, ut ossa, uel pulueres, in quis resoluta sunt eorum corpora. Vel ut arma triumphi, sicut crux Christi, claui, lancea, corona, flagella, columna, & similia.

Reliquiæ & uestes sanctorum quomodo adorandæ.

& similia. Suo modo de sanctis uelut uestes, & res aliæ in eorum usum per corporũ & membrorũ sanctorum cõtactũ uenientes. De sanctorũ reliquijs tenendũ, q illæ uenerandæ sunt tãq ea, qui fuerunt partes corporũ sanctorũ, saltẽ secundũ materiam earum, ut dictũ est supra lect. 42 Partes aũt simili adoratione adorandæ sunt cũ toto. Cũ ergo sancti dulia adorandi sunt, simili adoratione duliæ eorũ reliquiæ sunt adorãdæ. Simili dixi non eadẽ: quia adoratio duliæ analogicè attribuit, sanctis, & partibus, quæ non sunt creaturæ rationales, hoc est partibus materialibus: propter animã rationalem, cui debetur dulia propriè dicta: siue sit actu pars, siue fuerit pars. Ceteris partibus pura corpori, uel parti eius debetur dulia analogicè: siue sit actu pars sancti, siue fuerit aliquando pars eius. Et hæc clarè patent resoluendo terminos eorum quasi nominis, puta latriã, & duliam. Sunt enim sanctorum reliquiæ uenerabiliter honorandæ sut probat B. Hiero. contra uigilantium, qui cultum reliquiarũ sanctorum reprobauit. Quod ex hoc ẽt probatur; quia per contactum illorũ multa dñs beneficia contulit ad earum dignitatem declarandam. Sic ad contactũ sepulcri B. Agathæ, curata est mr S. Luciæ a sanguinis profluuio. Ad contactũ ossium Helisæi Prophetæ, uita restituta est mortuo. Ad contactũ semicinctiorũ Pauli, & Sudariorum, sanati sunt languidi. Sic de stramínibus, in quibus cubauerat B. Martinus legitur: & similibus multis. ¶ Honor ergo, siue adoratio duliæ sanctorum reliquijs impensus, uel impensa quantũ ad interiorẽ actum, nihil aliud est, quam recognitio interior, qua huiusmodi reliquiæ creduntur esse, uel fuisse partes corporum sanctorũ dum uixerunt in hac mortali uita: quibus deuotè seruierunt domino: & meruerunt gloriam: cuius post resurrectionem dum reuniuntur animabus sanctorum, participes erunt per dotes gloriæ cõporis. Hæc inquam recognitio, & complacentia uoluntatis consequẽs est secundum rem actus dulia interior, analogicè, non propriè: quia non recognoscuntur tanquam rationales creaturæ habentes in se diuinæ gratiæ dona, & merita, ac uirtutes Dei per actus beatificos capaces secundũ potentiã Dei ordinatã, quæ recognitio est actus duliæ propriè acceptæ. Sed recognoscuntur tanq aliquid pertinens ad eas. Et actus exterior reuerentialis in signũ interioris actus exhibitus, est dulia exterior huiusmodi reliquijs debitus. ¶ Et quia non habemus distinctos actus exteriores distincte latriã, uel duliã propriè, uel analogicè dictã repræsentantes, ideo in uariarum rerum adorationibus eisdem actibus exterioribus: non tamen eundem actum interiorem significantibus utimur, ut genua flectimus corã uenerabili sacramento: corã imagine crucifixi, corã sanctorum reliquijs. Idẽ signum foris, eadem s. genuflexio: sed non idẽ actus interior. ¶ Suo modo dicendum est de cæteris supradictis ut armis triumphalibus, uestibus, sepulcris, & alijs olim ad usum sanctorũ pertinentibus. ¶ Generaliter igitur omnia coniuncta adorandis, eadem specie adorationis analogicè adoranda sunt: quibus ea ad quæ coniuncta fuerunt, adorantur propriè. Si latria: latria. Si hyperdulia, hyperdulia. Si dulia: dulia. Sic præputium Christi, & sanguis Christi de corpore eius in cruce fluens: si adhuc in terris conseruantur, sicut utrũq; in ecclesia Laterauensi urbis Romæ contineri dicitur: & in die sancto Paschę populo adorandum ostenditur. Si inquam dñs resurgens non reassumpsit totum sanguinem fusum, & quicquid fuit de ueritate humanę naturæ: eadẽ adoratione adoranda sunt, qua humanitas Xpi, non ut coniuncta uerbo. Nam præputium si adhuc reseruatũ in terris, nõ est unitũ diuinitati: quia non est actu pars corporis Christi, sed quoddam suppositum per se, sicut quælibet pars integralis separata a toto est per se sup-

Conc. Trid. Sess. 25. ca. 1.

4. Reg. 13. Act. 19.

B

Damas. positum, non autem sunt plura supposita uerbi. Nec hoc est contra Dam. quod semel assumpsit, non dimisit. Verum enim hoc est quātum ad partes essentiale, totales humanitatis Xpi. Nam totum corpus nunquam dimisit: nec in sepulcro: nec aīam dimisit etiam in inferno. Nam dubium non est quin parte corporis materiales per actionē caloris naturalis resolucæ dimissæ sint. Similiter & ꝓpucium post circuncisionē ubicūq; fuerit, ante resurrectionē non fuit unitum hypostaticæ deitati. Quo aūt humanitas Xpi

C adoranda sit, statim dicetur. Nō dissormiter dicendum erit de cruce dñica, clauis, lancea, & cæteris Xpi sanguine rubricatis. ¶ Verum de cruce Christi

S. Thom. duplicitter loqui possumus secundum S. Tho. in 3 scripto dis. 9. q. 2. Aut de cruce, quæ est imago crucifixi: siue picta, uel sculpta, siue de quacunq; materia fabricata, etiam si fuerit de ligno dñicæ. Et sic dicendum est sicut de alijs imaginibus Christi, quod adoranda est latria sicut prototypus: ad sensum tamen prius expositum. Secundo modo loqui possumus de ipso crucis ligno, in quo salus nostra Christus pependit, non ut imago, sed ut tale lignum membris Christi in eo suspensis consecratum. Et sic dicit Thomas non est adorandum latria, sed hyperdulia: quia non pertinet ad personam uerbi sicut pars eius: sed est res quædam eius, in qua salutem operatus est in medio terræ. ¶ Beatus Bonauen. dicit. q. utroq; modo considerata debetur sibi duplex seruitus adorationis, & uenerationis. Adorationis latriæ, & uenerationis specialis, quæ nec est latria, nec dulia. Nam secundum eū honor exhibitus in famulatū cōplacentiæ, est honor adorationis latriæ. Illæ uerō, qui exhibetur in obsequium reuerētiæ, est honor uenerationis. ¶ Sed concorditer ad prædicta dici pōt, ꝙ crux Xpi, & cętera salutis nīræ arma: quia res quædam sunt ad Xpm pertinentia. Ipsa. n. ut Ansel. loquitur, sunt instrumenta fortissima, quibus opꝰ uirtus, & inuestigabilis sapientia Dei restaurationem mundi potenter, ac mirificē operata est: ipsaq; attactu mēbrorū Christi dedicata, & tanquam prætiosissimis margaritis ornata sunt. Et ideo adoratio eorū ad eandem speciem adorationis reducit, qua adoratur Christus, cui speciali quadam habitudine cōiunguntur: hoc est adoratione latria non proprie dicta: sed analogice, quę adoratio quantum ad interiorem actum nihil aliud est: nisi actus intellectus; quo talia cognoscūtur, tanquam res quædam siue arma speciali quadā habitudine ad Xpm pertinentia, uel etiam actus uoluntatis sibi in hisut talibus cōplacentis. Et

D hæc rōsio nullam patitur difficultatem. ¶ Sed nūc de humanitate Xpi quæ specie adorationis illa est adoranda uidendum est. De hoc aūt uariæ sunt opiniones ex diuersis sanctorum auctoritatibus ortum trahentes. Vnde in hoc oēs uidentur concordare: ꝙ humanitati Christi in se consideratæ, non ut unitæ: debetur dulia maior, uel minor secundum diuersas eius considerationes, ut infra dicetur. Considerata autem ut a uerbo assumpta, & naturæ diuinæ in uerbo hypostaticē unita, sic de eius adoratione inueniuntur tres opiniones. Vna tenet, ꝙ ut sic adoranda est dulia maiore, quæ hyperdulia dicitur. Motiuum: quia solus Deus adorandus est latria: & natura non cōicat alteri naturæ sua idiomata. Vnde non dī humana natura Deus licet unita diuinitati. Nec dī ęterna, infinita, creatrix, licet unita sit naturæ infinite æternę creatrici. Et ita dicit, ꝙ non sit adoranda latria, licet unita sit summæ maiestati latria adorādæ. Allegant pro se glosam super illud psal. Adorate scabellum pedum eius: quæ dicit. Caro Xpi sine impietate a uerbo Dei assumpta adoratur a nobis. Non illa dico adoratione, quę latria est: q. soli creatori debetur: sed illa, quæ dulia dignior est. Secunda opi. tenet, ꝙ humanitas Christi considerata ut unita uerbo, latria est adoranda. Moti

Crux Christi quo adoranda.

Humanitas Christi quo adoranda.

auctoritate

auctoritate Iohannis Damasceni. Et allegat magister 3. sententiarum dist. 9. Non inadorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in una uerbi hypostasi. Sequitur. Non ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam diuinitati in unam hypostasim Dei uerbi duabus reductis naturam. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem: adoro Christi Dei mei simul utramq; naturam, propter carni unitam deitatem. Item B. August. in sermone super illud. Non turbetur cor uestrum: ait. Ego dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem ideo adoro, q; a diuinitate suscepta, & deitati unita est: ut non alium, & alium: sed unum eundēq; Deum, & hominem filium Dei esse confitear. Deniq; si hominem separaueris a Deo: illi nunquam credo, nec seruio. Velut si quis purpuram, uel diadema regale iacens inueniat nunquam ea conabitur adorare. Cum uerò rex ea fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea cum rege quis adorare contempserit. Ita in Christo domino humanitatem non solam, uel nudam, sed diuinitati unitam. f. unum filium: Deum uerum hominem uerum, si quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Idem supra psal. 80. Caro sine impietate a uerbo Dei assumpta adoratur a nobis: quia nemo carnem eius manducat: nisi prius adoret, sed qui adorat, non terram intuetur, sed illum portus, cuius scabellum est, propter quem adorat. ¶ Dicunt ergo illi, q; secus est de exhibitione honoris, & alijs proprietatibus. Honor non respicit hanc partem, uel illam, sed respicit ipsam personam. Vnde quamuis purpura, & uestimentum regis nō participet proprietates eius absolutas: communicat tamen in honore, & reuerentia. Et ideo quia est una persona in Christo, cui debetur reuerentia summa: una adoratione latriæ est adoranda quantum ad utramq; naturam, diuinam scilicet, & humanam. Sicut eadem adoratione adoratur in uno homine caput, & pes. Et hanc approbat S. Bonauen. in 3. script. dist. 9. q. 1. unde dicit. Cōcedendum est, quod Christus homo non solum adorandus est latria, sed etiam eius humanitas inquantum uerbo est unita: quamuis prout in se consideratur, nō debeatur ei nisi dulia. Quoniam autem Christi humanitas nunquam est a uerbo separata: ideo semper consideranda est ut coniuncta, & semper adoranda est latria. Hęc Bonauen. ¶ Tertia opi. q; humanitas Christi ut uerbo unita adoratur latria, sed non propriissimè, sed largè sumpta. Pro cuius intellectu rememorandum q; secundum Alex. de Ales latria tripliciter sumitur. Vno modo proprie pro cultu soli Deo debito siue secundum dignitatem, in cuius participatione non est creatura, uel in cuius participatione est creatura. Secundo modo strictè, ut restringitur uocabulum ad seruitutem, quæ debetur creatori ratione dignitatis, in cuius participatione non est creatura. Sic accipitur latria in glo. precedenti lect. allegata. Deo: cui debetur latria: domino, cui debetur dulia. cuius intellectus ibidem declaratus est. Tertio modo accipitur largè, ut non dicit solum seruitutem quæ debetur dignitati diuinæ, sed etiam creaturę unitæ ipsi. Hęc uidetur esse Rabani dicentis. Caro Christi latria adoranda est sicut uerbum, sed non omni specie latrię, quoniam adoramus eam omnino prostrati in terrā: sic q; credamus, q; nos creauit de nihilo: nec sacrificamus ei sicut Deo sed adoramus eam, quia per ipsam redempti sumus. Sic ergo dicitur latriæ extenso nomine, siue largè: & ut supra dictum est: analogicè. Primę duę opi. accipiunt latriam proprie, tertia uerò, ut patuit largè. ¶ Veritas huius quęstionis. Vtrum humanitas Xpi coniuncta uerbo, adoranda sit latria: facile inuestigatur, si loco huius uocabuli latria, eius quid nominis ponatur, & quis sit actus latrię interior, qui principalis est, intelligatur. Nā de

Ioh. Damas.

Augus.

3. Bonauen. B

Latria capitur tripliciter.

Alex.

exteriori non est difficultas, cum eodē actu exteriori adoramus latria, & dulia creatorem, & creaturam secūdum subordinationē trī ad alium, & aliū actum interiorem, ut frequenter dictū est. Latria n. ut supra habitū est lec. 49. est reuerentia exhibita alicui ut summo, & uniuersali omnium principio. Actus interior latriæ aut est actus intellectus, aut uoluntatis uel utriusq; præterillos non est alius. In intellectu aūt respectu uniuersalis boni, non est alius actus nisi cognitio, siue professio eius tanq̄ summi boni, qui est actus fidei, extendendo nomen ad scientiam, & omnē firmā adhæsionē ueri. In uoluntate nō est actus alius ordinatus nisi dilectio eius tanquā summi boni i se: & sūmi boni creaturæ rōnalis ¶ Nullus horū actuū hī pōt respectu cuiuscunq; creaturæ siue unitæ uerbo, siue nō. Quare n. utrīq; hūanæ naturæ unita diuinæ in supposito, uerbi sit summum, & uniuersale omnium principium. Item utrumutur sic unita sit summum bonum super oīa diligendum. Certum est, q̄ neutrum conceditur: ergo ad naturam humanā uerbi (q̄ licet unita sit uerbo, distinguitur eñ realiter a uerbo, & a diuina natura)

F non potest terminari actus latriæ qualitercūq; consideretur. ¶ Sequens ergo Alex. de Ales, p̄mitto, q̄ refert multū loqui de humana natura in Christo, & de hoie Xp̄o. Nā homo nomen est suppositi, siue personæ, non sic humana natura. Vnde hō Christus, est suppositū uerbi subsistentis in natura humana. Persona. n. uerbi, quia subsistit in duabus naturis, humana. s. & diuina, eadem una, & indistincta est Deus æternus pp diuinā naturam: est hō uerus propter naturā humanā. Humana aūt natura in Xp̄o est compositū ex carne, & alia: quod manens creatura assumptum est a p̄sona uerbi. Sicut idem hō est credens in Deū, & diligens Deū credens per actū fidei: diligens per actum charitatis, nec tñ actus fidei est actus charitatis, nec actus fidei est hō credēs, sed aliquid in hoie distinctū ab hoie. Et ideo licet actus fidei, & actus charitatis duo sint: non tñ duo sunt hō credens, & diligēs: sed unus ipse est, q̄ credit, & diligit: q̄uis per illud credit, & per aliud diligit. Ita duo sunt realiter, & essentialiter distincta natura, & hūana, & diuina. Hæc tpalis ista æterna. hæc creatura: ista creatrix essentia. Vna aūt est p̄sona, & penitus indistincta uerbi, seu filij Dei, q̄ subsistit æternaliter in natura diuina: & ex tpe assumpsit humanā. Et p hoc eadem, & indistincta est Deus, & hō: Deus ab æterno: homo ex tpe. Refert igit loqui de adoratione humanitatis Xp̄i: & de adoratione hoīs Xp̄i: Licet nonnunquā sancti uno utantur p alio, prout est frequens ī apud Aug. Verbū suscepit hominē, ubi hoiem accipitur p natura hūana, quia uerbū non suscepit p̄sonā, sed naturā. Ista nūc supponantur ex tertio sniarū. Quibus p̄missis ponuntur quatuor propositiones. ¶ Prima. Homo Xp̄s una adoratione: q̄ est latria proprie accepta,

G est adorandus. Patet, quia hō Xp̄s est p̄sona uerbi, & ita Deus: & per consequens ea adoratione q̄ solius Dei, est adorādus. hæc aūt est latria proprie dicta. Ītē credendū, & profitendū est hoiem Xp̄m esse summū, & uniuersale oīm principiū: qa Deū secundū illud symboli Dñs nr̄ Iesus Xp̄s Dei filius, Deus & Homo est. Ab hac adoratione natura hūana secludenda nō est: nō q̄ natura humana sit terminus huius adorationis: sed qa tota persona uerbi (hoc est p̄sona uerbi in humana, & diuina natura subsistens) adoratur. Hæc enim persona (qua uere est hō) est summū, & uniuersale oīum principiū. Et ad hoc seruit similitudo purpuræ, & diadematis regis. similiter ignitī carbonis. Ideo Dama. postquā dixerat. Adoro Xp̄i Dei mei simu) utrāq; naturam propter carni unitam diuinit ītē addidit. Non. n. quartam appono personam in trinitate: sed confiteor personam unā uerbi, & carnis eius. His uerbis insinuare uidetur Christi humanitatem cum uerbo una ado-

Refert multum loqui de hoie Christo & humana natura Christi.

ratione

ratione esse adorandam, attendendo unitatem personæ: quod nihil aliud est dictu, quam adoro simul utramq; naturam ad hunc sensum. i. adoro Xpi personã in utraq; natura subsistentem. Hoc idem prætendunt uerba beati Augustini sup. allegata. ¶ Secunda propositio. Humana natura in se considerata adoranda est dulia maiore, siue summa, quæ hyperdulia est uocata. Probatur, quia in se considerata est creatura, sed secundum gratiam, & gloriam omnium creaturarum perfectissima, ergo sibi debetur summa seruitus creaturæ debita: quæ hyperdulia est dicta. Ipsa deniq; est quæ redẽpti sumus, ac patri reconciliati quodammodo instrumentaliter: quia redemptionem ipsam principaliter operata est diuinitas per humanitatem tanquam causam meritoriam. Veruntamen non omnis consideratio illius naturæ est eius adoratio. Nam si considero naturam illam generaliter sub ratione entis hęc consideratio non meretur dici adoratio, quia non est recognitio eius tanquam naturæ intellectualis habentis excellentiam aliquam ex dono diuino. Similiter consideratio, quæ considero eã, ut naturã intellectualem simpliciter, non cũ excellentissimis suis donis gratijs. Hæc cõsideratio est quidẽ actus adorationis sed dulię minoris, quia illo non profiteor eã, ut singulariter alias natura intellectuales excellentẽ: sed tanquam unam inter illas. Et hoc est, quod quidã dicũt q̃ humana natura Christi, siue corpus eius, & anima potest considerari quadrupliciter. Vel ut est entitas quædã in se extra nihil, id est quæ non est nihil, sed ut est aliquid extra suã causam efficientem. Vel in comparatione ad suã originẽ, quantũ ad partẽ materialẽ ut. s. secũdũ corpus formatũ est de uirgine speciali, & immediata operatione spiritussancti. Vel tertio in ordine ad partẽ formalẽ, quæ est anima intellectiua ad dei imaginẽ creata beatitudinis capax. Vel quarto, ut deo unita, uel unione gratuita excellentiore uel unione hypostatica, & personali, quæ est singularissima. Primis duobus modis non est adorabilis: tertio adoratur dulia minore quarto dulia maiore, & summa. ¶ Tertia propositio. Natura humana ut diuinæ in Christo hypostatice unita, non est adoranda latria proprie dicta. Patet ex præmissis, quia latria proprie dicta solus deus adoratur. Humana autem natura unita deitati in Christo non est deus: quia per illam unionem, licet excellentissimam, non erit terminus creaturæ, nec mutatur quãtum ad substantialia: & ita manet creatura. Et patet hæc propositio satis ex supra inductis post recitationem trium opinionũ. ¶ Quarta propositio. Accipiendo latriam communiter, humana natura in Christo adoranda est latria. Patet, quia hæc adoratio nihil aliud est, quam recognitio eius ut summe, & singulariter unitæ deo, & eius ut sic dilectio. Et hic actus intellectus, & uoluntatis est actus latriæ large acceptæ. Et per has propositiones clare, & resolute intelligitur a quomodo adoranda sit humanitas Christi. Et quod dictum est de humanitate, pariformiter intelligendum est de partibus eius, scilicet corpore, & anima attribuendo cuilibet, quod suum est. Nec aliud puto sensisse sanctos, & doctores, si eorum dicta, & uerba bene, & resolute intelligantur. Nam beatus Augustinus in supra allegatis, uolens, quòd humana natura ut unita uerbo, non debet speciali adoratione adorari, sed eadem, qua uerbum, cui est unita, uult, quòd humana natura non est adoranda tanquam persona distincta a persona uerbi, contra hæreticos ponentes duas personas, non duas naturas, unde dixit Augustinus quasi rationem assignans, quare humanitatem adorat deo unitam. Ve non alium, & alium, sed unum, & eundem deũ, & hominẽ filiũ dei esse confiteãr. Illa ergo adoratione, qua adorat personã, quæ latria est, adorat etiã coniunctã humanitatem. i. adorat pso

Conc. Trid. sess. 13. can. 5.

Augustinus.

H

nam

nam in humanitate coniuncta subsistentem. Vnde actus ille quo personam illam.i.Christi in humanitate simul, & diuinitate subsistentem confiteor mente esse uerum deum, & hominem: & summum, ac uniuersale omnium principium: est actus adorationis latriæ: quæ principaliter terminatur ad personam uerbi: sed partialiter ad naturam humanam. Est enim assensus propositionis, cuius extrema totalia supponunt pro persona uerbi, connotant tamen etiam naturam humanam per partem unius extremi significatam. ¶ Et per hoc possunt concordari opi. Quod enim dicitur, ꝙ sic, uel sic considerata natura humana, Christi est sic uel sic adoranda, nihil aliud est: nisi ꝙ hæc, uel illa consideratio humanæ naturæ est hæc, uel illa species adorationis. Nam propter aliam, & aliam considerationem eiusdem non mutatur obiectum adorationis, sed mutatur ipsa consideratio, siue considerationis actus, qui est realiter ipsa adoratio interior. Horum ergo actuum unus potest dici adoratio latriæ: alius dulia maior, uel minor: aliquis etiam omnino nec est adoratio, ut dictum est. Et hæc uidetur esse

Concordantia opiniõe.

Alex. sententia Alex. qui sub epilogo dicta resumens dicit. Respiciendo personã: una est adoratio, scilicet naturæ, & personæ. Respiciendo diuersitatem naturarum: differens est adoratio. Diuina enim natura semper adoratur latria. Humana considerata in se semper maiori dulia: quia sanctum sanctorum. Considerata uerò ut diuinitati unita adoranda ex latria: extenso nomine latriæ. Hæc illæ. ¶ Sed prædictis obutare uidetur: quia sic latria esset uirtus theologica, & non moralis: cuius oppositum doctores communiter determinant. Nam si actus latriæ est actus fidei, spei, ac charitatis secundum superius dicta: & eorundem actuum eadem est uirtus: quia idem habitus: sequitur ꝙ latria sit uirtus theologica, immo a fide, & spe, & charitate indistincta. Ad huius solutionem supponitur, ꝙ uirtus moralis, & theologica non distinguuntur penes fines: eo ꝙ omnium uirtutum unus est finis, ipsa scilicet felicitas secundum philosophũ in æthicis. Sed penes obiectum. Nam uirtus theologica deum habet pro obiecto. Moralis autem aliquid citra deum. Vt fides est respectu dei, ut habitus inclinans ad assentiendum illi: deus est trinus, & unus. Charitas est habitus inclinans ad diligendum deum ut summum bonum in se. Spes est habitus inclinans ad diligendum, ut summum bonum nostrum. Prudentia uero est circa agibilia tanquam obiectum. Fortitudo circa timores, & audaciam. Temperantia circa delectationes, & tristitias. Iustitia circa ea, quibus homo se bene habet ad alterum. ¶ Supponitur secundò ex dictis, ꝙ latria est cultus deo debitus. Hic autem est duplex: exterior, & interior. Loquendo de exteriore sic manifestum est: ꝙ latria est uirtus moralis, quia sic habet pro obiecto non deum, sed aliquod opus exterius, ut sacrificium, genuflexionem: aut aliud opus extrinsecum, quo reueremur deum ut summum, & uniuersale omnium principium. Est enim latria exterior, capiendo pro habitu: habitus inclinans ad agendum huiusmodi opera exteriora. Et ita frequenter loquuntur doctores. Vnde sanctus Bonauen. dist. 9. q. 9. dicit; ꝙ cultus deo debitus quattuor nominibus nominatur, grece, theosebia, & latria: latine, pietas, & religio. Quorum duo, scilicet theosebia, & pietas proprie pertinent ad actum interiorem: latria, & religio ad exteriorem. Nam etsi cultus, & seruitus frequenter pro eodem accipiuntur, cultus etiam licet dicat actũ interiorem, & exteriorem, tamen cultus magis respicit actũ interiorem. Seruitus uerò exteriorem. Latria secundum Aug. cum sit seruitus proprie respicit actum exteriorem. Sicut theosebia, quia est idem, quod cultus diuinus, ideo proprie respicit actum interiorem. Virtus ue-

I An latria sit uirtus moralis, uel theologica.

Diffiniturnõ mẽ uirtutis.

Bonauen.

August.

rò, quæ

re, quæ respicit actum exteriorem, est in genere uirtutis cardinalis. Hinc est, q̃ latria est in genere uirtutis cardinalis. Et quia respicit actum exteriorem sub ratione debiti in comparatione ad alterum; & hoc est iustitiæ: ideo continetur sub uirtute cardinali, quę est iustitia. Et quia species iustitiæ, secundum quam ordinatur ad uenerandum naturam superiorem, sicut dicit Tullius est religio. Hinc est, quòd latria est in genere uirtutis, sicut in genere remoto. In genere uirtutis cardinalis, quasi in genere subalterno. In genere iustitiæ, sicut in genere propinquo. In genere uerò religionis, sicut in genere proximo. hæc Bonauen. Loquendo autem de actu interiori, qui & ipse secundum communem acceptionem ad latriam pertinet, secũdum quam non distinguitur latria a theolebia: sic magis uidetur dubium, ad quam uirtutem pertinet. ¶ Pro quo aduertendum: quòd circa cultum dei possumus habere triplices actus, ad totidem uirtutes pertinentes. Potest enim ratio recta dictare nunc deum esse colendum. Potest uoluntas se conformare huic dictamini: & uelle colere deum, quo uelle imperat elici actum diuini cultus. Potest etiam potentia elicitiua cultus talem actũ elicere. Sicut in simili ratio potest dictare nunc esse speculandum de trinitate personarum, & unitate essentiæ. Voluntas potest se conformare, & & uelle speculari: quo uelle imperat intellectui, ut speculetur. Intellectus potest imperio uoluntatis se conformare, & speculari. Quilibet horum actuum generatiuus est habitus: quorum primus pertinet ad prudentiam, quæ dictat de agendis. Secundus ad uirtutem moralem appetitiuam. Tertius ad theologicam. Primi duo sunt practici: tertius est speculatiuus. ¶ Sic in proposito: quia actus interior, quo deus colitur: est actus fidei, spei, uel charitatis, potest recta ratio dictare iam esse actualiter credendum: sperandum in deum, uel diligendum eum. Potest uoluntas se conformare: & uolendo huiusmodi actũ elicere, intellectui, & sibijpsi imperare ut eliciant. Potest intellectus iuxta uoluntatis imperium actu credere, & uoluntas diligere, & sperare. Primus actus dictatiuus est actus intellectus, quia rationis recte, & pertinet ad prudentiam. Secundus est actus uoluntatis, et pertinent ad uirtutem moralem, quia obiectum eius proprium sicut actus primus, cui se conformat, est actus colendi deum, non ipse deus. Tertius est actus, uel intellectus uel uoluntatis, pertinens ad uirtutem theologicã, quia actus fidei, spei, uel charitatis. Suo modo de habitibus derelictis. ¶ Latria ergo interior dicit aliquem trium actuum, aut eorum habitus, & quidem primum non dicit. Non enim est latria actus, uel habitus dictatiuus, sed inclinatiuus ad colendum, uel ad uelle colere secundo modo, uel ad ipsum colere tertio modo. Et sic latria interior uel est uelle elicere actum diuini cultus, aut habitus ad hoc inclinans: & ita pertinet ad uirtutem moralem, & reducitur ad iustitiam. Vel est ipse actus elicitus, quo colitur deus, uel habitus ad hunc inclinans, & sic capiendo pro habitu est uirtus theologica fides, uel spes, uel charitas. Horum enim actibus colitur deus. Et hoc uidetur uelle sanctus Bonauen. cum prioribus addit. Theosebia dicit cultum interiorem, qui proprie spectat ad uirtutes theologicas, sicut est dilectio, fides, & similia. Et secundum hoc possunt concordari doctores. Nam dicentes latriam esse uirtutem moralem, loquuntur uel de exteriori, uel de interiori, ut non dicit actum colendi deum: sed actum qui est uelle colere deum, aut habitum ex huiusmodi actu derelictum. Sed illa latria non adoratur deus, quia actus, quo adoratur deus, terminatur ad deum tanquã ad obiectum. Latria autem illa terminatur ad actum uoluntatis, uel intellectus, quo adoratur deus. Sicut uelle uidere, seu amare deũm, non termi-

Bonauen.

Triplex actus circà cultum Dei.

K

natur

natur ad deum tanquam ad obiectum: sed ad actum uidendi, uel amandi dei. Capiendo autem latriam pro actu, uel habitu, quo adoratur deus: & per cõsequens, qui terminatur ad deum tanquam ad obiectum, sic est uirtus theologicalis: dictum est statim. ¶ His de adoratione in genere declaratis, tradeundum est ad adorationem eucharistiæ. Et quia in eucharistia multa sunt. Sunt enim ibi species sacramentales, accidentia, scilicet quæ continẽt Christum. Est ibi totus Christus: diuinitas uerbi, & humanitas: & humanitatis partes: anima scilicet & corpus: & utriusq; accidentia: ut supra lec. 42. prope finem. Quæ singula quomodo differenter adoranda sunt: facta patet ex quattuor propositionibus suprapositis. Nam partes, & totum: quia similli adoratione adoratur: ea adoratione, qua adoratur humanitas Christi: adoratur etiam eius anima benedicta: corpus gloriosum, & membra eius. ¶ De accidentibus uerò dicendum sicut de pertinentibus ad humanitatem Christi: ut supra dictum est in principio huius lectionis. Deber igitur in sacramento totus Christus adorari latria proprie dicta. ¶ Vnde dum sacerdos in missæ officio sacramentum leuans in altum, populo ostendit: adorandus est Christus latria actu interiore, & exteriore. ¶ Interiore: magna mẽtis deuotione: quieto corde, exclusis tumultuantibus temporalium rerum cogitationibus se recolligat quiuis circumstans ad deum creatorem suum, redemptorem & saluatorem: qui ueraciter secundum utramq; naturam sub sacramentalibus speciebus: quas corporalibus uidet oculis: inuisibiliter cõtinetur: adorandum. Dicens uerbo mentali secundum Alexan. de Ales. Adoro te Iesu Christe saluator, qui per mortem tuam redemisti mundum: quem credo sub hac specie, quam uideo, contineri. Adoro per fidem te Christum in hoc sacramento contentum: profitendo uerum deum, uerum hominem, æterni patris consubstantialem filium pro nobis hominem factũ, qui, quos creasti, sanguinis propri effusione amarissima morte, a morte perpetua redemisti: in cuius salutarem memoriam præsentem te exhibere dignatus es his speciebus: ut iterum is hostia, & sacrificium pro nostris reatibus quotidianis, quemadmodum pro uniuerso mundo in cruce factus es hostia generalis. ¶ Adoro te per charitatem, diligens corde toto te summũ, & incomprehensibile bonum: qui dilexisti nos, dum inimici essemus: te ipsum in mortem tradens: ut nos patri reconciliando amicos faceres. ¶ Adoro te sola spes omnium uera bona diligentium, summa, & finalis beatitudo in te confidentium, uiaticum militantium: cibus iustitiam esurientium, mediator dei, & hominum tuam plenissimam satisfactionem (in cuius memoriam patri libaris acceptabile sacrificium) pro me extende: & per hoc præsens holocaustum omnia mea peccata expiando misericorditer dele.

¶ Potest & quilibet fidelis in eleuatione, & ostensione huius uiuifici sacramenti, rememorando meditari opprobriosam Christi ostensionem: dum post flagellationem, & corporis sui liuores: post perditam formæ speciem pulchritudinem, ac decorem Pilatus eum tanquam despectum, & uirorum nouissimum: sceleratissimorum iudæorum aspectibus præsentauit: ac uoce contemptibili demonstrauit, dicens. Ecce homo. Et iterum, Ecce rex uidetur. ¶ Meditetur insuper in sacramenti eleuatione Christi in crucis patibulo ignominiosam eleuationem, quæ inter iniquos, & latrones suspensus, ab intuentibus impijs contemptibiliter irrisiones, & contumelias sustinuit multimodas. Sicq; pro contumelijs opprobrijs, & blasphemijs adorando latriæ reuerentiam impendat. Pensando quantus pro qualibus tanta sustinuit, & ad gratias agendas se totum inclinet. ¶ Similiter adoret latria exteriori, decenti corporis, gestu in sacramenti eleuatione: ad significandum

L De eucharistiæ adoratione.

Alex.

M Christꝰ quo adorãdus est latria itero re in eucharistię ostensione.

candum internam fidem, & reuerentiam, quæ ipsum actu interiori ut omnium creatorem deum, & dominum uenerat. Atq; ut sicut in sua crucifixione ab incredulis turpitur confusus, blasphematus, irrisus fuit uerbis, & exterioribus inordinatis capitis, & membrorum motibus. Ita uiceuersa a fidelibus in sacrosancto missę officio, (quo illius passionis memoria agitur.) exteriori corporis gestu honoretur. Debent igitur humiliter nudata fideles capita Christo in sacramento, quod ostenditur inclinare, cuius caput spinarum aculeis pro delictorum nostrorum expiatione mille uulneribus cruentatum, in mortis hora ad nos (quorum salutis causa agebatur) doloro sissimos sed benignissime est inclinatū. Nā inclinato capite tradidit spiritū. ¶ Debēt genua in terrā flectere se humiliantes ei, qui seipsum exinaniuit, formā serui accipiens, factus obediēs patri usq; ad mortē: mortē aūt crucis. ¶ Et sicut inuerecundi simi canes detisorie genu flectētes, æternā dei patris sapientiā blasphemauerunt, dicētes. Aue rex iudæorū. Et itetū. Si rex Israel est: descēdat de cruce: & cętera hmōi. Ita econtrariō genua curuantes intus cor de humilient, adorātes, & dicentes illud beati Anſ. Adoro te Xp̄e rex Israel lux gentiū, princeps regū terræ, dñe sabaoth, uirtus op̄s dei fortissima. ¶ Debent & manus deuote cōponere cōtra crudelissimorū iudeorū, & gentilium furorē: manus suas impie alaphizādo, collaphizādo, crucifigēdo extendētiū. Rursus debent manus suas in cælū tendere cū mentis affectu, sicut Xp̄s suas misericorditer in cruce extēdit: aut sic exaltatus oia traheret ad seipsum: & tē dēdo manus, summo patri gratias agere, dicētes. Gratias tibi dñe pater referat oīs lingua, sup abūdātia bonitatis tuę, quiunico filio cordis tui nō pepercisti sed pro nobis illū tradidisti in mortē: ut tantū tanquā fidelē aduocatū haberemus in cælis corā te. ¶ Debēt & pectora tūdere: in memoriā diri uulneris dñici pectoris aperti lācea militis, unde sanguis ꝓfluit, & aqua, in lauacrū simul, & redēptionē peccatorū. ¶ Debēt ēt tundere in cōfessione laudis dei, & fraudis proprie dicentes illud Anſel. Tuas Xp̄e miserationes prędicamus, tuæ suauitatis memoriā cū abūdātia eructamus: tibi Xp̄e sacrificiū laudis immolamus ꝓ multitudine bonitatis tuæ quā oīb. listi nobis semini nequā, filijs sceleratis, & pditis. Sic deuote se gerentes in adoratione Xp̄i in sacro, gratiā multiplicē, & fructū plurimū reportabunt. ¶ Sed prohpudor est cernere plurimos in ecclesia: qui tanquā beneficijs dei ingrati, paruā, uel nullā huic diuinissimo sacro exhibent reuerētiā. Stant erecti nō attendentes illud apostoli Phil. 2. ubi post cōmemoratam Christi humiliationem usq; ad mortem crucis, subdit. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine eius omne genu flectatur cęlestium, terrestriū, & infernorū. Et omnis lingua cōfiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Quibus, rogo, comparandi sunt, qui hunc honorem Christo exhibere contemnunt: quem dæmones omittere non audent. Sed quam detestandi sunt, qui etiam in summi sacrificij ostensione capita sua nudare negligunt. Et cum apostolus uirum uelato capite orare non permittit. Oīs. n. uir inquit, orans, uel prophetans uelato capite deturpat caput suū. 1. Cor. 11. Caput aūt uiri Xp̄s: quāti cōtēptus arguit: qui etiā Xp̄m in sacro sub aculis pñtē uelato capite adorare ꝓsumit. Cōtra tales ꝓcedit uerbū dei ꝓ Esa. c. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me. Exaltauit, dū nostrā naturā assumpsit. Enutriuit, dū se nobis in hoc sacro cibū uitæ tradidit. Et sequit. Cognouit bos possessorē suū: & asinus præsepe domini sui: Israel autē. i. uidens deum per fidē, me non cognouit, & populus meus non intellexit. Quomodo enim cognoscunt in sacramento contineri redēptorem suum. Quomodo suum iudicem intelligunt, qui debitam subtrahendo re-

Reprehensio grauis in omittentes tpe eleuationis genuum flexionē, & alia.

N

do reuerentiam uiso sacramento: nec amore liquescunt in gratiarum actiones? Nec timore humiliantur in iudicij sui recognitione? Hæc de populo circumstante. ¶ Sacerdos uerò celebrans prolatis uerbis consecrationis, humiliter se inclinet, ac prius Christum in sacramento deuotissime adoret: non uocali sono, sed corde attento: hæc, uel similia ruminans. Adoro te pretiosum precium redemptionis nostræ, hostia pacifica, quæ sola odoris tui suauitate inæstimabili, patrem qui in altis habitat: ad respiciendum humilia inclinasti: & filijs iræ placabilem reddidisti. ¶ Eleuando uerò hæc cogitare poterit. Respice domine, sancte pater de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo: & intuere hanc sacrosanctam hostiam, quam tibi offert magnus pontifex noster, sanctus, puer tuus dominus Iesus pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudine malitiæ nostræ. Et ita deuote, & humiliter deponat oblatam: ponens in loco suo in palla mundissima corporali. ¶ Sed occurrunt hic duo dubia. O

Dub. 1. De uisione diuinissimi sacramenti.

Primum, utrum peccator uidens sacramentum uidendo peccet: sicut peccat tangendo, & sumendo propter eius indignitatem. Secundum: quia potest error contingere in consecratione: propter quem effectus consecrationis impeditur: ita ut non fiat conuersio panis in corpus Christi: ut si consecrans non sit sacerdos, aut quia errat in forma: aut quia deficit conficiendi intentio &c. Nec pôt circumstans esse certus de transsubstãtiatione facta: immo nec ipse sacerdos celebrans, quia euidenter scire non potest se esse sacerdotem, quia incerta est sibi intentio sui ordinatoris.

Dub. 2. Quomodo adorans sacramentum euadere potest periculum idololatriæ? Si enim adorat hostiam non consecratam, quam putat consecratam, idolatriam committit. ¶ Ad primum dicitur secundum Alex. par. 4. q. 52. mem. 6. & alios doc. ꝙ quia ordinatũ

Alex. est ab ecclesia, ut sacramentum eucharistiæ immediate in altum eleuetur, ut uideatur: & saluator Christus adoretur, non tantum a iustis, sed ab omnibus, inspicere ergo corpus sub sacramento intentione adorandi, nulli est illicitum. ¶ Rationabiliter autem hoc instituit ecclesia, quia ex illa inspectione accedit spirituale commodum inspicienti, non tantum iusto: sed etiam peccatori. Tum ex ponderatione charitatis saluatoris: tum ex sub uentione beneficij reparatoris: tum ex recordatione passionis redemptoris. Hæc enim debent & iustus, & peccator in corporis Christi intuitione recordari: quantum fuit beneficium reparationis: quanta passio redemptoris: quanta charitas saluatoris. Ex qua recordatione cordis compunctio oritur: ac mentis deuotio accenditur. Vnde nonnunquam peccator ad cõtritionem mouetur: & gratiam consequitur. Nec est simile de sumente in peccato & inspiciente. Tum quia non est tanta irreuerentia in uidendo, sicut in sumendo: quia uidens non pertingit uidendo ad substantiam corporis Christi: sed tantum ad sacramentales species, sed qui manducat, non solum sumit species: sed Christum sub speciebus uere contentum. Tum quia sumens in peccato abutitur sacramento, non sic uidens. Abutitur quidem in peccato sumens: quia impedimentum ponit spirituali cibationi, ad quam ordinata est corporalis manducatio tanquam ad effectum proprium. Videns autem in peccato non abutitur: quia adorare potest uisum, & colere per fidem, & quæ dicta sunt, in memoria reuoluere, ad quæ ipsa sacramenti ostensio est ordinata. Tum tertiò, quia manducans in peccato transgreditur præceptum apostoli: immo Christi per apostolum præcipientis. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11. Hoc autem negligendo peccator transgreditur, non sic peccator inspiciens sacramentum intentione adorandi contrauenit, sed

1. Cor. 11.

Quare ecclesia instituit eucharistiã in alto eleuari.

magis

magis concordat inſtitutioni eccleſiæ. Neq; enim adorando irreuerentiam facit: nec ſe non præparando ad gratiam negligentiam committit: eo, q̃ non tenetur ſe ad gratiam præparare propter uſionem ſacramenti. quia oſtenſio non ordinatur per ſe ad gratiam uidenti conferendam: ut uult ſanctus Bonauen. in 4. diſt. 9. q 6. ¶ Sic etiam non eſt par ratio in tangente, quia uiſio ſacramenti fit in diſtantia: tactus uerò in coniunctione. Nam & ſi tangens non attingit ſubſtantiam corporis Chriſti, attingit tamen ipſas ſpecies immediate corpus Chriſti continẽtes. Tum etiam quia tangens in peccato abutitur ſacramento, quia tangendum non eſt niſi propter diſpenſationem ſumentis. Hoc autem eſt actus ordinis: quem laicus facere præſumens grauiter peccat: officium ſibi indebitum uſurpando. Sicut legitur de Saule, qui offerens holocauſtum domino, quod ſacerdotum erat, regnũ perdidit, ut habetur. 1. Reg. 13. Et ozias lepra percuſſus eſt eo q̃ incenſum adolere præſumpſit in altari thymiamatis: ut habetur. 2. Paral. 26. Similiter & ſacerdos tangens in peccato grauiter peccat; ſicut ſecundum beatum Tho. omnis exercens actum ordinis ſui immortali, peccat mortaliter. Agit etiam contra præceptum, quo dicitur. Mundamini uos, qui fertis uaſa domini. Si itaq; ferens uaſa domini ſanctificata mundus eſſe percipitur: quantò magis qui fert, ſeu tangit in ſacramento ſanctum ſanctorum dominum ipſum? In caſu tamen licet laico, uel ſacerdoti peccatori tangere: ut ſi iaceret in luto uili: aut ubi expoſitum eſſet imminenti periculo comeſtionis a porco, uel cane. In illo caſu ſi peccator ſacerdos, uel laicus motus fide, & reuerentia, ipſum colleret, & poneret in loco congruenti, non peccaret. In tali enim caſu tangere prohibitum non eſt, ſed multomagis præceptum, quia tenetur irreuerentiam, & inhoneſtam eius collationem impedire. Omnia uero tangens arcam dei declinantem, bobus calcitrantibus, & ideo percuſſus contra præceptum fecit, quia temere cognita uxore illa nocte tetigit, ut quidam dicunt: quod non licebat. Vel ut lyra dicit in poſtilla. 2. Reg. 6. quia ſua ordinatione uehebatur in plauſtro, quæ leuitarum humeris portari præcepta erat. Ideo dum calcitrabant boues, percuſſus eſt, ideo non propter tactum præciſe, ſed ex cauſis dictis percuſſus eſt. Vbi nihilominus ſecundum glo. Notandum eſt, quantum delinquat, qui ad corpus domini reus accedit, ſi ille morte mulctatur, qui arcam dominici corporis figuram minori, quam debuit uenerationc, corripuit. ¶ Si replicatur de bethſamitis, qui percuſſi ſunt plaga magna, pro eo q̃ uiderunt arcam dei reductam ad philiſtijm. ut habetur 1. Reg. 6. Sed longe dignius eſt ſacramentum euchariſtiæ arca fœderis in lege. Reſpondetur: q̃ quia præceptum fuit, ne arca nuda uideretur. unde Nume. 4. legitur, q̃ Aaron, & filijs eius mandatum eſt, ut intrarent ſanctuarium, & inuoluerent arcam, ipſamq; ſic inuolutam traderent leuitis portandam. Et dicitur ibidem. Alij nulla curioſitate uideant, quæ ſunt in ſanctuario, priuſquam inuoluantur, alioquin morientur. Ideo bethſamitæ: quia curioſitate ducti arcam nudam contra præceptum uiderunt, a domino ſunt percuſſi. Quod nihilominus etiam in figura illis contingit noſtri, ſignificans, q̃ ſimplicioribus non licet arcana dei perſcrutari, quæ in ſacra latent ſcriptura per arcã ſignificata. ſecundum illud Prouer. 25. Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. ¶ Dupliciter autem eſt uidere maieſtatem dei, ſcilicet per fidem, & ſic uidere licet omnibus. Alio modo per ſcrutinium, & ſic non licet niſi prouectis, & inſtructis in diuina ſcientia. De non uidendo autem ſacramentum, non eſt præceptum niſi his, qui nondum baptiſmatis ſacramento ſunt initiati. illi enim admittendi non ſunt, ſed finita miſſa ca-

An peccet laicus, uel ſacerdos tãgẽdo euchariſtiã in peccato.

Bonauen. 4°

1. Reg. 13.

2. Paral. 26.

B. Thom.

Eſa. 52.

2. Reg. 6.

Q

1. Reg. 6.

Num. 4.

Prou. 25;

cuminorum expellendi. de quo supra lec. 15. Vnde ad uidendum admittũtur omnes, qui fide, & sacramentis Christo iuncti sunt: ad manducandum solum, qui charitate domino sunt uniti. Veruntamen si quis ex humilitate non figeret uisum ad sacramentum, sed in terram oculos deflecteret se indignum reputans tanti sacramẽti uisione, non reprobatur: similis in hoc publicano, qui oculos ad cælum leuare non audens, pectoris percussione, & humili oratione ueniam impetrabat: ut refert Lucas. c. 18. Potest enim quandoq; opus bonum supererogationis ex humilitate omitti: qua tamen omissione alter non tenetur abstinere. ut uult bea. Tho. in 4. scripto. dist. 9. q. 3. ¶ Ad secundum dubium. Respondetur secundum Alex. par. 3. q. 30. mem. 3. arti. 1. § 3. & post eum bea. Tho. & sanctus Bonauen in 3. dist. 5. q. hostia, siue eucharistia in altari adorari debet sub conditione: si seruata sunt seruanda: hoc est omnia requisita ad consecrationem. Et hoc habituali, hoc est tacita, uel expressa. Non enim oportet: q adorans hostiã in missa actualiter, seu expresse conditionem apponat. Nec forte expedit maxime simplicibus: ne dubitationi circa fidem sacramenti locum dare assuescant. Sed sufficit: q habeat conditionem illam habitualiter, siue tacite. Ita q intentio sua taliter sit instituta: q si sciret defectum circa necessaria ad consecrationem requisita fuisse commissum, non adoraret. Vel si cõdictio prædicta tempore adorationis in cogitatione occurreret: ipsam apponeret. Hac itaq; habituali, ac tacita conditione existente, adorans sine actuali conditione, utputa de ea non cogitans adorando non peccat: etiam si hostia non fuerit consecrata, quia non adorat purã creaturam: sed Christum secundum intentionem suam, quamuis sacerdos non consecrans, aut uoluntarie aliquid ad consecrationem requisitum omittens, quantum in se est, facit populum idolatrie, quia offert puram creaturam ad adorandũ, ut dicit Tho. ¶ Hæc autem habitualis intentio non sufficeret: si quis adoraret angelum sathanæ transfigurantem se in Christum. Nam si ille adoretur sub conditione: si tu es Christus, non peccat hic adorans, quia tunc non adorat sathanã, sed Christum: quia non stat oratio, nisi stet conditio. Nec ad alium refertur oratio, nisi etiam ad quem refertur orationis intentio. Si autem habitum tantum habeatur conditio: non actu: non uitatur idolatrię peccatum, nec excusatur homo ratione ignorantiæ facti. ¶ Habet enim triplex adiutorium talem uitandi errorem, scilicet sacræ scripturę monitionem, quæ nobis significat, q angelus tenebrarum se transfert in angelum lucis. 2. Cor. 11. Itẽ q multi uenient in nomine meo, dixit dominus, dicentes. Ego sum Christus, & seducent multos &c. Math. 24. ¶ Secundum adiutorium est orationis remedium. Nam si oraret deum toto corde: ut reuelaretur ei ueritas, non permitteret deus eum decipi. In hoc enim casu intelligitur illud Ioh. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. In nomine meo, quod est Iesus: quod interpretatur salus. Hoc est. Si quid petieritis pertinens ad salutem: ut exponit bea. August. Vnde qui in casu non orat: non adhibet omnem diligentiam, quam debet. ¶ Tertium est suspensio actus adorandi secundum Bonauen. Sic legitur de sancto Luciano presbytero, qui reuelationem sibi ueram factam per gamalielem beati Pauli didascalum non statim acceptauit, nec credidit: sed se suspendit: donec præmissa oratione uisio ipsa tertiò sibi manifestaretur. Vel tertium adiutorium secundum Alex. est appositio actualis conditionis: cuius appositione potest uitare periculum. Vt si tu es Christus, adoro te. ¶ Si ergo talis apparitio ostenditur alicui, quia res insolita est, & noua ideo non debet precipitare sententiã, sed diligenter considerare, priusquam adoret

Luc. 18. B. Tho. Alex. B. Tho. Bonauen.

R

Quid de uidentibus hostiã nõ consecratã eleuari quasi consecratam.

Thom.

An sufficiat habitualis adoratio.

2. Cor. 11 Math. 24.

Ioh. 6.

August. Bonauen.

Alex.

S

secun-

Quid de adorante diabolū transfigurātē se in angelū lucis nescienter.

dum illud. 1. Ioh. 4. Probate spiritus, si ex deo sunt. permisit autem. Nolite omni spiritui credere. rationem subiungens: quia multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Sic virgo prudentissima audita salutatione angelica, non statim assensit, sed turbata in sermone angeli cogitabat, qualis esset illa salutatio. Propter quod etiam legitur de quodam sancto patre, cū apparuit eius diabolus in specie Christi, claus it oculos, dicens se nolle Christum uidere in hac uita, cuius humilitate diabolus confusus abscessit. Quo contra narratur de multis, qui leues corde, ad tales reuelationes se reputantes idoneos desiderauerunt eas: & sunt in insanias, & stultitias, & pericula præcipitati. Quomodo autem discerni debeant uisiones uerę a falsis, multa scripserunt patres opuscula: inter quæ singulari præconio dignum est opus, quod cancellarius Parisiensis Gerson de probatione spirituum compilauit. Vbi plurimum ualere docet humilitatem, qua homo uisionibus huiusmodi, iudicat se indignum. Quia ergo uisiones huiusmodi, & apparitiones insolitæ sunt: non excusat errantem in earum adoratione intentio habitualis. Sed sese suspendat, cui talia contingunt, donec certificetur, uel ad minus sub conditione actualiter apposita adoret. Consecratio uerō hostię facta est, & consueta: ideo sufficit ibi habitualis conditio, si consecratio debito modo facta est. Vnde nulli, uel pauci in hac adoratione peccant. Omnes enim hanc conditionem excite, aut habitualiter habent. Quod ex hoc manifestum est, si adorans requireretur, quid faceres, si consecratio debito modo facta non esset. Haud dubium, quin fidelis quisq; requisitus responderet: nequaquam adorarem. 1. Ioh. 4.

DE MVLTIPLICI APPARITIONE.

LECTIO. LI.

Quid agēdū si in loco hostiæ appareat species aliena carnis, cruoris, pueri.

RESTAT circa hanc materiā adhuc dubium, quid agēdum, si in loco hostiæ appareret alia species, puta carnis uel pueri: cruoris, uel agni, aut similis. Vtrū sub his speciebus debeat Christus adorari, & an ibi Christus contineatur & quomodo. Pro primi solutione notandum: quòd huiusmodi apparitio ex duplici causa fieri solet. Quandoq; propter ardenter amātes, qui magno & æstuāti desiderio Christum sub sacramento sibi ostendi humiliter & deuote deprecantur, quorum precibus diuina pietas quandoq; condescendit: ut sic eorum deuotio amplius accendantur. Vel propter hæsitantes in fide sacramenti: ut ad ueritatem fidei miraculo inuitentur, & solidentur. Potest & fieri diuina permissione illusione dæmonis ad decipiendum, & fallendum incautos. Quemadmodum in conuentu quodam fratrum minorum obseruantium opidi ysennac partium thuringhiæ, nostris temporibus contigisse relatione accepi. Fratricellum unum laicum celebranti astitisse: & dum tempus cōmunionis, quo sacerdos sumere sacramentū solitus est, aduenerat, q̄ frater ille laicus ex quedā indiscreta deuotione cōmunionē sacræ eucharistie desiderabat, apud se putās se bene dispositū ad tanti sacramēti perceptio A

nem. Et sic minus caute in seipso complacente, apparuit quidam in specie angeli particulam apparenter porrigens. Aperuit stultus ora, sumens de manu porrigentis apparentem hostiæ particulam: & continuo a diabolo obsessus est, & graviter uexatus. Postea tamen elapsis aliquot diebus: fratrum
B orationibus liberatus est. ¶ Sed de primo prosequamur: qui adhuc dupliciter potest contingere. Aut cum diuina reuelatione, ꝙ sub specie tali Christus ueraciter continetur. Aut ꝙ fiat apparitio sine tali reuelatione. Si primo modo cum tali reuelationi falsum subesse non possit, sicut nec fidei nostræ, quam per reuelationem accepimus, dubitãdum non est ei, cui facta est reuelatio, Christum sub tali specie ueraciter contineri. Qua propter potest, & debet a tali catholicæ, & laudabiliter adorari. de quo Pascha. de quodam presbytero narrat, qui cum digno moderamine sanctam Christo propitio duceret uitam. Cepit omnipotentem deum precibus pulsare, ut sibi monstraret corporis Christi naturam: non ista inquit, ex infidelitate: sed ex mentis pietate petiuit. Fuit enim a pueritia diuinis legibus imbutus, & propter amorem superni regis olim patrios fines dereliquit: & dulcia liquerat aruatur exul sedulo Christi discere mysteria. Idcirco eius amore succensus, magis quotidie preciosa munera offerens, poscebat sibi præmonstrari, quæ foret species latitans sub forma panis, & uini. Venerat ergo dies, ut idem celebrans pie solemnia missarum, more solito procubuit genibus. Te precor omnipotens inquit, pande mihi exiguo in hoc mysterio natoram corporis Christi: ut mihi liceat eum conspicere presentem corporeo uisu, & formam pueri, quam olim sinus matris tulit uagientem: nũc manibus contrectare. Qui dum talia præcaretur: angelus de cœlo ueniens affatur sacerdotem. Surge inquit, propere: si Christum uidere placet: adest præsens porporeo uestitus amictu, quem sacra puerpera gessit. Tunc uenerabilis presbyter pauidus uultu se erigens, uidit super aram patris filium puerum, quem Symeon infantem portare suis ulnis meruerat. Cui angelus inquit. Sed Christum uidere placuit, quem prius sub specie panis uerbis mysticis consecrare solebat, nunc oculis inspice, manibus attrecta. Tunc sacerdos cælesti munere fretus: quod dictu mirum est: ulnis trementibus accepit puerum: & pectus proprium pectori Christi coniunxit. Deinde profusus in amplexum dat oscula deo, atq; suis labijs præsit pia labia Christi. Quibus sic actis preclara membra filij dei restituit in uerticem altaris, & repleuit, cælesti pabulo Christi mensam. Tunc rursus homo prostratus deprecatus est dominum: ut dignaretur ipse iterum uerti in prestinam speciẽ. Qua expleta oratione, surgens est terra inuenit corpus Christi in formã remeasse priorem. Et concludendo dicit. Mira omnipotentis dispensatio, qui obunius desiderium, ita se præbere dignatus est uisibilem, & non informem sicut alijs quibusdã, sed in forma pueri quatenus & ueritas patescceret in ostenso: & sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraq; fides firmare
C tur ex relatu. Hæc ille. ¶ Verũ autem talis effigies pueri apparentis sit propria species, & figura Christi: aut sit aliqua forma miraculose aliunde creata, sub qua Christus latet, dubitari potest. Similiter utrum sub tali specie apparente sit Xps, eo mõ, quo in hostia sub spẽ panis: totus. s. sub toto: & totꝰ sub qualibet parte. Aut sit sub illis dimensionibus circũscriptiue: caput vz. sub capitis figura, & pes sub figura pedis: & ita de alijs partibus. ¶ Beatus Thom. aliam distinctionem pro responsione ad principale dubiũ mouẽs: scilicet an ibi Christus uere contineatur, in parte. 3 quæstio 76 ar. 6. ponit dicens, ꝙ dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoq; miraculose uidetur caro: aut sanguis: aut puer in hoc sacramento. Quandoq; con-

Quare fiant: & ad quid fiant apparitiones huius modi.

Verum talis effigies pueri apparentis sit propria spẽs, & figura Christi.

B. Tho.

tingit

tingit hoc ex parte uidentium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si uiderent expresse exterius carnem, uidetur sanguinem, aut puerum: nulla tamen mutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem uidetur cotingere, quando uni uidetur sub specie carnis, uel pueri: alijs tamen uidetur sicut prius sub specie panis, uel quando ad horam uidetur sub specie carnis, uel pueri, post modum sub specie panis. Nec tamen hoc pertinet ad aliquam deceptionem: sicut accidit in magorum præstigijs: quia tales species diuinitus formantur in oculo ad aliquã ueritatem figurandũ: ad hoc scilicet ut manifestetur uere corpus Christi esse sub hoc sacramento. Sic etiam Christus sine deceptione apparuit discipulis euntibus in Emaus sub specie peregrini. Dicit enim bea. Augu. in lib. de q. euange. ꝙ cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis. Et quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti, manifestum est, ꝙ non desinit esse Christus sub hoc sacramento tali apparitione facta. Quandoq; uero contingit talis apparitio non per solam immutationem uidentium, sed specie, quę uidetur realiter exterius existentre: & hoc tunc uidetur esse, quandoq; sub tali specie, quod ab omnibus uidetur, non ad horam tantum, sed per longum tempus ita permanente. Et in hoc casu quidam dicunt: ꝙ est propria species corporis Christi ꝙ Nec obstat: ꝙ quandoq; non uidetur ibi totus Christus; sed aliqua pars carnis. Vel etiam, quòd non uidetur in specie iuuenili: sed in effigie puerili: quia in potestate corporis glorioſi est: ꝙ uideatur ab oculo non glorioso uel secundum eorum, uel secundum partem: & in effigie propria uel aliena. Hoc autem sanctus Tho. reprobat: quia secundum eũ, corpus Christi non potest uideri nisi in uno loco, in quo circumscriptiue continetur. Vnde cũ in propria specie uideatur in cælis: non sic uidetur in hoc sacramento, siue in terris. Etiã, quia corpus glorioſum, quod appareret, ut uult, post apparitionem cũ uoluerit, disparetur dicitur Luc. ult. ꝙ ab oculis eorum discipulorum euanuit. Hoc autem, quod sub specie carnis appareat, diu permanet, quinimmo quando legitur inclusum, & multorũ episcoporum consilio in pixide reseruatum: quod nefas esset de Christo sentire secundum propriã spẽm ꝙ Ideo dicendũ, ait Tho. ꝙ manentibus dimensionibus, quæ prius fuerunt, fit miraculose quædam mutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorẽ, & alia huiusmodi: ut uideatur caro, uel sanguis: aut etiam puer. Et sicut supra dictum est, hæc non est deceptio, quia fit in figuram cuiusdam ueritatis, scilicet ad ostendendum per hanc miraculosam apparitionem, quod in sacramento est uere corpus Christi, & sanguis. Et sic patet: quod remanentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta illorũ accidentium, remanet uere corpus Christi in hoc sacramento. Nec uidetur propria species corporis Christi: sed species miraculose formata, uel in oculis intuentium: uel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus, quæ manent etiam in mutatione facta circa eas quantum ad alia accidentia. Hæc omnia bea. Tho. ꝙ. Et potest hic dicendi modus sic intelligi quòd sicut in sacramento saluantur dimensiones panis, quæ sub qualitatibus sensibilibus, colore scilicet, & odore, sapore, & cæteris prætendunt, & indicant speciem panis. Ita in hac transformatione diuina uirtute superadduntur alia accidentia sensibilia, quę indicant speciem carnis, uel pueri. Et secundum hoc dimensiones illę quæ prius erant figuræ rotundæ: aliam figuram postea acquirunt secundum diuinum beneplacitum. Et forte in hac supertusione accidentium carnis ad illas dimensiones, siue quantitatem panis: accidentia sensibilia panis, quæ præfuerunt, cedunt, quia forte idem subiectum

Aug.

S. Tho.

Luc. vlt.

D Tho.

Quo saluãt hmõi apparitiões a fictione falsa, ut mendacio.

B. Tho.

caro, uel sanguis bruti: nunquam propter hoc crederetur, nec credi deberet ueritas sacramenti. ¶ Quia ergo ostensio ueritatis ipsius sacramenti debet fieri per indicia uera, & non simulata, uel ficta: uidetur dicendum, q̄ caro, uel sanguis in huiusmodi apparitione est uera caro domini, aut uerus sanguis Christi. ¶ Et si obijcitur, q̄ aliqñ apparuit caro in loco sacrificii diutur nitate temporis, corrumpi, & denigrari: sicut accidit in marchia ceruisina: ubi a multis diebus uidetur corrumpi, ut patet ex cerritudine sensuum. Caro aũt Christi est incorruptibilis, & gloriosa. Respõdet ille doc. q̄ illud nũquam accidit: qñ a domino fit ista apparitio, sed solũ quãdo fit per operationem humanam, uel operationem diabolicam. ¶ Nec obstat: si dicitur: q̄ Christus non est nisi duobus modis. s. manifeste in propria forma in cælo: aut uelate sub speciebus panis, & uini in sacramento. Quia hoc uerum est regulariter. Dispensatiue tñ propter fidei robur, aut deuotionis fomẽtũ, aut aliam causam ostendit se qñq;, aut corpus suum sine uelamine, secundũ q̄ nouit fidelibus expedire. Vnde contingit: q̄ uno tpe uni ostendit carnẽ suã sub sacramenti uelamine, alteri in se, & nude. Vnde accidit, ut unus uideat, & hostiã, & carnẽ uelatã sub panis spẽ, alius carnem reuelatem: ut sic ex facti notitia, & relatione fide digna certum habeatur. Nec hoc est impossibile deo: cum & angelus in corpore assumpto uni se ostendit, & non alteri æquan præsenti: ut patet Dan. 10. ubi dicitur. Vidi ego Daniel solus uisionem. Porro uiri, qui erant mecum, non uiderunt. Loquitur aũt de uisione angeli apparentis in specie uiri lineis uestiti, & in alia forma uisi, quam alteri. Quod ergo potest angelus in corpore alieno, potest Christus in corpore suo. ¶ Differentia ẽt quã bea. Tho. supra ponit, quãdo apparitio manet &c. nõ est probabilis, q̄ in miraculo bea. Grego. ubi ad firmandũ plebis fidẽ: sacramentum uersum est in cruentiam carnem: & statim ad orationem eiusdem rediit in panis speciem. ¶ Hęc sententia sic potest persuaderi. Quia diuina misericordia, quę hanc apparitionem facit, condescendens infirmitati hominũ, ut fides recta de sacramento eluceat, ac roboretur, nequaquam decipit, neq; ad idolatriã committendam nos incitat, quæ tamen committeretur; dum homines miraculo inducti, adorationem tanquam ueri corporis, & sanguinis Christi procumberent, & adorarent, dum miraculum tale appareret, uel in sacerdotum manibus, uel in loco hostiæ. Ad idolatriam autem homines prouocare deum nefas est cogitare: cum idolatriæ ultor est deus & punitor. ¶ Ex harum opinionum recitatione satis apparet: q̄ omnes illi modi in hoc concordant, quòd sub illa specie miraculose apparente uere est corpus Christi: nisi quòd bea. Tho. sentit, quòd desinentibus dimensionibus panis, non manet corpus Christi. Non autem in tali apparitione desinunt, quia eis manentibus, possunt alia accidentia mutari. ¶ Sed an species illa apparens sit species corporis Christi: ita quòd accidentia illa apparentia inhæreant corpori Christi, uariantur opiniones. Nam primæ duæ opiniones hoc negant, sed dicunt esse species miraculose productas: sub quibus non aliter est corpus Christi, quam fuit prius sub speciebus panis, scilicet totum sub toto, & qualibet eius parte. ¶ Secundum tertiam opinionem diceretur, q̄ species illæ apparentes, sunt proprie corpori Christi, & ei inhærentes: sub quibus corpus Christi totum, uel pars est circumscriptiue tanquam sub propriis dimensionibus. Nec obstat, q̄ Corpus Christi est simul in cælo, & in terra, & ubiq; secundum proprias dimensiones. Neq; q̄ ibi magnum: hic paruum: hic talem habens colorem, & figuram: ibi alium & aliam. Quia non oportet, q̄ si corpus idem ponatur in diuersis locis: q̄ utrobiq; habeat eadem quantitatem, qualitatem, & figuram: ut supra latius dedu-

G

B. Tho.

Cõcordãtia modorũ apparendi.

B. Tho.

deductum est lec. 46. Omnes ergo modos illos esse possibiles infinitæ potentiæ deipuro fideli non dubitandum. Nullus enim illorum contradictionem includit: & rationes hincinde adductæ non demonstrat; & facile soluuntur. ¶ Quid autem de facto dicendum sit, quid ego homuncio dicere possum, ubi tanti doctores disceptant. Sed imi randus est mihi doctor irrefragabilis Alex. profitendo propriam ignorantiam, unde ait. In casu posito nihil me scire confiteor. Vnde nihil definiendo, uel asserẽdo dico: sed salua sententia meliori tantum opinando. Hinc uidetur cautius pie dubitare facti huiusmodi modum quam curiose, & temere aliquem prædictorum sine ratione sufficienti, & auctoritate determinare. Hinc dicit uenerabilis Hug. lib. de sa. & post eum Inno. Ego diuina mysteria, & sacra magis uenerando, quam discutiendo profiteor. Scriptum est enim. Non comedetis ex ea crudum quid: nec coctum aqua: sed assum tantum igni. Crudum, quid comedit, qui temerario ausu de agno isto immaculato diffinire non erubescit: quod neq; per rationem: neq; per auctoritatẽ: neq; per sanctorũ partum probabiles sententias digestum esse dignoscitur. Ille uerò comedit agnũ coctum aqua: qui ex instabili, & non fundata, ac phantastica quasi ratione & impertinente auctoritate diffinit de hoc sacramẽto, sub quo uerus agnus latitat: quod ueris rõnibus, & scripturis nõ probat. Ille uero bene sentit de hoc sacramento, qui sine ambiguitate non profert sententias: nisi quas Christus sua charitate: & euangelistæ, ac apostoli spũsancto succensi docuerunt: aut feruens sanctorũ studiũ lucidauit. Tunc quidẽ agnũ comedit assum igne: qñ doctrinæ tales tanta refulgent ueritate: tanta sunt digesta maturitate: ut nihil pestiferũ: nil eis noxium, quod officere poterit, ministratur. Hinc quia neuter modorum præfatorum solidę innititur auctoritati, aut indeclinabili rationi, securius uidetur secundum prædicta pie dubitare: quam sine hæsitatione aliquid temere diffinire. Quoniam etsi in hoc satis concordant: q sub illa specie miraculosa uerum corpus Christi contineatur: & hoc pia credulitate sustineri possit, dum probabiliter constat illas apparitiones diuino miraculo fieri. Quia tamen non semper de miraculo constat: nemo leuis esse debet ad adorandum. Sed potius animum suum suspendere, quousq; a deo, ab homine, uel scriptura doceatur. Aut sub conditione (si nihil fraudis appareat) adorare. Ve dicendo. Si tu es Christus, te ut Christum adoro: & hoc conditione non tantum habituali: sed etiam actuali. ¶ Et per hoc patet responsio ad secundam diuisionis partem supra in responsione ad primum dubium partitam: licet quid agendũ, dum apparitio fit sine reuelatione diuina, an tunc adorandũ. Cui concordare uidetur factum, quod recitat Alex. ex narratione magni, ac fide digni uiri Lanfranci. Cũ. n. presbyter quidam missam celebrans inuentam super altari uerã carnem: & uerũ in calice sanguinem, secundum propriam carnis, & sanguinis speciem sumere formidaret: rẽ protinus episcopo suum consilium quæsituro aperuit. Episcopus aũt cũ multis coepiscopis ad hoc conuocatis, calicẽ illũ cũ eadem carne, & eodem sanguine domini diligenter apertũ, & sigillatũ inclusit in medio altaris: pro summis reliquijs reseruandis perpetuo. Quod hodie obseruat ecclesia, quando aliqua negligentia, uel miraculũ nouũ in cantis mysterijs accidit. ¶ Ex hoc ẽt datur informatio sacerdotũ, si cui hoc accideret, ut celebranti hostia in forma pueri, & in calice sanguis apparet. Debet. n. talis primo preces fundere ad deum, & ipsum deuotius exorare, ut sua misericordia dignetur sacramẽtũ hoc reducere in pristinã formam manducationi cõgruentẽ, exemplo bea. Greg. & Pascha. Et dũ forme panis redit, debet reuerenter sacramentum illud sumere. Quod si forte sacerdotis preces non

I

Opinio Biel modo apparendi Christi in hostia.

Alex.

Inno.

K

Quid agendũ in talibus apparitionibus.

L

B. Greg.

exau-

exaudirentur:cū tunc quod appareat rationem, ac ſpeciem cibi,ac potus nō haberet,rationabiliter abſtineat a ſumptione. Vnde dicit bea. Hiero. ſuper Leui.& habetur de conſe. diſt.2.de hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet,de illa uerò, quā Chriſtus in ara crucis obtulit,ſecundū ſe edere non licet. Quod exponens Alex.dicit. De hoſtia,quam obtulit Chriſtus in cruce ſecundum illam formā,in qua apparebat,cū inter nos conuerſabat uiſione corporali, nulli licet edere,quaſi diceret. Si deus faceret ut appareret ſanguis in calice, aut caro in altari,ſumendum non eſt. Nec tamen ex hoc ſacerdos tranſgreſſor fieret præcepti eccleſiæ:quod ponitur eadem diſt. relatum. ubi dicitur. Quicunq; ſacerdotum ſacrificium oblaturus acceſſerit,& ſe a communione ſuſpenderit: repulſum ſe nouerit anno uno. Intelligitur quidem hoc decretum: quando illud ſacramentum permanet in ſua forma manducationi apta. Leges namq;,& ſtatuta ad ea,quæ communiter accidunt,adaptantur. ¶ Dicunt tamen quidam,ꝙ ſacerdos in hoc caſu debet accipere aliam hoſtiam,& illam de nouo conſacrare, quę ſi iterum appareat in ſpecie carnis, debet ſecundam accipere, ut manducet conſecratam propter canonem allegatum, &c. ſequens comperimus. Vbi præcipitur, ꝙ aut integra ſacramenta percipiant: aut ab integris arceantur. Priores tamen dicunt, ꝙ in caſu ſufficit manducatio ſpiritualis, & non requiritur ſecundaria conſecratio. Sacramentum uerò trāsformatum recondendum erit cum aljs reliquijs:ſicut factum fuerat in ſimili caſu ſupra recitato. Et hæc ſalua in omnibus ſaniori ſententia dicta ſufficiant quantum ad omnia diuiſionis ſup. Lec. 38. poſita membra. Sequitur nunc textus ſacri canonis. Alex.

DE CONSECRATIONE VINI.

LECTIO. LII.

Expoſitio uerborū ſimili modo, uſq; in finē conſecrationis.

SIMILI modo poſtquam cœnatum eſt accipiens,& hūc præclarum calicē in ſanctas, ac uenerabiles manus ſuas. Item tibi gratias agens, benedixit, dedit diſcipulis ſuis dicens accipite, & bibite ex eo omnes. ¶ Poſtquam in quarta principali canonis parte,in qua de ſacrificijs huius perfectione agitur: determinatum eſt de idoneæ, ac ſantificatæ materiæ conſecratione,qua panis ſubſtantia in uerum Chriſti corpus conuertitur in prima eiuſdem partis particula. In hac particula ſecunda agitur de conſecratione uini, qua eius ſubſtantia in uerum Chriſti ſanguinem tranſſubſtantiatur. ¶ Et ſubdiuiditur in tria huius particulæ membra. In primo tangitur modus inſtitutionis huius ſacroſanctæ conuerſionis. In ſecundo ſubditur forma conſecrationis. In tertio additur ſignificationis efficacia conſecrati ſanguinis. Secundum ibi:hic eſt calix. Tertium ibi:hoc facite. ¶ Circa primum primò tangitur huius ſacroſanctæ conuerſionis tempus,& hora cum dicitur. Simili modo poſtquā cœnatum eſt. Secundò huius conuerſionis materia cum,ſequitur. Accipiens & hunc præclarū calicem in ſanctas,ac uenerabiles manus ſuas. Tertiò adiūgitur huius tā ſanctæ inſtitutionis modus, & circumſtantia,cum inſertur. Ité tibi gratias agens. ¶ Circa primum dicit. Simili modo,quo Xps cōſecrando A

panem illum in carnem suam conuertit, ad uini consecrationem accessit. Modo inquam, simili quantum ad eius bonitatem, quantum ad charitatē: quantū ad uirtutem, & quantum ad gestorum conformitatem. Siquidem bonitas, quæ fecit, ut corpus suum nobis traderet in cibum, eadem operata est, ut sanguinem suum: quatenus plenos frueremur conuiuio, communicaret nobis in potum: quia secundum beatum Dionysium. Boni est bona adducere. Charitas fecit, ut sanguine nos redimeret, secundū illud Hiere. 12 Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectā animā meā in manus inimicorum eius. Sedes animæ in sanguine est: secundum illud Leuitic. 10. cap. Anima omnis carnis in sanguine est, ego dedi illum uobis: ut super altari in eo expietis animas uestras, & sanguis pro animæ piaculo sit. Et sicut pane in suum corpus conuerso: ita uino in sanguinem suum transubstantiatio, nos nutriens eiusdem redemptionis suę memoriam: & fructum in nobis renouaret. Hinc Zacha. 9. dicitur. Quid enim bonum eius est: & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & uinum & germinans uirgines. Virtus diuina fecit, ut ea potestate infinita, quæ panem in corpus, etiam uinum conuerteretur in sanguinem. Vt sicut caro eius hac conuersione uere facta est cibus; ita & conuersione simili sanguis fieret uere potus Ioh. 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Gestorum conformitas fecit: ut eisdem cærimonijs seruatis, id ipsum corpus, scilicet & sanguis sub utriusq; speciebus crederetur, & esset. Ideo sicut ibi panem in manus suas uenerabiles, & sanctas accipens, ac patri gratias agens, benedixit, in corpus suum conuertit discipulis suis dedit. Ita & hic calicem in eisdem manus sumens, & item patri gratias agens, & benedicens in sanguinem suum uinum conuertit: & eisdem suis discipulis ministrauit. Quia ergo similis effectus in utraq; conuersione: ideo similes cærimoniæ. ¶ Igitur simili modo postquam cenatum est, a Christo. s. Apostolis. utraq; cæna, agni scilicet paschalis typici, & corporis sui, accepit &c. Nam ultimo post omnes cibos legales sacramentum instituit, & tradidit. Et ut proiectis ueteribus umbris legis, noua gratia institueret sacramenta, & ipsa partius figeret in suorum discipulorum, ac fidelium corda. De tempore uero huius institutionis fictæ. 14. luna mensis primi: & de ieiunio celebrando, ac conficientibus, & sumentibus hoc sacramentum, supra dictum est lec. 34. & lec. 10. ideo nunc rescinduntur. Sequitur. Accipiens. s. Christus: hunc præclarum. i. præ alijs clarum non figuralem umbrosum, & nubilum: ut uet. test. factificia fuere: sed lucidam ueritatem continentem. Ideo de calice ue. testa. tanquam non satis claro dixit Luce. 22. Non bibam de generatione uitis: donec regnum dei ueniat. Mat. 26. Non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum, cum illud bibam uobiscū nouū in regno patris mei. i. in ecclesia, quæ regnum dei dicitur secundum Greg. confirmata eius potestate. Hunc enim præclarum calicem quotdie bibit, & sibi imbibit in membris suis, quæ hoc potu salutifero corpori suo mystico incorporantur, & ei per huius sacramenti gratiam uniuntur. Hinc in Ps Calix meus inebrians quam præclarus est. Ad quam sobriam ebrietatem uirgines (ut statim dictum est) germinantem hoc est fidem incorruptam, & perfectam charitatem tribuentem, spiritussanctus, Canti. 5. inuitat amicos, dicens. Comedite amici, & bibite: & inebriamini charissimi. ¶ Calicē. Calix secundū Albertum a calore dicitur, quia calorem charitatis accendit. Hinc in Ps. dicitur. Calicē salutaris accipiā, & nomen dñi inuocabo. ¶ Hinc notandum q̄ calix accipitur tripliciter. Vno mō pro uase receptiuo potus, uel liquoris. Et ita dominus Xps calicem recepit in sanctas

Ioh 6.

B

De cœna christi cum apostolis.

Luce. 22. Mat. 26.

Greg.

Canti. 5.

suas

suas manus,ut referunt euangelistę:hoc est uasculú illud, in quo fuerat potus. Secundò modo accipit pro passionis amaritudine:hoc mõ accipitur Mat.20.cú dixit dñs filijs Zebedei. Potestis bibere calicẽ, quem ego bibitu Matth.20.
rus sum:hoc est potestis subire passionẽ, & mortẽ,quã ego patiar pro redemptione humani generis.Et dr calix passio, iuxta ueterem consuetudinem ad mortem cõdemnatis potus in calice offerebatur: secundum illud
Prouer.21. Date siceram merẽtibus:& uinũ his,qui amaro sunt animo. Bi- Prouer.31.
bam,& obliuiscantur egestatis suę, & doloris sui nõ recordent amplius.&
Amos 2. Vinum dãnatorũ bibebant. Tertio mõ sumit pro poculo in calice Amos 2.
contento. Et sic accipitur Hiere.49. Quibus non erat iudicium, ut biberẽt Hier.49.
calicem. & Marci 9. Quisquis potum dederit uobis calicem aquæ frigidæ: Marci 9.
in nomine meo,quia Christi estis,amẽ dico uobis, non perdet mercedem suam.Sic in cõi locutione accipit, qua dicimus:illæ ebibit totum calicem, id est totum potum,uel liquorem,qui fuit in calice. Et ita uidetur cępisse Christus,cum dixit. Hic est calix sanguinis. In proposito uero accipitur primo modo,cum dicitur ex persona euangelistæ. Accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas, ac uenerabiles manus suas.i.uas:non utiq; uacuum,sed cum uino,quia premisit. Nam bibam amodo de genimine uitis.
Per quod expressit uini liquorem fuisse in calice contentum. ¶ Ponitur au- C
Cur calix ponitur in con fecr. sangui nis.
tem hic circa sanguinis consecrationem calix, siue uas continens uinum conuertendum in sanguinem plusquam circa consecrationem corporis: ubi absolute dicitur. Accipiens panem,non dicitur in sportella, uel disco: quia consecratur sanguis in ratione potus.Nullus autem liquor cõuenienter est potabilis nisi in aliquo uase,aut receptaculo contineatur. Corpus aũt cõsecrat in rõne cibi. Cibus uerò solidus rõné cibi habet:ẽt si in nullo uase contineatur. Et quia ad Iam non cepit Xps uinum in manus immediate sicut panem:sed accepit in calice contentũ: ideo non dr:accepit uinum,sed calicẽ. ¶ Addit ẽt pronomen hunc, demonstratiuũ. Accipiens nãque sacerdos calicẽ in manus de Xpo loqns dicit. Accipiens .s. Xps hunc calicem:hunc.s.eundem, quẽ ego accipio. Sed quia dictũ est:q calix aliqñ accipit pro uase, & aliqñ pro poculo in uase contento: pót hæc identitas referri ad ipsum uas,uel ad uasis liquorẽ. Si referr ad uas, non est idẽ,quod sacerdos accipit,& quod Xps accepit quantũ ad materiã, & substantiã metalli. Sacerdos.n. accipit calicem factum de auro,& argento,uel ubi paupertas ecclesiæ cogit,de stanno:ut supra dictum est.Lec.13. Christus autem, qui apostolis suis possessionem auri,& argenti interdixit, non credit fuisse usus calice argenteo,uel aureo,sed forte nec stãneo, qui paupertatem suã nobis declarans, ait. Vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet,ubi caput suum reclinet. Est ergo hic demonstratio non ad sensum,sed ad intellectum ut sit sensus. Hunc calicem.i.calicem eiusdem rationis quantum ad liquoris continentiã. Si uerò calix accipit pro potu in calice contento, aut pro uino conuertendo in sanguinẽ, iterum erit demonstratio impersonalis. Hunc calicem, id est uini liquorem eundem non numero: sed specie, uel genere propinquo; tenendo aliqua uina differre specie essentiali. Vel si acciperetur pro uino
A conuerso, id est CHRISTI sanguine præcioso: in quem continuo per consecrationis uerba uinum conuertitur, sic est demonstratio personalis, quia eiusdem rei numero. Nam idem sanguis numero,& non alius, est,in quem uinum,quod in manus suas cęna facta suscepit:conuersum est. & in quem uinum,qđ nunc sacerdos in suas manus accipit cõuertit. ¶ Accipiẽs itaq; Xps calicem cum uino. Vtiq; præclarũ propter præclari,ac co

rufci ſanguinis ſui puritatem, in quem uini liquor non in ſanguinem hirco rum, aut uitulorum, qui in ueteris teſtamenti ſacrificio offerebatur uertendus eſt, inſtituit uinum in materiam conſecrationis ſui ſanctiſſimi ſanguinis ſuo facto, dum ipſum uinum diuina ſua uirtute, in uerum, & proprium conuertit ſanguinem, & apoſtolis ſuis, eorumq; ſucceſſoribus uini ſic conuertendi contulit poteſtatem. Nam poſtquam ineffabili amore ſuos diſcipulos refecit cibo angelorum, propria. ſ. carne ſub ſpecie panis uſui humano congruentiſsima: ut amplius charitatis ſuæ immenſitatem exprimeret: inſtituit, & eoſdem reficere potu ſacratiſſimo, ſanguine ſuo digniſſimo ſub ſpecie uini potui cõuenientiſsima, ut ſic nobiliſſima ſpiritualis nutritio animæ, perfecta corporis refectione ſignificaretur. Ad nutritionem enim corporis perfectam non pertinet ſolus cibus, pertinet etiam potus. Idcirco poſtquam accepit panem, ſub cuius ſpecie tradidit in cibum propriam carnem, accepit & calicem uini, ſub cuius ſpeciebus in potum tradidit, & ſanguinem. Et quoniam humanus ſanguis in propria ſpecie ſine horrore non eſt potabilis, clementiſsimus redemptor uolens illum tradere in potum: ſapientiſsime eum extranea uelauit ſpecie: ut ſic ſecundum Hugonem ſenſus foueretur in uno: & fides in alio ædificaretur. Fouetur ſenſus, dum ſolitam, & conſuetam, ac gratam ſpeciem potus percipit. Edificatur autem fides in altero: dum in eo, quod uidet, quale ſit illud, quod non uidet: agnoſcit. Alijs quoque ex cauſis commendauit precioſum ſanguinem ſuum ſub aliena ſpecie; quæ ſupra lect. 35. ſunt commemoratæ. Quibus adduntur cõgruentiæ, quæ ſequuntur. Quia enim Chriſtus ſacerdos erat in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, in ſacrificium panem, & uinum offerẽtis, congruebat, ut ad inſtar eius, quem præmiſit, poſtquam obtulit panem, acciperet & uini calicem, ut figuræ figuratum reſponderet. Expreſsior enim ſacramenti corporis, & ſanguinis Chriſti figura erat ſacrificium Melchiſedech ſacerdotis. Amplius ut hoc ſacrificium uerè, & propinquè gereret ſimilitudinem eius, quod ſignificat: accepit calicem uini. Voluit quidẽ Chriſtus hoc ſacramentum ſignificare ſuum corpus uerum, & ſanguinem naturalem, & ſpiritualem refectionem, & mentis inebriationem. Idcirco poſtquam accepit panem habentem congruam ſignificationem corporis, & refectionis ſpiritualis, accepit & uinum habens congruentiam ad ſignificandum ſanguinem, & ſpiritualem inebriationem. Vinum quippe ex uite ſuccreſcit in uua colligitur: in ea per ſolis ardorem maturatur: & in torculari prælo exprimitur ut ſit potus reficiens, & ſitis ardorem reſtringens. Et per hoc plene competit ſibi Chriſti ſanguinem ſignificare. Nã & ipſe ſuccreuit ex uitæ fæcundiſsima uirgine. ſ. benedicta: de qua & caro, & ſanguis Chriſti traxit originem. Chriſtus quoque ipſemet uita eſt ſaluatoris, quam primò protulit uirgo gloriosa, & uiri exploratores apoſtoli. ſ. & prophetę, ad nos humeris ſuis fortiter & conſtanter geſtantes, per fidem, & prædicationem detulerunt. In quo liquor illæ præcioſus ſanguis, immenſo ardore amoris eſt maturatus, uſque dum paſſionis prælo in torculari, patibulo uidelicet crucis exprimeretur, & profluaret in potum totius humani generis refectiuum: & in extinctionem ſitis ſpiritualis, quæ ex ardore prouenit, & concupiſcentia peccatorum. Quo namque liquore altius potuiſſet Chriſtus inebriationem mentis deſignaſſe, quam per uinum, in quo quotidie in uita corporali iocundamur, & reficimur, ſecundum illud Pſal. Et uinum lætificat cor hominis. Accipit igitur uinum in calice, tanquam materiam ad conſecrationem ſui ſanguinis magis congruentem. Item in ſacramento cibi ſpiritualis debet attendi aliqua operatio ſubſtantialis. i. principalis,

Cur præclarũ calicem dixit.

Vini cõgruẽtię in ſacramento.

per

per quam ab alijs distinguitur sacramentis. Et cum in baptismo datur esse substantiale per generationem spiritualem, ut uult Dionysius. Et in sacramento confirmationis datur incrementum, & robur spirituale. Ita ad idem esse conseruandum, ac deperditum restaurandum, & augendum, datur in eu charistia edulium spirituale. Edulium autem spirituale cum datur per sacramentum uisibile nihil causat in gratia, quod ex sacramenti similitudine non significat. Hoc autem sacramentum institui debet in elemento corporalis refectionis, cibi. s. & potus. ¶ Est autem alia operatio in corporali refectione cibisalia potus. Ideo sicut post cibum corporalem, sumitur potus ad perfectionem nutrimenti corporalis, quia diuisam habet operationem in satisfactione sitis, & latione nutrimenti, & quasdam alias. Ita post nutrimentum spirituale sumitur potus ad perfectionem spiritualis nutrimenti. s. sanguis, qui ex diuersam operationem habet a corpore. Corpus enim dedit Christus in communionem sui, & membrorum, sanguinem autem dedit in redemptionem peccatorum. Hæ autem sunt diuersæ operationes. Nulla enim existente redemptione facta, uel faciendaadhuc esse posset communio, etiam posita communione capitis, & membrorum, nõ oporteret: q̃ eo modo, quo nunc esset redemptio, ut patet in angelis, ubi est membrorum communio, & non redemptio. Vel si hoc non placeet in statu innocentiæ: si homo permansisset, potuisset Deus incarnari sicut nũc: & tamen non pati. Fuisset ergo tunc communio, & non redemptio. Diuersæ ergo uidentur gratię communionis, & redemptionis. Cum ergo dominus sic multiplicauerit sacramenta, ut omnes gratias habeamus in sacramentis non sufficit habere gratiã communionis per corporis sumptionem, quæ in sacramento significatur per elementum panis: nisi etiam haberemus gratiam redemptionis per sanguinem, quæ significatur per elementũ uini. Hac ergo ratione Christus utrumque instituit. Et licet sanguis habeatur in corpore sub specie panis, non tamen ex uirtute sacramentali, hoc est non ui consecrationis sacramentalis: sed potius ex unione naturali: quia humores uniũtur cum corpore, cuius sunt humores. Oportet autem propter effectum sacramentalem, ut habeatur sanguis ex uirtute sacramenti ad nutriendum pertinente. Et ita oportuit, ut ibi esset consecratio alterius elementi. puta uini. sub quo uirtute sacramenti sanguis domini contineretur: ne sacramentum esset imperfectum alimentum. ¶ Quæ autem sint operationes speciales potus in sacramento, consequenter exponit dominus Albertus: q̃ principalis operatio nutrimenti est restauratio deperditi in uita spirituali. Non enim potest esse uita spiritualis: quin ex multis occuparionibus, & negligentijs hominis fiat aliqua deperditio spiritualis, per famem, & carentiam alimenti spiritualis: quæ per hunc spiritualem cibum restauratur. Per potum autem, qui infloit nutrimentum membris, fit hęc restauratio spiritualis, ut sic Christo fortiter incorporemur: inhęreamus, & maneamus in ipso: sicut hi, qui per humorem sanguinis suo corpori sumus influxi. Vnde & ipse dixit Iohan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet: & ego in illo. Sic autem sibi influxi, & cohærentes spiritum ipsius participamus, & uitam. Qui manducat inquit, me: & ipse uiuet propter me. Hinc Eccl. 4. Sapientia uitam filijs suis spirat, & suscipit exquirentes se: & præbit in uia iustitiæ. Sapientia Christus est, qui corpus suum communicando membris suis, & sanguinem influendo, influit, & inspirat eis spiritum, & uitam, & sic in suam incorporationem suscipit inquirentes se, præsens eos in omni uia iustitiæ: quia nisi sic simus in ipso, uiam iustitiæ non possumus tenere. Subdit & alias speciales operationes,

Diuersę operationes cibi, & potus.

F

Cone. Trid. Sess. 13. ca. 3. can. 3. sess. 21. cap. 1. de cõmunione.

G

Albertus.

Iohan. 6.

Eccl. 4.

rationes, idem Albertus: quia ungit ad salutis sanitatem: per ipsum datur
speciale pignus spiritus: lauat uitiorum sordes, rigat arida, extinguit malo
calore incensa: tingit, & exornat, ac Christo configurat, quæ per longum
prosequitur. De quibus cum de fructu huius sacramenti tractabitur spiritu
Alex. calamum ducente, dicetur Alex. de Ales par. 4 q. 31. membro 2. etiam plu
res ponit rationes. Vnam ponitur, ut duplici rationi institutionis respon-
deat duplex species sacramenti. Institutum enim est ad augmentum: ut fir
mior sit unio membrorum corporis Christi cum capite, & ut firmior sit
recordatio redemptionis factæ per Christi sanguinem fusum in cruce. Spe-
cie panis, quæ est sacramentum corporis, afferetur affectus unionis. Specie
uini, quæ est sacramentum sanguinis, memoria redemptionis. Alia ratio.
H Nam duplex est mysticum huius sacramenti. Vnum est respondens incar- Duplex mi
nationi. Aliud passioni. In incarnatione facta est unio diuinæ naturæ cum sticum sacra
humana. Vnde Christus caput est ecclesiæ cui unita sunt membra, quod si- menti.
gnificatur in sacramento corporis Christi sub specie panis. In passione fa
cta est redemptio nostra effusione sanguinis, quod significatur in sacramen-
to sanguinis sub specie uini loquentis. In sumptione igitur corporis Chri-
sti sub specie panis, significatur coniunctio membrorum corporis Christi
cum capite facta per incarnationem. In sumptione sanguinis sub specie ui
ni, redemptio nostra per sanguinis Christi effusionem. Vnde in hoc uno
sacramento signatur, quod est incarnationis, & quod est passionis, propter
quod est perfectissimum sacramentorum. Aliam rationem assignat, ut si-
1. Cor. 11. gnificetur in Christo duplicis naturæ assumptio. In nobis duplicis naturæ
redemptio. Vnde glosa, primo Corinthiorum undecimo, super il-
lo. Hoc facite in meam commemorationem: dicit. Cum totus sub spe-
cie panis, totus sub specie uini sumitur: cur non in una, sed in duabus dedit.
Vt ostenderet Christus totam humanam naturam. i. corpus, & animâ sum-
psisse, ut utrumq; redimeret. Panis. n. ad corpus refertur: uinum ad animá:
I quia uinum operatur sanguinem, in quo est sedes animæ. Ergo in duabus
speciebus celebratur hoc sacramentum: ut animæ, & corporis susceptio in
Christo, & in nobis utriusq; liberatio significetur. ¶ Item sub duplici spe- Sub duplici
cie institutum est propter duplicem eius effectum. Valet enim, ut dicit Am- specie insti
brosius ad tuitionem corporis, & animæ. Et licet illud, quod sumitur sub tutum est pp
speciebus panis: ualeat ad utrumq;: & similiter quod in uino sumitur: quia duplicé effe
in pane totum, & integrum, & similiter in uino totũ & integrum sumitur. ctum.
Sed si in pane tantum sumeretur: alterum tantum significaretur. s. q̃ ad tui
tionem corporis ualeret. Si in uino tantum sumeretur, solum significaret,
q̃ pro salutæ animæ sumeretur. quia uinum sanguinem significat, in quo,
ut dictum est sedes animæ esse dicitur. Omnes illæ rationes reduci possunt
ad quinque. Nam sub distinctis speciebus panis, & uini, institutum est, pro-
pter perfectam significationem spiritualis nutrimenti, correspondentiam
ueritatis ad figuras ueteris testamenti, perfectam similitudinem ad rem sa-
cramenti. Seruire effectuum distinctioni corpori, & sanguini per appro-
priationem conuenienti, uariam repræsentationem in Christo sumenti:
quorum membrorum declaratio ex præmissis facis patet. ¶ Sed statim sur
git dubium. Cum sint distinctæ species, quomodo saluari possit unitas sa-
cramenti. Sed de hoc dicetur post expeditam consecrationis formam. Et
quoniam in his uerbis, Accipiens calicem, tangitur institutio materiæ: quæ
est uinum in sanguinem, transsubstantiandum. De materia ista tractatum
R est supra lectione 35. ¶ Sequitur. In sanctas, ac uenerabiles manus suas.
Exponatur ut supra lectione allegata 36. ubi plene eadem uerba, panis

con-

consecrationi præmittuntur. Nam tactu suæ manus, uino contulit, ut semper posset in suum sanguinem conuerti. ut dicit Albertus. i. materiam consecrandi sanguinis instituit. Item. i. ueruma gratias agens tibi. s. patri de humani generis redemptione, per sanguinem suum iam in Christo fienda. Eadem quippe nocte tentus, & mane sequenti crucifixus sanguinem fudit, quo nos ab æterna morte redemit. Hanc enim amore intensissimo defecerauit & cum gaudio portionis superioris perfecit. Vnde Luc. 12. ait. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur. Et ad Hebr. 12. Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Benedixit: omni benedictione gratiæ consecrando, & uinum in suum sanguinem transsubstantiando. In quo uerbo sacerdos cruce signat calicem, ut secundum Albertum, significetur hæc benedictio a primo perfectore sanctificationis, patre cœlesti profluere in sacramentum. ¶ Verum autem Christus benedicendo, ac consecrando signo aliquo corporali, aut uerbo usus sit, aut sola diuina uirtute uinum in sanguinem suum conuerrit, quæ conuersio hic per benedictionem intelligitur, dictum est supra lect. 36. ubi hæc uerba una cum misterio crucis, quam hic sacerdos facit super calicem, latius exponuntur. Sequitur. ¶ Dedit, non uendidit, non reddidit, sed gratuito dono gratis dedit. ut eius exemplo nullo fauoris, aut pecuniæ precio aut timore humano dignissimum sacramẽtum canibus, & indignis, aut peccatoribus publicis porrigamus, sed gratis acceptum, dignis gratis detur. unde subditur. Discipulis suis, qui soli digni fuerant, etsi non omnes, nulli tamen publicè indigni fuere. Occultum enim adhuc fuerat ceteris peccatum Iudæ. Hinc Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpat uos, dicens. Accipite in officium. s. consecrandi, & dispensandi. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores misteriorum Dei, uel mysteriorum Dei. Verumq; ponit gloriæ augmentum. Eccl 24. Qui edunt me, adhuc esuriẽt, & qui bibunt me, adhuc sitient, non per famis, litisq; defectũ, sed per semper inhærendi feruens desiderium omne tollens fastidium. Ex eo. s. calice, uel sanguine. Omnes sine distinctione. Actuum 10. In ueritate comperi quia non est personarum acceptor Deus. Latiorem expositionem cum dubijs quare supra. ¶ Hic est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis, & ꝓ multis effundetur in remissionẽ peccatorum. ¶ Post modũ institutionis sacramenti sanguinis, sequitur forma consecrationis, qua erã nos Christus uti uoluit in sui sanguinis sanctissimi confectione. Et primò ponitur forma ipsa necessaria secundũ oẽs. Secundò notatur effectus huius sacrosancti sanguinis. ¶ Forma est. Hic est calix sanguis mei. ¶ Effectus notantur tres. Primus, quia restatur nobis hereditatem. Secundus: quia declarat in mysterio fidem. Tertiũs: quia præstat peccatorum remissionem. De primo dicit. Noui, & æterni testamenti. Noui: quiã in ritu, & effectu nouum est Apoca. uigesimoprimo. Dixit, qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Leuitic. uigesimosexto. Nouis superuenientibus ueteta proijcietis. Item dies uenient, & feriã domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. Aeterni dicitur, quia nunquam reperiet alterius testamenti, uel sacramenti superordinationem, sicut sacramentis ueteris legis superordinatum est aliud testũ, & alia sacra. unde Hiere. 31. Sanctum domini non euellerur: & nõ destrueret ultra in perpetuũ. Et Esa. 55. Feriam uobiscum pactum sempiternum. Et ad Heb. 10. Vna oblatione

Albertus.

Luc. 12.
Heb. 12.

Matth. 7.

1. Cor. 4.

Actuum 10.

Triplex effectus.

Apoc. 21.
Leui. 26.

Hier. 21.
Hier. 31.
Esa 55.
Heb. 10.

ne

ne consummauit in æternum sanctificatos. Et ideo dicitur testamentum, quia in sanguine confirmauit omnes testatas promissiones. Hinc ad Heb. 9 Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum ualet, dum uiuit, qui testatus est. Et Zach. 9. Tu in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Mysterium dicitur a mystin græce, quod est secretum. Secretum enim fuit, qualiter morte uitam æternam, & sanguine perficeret sanctitatem. Vnde Esa 24. Secretum meum mihi: secretum meum mihi. Et Iob 28. Profunda fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Fluuij sunt flumina uulnerum, quorum est profunda sapientia qualiter sanguine Christi redemptus est mundus. Et in hoc profundo omnia mysteria fidei sunt reuelata. Nam Deus pacis eduxit de morte pastorem magnum in sanguine testamenti æterni. Qui. s. sanguis: pro uobis discipulis meis. Nam & episcopus, & sacerdos indiget sanguine redemptionis, quoniam & de pontifice dicit apostolus ad Hebræ. quinto. Et ipse circundatus est infirmitate, & propterea dicit quemadmodum pro populo: ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Et pro multis. s. prædestinatis efficaciter, pro omnibus autem sufficienter, effundetur in remissionem peccatorum tanquam nostræ redemptionis præcium. Hinc 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, uel argento redempti estis de uana uestra cõuersatione paternæ traditionis, sed præcioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Ad Heb. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. Ideo dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. 1. ¶ Est autem hæc forma. Hic est enim calix &c. certa forma, forma congrua, forma sufficiens, & perfecta. Certa: quia a Christo instituta, ab apostolis promulgata, & per sanctos patres in nos deriuata. Accepit enim hanc formam Romana Ecclesia a summo Apostolorum principe Petro, qui fuit ultimæ cenæ, in qua hoc sacramentum institutum est: conuiua. Vnde Inno. de Officio missæ. Romana Ecclesia super apostolicæ fidei petram stabili soliditate fundata, ad integra fide seruauit, quod ab apostolis accepit, qui eam principaliter sacris instituere doctrinis, & ecclesiastici ritus regulam docuerũt. Ab ipsis ergo apostolis Petro, & Paulo: quos & uiuos habuit, & defunctos ritũ circa huius sacrificij oblationẽ accepit, quem hactenus inuiolabili cultu seruauit. Idem in c. Cum Marthæ. de Ce. Missa. Credimus: quod formam uerborum, sicut in Canone reperitur: Apostoli a Christo, & ab ipsis eorum receperunt successores. ¶ Nec obstat, quod hæc forma uerborum in nullo euangelista, ut hic describitur, posita reperitur. quia ut ibidem dicit Inno. Multa tam de uerbis, quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa, quæ Apostoli uel suppleuisse uerbo, uel facto expressisse leguntur. Hinc dicit Alex. de Ales par. 4. q. 33. Magis uidetur: quod præfata forma uerborum, quam seruat ecclesia: fuit forma tradita a domino: quam alia posita in euangelijs, quæ post scripta erant, & uariata secundum diuersitatem traditionum, & translationum. Neque ipsi euangelistæ in forma uerborum conueniunt. Vnde Matth. hanc ponit formam. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Marcus illam. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Lucas. Hic est calix nouum testamentũ in meo sanguine, qui pro uobis fundetur. Et Paulus 1. Cor. 11. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. In sensu tamen satis conueniunt, quem omnes narrare ualebant (alias uolebant.) Apostoli ergo, qui ecclesiam instituerunt, secundum quod a domino acceperunt, formam tradiderunt. Euange-

listæ

Heb. 9. Zach. 9. Esa. 24. Iob 26. Heb. 5. 1. Petr. 1. Heb. 9. Apoc. 1. Inno. Alexand. Matth. Marcus. Lucas. 1. Cor. 11.

Misterii unde.

Rõnes de singulis terminis.

Qũo formã consecrationis calicis & forma certa, congrua sufficiens.

listæ uerò facta,& opera Christi narrauerunt, plusquam historiographi, attendentes ad facta in se,& ad ueritatem intellectus,quam ad uerba. Ideo frequenter idem factum, eandemque ueritatem, non eisdem uerbis,sensu tamen non dissonis scripsitarunt. Vnde non fuit necesse,ait Alex.ut tanta diligentia apponeretur in euangelijs de forma præscripta a domino scribenda,in quibus referuntur opera domini, ut operata erant,sicut ubi tradita est forma a domino præscripta,non ut iudicetur opus Christi,sed ut illa mediante,fiat,quod Christus fecit.i.conuertatur panis & uinum in corpus & sanguinem Christi.Ibi enim debuit illa forma præcisè obseruari,cui dominus dedit uirtutem conuertendi. Hæc Alex. ¶ Et propter hoc multi doctores dubitant. Vtrum sacerdos utens forma aliqua ab euangelistis tradita,uerè conficere sanguinem, quia dubium est, utrum ipsi euangelistæ intendebant formam consecrandi tradere, aut Christi duntaxat facta narrare. Multi tamen concedunt sacerdotem tali forma utentem,uerè Christi conficere sanguinem. In cuius argumentum assumunt,quia ecclesia non negat græcos conficere, qui tamen non utuntur forma, qua nos utimur. Sed illa ut refert Richar. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis,& multis effundetur. Et hoc communiter tenetur. Nec tamen ex hoc sequitur,quod forma nostra non sit certa:quia in sententia satis concordat cum priori,& prior cum ista. Et ita oportet dicere,quod modica uariatio formæ quantum ad certas dictiones, dum tamen principalis sensus nō mutetur, non reddit formam inefficacem, de quo supra cum de forma panis agebatur. lect.38.latius disputatum est. ¶ Vsus præterea Romanæ Ecclesiæ formam in canone positam certissimam facit:etiam si in scriptura non reperiretur, propter magnam consuetudinis huius Ecclesiæ autoritatem, de quo beatus August. in libello de cura pro mortuis agenda,ita scribit. Si nulla esset autoritas sacræ scripturæ, quæ doceret orare pro defunctis,tanta est autoritas Ecclesiæ Romanæ,& consuetudinis eius obseruatæ,ut nemo illam insequens poterit errare. Item in Epistola quadam ad beatum Hieronymum, contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat. Hæc de eius certitudine. ¶ Hinc cum forma expressa in canone,ab omnibus obseruetur in Ecclesia Romana, nemo ambigere debet de eius certitudine,aut quouis modo de eius efficacia hesitare. ¶ Est etiam forma illa congrua:quia in hoc sacramento significatur sanguis Christi, ut effusus in præcium nostræ redemptionis, & ut ministratus in potum nostræ refectionis. Sanguis autem de se neutrum horum dicit expresse,sed per continentem ipsius cum calice,ut effusus,& ut potandus effertur,ac proponitur. Calix namque secundum prædicta, transumitur ad significandum tā passionem,quam potum. Et propter hoc congruentius dicitur. Hic est calix sanguinis mei,quam Hic est sanguis meus, quia expressius significatur, & passio,& refectio. Perfecta quoque est,& sufficiens,quia formę sacramentales,ut communiter hoc significant,quod efficiunt. Hæc autem significat sanguinem Christi contineri in calice,quod & efficitur. ¶ Per hoc etiam ad expositionem illorum uerborum. Hic est calix sanguinis mei, prius dictam redeamus. Primus terminus est pronomen hic, quod demonstrat partim ad sensum,partim ad intellectum sanguinem Christi,in quem species uini sin tis uerbis consecrationis, conuertuntur. Demonstrat autem sanguinem in ratione potus. Vnde valet. Hic scilicet sanguis meus in potum traditus,est calix &c. Et consequenter quæcunq; supra lect.48.de pronomine hoc dicta sunt,proposito seruiunt, & similiter dicendum de pronomine hic. Hic est sententia Alexandri ubi supra: cui satis concordant

Vtrum sacerdos utēs forma uere conficiat.

Alex.

O

Alex.

Richar.

Augus.

Quo sit forma cōgrua.

P

De pronoīe hic.

Q

Sanctus

S. Thom. S. Bonauen.

Sanctus Thom. & Sanctus Bonauen. Sequitur. Calix. Calix ut dictum est, propriè significat uas potum continens, tamen transsumitur uel pro potu, uel pro passione. Hic non capitur propriè: sed transsumptiuè pro potu. Vnde sensus est. Hic. s. qui erit in fine consecrationis: est potus sanguinis mei, secundum doctores supradictos. Quod additur, sanguinis mei, specificat calicem pro potu acceptum, ut sit sensus. Hic est calix. i. potus sanguinis mei. s. naturalis, & ueri secundum illud Ioh. 6. Sanguis meus uerè est potus. Et B. Hiero. super psalmum 74. loquens iudeis, ait. Sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt. Et S. Bonauen. licet ponatur in obliquo, intelligitur tamen intransitiuè in recto, ut poculum uini. creatura salis. i. poculum, quod est uinum: & creatura, quæ est salus: sit constructio intransitiua. Hæc Bonauentura. ¶ Quare autem dicitur calix, & non simpliciter sanguis meus. Ratio statim supra secundum Alexandrum dicta est. Nec impedit: q̃ in consecratione non dicitur. Hoc est cibus panis quia panis de se est cibus. Nec habet aliud officium, quam cibare. Non sic sanguis Christi: qui non est potus, nisi quatenus propinatur in calice passionis. ¶ Sed hic statim oritur dubium non negligendum. Si enim forma illla quatenus est forma efficax consecrationis: habet sensum illum metaphoricum, posset sacerdos consecrans hoc ignorare: & intentionem suam ad sensum orationis proprium reflectere, & ita non consecraret, quia deficeret debita intentio. quæ semper conformis esse debet sensui uerborum, secundum quem instituta sunt, ut sunt efficacia formæ. Magis ergo congruebat formam instituere non habentem sic ambiguos sensus: qui etiam sunt occasio distractionis, cum non possit concipi sensus metaphoricus, nisi prius concipiatur sensus proprius, & ex eius similitudine fiat translatio ad sensum metaphoricum uerum. Omnia autem, quæ uel distractionẽ, uel errorem occasionare possunt: debent a tanto sacramento remoueri, ubi nullum errorem, sed summam deuotionem, & recollectionem esse congruit in ministrante. secundum illud Esa. 57. Auferte offendicula de uia populi mei. ¶ Ad illud respondet Alex. ubi supra, q̃ quantumcunq; sacerdos consecrans haberet simplicem, & proprium intellectum uerborum: & per hoc ex negligentia sacerdotis posset frustrari effectus sacramenti, tamen propter negligentiam illam, quæ contingere posset, non debuit dominus, qđ congruebat, omittere. Sed minister, qui intendit consecrare, debet diligentius, quo potest se recolligere, & redire ad se: & etiam debet intelligere, quod ad officium suum pertinet, sine quo non potest ritè in officio ministrare: quod nihil omittat de contingentibus. Vnde dicunt, quod negligentia talis in hac operatione est peccatum mortale. ¶ Sed illa sententia uidetur nimis dura. Et si uera esset: frequenter tolleret effectum consecrationis, tum ex mentis distractione, quæ non est in potestate celebrantis: immo frequenter dum magis recollectus: & ad singula intentus esse cupit, magis distrahitur. Tum quia maior sacerdotum numerus hoc ignorat, qui etiam ab ecclesia ad hæc scienda non diligenter instruuntur. Vnde recurrendum est ad supradicta lectione sexta. Vbi secundum probabiliorem opinionem, sufficit, q̃ sacerdos intendat hoc, quod ecclesia intendit per hęc uerba efficere: ad quæ Christus ea instituit, etiam si uerba ista penitus non intelligat, quam intentionem habere potest sacerdos hæreticus, & infidelis, etiam in hoc articulo sacramenti. Non enim pendet uerborum uirtus ex intentione sacerdotis: sed ex institutione Christi. Et ideo quando est intentio illa quam Christus habuit instituendo, id est intendendo, quòd ad prolationem uerborum fiat conuersio, quam Christus fieri uoluit: per

Ioh. 6.

Hiero. S. Bonauen.

R

Si forma illa quatenus est forma efficax consecrationis.

Esa. 57.

Alexand.

S

Negligentia in intentione consecrantis, mortalis quando nõ

hæc

hæc uerba sufficit dico, ad effectum sacramenti: quamuis non semper sufficiat ex parte dispositionis ministri: qui si ex sua negligentia ignarus fuerit, aut distractus, a peccato minime excusatur.

DE PERFECTIONE FORMÆ CALICIS.

LECTIO. LIII.

IRCA formam consecrationis sanguinis occurrunt aliqua dubia. ¶ Primum. Vtrum ad perfectionem huius formæ pertineant omnia uerba illa ab eo loco. Simili modo, usq; ad illum. Vnde & memores. ¶ Ad illud communiter respondetur secundum omnes doctos, quòd uerba præcedentia istam clausulam non sunt de essentia formæ: & illa sunt uerba prolata in persona sacerdotis referentis, quod factum est. Consecratio autem fit in uerbis in persona Christi prolatis. secundum beatum Ambr. Illa uero uerba. Accipite, & bibite ex hoc omnes, q̃ p̃ferunt ut prolata a Xp̃o, nõ sunt essentialia formæ cõsecrationis sanguinis, sicut nec illa. Accipite, & comedite ex hoc oẽs requirũt ad cõsecrationẽ corp̃is Xp̃i subsp̃ebus panis, qa magis respiciunt usum sacri, q̃ eius perfectionẽ, immo ei⁹ pfectionẽ. i. trãssubstantiationẽ præsupponũt. Sensus. n. est. Accipite, & bibite ex eo post cõuersionẽ uini in sanguinẽ. de quo supra lect. 38 Similiter & hæc uerba (Hæc quotienscunq; feceritis, in mei memoriã facietis) nõ sunt de essentia formæ, quia nõ plus respiciũt cõsecrationẽ, & sumptionẽ sanguis, q̃ corporis, quia utrũq; corp̃is, & sanguinis cõsecrationẽ, & sumptionẽ æque p̃cepit Xp̃s fieri in memoriã. Si ergo pertinerent ad cõsecrationẽ sanguinis, pari rõne ad cõsecrationẽ corporis: & ita sub hostia panis nõ esset uerũ corp⁹ Xp̃i ante p̃lationẽ horum uerborũ. Et ita cũ prius p̃ sacerdotis eleuationẽ oñiũ pylos populus adorás adoraret idolũ, qđ est absurdissimũ. ¶ Præterea per illa uerba (ut cõiter concedit: & ponit B. Hie. de illustribus uiris) Xp̃s contulit apostolis cõsecrandi potestatem eosq; ordinauit sacerdotes. Collatio autem potestatis non fit per uerba ad consecrationem pertinentia, quia uerba consecrationis respiciunt materiã, quæ consecrat, uel terminũ, ad quẽ consecratio terminatur. Verba aũt, per quæ confertur potestas consecrandi, respiciunt eum, cui confertur, & potestatem ipsam, quæ conferẽ. Ideo cõiter concessum est uerba illa ad consecrationem non pertinere. ¶ De illis uerò uerbis, Noui, & æterni testamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, est magis dubium, quia de his uarie sentiunt doct. Sanctus Thom. par. 3. q 78. artic. 3. dicit q̃ illæ clausulæ. Noui, & æterni testamenti, & sequentes, sunt de substantia formæ usq; ad illam. Hęc quotienscunque feceritis, quæ pertinent ad usum huius sacramenti, quia illæ clausulæ pertinent ad integritatem huius orationis. Hic est calix sanguinis mei, quia sunt determinationes prędicati. s. sanguinis mei. Et idẽ est, quod dicit, q̃ sacerdos eodem ritu & mõ. s. tenendo calicẽ in manibus: omnia hęc uerba profert. Luc. etiam 22. interponuntur hęc uerba inter prima cum dicitur. Hic est

Dubium primũ circa formam cõsec. sangui. A

Ambros.

Hiero.

Expositio uerborũ. Noui & æterni testamenti. B

S. Thom.

lix nouum testamentum in sanguine meo, quia ergo pertinent ad eandem orationem, pertinent ad eandem formam. Similiter & hæc clausula. Qui pro uobis, & pro multis effundetur, uidetur ad eandem orationem pertinere, propter relatiuum qui, quod implicat suum afis, quod est sanguinis mei. Alex. ¶ Alex. de Ales par. 4 q. 33. dicit, q̃ illa uerba duntaxat. Hic est calix sanguinis mei, sunt de substantia formæ. Cuius ratio est: quia illa sunt tãtummodo de forma, quibus fit transsubstantiatio uini in sanguinem Christi. Sed per illa uerba, quæ sequuntur: non fit transsubstãtiatio: quia nõ transeunt super materiam transsubstantiandam, sed sunt proprie declaratiua quarundam conditionum, quibus excellentia huius sacramenti manifestatur. Hæc autem uerba, hic est calix sanguinis mei, expressiua sunt totius effectus contenti in hoc sacramento: sicut & uerba consecrationis corporis sunt hæc. Hoc est corpus meum: quæ significant corpus sub speciebus panis contineri, unde sicut illa. Accipite, & bibite, qui pertinent ad usum sacramenti, non sunt de essentia formæ, ita neq; (immo a minore) illa. Noui, & æterni testamenti, qui pro uobis effundetur. Nec obstat, q̃ illæ clausulæ in se non sunt orationes perfectæ, quia sufficit, quod forma illa consecratiua in se sit perfecta sine illis clausulis adiunctis. Hæc enim est perfecta oratio. Hic est calix sanguinis mei. Neq; obstat Euãgelium Lucæ: quod allegatur in quo uerba aliqua ex sequentibus interponuntur. Quia ut dictum est: in ipsis euangelijs non traditur forma, ut a domino est tradita ad consecrandum institutæ: sed ut a domino dicta, & gesta, quę non necessario eo ordine, & eisdem uerbis, sed æquiualentibus exprimuntur. Rursus etiam nihil arguit, quia uerba illa breuia sunt, & prioribus connexa: pro quibus solis non oportuit alium instituere ritum. ¶ Huic opin. consonat dominus Albertus, consonat et S. Bonauen. dicens, quod hæc est forma congrua, tota, & perfecta. Sufficiens enim est ad significandum transsubstantiationem uini in sanguinem Christi. Vnde in his, qui sequuntur, describitur effectus sanguinis in hoc sacramento significati, & contenti in cruce effusi. ¶ Scotus dicit in 4 dist. 8. q. 2. quod non est nobis traditum omnino certitudinaliter, an ad formam consecrationis sanguis pertinent aliqua uerba, quæ sequuntur post illud: sanguinis mei. Ideoque periculosum est illud asserere, de quo sufficiens autoritas, & ratio non habetur. Non est enim periculosum hoc ignorare: quia est ignorantia inuincibilis: quia non potest homo ex quacũque diligentia istud scire, quod quæritur nisi speciali reuelatione illustretur: quod quia factum non legitur: certitudo in præmisso negocio non habetur. ¶ Ex illo dicit, patet improbatio cuiusdam dicti indiscreti, quòd necesse est in quolibet sacramento scire præcisè, quæ uerba sint de forma, ad hoc, ut sacramentum illud rite perficiatur. Illud enim manifestè falsum est, non solum in proposito: sed etiam in sacramento pœnitentiæ, & ordinis. Non enim dicit, est omnimoda certitudo, quæ sit forma præcisa ordinationis in sacerdotem, propter multitudinem sermonum, quos profert episcopus in collatione præfati ordinis, & tamen non est dicendum: quòd nullus est in ecclesia uere in sacerdotem ordinatus. Similiter diuersi diuersis utuntur formis in sacramento pœnitentiæ: nec est certum de aliquibus uerbis præcisis, quæ sint forma, non tamen dicendum: quòd nullus absoluatur in ecclesia. Sic de sacramento matrimonij. Addit idem consilium, dicens. Sacerdos intendens facere quod facit ecclesia: legens distincte uerba canonis a principio usque in finem, uere conficit. Nec est tutum alicui, qui se reputat ualde peritum de scientia sua dicere, uolo uti præcise istis uerbis pro consecratione sanguinis, sed securior est simplicitas, qua apud se dicat. Volo

Bonauen.

C

Scot.

proferre

uerba ista ea intentione, qua Christus instituit ea proferenda, utquæ ex Christi intentione sunt de forma, dico ut de forma, & quæ ad reuerentiam: profero ad reuerentiam. Hic absq; dubio uire', & legitime' procedit, & uere consecrat. Hæc de formæ integritate. ¶ Posset moueri dubium de ueritate formæ: sed de hoc dicendum erit sicut supra dictum est de ueritate formæ consecrationis panis lect. 48. ¶ Sed specialiter dubium facit uerbum, effundetur, quod est futuri temporis ratione, cuius uidetur forma ista, cum nunc a sacerdote profertur non esse uera, licet dum a Christo in cœna proferebatur, fuit uera; quia in nullo futuro tempore post præsens instans sanguis Christi effundetur, sicut nec morietur, cui mors ultra non dominabitur. Rom. 6. Ad hoc faciliter respondent, qui dicunt uerba illa sequentia participiū dicens, usq; ad illa. Vnde & memores accipi materialiter, & non significatiue', sic enim cessat ratio dubij, cum effundetur sic acceptum, non importet tempus, quia non est uerbum: sed nomen: sicut omnis dictio materialiter accepta. ¶ Secundum alios, qui dicunt omnia uerba, hic est calix, cum sequentibus accipi significatiue: uidetur dici posse quòd effundetur, refertur ad tempus, quod in hora institutionis fuit futurum, & non ad tempus, quod nunc in hora consecrationis est futurum. Ita quòd tantum ualeat: q effundetur. i. effundendum erat, nunc uerò effusum est. Et sic uera est oratio: & hæc significatio satis colligitur ex circunstantibus constructibilibus, ex quibus satis significatur: quòd illa uerba proferuntur a sacerdote tanquam prolata a Christo. Et ideo ad idem tempus referenda sunt: ad quæ Christus proferens retulit. ¶ Et si dicitur, ergo uerbum est, etiam ad idem tempus referendum est; quia tota illa oratio sequens participium dicens: dicitur ut prolata a Christo, & in persona Christi, scilicet accipite, & bibite ex eo omnes. Hic est calix &c. Et ita est, importat tempus prolationis Christi, & sic oratio simpliciter erit falsa: quia pronomen hic demonstrat sanguinem Christi: non simpliciter, sed contentum sub illis speciebus uini: sicut dictum fuit de pronomine hoc, in consecratione panis. Cum ergo illæ species uini, quas demonstrat hic pro suo connotato, pro tempore importato per est, scilicet pro tempore prolationis Christi non fuerunt pro nomen hic, respectu copulæ est, tale tempus importans non supponeret. Oportet enim connotatum, & substratum simul correspondere termino connotatiuo, respectu copulæ ad hoc ut supponat, alioquin deficiente connotato, deficit & superpositio. ¶ Ad hoc uidetur dicendum, saluo meliori iudicio, quòd non est simile de uerbo est, & de uerbo effundetur. Nam est, in forma consecrationis importat tempus prolationis sacerdotis proferentis, uel mutus, illud tamen includens, ut supradictum est de forma consecrationis panis, quia illa uerba hic est calix sanguinis mei, non tantum proferuntur, ut prolata a Christo: sed ut instituta ab eo, ut forma efficax consecrationis sanguinis pro tempore, pro quo proferuntur a sacerdote celebrante legitime': ratione cuius uerbum est, importat tempus celebrationis, pro quo est efficax forma. ¶ Et secundum hoc oportet dicere, quòd illa clausula: qui effundetur &c. non est de essentia formæ. Quod etiam rationabiliter uidetur dici posse plus; quam de illa, noui, & æterni testamenti: quia illa oratio, qui pro uobis &c. est per se perfecta oratio, & cathegorica propositio copulatiue priori coniuncta, qui enim ualet tantum, id est, & illæ sanguis. Et ideo potest uerbum eius effundetur: importare aliud tempus, quam hoc uerbum est: in alia cathegorica præcedente, cui copulatur. Cui non placet hæc solutio, alia qrat, quia timidus quicquam asserere non ausim, quod non inuenio a docto. prioribus exaratum, semper in his ma-

Dubium de formę ueritate.

D

Quale tempus important, est, & effundetur.

E gis cupiens doceri, quam docere. ¶ Tertium dubium. Vtrum illæ duę formę consecrationis corporis, & sanguinis mutuo se expectent quantum ad eorum efficaciam: aut una sine alia effectum proprium sortiatur. Hic quidã antiqui doctores dixerunt, q illę duæ formæ se expectant in agendo, ita q̄ prima non perficit suum effectum, nisi secunda proferatur, neq; prius cõuertatur panis in corpus Christi, quam uinum conuertatur in sanguinem; quod fit finita prolatione secundæ formę. Motiuum eorum est: quia si per uerba consecrationis panis: panis conuerteretur in corpus Christi ante cõsecrationem uini, sequitur, q in hoc sacro corpus esset sine sanguine: & ita non uiuum, cum uita sit in sanguine. Et propterea sacrũ corporis, & sanguinis sunt unum sacramentum. Nihil autem est unum, nisi positis his, quę ad unitatem requiruntur: quare per formam consecrationis panis, non constituitur sacramentum, nisi assit, & forma consecrationis sanguinis. Sed his non obstantibus dicendum est plane, quòd uerba consecrationis panis esse ctum suum habent, priusquam proferantur uerba consecrationis uini: ita q̄ prolatis uerbis consecrationis panis, uerè est corpus Christi sub speciebus panis, etiam si uerba consecrationis uini omnino postea non proferantur. alias quomodo uerum dixisset Christus, hoc est corpus meum, ante uini cõsecrationem. Sic enim dixisse debuisset, hoc erit corpus meum. s. post consecrationem uini. Est etiam hæc positio contra ritum ecclesiæ, secundum quem sacerdos corpus Christi sub speciebus panis ostendit populo adorandum: antequam consecret sanguinem: quòd si tunc non esset uerum corpus Christi, daretur simplicibus idolatrandi occasio ab ecclesia: quod nefas est de ea (quæ errare non potest) cogitare. Vnde dicendum, q̄ prolata rite hac forma uerborum, Hoc est corpus meum, uerè incipit esse corpus Christi sub specie panis, ipsa panis substantia in corpus transeunte. Siquidem nullum est hoc impedimentum: nullum deest requisitum. Nec tamen sequitur inconueniens per alios inductum, quia secundum supra declarata, ad prolationem uerborum sacramentalium non solum incipit esse corpus Christi sub panis sacramento, sed totus CHRISTVS, quamuis in solum corpus fit conuersio. Quod uerò obijciunt de unitate sacramenti, soluetur infra in dubio speciali. Verum, quòd sacerdos non debet consecrare corpus CHRISTI: nisi etiam in eodem officio conficiat sanguinem sub speciebus uini: quia diuisio illius mysterij sine grandi sacrilegio fieri non potest, ut in capitulo comperimus de consecratione distinctione secunda. Et hoc uerum secundum dominum Albertum regulariter, quia in casu forte oppositum fieri posset ut in terris, ubi uinum non crescit nec posset adduci, de quo dixit Albertus. Ad hoc autem, quod quæritur de terris, in quibus uinum nullo modo haberi potest: dicendum uidetur, q̄ de hoc consultatio haberi debet apud sedem apostolicam: quid sit agendum, tum propter intolerabile damnum animarum, quod incurritur ex sacri defectu uidetur mihi ait, cum talibus esse dispensandum, ut corpus Christi ha-

Albertus.

F berent sine calice, & sic sacerdotes conficerent sacramentum. ¶ Dubitatur quarto in quo precisè consistit effectus huius formæ. Respondetur breuiter correspondenter ad prædicta, q̄ in duobus. Primum est, quòd ad ipsius legitimam prolationem, uini substantia desinit esse secundum se totam, accidentibus seruatis, & conuertitur, ac transubstantiatur in uerum, & naturalem sanguinem Christi. Et de illo dicendum est per omnia, ut supra dictum est de conuersione panis in corpus Christi lect. 40. Secundum: q̄ ad huiusmodi legitimam formæ prolationem, pñs fit speciebus uini naturalis Christi sanguis. Et huius ueritas patet ex uerbis Christi dicentis. Hic

Verum illę duę formæ consecrationis sese expectet mutuo, quãtũ ad eorũ efficaciam.

Dubiũ 4. in quo cõsistat effectus huius formæ.

est

est calix sanguinis mei, qui pro uobis effundetur. Item ex uerbis Apostoli. 1. Cor. 10 Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est. Ad idem est etiam ecclesiæ determinatio, & sanctorum patrum dicta supra lect. 39. recitata. Præsens autem sit sanguis Christi qui est in corpore Christi in cœlo existente. Vnde si est aliquid de sanguine Christi derelictum in terra post gloriosam Christi ascensionem, in hunc substantiam uini non conuertitur, neq; talis præsens sit sacramento. Cuius ratio communiter assignatur: quia sic sacramentum corporis, & sanguinis Christi est institutum, q̄ uirtute consecrationis tota substantia panis, & uini conuertitur in totam substantiam corporis, & sanguinis CHRISTI & in partes actualiter toti coniunctas. Si autem esset aliquid de sanguine CHRISTI in terris relictum: illæ esset a toto sanguine Christi separatus, qui inter corpus Christi continetur: & per consequens in illum non fieret conuersio, nec talis præsens sit sacramento. ¶ Similiter dicitur de carne præputij Xp̄i: si est alicubi reseruata in terris: & nō reassumpta in resurrectione: quæ (ut dicit Inno. de Officio missæ) creditur a multis in Lateranensi Basilica reseruari, licet a quibusdam dicitur delata Karolo Magno ab Angelo, qui transtulit ipsum Aquisgrani. Postea apud Castrosū, apud ecclesiā Salvatoris. Cui⁹ ueritas dicit, tutius Deo cōmittit: q̄ aliquid de ipsa temere definiat. Tā si ex suppositione sit in terris: panis in ipsam non conuertitur: quia non est actu pars corporis Xp̄i. ¶ Et ita similiter nā dicendum de sanguine: si in terris reperiē. Nec obstat, si quis in triduo consecrasset: q̄ uinum fuisset conuersum in sanguinē a corpore Xp̄i separatum. Non ideo si hodie sit aliquid eius separatum, in ipsum uinum conuertitur. Non enim simile est hic, & ibi. Nam in triduo mortis, sanguis Christi fuit effusus, & separatus a corpore secundum se totum, & partes. Et ideo si tunc quis celebrasset: uinum fuisset conuersum in sanguinem separatum. Modo autem q̄ si aliquæ reliquiæ in ecclesia reperiantur, tamen maxima pars sanguinis Christi in resurrectione fuit reassumpta, & corpori reunita: & ita nunc habet rationem totius sanguinis Xp̄i. ¶ Quocirca in sacramento eucharistiæ substantia uini conuertitur in sanguinem Xp̄i reassumptum, qui habes rationem totius: & non in sanguinem, qui non est pars illius totius. ¶ Et quamquam in solum sanguinem Christi substantia uini conuertatur, non tamen solus sanguis ibi incipit esse sub speciebus uini, ad prolationem uerborum formæ. Sed & corpus Xp̄i, & aīa excellentissimaq; diuinitas: & breuiter totus Xp̄s, perfectus Deus, perfectus homo secundum eandē naturā: partes, & proprietates naturarū, sicut & uere & realiter continetur sub speciebus panis: ut simpliciter nō sit differentia inter contentū sub speciebus panis: & contentum sub speciebus uini, sed idē p̄cise utrobiq; continetur: eodem modo continentiæ, quantū ad diffinitionē localem: ut utroq; totum sub toto: & totum sub qualibet parte speciērum tam panis, quam uini continetur. ¶ Verum quoad ordinem contentorum sub his speciebus solet differentia assignari. Nā sub speciebus panis primo ex ui consecrationis est corpus tantum, & deinde cetera eodem ordine, quo sunt corpori propinquiora. Hoc est secundo sanguis ex concomitantia immediata, quæ pertinet ad perfectionem corporis, ut sit susceptiuum animæ rationalis. Tertiò est ibi anima ex concomitantia propinqua, pro quanto quæ præsupponit sanguinem in corpore secundum ordinem naturæ, cum quo sic dispositio, ipsum informando constituit unam naturam humanā. Quartò est ibi diuinitas ex concomitantia remota: quia nō pertinet ad unā naturā cū corpe, quia tamen corpori unita est hypostacicē, quod nunquam reliquit, ideo &

1. Cor. 10.

De carne p̄putij quid tenendum.

Innocen.

De cōtentis sub specieb⁹ uini consec. de contentorum ordine.

G

ipsum concomitatur etiam in sacramento, de quo late dictum est sect. 42. ¶ In calice autem quamuis oia illa eadem & uere sint alio tñ ordine. Est. n. primò ibi totus sanguis Christi reassumptus, & unitus corpori per se, & ui consecrationis. Secundò est ibi corpus Christi ex concomitantia immediata: quia corpus Christi immediatè respicit in se sanguinem. Sanguis. n. cum sit materia liquidà: proprijs terminis non continetur, sed terminis extraneis hi autem sunt partes corporis Christi, inter quas concluditur. Tertiò est ibi, anima Christi ex concomitantia propinqua. cum enim hic sit sanguis, & corpus: nec corpus sit exanime, ac mortuum: necesse est & animam hic contineri. Et quia ipsa ad eandē naturā pertinet cū corpore: dicitur hic esse concomitantia propinqua, quamuis non immediata: quia immediatū sanguinis receptaculum est corpus: per quod est ibi aia. Quartò est ibi benedicta deitas concomitantia remota: quia quamuis ipsa pertineat ad eandem naturam cū præd. ct s ¶ Est & notandū, q̄ ordo hic designatus, non est ordo temporis, non enim prius est ibi sanguis, q̄ corpus, aut aia, seu diuinitas, non enim est ibi sanguis extra uenas corporis, & extra corpus modo fluido; ad similitudinem, quo species uini in calice fluunt. Nam sanguis in resurrectione reassumptus corporis glorioſi uenis inest: & nunquā extra illas in sua naturali consistentia, sicut & fuit añ passionē. Talis est autem habitudo Christi sub sacramento, qualis est in existentia naturali, quantum ad omnia, excepta sola locali circumscriptione. Ideo non est in sacramento sanguis extra uenas, & ita nec extra corpus. Sed ille ordo assignatus est ordo naturæ, & præsuppositionis, qua posterius non esset sub sacramento sine priore: & non econuerso secundum declarationem supra sect. 42. habitam, quid sit, ibi esse per se, & primo, & quid per concomitantiam mediatam, uel immediatam, propinquam, & remotam. ¶ Ex illo posset & alia ratio assignari, quare uinum non conuertitur in sanguinem in terra derelictum, non reassumptum, si aliquis talis est, quia n h l est ibi in sacramento, quod non pertinet ad Christum tanquam assumptum a Christo, aut partes naturæ assumptæ, uel inexistens alicui horum. Nunc sanguis illæ in terra dimissus, nec est assumptus a uerbo, nec inest naturæ assumptæ, aut eius parti, ideo in ipsum non conuertitur. ¶ Patet etiam ex eodem ratio alterius dicti supra. s. q̄ qualiscumq; liquor, siue aqua, siue uinum post consecrationem mittatur in calicem, non consecratur, nec in sanguinem conuertitur, quia tale uinum post consecrationem immissum non potest Christi sanguinem contingere, aut ei commiscere: quia uinum illud: & si species sacramenti tangit, quibus immediatè iungitur: sed non sanguinem Christi, qui non est ibi fluidè sicut species, sed intera uenas, qui semper mediabunt inter uinum de nouo infusum: & sanguinem Christi in eos inclusum, & ita contingere non potest, sicut nec contingeret sanguinem hominis, si corpori hominis superfunderetur, propter quod dicit Inno. de Offi. Missę. Si post consecrationem calicis aliud u num mittatur in calicem: id quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris uini commixtum corpori, quod sub eis latet, undiq; circumfunditur non madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia derelicta uidentur uinum appositum afficere. Quod dicit, inde conuincitur, quia si aqua pura fuerit apposita, uini saporem assumit. ¶ Sed necesse est intelligatur, q̄ afficiant uinum causaliter, causando in eo saporem eis similem, scilicet saporem uini, non formaliter inhærendo materiæ uini: quia si sic, aut corpus Christi desineret esse sub illis speciebus eis manentibus, aut esset sub eis cum substantia uini, quorum utrumq; improbatum est. Similiter tunc accidentia prioris uini

Quis est ille ordo.

H

An in sanguinē in terra derelictum (& supponatur) conuertatur uinum calicis.

transsub-

Quo sanguis datur nobis, si potû si nõ est fluidus extra uenas.

transubstantiati migrarent de subiecto in subiectum, quod non conceditur. ¶ Sed forte contra hoc quis replicaret. Sed sanguis Christi non continetur, ut liquor fluidus in calice, quomodo Christus nobis sanguinem suum dedit in potum. Potus enim nominat materiam fluidam nõ solidam. Respondetur breuiter, q̃ sanguis datur nobis ut potus in calice, non secundum se, ut quasi iste fluat in calice, sed quoad species, sub quibus continetur. Proponitur enim sub speciebus uini, quæ habent rationem potabilis. Et secundum hoc intelligi debet dictum Innocen. quo dicit. Corpus Christi sub speciebus uini non comeditur: & sanguis sub speciebus panis non bibitur. Verum quidem est per comparationem ad signa extrinseca, sub quibus corpus CHRISTI & sanguis eius continetur, & nobis sumenda proponuntur. Quantum tamen ad effectum, & corpus bibitur, & sanguis comeditur sub utraq; specie: quia sic idem est, quod bibere, comedere, refici uidelicet per gratiam secundum animam, quod fit ex sumptione corporis, & sanguinis: quæ sumptio fit sub utraq; specie seorsum. Nam sumens hostiam: sumit cibum, & potum, quia penitus idem in hostia, & in calice continetur. Manducare quidem nihil aliud est q̃ sumere cibum: & bibere, sumere potum, ergo qui sumit hostiam, manducat, & bibit: & hoc maximè quoad effectum spiritualem manducationis & potationis. s. refectionem animæ, propter quem effectum manducare & bibere ad hoc sacramentum transferuntur. Quoad speciem autem sacramentalem, sumens hostiam non dicitur bibere, quia illæ species nõ sumuntur, ut liquidæ per modum potus corporalis. Sanguis tamen Christi non dicitur potus tantum ratione specierum: sed in se, quia spiritualiter extinguit sitim, & ardorem concupiscentiæ, qui est ex peccatis. Hoc autem facit ita sumptus sub speciebus panis sicut uini, quia illæ species corporales nihil faciunt ad effectum sacramenti: sed duntaxat sub illis speciebus caro, & sanguis nobis proponuntur, ne horrorem sensibus ingerat. Vtq; fides habeat meritum, dum rerum sub alia specie traditarum, nullũ sensibile accipit experimentũ: ut supra declaratum est. ¶ Adhuc contra prædicta posset quis dubitare, ubi dictum est: q̃ deitas est sub speciebus uini per concomitantiam remotam. Nam uidetur: q̃ deitas non sit sub speciebus uini per concomitantiam sicut sub speciebus panis, ubi concomitatur corpus quod ibi per se & primo continetur. Nullibi enim est deitas per concomitantiam, nisi ubi est aliquid assumptũ a deitate per se, & primo. Nunc autem sub specie uini est solus per se primo: siue ut conuersionis Sanguis autem nunquam fuit assumptus a solo uerbo, quod patet, quia sola humanitas est assumpta aut pars eius, id est compositum ex corpore, & anima: & similiter partes. s. anima, & corpus. Sanguis autem non est tota humanitas, nec pars: quia nec anima patet: nec corpus, nec pars corporis. Nam sanguis non est formaliter animatus, ut dicit Scot. 10. quarti q. 4. & tenetur communiter, sed est nutrimentũ corporis in substantiam eius cõuertendum per uirtutem nutritiuam: ut dicunt philosophi, & medici. Dicit enim Philosophus 2. de anima. c. de sensu tactus. Ex aere quidem impossibile est constare animatum corpus: oportet enim firmum esse. Relinquitur autem mixtum ex terra, & ex his esse. s. corpus animatum, ut est caro, & proportionabile. Vnde patet, q̃ oportet corpus animatum non esse fluidum, sed firmum, & proprijs terminis terminatum. Vnde & commentator ibidem commento 111. Impossibile est: quòd constitutio esset ex aere, aut aqua. Animalia enim indigent ex necessario corpore duro, super quo abundaret terreitas, ut est caro, uel aliquid simile in animalibus carentibus carne. Patet igitur, quòd sanguis non est formali-

I

X

Deitas fuit unita suppositaliter carni, & animæ non sanguini.

Scot.

ter animatus, sicut nec alius humor corporis, licet sanguis necessario requiritur ad esse corporis animati saltem perfectè: quia sine sanguine diu manere non potest naturaliter, sicut nec sine spiritu, & aere, quo ad animalia respirantia, nec tamen ideo aer inspiratus est animatus, & propter hoc dicitur sedes animæ, non quia informet sanguinem, sed requirit sanguinem ut informet carnem. Quia igitur corpus est animatum, sanguis non est pars corporis, & per hoc deitas nunquam fuit hypostatis sanguinis sicut corporis. Assumpsit autem Xps humanam naturã, & partes eius essentiales, qualis non est sanguis. Vnde etiam patet: q deitas non fuit unita sanguini Christi in triduo. Alioquin sicut uerè conceditur per communicationem idiomatum, q Christus iacuit in sepulcro, quia ibi iacuit corpus deitati unitum. Et q Christus descendit ad inferna, quia descendit ipsius aïa deitati unita. Ita etiam fuit concedendum, q Christus fuit in peplo, Christus manſit in cruce, quia utrobiq; mãsit sanguis Xpi respersus, qđ tñ nõ conceditur. Hoc tñ sequeretur, si sanguis esset pars essentialis hois: sic enim fuisset unitus deitati, nec ab ea derelictus, cum secundum Dam. Quod Xps semel assumpsit: nunquam dereliquit. & propter hoc dicit Rich. de media uilla in 3. dist. 22. q. 1. secundæ partis di. in solutione secundæ rõnis. Si quis consecraſſet in triduo, sanguis Christi nõ fuisset adorãdus. Rõnem ponit, quia non est pars essentialis corporis, quibus solis unita est suppositaliter maiestas
L diuinitatis, quia ergo diuinitas non est unita sanguini, qui ibi est priori consecrationis, uſ non sit sub speciebus uini per concomitantiã. ¶ Ad hoc dr; licet deitas non sit hypostaticè unita sanguinis: est tñ sic unita corpori, in quo est sanguis, & per consequens est ibi p concomitãtiã, non quidẽ propinquam, sed remotam. Vñ ut dictũ est, ui cõsecrationis est ibi sanguis Xpi eo modo, quo est in consistentia sua naturali: & sic in corpore, qũo est in corpore Xpi in cœlo, & per consequẽs est ibi corpus Xpi per concomitantiã mediatam, cui corpori unita est diuinitas. Iterũ ibi est corpus nõ mortuum, sed uiuum, quale est in cœlotergo animatũ. Aïa autẽ similiter est deitas, & sic diuinitas est ibi duplici cõcomitantia una ad corpus, alia ad aïam, & utraq; immediata quantũ ad corpus, & quantũ ad aïam, sed mediata quãtũ ad sanguinẽ, quia si ibi esset solus sanguis extra corpus, sicut fuit separatus in triduo mortis, non esset ibi diuinitas per concomitantiã, nec mediatam, nec immediatam. ¶ Ex quo patet, q si per immediatam concomitantiam intelligitur illa, qua concomitatur alijs circumscriptis, deitas est sub speciebus panis per immediatam concomitantiam, non autem sub speciebus uini. Nam immediatè concomitatur corpus illud, cui est immediate unitum. ita q si corpus separaretur ab aïa, nihilominus maneret deitas corpori unita. Non autẽ sic cõcomitatur immediatè sanguinẽ, quia si sanguis esset separatus a corpore non concomitaretur. ¶ Verum supra ubi dictũ est diuinitatem concomitari corpus sub speciebus panis, concomitantia mediata, siue remota: aliter accipitur concomitantia mediata. i. pro ea, qua id, qđ concomitatẽ, non pertinet ad eandẽ naturã cũ eo, quod concomitatur. Et p hoc patet solutio illius replicę. Negãdum. n. est, q nullibi sit diuinitas per concomitãtã, nisi ubi est aliquid assumptum a diuinitate per se, & primò. Hoc enim solum uerum est de concomitantia immediata, non de mediata. Sufficit enim ad concomitantiam mediatam: q sub speciebus sacra-
M mentalibus sit aliquid, siue primò, siue non primò, cui unita est diuinitas: & sic est in proposito; ut patet ex declaratis. ¶ Aliud dubium est de unitate sacramenti Eucharistiæ. Cum enim sit ibi diuersa materia, similiter diuersæ formæ, quæ etiam non simul habent suã efficaciã: sed una te.

Vt tamẽ est sub speciebus uini pro cõcomitantiã, & quomodo

Dubium. Quo eucharistię sacramentum, dicitur unum & qua unita

prius

prius alia, quomodo posset dici unum sacramentum. Nec ualet, si diceretur hic, sicut quidam dicunt de sacramento baptismatis: q̃ bene possibile ex plura sensibilia concurrere in fundamento relationis, ut q̃ aqua, & uerba sunt fundamentum significationis, quæ significatio magis proprie est forma: quòd etiam hic tam unum, quam panis concurrunt in unum fundamentum significationis eucharistiæ, quia tunc neutrum illorum esset aliquid sacramenti sine alio. Hic autem species panis continet suum signatum sine speciebus uini, & econuerso. q̃ Ad hoc respondetur, q̃ sacramentum corporis, & sanguinis simpliciter loquendo non sunt unum sacramentum unitate indiuisibilitatis, aut simplicitatis. Sed sic sunt duo sacramenta abinuicem realiter separabilia: quę etiam nõ simul sed unũ prius, & aliud posterius: immo unum sine alio confici potest, licet sacerdos si faciens peccaret, uere tamen consecraret. Sunt enim diuersa signa: sunt & diuersa per se, & primo significata, & contenta. De quo bona, & patens glo. de consec. distinctio. 2. comperimus. quam nota. Dicuntur tamen unũ sacramentum unitate integritatis, & ordinationis. Ordinantur enim ambo signa, scilicet species uini, & panis ad significandum idem contentum totale, & eundem spiritualem effectum. Idem contentum: quia idem corpus Christi acceptum, ut includit omnia ad corpus organicum requisita. q̃ Pro quo notandum secundum Sco. distinctio. 8. quarti. quæstio. 1. q̃ corpus Christi dupliciter accipitur. Vno modo stricte: ut includit tantum partes animatas anima Christi: cuius non est sanguis, ut dictum est, licet sit in potentia propinqua, ut conuertatur in carnem animatã: & sic corpus distinguitur essentialiter a sanguine, & in se, & ut signatum. potest enim huius esse signum sicut & propria diffinitio. Alio modo largius accipitur prout omnia includit, quæ pertinent ad corpus organicum: siue sint partes animatæ, siue alia non formaliter animata: ut humores, & spiritus. Et hoc modo accipiendo sanguis est aliquid corporis. Accipiendo corpus primò modo: licet ip'um, & sanguis sint prius diuersa signata: tamen constituunt unum significatum totale, quod est corpus secundo modo. Sic ergo signum proprium corporis primo modo. s. spẽs panis, & signum proprium sanguinis. s. species uini possunt esse unum signum unitate integritatis corporis secundo modo. Corpus enim sic significatum secundo modo, est idem contentum numero sub utrisq; speciebus. Ordinantur etiam ad significandum eundẽ effectum spũalem. s. perfectã animę refectionẽ. Illã autẽ congruit significari sacramẽto habente unitatem integritatis, non diuisibilitatis, quia tale signum pertinere debet ad perfectã refectionẽ corporis, quæ non fit aliquo uno simpliciter, scilicet cibo tantum, aut potu tantum, sed in his duobus, quę sunt unũ integritate: quia integrant unam refectionem perfecte nutrientem. Nutritio autem perfecta animæ spiritualis est gratia spiritualis, per quam unitur corpori Christi mystico, ad quam utraq; signa ordinantur. q̃ Et hanc sententiam Alex. de Ales par. 4. quæstio. 33. arti. 1. ita innuit. Ait enim: q̃ hæ species unitatem habent inquantum sacramentum ab institutione effectu, & fine. Ab institutione: quia a domino institutæ sunt ut essent sacramentũ corporis, in quantũ continẽt carnẽ, & sanguinẽ. Ab unitate effectus, qui est presentia Christi secundũ naturã corporis sacramentaliter sub his speciebus. Ab unitate finis in significando. Significant enim idem, scilicet immolationem Christi per sanguinis Christi effusionem in cruce. Vnde Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. &. 1. Cor. 11. Quotiescunq; panẽ hũc manducabitis, & cal. bi. mor. domini annun. do. ue. Etiam ab unitate finis in efficiendo: quia hæc digne suscepta unum efficiunt cum mystico

Sco.

Alex.

1. Cor. 11.

Christi

Grego. Christi corpore, quod est ecclesia. Quod uerò bea. Grego. in collecta pluraliter loquitur. Purificent, qûs, domine sacramenta, quę sumpsimus: attendit, ad materialem specierum distinctionē. Ideo propter unitatem earū in ratione sacramenti: in eadē collecta subdit, ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, quia quantum ad effectum quī petitur, eundem effectum operatur, & quātum ad remotionem mali, & quantum ad promotionem boni, quæ in dicta collecta postulantur.

DE EXCELLENTIA ET VTILITATE huius sacramenti.

N

Testamentū dicitur qñq; lex noua qñ que regni cę lestis promissio.

Alber. Alex. OVI, & æterni testamenti. Licet textus ille supra breuiter secundum Albertum expositus sit: placet tamen propter aliqua ibidem dimissa eum latius prosequi secundum Alexan. & suos sequaces. Vnde in his uerbis siue sint de substantia formæ: siue non, secundum Alexan. par. 4. q 33. tria significātur ad manifestationem excellentiæ, & utilitatis huius sacramenti, quæ sunt. Innouati testamenti confirmatio: secretorum fidei insinuatio, peccatorum nostrorum remissio. Primum tangitur ibi. Noui, & æterni testamenti. Secundum ibi. Mysterium fidei. Tertium ibi. Qui pro uobis, & pro multis. ¶ Circa primum aduertendum, ꝙ cum testamentum sit ultima distributio bonorum morte testatoris firmata: seu constitutio, uel traditio de ordinandis bonis attestatione legitima firmata, recte fides, & lex Christi est testamentum nouum. In illa siquidem Christus æternam hęreditatem fratribus suis, & fidelibus distribuit, ordinat, & promittit. Hæc autem lex confirmata est per mortem, & passionem Christi, in qua sanguis eius effusus est, quæ effusio est sui testamenti legitima attestatio, & confirmatio. Testamentum enim nisi per mortem testatoris roboretur, non est immobile, & stabilitum, pro quâto semper a testatore poterit & reuocari, & immutari: ut docet apostolus

Heb. 9. ad Heb. 9. & est allegatum supra in prima huius textus expositione Lec. præcedente. In mortem autem confirmatur & fit immobile. Ideo Christus in cruce iamiamq; moriens dixit. Consummatum est ergo testamentum Christi æternum: quia immobile, & irreuocabile tanta morte confirmatum. ¶ Nouum dicitur respectu ueteris, quod in institutione huius, est terminatum, & euacuatum. In cuius signum in Christi passione uelum tẽpli scissum: & clausa ue. te. mysteria exhibita ueritate reuelata, secundum ꝙ multipliciter hoc testamentum nouum fuit in prophetis repromissum. Dicitur & nouum & æternū: quia noua, & æterna bona promittit. Vetus enim testamentum, quod per hircorum, aut uitulorum sanguinem confir

Heb. 8. matum est: promittebat temporalia, quæ omnia, quia transitoria uetera-scunt, & ad interitum tendunt. secundum illud apostoli ad Heb. 8: Dicendo, nouum ueterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est. Præmisit autem. Melioris testamenti mediator est, quod in

Heb. 9. melioribus promissionibus sancitum est. De quibus bonis, ac promissionum firmitate, item apostolus ad Heb. nono. loquitur Christus inquit, assistens pontifex futurorum bonorum peramplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, ideſt non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut uitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. ¶ Non ergo sola scriptura diuina

conti-

continens mandata testamentū dicitur: sed & promissio testamentū dicitur; secundum illud ad Heb. 9. Ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant, qui uocati sunt hæreditatis æternæ. Et secundum hoc exponitur. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti. i. nouæ, & æternæ promissionis confirmator, sicut promittit ipse dominus Ioh. 6 Qui mandu. meam car. & bi. me. san. habet uitā æternam: quæ uera est hæreditas Christi. Hinc ait apostolus Rom. 8. Si autē filij, & hęredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, quoad perceptionem scilicet beatitudinis, & gloriæ. Christus quidem est naturalis hęres, quia naturalis dei filius, & ideo natura beatus. Nos autem dei filij sumus adoptiui. Vnde & nobis hæreditas filij beatitudo scilicet Christi promittitur, & datur ex testamento morte Christi confirmato. Per hanc enim mortem meruit; ut introitus regni cælorum concederetur omnibus mandata ipsius conseruantibus. Quapropter dixit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vel etiam secundum Inno. dicitur nouum. i. ultimum. i. post ue. te. institutum. quo modo & dies ultima dicitur nouissima, ut secundum Alex. inde probetur æternum. i. perpetuum, unde asseritur nouum. i. ultimum. Sic ergo æternum dicitur non propter carentiam principij, sed propter negationem successionis alterius. Nullū enim aliud subsequitur istud: sicut istud secutum est ue. te. Hinc damnatur quorundam error hæreticorum dicentium, ꝙ sicut testamento ueteri, quod appellāt testamētū patris, succesſit testamētū nouū, ꝙ dicūt testamētū filij: ita & illi succedet testamentū tertium: ꝙ erit testamentum spiritussancti. Huius erroris falsitas manifesta est: quia dicit ueritas, quę fallere nescit: ꝙ hic est sanguis æterni testamenti. Æterno autem nihil potest succedere: alioquin non esset æternum. Si dicis nouum, quomodo æternum. Nam quòd æternum est, ita principio caret sicut & fine. Ad hoc respondetur: ꝙ quantum ad dei præordinationem, & ipsam hæreditatem, quam promittit: æternum est, quia ab æterno ordinatum est: & ab æterno præparatum, sed quātum ad exhibitionem nouum. Sic ergo simul est æternum, & nouum, sed respectu diuersorum. hæc Tho. ¶ Adhuc dicitur testamentum Christi nouū, quia nouo modo dedicatum. Vetus enim testamentum dedicatum est, & consecratum sanguine irrationalium pecudum. Vel lecto legis mandato a Moyse omni populo, populus testamentum accepit, & se ad obseruandum obligauit. Moyses ad confirmandum testamentum & legem, sanguine hircorum aspersit librum, & omnem populum, dicens. Hic est sanguis testamenti confirmatiuus, quod ad uos mandauit dominus. Historia habetur Exod. 23. & commemorat apostolus ad Heb. 9. Testamentum uerò nouum nouo modo dedicatum est, scilicet sanguine noui hominis, sanguine agni immaculati. Ex quo etiam patet excellentia noui testamenti supra testamentum uetus. Congruebat autem nouum testamentum sanguine confirmari, ut sic esset correspondentia figurati ad figuram. Omnia n. uete. testamenti cærimoniæ, & sacrificia, figura fuerunt noui testamenti in unico sacrificio Christi consummato. Sequitur. ¶ Mysterium fidei. ¶ Hic tangitur secundus effectus, qui est secretorum fidei insinuatio. Vnde dicitur sanguis ille mysterium fidei referendo ad fidem passionis, & mortis Christi, quę fuit sacratissimum secretum sub figuris ue. te. latens, & absconditum: præcognitum tamen a patribus tanquam mysterium generalis redemptionis totius humani generis. Hæc autem fides crucis, & passionis Xpi per sanguinem ipsius manifesta est. Non enim effluxit sanguis sine uulnera-

Heb. 9.

Ioh. 6.
Rom. 8.

Inno.

Alex.
Matth. 19.

Exod. 23.
Heb. 9.

Eucharistia quō, & quare dicit mysteriū fidei.

tionū,

tione, & corporis passione. Vel potest referri ad fidem, quæ habetur de ueritate corporis, & sanguinis, quæ licet sint res contente sub speciebus sacramentalibus, sunt tamen & ipsa sacramentum significatiuum unitatis fidelium per gratiam, & charitatem. De quo supra lectio. 39. dictum est. Quia igitur sanguis Christi sacramentum est spiritualis uirtutis fidei, & charitatis, quibus fideles corpori mystico adunantur, quas in digna eius perceptione suscipimus, sanguis ille dicitur mysterium fidei. Vel tertiò dicitur mysterium fidei: quia est fidei obiectum. Ad cuius intelligendam existentiam sub sacramentalibus symbolis fides est summe necessaria: quia ad eius intelligentiam humana fragilitas ascendere non potest. Excedit quippe creatæ rationis acumen, & sensum propter multa mirabilia, quæ sola diuina potentia super naturam operatur. unde salubriter creditur, superuacue inuestigatur. Est ergo mysterium fidei, quia obiectum secretissimum sola fide cognoscibile. Nec tamen ideo minus est in sacramento corporis & sanguinis ueritas: quia mysterium hic a Christo dicitur. de quo supra lec. 39. sufficienter puto dictum. ¶ Et licet sacramentum illud, sacramentum sit charitatis: ut dicit Chrys. Est enim indicium diuinæ ineffabilis charitatis, quam in passione (cuius memoriale est) exhibuit: & inductiuum, & allectiuum ad charitatem: & similis effectus inductiuum sicut charitas. Hoc enim sacramento uniuntur membra adinuicem capiti, sicut & charitate. Quare ō dicitur mysterium charitatis.

Conuenientius tamen dicitur mysterium fidei, quam charitatis, quia mysterium dicitur proprie occultum, uel secretum: quod conuenit fidei, quæ est non apparentium, quasi absconditorum, uel secretorum argumentum. ad Heb. 11. Charitati autem proprie non conuenit mysterium, eo q̄ ipsa fiunt quasi experimentaliter omnia manifesta, unde Ioh. 15. dixit. dominus apostolis. Vos dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci uobis. Ioh. 15. ¶ Quamuis etiam in omnibus sacramentis sit aliquid occultum, & secretum: fide credendum tamen sicut baptismus specialiter dicitur sacramentum fidei, pro eo, q̄ dicitur ianua sacramentorum (quia in eo primo infunditur fides: & ab eo est primus status fidelium scilicet generatio spiritualis imprimitq; characterem fidei.) Ita & sacramentum eucharistiæ: est sacramentum, aut mysterium fidei, quia totum fidei est, quod in sacramento contingit, & sola fide comprehensum in conuersione, in cōtento, in accidentibus, in sumptione. Nihil tale est in alijs sacramentis: licet cooperatio eorum ad gratiam occulta sit, & ad fidem pertinens: non tamen sic cætera omnia. Sequitur.

DE TERTIO EFFECTV IDEST REMISSIONEM peccatorum.

QVI pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ¶ Hinc tangitur effectus tertius, qui est peccatorum nostrorum remissio, ac multorum salus, & iustificatio. Vnde dicitur, qui scilicet sanguis pro uobis iudæis, quos per apostolos, quibus loquebatur, intellexit: quoniam genere fuerunt iudæi: & pro multis scilicet gentilibus per uos ad fidem conuertendis: effundetur scilicet in passione statim imminente in remissionem peccatorum: unde dicit Petrus. Non corruptibilibus auro, uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed præcioso sanguine quasi agni im-

macula

maculati Christi,& incontaminati. 1.Pet. 1. Et Apocal. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Dicitur autem pro uobis, & pro multis, & non pro omnibus:quia licet quantum ex se sit sufficiens pro remissione peccatorum omnium hominum: non tamen efficaciam habet in omnibus hominibus: propter quorundam hominum indispositionem, qui ponunt obicem gratiæ dei: quam nobis meruit passio Christi. Vnde dicitur communiter, ꝙ effusus est sanguis Christi pro omnibus quantum ad sufficientiam, non quantum ad efficaciam. Sufficit enim tollere omnia peccata, ubi non inuenit obicem contrariæ uoluntatis. Efficit enim salutem in solis prædestinatis, & electis. Hi enim soli per ipsum consequuntur remissionis gratiam, & futuræ hæreditatis gloriam. Vnde ad Heb. 9. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Multorum dicit, non omnium. ¶ Electi autem erant discipuli, quos signauit dominus,cum dixit, Pro uobis:& alij plures ex iudæis,& gentibus, propter quos dixit:& pro multis. ¶ Vel potest ita distingui secundum Alexan. quia sacerdotes debent pro se specialiter, & pro aliis orare.ut dicit apostolus ad Heb. 5. loquens de pontifice ex hominibus assumpto. Quoniam ꝙ ipse circundatus est infirmitate, & propterea debeat quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Ideo dicit pro uobis scilicet sacerdotibus:& pro multis, scilicet subditis. ¶ Effundetur, non dicitur secundum partem, sed secundum totum. Liquor quippe qui de uase funditur secundum partem,fundi quidem dicitur, sed non effundi, de sanguine autem Christi hic dicitur, effundetur.i.totaliter, & penitus de corpore fundetur. ¶ Quamuis autem una gutta tam pretiosi sanguinis sufficiens fuisset pro totius mundi redemptione, ut uult beatus Ansel.Cur deus homo.Et beatus Bern. Voluit tamen Christus ipsum liberaliter, & largiter fundere, ut dilectionis suæ,& uirtutis magnitudinem demonstraret: quatenus ad se super omnia diligendum nos inuitaret. ¶ Cætera quidem omnia deus fecit in pondere, numero, & mensura,non sic in sui effusione sanguinis. Ibi.n. neque numerum seruauit, ut centum, aut mille gutteulas funderet, nec pondus, ut eius nobilitatem appreciaret, ut cum nostra indignitate per uncias libraret, nec mensuram, ut calicem unum, uel duos propinaret, quibus reddendum præmium mensura præcisa compensaret. Sed totum dedit: totum fudit, ut copiosa esset apud eum redemptio. Vt in uirtute effusi sanguinis iustitiæ nostræ de se indigne præmium sublimissimum, quod in cor hominis non ascendit, pondus gloriæ immensum, quod auris non audiuit: & mensuram superfluentem, quam oculus non uidit: longe actis prius peccatis omnibus sortiretur. Effundendus igitur erat sanguis, non de capite tantum: aut tantum de manibus: aut pedibus, sed de his, & toto reliduo corpore, quod præuidens Esa. 53. ait. Non erat ei species, neque decor: reputauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Haud dubium propter plagarum uniuersalitatem. Vnde & non incongrue dici potest de eo quantum ad pœnam, quod dicitur Esa. 1. cap. de peccatoribus quoad culpam. A planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Nimirum, quia uere languores nostros pertulit: & dolores nostros ipse portauit. Eiusdem 53. Et licet ex scriptura canonica non habeamus certum testimonium de numero uulnerum Christi, per quæ preciosus ille sanguis tam prodige effluxit, dicitur tamen, quòd quibusdam deuotis personis numerus hic reuelatus est. Fertur quoq; quòd fuerunt. 1475 de quo communiter habentur hæc metra Septuaginta quinque quater centum millia quinq;. Tot fertur Christus pro.

1. Pet. 1. Apocal. 1.

R

Heb. 9.

Heb. 5.

Alex.

Ansel. Bern.

Sap. 11.

Esa. 53.

Esa. 1.

Xps in passione sua nõ parte sanguinis, sed totã abundantissime pro peccatoribus effudit.

nobis

nobis uulnera passus. Vnde si quis per singulos dies integri anni, diceret quindecies dominicam orationem, pro singulo uulnere unam orationem obtulisset: quod patet multiplicando numerum dierum anni, scilicet 365. per
Psal. 29. 15. resultabit numerus supradictus. Similiter si quis Psal. 29. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me (qui simul de passione canitur, & resurrectione: ut non passio terreat, quos spes resurrectionis lætificat: ut dicit Augu.
Aug. in glo.) singulis diebus per annum dixerit, uel singulis sextis ferijs septies uice septem horarum canonicarum per annum legerit: pro quolibet uulne
Psal. 15. re uersum unum in gratiarum actione rependit. Habet enim Psalmus ille 15. uersus, præter gloria patri. Alijs pie uidetur, quos passus sit legionem uulnerum scilicet. 6. mille. 600. & 66. Verú quicquid sit de numero uulnerum: certum est q̃ totus sanguis effluxerat, propter quod in eius per-
S sona propheta. Aruit, inquit, tanquam testa uirtus mea. ¶ Neq; tantum semel effusus est: sed uicibus multis. Vnde præter effusionem eius in circú cisione: sex uicibus legitur effusus in passione. Primo in oratione facta in
Lu. 22. horto post cænam ultimam: ubi factus Iesus in agonia prolixius orauit. Et
Marci. 15. factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Secundo in flagellationem, de qua dicitur. Et tradidit eis Iesum flagellis cesum ut
Ioh. 19. crucifigeretur. Tertiò in coronatione, de hac habetur. Ioh. 19. Et milites
Anfel. plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. de quo Anfel. in sermone. Coronatus incedit. Sed ipsa eius corona cruciatus est illi: & millæ punctur is speciosum eius caput diuulnerat. Quarto in manuum per-
Ioh. 20. forationē. Quinto in pedum affixione. de his Lucas ibi. Crucifixerunt eum, & latrones, unum a dexteris, alterum a sinistris. ¶ De clauis uerò
Iohan. solus Iohannes facit mentionem, cum Thomam refert dixisse. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum
Ioh. clauorum &c. Cui & dominus dixit. Infer digitum tuum huc, & uide manus meas. Sexto in lateris apertione: de qua idem Ioh. Et unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis, & aqua. Primò scilicet sanguis, quo toto defluxo, sequebatur aqua in testimonium totius sanguinis effusi, ut uult Simon de cassia. Ad quid autem effundendus erat:
T sequitur cum additur. ¶ In remissionem peccatorum. De quo 1. Ioh. 1.
1. Ioh. 1. Col. 1. Sanguis filij eius emundat nos ab omnibus peccatis. Et ad Col. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem per sanguinem crucis eius, & remissio peccatorum. Complacuit enim patri reconciliari per eum omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius: siue quę in cælis, siue quæ in terris sunt. Ibidem. ¶ Hoc autem multipliciter prefiguratum est in uete. testa. Nam per sanguinem agni liberati sunt ab angelo omnia primogenita ægypti percutienti. Per sanguinem mundati sunt a peccatis: ut patet per to-
Exo. 12. tum Leuiticum. ubi dicitur: q̃ sine sanguine non fiebat peccatorum remis-
Heb. 9. sio, propter quod dicit apostolus ad Heb. 9. Omnia pene in sanguine mũdatur. Per sanguinem quoq; fuit populus sanctificatus, dum Moyses aspergens sanguinem super populum: hic est ait sanguis testamenti: quod mandauit ad uos deus: Similiter non sine sanguine patuit ingressus summo sacerdoti semel in anno in sancta sanctorum: sed nec tabernaculum: nec uasa ministerij: sine sanguine sanctificata sunt: ut tangit apostolus ad Heb. 9.
Heb. 9. propter quod subdit. Omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Hæc autem omnia figuralia fuerunt, ut tangit. 1. Cor. 10. Et per sanguinem Christi in nobis in ue-
1. Cor. 10. ritate completa. unde ubi supra ait apostolus. Si enim sanguis hircorum,

Sex uicibus effudit sanguinem Xpi in passione.

taurorum,& cinis uitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum deo uiuenti. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento: repromiſſionem accipiunt, qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Ad idem ſunt innumera ſcripturæ teſtimonia: quæ lõgum eſſet adducere in re ſatis fidelibus manifeſta. ¶ Hæc quotieſcunq; V

Cõſecratio ſanguinis efficacia.

feceritis, in mei memoriam facietis. ¶ Hoc eſt membrum tertium ſecundæ particulæ quartæ partis principalis. In quo poſt traditam priore membro formam conſecrationis: additur ſignificationis efficacia conſecrati ſanguinis. Et ſecundum Guilhel. in rationali hæc clauſula reſpicit tam conſecrationem corporis, quam ſanguinis, & ſic exponi poteſt. Hæc quotieſcunq; feceritis.i.conſecraueritis, ſiue obtuleritis, hęc, ſcilicet corpus, & ſanguinem: In mei memoriam facietis. Hæc quidem una cauſa fuit inſtitutionis ſacramenti huius in eccleſia militante, ut ipſum eſſet ſignum memoriale, & repræſentatiuum iſtius ſummi ſacrificij, quod Chriſtus obtulit in cruce. in quâ ſuſtinuit mortem in corpore: & ſanguinem fundit in precium redemptionis noſtre. de quo beatus Amb. ſuper epiſtolam ad hebræos. In- Guilhel. Ambro.

Chriſto Ieſu ait, ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerimus, ſed ad recordationem mortis eius, & una eſt hoſtia, non multæ: quia ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius. Idipſum ſemper idipſum, proinde hoc idem eſt ſacrificium. Alioquin diceretur: quoniam in multis locis offertur, multi ſunt Chriſti nequaquam. Sed unus ubiq; eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenus. Sicut enim quod ubiq; offertur, unũ eſt corpus, & non multa corpora: ita & unum ſacrificium. Pontifex autẽ ille eſt, qui hoſtiam obtulit nos mundantem. Item ipſam offerimus, & nunc, quæ tunc oblata eſt, conſummi non poteſt. Quod nos facimus in cõ memorationem fit eius, quod factum eſt. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Et habetur de conſe. diſtinctio. 2. in Chriſto. Ecce dixit beatus Amb. q unum eſt ſacrificium, quod obtulit Chriſtus: & quod Amb.

nos offerimus, quamuis non eodem modo offeratur. Ab ipſo quidem oblatum eſt in mortem, a nobis non in mortem: quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6. ſed in mortis recordationem offertur a nobis. Vnde noſtra oblatio non eſt reiteratio ſuæ oblationis, ſed repræſentatio. Et propter hoc dicit beatus Aug. in lib. ſen. proſperi. Semel immo- Rom. 6. Aug.

latus eſt in ſemetipſo Chriſtus; & tamen quotidie immolatur in ſacramento. quod ita intelligendum eſt, quia in manifeſtatione ſui corporis, in diſtentione ſuorum membrorum omnium, uerus deus, & uerus homo, ſemel tantum in cruce pependit: offerens patri ſeipſum hoſtiam uiuam, paſſibilem & mortalem, uiuorum & mortuorum redemptionis efficacem eorum. ſ. quos altitudo diuini conſilij redimendos iudicauit, præſciuit, prædeſtinauit, uocauit modis, & temporibus, quibus id fieri congruebat. Et habetur de conſe. diſt. 2. Semel. 2. Ecce dicit Aug. q Chriſtus in propria forma, & ſpecie humana obtulit ſe in cruce, ſed ita non offertur a nobis quotidie: ſed in ſacramento, & extranea ſpecie: ut repræſentet ipſa oblatio illud quod olim factum eſt. Facit enim nos moueri, tanquam uideamus dominum mori in cruce. Et ideo dicit ſuper Pſal. 20. ut habetur cap. immediate præcedente. Et ponuntur in glo. uerſus, qui ſequuntur. Clauditur hoc uaſe noſtri qia uictima phaſe. Viua ſalutaris ſemel in cruce, ſemper in aris.

Quos

Quos recreas Iesu: iam sacri corporis esu. A uitijs munda sacrati sanguinis unda. Sed creditur Iesus, remanet integer esus. Res occultatur, quare quia si uideatur. Forsitan horrores, & manducare timeres. Vt sine subiecto nubes in aere pendet. Et centum terræ sustentat abyssos in mari. Sic X uini color, sapor, & pondus quoq; panis. Hæc ibi. ¶ Vnde ad repræsentandam distinctius passionem Christi in immolatione huius sacrificij, sanguis seperatim in calice consecratur: quia in passione Christi sanguis fuit a corpore Christi seperatus. Et propter hoc in canone plus ad consecrationem sanguinis quam corporis additur. Hæc quotienscunque feceritis, &c. Licet ad utrumq; referatur, quia expressior est significatio passionis Christi per sanguinem, quam per corpus, quia corpus esse potest sine passione. Sanguis seperari non potest sine corporis uulneratione. Ideireo hanc Christi passionem, per sacramenti (sub speciebus sensibilibus) consecrationem non ita appropriate designat. Vnde & in die passionis (s. parasceues) sacerdos non consecrat, sed sumit sacramentum tantummodo sub specie panis, ad refectionem potius in persona totius ecclesiæ, quã ad significationem passionis, quæ fit per consecrationem corporis, & sanguinis distincti. speciebus, quia sancta mater ecclesia per totum officium, quod peragit die illo, commemorat passionem Christi: & effusionem sanguis de sanctissima sua carne. ¶ Alio modo exponi potest hæc particula. Hęc quotienscunq; feceritis. Quotienscunq; feceritis. i. manducaueritis, & sumpseritis. Hæc (s. corpus, & sanguinem sub speciebus panis, & uini. In mei memoriam facietis. Non enim dumtaxat consecratio sub distinctis speciebus repręsentat passionem Christi: sed etiam manducatio corporis, & potatio sanguinis sub eisdem speciebus: eandem Christi passionem significat, unde apostolus utrumq; hoc simul complectens ait. Quotienscunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. 1. Cor. 11. De quo beatus Augu. in de trini. & habetur de consecratione distinctione 2. Quia morte. Quia morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo, & potando carnem, & sanguinem quæ pro nobis oblata sunt significamus. Item de eodem in lib. sententiarum prosperi de conse. dist. 2. Dum frangitur. Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur: quid aliud, quam dominici corporis in immolatio: eiusq; sanguinis de latere effusio designatur? ¶ Qualitercunq; autem hæc uerba exponantur iuxta tamen doctorum probabiliorem sententiam, prolata sunt a Christo dumtaxat ad apostolos, & in ipsis ad quoslibet eorum legitimos successores. Istis quidem dictum est a domino. Hoc facite in meam commemorationem. Facite. i. conficite. ¶ Hic eos in sacerdotes ordinasse creditur. Et ipsis potestatem consecrandi contulisse, ut accipitur a Hiero. in de illustribus uiris: ut etiam supra allegatum est. Si ergo ad omnes fideles generaliter se extenderent tanquãm ad omnes a Christo prolata, omnes recepissent potestatẽ consecrandi, quod nemo dicit. ¶ Hinc & soli sacerdotes hodie in ecclesia Romana corpus, & sanguinem domini participant sub distinctis speciebus. Non tantum inducti ad rememorandum Christi passionem, cuius ipsi sunt ministri (specialiter in ecclesia deputati, sed propter præceptum ecclesiæ ipsos ad hoc faciendum districte obligans, de quo in c. comperimus de conse. distinctio. 2. supra frequentius allegato, qui canon de solis sacerdotibus loquitur, ut patet ex rubrica, & glo. ¶ Hinc tamen occasionem acceperunt Bohæmi, dicentes sumptionem sub duplici specie esse de necessitate salutis omni fideli: de quo infra cum de manducatione, ac sumptione agetur, latius domino concedente dicetur.

Eucharistiæ consecratio quare sub distinctis speciebus.

1. Cor. 11. Aug.

Hiero.

¶ Miste-

¶ Merito autem, ac congrue agitur hæc Christi memoria in ecclesia: propter multiplex malum euitandum, quod incurrimus ex obliuione dei, ac suorum beneficiorum. Incurrimus.n. ingratitudinē, per quā amittimus diuinā gratiā: ac diabolicæ subijcimur protestati, de quo Deuteron. 32. dicitur. Deū, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es domini creatoris tui. Propter quod ait. Abscondam faciem meā ab eis. i. subtrahā gratiā, quæ est fons omnis meriti. Vbi autem fons perit, rius necessariō aresci. Eris deserta: quia oblitus es dei saluatoris tui. De secundo habetur ad Rom. 1. Sicut nō probauerunt. i. noluerunt habere deum in notitia, tradidit illos in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conueniunt. Faciendo autem ea, quæ nō cōueniūt. i. peccando obligamur, & incorporamur diabolo, qui caput est omnium malorum secundum beatum Greg. In quo autem magis secludi potest dei obliuio: eiusq; memoria arctius fidelium cordibus infigi: quā in oblatione, & sumptione corporis ueri, & naturalis sanguinis Christi in sacramēto. In quo teste Psal. Fecit dominus memoriam mirabilium suorū, per quæ sursum tollitur ratio ad meditandum summā, ac immēsam dei potentiā per fidē, & cognitionē. In quo deus ostendit suam maximā charitatē, & dilectionem: in eo q̄ seipsum tradidit in mortem, ut nos a morte liberaret, se etiam nobis traderet in cibū, quo aleremur ad uitam. Per quā multum inflammatur affectus ad ipsum diligendū. In quo demū patefecit maximā suam liberalitatem in nos pauperes, & egenos magis, quam in eos, q̄ in hoc sacro, se manducantibus, pignus se dedit promissæ futuræ gloriæ. In hoc enim erigitur spes nostra, & roboratur illo fruendi in gloria, quē nunc uelatum summimus in uia. Et quomodo non erit nobis futura beatitudo, qui esse nunc dignatur noster cibus, & spiritualis refectio. Iure itaq; hæc aguntur a sacerdotibus potestatem hanc a Christo accipientibus in passionis memoriam: per cuius passionis meritum, hæc nobis dona; & quæcunq; gratuita sunt donata a patre cooperante. ss. per filium. Cui sit salus, & imperium per infinita seculā seculorum. Amen. Y

Deuter. 32.

Esa. 17.

Rom. 1.

Grego.

DE REMEMORATIVA OBLATIONE consecratorum.

LECTIO LIIII.

Expositio textus, unde & memores usq; supra qua.

VNDE & memores domine nos serui tui: sed & plebs tua sancta eiusdē̄q; filij tui domini dei nostri tā beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriosæ ascensionis offerimus præclare maiestati tuæ: de tuis donis ac datis, hostiā puram, hostiā sanctam: hostiā immaculatam, panē sanctū uitæ æterne, & calicē salutis perpetuæ. ¶ Postquā in præcedenti parte quarta posita sunt uerba formalia, & substantialia consecrationis sacrosancti corporis Christi, & pretiosi sanguinis. In hac parte quinta principali totius canonis subditur consecratorum rememorativa oblatio, ac salutis petitio his, qui perfruūtur consecratis. Et subdiuiditur in tres. In quarum prima ponitur consecratorū (in memoriā Xpi) oblatio. In secunda petitur oblatorū acceptatio, ibi. Supra quæ propitio. In tertia postulatur diuinæ gratiæ participatio, ibi. Sup- A

plices te rogamus. ¶ Prima pars tres habet clausulas. In prima tangitur offerentium qualitas, & differentia. In secunda Christi, & operationum eius claritas, & memoria, ibi. Eiusdem Christi filij tui domini dei nostri tam beatæ &c. In tertia consecratorum varietas ac diuersas nomina, ibi. De tuis donis, ac datis. ¶ Quoad primum: quia dominus ipse hæc in sui memoriam præcepit fieri di. Hoc facite in meam comme. Vnde. i. ex hoc præcepto sacerdos in persona ecclesiæ ad patrem dicit. O pater clementissime. Vnde. i. ex quo Christus filius tuus voluit: ut illa in sui memoriam faceremus, quæ ipse benignissimus in ultima cœna facere, & instituere dignatus est pro sua benignitate, & misericordia. Nos serui tui. sacerdotes, & præsbyteri, quo nostrorum ordinum ministeria ad hæc offerenda accepimus. Vos autem sacerdotes domini uocabimmi ministri dei nostri: dicetur uobis. Nos inquam serui quę succedimus apostolis, quos in sacerdotes filius tuus personaliter consecrauit: & in ministerium suum specialiter deputauit, dum eis dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Nos in idē opus ab ecclesia ordinati, & potestatem ab eodem Christo domino nostro accipientes. Sed & plebs tua. i. tota communitas Christiana. Sancta. i. sacratis sacramentis imbuta. Vel sancta. i. fide, & charitate in susceptione baptismatis sanctificata. Vel sancta. i. sanctis legibus regulata. Adhuc sancta. i. sanguine Christi ablua, & in Christi sponsam iugiter copulata. De cuius sanctitate latius supra habetur. lect. 22. Nos inquam serui tui: sed & plebs tua sancta. Memores eiusdem Christi filij tui. Hic memoranda, scilicet Christus, & operum suorum claritas proponuntur. Memores eius, cuius nūquā habenda est obliuio. ut dicit Albertus. Psal. 62. Sic memor fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus. Et iterum Psal. 136. Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui. Eiusdem cuius corpus, & sanguinem consecimus, & participamus. Christi mediatoris dei, & hominum cuius corporis, & sanguinis participatione in ipso corporati manemus, sicut ipse ait Iohan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: & Iohan. 15. Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso: nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Filij tui, tibi consubstantialis, qui tecum unus est in esse in essentia: sicut ipse ait Ioh. 10. Ego, & pater unum sumus, ut per ipsum ad te clementissimum patrem accessum habeamus. Iustificati ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habeamus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus; & gloriamur in spe filiorum dei. Propter hoc enim ut ait August. uniuie sacrificium, & offerentem cum patre, ut non resisteremus, sed per sacrificium & offerentem accederemus usq; ad patrem. Ipse enim Christus sacerdos, & sacrificium uerus est cubicularius, & uerus ostiarius, qui ad secreta patris introducit. In cuius figura Gen. 43. dicitur. Introduc uiros domum, & occide uictimas: & instrue conuiuium: quia hodie mecum sunt comesturi meridie: hoc est in plena luce: & charitatis feruore reficiendi sunt dulcedine diuinitatis meæ unde dicit. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inuenier, & ibidem. Huic ostiarius aperit: ubi dicit glo. Aug. q̄ Christus est mediator: est ostium, & ostiarius fidelis, introducens ad patrem. Domini, qui facultatibus diues est in omnes. Idem dominus omnium diues in omnes. Dei, quia nisi deus esset, nos usque ad se per hostiam non introduceret. Iohan. 1. Deum nemo uidi unquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Nostri, quamuis enim sit dominus, & deus omnium.

Quare fit in canone memoria passionis, resurrectionis, & ascensionis.

Psal. 62.

Psal. 136.

Iohan. 6.

Iohan. 15.

Ioh. 10. Rom. 5.

August.

Gen. 43.

August.

Ioh. 1.

tamen

tamen noster deus est per specialem curam, & prouidentiam, quam gerit de nobis, & specialem misericordiam, quam exhibet nobis: per gratiam nos vocans in sortem filiorum, & sanctorum, quorum ipse se deum nominari non cõfunditur: unde Apo. 21. Et ipsi populus eius erunt, & ipse deus cũ eis erit eorum deus. Et in Psal. 94. Ipse est dominus deus noster: nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius. ¶ Tam beatæ passionis. Hic operum claritas: quorum memoriã habenda est designatur. Vnde tria commemoranda proponit sancta mater ecclesia. s. Christi passionem: resurrectionem: & ipsius in cœlum ascensionem. Quorum primum, quod est passio secundum Inno. & Alex. accendit charitatem: secundum. i. resurrectio corroborat fidem: tertium. i. ascensio amplificat spem. Quid enim magis accendit charitatem in nobis, quam ꝙ proprio filio suo non pepercit deus: sed pro omnibus nobis tradidit illum? Rom. 8. Qui secundum patris uoluntatem pro nobis factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Quid ẽt magis in nobis confirmat fidem, quam ꝙ Christus, qui se resurrecturum prædixit, tertia die resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium: ut sicut per hominem mors: ita per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo oẽs uiuificabũtur. 1. Cor. 15. Quid demũ magis amplificat spem: quã ꝙ Xps ascendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ephe. 4. ut sic ubi esset iste: ibi esset & minister eius. ¶ Sed forte hic quis diceret. Ex quo dominus hic fieri præcepit memoriam eius passionis: quare hic, additur memoria resurrectionis, & ascensionis? Respondet Alex. q. 37. parte 4. Christus præcepit in huius sacrificij celebratione memoriam fieri suæ passionis propterhoc: ut facientes assequerentur fructũ eiusdẽ, ad quẽ assequẽdũ maxime promouet fides resurrectionis, spes ascensionis. Ideo harũ memoria nõ inutiliter infertur. Vel aliter præceptũ dñi intelligi põt. In mei memoriã facietis. i. in mei patientis, resurgentis, & ascendentis. Non ergo uoluit dñs solũ fieri memoriam suæ passionis: sed ẽt resurrectionis, & ascensionis: ac ceterorum Christi operum. ¶ Dicit ergo celebrans. Memores tam beatæ passionis. i. passionis tam excellenter beatificantis. Christi enim passio causa est meritoria apertionis regni cœlorũ, ꝙ clausum fuit ab origine mundi usq; ad Christũ patientem. Est & causa gratiæ collatæ in præsenti: & beatitudinis in futuro, quæ nulli mortaliũ unquã cõcessa est: neq; cõceditur, nisi in uirtute passionis Christi. Vnde ait Xps. Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Ioh. 14. Et iterũ. Cũ exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Ibidẽ. 12. Vel beatæ passionis, quæ a peccatis liberat, & absolut: quæ impedimentũ præstant beatitudini, ad quam nullus ingreditur peccato maculatus. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationẽ faciens &c. Apoc 21. Vnde & propheta loquẽs de Xpo. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus: utiq; a morbo peccati. Vel secundum Albertum: tam beatæ passionis, quæ mortuos a uinculis mortis absoluit. Vnde Christo in passione moriente, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierunt surrexerunt, & ingressi sunt ciuitatem sanctã, & uisi sunt multis. Vel quarto tã beatæ passionis propter beatitudinem patientis. Passus siquidem Christus qui beatus fuit secundum diuinitatem ex se naturaliter, & secundum animę potionẽ superiorẽ per clarã uisionem, & ruitionẽ unde, & sanctus sanctorũ dñs. propter ꝙ eius passio propter coniunctionẽ duplicis beatitudinis meritò dicit, beata. ¶ Necnon & ab inferis resurrectionis. Ab inferis, ad quos in triduo secundũ animã Christus descẽdit, ut sanctos inibi detentos liberaret, patres,

Passio Christi quę bona contulit nobis.

Apoc. 21. Psal. 94. B

Innoc. Alexan.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Ephe. 4.

Alexan.

Ioh. 14.

Apoc. 21. Esa. 53.

Albert. Matth. 19.

C

scilicet, prophetas. In quibus licet nil purgandū erat: propter peccatum tñ adę portā regni claudens suis meritis beatitudinem attingere non poterāt: sed expectabant precij solutionem: quod fuit sanguis in passione Christi fusus, quā tota trinitas acceptauit tanquam causam meritoriam apertionis regni cælorum. Quamuis enim deus propter passionē Christi futurā cōtulit gratiā, quę a peccatis mundabat, nullā tamen contulit beatitudinē, priusquā fuerit exhibita in facto, & opere exteriore. Vnde & resurgens a mortuis secum duxit, quos purgatos inuenit, eisq; uisionem diuinæ essentiæ, ac fruitionem communicauit, quam in passionis hora latroni confitenti repromittēs, dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Ab inferis: hoc est a sinu Abrahæ, qui

Qūo claudit & aperuit portam regni

Act. 2. limbus patrum dicebatur, & a loco purgatorij, de quo Petrus apostolus loquens de Christo ait. Hunc deus suscitauit a mortuis solutis doloribus inferni: q̄p intelligi non pōt de inferno inferiori, de quo nemo liberatur, neq; ibi est redēptio. Neq; ēt de limbo patrū, quia ibi nō erant dolores, sed cōsolationes, ut patet Luc. 16. Intelligit ig ēt de inferno i. purgatorio, in quo erant pœnæ sensibiles, de quibus quosdam eripuit, dum a mortuis resurrexit. Vel secundum Alb. Necnon ab inferis resurrectionis, qua resurgens alios secum resurgere fecit: quosdam in re, quosdam in certa, & sęlici spe. In ipso enim resurgimus a morte animæ ad iustificationem, & a morte corporis ad gloriam: ad Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. quoad primum, & 1. Cor. 15. Mortui resurgent primitiæ Christus. Deinde hi, qui sunt Christi qui in aduentum eius crediderunt. ¶ Sequitur. Sed & in cælos. Non in aerem, ut erat in Babilonem ut Abacuch. Dan. ult. Nec in paradisum terrestrem, ut Enoch, & Helias, de quibus Gen. 5. & 4. Reg. 2. sed in cælos: non unum tantū sed super omnes, ut dicit apostolus. Qui descendit: ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, ut ad mpleret omnia. ¶ Per omnes namq; cælos, in quibus beati resident, hoc est per omnes angelorum choros ascēdit, omnes & singulos suis illuminationibus repleuit, & idcirco decem diebus celebratur ascensio domini, quia nouem angelorum choros conscendit, & in decimo trinitatis cælo ac dexterā patris cōsedit. Et sicut a summo cælo egressio eius: sita secundū prophetā occursus eius usq; ad summū eius. Nec sit, qui se abscondat a calore eius. Gloriosæ, quia in corpore glorioso, & immortali, in quo resurrexit, ad cælos ascendit. Nā resurgens ex mortuis iam non moritur Rom. 6. Vel gloriosæ: quia nullius extraneæ uirtutis adminiculo: sed propria uirtute, & potentia ascendit. Vnde Greg. in Homel. Redēptor noster nō curru, nō angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia, sup omnia sua uirtute ferebatur. Vel tertio glorioſe propter assistētiam angelicarū uirtutū, & cælestiū glorioſorū spirituū: occurrumq; exercitus totius cælestis militię, atq; propter turbā gloriosam Christum concomitantē. Duxit quidē secū patres sanctos ueteris testamēti prophetas, & patriarchas, ac oēs quos de sinu Abrahæ, & inferno liberauit. secūdū illud Ps. Ascendēs Xps in altū captiuā duxit captiuitatem. Ascensionis, qui nos in hostia Xpo incorporatos in cælos ascendere facit. Michęæ. 2. Ascēdit inter pandēs ante eos. Iohannis. 16. Expedit uobis, ut ego uadam, quia uadō uobis parare locum, & si abiero, & preparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum. ut ubi sum ego, & uos sitis. Eiusdem. 14. quia ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: deum meum, & deum uestrum. Ibidē. 20

Alber.

Luc. 16.

Rom. 4.
1 Cor. 15.

D

Dan. ult.
Gen. 5.
4. Reg. 2.
Ad Eph. 4.

Rom. 6.
Grego.

Psalmus.

Iohan. 16.

Hæc ergo sunt tria Christi magnalia: quorum nos seruitui, & plebs tua sancta memores sumus. ¶ Dum autem hæc uerba sacerdos proferens incipit: in modum crucis manus suas extendit ad utrumq; altaris cornu

nu, ut sic corporis gestu, manuum Christi extensionem in cruce factam repræsentet: secundum magistrum in rationali: quatenus passio Christi, quæ mente memoratur, & uerbis significatur, etiam gestu corporis explicetur. Vel secundū alios fit expansio brachiorū ad cornua altaris: ut significetur, & insinuetur, ꝙ Christus pro iudæis, & gentibus passus sit, quæ per duo cornua altaris designantur. ¶ Dicens uerō, necnō ab inferis resurrectionis, manus ad se reducens parum erigit, in signum, ꝙ Christus inuictus leo a mortuis resurrexit, ficq; & resurrectio significetur signis, quæ uerbis explicatur. ¶ Demum dicens, & in cælos gloriosæ ascensionis, manus aliquantulum altius erigit usq; ad humeros: in signum; ꝙ Christus eleuatis manibus ferebatur in cælum. Vt sic etiam ascensio significetur per corporis nutus, sicut passio, & resurrectio designatur. ¶ Sequitur. Offerimus. Hic additur tertia clausula, in qua tangitur consecratorum uarietas, & diuersa nomina. Vn de dicitur. Nos serui tui sacerdotes, & plebs tua sancta, passionis, resurrectionis, & ascensionis filij tui (clementissime pater) simul memores. Offerimus simul, non tamen simili modo. Nos enim sacerdotes offerimus in ministerio, & opere: sed plebs tua sancta uoto dumtaxat, & deuotione. Sacerdote namq; soli consecrant, & soli offerunt; ut personæ publicæ pro salute totius ecclesiæ. Alij autem offerre dicuntur: quia desiderāt & precantur deum, ut sacerdotis oblatio accepta habeatur, & salus, quæ petitur, fidelibus concedatur. Offerimus igitur o pater clementissime. Præclare maiestati tuæ. i. præ cæteris clarę: secundum Inno. Nam si iusti fulgebunt sicut sol, in regno patris æterni, quanto magis præfulget diuina maiestas, radiat, & corruscat in loco beatorum, ubi deus ipse gloriosus sicut est facie ad faciem intuetur, ubi nihil obscuritatis admixtum. Sed in dispari claritate sanctorum est par gaudium; ut dicit Augustī. Offerimus igitur maiestati tuæ. De tuis donis, ideſt de frugibus terræ: quantum ad panem, qui conuersus est in carnem Christi. Ac datis, ideſt fructibus arborum quantum ad uinum in sanguinem Christi conuersum. Non ꝙ in oblatione hic sit panis, & uinum, sed quia: quæ offeruntur ex pane, & uino, sunt contecta, & sub speciebus panis, & uini remanentibus latentia, & idcirco offerre nos dicimus de fructibus segetū, & arborū. Vel exponi potest. ut dona ad spiritualia: & data ad temporalia referantur, ut sit sensus. Inter cætera dona spiritualia, & data temporalia, quæ nobis contulisti, offerimus maiestati tuæ, tanquam potissima dona, & data. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, ipsam, scilicet eucharistiam, quæ possunt exponi in ordine ad eucharistiam in seipsa, uel causaliter in ordine ad nos. Primo modo dupliciter: uel per impuritatum exclusionem, uel perfectionum positionem. Primo modo sic secundum Alex. Hostiam puram. i. mundam a fomite originalis peccati. Hostiam sanctam: sine fece, ac terra peccati mortali. Hostiam immaculatam, sine contagione peccati uenialis. Vel puram, per cuiuslibet peccati eliminationem quantum ad cogitationem. Sanctam quantum ad locutionem. Immaculatam quantum ad operationem. quia ipse solus est, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vel secundo hostiam puram, quantum ad deitatem, quæ est lux purissima: in qua non sunt tenebræ ullæ. 1. Ioh. 1. Habitat enim luce inaccessibilem. 1. Timo. 6. Hostiam sanctam, quoad animam omni gratia, & sanctitate plenissimam. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Ioh. 1. In eo namq; omnes thesauri sapientiæ, scientiæ Dei absconditi sunt: ad Col. 2. Hostiam immaculatam, quantum ad carnem de purissima uirgine sanctispiritus operatione cōceptam:

B

Inno. Mat. 13.

Aug.

Alex.

1. Pet. 2. 1. Ioh. 1. 1. Timo. 6.

Ioh. 1. Col. 2.

Pſal. & ideo omni naturali corporis perfectione decoram. In Pſ. Specioſus forma præ filijs hominum diſ. eſt gratia in la. tuis : propte. benedi. te &c. Et ſequitur. Specie tua, & pulchritudine tua intende proſpere, procede, & regna. ¶ Vel tertiò. Hoſtiam puram, cauſaliter. i. nos purificantem, & a fomite originalis criminis. Sicut. n. per unũ hominem, peccatum in hũc mũdũ intrauit: & per peccatum mors. Item ſi unius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia dei, & donũ in gratia unius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit. Roma. 5. Et hoſtiam ſanctam nos ſanctificantem: & omnem uirtutem, & ſanctimoniã tribuentem, Ioh. 17 Ego pro eis ſanctifico meipſum. Vnde ſanctuſſanctoꝝ eſt, a quo ſacra cunctos ſanctificantia profluxerunt. Hoſtiam immaculatam. i. actualis peccati maculas a nobis abſtergentẽ. Continetur. n. in hac hoſtia agnus ſine macula, qui ſeipſum tradidit pro eccleſia, ut eã ſanctificaret: mundans eam lauacro aquę in uerbo uitæ: ut exhiberet ipſe ſibi gloriоſam eccleſiã nõ habentem maculã, neq; rugã. Ephe. 5. Sequitur. Panẽ ſanctum in ſe. ſ. quia panis eſt angelorum confirmans in uitã æternam. Hinc enim eſt uirtus uiuẽdi æternaliter. Vndæ additur. Vitæ æternæ, Ioh. 6. Hic eſt panis uerus, qui de cælo deſcendit: ut det uitam mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et calicem ſalutis perpetuæ. In quo eſt potus inebrians ſanguis. ſ. Chriſti perpetuæ ſalutis cauſatiuus. Vnde ait Chriſtus. Qui bibit ſanguinẽ meum, in me manet, & ego in illo. De hoc calice in Pſalm dicitur. Calix meus inebrians, quam præclarus eſt. Inebrians ſobria iocunditate, & lætitia perpetua: quæ non adeſt, ubi ſalus abeſt. Vel, Sanctum uitæ æternæ, eſurientibus, & calicem ſalutis perpetuę ſitientibus iuſtitiã Matth. 5. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Saturabuntur non ad faſtidium, quõ cibus corporalis replet ad nauſeam, ſed ad perpetuam dilectionis ſpiritualis iocunditatem, quo creſcunt deſideria ex deſiderati abundantia. Vnde qui me edũt, adhuc eſurient, & qui me bibunt, adhuc ſitient. Eccl. 24. Eſurientes. n. panis ille implet bonis: faſtidioſos diuites huius mundi amatores dimittit inanes. Hinc perpendere habent fideles ſacerdotes cum quanta puritate conſcientiæ, & mentis præparatione, cordiſq; deuotione accedere debent ad hanc hoſtiam puram, ſanctam, & immaculatam: panem uitæ, & calicem ſalutis perpetuæ oblaturi. Ne ſi peccato obnoxij offerant: ſit eorũ oblatio: quaſi qui uictimat filium in conſpectu patris. Eccl. 34. Ne ſi accendant ſeipſos non probantes magis filium dei rurſum crucifigant: quam ipſum offerant in ſacrificium beneplacitum deo patri in reconciliationem peccatorum.

Pſal.

F

Rom. 5.

Iohan. 17.

Ephe. 5.

Ioh. 6.

Pſal.

Matth. 5.

Eccle. 24.

Eccle. 34.

Cruces in eanone miſſę factæ ab, uel poſt cõſecrationem quid repreſentãt.

G ¶ Quia autem ſecũdum Inno. eccleſia ſe dominicæ paſſionis memorem dixerat, ſtatim acerbiorem ſuæ paſſionis ſpeciem recolit in quinq; crucibus, quas format ſacerdos ad prolationem uerborum: & ſtatim præmiſſorum, ſcilicet hoſtiam puram &c. ¶ Et nota hic, quæ ſupra dicta ſunt lectione. 21. de ordine ſignorum crucis. Format autem quinq;, ad ſignificandum quinq; Chriſti plagas, ſeu uulnera in cruce inflicta: quę ſunt petre uiuentis foramina: in quibus reſidet immaculata illa columba fructuoſe nidificans Can. 2. Duo ſcilicet manuum, & totidem pedum: & unum lateris: quæ fideli contemplatur memoria. Format autem tres cruces communiter ſuper oblatam, & calicem: quoniam in tribus primis uerbis utrumq; ſimul intelligitur: quia nomine hoſtiæ corpus, & ſanguis ſignificatur. Dicitur namq; hoſtia: ab oſtio, uel ab hoſte ſecundum heb. ab oſtio: quoniam ad oſtium tabernaculi offerebatur. Vtrumq; autem, & corpus, & ſanguis Chriſti ad oſtium cæli ſurſum eſt introductum: & ex oblatione huius hoſtie totius homo in cælũ eleuatur. Vnde ſecundũ gentiles hoſtia dicitur ab hoſte: quia cũ cõtra

Inno.

Can. 2.

hostes pugnare statuerant, faciebant hostiam.i.sacrificia. Quapropter, & hic nomine hostiæ, & corpus, & sanguis intelligitur Christi,quia Christus pugnaturus contra hostem humani generis, corpus & sanguinem obtulit: & ad eius oblationem genus humanum de seruitute dyabolica est ereptum: & libertati præstine restitutum. Duæ aliæ cruces diuisim fiunt. Vna super oblatam. Alia super calicemquia corpus, & sanguis per duo ultima uerba discrete significantur: scilicet per panem sanctum corpus: per calicem salutis sanguis. Vnde nunquam in signaculo crucis panis separatur a calice, nisi cum separate in canone nominantur, qualiter fit in proposito: & ante consecrationem,ubi dicitur. Vt nobis corpus, & sanguis fiat &c. Verum secundum Alex.& Inno. erecta pars crucis solummodo super panem:transuersa uerò super calicem protendi debet, quoniã erecta pars crucis corpus Xpi suscepit: & pars transuersa brachia distendit, quod uerum est:qñ ponitur oblata cum calice lateraliter, scilicet in latere sinistro uersus septẽtrionẽ.Calix ex directo uersus austrum. Secus si oblata ponitur ante calicem uersus sacerdotem. Tunc pars crucis erecta sit super calicem, & oblatam. Pars transuersa super calicem dum crucis signum fit super utrumqs. ¶ Verũ secundum Guilhelmum in rationali. Duæ cruces separatim factę significãt corpus Christi,& animam in morte fuisse separatas. ¶ Et notandũ:ꝙ cruces ante consecrationem factę significant ea,quæ acta sunt ante crucifixionem Christi. Iste uerò,quæ post consecrationẽ fiunt: ea repræsentant,quę Christus in cruce,& morte est perpessus. ¶ Iuxta hæc oritur quæstio secundum Inno. & Alex. non prætereunda silentio. Cum enim plene,& perfecte consecratio sit celebrata. Nam substantia panis, & uini iam per consecrationem transijt in substantiam corporis,& sanguinis Christi:quare super eucharistiam benedictam, & pleni ssime consecratam, adhuc benedictionis insignia imprimuntur. Respondet Inno. præmissa protestatione non præiudicandi saniori sententiæ,ꝙ in canone aliud uerba significant, aliud signa prætendunt. Significant enim uerba,& referuntur, ac principaliter spectãt ad eucharistiæ consecrationem,ac oblationem.Signa uero principaliter pertinent ad historiam dominicæ passionis recolendam. Nam uerbis utimur ad consecrandum panem & uinum in corpus,& sanguinem Christi. Signis uerò utimur ad recolendum ea,quæ per hebdomadam ante paschalem gesta sunt,& acta circa Christum. Secundum hoc igitur dicendum: ꝙ signa non requiruntur ad consecrationem,quia illa iam perfecta est per uerba ad hoc instituta: sed referuntur ad passionem Christi recolendam, quæ post consecrationẽ eucharistiæ a Christo in cœna factam est consummata. ¶ Sed forte dicis non solum benedictionis signa: sed etiam uerba subiunguntur, quæ consecrationem pertinere uidentur,& innuere,ꝙ nondum sit consecratio consummata. Sicut illa uerba ante dominicam orationem prolata (per quem hæc omnia semper bona creas, sanctificas, uiuificas).Item dum diuiso sacramento particula una sanguini commiscetur: dicit sacerdos secundum ordinarium Romanum.(Fiat hæc commixtio,& consecratio corporis, & sanguinis &c.) Ad hoc respondet Alexan. q. 37. parte. 4. post dominum Inno.ꝙ quantum ad ordinem eucharistiæ consecrandæ capitulum illud. Qui pridie, in quo fit consecratio,in fine canonis subijci debuisset: quoniã in eo consecratio consummatur. Sed ordo iste impediuisset ordinem historiæ recolende, quia qđ gestũ fuit in medio: recoleretur in fine. Prouidus igitur canonis ordinator, ut ordinem seruaret historiæ, quasi quadam necessitate compulsus: capitulum illud. Qui pridie, quam pateretur,quasi cor canonis in medio collocauit, ut quæ sequuntur, intelligantur præce-

Alex. Inno.

Rõ eorũ quę sacerdos facit in altari.

H Inno. Alex.

Inno.

An signa benedictionis, & uerba quę subiungũtur ad cõsecrationem pertineat.

I Alex. Innocen.

dere, secundum illam figuram, qua sepe fit, ut quæ narratione succedunt: intellectu præcedunt. Vel potius, ut eam litteræ, quam historiæ suus ordo seruetur. Hæc Alexan. ¶ Vnde uidetur dicendum ꝙ quæcunq; sequentia uerba, quæ consecrationem sonare uidentur: intelligenda sunt non pro tempore, pro quo referuntur sed pro instanti prolationis formæ consecrationis. Non enim possunt simul dici, quę simul facta sunt & fiunt. Licet igitur pro diuersis temporibus dicantur: sunt tamen accipienda, ac si pro eodē instanti proferantur. Vnde omnia uerba canonis eucharistiæ consecrationē designantia, referenda sunt ad instans consecrationis, & intelligenda, ac si pro eodem instāti simul cum forma consecrationis fuissent prolata. Ita ꝙ uerba præsentis temporis in illis successiue prolata idem tempus. s. prolationis formæ consecrationis: quasi tunc præsens importent: ut exempli gratia. Per quem hæc omnia domine semper bona creas, sanctificas, uiuificas, benedicis conuertendo in sanctum, uiuum, & benedictum corpus, & sanguinem eius: non modo cum hæc proferuntur: sed tunc cum uerba consecrationis proferuntur, seu prolata fuerunt. Similiter cum dicitur. Fiat hæc commixtio, & consecratio, non quæ nunc fit: sed quæ facta est in termino prolationis formæ consecrationis.

Alex.

DE PETITIONE ACCEPTATIONIS oblatorum.

LECTIO LV.

A

SVPRA quæ propitio, ac sereno uultu respicere digneris: & accepta habere. ¶ Hæc est secunda pars principalis partis quintæ principalis canonis: in qua post rememoratiuam oblationem consecratorum parte præcedente: additur petitio acceptationis oblatorum. Et in duas subdiuiditur particulas. In prima petitur acceptatio. In secunda acceptationis per patrum oblationes nostram figurantes, additur, & specificatio, ibi. Sicuti accepta habere dignatus es. ¶ Circa primum ait. Supra quæ, scilicet dona & data tibi in hoc sacrificio oblata corpus scilicet & sanguinē Christi filij tui, o pater clementissime respicere digneris de cælo tuo habitaculo: sicut olim propheta tuus orauit, ut in ecclesiam respiceres, dicens. Respice de cælo: & uisita uineam istam, sanguine filij tui, supra quam hic respicere peteris plantatam. Supra. i. desuper cælesti uenturo respectu: ubi tibi sedem est Esaias testatus est. Cælū inquit, mihi sedes est: & terra scabellū pedum meorum. quæ dona, & data, panem suitæ, & calicē salutis perpetuę: quæ pluraliter referuntur rōne proprietatū per hęc uerba: hostiā puram, sanctā, immaculatā cōsignatarū. Respicere digneris. Nā & hoc pater clementissime pollicitus es Esa. 66. Ad quē respiciā inquiēs, nisi ad pauperculum, & contritū spiritu: & trementē sermones meos? Hic autem propter nos oblatus Christus. s. pauperculus fuit, cum nudus tibi in cruce offerebatur: omniū temporalium rerū et necessariarū, & amicorū possessione pariter, & usu spoliatus totus, liuoribus, plagis, & uulneribus attritus. Attritus est propter scelera nostra: cuius liuore sanati sumus Esa. 53. Tremebat quoq; sermonē patris, dū offerens, dixit. Nō mea: sed tua uolūtas

Expositio uerborū sup. quę oppitio.

Psal. 79.
Esa. 66.
Esa. 53.

hat.

pra hunc itaq; oramus digneris respicere, non nostris meritis: sed tua misericordia dignatione propitio, ac sereno uultu. Propitio. i. placabili uultu: facilitate dimissionis peccati pro quo offertur hostia, ut effectum remissionis peccatorum nostrorum contra te commissorum audire mereamur. Propitius ero peccatis eorum: & iniquitatum eorum non recordabor amplius.

Hiere. 3. Pro hac siquidem remissione ipse filius tuus præcabatur in cruce tibi se offerens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ac sereno uultu. i. benigno & hilari. Hęc enim duo uultum faciunt serenum quia iracundiam tollunt, mansuetudinem ostendunt ac inferunt bonitatem & misericordiam. Hinc in psal. Dauid. Illuminet uultum suum super nos & misereatur nostri. Et Numeri 6. Sacerdoti Aaron dictum est a domino. Sic benedicetis filijs Israel, Benedicat tibi dominus, & custodiat te: ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. ¶ Nec tamen hoc rude æstimandum est, Deum patrem uultum habere ad modum hominis corporalem, quia Deus spiritus est omnis lineamenti figuralis expers. Dicitur tamen habere uultum per metaphoram. In uultu enim, & facie animalis uigent cognitiuæ potentiæ obiectorum apprehensiuę. Ita quia Deo omnia aperta sunt; & obiectiua præsentia cognita dicitur habere uultum, hoc est omnium intuitiuam cognitionē. Petimus igitur, ut sereno uultu. i. serena cognitione respicere dignetur, supra dona sibi oblata, cognitione non nuda, & speculatiua, sed concomitante diuino beneplacito, ut. s. ex cognitione oblationis huius benignitatem exhibeat offerentibus. Nec tamen putandum Deum ex nostra petitione quoquo modo mutandum. Vnde Inno. Non est ęstimandum, q uultus Dei q ādoq; immutetur, quasi sit quādoq; serenus, quādoq; non serenus. Sed tunc uultum serenat & super nos illuminat, cum misericordiam suam super nos exhibet & declarat. Sicq; uultus Dei serenatio non est uultus eius immutatio, sed singularis doni, & beneficij collatio, quo percepto, humanum dedeo iudicamus ipsum ad nos uultum habere propitium, & serenum. Igitur respicere digneris oculo amoris, quia ubi amor, ibi oculus Eccle. 36. Miserere nostri Deum omnium, & respice in nos: & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et accepta id est grata, habere ipsum nostrū sacrificium, pro omnibus, quę tibi clementissime pater in ipsa offeruntur hostia. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. hoc est, quod pro omnibus exhibuit iustitiam satisfactionis. Petimus autem ut acceptum, & gratum habere dignetur pater clementissimus hoc sacrificium non in se tantum, quin ipsum sibi displicere non potest. Scriptum quidem est de Christo, qui in isto nostro offertur sacrificio: patris ad ipsum delapsam esse uocem. Hic est filius meus dilectus, in qno mihi complacui. Quippe propter hoc sacrificium acceptum, restitutum est genus humanum in amicitiā Dei: a qua lapsum est per Adę transgressionem. Deprecatio igitur, qua petitur acceptari, ad offerentes pertinet, ut qui peccatis suis terrentur, & de propria diffidunt uirtute; hostiam acceptabilem offerentes per eam se accepros fieri postulant, quam nequaquam acceptam dubitant. Orant igitur, ut acceptam habeat quantum ad offerentem. Vnde Gen. 4. Respexit dominus ad Abel, & munera eius. Glo. Ex dantis corde datum acceptatur, uel refutatur. Subditur.

¶ Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel; & sacrificium Patriarchę nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium immaculatam hostiam. ¶ Hæc est secunda particula huius partis, in qua additur specificatio huius oblationis

Qūo Densdicitur habere uultum super nos.

Numeri. 7.

Innoc.

Eccle. 36.

Psal. 50.

Mat. 3. & 17. Mar. 1. Luc. 3.

Phil. 2.

tionis nostræ acceptationis per oblationem patrum eam figurantium. Adducuntur autem figuræ tres, quarum semper una plus manifestat de ueritate, quam alia. Prima enim manifestat oblati passionem. Secunda oblati unigeniti dignitatem. Tertia sacrificij ritum, & ueritatem. Dicit igitur. Sicuti &c. Sicuti aduerbium secúdum Inno. & Alex. & Alber. similitudinẽ innuit, nó æqualitatẽ. Multo quippe acceptius est hoc sacrificiú, q̃ qđ obtulit Abel, q̃ qđ obtulit Abraã, q̃ qđ obtulit Melchisedech. Nulla n. oblatio hac potior: sed hæc oẽs p̃cellit. de conse. dist. 2. c. nihil & Hugo de sacr. li. 2. par. 8. c. 1. Sacramentum corporis, & sanguinis Christi unum est ex his, in quibus principaliter salus consistit: & inter omni singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hæc enim hostia pro mundi salute oblata, omnibus præcedentibus, & sequentibus sacramentis uirtutem dedit, ut ex illa sanctificarẽt per illam liberandos omnes. Valet enim res magis, quam umbra: ueritas, quam figura. Ipsam igitur similitudinem magis debemus attendere, quam quantitatem. Similitudinem dico talem, qualis esse poterat typi ad ueritatem. Ista enim sacrificia, quæ hic annumerantur, figuræ fuerunt huius nostri sacrificij ueri: de quo hic habetur sermo. Quapropter dignius est hoc, quam illa. Istud namq; acceptum est ex se, & propter se ex opere operato. Illa autem tantum ex fide, & deuotione offerentium. Non igitur (sicut) notat æqualitatem in similitudine secundum eundem gradum similitudinis quantum ad ipsa sacrificia in se: sed aliqualem quantum ad offerentes. Vnde sensus est. Supra quæ pater cle. re. dig. propi. ac sereno uultu, & ac. ha. Sicuti accepta hẽ dignatus es, & accepta tibi fuerunt, munera Abel, Abraã, & Melchisedech ex fide, & deuotione offerentium. Ita ut acceptum habeas nostrum sacrificium ultra hoc, quod ex se tibi placet: etiam gratum sit ex nobis offerentibus, hoc est tales nos offerentes facito fide, & deuotione, quales fuerunt Abel, Abraam, Melchisedech. Et ut nostra petitio sortiatur effectum: conemur etiam nos his patribus: quorum placuerunt sacrificia: assimilari. Assimilemur inquam Abel: quatenus quod rectè offerimus, rectè diuidamus, quod quia Cayn non fecit, peccauit. Sua namq; rectè, cui debebat, obtulit: Deo. s. sed retinens sibi seipsum, & cor suum auferens Deo malè diuisit. Abel autem acceptum Deo in corde intus obtulit holocaustum: quia non se sibi retinuit: sed deo totum se subdidit, & impendit. Ideo respexit Deus ad Abel & munera eius: ad Cayn autem, & munera eius non respexit. Gen. 4. prius ad Abel, postea ad munera eius respexit: quia non offerens placuit ex oblato, sed munus ex offerente. Similiter Abraam egregia fide totum se prius offerebat altissimo, & propterea placidas hostias offerebat. ¶ Et ut placidum sibi Deus faceret Abrahæ sacrificium, primo ab illo affectum exigebat. Tolle inquit, filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offeres illum in holocaustum super unum montium; quem monstrauero tibi, statimq; promptum inuenerat ad obediendum, & pro unigenito, quem in corde obtulit, arietem inuenit, quam occidit Gen. 22. Melchisedech quoq; nisi prius post munus acceptum obtulisset, futurorum causas minimè præuidisset: quorum intuitu mysticum panem, & uinum in sacrificium obtulit. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Gen. 4. Nos igitur ad offerendum assistentes, si rectè diuidimus prius nos in sacrificium offeramus: ac deinde sicut munus Abel: sicut sacrificium Abrahæ: sicut hostiam Melchisedech: nostra nostrã dominus acceptabit. Munera dicitur pueri tui Abel. Munera. s. quæ de tuis donis accepit offerens de primogenitis, & adipibus gregis sui Gen. 4. Pueri, s. obedientia, & puritate: non sensu, & intellectu. Vnde Apostolus. Nolite pueri effici sensu, & intellectu: sed malicia

Oblatio nostra in 1&s patribus figurata.

Innoc. Alex. Alber.

Hugo

Gen. 4.

Deus affectũ exigit ut placidũ sibi faceret sacrificiũ Abrahę.

Gen. 22.

Gen. 4.

Gen. 4. 1. Cor. 14.

paruuli

paruuli estote,sensu autem perfecti. Nam puer centum annorum morietur:peccator centum annorum maledictus erit, Esa.65.Tui:secundum quãdam assimilationem Esa 42. Ecce puer meus electus,quem elegi:posui super eum spiritum meum. Iusti Abel,in quo occisus est agnus illæ ab origine mundi,qui est sacrificium nostrum. Apocal.13. Et sacrificium Patriarchæ nostri Abraę:patris.s.patrum,& patris multarum gentium. Nostri;qa non tam Israeliticæ plebis, quam populi tui christiani pater:illius per carnem istius per fidem. Vnde dicit. Non ultra uocabitur tibi nomẽ Abram: sed appellaberis, Abraam:quia patrem multarum gentium constitui te. qui tibi obtulit un genitum secundum illud. Per memetipsum iuraui dicit dominus;quia fecisti hãc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me,benidicam tibi. Sequitur. Et quod, secundum sacrificium obtulit tibi primus & summus sacerdos tuus Melchisedech, rex salem, proferens panẽ, & uinum reddendo gratias tibi Deo de uictoria Abraæ uenientis de cede quatuor regum:ut habetur Gen.4. Sacerdos tuus non solum, quia tibi ministrans,sed quia te significans. Glo. Gen. 14. Melchisedech,qui interpretatur rex iustitiæ,& dicitur rex pacis, Christum signficat:per quem reconciliati sumus,& qui in fine seculi iuste iudicaturus est.Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Illam clausulam,ut Innocen.refert addidit ad canonem Leo papa. Et potest referri ad sacrificium Melchisedech:quod dicitur sanctum, & immaculatum: non in se formaliter: sed figuratiue propter sacrificium nostrum: quod in illo expressius fuit præfiguratum: quapropter & illi,nostri sacrificij conditiones attribuuntur. Hoc quidem sanctum est propter plenitudinem gratiæ,& uirtutum copiam (Non enim dedit Deus spiritum filio suo ad mensuram) qui in hoc nostro sacrificio continetur Ioh.3.Est & sacrificium immaculatum quoad innocentiam, & peccati immunitatem. Christus enim nec peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius Esa.53.& 1.Petr.2. Vel sanctum est quoad nos:pro quanto nobis ex hoc sacrificio gratia,& spiritualium uirtutum dona largiũtur, qui sunt nostra sanctitas uitæ, & pignus futuræ gloriæ, & perpetuæ sanctitatis.

Esa.65. 42

Apoc.13.

Gen.17.

Gen.22.

Gen.4.
Gen.14.

Innoc.

Iohan. 3.

53.

De sacramẽti eucharistię præfiguratione,& de figurarũ ratione & congruentia.

¶ Quia autem in textu illo mentio fit de figuris, quibus hoc sacrificiũ præfiguratum est, aliquid latius de figuris ipsis est tractandum.s.de figurarum ratione,& congruentia numero ex sufficientia, ordine & excellentia. ¶ Circa primum ponit Alex. parte 4.q.29.arti.1. rationes tres,quibus congruebat præfigurari.s.ratione difficultatis,significationis,dignitatis. Ratione difficultatis,quia illud sacramentum inter omnia sacramenta, immo inter omnia credibilia,difficillimum est ad credendum,ergo homines debuerunt ma nuductione assuefieri figurarum:& sic progredi ad eius credulitatem. Propter significationem,quia Christus passus(quo datur uita fidelibus) hoc sacramento significatur, & continetur. Congruebat autem Christũ passum pluribus figuris præfigurari eadẽ ratione conueniebat illa sacramenta præfigurari:in quibus Christus passus principaliter significatur. In duobus autem sacramentis, sed baptismo, & sacramento altaris principaliter significatur Christus passus.Nam de baptismo dicit Apostolus.Consepulti sumus per baptismo Christo in morte.De eucharistia uerò ait dominus. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde & ista duo sacramenta fluxisse dicuntur ex latere Christi militis lancea aperto, quia in sanguine, & aqua, quæ de eodem latere fluxerunt,sacramentum eucharistiæ,& baptismi, (baptismi quidem in aqua,eucharistiæ in sanguine) significabatur. Eadem igitur ratione,qua baptismus, etiam eucharistiæ sacramentum debuit præfigurari. Propter dignitatem. Præfiguratio enim rei attestatur eius digni-

Alex.

Rom.6.
Luc.22.

tati.

tati. Inter omnia autem sacramenta nouæ legis, sacramentum eucharistiæ dignissimum est, & excellentissimum: quia non tantum gratiam accidentalem significat sicut cetera sacramenta, sed gratiam substantialem continet uere, & realiter: Christum scilicet dominum fontem omnium gratiarum, Et quia expectabatur tanquam donum Dei excellentissimum, congruebat ut præfiguraretur: quatenus sic quodammodo certificarentur expectantes & ex hoc magis consolarentur: & expectati dignitas monstraretur. ¶ De figurarum autem pluralitate, & numero dicitur secundum Alex. & Albertum, ꝙ quamuis multa fuerunt sacrificia & ante legem, & in lege Deo oblata a patribus: tamen illud unum in omnibus est significatum. Nam tot gratiæ, & salutares sunt huius sacramenti effectus, & tanta legis imperfectio, quòd per unam figuram siue signum non poterat expresse significari. Varijs ergo figuris significatur. Et quantum ad materiam, quæ est signum tantum. Contentum, quod est res, & signum. Rem, & non signum. S. diuersitatem gratiarum. Effectuum, & operationum multiplicitatem. ¶ Quantum ad materiam, quæ est panis: significatur in panibus, angelis ab Abraã oblatis. Propositionis Exo. 40. Primitiarum Leuit. 23. Heliæ subinericio 3. Reg. 19 Ordeaceo in hostes uolutato Iudicum 7. In his quinq; panũ generibus significantur quinque, quæ sunt in Christo per panem significata. S. naturæ puritas: naturæ sanctitas: regalis dignitas, nutrimenti efficacitas: super inimicos triumphans humilitas. ¶ Naturæ puritas significatur in pane angelis ab Abraam oblato, de quo ita scribitur. Apparentibus angelis Abrahæ sedenti in hostio tabernaculi sui, festinauit Abraam in tabernaculum ad Saram: dixit ei. Accelera, tria sata simile cõmisce: & fac panes subcinericios, quos & posuit coram eis, ut sequens textus declarat. In his tribus satis simile commixtis, quæ sunt farinula purissima, signatur triplex puritas. Puritas deitatis sine furfure mutabilitatis. Iacob. 1. Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Puritas animæ sine furfure peccati originalis. Sapientiæ 8. c. Sortitus sum animam bonam. Puritas corporis sine furfure libidinis. Ibidem. Cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. ¶ Naturæ autem sanctitas propositionis significatur, de quibus dicitur 1. Reg. 22. Non habeo laycos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri maximè a mulieribus manducẽt: dixit Achimelech sacerdos ad Nobe ad Dauid. Non licebat enim illum panem manducare, nisi a sanctis, & in loco sancto. Sic propter huius panis Christi sanctitatem, non licet eum comedere nisi sanctos. Alioquin si indigne sumitur, non ad uitam, sed ad iudicium sumitur sempiternum. 1. Corin. 11. ¶ Regalis autem nobilitatis dignitas significatur per panes primitiarũ. Primitiæ enim nobiliores fuerunt in fructibus Hier. 2. Sanctus Israel dominus primitiæ frugum eius. & iterum. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus. De optimis nostris dominum honorare iubemur. Nutrimenti efficacia, & uiatici uirtus significat in pane Heliæ, qui in panis sibi ab angelo præsentati fortitudine, ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montẽ Dei Oreb. Et ideo uiaticum appellatur, quia per totam uiam ambulantes nos confortat. unde Ioſue 5. Per totam uiam deserti non defecit cibus mannatis filijs Israel ¶ Triumphans Christi humilitas contra omnes inimicos, ac patientia mortalitas figuratur per panem subcinericium, ordeaceum in somnis uisum uolui in castris Madian, ipsaq; subuertere, & terræ funditus coæquare Iudi. 7. Humilis enim Christi passio omnia inimicorum castra subuertit. Philippen. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem

F

Alex.

De numero figurarum.

Gen. 18. Exod. 40. Leuit. 23. 3. Reg. 19. Iudicum 7.

Iaco. 1.

Sapient. 8.

1. Reg. 22.

1. Cor. 11.

Hier. 2. Prouer. 3.

De excellentia sacramẽti.

Ioſue 5.

Iudi. 7.

hominum

hominum factus,& habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum factꝰ obediens usq; ad mortem,mortem autem crucis,propter quod & Deꝰ exaltauit illum,& donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius oẽ genu flectatur,cœlestium, terrestrium, & infernorum, & oĩs lingua cõfiteaꝰ,quia dñs Iesus in gloria est Dei patris. Quãuis.n. humiliter durus cortex esse uideat:& mortalitatis passio decoctio uideat sub cinere:ñ uirtus cõfortatiua latet intus,q̃ diabolũ uincit, & inimicorũ castra subuertit. ¶ Cõtentũ uerò huius sacr̃ Xps passus:qui res est,& signũ figuratur per oblationẽ animalium terrestrium,& uolatilium. In agro,quẽ obtulit Abel Gen. 4. Vaccã trienni,quam obtulit Abraam Gen. 15. Per uitulum tenerrimum,quem idem obtulit in cibum angelis. Gen. 18. Per agnum paschalem,& hædum Exo. 12. Per arietes uitulos,& hircos,qui in Leuitico,& locis diuersis præcipiunt offerri. Precipuę per immolationẽ uetuecis, seu arietis, quẽ Abraã Patriarca pro unigenito obtulit. Gen 22. Per holocaustũ uitulæ rufæ,cuiꝰ cineribus,& sanguine oĩa expiabantur, & cuius sanguis per pontificẽ semel in anno in sanctasanctorũ inferebat. Etiam in auibus turturæ,columbæ,& passere Leui. 1.& 14. In agno quidem pp patientis mansuetudinẽ. Et ego tanquam agnus mansuetus,qui portabatur ad uictimã Hier. 11.& Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducet, & quasi agnus coram tondente se obmutescet,& non aperiet os suum. In hædo autem propter passionis cãm, q̃ est duplex peccatum.l.originale,& actuale. Pergens affer mihi duos hædos optimos,quibus libenter uescitur pater tuus, quos cũ coctos intuleris, benedicat tibi pr̃ tuus. Hircus, & capræ duas sequelas signant peccatorũ:quas etiã Christus abstulit sua passione. Hircus.n. peccati sẽtorem in uilitate eius pp consuetudinem eius significat. Capra autem per libidinem, pronitatem ad peccatũ repræsentat, quę purgauit dominus in sua passione Leui. 4. de principe dr̃. Offer & hostiã coram dño hircum de capris immaculatũ. Solus aũt Christus similitudinem carnis peccati habens,& nullũ pctũ, est hircus immaculatus de capris,hoc est peccatoris,& peccatricis, a pr̃ bus descendens. Veruex aũt siue aries dux gregis principatũ Christi in regno fidelium designat. Vnum de bene gradientibus est aries dux gregis,nec est,qui resistat ei. Hunc offert Abraam, quo repræsentaꝰ, qualiter immortalis manet deitas sicut Isaac,& immolata humanitas ducis nostri gregis,quod significat aries immolatus. ¶ Commemoratio aũt passionis,quę quotidie fit in oblatione huius sacrificij in altarꝰ: per iuge sacr̃ficium quod mane fiebat,& uesperę de agnis,ut dicitur Numerorũ octauo. Agnos anniculos immaculatos duos quot die in holocaustum sempiternum,unum offereti mane alterum ad uesperum. Mane quidem ad gratiam uirtutis: qua mane in uita ista egemus ad meritum. Vespere autem in periculosa infirmitate:quia tunc egemus sacramento ad uiaticum, de quibus in Psalmus dicitur. Dirigatur oratio mea sicut incensum, supple matutinum, in conspectu tuo, eleuatio manuum tuarum sacrificium uespertinum: scilicet in recommandatione animæ. Mane semina semen tuum: & uespere non cesset manus tua: quia neseis,quid magis oriatur hoc, aut illud:& sic uterumque simul malius erit. In uitulis aũt boum repræsentabatur hoc sacrificium propter saginam,maturitatẽ,& utilitatem. Saginatus est enim uitulus omni pinguedine deuotionis. Lucæ decimoquinto. Occidit pater uitulum saginatum: quia saluum recepit. Maturꝰ etiam incedit bos & caute: & fortiter ungulam figit: nullis est ad arandum. Sic CHRISTVS cautè pedem posuit,nulli malum, omnibus bonum exemplum dedit hominem corda uomere prædicationis arauit. Prouerb. 14. Vbi

Victimarũ significatio.

G

H

Gen. 4.
Gen. 15.
Gen. 18.
Exod. 12.
Gen. 22.
Leui 16.
Leu. 1. & 14.
Hier. 11.
Esa. 53.
Gen. 17.
Leui. 4.
Prouer. 30.
Numeri 28.
Eccl. 1.

apparent

apparent plurimæ segetes sibi manifesta est fortitudo bouis. In auibus autem per turturem designatur per gemitum, & hoc in oratione per columbam, quia ad patriam reuolare Christus docuit, quod præ auibus cæteris columba nouit. Qui sunt hi, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? In passere autem, quia fugere præsentium insidias docuit. Passer enim aliud præsidium non habet, nisi fugam. Vnde in Psal. passeri se comparat. Factus sum sicut passer solitarius in tecto. In singulari tamen sacrificio uitulæ rufæ. Numeri 19. signatur, ideo quia sicut in sanguine uitulæ rufę uniuersa expiabantur, & cum sanguine eius erat introitus in sanctasanctorum. Ita & in sanguine Christi uniuersalis fit expiatio peccatorum. Et per sanguinem eius apertus est introitus in regnum cœlorũ. Vnde ad Heb. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Et ibidem 9. Non enim in manufacta sancta introiuit Iesus exemplaria uerorum, sed in ipsum cælum: ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Sic igitur signatur in animalibus contentũ in hoc sacramento Christus passus res simul, & signum. ¶ Signatur tertio propter diuersitatem gratiarum, quas continet hoc sacramentum uirtualiter, & effectiue, quæ sunt res huius sacramenti, & nõ signum per oblationem, & sacrificia rerum inanimatarũ, ut salis, similaginis, mellis, olei, thuris, & adipis. Mel enim licet non sit oblatio legis Leuit. 2. est tamen in uerbis sapientiæ, & ostendit dulcedinem sacrificij quæ in sacrificijs holocaustis, & pacificis offerebantur, sicut tangitur Leuit. 1. & 2. & deinceps. ¶ In his igitur sacrificijs præsignatum est sacramentum sex modis. In sale discretio rationabilitatis, quia nihil fecit Christus nisi congrua ratione. In omni sacrificio offerens sal. Ad cuius imitationem etiam Apostolus nos hortatur rationabile obsequium uidetur Rom. 12. ¶ In similagine huius sacrificij mundissima puritas Leuit. 2. De similia purissima erit sacrificium. ¶ In melle sanctispiritus dulcedo. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum. ¶ In oleo autem pinguedo figuratur deuotionis. Oleum effusum nomen eius. ¶ In thure notatur odor orationis, & uirtutis. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto sicut uirgula fumi: ex aromatibus myrrhæ, & thuris. ¶ In adipe, & pinguedine significatur hoc sacrificium, quoad crassitudinis dulcedinem in spiritu sancti intima cõsolatione. Omnis a leps domini erit iure perpetuo. Et in psal. Sicut adipe, & pingue. re. ani. me. & labijs exul. lau. os meum. Hinc ecclesia canit. Pinguis est panis Christi, & præbebit delitias regibus. Et ita sacramentum hoc quãtum ad multitudinem gratiarum suarum; ac pinguedinem, & consolationẽ spiritus in his sacrificijs est signatum. ¶ Figuratur quarto quantum ad effectum suorum, & operationum multitudinem in modis oblationum. Sunt autem modi illi uniuersi numero quinque: & sextus modus saluatur in omnibus illis. Et sunt holocaustum, pacifica, uictima, hostia, immolatio. In omnibus illis saluatur oblatio, quia quodliber istorum Deo offerebatur. ¶ Holocaustum enim dicitur, quod totum incendebatur igne: sicut agni iuge sacrificium, & sacrificium uitulæ rufę. ¶ Pacifica uerò, quæ pro pacis propitiatione (uel iam factæ, uel in Christo faciendæ: tum pro peccatorum reconciliatione) offerebatur. Et hæc non tota incendebatur: sed pars cremebatur domino, pars esset sacerdoti offerenti, & pars in usus eius, qui obtulit pacificam: & pro quo offerebatur. ¶ Hostia autem, ut dicit Esitius, uel ideo dicebatur: quod ad ostium tabernaculi ducebatur, manibus offerentium impositis capiti eius: ut sic significaretur: quod per ipsa ad sancta pateret

Esa. 60.

Numeri 19.

Heb. 13.

I

Diuersitas gratiarũ, q̃ sunt in sacramento.

Leui. 1. & 2.

Rom. 12.

Leui. 2.

Eccl. 24.

Can. 1.

Can. 3.

Leui. 3.

X

Effectus sacramenti.

accessus.

acceſſus. Vel ideo: quia pro uincendis, uel iam uictis hoſtibus offerebatur. ¶ Victima autem, ut idem Eſirius dictis, dicebatur: uel quia uicta offerebatur: uel quia offerebatur in victoria, quæ homo uiciſſe gaudebat. ¶ Immolatio dicebatur, quæ cum offerebatur, molam quandam habebat in capite in ſignum, quòd hoc animal ad Dei ſacrificia pertinebat. Mola dicitur pulus ex farina aqua, & ſale, qua olim victimæ inter cornua profundebãtur, hinc dicitur uerbum immolare, id eſt victimã mola profundere, ut dicit Ianuẽſ. ¶ In omnibus autem his ſaluatur oblatio: quia quodlibet illorum corã Deo offerebatur antequam in toto, uel in parte incenderetur. ¶ Hæc omnia in noſtro implẽtur ſacrificio ſpiritualiter. Noſtrum quippe ſacrificium totum in igne charitatis, & ſpiritu ſancti oblatum eſt: & offertur quotidie, quod ſignatum eſt Gen. 8. ubi poſtquam Noe de arca egreſſus eſt ſaluatus ex aqua: quod ſalutem per baptiſma conſecutam ſignificauit. ſecundum illud 1. Petri. 3. In diebus Noe cum fabricaretur arca; pauci ideſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & uos ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Poſtquam igitur ſic Noe egreſſus arcam ſaluatus ædificauit altare: & tollens de cunctis animalibus, & uolucribus mundis obtulit holocauſtum ſuper altare, & odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis: quia ſiue ſint animalia Dei, quæ laborant in neceſſitatibus huius uitæ: ſiue ſint uolucres cœli, contemplatione cœleſtia petentes in holocauſtum per ignem charitatis, & ſpiritus ſancti incenſi in altari, hoc eſt in ſacrificio altaris Deo oblatio in odorem ſuauitatis acceptantur. Immundi uerò nihil cum altari noſtro habet commune, quia ſacrificio noſtro non ſunt uniti. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Iſaac, & uade in terram uiſionis, atq; ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtrauero tibi. Mons autem illæ eleuationem ſpiritus repræſentat, quam in nobis operatur uirtus ſacramenti. ¶ Hæc hoſtia etiam inter omnes eſt ſingulariter pacifica, quæ pacem fecit inter nos, & Deum. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque vnum & medium parietem ſoluens inimicitias in carne ſua: & Ioh. 16. ait. In mundo preſſuram habebitis: in me autem pacem. ¶ Hæc oſtia pacifica diuiditur, quia pars Deo ad laudem offertur, pars autem pro eccleſia laborante: pars pro purgandis in purgatorio participatur, de quo infra dicetur. ¶ Hæc etiam oblatio ueriſſimè hoſtia eſt. quia & hoſtes potenter deuicit, & per ſeipſum qui oſtium eſt, in cœlum introduxit. hinc Eſa. 63 Propugnator ſum ad ſaluandum. & Ioh. 16. Ego uici mundum. Chriſtus enim exiuit uicens, ut uinceret. Apoc. 6. de ſecundo dicitur Roma. 5. per ipſum acceſſum habemus ad Deum, & gloriamur in ſpe filiorum Dei. ¶ Hęc etiam oblatio ſpecialiter dicitur uictima, quia Chriſtus victus obedientia patris uoluntarie ſe obtulit. Factus eſt obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. His uinculis ligatus fuit, quando ait. Nam ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis, fiat. His quoq; Paulus ligatus fuerat, quando dixerat. Alligatus ſpiritu uado in Hieruſalem, quæ in ea uentura ſunt mihi, ignorans. His uinculis uinciuntur omnes, qui ſeipſos victimant pro Chriſto. Vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Ideo etiam victima dicebatur: quia in victoria offerebatur. Per hanc enim in Chriſto omnes uincimus, & mortem, & eum, qui habet mortis imperium Heb. 2. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant ſeruituti. Vbi eſt mors victoria tua, ubi eſt mors ſtimulus tuus. Sequitur. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hęc deniq; hoſtia ſingulariter immolatio uocabatur, quia olim offerendo mola imponebatur: ut Deo ſciretur

Gen. 8.
1. Petr. 3.
Gen. 22.
L ad Ehe. 2.
Ioh. 16.
Eſa. 63. Ioh 16. Apoc. 6. Rom. 5.
Ad Phil. 2. Matth. 26. Act. 20.
Hebr. 2. Eſa. 45.
1. Cor. 15.

Hæc hoſtia uere pacifica.

eſſe oblata

esse oblata. Ita Christus in oblationem sanctam signatus est a Deo patre
Iohan.6. & manibus offerentium. A Deo quidem, sic dicitur Ioh.6. Hunc enim pater signauit Deus. A manibus offerentium purpura, uestę alba, arundine
Can.3. pro sceptro, & corona spinea signatus est. Egredimini filiæ Hierusalem: & uidete Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua. Ab hac mola, immolationis nomen congrue accepit nostra oblatio. psal. Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo uota tua. Circum. & immola. in tabernaculo eius hostiam uociferationis. Item. Tibi sacrificabo hostiam laudis. In omnibus his saluatur salutaris oblatio, qua tempore summus pontifex obtulit se in omnibus his. Et ad omnia hæc, quæ dicta sunt
Esa 53. Esa. 53. Oblatus est: quia uoluit: cuius oblatio nostra sanctificatio fuit. unde
Iohan. 17. Iohan. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum. hoc est. Ego pro eis sanctifico meipsum, ut ipsi in me sint sancti, & oblati. Oblatio enim summi semel in
Alber. Christo moriente in cruce: offerimur in eo quotidie in hac altaris hostia, ad cœli hostium nobis per hostiam hanc apertum. Hæc omnia Alber. lib. 2. de Offi. Miss. ¶ Doctor uerò irrefragabilis Alex. de Ales q. 29 parte 4. mẽbro 2. octo ponit præfigurationes huius sacrificij. Prima fuit in oblatione pa-
Alexan. nis, & uini Melchisedech Gen. 14. Secunda in agno paschali Exo. 12. Tertia in manna. Exod. 16. Quarta in aqua, quæ fluxit de Petra Nume. 20. & 1. ad Cor. 10. Quinta in aliquibus legis sacrificijs Leui. 2. & sequentibus. Sexta in hædo, quem coctum obtulit manue. Iudic. 13. Tulit hædum de capris, & labamenta, & posuit super petram &c. Septima in fauo mellis, quẽ Ionathas summitate uirgę cõtigit ad os 1. Reg. 14 Octaua in fluxu aquæ, & sanguinis de latere Christi Ioh. 19. dicit enim Aug. quod fluxus illæ figura fuit baptismi, & eucharistiæ. Prima fuit figura huius sacramenti quantum ad exteriorem formam, & effectum primum. s. refectionem spiritualem. In illa oblatione panis, & uini repræsentata fuit forma exterior sacramenti, & refectio spiritualis. Vnde sicut hic est in re, ita ibi fuit in figura. ¶ In secunda scilicet de agno paschali fuit figura sacramenti, & rei, hoc est Christi. Nam sicut agnus paschalis datus fuit in signum liberationis a seruitute Ægypti: ita agnus est in liberationem a seruitute diaboli. Non enim dari debet hoc sacramentum, nisi existentibus in gratia. Fuit etiam innocentia Christi signata per agnum, cuius manducatio a calciatis ad iter, præcinctis baculos in manibus habentibus, cum lactucis agrestibus, & azymis panibus: dispositionem eorum, qui manducant, quatenus ad salutem sumant, significatur. s. sumentes sint sine peccati fermento. Pœnitentia pro peccatis amaricati peccatis fide diuinitatis, & humanitatis imbuti inquirendis mysterijs simplices non curiosissimẽte, & corpore casti: præcedentiũ patrum imitatores animarũ suarũ custodes, ad patriam cum desiderio festinantes, quæ omnia latè
B. Greg. prosequitur B. Greg. in Home. paschali. ¶ In tertia etiam manna signatur
Sap. 16. effectus suauitatis. Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem: & omnis saporis suauitatem. Suauitas namq; in manna significat plenitudinem gratiæ in Christo, de cuius plenitudine accipiens anima delectatur. ¶ In quarta. s. aqua, quę fluxit de petra, significatur
Ambr. effectus huius sacramenti, quæ est extinctio æstus peccatis eiusq; ablutio facta per sanguinem Christi, unde Ambr. lib. de sacra. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis fluxit de Christo. ¶ In quinta. i. sacrificijs significatur oblatio Christi in hoc sacramento repræsentata. Oblatus enim fuit in passione tanquam holocaustum, tanquam hostia pacifica, & quasi uictima pro peccato. Inquantum enim innocens fuit, & nullius debitor, immolatio illius holocaustum fuit, quod non obtento aliquo, sed totum in obsequium Dei

Octo præfigurationis huius sacrificij.

offerebatur.

offerebatur. Totus inquã, pro nobis, nihil pro se. Inquãtũ si autem fiebat in reconciliatjonem cum Deo, & angelis, fuit hostia pacificorũ. pacificãs oia, & q̃ in cœlis, & q̃ in terris, ad Col. 1. Inquantũ fuit redemptio nr̃a, fuit uictima, pro peccato. In oblatione manue supra petra signat̃, q̃ oblatio nr̃a fieri debet in fide Xp̃i, qui est petra. de qua Apostolus. 1. Cor. 10. Petra aũt erat Xp̃s. ¶ In septima. s. fauo mellis, qđ ad os suum uirga intincta Ionathas applicuit: qualitas significat̃ offerẽtis sacerdotis, qui debet hr̃e uitæ sãct. tatem: qđ per Ionathã significat̃, qui gr̃a interpretatur, & ordinis dignitat̃, qđ per uirgam importat̃: & Xp̃i, cuius personã gerit: fidei, & uitæ imitationem, qđ per intinctionẽ uirgæ in fauum mellis, & applicationem ad os importat̃. Xp̃s. n. fauum mellis est pp duplicem naturam: diuinam in humana, quod est mel in cera. In octaua s. effluxu sanguinis de Xp̃i latere ostẽditur, unde hoc sacr̃m hẽt efficaciæ suę ortum. s. ex passione Xp̃i, quæ in lateris apertione est consummata. Hæc Alex in sententia. ¶ Quod uerò magister sniptum dist. 8. quarti libri ponit tm̃ quatuor figuras. s. manna, effluxum sanguinis de latere Christi, oblationem Melchisedech, & agnũ paschalem: põt breuiter dici q̃ magister non uoluit ponere oẽs figuras, sed magis expressas. Possunt. n. hę quatuor figuræ distingui penes quatuor principales effectus huius sacramenti. s. Viuificare, & quãtum ad illum figurat̃ p̃ sanguinẽ, qui est uita hominis causaliter, quia alia omnis carnis in sanguine est Leuit. 17. Et sanguis Xp̃i emundauit conscientias nostras ab operibus moru s, ad Heb. 9. Alius est uiuificata nutrire: & quãtum ad hoc significat̃ per manna. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum. Tertius effectus est uires restaurare: & quantum ad hoc signficatur p̃ panem, & uinũ oblatum a Melchisedech Abrae reuertenti de prælio, in quo perdita restauauit. Quartus effectus est protegere a potestate aduersariorũ, & quantum ad hoc significatur per agnum paschalẽ, cuius sanguine custoditi sunt filij Israel ab Angelo exterminatore. ¶ Vel pót dici, q̃ illæ quatuor figuræ ponit̃ sunt secundum quatuor, qui in hoc sacr̃o concurrunt. s. signum tm̃ res, & signũres tm̃, & causa, quæ sunt species panis, & uini, Xp̃i, gr̃a, sanguinis effusio. Primum per oblationem Melchisedech: secũdũ per agnũ paschalem: tertiũ per manna: quartũ per effluxũ sanguinis de latere repr̃sentat̃. Aliæ ab aliis assignãtur cãe, sed illæ sufficiunt: & tm̃ de numero, & sufficientia figuratũ. ¶ De tertio. s. figurarũ ordine, & excellentia. Dr̃ aũt figura excellentior, q̃ expressius significat: & quantum ad hoc dr̃: q̃ figuræ se habent sicut excedentia, & excessa. Nam secundũ diuersa in hoc sacramento considerata nec hæc figura excellit nec illa. Nam quantũ ad sacramentum tm̃ r̃p̃sentandũ, excellit figura Melchisedech quantũ ad sacramentum, & rem, agnus paschalis, quantum ad rem tm̃ manna defert. quantũ ad causam effluxus sanguinis Christi. & hæc satis patent ex prẽmissis. ¶ Sed sunt duo dubia. Primum, cur plus sacrificia horum trium patrum Abel, Melchisedech, Abrae, quam cæterorum commemorantur. Secundum cur potius hęc sacrificia de lege natur̃, quam de lege Moysaica in canone assumuntur. ¶ Ad primum dicitur, q̃ ideo horum patrum sacrificia commemorantur: quia sicut illorum sacrificia typi uere, & figuræ sacrificij nostri, ita & patres ipsi fuere figura Christi. Abel enim innocens, & iustus a fratre suo inuidiose interfect̃ s est, per quod significatur Christus, qui a fratribus iudæis inuidia obcæcatis maliciosè in mortem traditus, propter quod dicit Iohan. Apocal. decimoterctio, quòd agnus Christus ab origine mundi occisus est: in suis, scilicet in Abel, in cuius occisione præfiguratus est, ut dicit glos. Abraam quoque figura fuit CHRISTI in magna sua obedientia, qua paratus fuit

Col. 1.

1. Cor. 10.

Magister sententiarũ, 4. tantum figuras ponit.

Alexand. N

Leuit. 17.

Heb. 9.

Sap. 16.

O

Cur plus sacrificia Abel, Melchisedech & Abrae cõmemoritur in canone, quã aliorum.

Apoc. 13.

scilicet, propheras. In quibus licet nil purgandū erat: propter peccatum tñ adę portā regni claudens suis meritis beatitudinem attingere non poterāt: sed expectabant precij solutionem: quod fuit sanguis in passione Christi fusus, quā tota trinitas acceptauit tanquam causam meritoriam apertionis regni cælorum. Quamuis enim deus propter passionē Christi futurā cōtulit gratiā, quę a peccatis mundabat, nulli tamen contulit beatitudinē, priusquā fuerit exhibita in facto, & opere exteriore. Vnde & resurgens a mortuis secum duxit, quos purgatos inuenit, eisq; uisionem diuinæ essentiæ, ac fruitionem communicauit, quam in passionis hora latroni confitenti repromittēs, dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Ab inferis hoc est a sinu Abraæ, qui limbus patrum dicebatur, & a loco purgatorij, de quo Petrus apostolus loquens de Christo ait. Hunc deus suscitauit a mortuis solutis doloribus inferni: q; intelligi non pōt de inferno inferiori, de quo nemo liberatur, neq; ibi est redēptio. Neq; ēt de limbo patrū, quia ibi nō erant dolores, sed cōsolationes, ut patet Luc. 16. Intelligit ig ē de inferno .i. purgatorio, in quo erant pœnæ sensibiles, de quibus quosdam eripuit, dum a mortuis resurrexit. Vel secundum Alb. Necnon ab inferis resurrectionis, qua resurgens alios secum resurgere fecit: quosdam in re, quosdam in certa, & sęlici spe. In ipso enim resurgimus a morte animæ ad iustificationem, & a morte corporis ad gloriam: ad Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. quoad primum, & 1. Cor. 15. Mortui resurgent primitiæ Christus. Deinde hi, qui sunt Christi qui in aduentum eius crediderunt. ¶ Sequitur. Sed & in cælos. Non in abyssum, ut iret in Babilonem: ut Abacuch. Dan. vl. Nec in paradisum terrestrem, ut Enoch, & Helias, de quibus Gen. 5. & 4. Reg. 2. sed in cælos: non unum tantū sed super omnes, ut dicit apostolus. Qui descendit: ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. ¶ Per omnes namq; cælos, in quibus beati resident, hoc est per omnes angelorum choros ascēdit, omnes & singulos suis illuminationibus repleuit, & idcirco decem diebus celebratur ascensio domini, quia nouem angelorum choros conscendit, & in decimo trinitatis cælo ac dexterā patris cōsedit. Et sicut a summo cælo egressio eius: ita secundū propheta occursus eius usq; ad summū eius. Nec sit, qui se abscondat a calore eius. Gloriosæ, quia in corpore glorioso, & immortali, in quo resurrexit, ad cælos ascendit. Nā resurgens ex mortuis iam non moritur Rom 6. Vel gloriosæ: quia nullius extraneæ uirtutis adminiculo: sed propria uirtute, & potentia ascendit. Vnde Greg. in Homel. Redēptor noster nō curru, nō angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia, sup omnia sua uirtute ferebatur. Vel tertio gloriose propter assistētiam angelicarū uircutū, & cęlestiū gloriosorū spirituū occursumq; exercitus totius cęlestis militię, atq; propter turbā gloriosam Christum concomitantē. Duxit quidē secū patres sanctos ueteris testamēti prophetas, & patriarchas, ac oēs quos de sinu Abraæ, & inferno liberauit. secundū illud Ps. Ascendēs Xps in altū captiuā duxit captiuitatem. Ascensionis, qui nos in hostia Xpo incorporatos in cælos ascendere facit. Micheæ. 2. Ascēdit iter pandēs ante eos. Iohannis. 16. Expedit uobis, ut ego uadam, quia uādo uobis parare locum, & si abiero, & preparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum. ut ubi sum ego, & uos sitis. Eiusdem. 14. quia ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: deum meum, & deum uestrum. Ibidē. 20 Hæc ergo sunt tria Christi magnalia: quorum nos serui tui, & plebs tua sancta memores sumus. ¶ Dum autem hæc uerba facerdos proferre incipit: in modum crucis manus suas extendit ad utrumq; altaris cornu

Quo claudit & aperit portam regni

Act. 2.

Luc. 16.

Alber.

Rom. 4.
1 Cor. 15.

D

Dan. vl.
Gen. 5.
4. Reg. 2.
Ad Eph. 4.

Rom. 6.
Grego.

Psalmus.

Iohan. 16.

nu, ut sic corporis gestu, manuum Christi extensionem in cruce factam re
præsentet: secundum magistrum in rationali: quatenus passio Christi, quæ
mente memoratur, & uerbis significatur, etiam gestu corporis explicetur.
Vel secundū alios sit expansio brachiorū ad cornua altaris: ut significetur,
& insinuetur, ꝙ Christus pro iudæis, & gentibus passus sit, quæ per duo cor-
nua altaris designantur. ¶ Dicens uerō, necnō ab inferis resurrectionis, ma
nus ad se reducens parum etigit, in signum, ꝙ Christus inuictus leo a mor-
tuis resurrexit, sicq; & resurrectio significetur signis, quæ uerbis explicatur.
¶ Demum dicens, & in cælos glorioſæ ascensionis, manus aliquantulum al
tius erigit usq; ad humeros: in signum; ꝙ Christus eleuatis manibus fere-
batur in cælum. Vt sic etiam ascensio significetur per corporis nutus, sicut
passio, & resurrectio designatur. ¶ Sequitur. Offerimus. Hic additur ter-
tia clausula, in qua tangitur consecratorum uarietas, & diuersa nomina. Vn E
de dicitur. Nos serui tui sacerdotes, & plebs tua sancta, passionis, resur-
rectionis, & ascensionis filij tui (clementissime pater) simul memores.
Offerimus simul, non tamen simili modo. Nos enim sacerdotes offeri-
mus in ministerio, & opere: sed plebs tua sancta uoto dumtaxat, & deuo-
tione. Sacerdote namq; soli consecrant, & soli offerunt; ut personæ publi-
cæ pro salute totius ecclesiæ. Alij autem offerre dicuntur: quia desiderāt
& præcantur deum, ut sacerdotis oblatio accepta habeatur, & salus, quæ
petitur, fidelibus concedatur. Offerimus igitur o pater clementissime. Præ
clare maiestati tuæ. i. præ cæteris clarę: secundum Inno. Nam si iusti fulge
bunt sicut sol, in regno patris æterni, quanto magis præfulget diuina maie Inno.
stas, radiat, & corruscat in loco beatorum, ubi deus ipse gloriosus sicut est Mat. 5.
facie ad faciem intuetur, ubi nihil obscuritatis admixtum. Sed in dispari
claritate sanctorum est par gaudium; ut dicit August. Offerimus igitur
maiestati tuæ. De tuis donis, idest de frugibus terræ: quantum ad panem, Aug.
qui conuersus est in carnem Christi. Ac datis, idest fructibus arborum
quantum ad uinum in sanguinem Christi conuersum. Non ꝙ in oblatio-
ne hic sit panis, & uinum, sed quia: quæ offeruntur ex pane, & uino, sunt
confecta, & sub speciebus panis, & uini remanentibus latentia, & idcirco of-
ferre nos dicimus de fructibus segetū, & arborū. Vel exponi potest. ut
dona ad spiritualia: & data ad temporalia referantur, ut sit sensus. Inter
cætera dona spiritualia, & data temporalia, quæ nobis contulisti, offeri-
mus maiestati tuæ, tanquam potissima dona, & data. Hostiam puram,
hostiam sanctam, hostiam immaculatam, ipsam, scilicet eucharistiam, quæ
possunt exponi in ordine ad eucharistiam in seipsa, uel causaliter in ordine
ad nos. Primo modo dupliciter: uel per impuritatum exclusionem, uel
perfectionum positionem. Primo modo sic secundum Alex. Hostiam pu-
ram. i. mundam a fomite originalis peccati. Hostiam sanctam: sine fece, ac Alex.
terra peccati mortali. Hostiam immaculatam, sine contagione peccati ue
nialis. Vel puram, per cuiuslibet peccati eliminationem quantum ad cogi-
tationem. Sanctam quantum ad locutionem. Immaculatam quantum ad
operationem. quia ipse solus est, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est do
lus in ore eius. Vel secundo hostiam puram, quantum ad deitatem, quæ est
lux purissima: in qua non sunt tenebræ ullæ. 1. Ioh. 1. Habitat enim lu- 1. Pet. 2.
ce inaccessibilem. 1. Timo. 6. Hostiam sanctam, quoad animam omni 1. Ioh. 1.
gratia, & sanctitate plenissimam. De cuius plenitudine omnes accepi- 1. Timo. 6.
mus gratiam pro gratia. Ioh. 1. In eo namq; omnes thesauri sapientiæ, Ioh. 1.
scientiæ Dei absconditi sunt: ad Col. 2. Hostiam immaculatam, quan- Col. 2.
tum ad carnem de purissima uirgine sanctiſpiritus operatione cōceptam:

Pſal. & ideo omni naturali corporis perfectione decoram. In Pſ. Speciosus forma præ filijs hominum dif. est gratia in la. tuis: propte. benedi. te &c. Et sequitur. Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere, procede, & F regna. ¶ Vel tertiò. Hostiam puram, causaliter. i. nos purificantem, & a fomite originalis criminis. Sicut. n. per unũ hominem, peccatum in hũc mũdũ intrauit: & per peccatum mors. Item si unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei, & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi, in plures Rom. 5. abundauit. Roma. 5. Et hostiam sanctam nos sanctificantem: & omnem uir Iohan. 17. tutem, & sanctimoniã tribuentem, Ioh. 17 Ego pro eis sanctifico meipsum. Vnde sanctus sanctorũ est, a quo sacra cunctos sanctificantia profluxerunt. Hostiam immaculatam. i. actualis peccati maculas a nobis abstergentẽ. Con Ephe. 5. tinetur. n. in hac hostia agnus sine macula, qui seipsum tradidit pro ecclesia, ut eã sanctificaret: mundans eam lauacro aquę in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã nõ habentem maculã, neq; rugã. Ephe. 5. Sequitur. Panẽ sanctum in se. s. quia panis est angelorum confirmans in uitã æternam. Hinc enim est uirtus uiuẽdi æternaliter. Vndæ additur. Vitæ æternæ, Ioh. 6. Ioh. 6. Hic est panis uerus, qui de cælo descendit: ut det uitam mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et calicem salutis perpetuæ. In quo est potus inebrians sanguis. s. Christi perpetuæ salutis causatiuus. Vnde ait Christus. Qui bibit sanguinẽ meum, in me manet, & ego in Pſal. illo. De hoc calice in Pſalm dicitur. Calix meus inebrians, quam præclarus est. Inebrians sobria iocunditate, & lætitia perpetua: quæ non adest, ubi salus abest. Vel, Sanctum uitæ æternæ, esurientibus, & calicem salutis perMatth. 5. petuę sitientibus iustitiã Matth. 5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Saturabuntur non ad fastidium, quõ cibus corporalis replet ad nauseam, sed ad perpetuam dilectionis spiritualis iocunditatem, quo crescunt desideria ex desiderati abundantia. Vnde qui me edũt, Eccle. 24. adhuc esurient, & qui me bibunt, adhuc sitient. Eccl. 24. Esurientes. n. panis ille implet bonis: fastidiosos diuites huius mundi amatores dimittit inanes. Hinc perpendere habent fideles sacerdotes cum quanta puritate conscientiæ, & mentis præparatione, cordisq; deuotione accedere debent ad hanc hostiam puram, sanctam, & immaculatam: panem uitæ, & calicem salutis perpetuæ oblaturi. Ne si peccato obnoxij offerant: sit eorũ oblatio: qua Eccle. 34. si qui uictimat filium in conspectu patris. Eccl. 34. Ne si accendant seipsos non probantes magis filium dei rursum crucifigant: quam ipsum offerant in sacrificium beneplacitum deo patri in reconciliationem peccatorum.

Cruces in eanone missę factæ ab, uel post cõsecrationem quid repręsentãt.

G ¶ Quia autem secũdum Inno. ecclesia se dominicæ passionis memorem di- Inno. xerat, statim acerbiorem suæ passionis speciem recolit in quinq; crucibus, quas format sacerdos ad prolationem uerborum: & statim præmissorum, scilicet hostiam puram &c. ¶ Et nota hic, quæ supra dicta sunt lectione. 21. de ordine signorum crucis. Format autem quinq;, ad significandum quinq; Can. 2. Christi plagas, seu uulnera in cruce inflicta: quę sunt petre uiuentis foramina: in quibus residet immaculata illa columba fructuose nidificans Can. 2. Duo scilicet manuum, & totidem pedum: & unum lateris: quæ fideli contemplatur memoria. Format autem tres cruces communiter super oblatam, & calicem: quoniam in tribus primis uerbis utrumq; simul intelligitur: quia nomine hostiæ corpus, & sanguis significatur. Dicitur namq; hostia: ab ostio, uel ab hoste secundum heb. ab ostio: quoniam ad ostium tabernaculi offerebatur. Vtrumq; autem, & corpus, & sanguis Christi ad ostium cæli sursum est introductum: & ex oblatione huius hostie totius homo in cælũ eleuatur. Vnde secundũ gentiles hostia dicitur ab hoste: quia cũ cõtra

hostes pugnare statuerant, faciebant hostiam.i.sacrificia. Quapropter, & hic nomine hostiæ, & corpus, & sanguis intelligitur Christi, quia Christus pugnaturus contra hostem humani generis, corpus & sanguinem obtulit: & ad eius oblationem genus humanum de seruitute dyabolica est ereptum: & libertati præstine restitutum. Duæ aliæ cruces diuisim fiunt. Vna super oblatam. Alia super calicem: quia corpus, & sanguis per duo ultima uerba discrete significantur: scilicet per panem sanctum corpus: per calicem salutis sanguis. Vnde nonquam in signaculo crucis panis separatur a calice, nisi cum separate in canone nominantur, qualiter sit in proposito: & ante consecrationem, ubi dicitur. Vt nobis corpus, & sanguis fiat &c. Verum secundum Alex. & Inno. erecta pars crucis solummodo super panem: transuersa uerò super calicem protendi debet, quoniã erecta pars crucis corpus Xpi suscepit: & pars transuersa brachia distendit, quod uerum est: qñ ponitur oblata cum calice lateraliter, scilicet in latere sinistro uersus septẽtrionẽ. Calix ex directo uersus austrum. Secus si oblata ponitur ante calicem uersus sacerdotem. Tunc pars crucis erecta sit super calicem, & oblatam. Pars transuersa super calicem dum crucis signum fit super utrumq;. ¶ Verũ secundum Guilhelmum in rationali. Duæ cruces separatim factę significãt corpus Christi, & animam in morte fuisse separatas. ¶ Et notandũ: ꝙ cruces ante consecrationem factę significant ea, quæ acta sunt ante crucifixionem Christi. Iste uerò, quæ post consecrationẽ fiunt: ea repræsentant, quę Christus in cruce, & morte est perpessus. ¶ Iuxta hæc oritur quæstio secundum Inno. & Alex. non prætereunda silentio. Cum enim plene, & perfecte consecratio sit celebrata. Nam substantia panis, & uini iam per consecrationem transijt in substantiam corporis, & sanguinis Christi: quare super eucharistiam benedictam, & plenissime consecratam, adhuc benedictionis insignia imprimuntur. Respondet Inno. præmissa protestatione non præiudicandi saniori sententiæ, ꝙ in canone aliud uerba significant, aliud signa prætendunt. Significant enim uerba, & referuntur, ac principaliter spectãt ad eucharistiæ consecrationem, ac oblationem. Signa uero principaliter pertinent ad historiam dominicæ passionis recolendam. Nam uerbis utimur ad consecrandum panem & uinum in corpus, & sanguinem Christi. Signis uerò utimur ad recolendum ea, quæ per hebdomadam ante paschalem gesta sunt, & acta circa Christum. Secundum hoc igitur dicendum: ꝙ signa non requiruntur ad consecrationem, quia illa iam perfecta est per uerba ad hoc instituta: sed referuntur ad passionem Christi recolendam, quæ post consecrationẽ eucharistiæ a Christo in cœna factam est consummata. ¶ Sed forte dicis non solum benedictionis signa: sed etiam uerba subiunguntur, quæ consecrationem pertinere uidentur, & innuere, ꝙ nondum sit consecratio consummata. Sicut illa uerba ante dominicam orationem prolata (per quem hæc omnia semper bona creas, sanctificas, uiuificas). Item dum diuiso sacramento particula una sanguini commiscetur: dicit sacerdos secundum ordinarium Romanum. (Fiat hæc commixtio, & consecratio corporis, & sanguinis &c.) Ad hoc respondet Alexan. q. 37. parte. 4. post dominum Inno. ꝙ quantum ad ordinem eucharistiæ consecrandæ capitulum illud. Qui pridie, in quo fit consecratio, in fine canonis subijci debuisset: quoniã in eo consecratio consummatur. Sed ordo iste impediuisset ordinem historiæ recolende, quia qđ gestũ fuit in medio: recoleretur in fine. Prouidus igitur canonis ordinator, ut ordinem seruaret historiæ, quasi quadam necessitate compulsus: capitulum illud. Qui pridie, quam pateretur, quasi cor canonis in medio collocauit, ut quæ sequuntur, intelligantur præce-

Alex. Inno.

Rõ eorũ quę sacerdos facit in altari.

H Inno. Alex.

Inno.

An signa benedictionis, & uerba quę subiungũtur ad cõsecrationem pertineant.

I

Alex. Innocen.

dere,secundum illam figuram, qua sepe fit,ut quæ narratione succedunt:intellectu præcedunt. Vel potius,ut tam litterę,quam historiæ suus ordo seruetur. Hęc Alexan. ¶ Vnde uidetur dicendum ꝙ quæcunq; sequentia uerba,quæ consecrationem sonare uidentur: intelligenda sunt non pro tempore,pro quo referuntur sed pro instanti prolationis formæ consecrationis. Non enim possunt simul dici, quę simul facta sunt & fiunt. Licet igitur pro diuersis temporibus dicantur:sunt tamen accipienda, ac si pro eodē instanti proferantur. Vnde omnia uerba canonis eucharistiæ consecrationē designantia,referenda sunt ad instans consecrationis, & intelligenda, ac si pro eodem instāti simul cum forma consecrationis fuissent prolata. Ita ꝙ uerba præsentis temporis in illis successiue pròlata idem tempus.s. prolationis formæ consecrationis: quasi tunc præsens importent:ut exempli gratia. Per quem hæc omnia domine semper bona creas, sanctificas, uiuificas, benedicis conuertendo in sanctum, uiuum, & benedictum corpus, & sanguinem eius: non modo cum hæc proferuntur: sed tunc cum uerba consecrationis proferuntur, seu prolata fuerunt. Similiter cum dicitur. Fiat hæc commixtio,& consecratio, non quæ nunc sit: sed quæ facta est in termino prolationis formæ consecrationis.

Alex.

DE PETITIONE ACCEPTATIONIS oblatorum.

LECTIO LV.

A

SVPRA quæ propitio, ac sereno uultu respicere digneris:& accepta habere. ¶ Hæc est secunda pars principalis partis quintæ principalis canonis: in qua post rememorationem oblationem consecratorum parte præcedente:additur petitio acceptationis oblatorum. Et in duas subdiuiditur particulas. In prima petitur acceptatio.In secunda acceptationis per patrum oblationes nostram figurantes, additur,& specificatio, ibi. Sicuti accepta habere dignatus es. ¶ Circa primum ait. Supra quæ, scilicet dona & data tibi in hoc sacrificio oblata corpus scilicet & sanguinē Christi filij tui, o pater clementissime respicere digneris de cælo tuo habitaculo:sicut olim propheta tuus orauit, ut in ecclesiam respiceres,dicens. Respice de cælo: & uisita uineam istam,sanguine filij tui,supra quam hic respicere peteris plantatam. Supra.i.desuper cælesti uenturo respectu: ubi tibi sedem est Esaias testatus est. Cælū inquit, mihi sedes est: & terra scabellū pedum meorum. quæ dona,& data, panem s.uitæ,& calicē salutis perpetuę:quæ pluraliter referuntur rōne proprietatū per hęc uerba:hostiā purā,sanctā,immaculatā cōsignatarū. Respicere digneris. Nā & hoc pater clementissime pollicitus es Esa.66. Ad quē respiciā inquiēs,nisi ad pauperculum,& contritū spiritu:& tremente sermones meos? Hic autem propter nos oblatus Christus.s. pauperculus fuit, cum nudus tibi in cruce offerebatur:omniū temporalium rerū et necessariarū,& amicorū possessione pariter,& usu spoliatus totus,liuoribus,plagis,& uulneribus attritus. Attritus est propter scelera nostra:cuius liuore sanati sumus Esa.53. Tremebat quoq; sermonē patris,dū offerens,dixit. Nō mea:sed tua uolūtas

Expositio uerborū sup. quę appitio.

Psal. 79.
Esa. 66.
Esa. 53.

hat.

pra hunc itaq; oramus digneris respicere, non nostris meritis: sed tua misericordia dignatione propitio, ac sereno vultu. Propitio. i. placabili vultu: facilitate dimissionis peccati pro quo offertur hostia, ut effectum remissionis peccatorum nostrorum contra te commissorum audire mereamur. Propitius ero peccatis eorum: & iniquitatum eorum non recordabor amplius. Hiere. 3. Pro hac siquidem remissione ipse filius tuus precabatur in cruce tibi se offerens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ac sereno vultu. i. benigno & hilari. Hęc enim duo vultum faciunt serenum quia iracundiam tollunt, mansuetudinem ostendunt ac inferunt bonitatem & misericordiam. Hinc in psal. Dauid. Illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Et Numeri 6. Sacerdoti Aaron dictum est a domino. Sic benedicetis filijs Israel, Benedicat tibi dominus, & custodiat te: ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. ¶ Nec tamen hoc rude æstimandum est, Deum patrem vultum habere ad modum hominis corporalem, quia Deus spiritus est omnis lineamenti figuralis expers. Dicitur tamen habere vultum per metaphoram. In vultu enim, & facie animalis vigent cognitiuæ potentiæ obiectorum apprehensiuę. Ita quia Deo omnia aperta sunt; & obiectiua presentia cognita dicitur habere vultum, hoc est omnium intuitiuam cognitionē. Petimus igitur, ut sereno vultu. i. serena cognitione respicere dignetur, supra dona sibi oblata, cognitione non nuda, & speculatiua, sed concomitante diuino beneplacito, vt. s. ex cognitione oblationis huius benignitatem exhibeat offerentibus. Nec tamen putandum Deum ex nostra petitione quoquo modo mutandum. Vnde Inno. Non est ęstimandum, cp vultus Dei quādoq; immutetur, quasi sit quādoq; serenus, quādoq; non serenus. Sed tunc vultum serenat & super nos illuminat, cum misericordiam suam super nos exhibet & declarat. Sicq; vultus Dei serenatio non est vultus eius immutatio, sed singularis doni, & beneficij collatio, quo percepto, humanom do de Deo iudicamus ipsum ad nos vultum habere propitium, & serenum. Igitur respicere digneris oculo amoris, quia ubi amor, ibi oculus Eccle. 36. Eccle. 36. Miserere nostri Deum omnium, & respice in nos: & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et accepta id est grata, habere ipsum nostrū sacrificium, pro omnibus, quę tibi clementissime pater in ipsa offeruntur hostia. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. hoc est, quod pro omnibus exhibuit iustitiam satisfactionis. Petimus autem ut acceptum, & gratum habere dignetur pater clementissimus hoc sacrificium non in se tantum, quin ipsum sibi displicere non potest. Scriptum quidem est de Christo, qui in isto nostro offertur sacrificio: patris ad ipsum delapsam esse vocem. Hic est filius meus dilectus, in qno mihi complacui. Quippe propter hoc sacrificium acceptum, restitutum est genus humanum in amicitiā Dei: a qua lapsum est per Adę transgressionem. Deprecatio igitur, qua petitur acceptari, ad offerentes pertinet, ut qui peccatis suis terrentur, & de propria diffidunt uirtute; hostiam acceptabilem offerentes per eam se acceptos fieri postulant, quam nequaquam acceptam dubitant. Orant igitur, ut acceptam habeat quantum ad offerentem. Vnde Gen. 4. Respexit dominus ad Abel, & munera eius. Glo. Ex dantis corde datum acceptatur, uel refutatur. Subditur.

¶ Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel; & sacrificium Patriarchę nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium immaculatam hostiam. ¶ Hæc est secunda particula huius partis, in qua additur specificatio huius oblationis

Qño Densditur habere vultum super nos. Innoc. Mat. 2. & 17. Mar. 1. Luc. 3. Phil. 2. Numeri. 7. Hier. 3.

tionis nostræ acceptationis per oblationem patrum eam figurantium. Adducuntur autem figuræ tres, quarum semper una plus manifestat de ueritate, quam alia. Prima enim manifestat oblati passionem. Secunda oblati unigeniti dignitatem. Tertia sacrificij ritum, & ueritatem. Dicit igitur. Sicuti &c. Sicuti aduerbium secũdum Inno. & Alex. & Alber. similitudinẽ innuit, nõ æqualitatẽ. Multo quippe acceptius est hoc sacrificiũ, q̃ qđ obtulit Abel, q̃ q̃ qđ obtulit Abraã, q̃ qđ obtulit Melchisedech. Nulla n. oblatio hac potior, sed hæc oẽs p̃celluit. de conse. dist. 2. c. nihil & Hugo de sacr. li. 2. par. 8. c. 1. Sacramentum corporis, & sanguinis Christi unum est ex his, in quibus principaliter salus consistit: & inter omni singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hæc enim hostia pro mundi salute oblata, omnibus præcedentibus, & sequentibus sacramentis uirtutem dedit, ut ex illa sanctificarẽt per illam liberandos omnes. Valet enim res magis, quam umbra: ueritas, quam figura. Ipsam igitur similitudinem magis debemus attendere, quam quantitatem. Similitudinem dico talem, qualis esse poterat typi ad ueritatem. Ista enim sacrificia, quæ hic annumerantur, figuræ fuerunt huius nostri sacrificij ueri: de quo hic habetur sermo. Quapropter dignius est hoc, quam illa. Istud namq; acceptum est ex se, & propter se ex opere operato. Illa autem tantum ex fide, & deuotione offerentium. Non igitur (sicut) notat æqualitatem in similitudine secundum eundem gradum similitudinis quantum ad ipsa sacrificia in se: sed aliqualem quantum ad offerentes. Vnde sensus est. Supra quæ pater cle. re. dig. propi. ac sereno uultu, & ac. ha. Sicuti accepta hẽ dignatus es, & accepta tibi fuerunt, munera Abel, Abraã, & Melchisedech ex fide, & deuotione offerentium. Ita ut acceptum habeas nostrum sacrificium ultra hoc, quod ex se tibi placet: etiam gratum sit ex nobis offerentibus, hoc est tales nos offerentes facito fide, & deuotione, quales fuerunt Abel, Abraam, Melchisedech. Et ut nostra petitio sortiatur effectum: conemur etiam nos his patribus: quorum placuerunt sacrificia: assimilari. Assimilemur inquam Abel: quatenus quod rectè offerimus, rectè diuidamus, quod quia Cayn non fecit, peccauit. Sua namq; rectè, cui debebat, obtulit: Deo. s. sed retinens sibi seipsum, & cor suum auferens Deo malè diuisit. Abel autem acceptum Deo in corde intus obtulit holocaustum: quia non se sibi retinuit: sed deo totum se subdidit, & impendit. Ideo respexit Deus ad Abel & munera eius: ad Cayn autem, & munera eius non respexit. Gen. 4. prius ad Abel, postea ad munera eius respexit: quia non offerens placuit ex oblato, sed munus ex offerente. Similiter Abraam egregia fide totum se prius offerebat altissimo, & propterea placidas hostias offerebat. ¶ Et ut placidum sibi Deus faceret Abrahæ sacrificium, primo ab illo

D affectum exigebat. Tolle inquit, filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offeres illum in holocaustum super unum montium; quem monstrauero tibi, statimq; promptum inuenerat ad obediendum, & pro unigenito, quem in corde obtulit, arietem inuenit, quam occidit Gen. 22. Melchisedech quoq; nisi prius post munus acceptum obtulisset, futurorum causas minimè præuidisset: quorum intuitu mysticum panem, & uinum in sacrificium obtulit. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Gen. 4. Nos igitur ad offerendum assistentes, si rectè diuidimus prius nos in sacrificium offeramus: ac deinde sicut munus Abel: sicut sacrificium Abrahæ: sicut hostiam Melchisedech: uota nostra dominus acceptabit. Munera dicitur pueri cui Abel. Munera. s. quæ de tuis donis accepit offerens de primogenitis, & adipibus gregis sui Gen. 4. Pueri, s. obedientia, & puritate: non sensu, & intellectu. Vnde Apostolus. Nolite pueri effici sensu, & intellectu: sed malicia

paruuli

Oblatio nostra in sãctis patribus figurata.

Innoc. Alex. Alber.

Hugo

Gen. 4.

Deus affectũ exigit ut placidũ sibi faceret sacrificiũ Abrahę.

Gen. 22.

Gen. 4.

Gen. 4. 1. Cor. 14.

paruuli estote, sensu autem perfecti. Nam puer centum annorum morietur: peccator centum annorum maledictus erit, Esa. 65. Tui: secundum quãdam assimilationem Esa 42. Ecce puer meus electus, quem elegi: posui super eum spiritum meum. Iusti Abel, in quo occisus est agnus illæ ab origine mundi, qui est sacrificium nostrum. Apocal. 13. Et sacrificium Patriarchæ nostri Abraę: patris. s. patrum, & patris multarum gentium. Nostri; qa non tam Israeliticæ plebis, quam populi tui christiani pater: illius per carnem istius per fidem. Vnde dicit. Non ultra uocabitur tibi nomẽ Abram: sed appellaberis, Abraam: quia patrem multarum gentium constitui te. qui tibi obtulit unigenitum secundum illud. Per memetipsum iuraui dicit dominus; quia fecisti hãc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi. Sequitur. Et quod, secundum sacrificium obtulit tibi primus & summus sacerdos tuus Melchisedech, rex salem, proferens panẽ, & uinum reddendo gratias tibi Deo de victoria Abrae uenientis de cede quatuor regum: ut habetur Gen. 4. Sacerdos tuus non solum, quia tibi ministrans, sed quia te significans. Glo. Gen. 14. Melchisedech, qui interpretatur rex iustitiæ, & dicitur rex pacis; Christum significat: per quem reconciliati sumus, & qui in fine seculi iuste iudicaturus est. Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Illam clausulam, ut Innocen. refert addidit ad canonem Leo papa. Et potest referri ad sacrificium Melchisedech: quod dicitur sanctum, & immaculatum: non in se formaliter: sed figuratiue propter sacrificium nostrum: quod in illo expressius fuit præfiguratum: quapropter & illi, nostri sacrificij conditiones attribuuntur. Hoc quidem sanctum est propter plenitudinem gratiæ, & uirtutum copiam (Non enim dedit Deus spiritum filio suo ad mensuram) qui in hoc nostro sacrificio continetur Ioh. 3. Est & sacrificium immaculatum quoad innocentiam, & peccati immunitatem. Christus enim nec peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius Esa. 53. & 1. Petr. 2. Vel sanctum est quoad nos: pro quanto nobis ex hoc sacrificio gratia, & spiritualium uirtutum dona largiũtur, qui sunt nostra sanctitas uiæ, & pignus futuræ gloriæ, & perpetuæ sanctitatis.

Esa. 65. 42

Apoc. 13.

Gen. 17.

Gen. 22.

Gen. 4. Gen. 14.

Innoc.

Iohan. 3.

53.

De sacramẽti eucharistię præfiguratione, & de figurarũ ratione & congruentia.

¶ Quia autem in textu illo mentio fit de figuris, quibus hoc sacrificiũ præfiguratum est, aliquid latius de figuris ipsis est tractandum. ſ de figurarum ratione, & congruentia numero ex sufficientia, ordine & excellentia. ¶ Circa primum ponit Alex. parte 4. q. 29. arti. 1. rationes tres, quibus congruebat præfigurari. ſ. ratione difficultatis, significationis, dignitatis. Ratione difficultatis, quia illud sacramentum inter omnia sacramenta, immo inter omnia credibilia, difficillimum est ad credendum, ergo homines debuerunt manuductione assuefieri figurarum: & sic progredi ad eius credulitatem. Propter significationem, quia Christus passus (quo datur uita fidelibus) hoc sacramento significatur, & continetur. Congruebat autem Christũ passum pluribus figuris præfigurari eadẽ ratione conueniebat illa sacramenta præfigurari: in quibus Christus passus principaliter significatur. In duobus autem sacramentis, sed baptismo, & sacramento altaris principaliter significatur Christus passus. Nam de baptismo dicit Apostolus. Consepulti sumus per baptismo Christo in morte. De eucharistia uerò ait dominus. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde & ista duo sacramenta fluxisse dicuntur ex latere Christi militis lancea aperto, quia in sanguine, & aqua, quæ de eodem latere fluxerunt, sacramentum eucharistiæ, & baptismi, (baptismi quidem in aqua, eucharistiæ in sanguine) significabatur. Eadem igitur ratione, qua baptismus, etiam eucharistiæ sacramentum debuit prefigurari. Propter dignitatem. Præfiguratio enim rei attestatur eius digni-

Alex.

Rom. 6. Luc. 22.

tati.

hominum factus,& habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum factꝰ obediens usq; ad mortem,mortem autem crucis,propter quod & Deꝰ exaltauit illum,& donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius oẽ genu flectatur,cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omis lingua cõfiteat,quia dñs Iesus in gloria est Dei patris. Quãuis.n. humilitas durus cortex esse uideat:& mortalitatis passio decoctio uideat sub cinere:tñ uirtus cõfortatiua latet intus,q̃ diabolũ uincit, & inimicorũ castra subuertit. ¶ Cõ tentũ uerò huius sacr̃ Xp̃i passus:qui,res est,& signũ figuratur per oblationẽ animalium terrestrium,& uolatilium. In agro,quẽ obtulit Abel Gen. 4. Vaccã trienni,quam obtulit Abraam Gen. 15. Per uitulum tenerrimum,quem idem obtulit in cibum angelis. Gen. 18. Per agnum paschalem,& hædum Exo. 12. Per arietes uitulos,& hircos,qui in Leitico,& locis diuersis præcipiunt offerri. Præcipuę per immolationẽ ueruecis, seu arietis, quẽ Abraã Patriarca pro unigenito obtulit. Gen 22. Per holocaustũ uitulæ rufæ,cuius cineribus,& sanguine oia expiabantur, & cuius sanguis per pontificẽ semel in anno in sanctasanctorũ inferebat. Et iam in auibus turturæ,columbæ,& passere Leui. 1.& 14. In agno quidem pp patientis mansuetudinẽ. Et ego tanquam agnus mansuetus,qui portabatur ad uictimã Hier. 11.& Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducet, & quasi agnus coram tondente se obmutescet,& non aperiet os suum. In hędo autem propter passionis cãm, q̃ est duplex peccatum.s.originale,& actuale. Pergens affer mihi duos hædos optimos,quibus libenter uescitur pater tuus, quos cũ coctos intuleris, benedicat tibi pr̃ tuus. Hircus, & caprę duas sequelas signant peccatorũ:quas etiã Christus abstulit sua passione. Hircus.n.peccati sętorem in uilitate eius pp conuetudinem eius significat. Capra autem per libidinem, pronitatem ad peccatũ repręsentat,quę purgauit dominus in sua passione Leui. 4. de principe dr̃. Offer & hostiã coram dño hircum de capris immaculatũ. Solus aũt Christus similitudinem carnis peccati habens,& nullũ pctm̃, est hircus immaculatus de capris,hoc est peccatoris,& peccatricis, a pr̃bus descendens. Veruex aũt siue aries dux gregis principatũ Christi in regno fidelium designat. Vnum de bene gradientibus est aries dux gregis,nec est,qui resistat ei. Hunc offert Abraam, quo ri pręsentat, qualiter immortalis manet deitas sicut Isaac,& immolata humanitas ducis nostri gregis,quod significat aries immolatus. ¶ Commemoratio aũt passionis,quę quotidie fit in oblatione huius sacrificij in altari: per iuge sacrificium quod mane fiebat, & uespere de agnis,ut dicitur Numerr iuge sacrificium octauo. Agnos anniculos immaculatos duos quot die in holocaustum sempiternum, unum offereti mane: alterum ad uesperum. Mane quidem ad gratiam uirtutis: qua mane in uita ista egemus ad meritum. Vespere autem in periculosa infirmitate:quia tunc egemus sacramento ad uiaticum, de quibus in Psalmus dicitur. Dirigatur oratio mea sicut incensum, supple matutinum, in conspectu tuo, eleuatio manuum tuarum sacrificium uespertinum: scilicet in recommandatione animæ. Mane semina semen tuum: & uespere non cesset manus tua: quia nescis,quid magis oriatur hoc, aut illud:& sic utrumque simul melius erit. In uitulis aũt boum repræsentabatur hoc sacrificium propter saginam,maturitatẽ,& utilitatem. Saginatus est enim uitulus omni pinguedine deuotionis. Lucæ decimoquinto. Occidit pater uitulum saginatum: quia saluum recepit. Matute' etiam incedit bos & caute: & fortiter ungulam figit: utilis est ad arandum. Sic CHRISTVS caute' pedem posuit,nulli malum, omnibus bonum exemplum dedit hominem corda uomere prædicationis arauit. Prouerb. 14. Vbi

G

Gen. 4. Gen. 15. Gen. 18. Exod. 12. Gen. 22. Leui. 16. Leu. 1. & 14. Hier. 11. Esa. 53. Gen. 17. Leui. 4. Prouer. 30.

Victimarũ significatio.

H

Numeri 28. Eccl. 1.

apparent

apparent plurimæ segetes sibi manifesta est fortitudo bouis. In auibus autem per turturem designatur per gemitum, & hoc in oratione per columbam, quia ad patriam reuolare Christus docuit, quod præ auibus cæteris columba nouit. Qui sunt hi, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? In passere autem, quia fugere præsentium insidias docuit. Passer enim aliud præsidium non habet, nisi fugam. Vnde in Psal. passeri se comparat. Factus sum sicut passer solitarius in tecto. In singulari tamen sacrificio uitulæ rufæ. Numeri 19. signatur, ideo quia sicut in sanguine uitulæ rufę uniuersa expiabantur, & cum sanguine eius erat introitus in sancta sanctorum. Ita & in sanguine Christi uniuersalis fit expiatio peccatorum. Et per sanguinem eius apertus est introitus in regnum cœlorũ. Vnde ad Heb. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Et ibidem 9. Non enim in manufacta sancta introiuit Iesus exemplaria uerorum, sed in ipsum cælum: ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Sic igitur signatur in animalibus contentũ in hoc sacramento Christus passus res simul, & signum. ¶ Signatur tertio propter diuersitatem gratiarum, quas continet hoc sacramentum uirtualiter, & effectiue, quæ sunt res huius sacramenti, & nó signum per oblationem, & sacrificia rerum inanimatarũ, ut salis, similaginis, mellis, olei, thuris, & adipis. Mel enim licet non sit oblatio legis Leuit. 3. est tamen in uerbis sapientiæ, & ostendit dulcedinem sacrificij quæ in sacrificijs holocaustis, & pacificis offerebantur, sicut tangitur Leuit. 1. & 2. & deinceps. ¶ In his igitur sacrificijs præsignatum est sacramentum sex modis. In sale discretio rationabilitatis, quia nihil fecit Christus nisi congrua ratione. In omni sacrificio offerens sal. Ad cuius imitationem etiam Apostolus nos hortatur rationabile obsequium uideatur Rom. 12. ¶ In similagine huius sacrificij mundissima puritas Leuit. 2. De similia purissima erit sacrificium. ¶ In melle sanctus spiritus dulcedo. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum. ¶ In oleo autem pinguedo figuratur deuotionis. Oleum effusum nomen eius. ¶ In thure notatur odor orationis, & uirtutis. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto sicut uirgula fumi: ex aromatibus myrrhæ, & thuris. ¶ In adipe, & pinguedine significatur hoc sacrificium, quoad crassitudinis dulcedinem in spiritus sancti intima cõsolatione. Omnis a leps domini erit iure perpetuo. Et in psal Sicut adipe, & pingue. re. ani. me. & labijs exul. lau. os meum. Hinc ecclesia canit. Pinguis est panis Christi, & præbebit delitias regibus. Et ita sacramentum hoc quãtum ad multitudinem gratiarum suarum, ac pinguedinem, & consolationẽ spiritus in his sacrificijs est signatum. ¶ Figuratur quarto quantum ad effectum suorum, & operationum multitudinem in modis oblationum. Sunt autem modi illi uniuersi numero quinque: & sextus modus saluatur in omnibus illis. Et sunt holocaustum, pacifica, uictima, hostia, immolatio. In omnibus illis saluatur oblatio, quia quodlibet istorum Deo offerebatur. ¶ Holocaustum enim dicitur, quod totum incendebatur igne: sicut agni iuge sacrificium, & sacrificium uitulæ rufę. ¶ Pacifica uerò, quæ pro pacis propriatione (uel iam factæ, uel in Christo faciendæ: tum pro peccatorum reconciliatione) offerebatur. Et hæc non tota incendebatur: sed pars cremebatur domino, pars esset sacerdoti offerenti, & pars in usus eius, qui obtulit pacificam: & pro quo offerebatur. ¶ Hostia autem, ut dicit Isitius, uel ideo dicebatur: quod ad ostium tabernaculi ducebatur, manibus offerentium impositis capiti eius: ut sic significaretur: quod per ipsa ad sancta pateret

Esa. 60.

Numeri 19.

Heb. 13.

I

Diuersitas gratiarũ, q̃ sunt in sacramento.

Leui. 1. & 2.

Rom. 12. Leui. 2.

Eccl. 24. Can. 1. Can. 3.

Leui. 3.

X

Effectus sacramẽti.

accessus.

accessus. Vel ideo: quia pro uincendis, uel iam uictis hostibus offerebatur. ¶ Victima autem, ut idem Esirius dictis, dicebatur: uel quia uicta offerebatur: uel quia offerebatur in uictoria, quæ homo uicisse gaudebat. ¶ Immolatio dicebatur, quæ cum offerebatur, molam quandam habebat in capite in signum, quòd hoc animal ad Dei sacrificia pertinebat. Mola dicitur pulus ex farina aqua, & sale, quæ olim uictimæ inter cornua profundebãtur, hinc dicitur uerbum immolare, id est uictimã mola profundere, ut dicit Ianuẽs. ¶ In omnibus autem his saluatur oblatio: quia quodlibet illorum corã Deo offerebatur antequam in toto, uel in parte incenderetur. ¶ Hæc omnia in nostro implẽtur sacrificio spiritualiter. Nostrum quippe sacrificium totum in igne charitatis, & spiritussancti oblatum est: & offertur quotidie, quod signatum est Gen. 8. ubi postquam Noe de arca egressus est saluatus ex aqua: quod salutem per baptisma consecutam significauit. secundum illud 1. Petri. 3. In diebus Noe cum fabricaretur arca; pauci id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & uos similis formæ saluos facit baptisma. Postquam igitur sic Noe egressus arcam saluatus ædificauit altare: & tollens de cunctis animalibus, & uolucribus mundis obtulit holocaustum super altare, & odoratus est dominus odorem suauitatis: quia siue sint animalia Dei, quæ laborant in necessitatibus huius uitæ: siue sint uolucres cœli, contemplatione cœlestia petentes in holocaustum per ignem charitatis, & spiritussancti incensi in altari, hoc est in sacrificio altaris Deo oblatis in odorem suauitatis acceptantur. Immundi uerò nihil cum altari nostro habet commune, quia sacrificio nostro non sunt uniti. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & uade in terram uisionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstrauero tibi. Mons autem illæ elevationem spiritus repræsentat, quam in nobis operatur uirtus sacramenti. ¶ Hæc hostia etiam inter omnes est singulariter pacifica, quæ pacem fecit inter nos, & Deum. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum & medium parietem soluens inimicitias in carne sua: & Ioh. 16. ait. In mundo pressuram habebitis: sed in me autem pacem. ¶ Hæc ostia pacifica diuiditur, quia pars Deo ad laudem offertur, pars autem pro ecclesia laborante: pars pro purgandis in purgatorio participatur, de quo infra dicetur. ¶ Hæc etiam oblatio uerissime hostia est. quia & hostes potenter deuicit, & per seipsum qui ostium est, in cœlum introduxit. hinc Esa. 63. Propugnator sum ad saluandum. & Ioh. 16. Ego uici mundum. Christus enim exiuit uicens, ut uinceret. Apoc. 6. de secundo dicitur Roma. 5. per ipsum accessum habemus ad Deum, & gloriamur in spe filiorum Dei. ¶ Hęc etiam oblatio specialiter dicitur uictima, quia Christus uictus obedientia patris uoluntarie se obtulit. Factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. His uinculis ligatus fuit, quando ait. Nam sicut ego uolo, sed sicut tu uis, fiat. His quoq; Paulus ligatus fuerat, quando dixerat. Alligatus spiritu uado in Hierusalem, quæ in ea uentura sunt mihi, ignorans. His uinculis uinciuntur omnes, qui seipsos uictimant pro Christo. Vincti manicis pergent, & te adorabunt, eoque deprecabuntur. Ideo etiam uictima dicebatur: quia in uictoria offerebatur. Per hanc enim in Christo omnes uincimus, & mortem, & eum, qui habet mortis imperium Heb. 2. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors stimulus tuus. Sequitur. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Hęc deniq; hostia singulariter immolatio uocabatur, quia olim offerendo mola imponebatur: ut Deo sciretur

Gen. 8.

1. Petr. 3.

Gen. 22.

1. ad Ephe. 2.

Ioh. 16.

Hæc hostia uere pacifica.

Esa. 63. Ioh. 16. Apoc. 6. Rom. 5.

Ad Phil. 2. Matth. 26. Act. 20.

Hebr. 2. Esa. 45.

1. Cor. 15.

esse oblata

Iohan.6. Can.3. Esa 53. Iohan. 17. Alber. M Alexan. Gen.14. Exod. 12. Exod. 15. Nume.20. 1. Cor. 10. Leui.2. Iudic. 13. 1.Reg.14. Ioh. 19. Auguſt: B.Greg. Sap.16. Ambr.

rſſe oblata. Ita Chriſtus in oblationem ſanctam ſignatus eſt a Deo patre & manibus offerentium. A Deo quidem, ſic dicitur Ioh.6. Hunc enim pater ſignauit Deus. A manibus offerentium purpura, ueſte alba, arundine pro ſceptro,& corona ſpinea ſignatus eſt. Egredimini filiæ Hieruſalem:& uidete Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua. Ab hac mola, immolationis nomen congrue accepit noſtra oblatio. pſal. Immola Deo ſacrificium laudis:& redde altiſſimo uota tua. Circum.& immola.in tabernaculo eius hoſtiam uociferationis. Item. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. In omnibus his ſaluatur ſalutaris oblatio, qua tempore ſummus pontifex obtulit ſe in omnibus his. Et ad omnia hæc, quæ dicta ſunt Eſa.53. Oblatus eſt,quia uoluit:cuius ob atio noſtra ſanctificatio fuit.unde Iohan.17. Ego pro eis ſanctifico meipſum. hoc eſt, Ego pro eis ſanctifico meipſum, ut ipſi in me ſint ſancti, & oblati. Oblationem ſumus ſemel in Chriſto moriente in cruce: offerimur in eo quotidie in hac altaris hoſtia, ad cœli hoſtium nobis per hoſtiam hanc apertum. Hæc omnia Alber.lib.2. de Offi.Miſ. ¶ Doctor uerò irrefragabilis Alex. de Ales q.29 parte 4.mêbro 2.octo ponit præfigurationes huius ſacrificij. Prima fuit in oblatione panis,& uini Melchiſedech Gen. 14. Secunda in agno paſchali Exo. 12. Tertia in manna. Exod.16. Quarta in aqua, quæ fluxit de Petra Nume.20. & 1.ad Cor. 10. Quinta in ueteris legis ſacrificijs Leui.2. & ſequentibus. Sexta in hædo,quem coctum obtulit manue.Iudic.13. Tulit hædum de capris,& libamenta,& poſuit ſuper petram &c. Septima in fauo mellis,quê Ionathas ſummitate uirgę cõuertit ad os 1.Reg.14 Octaua in fluxu aquæ, & ſanguinis de latere Chriſti Ioh.19. dicit enim Aug. quod fluxus illæ figura fuit baptiſmi,& euchariſtiæ. Prima fuit figura huius ſacramenti quantum ad exteriorem formam,& effectum primum.ſ.refectionem ſpiritualem. In illa oblatione panis,& uini repræſentata fuit forma exterior ſacramenti,& refectio ſpiritualis. Vnde ſicut hic eſt in re,ita ibi fuit in figura. ¶ In ſecunda ſcilicet de agno paſchali fuit figura ſacramenti,& rei,hoc eſt Chriſti. Nam ſicut agnus paſchalis datus fuit in ſignum liberationis a ſeruitute Ægypti: ita agnus eſt in liberationem a ſeruitute diaboli. Non enim dari debet hoc ſacramentum,niſi exiſtentibus in gratia. Fuit etiam innocentia Chriſti ſignata per agnum, cuius manducatio a calciatis ad iter, præcinctis baculos in manibus habentibus,cum lactucis agreſtibus, & azymis panibus:diſpoſitionem eorum,qui manducant,quatenus ad ſalutem ſumant,ſignificatur.ſ. ſumentes ſint ſine peccati fermento.Pœnitentia pro peccatis amaricati peccatis fide diuinitatis, & humanitatis imbuti inquirendis myſterijs ſimplices non curioſiſmente,& corpore caſti: præcedentũ patrum imitatores animarũ ſuarũ cuſtodes,ad patriam cum deſiderio feſtinantes,quæ omnia late proſequitur B. Greg. in Home. paſchali. ¶ In tertia etiam manna ſignatur effectus ſuauitatis.Sap.16. Panem de cœlo præſtitiſti eis,omne delectamentum in ſe habentem:& omnis ſaporis ſuauitatem. Suauitas namq; in manna ſignificat plenitudinem gratiæ in Chriſto, de cuius plenitudine accipiens anima delectatur. ¶ In quarta.ſ.aqua,quę fluxit de petra, ſignificatur effectus huius ſacramenti,quæ eſt extinctio æſtus peccatiteiuſq; ablutio facta per ſanguinem Chriſti,unde Ambr. lib.de ſacra. Illis aqua de petra fluxit,tibi ſanguis fluxit de Chriſto. ¶ In quinta.i.ſacrificijs ſignificatur oblatio Chriſti in hoc ſacramento repræſentata.Oblatus enim fuit in paſſione tanquam holocauſtum, tanquam hoſtia pacifica, & quaſi uictima pro peccato. Inquantum enim innocens fuit, & nullius debitor, immolatio illius holocauſtum fuit,quod non obtento aliquo, ſed totum in obſequium Dei

Octo præfigurationis huius ſacrificij.

offerebatur.

offerebatur. Totus inquã, pro nobis, nihil pro se. Inquãtũ ſi autem fiebat in reconciliatjonem cum Deo, & angelis, fuit hoſtia pacificorũ. pacificãs oĩa, & q̃ in cœlis, & q̃ in terris, ad Col. 1. Inquantũ fuit redemptio nr̃a, fuit uictima, pro peccato. In oblatione manue ſupra petra ſignat̃, q̃ oblatio nr̃a fieri debet in fide Xp̃i, qui eſt petra, de qua Apoſtolus. 1. Cor. 10. Petra aũt erat Xp̃s. ¶ In ſeptima. ſ. fauo mellis, qđ ad os ſuum uirga intincta Ionathas applicũit: qualitas ſignificat̃ offerẽtis ſacerdotis, qui debet hr̃e uitæ ſãctitatem: qđ per Ionathã ſignificat̃, qui gr̃a interpretatur, & ordinis dignitatẽ, qđ per uirgam importat̃: & Xp̃i, cuius perſonã gerit: fidei, & uitæ imitationem, qđ per intinctionẽ uirgæ in fauum mellis, & applicationem ad os importat̃. Xp̃s. n. fauum mellis eſt pp duplicem naturam: diuinam in humana, quod eſt mel in cera. In octaua ſ. effluxu ſanguinis de Xp̃i latere oſtẽditur, unde hoc ſacr̃m hẽt efficaciæ ſuę ortum. ſ. ex paſſione Xp̃i, quæ in lateris apertione eſt conſummata. Hæc Alex in ſententia. ¶ Quod uerò magiſter inſtrum diſt. 8. quarti libri ponit tr̃s quatuor figuras. ſ. manna, effluxum ſanguinis de latere Chriſti, oblationem Melchiſedech, & agnũ paſchalem: põt breuiter dici q̃ magiſter non uoluit ponere oẽs figuras, ſed magis expreſſas. Poſſunt. n. hę quatuor figuræ diſtingui penes quatuor principales effectus huius ſacramenti. ſ. Vuificare, & quãtum ad illum figurat̃ p̃ ſanguinẽ, qui eſt uita hominis cauſaliter, quia aia omnis carnis in ſanguine eſt Leuit. 17. Et ſanguis Xp̃i emundauit conſcientias noſtras ab operibus moru s, ad Heb. 9. Alius eſt uiuificata nutrire: & quãtum ad hoc ſignificat̃ per manna. Sap. 16. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum. Tertius effectus eſt uires reſtaurare: & quantum ad hoc ſign ficatur p̃ panem, & uinũ oblatum a Melchiſedech Abraę reuertenti de prælio, in quo perdita reſtaurauit. Quartus effectus eſt protegere a poteſtate aduerſariorũ, & quantum ad hoc ſigni ficatur per agnum paſchalẽ, cuius ſanguine cuſtoditi ſunt filij Iſrael ab Angelo exterminatore. ¶ Vel põt dici, q̃ illæ quatuor figuræ poſitę ſunt ſecundum quatuor, qui in hoc ſacr̃o concurrunt. ſ. ſignum tm̃ res, & ſignũ res tm̃, & cauſa, quæ ſunt ſpecies panis, & uini, Xp̃s, gr̃a, ſanguinis effuſio. Primum per oblationem Melchiſedech: ſecũdũ per agnũ paſchalem: tertiũ per manna: quartũ per effluxũ ſanguinis de latere repræſentat̃. Aliæ ab aliis aſſignãtur cãſæ, ſed illæ ſufficiant: & tm̃ de nnmero, & ſufficientia figurarũ. ¶ De tertio. ſ. figurarũ ordine, & excellentia. Dẽ aũt figura excellentior, q̃ expreſſius ſignificat: & quantum ad hoc dr̃: q̃ figuræ ſe habent ſicut excedentia, & exceſſa. Nam ſecundũ diuerſa in hoc ſacramento conſiderata nec hæc figura excellit nec illa. Nam quantũ ad ſacramentum tm̃ r̃ repr̃ſentandũ, excellit figura Melchiſedech quantũ ad ſacramentum, & rem, agnus paſchalis, quantum ad rem tm̃ manna deſert: quantũ ad cauſam effluxus ſanguinis Chriſti. & hæc ſatis patent ex præmiſſis. ¶ Sed ſunt duo dubia. Primum, cur plus ſacrificia horum trium patrum Abel, Melchiſedech, Abraę, quam cęterorum commemorantur. Secundum cur potius hęc ſacrificia de lege naturę, quàm de lege Moyſaica in canone aſſumuntur. ¶ Ad primum dicitur, q̃ ideo horum patrum ſacrificia commemorantur: quia ſicut illorum ſacrificia typi uere, & figuræ ſacrificij noſtri, ita & patres ipſi fuere figura Chriſti. Abel enim innocens, & iuſtus a fratre ſuo inuidioſe interfectus eſt, per quod ſignificatur Chriſtus, qui a fratribus iudæis inuidia obcæcatis malicioſe in mortem traditus, propter quod dicit Iohan. Apocal. decimotertio, quòd agnus Chriſtus ab origine mundi occiſus eſt: in ſuis, ſcilicet in Abel, in cuius occiſione præfiguratus eſt, vt dicit gloſ. Abraam quoque figura fuit CHRISTI in magna ſua obedientia, qua paratus fuit

Col. 1.

1. Cor. 10.

Alexand. N

Leuit. 17.

Heb. 9.

Sap. 16.

Apoc. 13.

Magiſter ſententiarũ, 4. tantum figuras ponit.

Cur plus ſacrificia Abel, Melchiſedech & Abrae cõmemorãtur in canone, quã aliorum.

offerre propriam suam substantiam in filio suo unigenito. Et Christus obediens fuit patri offerendo seipsum in mortem, ad uoluntatem, & beneplacitum patris. Fuit etiam in hoc Abraam figura Christi, q̃ Patriarcha fuit, & princeps patrum, non tantum Israeliticæ plebis, sed & populi christiani, illius per carnem, istius per fidem, secundum illud Gen. 17. Non ultra uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraam: quia patrem multarum gentium te constitui. Sic Christus pater est omnium, qui fecit utraque unum; qui lapis est angularis, duos in se parietes, iudæos, & gentiles coniungens in fidei unitatem. In quo & omnes modo spiritualiter renascimur: & filij Dei efficimur per gratiam adoptionis: qui & iuxta promissionem Abraæ factam de suo fuit semine ortus. Melchisedech quoq; figura Christi fuit, quia fuit rex Salem. i. rex iustitiæ, & pacis. Fuit sine patre, & sine matre, & sine genealogia. Sacerdos Dei altissimi benedixit Abraæ, & obtulit decimas, p q̃ Xp̃m aperte figurabat, de quo ꝓpheta. Oriet̃ i diebus eius iustitia, & abudãtia pacis, donec auferat̃ luna. i. ecclesiæ mortalitas. & Esa. 9. Ipse princeps pacis, pr̃ futuri sæculi. Hic princeps pacis fuit sine pr̃e exordio, sine matre in æternitate: sine genealogia in diuinitate. Benedixit oibus fidelibus, & occurrit pulsans ad ostium, præueniens singulos in benedictionibus dulcedinis. Occurrit quidem peccatoribus in multa miseratione per immissionẽ sanctarum cogitationum: ut a peccatis se conuertant. Occurrit etiam conuersis in multa dulcedine, per multiplicationẽ gratiarum donorum, & uirtutum: Obtulit & decimas per restaurationem ruinæ angelicæ. Cecidit quidem draco manus lucifer, & traxit secum tertiam partem stellarum. iuxta uisionem B. Iohannis in Apoc. c. 12. Christus autem per naturæ humanæ assumptionem, obtulit se Deo patri, quo illa pars angelorum, quæ cecidit est integrata ne uacuitas esset in illa Hierusalẽ superna. Et sicut patres Christi, ita eorum oblationes figuræ fuerunt nostri sacrificij: ut patet ex supradictis. ¶ Ad secundum dubium respondetur secundum Alb. q̃ ideo sacrificia legis naturæ sunt adducta, quia illa in fide semper fuerunt accepta. Hostiæ autem legis ueteris non fuerunt: & ad tempus tolerabantur: ut eas carnalis populus magis Deo offerret, quam idolis immolaret, eo q̃ populus ille pronus fuit ad idolatriam. Vnde Leuit. 17. postquam mandauit de bobus, & eorum adipibus immolari domino: quasi causam assignans addidit. Et nequaquam immolabunt ultra hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Vñ de sacrificijs, & hostijs illius legis scribitur per Hier. 6. Holocaustomata uestra non sunt accepta, uictimæ uestræ non placuerũt mihi. Et per Oseæ c. 6. Misericordiam uolo, & non sacrificium. Et iterum in psal. Non accipiam de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Nũquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo. Et similia multa, quæ ostendunt sacrificiorum illorum inacceptibilitatem, quantum ad peccatorum remissionem, & gratiæ collationem. Nam quoad primum dicit apostolus. Impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. ad Heb. 10. Quoad secundum ait Roma. 3. Ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Et ad Gal. 2. Si per legem iustitia: ergo Christus gratis mortuus est. Sed d. hoc latius supra lect. 22. ¶ Potest etiam dici, q̃ non tantum commemorantur sacrificia horum patrum tanquam figuræ nostri sacrificij, quantum commemorantur propter patrum illorum acceptabilitatem. In quorum primo commendatur constans iustitia: in secundo fides: in tertio obedientia. Vnde orat sacerdos, ut accepta sint sacrificia sicut patrum illorum fuere. Sequitur.

Gen. 17.

Psal. 71.

Esa. 9.

Apoc. 12.

Alber.

Leuit. 17.

Hier. 6.

Ose. 6.

Heb. 10. Roma. 3. Gal. 2.

Cur potius de lege naturæ, quam de mosaica sumunt hæc sacrificia.

DE DIVINÆ GRATIÆ participatione.



VPplices te rogamus omnipotens deus. Iube hęc perferri, per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuũ, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ: ut quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui corpus, & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cœleſti, & gratia repleamur. Per eundem dñm nr̃m. Amen. ¶ Hæc eſt tertia pars partis quintæ principalis canonis, in qua poſt petitam oblatorum acceptationem, petit ſacerdos diuinæ gratiæ & benedictionis participationem. Et habet tres particulas. In prima ponitur petitionis inſtãtia. In ſecunda petitionis forma, ibi. Iube hæc. In tertia iungitur petitionis finis & ſubſtãtia: ibi. Vt quotquot. ¶ Quoad primum dicit Supplices, id eſt humiles te rogamus. Allegamus autẽ humilitatem noſtrã in petendo benedictionis gr̃am inſtructi doctrina Iacobi Apoſtoli dicentis. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus dat gr̃am. Eiuſdẽ 4. Hinc rogamus non ex noſtra iuſtitia: quoniam illa ante faciem tuã eſt tanquam pannus menſtruate. Eſa 64. ſed innitentes humilitati, per quam nihil de nobis præſumimus: ſed ſolum de tua mia rogamus, & petimus, ſcientes, q̃ oratio humilium cœlos penetrat: & non diſcedit: donec altiſſimus eam inſpiciat. Eccle. 35. Rogamus igitur te opus Deus: quia nemo potens eſt præſtare, quę petimus. Quis enim imperabit angelis: ut uota nr̃a perferant ante cõſpectum tuæ celſitudinis; niſi tu Deus oꝑs, qui rex es, & dñs angelorum. Quis perfundere poteſt cœleſti benedictione, & imbre ſupernæ gratiæ corpus, & ſanguinem Xpi filij tui participantes, niſi tu Deus opus, qui pater es miſericordiarũ, & totius conſolationis, qui p̃ueniens in benedictionibus dulcedinis tuæ, quam paraſti manducantes. Iube hæc perferri. Tantæ ſunt profunditatis hęc uerba, dicit Innocuc intellectus humanus uix ea ſufficiat penetrare. Nam & B. Greg. tanti ſacramenti dignus interpres in 4. libr. dialo. cap. 50. tanquam de re ineffabili ineffabiliter loquens. Quis inquit, fidelium dubium habere poſſit, in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis uocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe: ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus coniungi. Vnum quoq; ex uiſibilibus, & inuiſibilibus fieri. Idẽ: Vno eodemq; ꝑpe, & momento, & in cœlum rapit miniſterio angelorum ſociandus corpori Chriſti, & ante oculos ſacerdotis in altari uidetur, & ponuntur hęc uerba de conſe. diſt. 2. Quid ſit ſanguis. Quorum expoſitionem require ſupra lect 47. ¶ Subdit Inno. Saluo tamen occulto cœleſtis oraculi ſacroſpũt hæc uerba, licet ſimplicius, tñ ſecurius intelligi ſic, tripliciter quidẽ: ſecundum q̃ pronomen hæc, põt demonſtrare: uel fidelium uota, uel corporis, & ſanguinis ſacramenta, uel per ea myſtice ſignificata. Primo modo ſic. Iube hæc. ſ. uota fidelium: ſupplicationes, & præces. Perferri. i. repreſentari. Per manus ſancti angeli tui. i. per miſterium angelorum, qui (vt Apoſtolus ait ad Hebr. 1.) ſunt oẽs adminiſtratorij ſpũs. Hi qdẽ nũciant Deo noſtras orationes, quas fundimus, iuxta illud, qđ ait Angelus ad Tobiam eiuſdem c. 12. Qñ orabas cũ lachrymis &c. ego obtuli orationẽ tuam dño. Et ſecũdũ Alber. Non dicit hic, per ſancti angeli tui pro uno angelo tantũ: vel pro vno angelorũ choro, ſed pro omnib⁹. Omnes. n. cœleſtes eſſentiæ (vt dicit B. Dion.) angeli vocant, quorũ innumera eſt multitudo: ſecũdũ illud Dan. 7. Milia miliũ miniſtrabãt ei, & decies centena milia aſſiſtebãt ei. Hoc aũt maxime intelligendũ eſt fieri dicit in ſacro altaris ſacramentum allegans illud Greg. ſtatim ſupra poſitũ. Aſſiſtit aũt angeli non ad hoc ſa-

Humilitas horũ uerborũ iube hęc perferri.

Quid ſignatur per hęc uerba iube hęc proferri

Eſa. 64.

Eccle. 35.

Inno. Grego.

R Innoc.

Heb. 1.

Tobiam 12.

Alber.

Dionyſi.

Greg.

cramentum consecrandū, quia ad hoc non acceperūt potestatem, sed in hac
ab hominibus excedunturut supra habitum est lectio. 4. Adsunt autem, ut
1. Pet. 1. honorem, & reuerentiam exhibeant regi suo Xpō in cuius uultum respicere (ut Pet ait.) semper delectantur. Vt quoq; uota, & pces, & desideria sacer
Apoc. 8. dotis, & totius populi Deo repræsentent, secundū illud Apoc. 8. Ascendit
August. fumus aromatū in conspectu domini de manu angeli. Non aūt hoc petitur
Dan. 13. secundum B. August. ut Deus per angelos noscat primò, quid petimus, aut
Matth. 6. desideramus, qui ea nouit, antequam fiant Dan. 13. unde & Christus ait.
Scit pr̄ uestr̄ quid opus sit uobis: antequā petatis. Matth. 6. Sed quia ne-
cesse habet rōnales creatura tpales causas in Deū, & ad eternitatē referret
sive petendo, quid ergā se fiat, sive consulendo, quid faciat aut quid Deo
iubente implendum esse cognoscat, hoc nobis euidenter, uel latenter An-
gelus reportet. Sic n. Deus iuxta ordinē suæ sapientiæ statuit, ut infima per
Diony. media reducantur ad suprema ut uult Diony. in li. de ange. hierar. Sic do-
cet homines per angelos, inferiores per superiores, ut omnis illuminatio a
patre luminum ordinatè procedat. ¶ Vel aliter exponitur hæc particula.
Iube hæc perferri. Hæc. i. corpus, & sanguinem filij tui. In sublime alta-
re. i. in cælū, non secundū realem loci translationem; quia iā ibi residet in
forma gloriosa, sed secundum acceptationem gratam inquantum tibi hæc
S corpus, & sanguinem offerimus, petentes, ut ex eorum participatione cæ-
lesti gratia repleamur. ¶ Vel tertio, Iube hæc perferri. Hæc. i signatum per
sacramenta corporis, & sanguinis: quod est ecclesia militans. Ecclesiam mi-
Leui. 6. litantem eiusq; membra. Iube tu pater cælestis perferri in sublime altare
tuum. ecclesiam triumphātem quæ altare dicitur: iuxta hoc Leuit. 6. Ignis
Psal. in altari meo semper ardebit. i. feruor charitatis in ecclesia triumphante:
& dicitur altare: quia ibi sacrificatur sacrificium laudis. Psal. Beati, qui
habitant in domo tua domine in sęcula sęculorum laudabunt te. In con-
spectu diuinæ maiestatis tuæ, id est suprem æ, & altissimæ diuinitatis tuæ:
quę in cælo & ecclesia triumphante singulari fulgore rutilat. Per ma-
Esa. 9. nus sancti angeli tui, id est per ministerium & seruitium angelorum: ut su-
pra. Vel per manus sancti angeli tui. i. Xpi filij tui qui est angelus magni cō
silij, secundum illud Esa. 9. Vocabitur nomen eius magni consilij angelus.
Vt quotquot, de seruitute cleri, uel uoto populi. Ex hac altaris partici-
patione. hoc est ex sacrificij altaris communione. Sumpserimus, & hoc sacra-
mentaliter ut celebrans, uel spiritualiter tantū ut populus circunstans. Sa-
crosanctum filij tui corpus, quod operatione spūssancti de purissimis san-
guinib' uirginis formatū, inseparabiliter mō ineffabili excellētissimæ diui
nitati unitū est, pp quod rectissimè sacrosanctū dr̄: quasi bis sanctū, ex ple-
nissime gr̄ę, & uerbi psonali unōe. Et sanguinē naturalē p nobis fusū, eius
dē filij tui. Oi cœlesti benedictione, oīum spūalium charismatū, gratiarum,
donorum, & uirtutum. Repleamur, quia sine horum largitione oē opus no
strū est inualidum. Repleamur secūdū mentem a te patre luminū, a quo est
omne datū optimum, & omne donū perfectū. Cōcluditur: Per eundē Chri-
stum dñm nr̄m, quem constituisti mediatorem inter te, & nos peccatores
miseros, atq; aduocatum, ut causam nostrā coram te pissimo iudice, & in-
stissimo ageret: & pro nobis efficaciter interpellaret: quasi diceremus. Non
p merita nr̄a placere tibi poterit nr̄a oro. Placeat igit tibi saltem per dñm
nostrū Iesum Xpm filium tuū, in quo tibi bene cōplacuisse testatus es. Per
hunc ad te accedimus, quatenus ad te ipse per semetipsum accedat, cui &
prius concessisti, ut introiret per sanguinem proprium in sancta tua æterna
T nostra redemptione inuenta. ad Hebræo. nono. ¶ Sacerdos autem

hanc

De gestibus sacerdotis le gentis hanc orõnẽ, supplices te rogamus.

hanc dicens orationem, humiliter se inclinat, osculatur altare, manus complicat, & tres cruces formar. Inclinatio illa secundum Innoc. & Alex. signi ficat Christi humiliationem, & inclinationem, qua imminente passione positis genibus procidit in faciem orans. Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Vel secundum alios significat illam in cruce inclinationem qua Christus inclinato in cruce capite tradidit spiritum. Vel tertiò sacerdos humiliter se inclinatus per signa sensibilia significet internam humilitatem, qua debet supplicãs uestitus eius oratio sit acceptior exaudiri, utq; humilitatem cõrpore demonstret, quam sermone explicat se tenere, dicẽs. Supplices te rogamus. ¶ Cancellat etiam sub hac oratione manus suas ante pectus: secundum quarundam consuetudinem ecclesiarum: secundũ magistrum in rationali, ad designandum, q̃ humilitas orationis per inclinationem designata, tunc primum digna est exaudiri, dum ex fide procedit pectoris, atq; mentis. Ex fide dico per dilectionẽ operantem: q̃ operatio per manus intelligitur. ¶ Vel secundum aliarum cõsuetudinẽ ecclesiarum, orat cancellatis manibus ad altare, quasi facto, & opere ipso dicat. Obsecro te per passionem, & crucem filij tui, iube hæc &c. Cancellatio enim manuum, & superpositio ad altare crucifixionem Christi significat, in quo se obtulit sacrificium pro expiatione peccatorum. Rursus dum dicit. Vt quotquot ex hac altaris participatione, altare osculatur: & repræsentans per hoc osculum Iudæ, ut dicit Innoc. & ut sicut ad proditoris osculum se Christus inclinauit, ita inclinet se sacerdos ad osculum reuerentiæ, & honoris. Secundum Alber. uerò, ut se fieri participem altaris sacrificio cum alijs omnibus ostendat. sicut olim Dauid se participem omnium bonorum fieri petijt, cũ ait. Participẽ me fac Deus oium timentium te: & custodientium mandata tua. ¶ Secundum alios, osculum altaris significat reconciliationem nostram cum Deo, factam in morte Christi per hoc sacrificium commemoratã: nam osculum, pacis est signum. Osculantur autem quidam per altare: secundum magistrum in rationali, agentes per hoc gratias trinitati, cui per passionem Christi humanum genus est reconciliatum. Alij autem bis, ad repræsentandũ geminam in Christo naturã, seu ad significandum ipsum in corpore, & ita passum. Alij semel, ad signficãdum illud unicũ osculum proditoris: uel unicam Xpi mortem, & nri reconciliationem. ¶ Deinde facit sacerdos quar

Inno. Alex.

De osculo altaris.

De crucibus quę fiunt.

Inno.

Alber.

V

De manuũ compositione.

ram crucis signationem, quæ licet multipliciter a diuersis exponatur in ordine ad diuersa in corpore Christi uero, uel mystico significata, tamen sequens ordinem supra lect. 51. in his signis expositum dico post S. Thomam parte 3. q. 83. arti. 5. quòd in hac quarta signatione fit trina crucis signatio. Prima in uerbo corpus: secunda in uerbo sanguine, tertia in uerbo omni benedictione. Prima fit super oblatam, quo corpus Christi: secunda super calicem, quo sanguis Christi ui consecrationis primò continetur: tertia ante faciem sacerdotis. Per primam igitur commemoratur corporis Christi rigidissima extensio, qua iuxta prophetæ uocem, omnia eius ossa dinumerari poterant. Foderunt inquit, manus meas, & pedes meos: & dinumerauerunt omnia ossa mea. Psal. 21. Cui quasi compatientis affectu ecclesia canit. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa uiscera, & rigor lentescat ille, quem dedit nativitas, ut superni membra regis mititendas stipite. ¶ Per secundam crucem effusio largissima sanguinis, qua omni defluxo humore, corpus sanctissimum corruit, quod idem prophera non tacuit, cum in persona Christi psal. præallegato ait. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt oia ossa mea: factũ est cor meũ tanq̃ cera liq̃scens in medio uentris mei. Aruit tanquam testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem

S. Thom.

Psal. 21.

mortis deduxisti me,& in hymno præfato. Clauis mite corpus perforatur, sanguis unda profluit:terra, potus, astra, mundus, quo lauantur flumine. ¶ Per tertiam passionis fructus, unde profluit in nos omnis benedictio designatur, quæ ideo ante sacerdotis faciem figuratur. ¶ Hanc autem benedictionis plenitudinem Alberr. dicit per omnes illas tres cruces significari ut per primam super corpus factam, significetur plenitudo benedictionis,a primo perfectore sanctitatis. ſ. Christo in corpus Christi mysticum procedere. Per secundam super calicem signatam, significatur in idem corpus Christi mysticum gratiam recipi. Per tertiam ante faciem sacerdotis figuratam, significatur eandem gratiam in sacerdote :& eis pro quibus offert permanere. Secundum magistrum in rationali, primæ duæ cruces significant,quòd Christus pro duobus populis passus est. Vel secundum alios,q̃ per mortem Christi, & sanguinis effusionem a duplici morte,corporis scilicet,& animæ liberati sumus. ¶ Tertia autem sic ante sacerdotis faciem:ut crucis,& passionis Christi teneat memoriam, sicq; passionis socius factus, fiat particeps & regni secundum illud Apostoli. Si sustinebimus,& conregnabimus. ¶ Vel per tertiam crucem significari potest ; quòd per Christi passionem in cruce consummatam, crux facta est figura dæmonibus formidabilis:qua contra eos efficaciter munimur,& defensamur.¶ Vel secundum alios per has tres cruces significatur diuersitas passionis corporis quoad uulnerationem,sanguinis quoad effusionem;faciei quoad uelationem:contumelias, & multiplicem irrisionem. Innoc.uero non attendens ordinem lec.præallegatæ positum,dicit; q̃ ideo fuit tres cruces,quia Christus in agonia factus tertiò orabat,eundem sermonem dicens &c. Vel crux super corpus,uincula significat, quibus ligatus fuit dominus ; super calicem flagella repræsentat:ante faciem sacerdotis signata,sputa, & alapas, quibus Christi facies lita est,atque percussa,significat. Sic uario modo exponitur ista crucis signatio:sed prima expositio rationabilior uidetur &c.

X Alber.

2. Timo. 2.

DE POSTVLATIONE SVFFRAGII & iteratæ inuocatione sanctorum.

LECTIO LVI.

A MEMENTO etiam domine famulorum, famularũq; tuarum. N. & N. qui nos præcesserunt cum signo fidei,& dormiunt in somno pacis. Ipsis domine,& omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij,lucis, & pacis ut indulgeas ; deprecamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. ¶ Hæc est sexta pars principalis totius canonis, in qua post consecratorum rememorationem,& petitam salutem his,qui sacrificio perfruuntur:in parte ista subinfertur refrigerij,ac suffragij postulatio, & iteratæ sanctorum inuocatio:quatenus petita a domino concedantur. Et diuiditur in partes duas. In prima petitur refrigerium pro defunctis. In secunda petitur suffragium pro uiuis,adiunctis sanctorum memorijs,ibi. Nobis quoq; &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo orat pro quibusdam mortuis specialiter. In secundo omnibus in Christo quiescentibus generaliter,ibi. Et

Expoſicio text⁹. Memẽto etiã domine.

omnibus

omnibus in Christo &c. ¶ Quoad primum dicit. Memento etiam. Etiam signum est continuationem distinctorum abinuicem: & in proposito continuat hanc orationem proxime precedentem; ut sic sensus, cum hoc, quòd petimus, q; nos uiui cœlesti benedictione, & gratia repleamur, etiam petimus domine, ut memoriam habeas famulorum, famularumq; tuarum &c. credentes nostrum sacrificium non solum prodesse uiuis: sed & defunctis. unde Innocentius. Orat pia mater ecclesia non solum pro uiuis: sed etiam pro defunctis, & eos sacræ oblationis intercessioni commendat: certissime credens, quòd sanguis ille preciosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem uiuentium, uerumetiá ad absolutionem ualeat mortuorum. Et ut magis ostenderet ecclesia fidem qua tenet ad nostrum sacrificium mortuis prodesse statuit & decreuit ut in quibuslibet missarum solemnijs, loco debito defunctorum memoria habeatur, unde de consecr. dist. j. Visum. decretum est in Concilio Cabilonensi in hunc modum. Visum nobis est; ut in omnibus missarum solemnijs pro spiritibus defunctorum loco competenti in ecclesia ad dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro uiuentibus, & quibuslibet necessitatibus dominum deprecetur; ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces ad dominum in missarum solemnijs fundantur. Antiquitus igitur hunc morem tenet ecclesia, ut in missarum solemnijs, & alijs precibus domino spiritus quiescentium commendentur: dicente B. Aug. Non sunt pretermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in christiana, & catholica societate laudamus. Defunctorum etiá tacitis nominibus, eorum, quos sub generali commemoratione suscepit ecclesia, ut quibus adista desunt parentes, aut filij, aut quicumq; cognati, uel amici; ab una eis exhibeatur pia matre ecclesia. ¶ Orat ergo Memento domine &c. Hoc est secundum Alber. Non sint erga te famuli tui, & famulæ de numero illorum, de quibus nullam uis habere memoriam, & notitiam, de quibus per prophetam dixisti. Nominum eorum non recordabor amplius per labia mea. & Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, domine domine &c. & tunc confitebor illis: quia nunquam ego noui uos. Illi enim in Dei memoriá non sunt: qui deleti sunt de libro uitæ, de quibus dicitur. In ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Hi sunt, quibus gratiæ beneficium non impendis: sed his, qui sunt in notitia tua sicut illæ, cui dixisti Exod. 33. Inueniti grám coram me: & teipsum noui ex nomine. Dicit aũt. Mementoz non q uelit Deum quasi oblitum aliquorum ad memorandum excitare: quia in Deum nulla penitus cadit obliuio. Immutabilis est. n. neq; in ipso quorúcumq; actuum est uicissitudo: ut Iaco. 1. Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. ¶ Dicit ergo sacerdos. Memento domine, ut sic proijciat in Deũ omnem affectum suum tanquam patrem clementissimum, ut quod desiderat, & petit iam Deo cognitum, misericorditer tribuat ac largiatur. Ita dicit B. August. 2. confessio. se locutum fuisse ad dominum dicens. Cur inquit, tibi domine tot narrationes rerum dirigo. Non utique, ut per me noueris ea: sed affectum meum excito in te: confitendo tibi miserias nostras, & misericordias tuas super nos, ut liberes nos, ut desinamus esse miseri i nobis, & beatificemus in te, qui pauperes fumus. ¶ Sequitur. Famulorum, famularumque tuarum: qui tibi in obedientia mandatorum tuorum famulati sunt, quia de his qui nunquam famulati uoluerunt, nulla est apud Deum recordatio. 2. Timo. 2 Cognouit dominus, qui sunt eius. Ioh. 10. Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Exprimit autem sacerdos famulatum eorum, pro quibus orat: ut quod petit, ua-

Ecclesia quare orat pro defunctis.

Innocen.

Quõ Deus recordatur & obliuiscitur aliqua.

Cognitio Dei sine obliuione.

Augustin.

Alber.

Matth. 7.

Exod. 33.

Iaco. 1.

Augustin.

2. Timo. 2. Ioh. 10.

Non tradas bestijs animas confitentes tibi: hoc est non tradas eas potestati dæmonũ affligendas. qui sunt bestiæ dictæ, & animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem, quia purgatos educis de locis pœnarũ. Sed potius animę pẽdere uenialiũ peccatorũ, quę secũ portant de corpore exeũtes, tendunt profundę, & minus profundæ pro diuersitate uenialium delatorum secũ ad locũ pœnarum, sicut diuersi ponderis grauia tendunt deorsum, & ideo Zach. 5. dicitur iniquitas federe super talentũ plumbi. & in psal. 37. dicitur de peccatis. Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Illis ergo ualent suffragia. ¶ Hic aũt secũdũ Inno. Alex. & Alber. sacerdos quorũ uoluerit, habere debet memoriã specialem. s. defunctorũ parentũ, consanguineorũ, specialiter cõmisso rũ, & eorũ, quibus missam suã spãliter applicare maluerit: quorũ memoriam non uocaliter nominatim exprimat: sed tantũ mentaliter personas ipsas cogitabit, ne. s. astantiũ deuotio turbetur, aut ne in uanã laudẽ missas dici procurantes extollant. De hac memoria quorũ. s. heri debeat, & quo ordine, ac cæteris hanc materiã respicientibus, satis dictũ est sup. cũ ageretur de memoria uiuorũ lec. 26 & sequenti, quæ hic superfluũ foret repetere. Tactũ est ibi dẽ, ꝙ memoria esse debet breuis: additi sunt ẽt modi breuiandi. Cui consentit Guil. parisi. in diuina rhetorica: ubi de breuitate orationis loquitur, ita dicens. Qui missas adeo longas faciunt, ꝙ tædio prolixitatis suæ corda circumstantium a gratia deuotionis arescunt, & ipsam refectionem spiritualem, quam in missis percipere deberent, in molestiæ amaritudinem eis uertũt De his igitur potest coquæri populus circũstans, & dicere. Dederunt in escã meã fel. Stultitia igitur huiusmodi hominũ hæc est: ut ꝓ pugillo deuotionis, quod eis in missis tribuitur totius populi deuotione deo auferunt, & pro tribus, aut quattuor (ut ita dicatur) lachrymis compunctionis, aut deuotionis, uasa magna. i. corda deuote, & lachrymose orantium effundant. Ibi ergo breuis esse debet oratio: ubi breuitas eius aliorum deuotioni orantium militat, & deseruit: nunquam tamen prolixitas, & longitudo orationis deo displicet, nisi ubi ipsa prolixitas alijs impedimentum præstat orandi. Hæc Guil. De illis ergo sacerdotibus, qui in publico coram populo celebrant, loquitur Guil. ¶ Sequitur ipsis domine, & omnibus in Christo quiescentibus. Vbi postquam sacerdos aliquorum defunctorum memoriam generaliter. uude dicat. Ipsis, scilicet quos speciali designauimus recordatione. Et omnibus in Christo quiescentibus. i. in fide, & confessione Christi defunctis. Vel secundum Alber. in signis fidei quiescentibus a laboribus uitæ exterioris Iob. 3. Requieuerũt fessi robore. & ibidem. Nunc. n. dormiens silerem, & somno meo requiescerem. De quibus etiam dicitur. Apoca. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Vt indulgeas. i. concedas ex sue beniuolentia, & misericordia, quæ sup exaltet iudicium. Iacobi. 2. Locum refrigerij in quo non est ardor pœnarum. Non hoc erat, quasi in gratia decedentes expertes sint refrigerij diuinæ consolationis. Non enim sunt de illis, quibus nullum subuenit refrigerium, qualis fuit diues epulo, qui in pœnis clamauit. Pater Abraam miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Nec tamen, quod postulauit, obtinuit, quia dicente Abraam. Inter nos, & uos chaos magnum firmatum est: ut hi, qui uolunt hinc transire ad uos, non possunt, neq; inde huc trasmeare, Chaos hoc profundissimum immobilitas est diuinæ sententiæ, quæ nullum sanctorum in patria ꝓ cõpassionis suffragiũ, ꝓmittit trãsire & subtrãctionẽ in inferno dãnatorũ. Nec aliquẽ dãnatorũ permittit per refrigerij adeptionem transire liberatũ ad locũ beatorũ. Hic est locus refrigerij, qui petitur in gra defunctis. ¶

Memoria habẽda in missa debet esse breuis.

Zach. 5. Psal. Inno. Alexan. Alber. Guil. Guil. E Alber. Apoca. 14. Iac. 2.

quantum

quantum ad pœnam ignis. Quia licet consolationem habent ex certitudine adipiscendæ beatitudinis:& charitate dei,quæ replentur;non tamen habent refrigerium a pœna,quam adhuc sustinent pro peccatis in uita presenti commissis:& non plene quantum ad satisfactionem remissis. Tale est refrigerium, quod per aquam designat. Zach. propheta ca. 9. Tu in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non est aquâ refrige
Zach. 9. rij.l. ab afflictione pœnarum:quamuis non sit refrigerium diuinæ consolatio
Lucis. 1. nis. ¶ Sequitur. Lucis. 1. locum illum, in quo non est obscuritas tenebra-
2. Thimo. 6 rum Sunt enim animæ in purgatorio priuatæ aperta dei uisione,in qua est lux maxima:habitat enim lucem inaccessibilem. In his ergo tenebris sunt:
Micheę. 7. non in tenebris culpæ infidelitatis, aut desperationis, habent enim lumen cognitionis spei,& charitis. De quibus illud Micheę.7 accipi potest. Ne lætaris inimica mea super me:quia cecidi. Consurgam. Cum sedero in tenebris:dominus lux mea est. Iram domini portabo,quoniam peccaui ei:do
Apoca. 21. nec causam meam iudicet,& faciat iudicium meum. Educet me in lucem:& uidebo iustitiam eius. ¶ Et pacis: in qua non est afflictio hostium. Apo. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum &c. Vel pacis,contra uermem conscientiæ: qui in his quæ a pace ceritatis perfecta sunt functi sunt non moritur. Donec perueniat ad locum ubi delectabuntur multitudine pacis, cum placebunt coram deo in lumine uiuentium. Hic locus refrigerij lucis, & pacis,cælum est empyreum:locus beatorum,locus consola
Sap. 4. tionis,& refrigerij:de quo Sap. 4. Iustus si mo te præoccupatus fuerit,in refrigerio erit. Locus claritatis, & lucis, quam claritas dei illuminat secundũ
Apoca. 21. illud Apoca. 21. Ciuitas non eget sole, neq; luna: ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Locus securitatis,
Esa 32. & pacis Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax: & cultus iustitiæ silentium: & securitas usq; in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta. Hic locus cælestis est
Augus. ciuitas,cuius pax est ordinatissima,& concordissima societas fruendi deo,& inuicem in deo:ut dicit Augu. 19. de ciui. dei.c.13. Deprecamur omnes.s.
F nos, qui sacrificium tibi offerimus, siue sacramentali ministerio siue uoto. primum sacerdotem, secundum respicit populum circumstantem. ¶ Con Quare eccle sia orat in gñe pro defunctis, cum tantũ multi nõ indigeãt suffragijs.
cluditur. Per eundem Christum dominum nostrum. qui ad inferos descẽdens defunctos liberauit a locis pœnarum, inducens in locum refrigerijbea
titudinis æternæ Ipse etiam est splendor paternæ gloriæ:lux,& ueritas,quẽ expectabant sedentes in tenebris,ut educerentur ad locum diuinæ claritatis. Ipse est, qui post labores,& miserias & angustias pacem, & requiem re-
Iohan. 16. promisit dicens Ioh. 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Congrue igitur petimus per dominum nostrum Iesum Christum, ut in ipso donetur quiescentibus defunctis locus refrigerij,lucis, & pacis. Et quamuis multis in Christo dormierunt;qui de facto locum lucis,& pacis inhabitant quantum ad animam, & ita suffragio uiuorum non egent, tamen
Augus. hos alijs non discernimus: sed generaliter pro omnibus in Christo dormiẽtibus supplicamus. Vnde dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda, & habetur.13.q. 2. Non æstimemus. Quamuis enim altaris, siue orationũ,siue eleemosinarum sacrificia non pro quibus fiunt, omnibus prosint:sed his tantum, pro quibus, dum uiuunt, cooperantur,ut prosint, sed quia non discernimus, qui sint,oportet ea pro regeneratis omnibus facere,ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & debeant peruenire. Melius enim supererunt illa his, quibus nec obsunt,nec prosunt,quam eis deerunt, pro quibus prosunt. ¶ Et quia hic memoria agitur mortuo-

rum:

Desuffragijs mortuorū.

rum: congruum est aliquid de eorum suffragijs tractare: ea tamen, quę circa memoriam uiuorum tractata sunt, minime repetendo. Videndum igitur erit de sex. Primò utrum uiuorum suffragia defunctis prodesse possint. Secundò an omnibus: aliquibus prosint quibus non. Tertiò quibus suffragijs iuuari possint, & quæ horum magis prosint. Quartò utrum indulgentiæ proficiant transeuntibus. Quintò ad quid prosint. Sextò quorum suffragia prosint, an tantum existentium in gratia, an etiam suffragia peccatorum? Et utrum suffragia pro defunctis facta proficiant actori. Et si sic: an tantum ei proficiant quantum si pro seipso faceret, & suam intentionē ad alium non dirigeret. ¶ Quantum ad primum fuit error quorundam hæreticorum negantium animas abhinc decedentium posse iuuentium suffragijs adiuuari, suam perfidiam diuersis rationibus munientium & scripture auctoritatibus. Nam scriptum est in Psal. Reddes unicuiq; secundum opera sua Apo. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Item. 2. Cor. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Item. 1. Cor. 3. Unusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. & ad Rom. 14. Unusquisq; nostrum pro se reddet rationem deo. Item Ga. 6. Quæ seminauerit homo: hæc & metet. Et ibidem. Unusquisq; onus suum portabit. Et beatus Hiero. & habetur 13. q. 2. In præsenti, aut seculo scimus siue orationibus siue consilijs inuicem nos posse adiuuari. Cum autem ante tribunal Christi uenerimus, nec Iob: nec Daniel: nec Noe rogare posse pro quoquā: sed unumquēq; portare onus suum. ¶ Ex his omnibus, & similibus sequi uidetur, q̄ defuncti actuum suorum, quos in corpore gesserunt, præmia condigna percipient, & per consequens nihil tunc eis proficiunt opera aliorum. ¶ Ad idem arguunt rationes. Ad iustitiam dei pertinet, ut unicuiq; tribuatur secundum merita propria, iustitia autem dei non deficiet: igitur non potest aliquis ex alterius operibus accipere liberationis suffragium. ¶ Item ad diuinam iustitiam pertinet similiter reddere bona pro bonis, & mala pro malis: sed nullus punitur pro malis alterius Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: ergo nec unus iuuatur ex bonis alterius. ¶ Idem par idem. Opus est meritorium & laudabile, scilicet per uoluntatis liberratem: in inuoluntarijs enim neq; laudamur, neq; uituperamur. 3. Ethic. Sed ex bono unius non laudatur alter. ergo nec opus unius poterit alteri esse meritorium. ¶ Item proficere ex opere aliquo est existentium in uia: sed mortui sunt in termino recipiendi secundum merita, secundum illud apostoli: Statutum est omnibus hominibus semel mori post hoc iudicium. ad Heb. 9. Vnde & de mortuis intelligitur, quod legitur Ioh. 19. Semitam meam circumseipsis, & transire non possum. Nullus enim iuuatur ex opere alterius, nisi sit aliqua uitæ communicatio: sed uiuorum, & mortuorum nulla est communicatio, secundum philosophum. 1. Ethi. ergo suffragia uiuorum mortuis non prosunt. ¶ Sed contra hunc errorem est ueritas fidei, scriptura sacra, ac sanctorum dogmata, ecclesiæ quoq; ritus, & determinatio: atq; ratio. ¶ Ratio, quia charitas, quæ est uinculum ecclesiæ membra uniens, non solum ad uiuos se extendit, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt. Charitas enim est uita animæ quæ nunquam excidit, quia nec in hoc seculo, nec in futuro finitur, ut dicit glo. 1. Cor. 13. & ideo opera uiuorum communia facit etiam defunctis. Omnes enim fideles uiui, & defuncti per charitatem uniti, unius corporis ecclesiæ membra sunt, licet diuersorum statuum. Membrorum autem eiusdem corporis unum per aliud

Vtrum uiuorum suffragia defunctis prosint.

G

Conc. Trid. Sess. 25. cap. de purgatorio.

2. Cor. 5.

1. Cor. 3.

Rom. 14. Ga. 6.

Ezech. 18.

Heb. 9. Ioh. 19.

H

1. Cor. 13.

Improbatur error istorū.

constat

Macha. 12. constat iuuari posse. Hinc. 2 Mach. 12. dicitur: q̃ uir fortissimus Iudas collatione facta duodecim milia drachmas argenti misit hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iuste, & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos (.s. a pœnis, in quibus erant) separaret, superfluum uideretur, & uanum orare pro mortuis. Hæc enim est resurrectio prima, qua anima resurgit a pœnis in quibus detinetur. Et secundo resurrectio est corporum a sepulchris. Vnde & dicitur de resurrectione prima. Apoc. 20. Beatus est, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, quia illi mors in æternum non dominabitur. Vnde concluditur ubi supra. Sanctam igitur, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Ex hac auctoritate luce clarius patet, q̃ mortui orationibus uiuorum possunt a peccatis: hoc est peccatorum pœnis solui. ¶ Ecclesiæ etiam ritus hanc ueritatem approbat, unde beatus Augu. in lib. de cura agenda pro mortuis. Non parua est uniuersæ ecclesiæ (quæ in hac consuetudine claret) auctoritas, ut in precibus sacerdotis, quæ domino deo ad eius altare funduntur, locum suum habeat etiam commemoratio mortuorum. Hæc autem consuetudo ab ipsis instituta est apostolis, ut dicit Dama. in quodam sermone de suffra. mortuorum: Mysteriorum conscij discipuli saluatoris, & sacri apostoli in tremendis, & uiuificis mysteriis memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt. ¶ Hoc idem patet per beatũ Diony. c. ulti. eccl. hierar. ubi ritum commemorat, quo in primitiua ecclesia pro mortuis orabatur, ubi etiam Diony. replicando, & soluendo ostendit orationes uiuorum ualere defunctis ad remissionem peccatorum, per infirmitatem humanam admissorum, unde ait. Accedens deinde uenerandus antistes, precem sacram super mortuum peragit. Et sequitur. Precatur oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumq; in luce statuat, & regione uiuorum in sinibus Abrae Isaac, & Iacob, in loco ubi aufugit dolor, & tristitia, & gemitus. Ista ut reor, perspicua sunt beatissima sanctorum præmia. hæc Dionysius apostolis contemporaneus, & beati Pauli discipulus.

Augu. Aug. quoq; in suo enchi. c. 109 & habetur. 13. q. 2. tempus. Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari: cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ fiunt in ecclesia. ¶ Item

Ambro. beatus Amb. in lib. de obitu theodosij imperatoris: & habetur. 13. q. 2. Quia alij ait. Alij tertium diem, alij tricesimum, alij septimum, alij quadragesimum obseruare consueuerunt. Et sequitur. Vtraq; obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Beatus Greg. ad idẽ

Grego. multa in 4. lib. dialo. scribit, quorum ad qua postea ponentur. Ad idem facit magister dist. 45. quarti libri sententiarum. & Hugo. de sacra. lib. 2 par. 16. Ex quibus, & alijs multis satis manifestum est animas fidelium defunctorum suffragijs iuuari uiuorum. ¶ Per hoc ad auctoritates, & rationes hæreticorum. Ad auctoritates potest tripliciter responderi. Vno modo; q̃ omnes intelligendæ sunt quantum ad præmium essentiale beatificum, & quantum ad pœnam æternæ damnationis: illud enim quilibet recipit secundum propria merita. Nec per suffragia quorumcunq; iuuatur; ut infra dicetur. Vel intelliguntur de premio in finali iudicio cuilibet reddendo. Post illud enim extremum, & tremendum iudicium cessabunt suffragia: cessabit & quæcunq; pœnarum diminutio, & gloriæ augmentum, tam essentialis, quam accidentalis. Vsq; tunc enim gaudium accidentale beatorum, per opera uiatorum meritoria augetur, & maxime illorum, quibus beati occasio fuerunt per doctrinam uerbi, scripti, uel exempli, præces auxilia

Rñdetur ad autoritates tenẽtiũ partẽ negatiuã.

xilia ac cætera huiusmodi, similiter, & pœna accidentalis damnatorum, sicut de Arrio loquitur Aug. Debẽt ergo auctoritates intelligi de redditione præmiorum, & pœnarum in finali iudicio futura, quæ enim tunc reddentur, manebunt sine hac, secundum illud Mat. 25. Et tunc ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in uitam æternam. ¶ Vel tertiò, q̃ suffragia, quæ fiũt pro mortuis, & uiuis, dici possunt opera illorum, pro quibus fiũt. Tũ quia ut ista eis proficerent post mortem, ipsi suis operibus, dum uiuerent, meruerũt, & ita sua fecerunt: quia suis præcedentibus meritis reddantur. De quo beatus Aug. in enchi. ca. 109. Eis. s. defunctis prosunt hæc: qui cum uiuerent, ut hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Et sequitur. Hic oẽ meritum cõparatur, quo possit post hanc uitam releuari quispiam, uel grauari. Nemo aũt speret: quod hic neglexit. cum obierit, apud deum promereri. Non igitur ista, quæ pro defunctis comendandis frequentat ecclesia: illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictũ est. Omnes enim stabimus ante tribunal Xpi ut referat unusquisq; secũdũ ea, quæ per corpus gessit: quia ẽt hoc meritũ sibi unusquisq; dum in corpore uiueret, comparauit: ut ei possent illa prodesse. Tum quia opus, quod pro aliquo fit efficitur eius, pro quo fit: appropriatur enim ei per intentionem facientis. Tum quia quod est eius, qui unũ mecũ est: quodammodo, & mecũ est. Vnde nõ est contra diuinã iustitiã, si unus fructũ accipiat de operibus factis ab alio, quæ unũ fecũ est in charitate: & maxime pro eo facta. Nam & secundum humanã iustitiã contingit, ut satisfactio unius pro alio accepteture: ut uult beatus Tho. in quarto scripto dis. 45. q. 4. Et ita omnes auctoritates allegatæ, quæ de propriis operibus loquuntur: quæ quisq; gessit in corpore: sunt prædictis consentaneæ, & nullatenus aduersæ. ¶ Auctoritas ẽt beati Hiero. de tribunali extremi iudicij loquitur, in illo. n. finali iudicio, ut dictũ est: cessabunt orationes sanctorũ. Vel p onus suum intelligitur, quod quisq; meruit; meruit autẽ decedens in gratia, ut ei proficerent uiuorũ suffragia. Non ergo Iob, Daniel, aut Noe rógare poterunt, ut noua merita consequantur defuncti. Possunt autem rogare: ut præcedentibus meritis hæc reddantur. Vel ut Gratianus. c. allegato dicit: uerba Hieronymi de impœnitentibus accipienda sunt. De quibus propheram. Nõ dabit deo placationem suam, nec precium redemptionis animæ suæ, & ideo frater non redimet eum: sed laborabit in æternum. De alijs autem intelligi non potest. Hæc gratianus. Nec obstat, quod Eccle. 9. dicitur. Mortui nõ habent partem in hoc seculo: neq; in opere, quod sub cælo geritur, quia uerbum hoc est contionatoris ueritatem non determinantis, ut patet ex textu. Etiam licet mortui nihil habeant de opere, quod fit in hoc seculo per cooperationem propriam (quia hoc seculum excesserunt) habent tamen aliquid de fructu, qui opera consequitur. Ad instar quorundam mercatorũ societatem adinuicem habentiũm, qui participant aliquid de lucro per suos socios: qui laborando discurrunt per mundi partes: cum ipsi domi resideant, & quiescant. Sic & eiusdem corporis membra licet, non omnia in eodẽ officio laborent, fructũ tamẽ laborũ singulorũ omnia participant. Quãuis. n. manus non digerant: sed stomachus, nec cibos in os inferat stomachus, sed manus, tamen non sibi tantum, sed omnibus membris stomachus digerit, & toti corpori manus cibum inferũt, & pedes totũ corpus portant oculi, toti corpori uident &c. Ita eiusdem corporis mystici ecclesiæ. s. membra, tã ea, quæ transierunt, quã illa, quæ supersunt, cõicant: neq; defuncti desinunt esse membra ecclesiæ: quia capiti charitate suut uniti: & non præcisi sicut charitate nudati, igitur participare possunt fructum suorum membrorum. ¶ Ad rationes. Ad primã patet, q̃ nõ est cõtra iustitiã, fidei, q̃ unicuiq; secũdũ pro-

Aug. Aug. Mat. 25. Aug. Tho. K Hiero. Psal. 48. L

pria

pria merita retribuit, quia secundum prædicta opus, quod pro aliquo fit: efficitur eius, pro quo fit, ut statim supra dictum est. ¶ Ad secundam dicitur ad minorem, & uerum est; quòd nullus ponitur pro malis alterius, qui non aliquo modo sunt sua. Nam iuste aliquis pro malis aliorum, qui aliquo modo per occasionem, consensum aut aliam communionem Exo. 20. etiam ad eum pertinent, unde dicitur Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios: in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Ita etiam nullus iuste bonum consequitur ex bono alterius nihil omnino ad se pertinentis: secus ubi est aliqua communio eorum, aut coniunctio, ut in proposito. Vnde ubi supra sequitur. Faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me, & custodiũt præcepta mea. Vnde auferre aliquid, quod sibi debetur, directe iustitiæ repugnat. Dare autem aliquid ei, cui non debetur, actus est liberalitatis, & iustitiæ non repugnat: licet iustitiæ metas excedat. Ad quod facit illud Mat. 20. Mat. 20. Amice non facio tibi iniuriam; nonne ex denario diurno conueni tecum. tolle, quod tuum est, & uade: uolo autem huic dare, sicut & tibi. ¶ Ad tertiam negetur maior. Non enim per omnia simile est de laude, & merito, nam laus non datur alicui nisi secundum ordinem ad actum, quo aliquis bene disponitur. Et quia nullus bene disponitur ex opere alterius, ideo ex opere alterius nullus laudatur nisi per accidens, pro quanto ipse aliquo modo operum illorum est causa, consilium, uel præbens auxilium, aliquo modo inducendo, sed opus quandoq; est meritorium alicui, non ex dispositione, quam iam habet, sed quantum ad aliquod consequẽs dispositionem, uel statutum eius, ut dicit Tho. Vel potest dici breuius: Tho. opus suffragij est uoluntarium uoluntate antecedente. Vult enim quilibet iustus iuuari post hanc uitam suffragijs superstitum. ¶ Ad quartam dicitur Tho. secundum sanctum Thom. q animæ in purgatorio existentium quantum ad aliquid sunt in termino, quantum ad aliquid in uia. In termino sunt quantum ad meritum præmij essentialis, & quantum ad certitudinem status beatitudinis, miserię, & quantum ad hoc uia eorum est circumseptã, ut non possint ulterius per aliqua opera trasmutari quantum ad statum adipiscendæ felicitatis. Sunt autem in uia quantum ad hoc, q nondum apprehenderunt finale præmium, & ultimam retributionem, ad quam ambulant per continuam satisfactionem pro peccatis. Et quantum ad hoc uia eorum non est circumsepta, quin possint ab alijs iuuari. ¶ Nec contra illud est uerbum apostoli. Post hoc iudicium: quia siue loquatur de uniuersali in fine seculi: siue de particulari iudicio statim post mortem celebrando, intelligitur de iudicio finalis retributionis, & quantum ad illud animæ iuuari nõ possunt uiuorum suffragijs. Vel potest dici, q iudicio particulari non solum iudicatur, quam retributionem perpetuam habiturus, sit homo: sed etiam quibus purgationibus (attentis suffragijs futuris) perueniret ad finalem retributionem. ¶ Ad quintam dicitur, q minor non est uera. Ostensum enim est: quòd mortuorum, & uiuorum est communicatio quantum ad opera uitæ spiritualis, tanquam membrorum eiusdem corporis charitatis nexu unitorum. Philosophus uerò loquitur de communicatione operum ciuilium, quæ non est eorum, qui sunt extra uitam ciuilem, quàm excesserunt mortui: non autem uitam spiritualem gratiæ, qua etiam mortui in Christo uiuunt. ¶ De secundo principali. s. quibus prosint uiuorum suffragia: an solum existentibus in purgatorio an etiam existentibus in inferno. Nã qui beatitudinem adepti sunt, his non indigent. Ad hoc dubium respondet Augu. beatus Aug. in suo enchi. ca 109. & allegat magister distinctio. 45. lib. 4. Nõ

Quo opera uiuorũ possunt dici ea ipsorũ defunctorum.

Quibus defunctis prosunt uiuorũ & ecclesię suffragia.

M

enim

enim inquit, omnibus prosunt. s. ecclesiæ suffragia. Et quare non omnibus prosunt: nisi ob differentiam uitæ quam quisque gessit in corpore: præmisit. Hæc eis prosunt, qui cum uiuerent, ut hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut nó requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est uerò talis in bono, ut ista non requirat, & est rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cum hæc uita transieret adiuuari. Primi horum dicuntur mediocriter boni, & mediocriter mali. secundi ualde boni. tertij ualde mali. ¶ Ex quibus elici possunt tres propositiones ad dubium responsiuæ. Prima. Ecclesiæ suffragiam pro defunctis post mortem impensa non prosunt beatis. Et nota, q̃ dicitur suffragium. Nam suffragium de sui ratione importat quandam auxiliationem, quæ competit indigenti. s. ei, qui defectum patitur. Et ideo quamuis operibus meritorijs uiuorum crescat gaudium accidentale beatorum non tamen propter hoc dicuntur suffragia respectu beatorum, opera bona uiuorum. Sic intellectam propositio patet, quia hæc ipsi non requirunt, cum his non indigeant, habent enim, quicquid uolunt, & nullius indigent. De quibus in ser. de uerbis Apostoli idem Aug. ait: & habetur de ce. mil. Cum Marthæ. Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Et pari ratione iniuriam facit cuiliber, alteri beato pro ipso orans, quia oẽs sunt in statu non deficiente: sed in statu beatitudinis, & sufficientiæ ¶ Secunda propositio. Suffragia ecclesiæ prosunt defunctis in purgatorio carceratis. Patet, quia tales sunt, qui ea requirunt. i. desiderant, & eis prodesse possunt, nam in pœnis detinentur, a quibus liberandi sunt. quorum liberatio potest per ecclesiæ suffragia accelerari. Item aliqui defuncti suffragijs iuuari possunt, sed nulli potius, quam illi, ut patet ex uerbis Aug. Illi enim meruerũt, dum uiuerent, ut post mortem iuuari possint. Quomodo meruerunt, per hoc certe, q̃ manserunt in unitate ecclesiæ per charitatem, in qua finaliter decesserunt: propter quod manserunt membra eiusdem corporis Christi, cuius & uiui, ideo in bonis spiritualibus cum uiuis communicant, ut dictum est præcedenti dubio. Meruerunt autem merito conditionato liberari a pœnis, si aliqui opera pietatis, & sacrificium altaris pro ipsis exhibeãt. quod si non fiat, pœnam illam sustinebunt; quousq; satisfaciantur secundum eorum quantitatem peccatorum. Meritum igitur illud non est aliud nisi perseuerantia finalis in charitate, per quam manent in statu in quo possunt aliorũ, uiuorum. s. operibus communicare: & si per ea in pœnis releuari. ¶ Tertia propositio. Quibusdam defunctis perpetuæ damnationi ad scriptis, uiuorum pietates non proficiunt, & qui in suis pœnis nullis poterunt suffragijs releuari. Patet per illud Aug. Pro ualde malis, etsi non sunt adiumenta mortuorum: qualescunq; uiuorum consolationes sunt. Verum autem illi damnatorum suffragijs uiuorum iuuari possunt, opiniones sunt apud docto. Sũt enim, qui in prædicta beati Aug. auctoritate quatuor membra faciunt, Nã sicut duo sunt genera electorum, ualde boni, & mediocriter boni: sic duo sunt genera reproborum ualde. s. mali, & mediocriter mali, & secundum hoc primam partem auctoritatis beati Aug. diffinguunt in duo membra: intelligentes per mediocriter bonos eos, qui sine mortalibus in charitate decesserunt: cum debito tamen satisfaciendi pro ueniabilibus peccatis, aut mortalibus quoad culpã remissis, & de his accipiunt illud Aug. q̃ est quidam modus uiuendi non tam bonus; ut non requirat ista post mortem. Per mediocriter autem malos intelligunt decedentes in fide catholica informi, cũ mortalibus licet tamen non grauissimis: & ideo damnatis, de quibus accipiunt id, quod in Aug. Sequitur. Nec tam malis, ut eis non prosint post mortẽ,

An prosint damnatis.

An omnibus damnatis, uel aliquibus.

Augustꝰ.

Augustꝰ.

N

Augustꝰ.

Augustꝰ.

Augustꝰ.

Illis

Illis dicunt ualere suffragia: non ut aliquando non puniantur, siue ut liberentur, sed ut minus puniantur. Et adhuc sensum retorquent uerba, quę subdit Aug. auctoritate supra allegata. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio: aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Primum referunt ad mediocriter bonos, i. existentes in purgatorio. Secundum ad mediocriter malos: scilicet existentes in inferno. Alias enim quomodo dixisset Aug. ut tolerabilior sit eorum damnatio: & non potius ut tollerabilior sit eorum purgatio. Valde autem mali, quibus non prosunt, sunt infideles, idolatrę, gentiles, iudei, hæretici, & pessimi, ac obstinatissimi Christiani, de quibus intelliguntur illud beati Greg. ad Bonifacium. Congruit, ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, intercedat nō tamen impijs (quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit, & hanc opinionem tenet glo. 13. q. 2. Tempus. & in ca. Cum marthæ. de ce. mis.

¶ Et potest hęc opinio quibusdam rationibus munirī. Primō, quia hi, pro quibus Machabeus misit Hierosolymam duodecim milia dragmas argenti, ut supra allegatum est fuerunt in inferno: quia in mortali decesserunt, quoniam contra legem de donarijs idolorum acceperunt, furtiue sub tunicis abscondentes. ¶ Item in uitis patrum de sancto Machario legitur, q̄ caput cuiusdam inuentum in uia ad preces eius responsum dedit, q̄ fuerit sacerdotis gentilis damnati, & tamen confessum est se, & alios oratione Macharij iuuari. ¶ Item Dam. in ser. narrat beatum Greg. pro traiano gentili orantem uocem diuinitus allatam audisse. Vocem tuam audiui, & ueniam traiano do, cuius rei ait testis est oriens & occidens. Sed constat traianum damnatum fuisse: & quia gentilis erat, & multorum martyrum sanguinem fudit, ut ibidem dicit Dam. ¶ Item suffragia uiuis ualent in mortali peccato existentibus: ergo & defunctis in mortali damnatis plus enim ualet defunctis, quam uiuis, ut uult Diony. c. ulti. eccle. hierar. ¶ Item pœna damnatorum potest augeri per mala opera uiuentium, sicut dicit Augustī. q̄ ignoratur pœna Arrij, quia nescitur, quot eius error, sunt subuertendi, ergo & minui potest per bona opera uiuentium inter quæ sunt suffragia, quoniam pronior est deus ad miserandum, quam ad puniendum. ¶ Ad quid autem prosint damnatis suffragia, sequenti dubio reseruandum foret: quia tamen hic occurrit materia, nunc prosequamur. Et de hoc tangit Alber. circa hunc textum canonis quattuor opi. Prima est præpositiui, & Aug. de Ancona in de potestate ecclesiastica, & glosæ allegatæ, q̄ suffragia facta pro damnatis mediocriter malis prosunt ad diminutionem pœnę, tollunt enim aliquid de pœna, non ut liberentur, sed ut minus puniantur. ¶ Et si contra hoc arguitur: sicut ipsi arguunt, & ponit glosa allegata. Pono; q̄ certum opus pietatis puta eleemosina tollat centesimam partem pœnæ eius, pro quo fit: ergo si fiant centum eleemosynæ ex æquali charitate facientis, tota pœna illi remitteretur, quod negant sic opinantes. Respondet præpositinus, & glo. q̄ in casu posito, secunda eleemosina non tantum tollit, de pœna, quantū prima secundum quantitatem, sed secundum proportionem. Vnde sicut ex casu prima eleemosyna tollit centesimam partem totius pœnę, sic secunda eleemosina tollit centesimam partem remanentis pœnæ, & sic de alijs, & quia pœna est diuisibilis in partes eiusdem proportionis in infinitū post quamcunq; centesimam ablatam adhuc manent partes 99 igitur nunquam tolletur tota pœna: & tamen per quodlibet suffragium sic aliquid auferetur, & fit pœna tollerabilior. ¶ Ponit præpositiuus exemplum in diuisione lineæ, uel cuiuscunq; quantitatis continuæ. Si fit diuisio secundum partes eiusdem quantitatis stabit diuisio ad certum numerum partium, ut ad

duas:

Dam. Greg.

Dam.

Dionys.

Alber.

Augustī.

Suffragia ad quid prosint damnatis.

Opiniones uarie de his suffragia.

duas medietates, uel tres tertias, uel centum centesimas: aut mille millesimas, quibus ablatis nihil manet. Si uerò fit diuisio in partes eiusdem proportionis ut primò auferatur medietas totius, secundò medietas residui, tertiò medietas remanentis, fit processus in infinitum, manet enim semper aliquid diuidendum. ¶ Sed contra hanc responsionem eam improbando arguit Alber. & bene di. Quęratur a præpositiuo, quæ sit causa, ꝙ secundum suffragium minus in quantitate pęnę tollit, quam primum, cum in omni natura æqualiter agentia æqualiter tollant, & abijciant de passiuo. Possunt autem sequentia suffragia esse æqualia primo, quia procedere possunt ex æquali charitatis feruore, ac deuotione, & cũ nulla pôt assignari causa rationabilis, neq; dictũ illud ex auctoritate procedit: eadem facilitate contẽnitur, quæ probatur, unde eã reputat tanquã fictionem in nullo fundatam. ¶ Secunda opin. est Cantoris paris. & Stephani Cantuarien. qui dicunt: ꝙ suffragium damnatis impensum tollit aliquid de pęna inferni, & secundũ si fuerit æqualæ primo: tantum quantum primo in casu posito, consequenter concedunt, ꝙ possunt tantum multiplicari ecclesiæ suffragia, ꝙ pœna toraliter tollitur, uel uerius totam suspenditur: quia consequenter dicũt, ꝙ suspensa tota pœna, damnatus iterum in easdem pœnas relabitur, quia nemo liberatur a pœnis, siue relapsu nisi per gratiam diuinã: cuius damnatus non est particeps, nec susceptiuus. Hoc confirmant per dictum Ioh. Chryso. qui distinguit, ꝙ duplex est misericordia dei. S. liberans, & relaxans. Liberans est, quæ ex toto indigens liberat, & ut dicit: non est super omnia opera dei, quia non est sup dãnatos. Misericordia relaxans, quæ est citra condignũ puniens, in omni iudicio partem pœnæ relaxat, & nunquã totã: & hanc dicit esse super omnia opera eius ẽt super damnatos: de qua intelligitur illud Psal. Oês uię dñi misericordia, & ueritas. & illud Iacob. 2. Superexaltat autẽ misericordia iudiciũ. Ponunt aũt hunc relapsum maxime fieri post diem iudicij: tunc quidem spũs dãnatorũ resumptis corporibus detrudentur in ignem æternum, sine spe omnis ueniæ. ¶ Sed contra illos quæritur, quæ sit causa, ꝙ iam liberatus iterum relabitur in pœnam, quia apud iustũ iudicẽ, si aliquis satisfecit pro reo & iudex satisfactionẽ acceptauit: iam iniustũ est reũ iterum in pœnam reuocare. Hoc quoq; dictum minime probant, auctoritas quoq; omnino impertinens est proposito. Nõ. n. uult Chryso. ꝙ ex dei misericordia continuo relaxatur aliquid de pœna damnatorum, postquam inflicta est, sed ꝙ ex dei misericordia non tanta infligitur, quantum meruit suo peccato. Punit. n. deus circa condignum. Etiam contra istam opinionem allegat Alber. auctoritates canonis, illam. S. Iob. 15. de damnato. Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spũs oris sui, non credit errore frustra deceptus, ꝙ aliquo precio redimendus sit. Item prouen. 6. zelus, & furor uiri non parcet in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus: nec recipiet pro redemptione dona plurima. ¶ Ideo est tertia opi. Guil. altisiodorens. quæ dicit, ꝙ pœna damnatorum per ecclesiæ suffragia nec minuitur, nec suspenditur, prosunt tamẽ damnatis, ut tollerabilior sit eorum damnatio: quia per suffragia confortantur, ut leuius ferre possint ignis incendium. Sicut quando quis pondere magno grauatus lassitudine debilitatur, si quis in faciem eius fundat aquam frigidam, ille pondus, quod portatur, in nullo alleuiat: & tamen portantem ad leuius sustinendum confortat, & refrigerat, & in hoc sensu dixit diuitem guttam aquæ petere, ut refrigeretur. ¶ Sed contra hos argui potest, sicut contra priores, quia si certum suffragium tribuit confortationem certi gradus, duplex suffragium præstabit duplicem confortationis gradum, & sic possent tantum multiplicari suffra-

Alber.

Q

Psal.

Iacob. 2.

Alber. Iob. 15.

Guil. R.

Luc. 16.

gia,& per ea confortatio,q; nihil damnatus ſentiret de pœna. ¶ Præterea cõtra hanc opi. & omnes eius modos arguitur quod uiuorum ſuffragia damnatis ſimpliciter non profunt. Primò per uerbũ Abrahæ, quod reſpondit diuiti aquæ guttã ad linguæ refrigerationẽ petenti.Chaos magnum firmatum eſt inter nos,& uos &c. & præmiſit. Tum recepiſti bona in uita tua, & ſimiliter lazarus mala. Nunc aũt hic conſolatur: tu uerò cruciaris. Ex quo patet:q; tãtum chaos mediat inter damnatos,& cæteros,q; ẽt minimũ cõpaſſionis ſuffragiũ a ſanctis ad damnatos non poſſit deriuari. Si enim ſuffragium negatur a patre Abraam iam domeſtico dei,& conſimiliter a ſancto lazaro, quomodo poterit ad eos deriuari ſuffragium a uiatoribus mortalibus potentibus deficere? ¶ Præterea beatus Aug. Si ſcirem inquit,patrem meum in inferno,non plus orarem pro ipſo,quã pro diabolo. Et 21. de ciuita. dei cap. 24. Si eccleſia eſſet certa de aliquibus hic in uita conſtitutis,q; eſſent in ignẽ mitt ẽdi æternum:pro eis nõ oraret.Hoc autem ſtultum foret,& fatuum prætermittere, ſi orationibus, & ſuffragijs uiuorum pœna damnatorum : aut tolli poſſet,aut minui.¶ Item beatus Grego. 24 mora. & ſatis cõcordat beatus Aug. loco allegato. Eadem cauſa eſt,cur non oretur tunc (.ſ. poſt diem iudicij) pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc cauſa eſt ; ut non oretur pro diabolo,angeliſq; eius æterno ſupplicio damnatis, quæ etiã nũc cauſa eſt,q; ſancti non orant pro infidelibus,impijſq; defunctis, quia de eis utiq; quos damnatos æterno ſupplicio iam nouerunt: ante illum iuſti iudicis conſpectum,orationis ſuæ meritum caſſari refugiunt. In inferno igitur damnatis ſuffragia non profunt. ¶ Item ex Aug. uerbis magiſter diſtin. 45. quarti, elicit q; qui ſine fide operante per dilectionem,eiſq; ſacramenta de corpore exierunt fruſtra illis a ſuis,huiuſmodi pietatis officia impenduntur,cuius cum hic eſſent,pignore caruerunt,non miſericordiam ſibi theſaurizantes,ſed iram:ſed omnes damnati ſunt huiuſmodi, quare ſuffragia ea a uiuis impenſa non profunt . ¶ Seruit ad idem ratio duplex , Prima,quia iuſtitiæ obuiat manente peccato:pœnam illi correſpondẽtem minui. Manet autem peccatũ , nec unquam minuitur ,ſeu remittitur damnatis:quia remiſſio peccati non fit niſi per gratiã,cuius damnati capaces non ſunt , neq; habere poſſunt uoluntatẽ bonam,quia obdurati ſunt in malo, & ſi bonum uolunt,non tamẽ bene:quia ſemper deficit principaliſſima finis circumſtantiarũ & adeſt peruerſa,quæ ſeipſos finem conſtituunt:quippe ſeipſos diligunt ſup omnia,& odiunt deum iuxta illud. Superbia eorũ,qui te oderunt , aſcendit ſemper.Si igitur damnatus immobiliter manet in peccato:ſtat immutabiliter pœna tali peccato debita,quia pœna ordinat culpam,ne in uniuerſo ſit dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ , per pœnam ordinantis culpam, ut deducit beatus Anſel. ¶ Secunda ratio , ſublata communione uiuorũ ad mortuos : tolluntur & mutua ſuffragia,ſed uiuorum ad damnatos nulla eſt cõmunio : & per conſequens uiuorum ſuffragia ad damnatos deriuari non poſſunt.Sũt enim damnati extra uinculum charitatis,ſecundũ quam ſolum opera uiuorum continuantur defunctis. Et additur tertia ratio ſecũdum ſanctum Tho. in 4. ſcripto diſtinctio. 95.q. 5. ar. 1. Nam damnati ſunt totaliter in termino quantum ad animã,& extra uiã, recipientes ultimam pro meritis retributionem:ſicut & ſancti,qui ſunt in patria. Quod enim reſtat de pœna uel gloria corporis hoc eis rationem uiatoris non præbet , cum gloria eſſentialiter,& radicaliter exiſtat in anima ſimul, & miſeria damnatorum : & ideo non põt pœna eorum diminui:ſicut nec præmiũ ſanctorum augeri quantum ad gloriam eſſentialem. Eſt ergo opinio prædicta , ut dicit beatus Tho. ubi ſupra præſumptuoſa:utpote ſanctorum dictis contraria, & uana nulla auctoritate

Auguſt. Grego. Aug uſt. Auguſt. Anſel. S. Tho. Tho.

An in aliquo sensu cõcedi possunt suffragia uiuorum prodesse damnatis.

ritate fulcita, & irrationabilis, propter rationes iam contra eam inductas. ¶ Est igitur alia opinio beati Thomæ & cæterorum doctorum communiter, qui tenent, q̃ suffragia uiuorum non prosunt damnatis quantum ad pœnas peccatorum pro quibus damnati sunt quouismodo releuandas, nec quoad pœnam damni: neq; quoad pœnam sensus. Quoad pœnam damni, quæ est carentia uisionis diuinæ essentiæ, nam huius pœnæ ablatio non potest fieri nisi per collationem uisionis diuinæ sicut in alijs priuationibus. Siquidem priuatio a subiecto non tollitur nisi per positionem habitus oppositi. Non enim ab homine auferur cæcitas, nisi per positionem usus. Positio autem usus diuinæ essentiæ beatificat; secundum illud Iohannis. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum &c. Cognoscant inquam clare, & intuitiue, quæ cognitio uisio appellatur. Hæc, quia secundum quẽq; gradum beatificat: sicut & gratia secundum quemq; gradum gratificat, ideo secundum quẽq; gradum tollit damnationem. Quoad pœnã sensus, consistit in aliquo positiuo reali afflictiuo sensus damnati, siue corporis: siue mentis, & maxime mentis, quæ secundum. Aug. 21. de ciuit. dei. c. 3. uerissime sensus dicitur, qualis est pœna ignis, & uermis. Neq; enim illa tollitur, uel minuitur per suffragia uiuorum in damnato, quantum ad eam, quæ infligitur pro peccato mortali, quia illa est æterna: dicente Christo. Discedite a me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius Matth. 25. Quod uerbum pertractans beatus Aug. 21. de ciuit. dei, ait. Nimiæ præsumptionis est dicere cuiquam ipsorum æternum supplicium non futurum, quos deus ituros dixit in supplicium æternum. Et Esa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Notanter autem dictum est quantum ad pœnas illorum peccatorum, pro quibus damnati sunt. s. mortalium: quia de uenialibus peccatis, & mortalibus hic remissis quoad culpã nõ quoad pœnam satisfactoriam tenet Sco. in suo quarto dist. 21. q. 1. q̃ eis etiam in inferno non deberur nisi pœna temporalis, cum uenialis culpa sufficienter punitur pœna temporali, & pœna mortalis æterna, dimisso mortali per pœnitentiã mutatur in tẽporalẽ: illa igitur temporali soluta nihil remanet soluendum. ¶ Quod dictum etsi probabile est quoad peccata mortalia, & uenialia hic dimissa: tamen pro ueniali, cũ quo quis moritur non dimisso quoad reatũ culpæ non uidetur uerũ, quia cũ tale peccatum quoad culpã continuatur perpetuo sicut & mortale, nõ põt tolli pœna manente culpa. Non aũt tollitur culpa uenialis, sicut nec mortalis post hanc uitã in dãnatis, quibus semper placet, & nunquam displicet culpa, displicentia debite circũstantionata circũstantiis finis, quæ requiritur ad remissionem culpę. Hanc aũt habere nõ possunt obstinati in inferno, igitur nõ potest tolli, aut minui pœna nõ dimissa culpa. Si ergo opinio illa uera est quãtũ ad pœnam hic dimissam quoad culpã: posset probabiliter dici, q̃ quãtũ ad illa proficerent damnatis uiuorũ suffragia. Nã cũ dãnati pro illis peccatis possunt satisfacere patiendo tpalẽ pœnã in inferno, ita pro eis posset quis satisfacere tpaliter in uita. Satisfactio. n. tpalis nõ põt fieri ab uno pro alio. ¶ Verum q̃ oppositum æque probabiliter põt sustineri: scilicet q̃ stante positione prædicta unus nõ põt satisfacere pro alio cũ quo nõ habet aliquam communionẽ. Viuorum autẽ cũ dãnatis nulla est communio, ut dictũ est, nec secundum prædicta ipsi meruerunt in uita, ut eis prodessent suffragia post mortẽ. Et hoc sentire uidetur Richar. de media uil. in. 4. dist. 45. q. 2. ¶ Per hæc adrõnes primæ opinionis. Ad primam auctoritatem Aug. in enchi. In qua se fundant iurium glosatores, & quidam alij doctores, dicendũ q̃ diuisio beati Aug. quam ibi ponit, non est quadrimembris, sicut ipsi sentiunt, sed trimẽbris. Nã idem sunt me-

S

Iohan. 17.

Pœna sensus & damni in quo cõsistit.

August.

Matth. 25. August.

Esa. 66.

T

diocriter boni,& mediocriter mali, illi ſcilicet qui deceſſerunt in gratia cũ peccato ueniali, aut cum debito pœnæ pro peccatis mortalibus hic per penitentiam quoad culpam dimiſſis, nam mediocriter bonus eſt etiam mediocriter malus. Quod ſatis clare patet ex uerbis beati Aug. Nam ponit tantũ tres modos uiuendi: ait enim: Eſt quidam uiuendi modus nec tam bonus, ut non requiratiſta ſcilicet ſuffragia poſt mortem, nec tam malus, ut ei illa non proſint poſt mortem. Ecce primus modus uiuendi. Sequitur. Eſt uerò talis in bono, ut iſta non requirat,& eſt rurſus talis in malo ut nec his ualeat (cum hæc uita tranſierit) adiuuari. Primum ergo modũ uiuendi contra mẽtem beati Aug. diuidunt in duos: cum ſit tantum unus modus uiuendi medius, inter duos extremos. Vnde extremus eſt talis, qui non indiget iuuari. Alius extremus, qui non poteſt iuuari. Medius, qui indiget,& poteſt,& ille eſt mediocriter bonus, quia poteſt,& mediocriter malus, quia indiget iuuari. Item qui eſt mediocriter bonus, aut eſt aliquantulum malus: uel omnino non malus. Si ſecundũ, tunc eſt ualde bonus, nihil omnino hñs mali ſeu debitæ maliciæ, culpæ nec pœnæ. Si primum habetur propoſitum. Sic de mediocriter malo, aut habet aliquid bonitatis:& ſic eſt mediocriter bonus aut nihil bonitatis:& ſic eſt ualde malus. Et hoc etiam patet, quia Aug. reſumens dictam diuiſionem circa finem ca. iterum ponit tantum tria membra, ut dicit. Cum ergo ſacrificia ſiue altaris, ſiue quotcunq; eleemoſinarũ pro baptizatis omnibus defunctis offeruntur: pro ualde bonis gratiarũ actiones ſunt, pro non ualde malis propitiationes ſunt, pro ualde malis, & ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; cõſolationes uiuorum ſunt. Vbi non ualde malos nominat, quibus proſunt ſuffragia, nec inter illos diſtinguit. Hoc ẽt ſentit Durandus in ſuo. 4. Abſurdũ ẽt uidetur, quod illi dicunt, per ualde malos intelligi, qui fidẽ non habuerunt: quia paruuli decedentes in ſolo originali fidem non habuerunt,& tamen non fuerunt magis mali, quam fideles damnati, qui multa mortalia commiſerunt, quod etiam pœna oſtendit, cũ illi tantum pœna dãni, iſti pœna damni,& ſenſus puniuntur. Maior autem pœna maiorem arguit maliciam, quia pœna correſpondet culpæ. Et ſi dicerent per ualde malos intelligi infideles adultos, qui etiam infidelitate peccata actualia addiderunt,& fideles grauioribus peccatis obnoxios, tunc ſequitur, quòd decedentes in originali tantũ, nõ eſſent ualde mali, & ſic prodeſſent eis ſuffragia ſecundũ Augu. cõſequẽs falſum, quia non hãt niſi pœnã dãni, quæ ut præmiſſum eſt, nec tolli põt nec minui, niſi per collationẽ beatitudinis, quæ repugnat dãnatis. Quod aũt dicit Aug. ꝙ quibus ꝓſunt ſuffragia, ad hoc ꝓſunt, uel ut ſit plena remiſſio, uel certe ut tollerabilior ſit eorũ dãnatio. Reſpondetur, ꝙ ibi accipitur damnatio large, pro qualibet punitiõe ad quã aliquis eſt iudicatus, ſecũdũ quã acceptationẽ includit ẽt pœnã purgatorij. Vnde & beatus Greg. dicit, ꝙ eodẽ igne purgantur boni, quo reprobi puniuntur. Et in alijs cõmunibus locutionibus dicimus aliquẽ cõdemnari ad certam pecuniariã pœnã: ſiue ad aliquod tẽporale ſuppliciũ. ¶ Ad illud de Machabæis dicendũ ſecundũ Tho. uel quòd illa donaria inuenta ſub tunicis mortuorum non fuerunt accepta in reuerentiam idolorum, ſed iure belli eius debebantur, tamẽ per aliqualem auaritiam uenialiter peccauerũt, ideo non fuerunt in inferno,& ita ſuffragia eis poterant ualere. Vel probabilius, ꝙ in ipſa pugna uidentes ſibi imminere periculũ: peccatũ ſuum cognouerunt,& pœnituerunt: ſecũdũ illud Pſ. Cũ occideret eos quærebant eũ:& ita peccatũ remiſſum fuit per pœnitentiã:& per conſequens nõ fuerunt in infernos: ſed purgatorio. ¶ Ad aliud de ſancto Machario,& capite inuento dicẽdũ, ꝙ illud adiutorium, non erat ad pene diminutionẽ: ſed ad hoc ſolum ut ibi-

Auguſt.

Auguſt.

Auguſt.

Auguſt.

Auguſt.

V

De Machabeis.

De capite inuento a Macario.

dem

dem dicitur: ꝙ eo orante concedebatur eis ut mutuo se uiderẽt: & in hoc ali quod gaudium non uerum: sed phantasticum habere dicuntur, dum impletur illud quod desiderant. Sicut & dæmones gaudere dicuntur, dũ ad peccata pertrahunt homines, quamuis per hoc eorũ pœna nullatenus minuatur. De Traiano Sicut nec angelorũ gaudiũ minuitur, dum nostris malis cõpatiuntur. ¶ Ad illud de Traiano põt dici, ꝙ ad preces B. Greg. Traianus fuit ad uitã reuocatus: & ad statũ uiatorũ: & ibi gratiam consecutus, per quã peccatorũ remissionem obtinuit, & per consequens immunitatem a pœna, sicut apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculose reuscitati: quorũ plures constat idollatras, & damnatos fuisse. De his omnibus similiter dicere patet, ꝙ nõ erãt in infernum deputati finaliter: secundũ pñtẽ iustitiã propriorũ meritorum: sed secundũ superiores causas, quibus præuidebantur ad uitã reuocandi, de eis aliter disponendum erat. Et ita diffinitiua, & irreuocabili sententia Traianus damnatus non fuit, quæ sola facit quẽ damnatũ, uel dicitur: ꝙ anima Traiani fuit simpliciter liberata per absolutã dei potentiã. Quod aũt dicitur animas dãnatorũ iuuari non posse, intelligitur secũdũ legẽ communẽ. Vel dicunt alĩ, ꝙ anima Traiani nõ fuit simpliciter liberata a pœna inferni: sed pœna eius fuit suspensa ad tps. ſ. diẽ iudicij. Nec tñ oportet: ꝙ hoc fiãt oĩbus per suffragia ecclesiæ: quia alia sunt quę legi cõi accedunt: & alia, quę singulariter ex priuilegio alicui conceduntur. Alĩ dicunt: ꝙ liberatus fuerat a pœna sensus, non damni. Sed qualitercunq; dicatur, hæc duo stabunt. Primũ: ꝙ de potentia absoluta deus posset omnes damnatos beatificare. Secundũ, ꝙ de lege communi in inferno nulla est redemptio neq; quoad pœnæ ablationem neq; eorum diminutionem: & hoc quoad peccata in uia non dimissa. ¶ Ad penultimum dicitur, quòd quantum ad hoc magis acceptatur suffragiũ pro mortuo, quam pro uiuis in mortali existentibus, quia magis indigent, cum sibi non possint auxiliari, sicut uiuus potest. Sed quantum ad hoc uiuus est melioris conditionis, quia potest transferri de statu peccati mortalis ad statum gratiæ, quod de mortuis fieri non potest: ideo non est eadem ratio orandi pro mortuis, & uiuis. Et est aliqua ratio orandi pro uiuis existentibus in mortali: quæ non habet locum in mortuis. ¶ Ad ultimum negetur consequentia, quia non est simile. Tum, quia damnati pœna augeri potest, manente sua difformi uoluntate, quia punitur citra condignum. Sed ea manente potest minui: quia ut dictum est manente culpa, pœna illi correspondens culpæ non potest tolli, aut minui secundum diuinam iustitiam, pœnam pro culpa ordinante. Sed culpa in damnatis semper manet. ſ. uoluntas peruersa contra deum. Ideo sicut opus bonum ab alio factum, & ad suffragium damnati ordinatum, non minuit eius pœnam, multominus per opus bonũ quod quis facit non pro ipso, sed occasionaliter ex eius doctrina ipse iuuari põt. Tũ quia pœna infligitur Arrio pro peruersa sua doctrina, quæ merito augetur propter nouũ malũ ex ea cõsequẽs: sed propter sanã doctrinã, quã dãnatus reliquit in terra, nõ punitur: ergo ex bonis sequẽtibus nulla pœna minuitur. ¶ Vel breuiter dicitur: ꝙ ideo non est simile: quia dãnatus est in statu in quo pœna eius nõ põt minui propter uoluntatis obstinationẽ. Põt aũt augeri, quia nunquã põt usq; ad cõdignũ, secũdũ iustitiã dei strictissimã puniri. ¶ Si dicis, quãuis nulla pœna tali remittitur, tñ aliquod bonum sibi conferendũ est propter bona, quæ occasione suorũ præcedentiũ operũ fiunt. Sicut beatitudo accidentalis sanctorũ augetur propter bonũ, quod ex eorũ occasione agitur. Respondetur: ꝙ sicut merita æternæ uitæ (quibus damnatus meruit, dum in gratia fuit) per peccatum mortale superueniens moriuntur, nec aliquid præmij consequuntur post mortem in beatitudine, propter

peccati mortalis obicem, quem uoluntarie obtendit, & quo impediuntur, ne consequantur beatitudinem, ac præmiorum ipsis meritis correspondere debentibus se reddiderunt incapaces: ita & præmiorum accidentalium. Vnde nullum bonum is remuneratum, nisi is, qui remunerari deberet, impedimentum remunerationis sponte præberet: sicut & in proposito. ¶ Vel potest dici: q̃ si damnatus bona remuneranda facit, deus futurorum præscius, illa retribuit in præsenti uita. Vnde dixit Abraam diuiti refrigerium perenni. Fili recordare quia recepisti bona in uita tua. Non sic in beatis, in quibus, radix boni operis manet, scilicet charitas, ideo sunt maioris boni capaces. In damnatis autem manet iniquitas, & perpetuum dei odium immobiliter perseuerans, propter quod capaces sunt maioris pœnæ, & iustæ ab omni dei speciali dono, & beneficio nouo conferendo sunt secluſi. Vnde præceptum est ministris perabolice, ut hominem sine nuptiali ueste ad nuptias ingressum; ligatis manibus, & pedibus proijcerent in tenebras exteriores: per quod significatur desertio damnati ab omni subsidio, & suffragio, & immobilitas in malo. ¶ Ponit tamen Alber. unum modum quoad dicit; sustineri posset suffragia ecclesiæ ualere damnatis, unde dicit; q̃ uermis conscientiæ de tribus remordet, scilicet de peccato a seipso commisso, secundo de bono a seipso omisso, & tertio de bono, cuius ipse potuit esse causa, ut fieret ab altero. De primis duobus, quia præterita sunt, nulla est pœnæ mitigatio. De tertio & crescit, & mitigatur. Si enim per malum suum causa est mali in alio: totiens crescit uermis, quotiens crescit, & dilatatur malum illud in alijs, quos inuoluit. Si autem causa fuit, ut bonum fieret per alios, totiens decrescit uermis, quotiens bonum illud multiplicatur. Decrescit, intelligo non quantum ad tristitiam uermè consequentem, quæ insuit, sed a tristitia, quę infieret, si bonum illud non multiplicaretur. Per hoc autem nulla pœna minuitur, sed aliqua pœna accidentalis, ne fiat, impeditur. ¶ Sanctus Tho. etiam tangit unum modum, quo suffragia possunt proficere damnatis: non, quantum ad pœnæ interruptionem, uel diminutionem: sed quia ex huiusmodi suffragijs eis aliqua doloris materia subtrahitur, quæ eis adesse posset, si ita se abiectos conspicerent, q̃ sui pro eis nullam curam haberent: sed hoc ipsum beatus Tho. reprobat, quia secundum communem legem ibi sunt spiritus defunctorum, ubi non uident, quæcunq; agunt, aut eueniunt in ista uita, ut dicit August. in de cura pro mortuis agenda. Quod præcipue uerum est de damnatis, & ita non cognoscit quando pro eis suffragia fiunt, nisi supra communem legem aliquibus damnatorum illud reuelaretur, quod omnino incertum est. Vnde cutius est inquit, simpliciter dicere, q̃ suffragia non prosint damnatis, nec ecclesia intendit pro eis orare, ut ex auctoritatibus inductis appareret. Cui consonat illud Eccle. 9. Quodcunq; facere potest manus tua; instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos: quo tu properas. Et tantum de illo dubio.

Alber. Y

Tho.

August.

Eccl. 9.

Datur modus saluâdi quod suffragia uiuorum prosint damnatis & improbatur.

DE

DE GENERE SVFFRAGIORVM QVIBVS iuuantur animæ.

LECTIO LVII.

NVNC de tertio principali scilicet quibus suffragijs animæ defunctorum iuuari possint, & si pluribus, quæ horum magis prosint. ¶ Ad primam huius quæstionis partem beatus Grego. ad Bonifacium (ut 13. quæstio. 2. animæ recitatur) quattuor suffragiorum genera annumerat. ait enim. Animæ defunctorum quattuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Per oblationes sacerdotum Missæ celebratio accipitur. Per orationes sanctorum cuiuslibet boni hominis, siue in uia, siue in patria existentes deuota pro defunctis obsecratio. Eleemosyna autem per quemcunq; fiat, dicitur eleemosina chari, quia charus est, qui beneficium impendit. Signum enim dilectionis exhibitio est operis: secundum eundem Homel. 30. Sic a quibuscunq; fiant ieiunia, aut aliæ corporis afflictiones, cogniti sunt eorum, pro quibus fiunt carnales, uel spirituales. Dicitur nempe cognatus quasi connatus: quia ui amoris ei agglutinatur, & quasi connascitur anima defuncti tã quam ueri amici. ¶ Sunt autem hi quattuor modi generales, ad quos omnes alij reducuntur. Vnde ad ieunium omnes carnis afflictiones, ut uestiũ asperitas, disciplinæ, peregrinatio, labor corporalis, & quæcunq; ad corporis afflictionem assumuntur, pertinent. Ad eleemosinas reducuntur omnia opera misericordiæ, corporalia, & spiritualia. Ad orationẽ reducũtur omnia spiritualia exercitia: ut meditationes sanctæ, gratiarum actiones, theologiæ studium, ac contemplationes. Ad oblationes sacerdotum omnia sacrificia, & oblationes, quæ immediate deo, aut cultui diuino, ac ecclesiæ ministris applicantur, ut sunt oblationes pecuniæ, cereorum, animalium, ornatuum, & similium. Beatus uero Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda (habetur. 13. q. 2. non æstimemus) tria annumerat: omittens ieiunium cognatorũ, unde ait. Non æstimemus ad mortuos pro quibus curam agimus, peruenire, nisi quod pro eis, siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs solenniter supplicamus, & sequitur. Corpori autem humano quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium: secundum effectum (alias apostolum) quia nemo unquam carnem suam odio habuit. Ad horum intellectum notandum q; (ut docet beatus Tho. in 4. scripto di. 45. q. 6. arti. 1.) suffragia uiuorum prosunt defunctis: secundum q; uniuntur uiuentibus charitate, & secundum q; intentio uiuentium refertur ad mortuos. Et ideo uniuersa opera possunt suffragari mortuis, quę pertinent ad communicationem charitatis, uel ad directionem in alterum intentionis. Eapropter uniuersa opera bona, qui ex charitate fiũt omnia quoq; quæ ex intentione, & intuitu subueniendi (quia quasi pro illis ex personis defunctorum) fiunt eis proficiunt. Ad charitatẽ autem (præcipuæ eucharistiæ oblatio) pertinet, quia est sacramentum ecclesiasticæ unionis, continens illud, in quo tota ecclesia unitur, & solidatur. s. Christũ: unde eucharistia est quasi quædam charitatis origo, seu uinculum. Eleemosina uero ad charitatem pertinet tanquam eius effectus: est. n. præcipuus eius

A

Quibus suffragijs animę defuncto rũ iuuari possint.

Grego.

Conc. Trid. Sess. 22. c. 2.

Augu.

Epho. 5.

effectus. Sic ista duo eucharistia, & eleemosyna ex parte charitatis præcipue mortuis, suffragantur. ¶ Ex parte uerò intentionis in mortuos directæ præcipue ualet oratio, quia secundū suā rōnē non solū dicit respectum ad orā tē sicut cætera opera, sed directius ad eum pro quo oratur. ¶ Ieiunium uerò, quia in rōne sua nō cōtinet quod ad charitatē, uel ad intentionis directionē pertinet, sed hæc sunt ei quasi extrinseca, propter quod ēt Aug. nō posuit: Augustin. ideo ad utrumq; pōt reduci. Et quia ex charitate pōt assumi, & quia corporis afflictiuum est, pōt tanquā pœnale opus satisfactorium pro pœnis defunctorum ex eorundem personis domino offerri. Et hoc respectu tribus prædictis secundum Aug. positis annumerauit Grego. ieiunium quasi suffragij genus quartum. Nec incassum, quoniam cum animæ, in purgatorio non nisi satisfactorias pœnas soluunt, quibus solutis, suffragijs non indigent multū iuuantur, dum pro eis opus pœnale (quale est ieiunium) deo offertur. Opus enim pœnale eo, q̄ pœnale, satisfactorium est ¶ Ex his patet responsio ad primam partem quæstionis: scilicet quibus suffragijs animæ defunctorum iuuari possunt. Vnde respondetur breuiter: q̄ omnibus operibus bonis: nā omnia opera bona fieri possunt ex charitate. Sic etiam omnia opera bona possunt eis applicari ex intētionis directione. Potest enim quodcunq; opus B fieri ea intentione, ut prosit spiritibus defunctorum. ¶ Pro responsione ad secundam partem. q. scilicet quæ opera magis prosint liberationi defunctorum. Aduertendum, quòd suffragia habent effectum uel ex genere operis, uel ex dispositione operantis. Ex genere operis illa præcipuæ, uel magis suffragantur defunctis, in quibus concurrunt plures, uel pauciores rationes de supradictis. Ex operante uero illa magis proficiunt: quæ ex persona magis accepta (propter maiorem charitatem, aut deuotionem, aut aliam dispositionem, & maius meritum operantis) impenduntur. Meritum dico, uel operantis personale uel ecclesiæ totius generale, cuius personam operans in suo ministerio repræsentat, ut tangit Sco. in suo quodli. q. 20. circa principium. ¶ Item potest opus suffragij ualere uel ex parte operantis principalis tale opus fieri procurantis, ut testatoris, fundatoris, uel alterius opus fieri mandantis, petentis, uel ordinantis. Vel ex parte opus huiusmodi exequentis: ut testamentarij amici familiæ opus facientis &c. Hanc distinctionem alij sic exprimunt, & in idem redit. Suffragiorum quædam proficiunt ex operante tantum: alia opere operato: alia simul ex opere operato, & operante. Ex operante tantum, quæ ex sola dispositione, & acceptatione agentis acceptantur a deo: ut sacrificia ue. te. & opera non priuilegiata, quæ quisq; ex spontanea uoluntate operatur. Ex opere operato, quæ ex ipso opere exhibito eriam circumscripta dispositione operātis quantum a se eius esse accessum habēt suum effectū: ut est sacrificium altaris, & ecclesiæ sacramēta, quæ effectum habent ex institutione Christi, nō ex dispositione ministri offerentis, uel dispensantis, de quo sup. lec. 15. & in alijs pluribus locis. Sic non est impium sentire de oratione dominica, de horis canonicis, & alijs orationibus, quas ecclesia dicendas instituit, quę quandam uim accipiunt ex parte diuini, & ecclesiastici mandati, ut dicit Gers. Cancel. paris. in trac. de oratione. Ita sunt quædam, quæ effectum sortiuntur ex priuilegio, ut indulgentiæ uel similia. Item sunt opera, quæ etiam ualent ex opere operato, non ex sua institutione sicut sacramenta: sed ex effectu ex ipso opere accedente: sicut eleemosina pauperum indigentiam releuāte: sequitur oratio eorundē pro anima defuncti ad deū pro eo, cuius intuitu fiūt: ut dicit beatus Tho. ¶ Ex his pōt responderi ad hanc quæstionis partem ma C gis ad particularia descendendo per aliquas propositiones. ¶ Prima.

Tho.

Suffragia habent effectū ex gñe operis uel ex dispositione operantis.

De oratione dominicam.

Ad dubiū rñdetur multis propositionibus.

Inter

Ad defunctorũ liberationem excellit eucharistiæ oblatio.

Inter omnia mortuorum suffragia quantum ad liberationem defunctorũ, excellit eucharistiæ oblatio per manus sacerdotum, ecclesiæ ministrorum. Hæc propositio est de mente Aug. Grego. magistri, & cæterorum, qui inter defunctorum suffragia primo loco ponunt altaris sacrificium. Et potest illud ostendi rationibus, & exemplis. Ratione: nam illa magis suffragantur defunctis: in quibus principaliores, & plurales rationes suffragandi concurrunt: ut statim supra dictum est. Sunt autem rationes secundum supradicta charitatis communio: intentionis directio: meritum, & pia supplicatio: & hoc tam ex efficacia operis operati, quã operis operantis: & hoc uel eius, qui operatur, uel eius, in cuius persona: uel eorum, ex quorũ personis operatur. Omnes illæ rationes perfectissimè concurrunt in sacrificio altaris. Cum enim sacramentum eucharistiæ sit sacrm ecclesiasticę unionis, continens Xp̃m, in quo tota ecclesia unitur: sitq; origo quædam, & fomentum charitatis, ut dictum est: manifestum est: q; in effectu huius sacrificij omnis communicans: qui cum capite Xpo & inter se per charitatis uinculum uniũtur. Nam hanc unionem non solum solidat, & conseruat, sed etiam expresse significat, ut dicit Aug. in de sacramentis fidelium: & allegat magister distin. 8. quarti. Vnus panis, & unum corpus ecclesia dicitur, pro eo, q; sicut unus panis ex multis granis cõponitur: sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Huius unionis etiam corpus Xp̃i sumptum de origine est sacramentum. i. significatiuum: quia sicut corpus Xp̃i ex multis membris purissimis, & immaculatis constat: ita societas ecclesiæ ex multis personis a criminali macula liberis aggregatur. Propter q; etiã sacramẽtum illud communio nuncupatur, quia eius beneficium communicant oẽs ecclesiæ uniti, non solum qui in terris uiuunt: sed etiam, qui trãsierunt: & q; iam beatitudinẽ adepti sunt: & qui in uia purgationis ad eam tendunt. Vñ dist. 9 quarti, & habetur de consec. dist. 2. quia passus. §. Ita dominus nr̃. dicit. Nulli ambigendum est, tunc quemquã corporis, sanguinisq; domini participem fieri, quando Xp̃i membrum efficit̃, nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si antequã panẽ illum edat & calicem bibat, de hoc sęculo in unitate corporis Xp̃i constitutus abscedit: quia illius sacramenti beneficio nõ priuat̃, qñ illę in hoc, qđ sacrm illud signat, inuenitur. In huius rei testimoniũ hostia sacra in tres partes in altari diuidit: ut significetur effectũ eius participare: & q; in beatitudine: & qui in purgatorio, & qui in hoc sęculo deliberabunt, de quo infra latius tractabit̃. Nullum ergo opus tantum prodest defunctis per communionem charitatis: quãtum eucharistiæ oblatio, quæ huius communionis signũ est, fomentum, & origo. ¶ In hac etiam oblatione intentio dirigitur non solũ ad uiuos, sed etiã ad mortuos. Intentio dico, non solum ministri celebrãtis: sed ecclesiæ uniuersalis, quæ memoriam defunctorum in missa fieri instituit, eiusq; personam sacrificans minister gerit. In huius officij commissione sacerdotali. s. ordinatione, dicitur accipere potestatem offerendi pro uiuis & pro mortuis. Est ergo nuncius ecclesiæ ad Deum orando pro mortuis, quare personam repræsentat ecclesiæ se mittentis. Est etiam ibi ratio meriti. Nam si probatur, quia opus aliquod meritorium est in ecclesia, siue gloriæ, siue gratię, siue remissionis culpę, aut pœnæ, poterit ne aliquid esse magis meritorium illo sacrificio. In hoc enim illius unici, & perfectissimi sacrificij fit memoria, & inuocatio, per cuius uirtutem cœli aperti sunt, gratia datur, per quam solam opera nostra esse possunt meritoria omnium peccata hominum remittuntur: ac cœlestis gloria nostro peccato perdita redonatur. Ipse enim qui in hoc sacrificio patri offertur: clauis est Dauidis, qui claudit, & nemo aperit:

Augustin.

Charitatis communio.

Intentionis directio.

D

aperit,

Apoc. 3. aperit, & nemo claudit. Apocal. 3. Ipse fons gratiarum & caput ecclesiæ, de
Psalm. 132. quo solo gratia fluit in barbã Aaron descendens in oram uestimenti. Psal-
mo 132. De eius nanq; plenitudine omnes accepimus, gratiam pro gratia.
Iohan. 1. Ioh. 1. Ipse est quem Deus pater fecit peccatum pro nobis 2. Cor. 5. Idem
2. Cor. 5. sacrificium quo omnium peccata hominum expiantur. Ipse est sine cuius
unione (quam hoc sacrificium præstat) nemo gloriam in cœlo consequitur
Iohan. 3. ipso dicente. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo: filius ho-
minis, qui est in cœlo. Ioh. 3. Nec potest, aut uniquam potuit post primi ho-
Col. 1. minis lapsum, opus aliquod gratum esse Deo patri, & acceptum, nisi in uir-
tute huius sacrificij uespertini, in fine huius sæculi oblati. ad Col. 1. Com-
placuit per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem cru
cis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Et ideo sacramentũ illud
sacrificium dicitur, & eucharistia. Sacrificium propter peccatorum remis-
sionem: eucharistia propter gratiæ infusionem. Est autem ibi ratio
meriti, non tam ex operante quam ex opere: non enim solum effectum
habet expiandi peccata ex celebrantis deuotione: sed multomagis ex ipsa
oblatione. i. Xpo ierũ in memoriã suæ passionis benedictæ oblato: qui effe-
ctus non minuitur per quamcunq; sacerdotis indispositionem, formam &
intentionem ecclesiæ obseruantis. Et licet habere effectum ex opere ope-
rato commune sit omnibus legis nouæ sacramentis, magis tamen huic ap-
propriatur sacrificio: in quo uere & realiter continetur Christus, sacerdos
& sacrificium, seipsum patri repræsentans: & pro nobis offerens in holocau
stum, ut deducit apostulus ad Heb. ¶ In hoc quoq; sacrificio est ratio pię Pia supplica
supplicationis; nam in eo fiunt expressæ orationes pro defunctis: & specia- tio.
liter cõmissis: & generaliter pro uniuersis: ut patet ex præmissis. ¶ Hæc au
tẽ oratio, & supplicatio quæ fit in missæ officio, ceteris omnibus efficacior
est: quoniam fit in persona non tantum sacerdotis (ut dictum est) sed etiam
specialiter ex personis eorum, qui missam ipsum celebrari ordinauerunt, sit
defunctus, ipse dum uixit: sint testamentarij, sint amici, sint circunstantes,
sint offerentes. Generaliter uerò ex persona totius ecclesiæ sponsæ Christi
unicæ, cuius oratio repulsam non patitur. Ex omnium horum deuotione,
& merito efficaciam suam colligit oratio celebrantis. ¶ Præterea, si aliqua
oratio priuilegiata est secundum prædicta, uel quia a Christo institura, aut
quia ab ecclesia ordinata: nihil ita sicut missæ officium priuilegiatum esse
constat. Hoc enim quoad essentialia a solo Christo institui potuit, & quan-
tum ad superaddita, uidelicet cerimonias, orationes, & cetera ab ecclesia
noscitur ordinata. Nihil ibi sonat a sacerdote sua sponte dictatum, sed uer-
ba Christi in euangelio, in consecratione, & dominica oratione: in ceteris
uerba proferuntur ecclesiæ. Non enim debet sacerdos uerba sua miscere,
aut de suis addere: aut de institutis minuere: sed uerba Christi, & ecclesiæ
in eius persona, integre, solicite, & deuotissime personare. ¶ Denique quic-
quid poterit deuotio celebrantis cooperari: in hoc maxime officio exhibe-
tur. Nam qui ad hoc officium celebrans, uel circũstans indeuotum se exhi-
E bet, ubi rogo deuotus apparebit? Totius nanq; ecclesiæ deuotio in hoc officio Exẽplis ostẽ
Scot. colligitur, nutritur, & augetur: ut bene declarat Scotus in 4 dist. 8. q. 1. ¶ Pos ditur.
Greg. set etiam exemplis plurimis missæ efficacia in subuenendo defunctis osten
di, quorum nonnulla refert B. Grego. libr. 4. dialo. 154. & 56. & 57. & alijs
quæ relinquo prædicatoribus inquirenda. Rationem autem efficaciæ idem
Greg. allegato c. 57. ponit, quia hæc singulariter uictima inquit ab æterno
interitu saluat, quæ nobis mortem unigeniti per mysterium reparat, qui li-
cet surgens a mortuis non moritur, & mors ei ultra non dominabitur: ta-

men

meñ in ipso immortaliter, & incorruptibiliter uiuens: iterum pro nobis in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur. Sed circa hoc occurrit duplex dubium. Primum utrum ad animæ liberationem tantundem ualeat missa a quocumque sacerdote bono, uel malo celebrata. Secundò, utrum interfit aliquid, quale officium dicatur. Requiem uidelicet, uel aliud, de nostra domina, aut de passione domini, aut sancto aliquo. ¶ Ad primum præsuppositis his, quæ supra lect. 26. dicta sunt: respondetur breuiter: q̃ quantum est ex opere operato, tantumdem ualet missa ad liberationem defunctorum, siue a bono sacerdote celebretur, siue malo. Malum dico, qui in mortali peccato, de quo non pœnitet, irretitur. Sacramenta enim non ex ministro: sed ex institutione Christi suam habent efficaciam, ut supra dictum est. Ideo dum missa rite perficitur, fructus, quem ex ui sacramẽti operatur, nec minuitur, nec aufertur, dicente B. Aug. in li. de corpore Christi. In mysterio corporis, & sanguinis domini, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote. ¶ Quantum uerò est ex parte operis operantis (& hoc ut gerit personam ecclesiæ, uel ut est instrumentũ motum per alium ad celebrandum, quia ut sic nõ gerit personam suam, sed personam ecclesiæ, uel ordinantis missam) non impedit malicia sacerdotis plus, quam cuiuslibet alterius non celebrantis: sic enim fructus missæ colligitur ex merito ecclesiæ, resultante ex membrorum deuotione, uel specialiter eius, qui ordinat missam celebrari: de quo late dictum est lectio. 27. circa principium. Inquãtum verò gerit personam suam propriam malus sacerdos celebrando parũ, uel nihil proficit defuncto. Sic enim locum habet uerbum Gregorii in pasto. etiam supra allegatum & expositum. Si is, qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde & qui scienter maiũ sacerdotem in sua malicia perdurantem ad celebrandum induceret, haud dubium graviter peccaret. Non tamen leuiter quisquã iudicandus est malus, cum duodecim sint horæ diei, in quarũ singula peccator potest per pœnitentiam converti, & interior conversio, ac iustificatio nobis sit occulta. Bonus uerò sacerdos deuotè celebrans multum cooperatur liberationi animæ defunctę, quoniam si multum ualet oratio iusti assidua, secundum sententiam Iacobi Apostoli, etiam ubicumq; fiat, quanto magis quando fit in missa, & tanto iungitur sacramento. Ideo ceteris paribus, & secluso pusillorum scandalo, magis optanda est, & procuranda missa boni sacerdotis & deuoti, quam suspecti & uagi. Hęc sunt de intentione doctorũ B. Thom. in 4. scrip. dist. 45. q. 4. ar. 3. & dist. 13. q. 1. arti. 5, simpliciter Scoti dist. 13. quæsti q. 2. prope finem. ¶ Ad secundũ dicitur, q̃ in missa duo sunt. s. sacrificium, & orationes. Sacrificium, quod est præcipuũ in missa, idem est in omnibus missis, quæcunq; officia dicantur. Ideo ex hac parte idem ualet defuncto, quodcunq; officiũ dicatur, siue requiem, siue de nostra domina. Sed quantum ad orationes, illæ uidentur efficaciores, per quas magis excitatur deuotio orantis, & intentio magis dirigitur ad eos, pro quibus oratur. Et quia in officio requiem, orationes, & laudes ibi dicendæ expresse sonant pro defunctis: non sic in aliis, ideo ex hac parte officium requiem uidetur plus ualere. Potest tamen ex parte deuotionis excitandę plus ualere officium de domini passione, aut de nostra domina, aut alio sancto, ad quem celebrans, uel missam dici procurans maiorem habet deuotionem. Similiter propter intercessionem sancti, de quo missa dicitur, & quę ad subuentionem defuncti suppliciter imploratur, potest missa de sancto magis ualere defuncto. ¶ Reducuntur etiam ad sacrificij oblationem cetera, quę pro defuncto offeruntur ad Dei cultum pertinentia, ut oleum, cerei, thuribulum cetera, quę ad

Verũ ad siq; liberationẽ tantumdem ualeat missa a quocũque sacerdote bono, uel malo celebrata.

Augusti.

Grego.

Iacob. 5.

Tho.

Si idẽ sit legere ꝺ domina pro defunctis.

F

Ad oblationẽ eucharistię pro defunctis reducũtur cerei, oleum.

cultus

cultus Dei & ecclesiarum ornatum offeruntur. Hinc Damasc. in sermo. de morientibus, docet cereos, oleum & huiusmodi pro defunctis offerri. Dum enim cerei circa altare, feretrum, aut tumulos incenduntur, ex persona defunctorum Christum uerum lumen, & æternum eiusdemq; fidem; quæ lumen est intellectus uiatoris: profitemur. Dum thura incendimus, ex eorum persona Christum una cum patre, & spiritu sancto unum solum Deum uerum adoramus. Dum aquam benedictam spargimus, dæmones, ne orationes fidelium impediant: & ne corporibus illudant, fugamus. Sic quæcunq; ad altare offeruntur: siue in pecunia, siue in alijs esculentis, poculentis ac ceteris, uel ad protestationem fidei, uel communionis tanti sacrificij, uel ad sustentationem ministrorum altaris, & ecclesiæ, plurimum ualere animabus fidelium dinoscuntur. Vnde ut allegatum est supra Iudas Machabeus pecunias misit Hierosolimam offerri pro peccatis defunctorum. Et ita quæcunq; talium ad honorem Dei secundum ritum ecclesiæ, pro defunctis

G offeruntur, aut aguntur, ad oblationem sacrificij reducuntur. ¶ Propositio secunda. Post sacrificij oblationem multum prodest pro defunctis exorare, ac deuotas preces fundere, maximè eas, quæ fiũt in persona ecclesiæ, aut quæ sunt priuilegiatæ, ut supra dictum est. Similiter & meditationes sanctę pro defunctis assumptæ studium theologiæ, prædicationes, sacramentorum participationes, eucharistiæ pœnitentię & aliorum. Sicut & quæcunq; meritoria opera possunt quãtum ad meritum defunctis applicari, potest enim quilibet meritum suum, undecunq; acquirat animabus fidelium impartiri, ut infra dicetur. ¶ Propositio tertia. De hinc plurimum ualent eleemosinæ tam corporales, quam spirituales: & illæ non tantum ex dantis deuotione sed etiam ex pauperum, quibus impenduntur suffragijs, & oratione. ¶ Propositio quarta. Valent demum ieiunia, disciplinę, peregrinationes, & quæcunq; corporis afflictiua pro defunctis assumpta: quia eo quòd sunt pœnalia, sunt pro pœna defunctorum satisfactiua. Pœna nãq; pœnam soluit: minuit, & si sufficit, totaliter liberat. Et tantum de illa quæstione. ¶ Ad quar-

H tam principalem q. Vtrum indulgentiæ prosint defunctis. Non quærit hæc quæstio de indulgentijs, quas defunctus consecutus est, dum uixit: de his. n. dubium non est, quin plurimum proficiant. Ipsę enim sunt, quæ tollunt pęnam peccatis debitam, quorum debito sublato non remanet in purgatorio pęna soluenda. Sed de indulgentijs, quas uiui defunctis amicis impetrant, uel consequi nituntur Gratia exempli: Papa omnibus contribuentibus tantum ad huius ecclesię fabricam concedit relaxationem trium annorũ: uel partem satisfactionis, aut totius est quæstio: si quis contribuit pro patre suo: utrum pater defunctus participet huiusmodi indulgentias. De isto sunt opi. apud docto. B. Thom. in quarto scripto dist. 45. q. 6. arti. 2. tenet partem affirmatiuam, tamen sub quadam distinctione, quem sequitur Aug. de Ancona & Antonius parte 3. ti. 23. & plures alij. ¶ Distinguit igitur, quia indulgentię possunt fieri sub duplici forma. Vno modo largiuntur illis, qui certum opus pietatis implent: ut qui visitat ecclesiam sancti Petri: habebit tales indulgentias. Aliquando etiam extenduntur pro illis, pro quibus fit tale opus, ut si hæc sit forma, quicunq; hoc opus pietatis facit ipse, uel alius, pro quo facit, talem remissionem consequitur. Primo modo indulgentiæ non prosunt defunctis, quia non possunt opera pietatis facere, pro quibus indulgentię sub tali forma emanantes conceduntur. Nec uiuus tale opus perficiens, potest fructum indulgentiarum in alios transferre, quia eius nõ est applicare ad aliquid intentionem ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia thesauri spiritualis, unde indulgentię uigorem habent.

Orationes ieiunia, & eleemosinæ quomodo ꝓsunt defunctis.

Verũ indulgentiæ prosint defunctis.

Hæc

Hæc enim applicatio ad Papam pertinet: & ecclesiæ prælatos, potentes cõcedere indulgentias. ¶ Secundo modo proficiunt defunctis, si opus pietatis, pro quo datę sunt indulgentiæ per facientem mortuis applicatur. Illa enim applicatio fit secundum intentionem concedentis. Non enim est aliqua ratio ait Thom. quare ecclesia possit transferre merita communia, quibus indulgentiæ innituntur ad viuos: & non ad mortuos. Adducit ad hoc rationem, quia meritum totius ecclesiæ est efficacius merito unius personæ: sed meritum personale suffragatur defuncti, ut dictum est: ergo multo fortius ecclesię meritum, cui innituntur indulgentiæ. Item indulgentiæ ꝓsunt existentibus de foro ecclesiæ: sed existentes in purgatorio sunt de foro ecclesię, alioquin ecclesiæ suffragia eis non prodessent. Item consuetudo ecclesiæ, dum facit prędicare crucem: concedit, quòd assumens crucem habet indulgentias etiam pro duabus, uel tribus: aliquando per decem animabus tã viuorum, quam mortuorum, quod esset deceptio, nisi mortuis prodessent. ¶ Alia est opinio Hostien. ꝙ indulgentię ex ui indulgentiæ non valent defunctis: cum non sint de foro ecclesiæ. Nam forum ecclesię ligandi, & soluendi, tantum extendit se ad viuentes in terris, dicente domino Petro. Qđcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. ¶ Et dicitur notanter ex ui indulgentię: quia opera illa bona, pro quibus indulgentiæ conceduntur: possunt ualere defunctis, sicut alia opera bona, & meritoria: si eis applicantur: non tamen plus ualent propter indulgentias: nec minus, quam si nullę indulgentię essent concessæ. ¶ Et arguunt ad inconuenientes: quia sic Papa posset liberare, quemcumque uellet de purgatorio, immo dando plenariæ remissionis indulgentias, posset euacuare totum purgatorium. Semper etiam inueniret causas rationabiles ita pro defunctis, sicut pro uiuis: puta beneficia, & auxilia impendenda necessitatibus ecclesiæ cultui diuino augmentando: hospitalibus pauperibus: & sic de alijs, quæ reputantur causæ sufficientes indulgentias largiendi. ¶ Item tunc ecclesia, & Papa negligenter agerent in tam crebris indulgentijs temporibus nostris concessis, non extendendo illas ad animas defunctorum, per conuenientes clausulas bullis inserendas. De qua tamen tanquam de pia matre præsumendum non est, quòd ita obliuioni traderet filios suos defunctos: maximè cum non esset certior modus liberandi animas à purgatorio: quam per indulgentias plenarias. Sicut enim uiuus, qui consequitur indulgentias plenariæ remissionis (si moritur sine recidiua) euolauit dicunt doctores. Ita defunctus tentus in purgatorio, si pro eo quis indulgentias plenariè remissionis consequeretur, simpliciter liberaretur. Stultè igitur tanti sumptus herent in exequijs: ac labores in sacrificijs, orationibus, eleemosynis, ieiunijs: quorum quantitas effectuum incerta est: cum per impetrationem indulgentiarum certè liberari possent: & euolare. ¶ Item in omni genere suffragiorum apud beatum Augustinum, uel Gregorium nulla fit mentio de indulgentijs. Cui hæc opinio Hostien. placet: posset respondere ad rationes Beati Thom. Ad primam, quæ quærit rationem, quare merita communi ecclesiæ per indulgentias possunt a Papa transferri ad viuos, & non ad mortuos. Dicitur, quòd ratio est: quia hæc translatio non fit nisi ratione potestatis clauium iurisdictionis spiritualis. Hæc autem data est tantum quo ad viuos super terram, non quoad defunctos, qui sunt extra ecclesiam militantem, & eius iurisdictionem. Non ergo extendit se ultra restrictione, qua a domino, qui eam dedit, restricta est. ¶ Et per hoc patet solutio secundi, licet enim meritum totius ecclesiæ sit efficacius merito unius

Thom. Hostien. Matth. 16. Aug. Thom.

personæ, tamen meritum commune ecclesiæ non est in potestate, sicut meritum personæ quantum ad satisfactionem est in potestate faciemis, nam opus satisfactorium personale, est in potestate personæ facientis tanquam suum, ideo potest illud reservare sibi uel dare alteri cui maluerit, uiuo, uel defuncto. Sed meritum commune ecclesiæ, cui innituntur indulgentiæ, est in potestate Papæ ex commissione Christi quantum ad eius dispensationē, quæ limitata est tātum ad uiuos. ¶ Ad tertium dicitur, q̄ defuncti non sunt de foro ecclesiæ militantis: nec sequitur: q̄ ideo ecclesiæ suffragia eis non prosintquia illa suffragia, qui prosunt sunt personalia merita, licet aliqua facta sint in persona ecclesiæ. Illa autem, ut dictum est, possunt transferri in uiuos, & defunctos, quia personali merito potest quis satisfacere pro eo qui non est de foro suo, aut de eodem de quo ipse est. Non autem iudex ut talis soluere, uel ligare potest eum qui non est de suo foro. De hoc quod additur de consuetudine ecclesiæ in prædicatione crucis &c. Dico, q̄ non constat de hoc modo, nam & contra turcos nostris diebus etiam contra Bohæmos crux prædicata est. Similiter plenissimæ indulgentiæ in reductione græcorum tempore Concilij Basilien. Item in anno Iubileo tempore Nicolai Papæ anno &c. 1450. Et nullibi appositæ sunt conditiones, per quas extenderetur ad purgandos in purgatorio. Æstimo autem, q̄ in casu huius dubij esset necessaria determinatio ecclesiæ. ¶ Circa hanc indulgentiarum materiam defunctis applicandarum sequitur additio necessaria, quæ nunc suo loco hic adiuncta est, quamquam non ab re collector, & post ipsum impressor in fine huius operis primaria impressione eam annexuerint: cuius tenoris est.

DE INDVLGENTIIS pro defunctis.

K

B. Thom.

VM in lectione quinquagesimaseptima tractarem de indulgentijs, inquirens utrum indulgentiæ prosint animabus defunctorum, recitatis opinionibus contrarijs doctorum in solutionibus rationum pro opi. tenentium partem. q. affirmatiuam, contra Hostien. qui tenet partem negatiuam. Respondeo ad rationē B. Tho. dixi non cōstare de hac consuetudine ecclesiæ, dū. f. prædicat crucem, q̄ assumens crucem pro certo numero animarum assequitur remissiones plenarias peccatorum. Præsertim quia nostris temporibus, contra Bohemos tempore Martini Papę Quinti, & contra Turcos tempore Pij Secundi prædicata sit crux similiter tempore Concilij Basilien. pro reductione græcorum. Et anno domini 1450. quo fuit Iubileus magnus, datæ indulgentiæ plenissimæ remissionis, quæ tamē ad animas defunctorum extensæ non sunt. Dum itaq; ulla scripsi, nondum uenerat ad manus meas declaratio domini Sixti Papæ, nouissimē de medio sublatis; qua declarat indulgentias proficere per modum suffragij etiam animabus in purgatorio existē tibus, dum ad ipsas per summum pontificem expresse extenduntur. Hinc & modernus pontifex dominus Innocentius Octauus indulgentias huiusmodi olim per Pium Secundum, & Sixtum præfatum, uisitantibus Ecclesiā Xantonensem, & fabricæ eius contribuentibus ad animas in purgatorio redimendas per modum suffragij extensas, etiam ad contribuētes ad sanctam cruciatam contra turcos extendit. Similiter Calixtus Papa tales indulgentias dedit in Hispania Ecclesiæ Tyrasinensi. Sic & Paschasius Quintus dedit indulgentias plenarias per modum suffragij animabus in purgatorio,

Indulgentię Papales pro defunctis.

quas

quas undecim summi pontifices confirmauerunt, ut legitur in littera autentica, in introitu capellæ ecclesiæ sanctæ Praxedis de urbe, in qua continetur columna, ad quam Saluator noster in domo Pilati ligatus fuerat, & flagellatus. ¶ Et fuit data indulgentia sub hac forma. Quicumq; celebrauerit, uel celebrari fecerit quinq; missas pro anima parentis, uel amici existentis in purgatorio dictus Paschasius dat remissionem plenariam per modum suffragij tali animæ. Et ibi habetur, quòd dictus Paschasius post mortem cuiusdam sui nepotis dictas quinque missas pro anima nepotis sui in ipsa capella celebrauit, & post celebrationem quintæ missæ, dum esset adhuc in altari, apparuit sibi supra altare in testudine fenestræ, quæ est ante altare uirgo Maria uisibiliter extrahens nepotis animam a purgatorio. Hæ autenticæ scripturæ leguntur in introitu dictæ capellæ. ¶ Item summi pontifices dederunt plenarias indulgentias pro animabus in purgatorio, uisitantibus Ecclesiã beati Laurentij extra muros urbis in hunc modum. Quicunq; singulis quatuor feriis totius anni, dictam ecclesiam deuote' uisitauerit, pro anima patris, aut alterius existentis in purgatorio: dicti Summi Pontificis dant remissionem plenariam animæ per modum suffragij, pro qua ecclesia ipsa modo prædicta est uisitata. ¶ Et quod frequenter repetitum est: per modum suffragij non est intelligendum, quasi modus suffragij tollat efficaciam indulgentiarum, ita quòd opus illud, pro quo dantur indulgentiæ factum pro omnibus, non plus ualeat animabus, quam si idem opus, uel suffragium factum esset pro eis, nullis indulgentijs adiunctis, sicut quidam intelligere uoluerunt. Si enim frustra daretur indulgentia pro animabus: nihil enim proficeret, nec aliquid suffragio impenso superadderet, & per huiusmodi indulgentiarum concessionem populus deciperetur, quod de ecclesia, & de sede apostolica est nullatenus præsumendum. Sed quod additur per modum suffragij, excludit modum iudiciariæ potestatis, qui dicit iudicialem absolutionem, & pœnæ debitæ in aliam pœnam uolũtariè, ac deuote assumptam communicationem. Et ille modus iudiciariæ autoritatis, tãtum habet locum in uiris: qui iudicialiter absoluuntur, & quibus pœna debita in aliam uoluntariè, ab eis, ac deuote assumptam commutatur, ut uult Alexan. de Ales par. 4. q. 83 mem. 5. & post eum S. Bona. in 4. dist. 20. q. 5. Viui enim duntaxat assumunt uoluntariè opus illud, ut puta peregrinationem, eleemosinam, orationem, contributionem ad opus salutare, uel aliud huiusmodi, pro quo dantur indulgentiæ. Cum autem huiusmodi opus defuncti adimplere non possint, dum illud fit pro eis ab alio, iam opus alterius suffragatur eis, ut possint eò sequi indulgentias non minus, quam si ipsi per se opus illud implesssent. Et ita indulgentiæ proficiũt eis per modũ suffragij. i. propter aliquid op⁹ ab alio fact⁹ & eis per modũ suffragij applicatũ. Sicut cũ Papa dat indulgentias omnib⁹ contra infideles pugnantibus: aut pugnatorem pro se mittentibus: tunc indulgẽtias pugnantes assequũtur p modũ autoritatis iudiciariæ: & mittentes per modũ suffragij: quã maxime verũ est, si esset aliquis pauper non habens suis expensis mittere: & ali⁹ su⁹ amicus pro paupere, siue pauperis nomine mitteret: iam pauperi proficerent indulgentiæ per modũ suffragij, pro quanto op⁹, pro quo indulgentiæ concessæ sunt, sibi per modũ suffragij applicatũ est. ¶ Verũ dicit S. Bonauen. Si quis committat uicariũ Iesu Christi habere iudiciariam potestatem super eos, qui sunt in purgatorio: non est ei multum resistendum, dummodo hoc dicta ratio, uel autoritas manifesta. Sana enim fide hoc tenendum est, q⁹ dominus suo uicario plenitudinem suæ potestatis contulit; & tantam quantam decebat puro homini dari ad ædificationem corporis sui, quod est ecclesia. Hæc Bonauen. Cui alludit autoritas

Qãe dicuntur ualere p modũ suffragij.

Additio, per modum suffragij, quid.

L

Alex.

S. Bonauen.

S. Bonauen.

Chrysost. Matth. 16. Alexand.

toritas Chryso. super illud Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, quē allegat Alex. ubi supra. Homini mortali celi & terrę & omnium, quæ in eis sunt: commisit potestatem Deus, & ecclesiam nalidiorem cœlo demonstrauit. Et subdit Alex. Ex hoc patet, ꝙ in collatione clauiū maxime fuit summo pontifici collata potestas. Et probabiliter, vel verissime præsumitur, ꝙ thesaurus ecclesiæ est in illius potestate: Et ꝙ illis, qui sunt in purgatorio: quia ratione charitatis, in qua decesserunt, sunt idonei ad beneficiorum ecclesiasticorum susceptionem, potest illis beneficia communicare, & sic potest illis facere indulgentiam, & relaxationes. Hęc Alex. ¶ Hanc ergo sententiam asserentem indulgētias proficere animabus in purgatorio, per modum suffragij eo modo, quo supra in prima opinione recitatum est lectionis huius non tam uelut opinionem, sed sententiam certam amplecti deberi existimo. Tum propter pluralitatem doctorum eam asserentium. s. Alexand. de Ales. sancti Bona. beati Thom. Egidij, Durandi, Pe. de Tharantasia, Rich. de me. uil. Tho. de Argentina, & aliorū plurimorū. Tum maxime, & principaliter pp determinationem summorum pontificum priorum, & modernorū. ¶ Et ideo testatur respondere rationibus, & motiuis pro opposita opi. adductis lect. præsenti, & ibidem non solutis. ¶ Ad primam, quę arguit, ꝙ animæ in purgatorio non sunt de foro ecclesiæ ligandi, & soluendi. hoc enim solum extendit se ad existentes in terra &c. Respondetur secundum Alex. quòd super terram esse dicuntur quantum ad solutionem, & ligationem, quouſq; fiat reductio siue ingressus in regnum, utpote dum animę temporalibus, & terrenis iuuantur suffragijs. ¶ Item animæ in purgatorio dicuntur esse super terram: quia sunt de ecclesia militante & non triumphante. Et sicut hi, qui sunt in terra: sunt in uia, & nō in termino, ita existentes in purgatorio sunt in via, & non in termino. Sunt enim in transitu ad patriam quantum ad purgationem, qua purgantur per pœnam: per quam uelut per uiam transeūt ad patriam, licet sint in termino quantum ad confirmationem, quia amplius peccare non possunt: nec mereri. Etiam si conceditur, quòd non sunt supra terram simpliciter, sunt tamen super terram quantum ad absolutionem a pœnis, quia hoc meruerunt existentes in terris, a qua discesserunt in charitate: ut. s. illis indulgentiæ, & cetera applicari possint ecclesię suffragia. Sunt ergo in terris quantum ad suffragia ecclesiæ, & indulgentias, quæ eis communicari possunt. Et ita sunt de foro ecclesiæ ratione meriti, quo meruerūt in terris, ut iuuari possint: licet secundum statum præsentem non sint de foro ecclesiæ ad aliquid de nouo merendum, vel demerendum. ¶ Item sunt de foro ecclesię propter delictum. Nam quilibet reus fortitur forum ratione delicti, quocūq; se transferat: etiam extra locum, in quo commisit delictū, remanet semper quantum ad delictum sub iurisdictione domini, in cuius dominio delinquit; ad quem spectat eum propter tale delictum punire, uel pœnam remittere 4. q. 6. cōuicti. s. qui crimen. Et ideo potest Papa remittere pœnam existentibus in purgatorio, debitam peccatis in terra commissis, non tamen potest simili ratione absoluere existentes in inferno, a pœnis peccatorum in terra commissorum, quia illi non sunt capaces remissionis, quia charitate nudati in peccatis sunt obstinati: manente autem peccato in uoluntate, non potest tolli pœna peccato debita. Vel dicuntur esse super terram quantum a forum misericordiæ, etsi non quoad forum iustitię. ¶ Item quia uirtute clauium ecclesiæ, dum existerent super terram, fuerunt obligati ad sustinendum pœnam temporalem. hic uel in purgatorio soluendam, in quam in confessione fuit eis commutata pœna ęterna. Ideo licet nunc non quoad omnia sint de foro ecclesiæ, tamen quantum ad solutionem

Alex.

S. Bonauen. Thom. Rich. Thom.

M

Respondetur ad dubiū

Respõdetur autoritatem quodcunq; solueris sup terram.

pœnę, sunt de foro ecclesię, & possunt solui de thesauro ecclesię. ¶ Quidam etiam tractantes autoritatem Christi. Quodcunq; solueris super terram &c. dicunt q̃ illa additio, super terram, potest determinate pronomen tu inclusum in uerbo solueris, & tunc est sensus. Quodcunq; tu Petre existens super terram meus uicarius, solueris, erit, solutum & in cœlis, i. approbabitur a me in cœlis claue. s. non errante. Alio modo potest determinate, quodcũq; & tunc est sensus. Quodcunq; solubile super terram existens, tu Petre solueris, illud erit solutum & in cœlo. Et uterq; sensus uerus est, etiam referendo ad animas in purgatorio. De primo sensu manifestum est, quia Petrus existens in terra p̃ modum suffragij soluit animas in purgatorio. De secundo etiam sensu patet, quia & Papa soluit animas, quæ sunt super terram quantum ad meritum, & forum, & tales sunt animæ in purgatorio. ¶ Si dicis Papa non habet animas ligare existentes in purgatorio, ergo nec soluere, cũ utraque autoritas simul coniunctim est tradita. Respondet Alex. uerum est antecedens: nisi ex aliqua causa speciali meruit aliquis eiectionem a liminibus ecclesiæ, & ita subtractionem suffragiorum. Consequentia tamen non ualet, & est ratio, quia animæ, dum uiuerent in corpore, non meruerunt, ut ligari possent post mortem, meruerunt autem, ut iuuari, & solui possent post mortem, etiam tunc non est tempus ligandi, sed soluendi. Patet ita multiplex expositio autoritatis. Quodcunq; solueris super terram &c. ¶ Posset etiam breuissime dici, q̃ autoritas illa loquitur de ligatione, & solutione per modũ iudicialis autoritatis, non aũt de solutione per modum suffragij: quomodo soluit Papa animas in purgatorio, & illo modo põt aliquis soluere bona, communicando ei, qui non est de sua iurisdictione. ¶ Ad secundũ, qđ inducit inconueniens, q̃ Papa posset quemcũq; liberare de purgatorio: & ẽt posset euacuare purgatorium, qñ uellet. Dicitur, q̃ sicut dicunt S. Tho. & Bonauen. q̃ indulgentia, ut ualeat, requiritur causa rationabilis. Et dispẽsatio bonorũ ecclesiæ cũ moderamine, & discretione facienda est. Aliquin nisi discrete fiat, Deus non acceptabit, quia ipse pater misericordiarũ sic misereretur, ut semper uelit timeri suam iustitiam. Præterea indulgentiæ non dantur nisi propter aliquod opus piũ, & utile ecclesię, quod necesse est fieri per uiuos pro defunctis, ut extendat se ad defunctos, uix aũt uel núquam a uiuis tot pietatis opera fierent, ut per ea omnes aiæ in purgatorio existentes a pœnis euolarent. Si tamen ita fieret per uiuos, nihil inconueniens est per indulgentias euacuari purgatorium, sicut & p̃ cetera suffragia ecclesiæ intantum multiplicata, q̃ sufficerent pro redemptione animarum oium in purgatorio pœnas soluentiũ purgatoriũ posset euacuari. Non ergo quascũque uult Papa, de purgatorio liberat, sed eas, pro quibus fit opus pium, pro quo indulgentię conceduntur. Et si semper inuenit causas rõnabiles dandi indulgentias, potest semper eas dare, nec tamen sic euacuaẽ purgatorium, quia non semper proni, sed desides sunt uiui ad agẽdũ pia opera pro defunctis. Et utiná tantus esset in uiuis feruor charitatis, ut suis suffragijs aiæ omnes de purgatorio tollerentur. ¶ Ad tertiũ, quod inducit negligentiã ecclesiæ, & pontificis pro eo, q̃ nõ extendũt indulgentias, quę communiter dantur, ad animas defunctorũ. Cui addatur quinta ratio, quæ arguit, q̃ in gñe suffragiorum, apud B. Aug. & Greg. non fit mentio de indulgentijs. Rñdeẽ, q̃ ut dictũ est, cũ discretione multa thesaurus ecclesię dispẽdandus est ad ecclesię utilitatem. Vñ maioribus ecclesię necessitatib⁹ maiores indulgentię reseruantur. Ita quoque defunctis suffragia impendenda sunt, ut per hæc uiuis occasio non detur defidię, & abijciendi onera satisfactionis propriæ. Homines enim tardi ad opera satisfactionis si passim darentur indulgẽtię pleN

Quo ptãt papa se extendit ad purgatorium.

Alex.

Thom. S. Bonauen.

O

Augu.

narix pro animabus, cum per eos liberarentur a pœnis, omitterent opera
satisfactionis, quod foret magnum malum uiuentibus, cum per hoc priuen-
tur præmio essentiali æterno correspondente operibus satisfactorijs, quod
August. est maius malum, quam pari pœnam quamcunq; temporalem. ¶ Et quod ad-
Greg. ditur de Aug. & Greg. dicendum, q̃ ante tempora B. Greg. modicus, uel nul-
lus fuit usus indulgentiarum. Nunc autem crebrescit earum usus, q̃ fine du-
bio, ecclesia habens spiritum sponsi sui Christi, & ideo non errans, singula
prout expedit temporibus suis, distribuit, mota, & illuminata a spiritu Dei,
qui nouit tempora, quæ pater in sua posuit potestate, quorum mysteria inda
Act. 1. gare non sufficimus, dicente filio. Non est uestrum nosce tempora, & momẽ-
ta, quæ pater posuit in sua potestate. Act. 1. Possumus tñ conijcere aliquas
causas, cur magis modo, quam olim usus indulgentiarum crebrescit, qm̃ in
ecclesia primitiua calescente adhuc recenter effuso Christi sanguine, homi-
nes eruditi sancti time' uixerunt. Et si quandoq; humana ex fragilitate ceci
derunt, magnam egerunt pœnitentiam, ut patet in sanctis martiribus. Et in
lib. Vitas patrum, ac legendis sanctorum, ideirco indulgentijs non egebant.
¶ Item ut timor transgressionis mandatorum Dei induceretur in conuersos
fideles, graues pœnæ iniungebantur, & pœnæ sicut patet de Saphyra, & Ana
Act. 5. nia marito eius, qui propter mendacium statim subitanea morte correpti sunt:
ut habetur Act. 5. unde magnus timor cecidit in ecclesiam. ¶ Fuerunt & ho-
Math. & Lu. mines prom ad suscipiendum, & agendũ condignos pœnæ fructus, secundum
exhortationem Ioh. Baptistæ. Ideo tunc nõ fuit necessarius, nec conueniens
indulgentiarum usus. Nunc uerò tepescente charitate in his ultimis tempo-
tibus, nec satisfactiones condignæ iniunguntur, nec modice' iniunctè perfi-
ciuntur, ideo ualde necessarius est copiosus indulgentiarum usus, ut quod p
accidiam deficit, p aliorum suffragia suppleatur. Sic cũ uiuentes tepidi sunt
ad iuuandum animas per satisfactionis opera condigna, decens est, & nunc
Alexand. indulgentias ad eas extendere, ut non careant beneficio auxiliorum. Vnde
de hoc arguit Alex. de Ales ad propositũ dicens. Pater misericordiæ oĩbus
prouidit secundum ordinatissimam dispositionẽ, & misericordissimã suam
pietatẽ: sed recta ordinatio charitatis, quæ exigit, ut unus ab alio possit adiu
uari, hoc maxime exigit circa eos, qui se iuuare non possunt. Si ergo homi-
nibus in hoc sæculo cum indigent auxilio prouidit deus de auxilio per in-
dulgentiam ecclesiæ conferendam, cũ illi de purgatorio indigeãt auxilio: &
se iuuare non possunt, uidetur: q̃ de indulgentia eis conferenda maxime
prouidere debuit. Adde, maxime eo tempore quo alia auxilia negligentius
impenduntur. Non ergo pia mater ecclesia negligens fuit circa filios suos
defunctos, non semper, nec frequenter indulgentias huiusmodi impartien
dos: sed ordinate eas distribuit, ut utri sq; conuenit, uiuentibus, & defunctis,
prout tempus, & conditio exigit, & prout regitur directione spiritus sancti.
P ¶ Ad quartum quod arguit: q̃ inutiliter sumptus fierent in exequijs anniuer
sarijs &c. Dicendum, q̃ neq; stulte' neq; frustra fiunt suffragia defunctorum
in sacrificijs, in orationibus, abstinentijs, ac eleemosynis, licet animæ, pro
quibus hæc fiunt, indulgentias plenarias consequerentur. In cuius rei signũ
etiam pro baptizatis in infantia defunctis, non inutiliter exequiæ p sacrifici
Alexand. jo oblationes, & cetera fiunt. unde Alex. de Ales parte 4. q. 42. arti. ulti. ait.
Ecclesia instituit sacrificium altaris offerri debere pro paruulis decedentibus
innocentia baptismalis de quibus constat: q̃ statim euolant, cuius multæ
sunt rationes. S. conformitatis ecclesiasticæ, conseruatio deuotionis fideliũ,
& maxime parentum excitatio, beneficij redemptionis recordatio, connexionis paruulorum cum commembris corporis Christi mystici significatio

Cur indulgẽtiæ nunc crebrescunt, & olim latuerant.

animarum

animarum purgandarum sarcinæ subleuatio, debitæ laudis diuinæ expressio. Vt enim conformitas ecclesiæ in exequijs mortuorum conseruetur, ut deuotio fidelium, & maxime parentum excitetur, ut beneficium redemptionis, quod maxime locum habet in paruulis merito passionis saluandis remoretur, ut connexio paruulorum cum commembris corporis Christi mystici significetur: ex hoc paruulorum exequiæ sicut ceterorum membrorum celebrantur: vt purgandarum animarum sarcina subleuetur: & ut debitum diuinæ laudis exprimatur, quæ scilicet saluatori exhibenda est, ex hoc quòd sine paruulorum meritis gratiæ suæ sinceritate saluantur, conuenit, ut pro illis missarum solemnia celebrentur, & salutaris hostia offeratur. Ex hoc. n. quòd pœna animarum purgandarum illorum gratia mitigatur, & laus deo soluitur, & deuotio fidelium ad eorundem meritum excitatur, accrescit paruulis materia gaudiorum. Hæc Alexander. ¶ Si ergo hæc pro paruulis nullis actualium peccatorum maculis fœdatis agenda sunt, de quorum beatitudine nullum relinquitur dubium: quanto magis omittenda non sunt p adultis, pro quibus indulgentiæ plenariæ procurantur, vbi adhuc de earum liberatione a purgatorio aliquale dubium esse posset, non quin, si indulgentiam participent plenariam, euolent. Sed dubium esse posset; an causa indulgentiarum hic ea, quam Deus approbat, an conferentis intentio sana sit, & integra, & non fuit dolus ex simoniæ vitio, uel auaritiæ procedens, qui licet non sint facilè præsumenda, non tamen sunt undequaq; certa, nam claue errante, potestas clauium defecta caret efficacia. ¶ Deniq; & si certum foret defuncti animam indulgentiæ effectus consecutam esse, non ideo ex præmissis causis, & rationibus omittenda sunt suffragia, sicut nec pro paruulis, quorum certa est saluatio, quia magis hic, quam ibi dictæ militant rationes. Nã per hæc suffragia magis, quam per indulgentias procuratas, laus, & honor redditur Deo fructus amplior accrescit subuenienti amico: & augetur cumulatius gloria accidentalis liberando. Manifestum est enim per missæ sacrificium, per orationes deuotas, per multiplicatas eleemosynas, & crebra ieiunia, magis Deum glorificari, cuius potestatem, misericordiam, iustitiam, benignitatem in his operibus ex charitate Dei gloriam primò, & principaliter: & secundariò ad animæ liberationem exhibitis protestamur, quam per vnum solum opus contributionis ad sanctam cruciatam: vel ecclesiæ particularis ædificationem, uel pauperum in hospitali aliquo collectorum sustentationem. Sic etiam, quia illa suffragia defunctis impensa per modum satisfactionis magis proficiunt facientibus uiui, quam indulgentiæ defunctis acquisitæ, non sunt aliquatenus omittenda. Quomodo autem suffragia defunctorum facientibus ea, proficiant, dicetur lectio. 58. & in allegatis ibidem. ¶ Magis deniq; proficit animabus liberatio per suffragia satisfactoria charorum, quam per solas indulgentias concessas ex potestate clauium, nam per illas tantum tollitur pœnalis per satisfactoria charorũ opera, & pœna animarum tollitur, & gaudium eis accidentale perpetuum cumulatur. Gaudet enim plurimum de profectu amicorum suffragia impendentium: gaudent amplius de honore Deo p hmõi suffragia exhibito, gaudet de auxilio ceteris aiabus p hmõi suffragia impento. Siquidẽ indulgentiæ alicui animæ acquisitæ, etiã, & nonalijs p ficiũt ad pœnæ mitigationẽ, aut totalẽ liberationem. Nunq; autem suffragia fiunt pro vna sola anima licet principaliter fiãt p vna. Semper. n. in diuinis officijs, oronibus, & ceteris suffragijs, non p vna sola fit sacrificium, oratio, vel suffragium: sed ẽt memoria fit oim defunctorum in charitate decedentium. Siquidem ab omnibus orando additur. Et animæ omnium fidelium defunctorũ requiescant in pace. Vnde magis p ficit

Cur pro paruulis.

An exequiæ fint omittendę habitis indulgentijs.

Q

An magis prosint animabus liberare p opera satisfactionis, qã per indulgẽtias.

R

animabus liberari per opera satisfactionis, quam per indulgentias licet per illa tardius, per istas citius liberentur, qñ satius uidetur ad tps pœnam pati, quam gaudio etiam accidentali perpetuo priuari. Quia tñ tatò a uiuis opera satisfactoria impendantur, quæ sufficiãt ad animæ liberationem, ideo consultum est, vt indulgentiæ, dum pro animabus conferuntur, nullatenus negligantur. Nec propter indulgentias acquisitas cetera omittantur: qñ etsi animabus per indulgentiam liberatis non proficit satisfactionis suffragiũ ad pœnæ sublationem, proficit tamen eis ad gloriæ augmentum: proficit alijs animabus propinquorum, vel generaliter oibus ad pœnę mitigationẽ, proficit facienti ad meritũ gratiæ, & gloriæ augmentum: Deo ad honorem: & cetera. Per hęc etiam deduci potest insufficientia solutionum rationum adductarum per hac opinione: immo pro declarata veritate. Et tantum de illo. ¶ De quinta quęstione principali, scilicet ad qđ suffragia nõ ualeant defunctis, iam ex præmissis patet responsio. Ideo breuiter respondetur per quatuor propositiones. Prima, suffragia uiuorũ non valent defunctis ad status mutationem: status dico damnationis, vel beatitudinis. Probatur, quia per nulla suffragia ecclesię impetrari potest: vt aliquis defunctus de statu damnationis mutetur ad statum salutis, stante immutabiliter hac sñia Eccl. 11. Lignũ vbi ceciderit siue ad Austrũ, siue ad Aquilonem: ibi erit. glo. Locum, quem hic tibi præparaueris, in futuro habebis. Rationem assignat B. Thom. q. 4. dist. 45. quarti scripti, arti. 1. quia sors gloriæ redditur secundum mensuram accipientis, hoc est dispositionis dignitatis eius ad præmium. Vnusquisque autem ex suo actu disponitur, non ex actu alterius, actu inquam, uoluntario. Nihil autem uoluntarium esse potest nisi sua propria uoluntate. Et ad hoc facit illud Diony. eccles. hierarchiæ. Qui pie, inquit, uixerunt lucidissima, diuinaq; uita, pro merito ab æquissimis lancibus redditur pro meritis: haud dubium suo, non aliorum. ¶ Secunda propositio. Per uiuorum suffragia defunctis non comparantur merita noua. Patet. quia si nouum eis meritum acquireret: acquireretur nouus gradus beatitudinis: & mutaretur status præmij essentialis, cuius oppositum dicit prima propositio. Patet et ex allegatis autoritatibus in prima quæstione, ex quibus sufficienter deductum est, quòd beatitudo unicuiq; redditur secundum propria merita. ¶ Tertia propositio. Suffragia uiuorum ualent pro defunctis ad beatitudinis acceleratioñem. Probatur: quia suffragia secundum præmissa ualent ad remissionem pœnę satisfactoriæ in purgatorio in toto, uel in parte, quam tenentur in gratia decedentes pati, in supplementum satisfactionis condigne hic neglectæ. Huius pœnę debito manente nullus beatificari potest: quia nec cum debito pœnę simul soluendæ in beatitudine. Hoc enim est impossibile: quia omnis pœna repugnat beatitudini. Nec posterius soluendę: quia nihil est post beatitudinem, cum ipsa sit æterna fine carẽs, & per consequens etiam omne debitum pœnę repugnat beatitudini Remissio itaque huiusmodi debito sublatum est impedimentum beatitudinis: quo sublato acceleratur beatitudo. Sententia est Scoti in quarto script. distinctione vigesima prima. ¶ Quarta propositio. Suffragia a uiuis defunctis impensa, augent in eisdem beatitudinem accidentalem. Patet illa propositio, quia cum animæ in purgatorio sunt beatificandæ, & in beatitudine non solum gaudebunt de perfectionibus diuinis (quod pertinet ad beatitudinem essentialem) sed etiam de bonis proprijs, & omnium electorum. Et quia suffragium est quoddam bonum etiam in facientibus remunerandũ: gaudebũt de hoc bono proximi, sicut de oibus bonis proximorũ. Hoc autem gaudium, quia est de bono creato, & de bono creaturæ, pertinet ad beatitudinẽ accidẽtalem.

§ Suffragia nõ ualent ad status mutationem.

Ecclesi. 11.

Thom.

Scoti.

Suffragia a uiuis defunctis impensa augent i eis beatitudinẽ accidentalẽ.

talem. Sic & de liberatione unius animæ a pœnis purgatorij, omnes aliæ animæ in purgatorio gaudent, & consolationem quandam accipiunt. ¶ Et secundum hunc modum suffragium uni animæ specialiter impensum, valet omnibus. Thom. q. 7. distin. 45. Valor enim suffragium uno modo valet ex radice charitatis quæ facit omnia communia, & sic attenditur magis secundum quandam interiorem consolationem, secundum q̃ in charitate existẽs gaudet, ac condelectatur de bonis alterius, quam secundum pœnę diminutionem. Et sic magis valet ei, qui habet maiorem charitatem: licet pro eo specialiter non fiat. Nam qui magis diligit proximum: magis gaudet, ac delectatur de bono proximi, quamuis per hoc pœnę non minuantur, nisi quãtum illud gaudium de alterius bono, puta liberationis, aut merito suffragiũ impendentis, sensum pœnæ quasi suspendendo, uel patientem confortando minuit: quia secundum Philosophum 7. Ethi. Delectatio de quocumq; minuit tristitiam inexistentem. Et secundum hunc intellectum uadit opinio Præpositini supra lect. 27. recitata. s. q̃ suffragia pro vno facta non magis ei proficiant, pro quo fiunt, quam illi, qui sunt magis digni; sicut candela aliqua, quæ accenditur pro aliquo diuitæ, magis prodest illis secum existentibus, qui habent oculos clariores: & lectio, quæ pro uno legitur, non minus prodest aliis, qui simul audiunt, immo eis amplius, qui sensu magis sunt capaces. Secus autem de valore ex hoc: q̃ per intentionem facientis alteri applicatur, sic enim, ut dictum est, habet rationem satisfactionis translate in alterum. Satisfactio autem proprie ad pœne remissionem ordinatur: quantum autem ad dimissionem pene præcipue ei valet pro quo fit: & quantum ad hoc non assimilatur suffragium lumini vel lectioni. Nam lumen postquam accensum fuerit naturaliter agit illuminando, non secundũ intentionem & voluntatem ponentis seu accendentis. Debiti. n. solutio liberare solet secundum intentionem soluentis, pro quo ei debitũ soluens intentionem suam dirigit, & ordinat: is & non alius, a debito liberatur. Quantũ autem ad consolationem & gaudium quod infert ceteris de bono proximi dilecti, sic nõ agit secundum intẽtionẽ facientis suffragiũ: sed quasi naturaliter secundũ dispositionem aliorũ in charitate. Quare uelit nolit impendens suffragium pro uno: ceteri qui hunc, aut impendentem diligunt, magis de suffragio gaudẽt. Et quantum ad hoc non inconuenienter assimilatur lectioni, & lumini. Et de hac materia latius vide in lectione iam allegata: ubi etiam latius tractat vtrum suffragiũ si pluribus impenditur, tantũ valet cuilibet plurium, quantũ ad pœnę solutionem: quantũ valeret, si uni soli impenderet. Item qũo se habeant obligati ad suffragia pluribus: vtrum vno suffragij actu (exempli causa) una missa celebrata satisfaciat omnibus. Similiter & de applicatione suffragiorum, præsertim fructus missæ, quemadmodum fieri possit, & debeat a sacerdote, & multa alia ad hæc pertinentia supra cum de memoria uiuorum ageretur, latius tractata sunt, & ideo hic dimissa. ¶ Restat sexta quæstio, supra mota, scilicet quorum suffragia prosint: an tantum existentium in gratia, an etiam peccatorum. ¶ Ad hanc quæstionem quantum ad ea suffragia, quorum uirtus consurgit ex opere operato: iam responsum est statim supra. Similiter quantum ad opus operans, dum faciens agit, ut minister in persona alterius. Ideo breuius dicitur post sanctum Thom. distinctio. 45. quæstio. 4 articu. 3. & Rich. eadem distin. quòd opus suffragij fieri potest ab aliquo dupliciter. Vel ut a cã principali nõ mota, sed mouẽte mandãte, aut ordinãte op⁹ fieri. Alio mõ rãq̃ a cã instrumẽtali, puta dũ faciẽs op⁹ agit, ut mot⁹ ab alio, ut q̃ facit ad alterius mãdatũ, uel ordinationem. Sequitur autem opus conditionem agentis principalis magis, q̃ instrumentalis. Vñ si

Suffragium uni aię exẽplũ speciali ter oibus ualet.

Thom.

Quorũ suffragia prosunt defunctis, & de multiplici differẽtia facientiũ suffragia.

V

Thom. Rich.

autor operis principalis, siue per se faciat, siue per alium mandet fieri, non fuerit in charitate, dum mandat, uel ordinat, siue fiat executio operis per bonum, uel malum ministrum, non prodest defuncto, nisi forte per accidens: ut si pauperes eleemosynam recipientes excitantur per hoc ad orandum p defuncto. Sed ista est effectus operis operati, de quo nunc loquimur. ¶ Et dico notanter, dum mandat: quia licet autor principalis postquam mandauit ante operis executionem, iustificetur, quia tamen opus sequitur conditionem autoris, dum autor fuerit operis, id est dum ordinauit opus fieri, non prodest defuncto. Similiter & econuerso, si dum ordinat opus fieri, fuerit in gratia, licet post incidat in mortale, priusquam opus fiat, nihilominus valet opus defuncto, quia habet uigorem suum ex prima eius adoratione. Si uerò faciens opus facit ipsum, ut instrumentum motum ab alio, quia opus fit in persona principaliter mouentis, ex cuius persona fit. unde si fit ex persona ecclesiæ, quæ nunquam carent gratia, semper valet. Si uerò ex persona priuati hominis ordinantis, sequitur illius conditionem, si fuerit in gratia, tunc cum ordinauit: ualet suffragium, non autem ualet, si tunc fuerit in mortali, licet recuperet postea gratiam ante executionem operis, nisi de nouo mandaret, aut de nouo acceptaret. Verum eligibilius est executionem operis fieri per bonum ministrum, quam per malum, quia si per bonum opus ordinatur, & per bonum fiat executio, tunc cum principali concurrit etiam deuotio personalis ministri, quam minister ut principaliter agens suæ deuotionis, potest transferre in defunctum. ¶ Ex illo sequitur, q̃ cautius est ordinate suffragia pro defunctis per officia ecclesiæ, ut per missas, & exequias funerales. Illa etenim semper ualent defuncto, si capax fuerit, non obstante indispositione ordinantis particularis, seu ministri exequentis. Nam ista suffragia sunt ex persona ecclesiæ, ut principaliter agentis, & uices suas ministris concedentis, & ex ecclesiæ persona suffragia sua applicent, cui uoluerint, ut supra patuit lect. 26. ¶ Secundò sequitur, q̃ cautum ualde, & utile foret, ut uolens ordinare eleemosynas, uel alia suffragia pro defunctis siue alijs, siue pro seipso post mortem exequenda, se prius per pœnitentiæ sacramentum purgaret, ac se Deo reconciliaret quatenus ea in gratia exiliẽs ordinaret: quia tunc in uirtute illius ordinationis in gratia ordinatoris factæ, valerent futura suffragia, etiam si peccatores exequerentur. ¶ Hæc autem responsio sumitur in alia S. Thom. qui tenet, q̃ satisfactio iuncta, facta in mortali, non tollit pœnam peccato dimisso debitam, quam tenet in 4. scripto. dist. 15. q. 3. arti. 2. ¶ Verum tenentes oppositam opinionem docto. subtilis in 4. dist. 21. q. 1. ſ. q̃ in peccato mortali potest quis satisfacere pro peccato prius dimisso, ita q̃ satisfactio illa tollat pœnam, licet non sit placans, nec reconcilians: ita q̃ si quis pro mortali sic posit priorem pœnitentiã commisso damnaretur, pro peccatis prius dimissis quoad culpam, & impleta satisfactione iuncta, si fuerat condigna in mortali non punietur in inferno. Et supposito, q̃ alter pro altero possit satisfacere, quod omnes tenent, uidetur posse dici, quòd suffragia pro defunctis facta ab existente in mortali tanquam a principali causa, pro quanto sunt opera satisfactoria, & etiam ualent existentibus in purgatorio ad pœnæ solutionem. Si nanq; is, qui facit, posset pro suis peccatis satisfacere, quamuis sit extra gratiam, quanto magis pro alio existente in gratia quales sunt uincti in purgatorio. Et ista opinio est magis pia, licet prior sit securior, & minus dubia. Satis. n. certum est, q̃ suffragia quæ impendunt ab eo, qui est in gratia tanq̃ a principali agente, ualent de alijs non ita certum. ¶ Et quia incidit materia de ordinatione suffragiorum: uidendum est, utrum ordinans aliquid in testamento pro se fie-

Doctrina uolentium prò se fieri suffragia.

Conc. Trid. Sess. 25. cap. de purgatorio.

Thom.

De ordinatione suffragiorum.

X

Y

ri, ut

ri, ut celebrare missas, dare eleemosynam, augeri cultum diuinum, idque per testamentarios negligatur, aut etiam ordinatum per ministros ecclesiæ, aut hæredes omittatur: defunctus nihilominus fructum absolutionis a pœna consequatur. Sed hæc determinatio quæstionis sequenti lectione reseruetur.

SOLVTIO QVÆSTIONIS de suffragijs.

LECTIO LVIII.

An ordinẽ in testamento aliquid pro se, aut suis, si id negligatur fructum nihilominus consequatur.

SVPEREST soluere quæstionem in calce statim lectionis præcedentis motam. Pro cuius solutione rememorandum est, quod supra in principio præcedentis lectionis latius habitum est, q̃ suffragia ex duobus valent: scilicet ex opere operantis tam principalis, quàm instrumentalis exequentis. Secundò ex opere operato non solum ex institutione Christi uel ecclesiæ, ut patet in sacramentis, & orationibus, & actibus priuilegiatis. Sed etiam quandoq; ex effectu consequente ipsum opus operatum: ut ex oratione pauperum pro defunctis eleemosynas recipientium. Quo in memoriam reuocato, simul, & ad quid ualent mortuorum suffragia. Respondetur per aliquas propositiones. q̃ Prima. Ordinans in testamento aliquid pro se, aut suis, quibuscunq; fidelibus post mortem, si tunc cũ ordinat, fuerit in charitate, efficaciam suffragij per eum ordinati, correspondentem operi operanti principalis agentis quatenus est meritorium, præmij essentialis, quod est augmentum gratiæ, & gloriæ plenæ consequetur, siue fiat opus ordinatum, siue non. Ipsa propositio est B. Tho. in quarto scripto dist. 45 q. 3. arti. 2. in solutione ultimi argumenti. Et probatur, quia talis effectus correspondet bono motui animæ, quem elicuit ex charitate, ordinando huiusmodi suffragium in finem debitum, & ultimum, qui Deus est. Hoc est ordinans huiusmodi suffragium pro se, & suis, ut citius Deo iungatur, eorumq; consortio, de quibus Psalmista dicit psal. 83. Beati, qui habitant in domo tua domine, in ſcula ſæculorum laudabunt te. Sicq; per eum cum ceteris Deus collaudetur, ac sua uoluntas in sanctorum prædestinatione impleatur, & ita finaliter propter Deum. Iste autem actus boni motus ordinantis iam perfectus est, hæc dependent a suffragio post futuro quantum ad merita, ergo siue fiat suffragium, siue non: non fraudabitur præmio sibi debito, immo quantum ad augmentum gratiæ statim consequitur præmium, & quantum ad gloriam. Thom. A

Quãdo omissio suffragior. priuat fructus, & quando nõ.

stat similiter ipsum consequi prius, quam suffragia fiant. q̃ Secunda propositio. Ordinans in testamento, uel alias suffragia post mortem agenda, si illa non fiant, frustratur suffragiorum efficacia correspondente operi operanti agentis principalis quantum ad præmium aliquod accidentale, quod est pœnæ alleuiatio, & detentionis in purgatorio abbreuiatio. Hæc est Rich. in 4. distinctione quadragesimaquinta, quæst. quinta, principali articu. 4. Et patet, quia quantum ad hunc effectum meritum est conditionale, si fiat, ideo non existente conditione, non existit meritum. Vnde aduertendum quòd ordinans aliquid fieri in charitate, sic ordinando dupliciter meretur, scili- B Rich.

cet præmium essentiale, quod est augmentum gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, de quo præcedens propositio. Secundò meretur præmium accidentale multiplex quorum est unum, quòd si hat ordinatum per ipsum, prodest sibi ad pœnæ purgatorij alleuiationem, & isto præmio frustratur, si ordinatum per ipsum non fiat, quia vt patet ex dictis, generaliter suffragia post mortem illis prosunt, duntaxat qui dum vixerunt, meruerunt: vt eis post mortem prodessent: nec tamen prosunt, si non fiant, ita in casu nostro speciali alioquin non plus prodessent facta, quam non facta. ¶ Et notanter dictum est, si tunc cum ordinat fuerit in charitate, quia si ordinans non fuit in charitate dum ordinauit, nihil meretur per suam ordinationem, etiam si ordinata fiant quantum est ex operante: siue postea recuperet charitatem, siue non: nisi per nouum actum recuperata charitate ordinationem illam innouent eam ratihabendo, qua tunc ex illo actu nouo in gratia elicito sortetur efficaciam, siue non recuperet, & damnetur. Nec enim tunc proficiet quoad pœnam pro uenialibus & mortalibus hic dimissis in inferno temporaliter soluendam, ut patet ex præmissis. ¶ Tertia propositio ordinans in testamento suffragium post mortem impendendum, nullum penitus effectum consequitur ex opere operato, si suffragium negligatur. Patet manifestè, quia neglecto suffragio nullum est opus operatum. Ex nihilo autem fit, & quod non est futurum nihil utiq; causabit. ¶ Quarta propositio. Ordinans in testamento suffragium, si negligitur, effectu eius frustratur, quem conseqeretur ex opere operato, quantum ad orationes ministrorum ecclesiæ tam earum, quas facturi erant ex persona ecclesiæ, quam ex persona sua & personali deuotione, similiter ex pauperum qui recepturi erant legatũ. Patet ut supra. Nam non impleto suffragio nihil operatur. Præterea dum ministri & pauperes non recipiunt legatum, non tenentur ad suffragium spirituale impositũ legato, quia nec grati esse possunt de beneficio, qui beneficiũ
C non receperunt. ¶ Ex his sequitur quinta propositio. Ordinans in testamento suffragium &c. frustratur effectu liberationis a pœna purgatorij, correspondente suffragio ex opere operato, dum suffragium negligitur. Patet. Nam operi operato si fuerit pœnale, correspondet ut tali aliqua remissio
Rich. pœnæ satisfactoriæ inquantum pœnale. Nam secundum Rich. operatio exterior ultra bonitatem actus interioris, ualet ad accidentale præmium, quale est remissio pœnæ purgatorij quæ temporalis est. Similiter si fuerit eleemosyna, ex eo quòd est quædam sustentatio pauperis propter Deum impensa, habet remittere aliquid pœnæ peccatis purgandis debitæ. Hinc Dan. 4.
Dan. 4. dicitur. Peccata tua eleemosynis redime. & Eccle. 3. Ignem ardentem extinEccl. 3. guit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est eius qui
Thob. 12. reddit gratiam. & Thob. 12. ait Raphael Angelus. Eleemosyna a morte liberat & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Hac ergo liberatione caret ordinans suffragium, dum ipsum negligitur. Sicut si qs ad restitutionem, aut debiti solutionem obligatus morte præuenitur: quãuis talis sit contritus moritur ordinauitque restitutionem fieri ab heredibus: si restitutio negligitur non quidem damnatur: quia in gratia decessit: nec pœnas perpetuas luet: multò tamen tardius a pœnis purgatorij liberabitur, quam si debitum solueretur. ut dicit Rich. loco allegato. ¶ Ex istis propoDoctrinę de editione testamẽtorũ. sitionibus sequuntur aliqua correllaria per modum doctrinarum. Primum. Nonnunquam quis fraudatur bonis etiam spiritualibus ex culpa alterius. Patet in præactis casibus in quibus testator fraudat effectu ordinatorum per ipsum suffragiorum, propter negligentiam aliorũ puta executorũ. Hoc
Thom. autem uerum est secundum beatum Tho. in temporalibus, ut in liberatione

a pœnis

a pœnis purgatorij, quæ sunt temporales, quod uerò ad æternam retributionem, nullus fraudari potest nisi per propriam culpam. ¶ Secundum. Stat aliquem in gratia decedentem pœnitus frustrari effectu suffragiorum quantum ad opus operatum, etiam si fiant. Patet in casu, quo suffragia intantum differuntur, ꝙ prius is, cui fiunt purgatus est: sic enim suffragia post eius liberationem impensa, non prosunt ad eius liberationem iam factam. Hæc Thomas. ¶ Tertium. Stulte, & insipienter agunt qui restituenda elemosynas, orationes, & testamenta quæ in uita ipsi exequi possunt, hæredibus, aut testamentarijs exequenda committunt. Patet triplici ratione. Prima, quia si ipsi in uita exequærentur, præter ualorem quem habent ad remissionem pœnæ, est etiam eis meritorium maioris gratiæ & gloriæ. Plus enim meretur effectualiter dans eleemosynam, quam tantum dare ordinans. Superaddit enim aliquod opus exterius in merito operi interiori. ¶ Secunda, quia plus ualet ad remissionem etiam pœnæ, tunc erogare rem suam in pios usus quando est in damnatis potestate: quam ordinare ut tunc detur, quando retineri non potest, tunc enim datur non quasi suum, sed quasi alienum. Nec attendunt tales sua in uita retinentes, quòd seruando perdunt: quæ erogando seruare potuerunt. Nam sicut Isido. lib. 3. sententiarum harum cap. 64. ait. Terrena omnia seruando amittimus, largiendo seruamus. patrimonium retentum perit, erogatum manet. Hinc Eccle. 14. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrigens da pauperi. Et sequitur. Nonne alij relinquens dolores, & labores tuos &c. Et quis magis amicus tuus, quam anima tua. Miserere animæ tuæ placens deo Eccles. iast. 30. Et qui sibi nequam est, cui alijs bonus erit. Eccle. 14. ¶ Tertia ratio, quia testamentorum executores hæredes, & amici raro fideles inueniuntur. Vnde qui in uita sua exequitur, certus est de suffragio, nec in sæuissimis purgatorij pœnis expectare habet suffragium. Qui uerò committit post mortem exequendas incertus est, si fiant, certus autem est de pœna, donec fiant. Nam experientia teste frequenter tranſit defunctorum memoria cum sonitu, & procul ab oculis sit procul a memoria cordis. Perrarum est, quòd defunctorum ordinationes eo modo fiant, quo ipsi uiuentes uoluerunt. Aut enim omnino negligitur: aut tardius adimpletur, quoniam plus relictæ amantur diuitiæ, quam defunctorum animæ. Surdæ sunt aures superstitum ad uoces de pœnis clamantium. Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me, quare me persequimini, sicut deus: & carnibus meis saturamini. Vere persequuntur defunctos, carnibusq; eorum saturantur, dum relictis diuitijs abutuntur, & debita pietati suffragia negligunt: aut negligenter impendunt. De hoc beatus Hiero. super Lucam ait. De substantia, quam habemus, nullus fidelior dispensator est, quam nosipsi. Dum ergo licet, & dum tempus habemus, sollicite tribuamus, memores simus, quòd quidam sapiens dixit. Munera, quæ dat moriens, munera non sunt. Dicit ergo non esse deo placabilia munera nostra data post mortem: ut ea quæ in columitate uitæ huius dantur. Quod ergo uoluerit habere in patria æterna præparet sibi quousque dum moratur in hac præsenti uita: quia quę hic recondit in manu pauperis, illic inueniet in præsentia diuinæ maiestatis. Melius est ergo ut quisque uiuens quæ habet, deo offerat, quam alius post mortem eius, quia qui seipsum negligit, post mortem frustra pœnitebit. Vnde & dominus fideli suo dispensatori dicturus est. Euge serue bone, in modico fidelis, intra in gaudium domini tui. Hæc ille. ¶ Plus tamen ualet mo-

Corol. 2.

Corol. 3.

Ecclc. 14.

Ecclc. 30. Ecclc. 14.

Iob. 19.

Quo testator debet fideliter testari.

rituro si præordinat suffragia sibi impendenda, quam si eadem eo non ordinante impenderentur, quia si præordinat in charitate existens, duo consequuntur bona. Primò, quia ex ipso actu ordinationis sic ex gratia procedēte, ut dictum est: consequetur essentiale præmium: augmentum scilicet gratiæ & gloriæ, quod non consequeretur per ordinationem aliorum, uel executionem aliorum. Solus enim eliciens actum meritorium, consequitur essentiale præmium: & nullus alter. ¶ Secundum: quia ordinans sic in charitate suffragium pro se fieri post mortem: consequitur remissionem pœnæ: dū fit executio ordinationis suæ, siue fiat per existentes in charitate: siue non. Si uerò ipse non ordinasset, & executio fieret per non existentes in gratia & charitatē secundum prædicta nihil sibi proficeret: essent enim tunc executores principales actores. ¶ Circa quod duo aut amēda non negligenda pono. Primum est ut quisquis testamentum condere uoluerit: ac pro se aut pro alijs suffragia ordinare, aut donationem ecclesiæ uel pauperibus facere: aut beneficia uel alia ad diuini cultus augmentum instituere, studeat se prius deo reconciliare: & per sacramentum pœnitentiæ a peccatis purgare: ac sic recuperata gratum faciente gratia, ordinationem, institutionem, donationem deo, offerat, sic certus erit q̄ præter meritum essentialis præmij: quod statim ordinando consequitur: omnia ordinata proficient ad medelam & animæ suæ liberationem. ¶ Secundum, q̄ cum in extremis innuitur sacramentis, renouaret per ratificantē consensum omnia per se ordinata ad diuinum honorem principaliter etiam quecunq; per alios ex sua persona ordinanda. Sic enim si qua prius ordinasset extra gratiam per istum nouum cōsensum, reputabuntur sibi ac si nunc de nouo per eum fuerint ordinata: ad quod faciendum etiam per circumstantes solicite moneatur. ¶ Quartum

Correl. 4. Correlarium. Testamentorum executores amici & hæredes infideliter agūt & grauiter peccant, qui suffragiorum executionem sine rationabili causa differunt. Patet clare, quia contra proximi charitatem agunt, nec defuncto fidem seruant, quem sua negligenti dilatione misere cruciāt pœnis acerbissimis, cum ipsum (commissa exequenda) ab eisdem liberare potuissent. Hinc egentium necatoribus comparantur, ut habetur. 13. q. 2. qui oblationes. i. & duobus ca. seq. ait enim ibidem concilium Carthaginense, Varense & Agathense. Qui oblationes defunctorum, aut donatas, aut in testamento relictas retinent aut difficulter reddunt: tanquam egentium necatores communicentur, & ut infideles ab ecclesia abijciantur, quia & fideles de hoc corpore recedentes uotorum plenitudine, & pauperes consolatione almonie, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales quasi egentium necatores, & uelut non credentes iudicium dei habendi sunt. Vnde &

Hiero. beatus Hiero. Amico inquit rapere quippiam furtum est ecclesiam fraudare sacrilegium est, accepisse pauperibus erogandum, & ex inde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Hæc ille.

G ¶ Sed hic incidit alia quæstio. Vtrum magis prosit statuere anniuersaria perpetua, aut certum cultum diuinum, uel eleemosynas perpetuas cæteris utilibus singulis annis exequendas, quam si una uice omnia illa impendantur. Exempli causa. Quis uult ad pias causas erogare uiginti florenos: utrum plus proficiat ei distribuere una uice omnes pauperibus, aut ecclesiæ ministris, ut eadem die celebrent ducentum missas: aut emere. 1. flo. annui census, qui singulis annis certo die erogetur in pios usus, eleemosynas. s. pauperum, aut ministris illa die celebrantibus. De hoc non inuenio aliquid particulariter ad hoc diffinitum, ideo quæ dico ad dandum occasionem altius speculandi dico, non aliquid determinando. ¶ Quantum ad primum essentiale

Hæredes nō exequētes iō gratia grauiter peccant.

An magis p statuere anniuersaria ppetua quā si semel oia ista impendantur.

facile

facile dicitur, q̃ si utrobiq; est eadem charitas, & idem conatus voluntatis, ac cætera sunt parta, est idem meritum & per consequens non dispar præmium, nam quantum ad illud præmium voluntas pro facto habetur. Neq; enim in hoc merito magnitudo operis, sed attenditur affectus. Propter quod uidua duo era in gazophylatum mittens a domino præfertur cæteris omnibus maiora mittentibus. Sed loquendo ad profectum accidentalis præmij: quod est liberatio a pœna purgatorij, uidetur posse distinguj: quia potest oculus intentionis instituentis instituendo respicere ampliationem diuini cultus & honoris: ac proximorum edificationem principaliter, aut in instituendo magis pro peccatis proprijs satisfactionem. Si præmium, magis proficit ad remissionem pœnæ instituere cultum perpetuum & eleemosynas perpetuas quam temporales, quia, quanto magis in opere quæritur diuinus honor & proximi edificatio, tanto magis opus est meritorium essentialis præmij. Procedit enim ex feruentiore charitate dei, & proximi quæ non quærit quæ sua sunt: sed quæ sunt Iesu Christi & proximi. Et quanto opus est magis meritorium essentialis præmij: tanto etiam magis est satisfactorium pro peccato, ut declarabitur sequenti dubio. Magis autem quæritur diuinus honor in cultu perpetuo quam temporali. Similiter & ædificatio proximorum, quia nedum præsentium, sed etiam futurorum. q̃ Si dicis: suffragium futurum non prodest a pœnæ liberationem priusquam exhibeatur, ut patet ex propositione quinta, & ideo fructuosius est instituere suffragia, quæ statim fiant, quam quæ post longa tempora explebuntur, qualia sunt huiusmodi perpetua. Respondetur, q̃ uerum est de suffragio simpliciter futuro. s. quod neq; in se neq; in sua radice præsens est: sed dum fiũt fundationes perpetuorum suffragiorum, iam totum simul exponitur a fundatore, unde obligabunt futuri ad suffragiorum opera, ut in casu, siue ordinet 200. missas simul legi, siue singulis annis decem perpetuo fundans redditus unius floreni pro ministris ecclesiæ, semper habet exponere in promptu, & simul. 20. flo. & sic iam in actu ponitur fundatio futurorum, in qua sicut in radice præsentia sunt omnia futura suffragia, quia iam factum est, un de fiant in futuro. Secus in prioribus propositionibus, ubi non præcedit aliqua fundatio: nihil etiam exponitur: sed duntaxat committitur, ut fiat institutio, & ita non ponitur in actu radix, & fundatio futurorum. Et quia illa institutio in longum, fit ad maiorem dei honorem, & proximorum ædificationem, acceptatur a deo, ut præuisa ad remissionem tantæ pœnæ, quantum soluerent exhibita. Sicut & passio Christi prius contulit gratiam patribus, quam exhiberetur a Christo, eo q̃ propter eam, ut præuisam patres salui facti sunt, & iustificati. Indignum enim uidetur, q̃ is, qui præponit diuinum honorem proprio commodo sentiret ex hoc iacturam. q̃ Vel si utiq; insistas, q̃ saltem suffragia plus ualebunt exhibita præcise ex opere operato, quam non exhibita, ut uidetur sentire Richar. dicens, q̃ si bonus homo mittam eleemosynam pauperi per seruum, qui ex malicia eleemosynam pauperi non portigit, minuitur quidem meritum mittentis non quoad impetrationem gratiæ, sed quantum ad remissionem pœnæ, maxime quia si ille pauper eleemosynam recepisset: seruentius oraret pro eo. Dicendum, etsi aliquo modo minuitur remissio pœnæ, quę præcise correspondet operi operato, tamen ex alia parte augetur, pro quanto iustificatio facta est ex maiori charitate, quæ magis quærens dum pensipendit commodum suum. Vnde maior remissio pœnæ correspondet tantæ charitati instituentis suffragia perpetua propter diuinum cultum, quam correspondebit suffragijs, si actu simul ex minori charitate fuissent exhibita. Si uero instituens magis

An suffragiũ futurũ profit ad pœnę liberationẽ.

Luc. 21.

H

Rich.

dirigeret

dirigeret oculum ad proprium commodum, circa tamen dei contemptum, posset dici; ꝙ ista suffragia (si tñ aliqd ualerẽt) plus ualerẽt exhibita statim, quam in longum dilata. Et dico (si tamen ualerent) quia uerti potest in dubium, si ualeant, dum principaliter intenduntur propter commodum proprium, s. liberationem a pœna, propter defectum circumstantiæ finalis ultimi. Ista enim circumstantia deficiente, non erit institutio meritoria præmij essentialis, quia etsi procederet ex habente charitatem, non tamen elicitur ex charitate, quod requiritur ad tale merito, potest tamen esse aliquo modo meritoria præmij accidentalis: hoc est alicuius boni temporalis, qualis est remissio pœnę purgatorij Si hæc responsio non placet, cedo libens sententiæ saniori. ¶ Ad ultimam quæstionem superius lectio. 56 factam, uidelicet utrum suffragia facta pro defunctis etiam ualeant, siue prosint uiuis facientibus ea. Et utrum tantum actori prosint, quantum prodessent si intentionem suam ad alium non dirigeret. Distinguendum erit de ualore suffragij secundum beatum Tho. dist 95. quarti scripti. q 4. ar. ulti. sententialiter, ꝙ ualor suffragij ex charitate procedentis est duplex, secundum duplex meritum. Meritum uidelicet præmij essentialis hoc est alicuius gradus beatitudinis, quæ est uisio, & fruitio dei perfecta; Est & meritum præmij accidentalis, hoc est alicuius boni temporalis, uel etiam æterni, quod non est de essentia beatitudinis, ut gaudium quod habetur de bono creaturæ. Inter præmia accidentalia est etiam remissio pœnæ purgatorij, de qua principaliter nunc agitur. Quantum ad præmium essentiale communiter dicuntur opera meritoria, quantum ad pœnæ redemptionem dicuntur satisfactoria. ¶ Hac distinctionem præmissa dicitur primò, ꝙ suffragia quantum ad præmium essentiale tantum ualent uiuis, scilicet actori, & non defunctis, & hoc si suffragiũ elicitur ex charitate. Patet satis ex dictis supra lect. 56. in responsione ad quæstionem, ibi motam, & lectione. 57. in responsione ad quintam quæstionem. ¶ Sed ulterius quæritur est, an tantum ualeat actori: & hoc quoad præmium essentiale, ac si pro se fieret, & intentio sua ad alium non dirigeretur. Vbi posset generalius quæri, utrum opus satisfactorium ex intentione satisfaciendi, & soluendi debita pro peccato commisso, siue a se, siue ab alio, tantum ualeat actori ad præmium essentiale, quantum sibi ualeret, si intentionem suam tantum ad beatitudinem acquirendam dirigeret, & non ad pœnã redimendam. Verbi gratia. Imponitur in foro pœnitentiæ opus aliquod satisfactorium, pœnitens exequitur illud in charitate, intentione satisfaciendi pro suis peccatis. Vtrum tale opus, tantum præmium mereatur in beatitudine, quantum mereretur, si non esset iniunctum pro pœnitentia, nec haberetur respectus a faciente ad pœnæ solutionem debitæ pro peccatis. ¶ Ad hanc quęstionem respondetur pro quattuor propositione notatu dignas.

I Thom.

Vtrũ suffragia facta ꝓ defunctis et ualeant siue prosint uiuis facientibus ea.

K

De præmio essentialis.

Prop. 1. ¶ Prima. Exequens opus satisfactionis sibi impositum in foro pœnitentiali ex charitate mereretur in illa executione præmium æternum. Probatur, quia omnis actus bonus uiatoris procedens a charitate est meritorius præmij æterni. Patet per illud saluatoris, Iohannis. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Ministramus charitatis operibus: ergo erimus ubi ipse est, non in terris, sed in beatitudine, in qua semper est Christus, quia æternaliter est beatus: tota scriptura concordat. ¶ Secunda propositio. Nulla actio meritoria est minus meritoria præmii æterni: ex eo, ꝙ cum hoc, ꝙ est meritoria, est etiam satisfactio, uel redemptio tẽporalis pœnæ peccatis debitæ. Patet: quia nisi sic nimis punirentur boni & electi: si aliquis gradus æterni præmij debitus tolleretur; aut minueretur in recompensationem pœnæ temporalis remittẽdæ: immo melius consultiusq;

Prop. 2.

foret

foret totam pœnam purgatorij soluere, quam pro sublatione illius pœnæ aliquo gradu gloriæ carere. Subtractio enim illius gradus gloriæ, excederet longe quamcunq; temporalem pœnam, & sicut grauior est pœna damni quacunq; pœna sensus etiam æterna, multo magis grauior pœna est pœna damni quantum ad hunc gradum æterna quacunq; pœna temporali. Similiter stulte tunc facerent confessores pœnitentiam per modum satisfactionis imponentes, & præsertim in hoc, q̃ opera deuotionis, & meritoria opera uitæ æternæ in satisfactionem imponunt dicentes. Opera bona, quæ facies sint tibi in remissionem peccatorum, quia tollerent partem præmij debitã illi merito, stulte etiam facerent homines pro peccatis suis se in hoc seculo affligentes. Consultiusq; esset uiatoribus omnia sua opera facere præcise propter amorem dei, & ad merendum beatitudinem, & omnem satisfactionem usq; ad purgatorium differre, quod est cõtra illud Lucæ. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Contra etiam patrum doctrinas, & ritum ecclesiæ. Lucæ. 3.

¶ Tertia propositio. Actioni meritoriæ satisfactoriæ debetur tantum præmij æterni, quantum debetur simili actioni in ipsomet satisfacienti, uel alio, ubi talis meritoria actio non esset satisfactoria, i. redemptio pœnæ temporalis cæteris omnibus paribus. Pro intellectu huius propositionis pono. Sint duo quorum unus tenetur ad pœnam temporalem, alius non tenetur, quia remissa est tibi omnis pœna, putet tamen se obligari ad aliquam pœnam. Faciant hi opera certa animo satisfaciendi, & sit æqualis charitas in utroque æqualis quoq; conatus, æqualis denique intentio actus, & ita de alijs. Nulla sit inter eos differentia; nisi q̃ unus obligatus sit pœnæ, alter non, licet ambo putent se obligatos. In illo casu non minus præmij debetur actioni satisfactoriæ, quam ei, quæ non est satisfactoria. Patet propositio ex eo: quia nulla actio meritoria est minus meritoria ex hoc, q̃ simul est satisfactoria, & per consequens cum in huiusmodi actionibus (de quibus casus) est omnimoda paritas: excepto solo, q̃ unius satisfacit, non alterius, in quo nihil est soluendum quæ disparitas non facit differentiam in merito: ideo nec erit differentia in præmio, debetur igitur æquale præmium essentiale utrique. L Prop. 3.

Quarta propositio. Actioni meritoriæ & satisfactorie debetur quandoq; maius præmium, quam simili actioni meritoriæ, non satisfactorie in ipsomet uel alio. Patet, quia in illo qui habent satisfacere illa actio est meritoria tanti gradus beatitudinis, quanti in illo alio, qui non indiget satisfactione, & cum hoc est redemptiua alicuius pœnæ in eo, qui habet satisfacere, & non in alio, cui totum dimissum est: licet in casu ignoret, licet sibi ualeret æqualiter ad remissionem pœnæ: si esset debitor pœnæ. Nam utriq; æqualiter ualeret, si uterq; æqualiter indigeret, & si neuter indigeret, neutri quoad illum effectum ualeret. Sicut ignis rem humidam, & frigidam calefacit, & exsiccat, aliam rem æquæ frigidam, sed summe siccam calefacit quidem, sed non exsiccat, exsiccaret autem, si humida esset. Potest tamen rationabiliter dici, quòd sicut tale opus ex charitate factum ualet uni illorum: ut dictum est, ad redemptionem pœnæ temporalis, illi scilicet, qui habet satisfacere, ita ualet alteri ad aliquod aliud bonum temporale, puta sanitatem, uel multiplicationem temporalium, uel preseruationem a malo specialem, & cætera huiusmodi. Vel ex hoc ualere colligit ecclesiæ thesaurus, unde per indulgentias subuenitur indigentiæ proximorum ad satisfactionem obligatorum. ¶ Ex quo sequitur, quòd stulta est hęc, & impia parcitas, qua quis subtrahit suffragia proximis timore diminutionis præmij, se pro tali opere in beatitudine manentis. Patet, quia per hoc præmium non minuitur. Prop. 4.

¶ Quin

Prop. 5. ¶ Quinta propositio. Stat quandoq; opus suffragij ex intentione pro defunctis facti, esse maioris meriti, quam si fieret solo respectu beatitudinis acquirendæ sibijpsi Patet, quia maiori caritate uidetur accensus: qui scintillas mittit ad alios: maxime ad inimicos, quam is, qui sibi soli solicitus est. Charitas enim non quę sua sunt quærit tantum sed quæ aliorum, & ignis intensus in modio includi non potest: sed erumpit, & purior est amor ille quasi minus habens de proprio, siue amore concupiscentiæ, qui frequenter minuit amorem amicitiæ, & per consequens meritum, quia solus amor amicitię dei principiũ est meriti, non amor concupiscentiæ dei, uel suijpsius. ¶ Quantum ad meritum præmij accidentalis, & præsertim remissionem pœnę temporalis, de quo magis ad propositum. Aduertendum, q̃ opus satisfactorium potest ualere ad remissionem pœnæ alicui dupliciter, scilicet directe, & indirecte. Directe ualet illi, ad quem intentio actoris dirigitur tanquam ad illum, pro quo opus illud operatur. Indirecte, quando hoc modo actoris intentio non dirigitur: sed alias ad aliquem fructus operis deriuatur. Primo modo, directe non ualet actori ad pœnæ remissionem, nisi inquantum fieret, uel pro illo qui suffragio non indigeret, ut si is, pro quo fit iam esset beatus uel pro eo, qui iuuari non posset, ut damnatus. In hoc enim casu, quia non proficit illis, pro quibus fit: reuertitur meritum ad eũ, qui fecit, secundum illud Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Lucæ. 10. Si non fuerit filius pacis, pax uestra ad uos reuertetur. Esse.n. debet habitualis intentio facientis suffragium, q̃ sibi proficiat, & illi, pro quibus facit capaces non fuerint. Si uerò capax fuerit is, pro quo fit, non proficit ad hunc finem actori: quia ut dicit beatus Tho. ubi. sup. opus suffragij reputatur quasi eius, pro quo fit: igitur ita absoluit eum a debito pœnæ, q̃ non absoluit facientem a debito proprio pœnæ: quia in tali recompensatione attenditur æqualitas iustitiæ. Opus autem satisfactorium ita potest applicari uni reatui, q̃ alterum non compensat. Nam reatus duorum peccatorum requirit maiorem satisfactionem, quam unius. Cum ergo totum opus applicatur alteri, qui eo indiget, nihil remanet actori, nam qui secundum hamanam iustitiam pro altero debitum soluit tali solutione seipsum a debito proprio non liberat. Et de hoc latius dictum est supra lectio. N. 27. & 28. ¶ Indirecte uero plurimum ualet actori nedum ad remissionem pœnæ quam ipse nunc debet, uel ex committendis peccatis debebit, sed ẽt ad augmentum gratiæ, ad perseuerantiam in bono, uel ad primam gratiã impetrandam. ¶ Primum patet, quia per hoc merentur actores: ut dum ad eundem statum uenerint: etiam superstitum suffragijs adiuuari possint. Nam ut supra dictum est: illis mortuis prosunt suffragia uiuorum, qui dum uiuerent, meruerunt: ut possint eis post mortẽ hæc prodesse. Et licet per finalem perseuerantiam in gratia generaliter hoc merentur, ut dictum est: specialiter tamen hoc merentur, & appropriate faciendo nunc misericordiam cum præcessoribus defunctis suis. Nam scriptum est. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Mat. 7. & iterum. Beati misericordes: quoniã ipsi misericordiam consequentur. Mat. 5. Ita reuera, & nos si modo misericordes fuerimus in defunctos, mirebimur similibus superstitum suffragijs subleuari: alioquin iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam, Iacob. 2. ¶ Nec improbabiliter hanc unam esse causam inter cæteras æstimandum est: cum frequenter tam tarda, & imperfecta sit testamentorum expeditio, quia & ipsi dum uixerunt, negligentes extiterant executores circa suorum prædecessorum testamenta. Secundum patet, quia hos, quibus uiui impendunt suffragia, habituri sunt pro se diligentissimos inter-

De præmio accidẽtali & pœnę remissione.

Psal. 34. Lucę. 10.

Thom.

Ad quid ualet opus factũ pro defuncto.

Mat. 7. Matth. 5.

Iacob. 2.

cesso-

cessores. Licet enim nunc purgatorij ignis carcere teneantur, sunt tamen am ci dei, & magni apud deum meriti: qui ingrati beneficiorum esse non possunt, ideo liberati suis liberatoribus uicem rependentes, pro eis potenter dominum exorabunt. Non tantum cum ipsi nunc suffragia impendentes etiam purgatorijs tenebantur ignibus, quo tunc non minorem satisfactionem pro orationibus impendent, quam receperunt. Sed dum adhuc in uia existunt, præsentis uitæ gratiæ augmentum, eiusq; perseuerantiam impetrabunt. Nec hoc tantum eos facere credendum est, dum liberati sublimabuntur ad gloriam, sed pie putandum, ꝙ hoc ipsum agát adhuc existẽtes in purgatorio, nam qui ibi existentes corporalia uiuis præstant beneficia, quomodo non magis spiritualia impetrabunt. ¶ Legitur autem, & scribit Petrus Damiani de beato Seuerino colonien sis ecclesiæ episcopo, ꝙ satisfactionis detentus pœnis miraculis claruit in terris. Similiter de beato Paschasio Romanæ ecclesiæ diacono, refert beatus Greg. lib 4. dial. ¶ Neq; negandum est plerosq; diutius purgari, qui maioris sunt meriti, & per consequens potentiores apud deum: nonnullis citius liberatis, aut euolantibus, quod manifestum est de pueris ante usum rationis in baptismali innocentia defunctis, qui euolant: & minoris meriti sunt existentibus in purgatorio. Et ex illo patet quartum, scilicet ꝙ possunt impetrare primam gratiam. Tertium enim, scilicet perseuerantiam manifestum est ex secundo, quia eadem ratione, qua impetrant augmentum gratiæ: opus impetrant, & perseueran tiam. Sed quartum patet, nam stat facientem satisfactorium esse in peccato mortali, & licet tunc ipsum opus parum prosit secundum prædicta, pensant tamen animæ sanctæ defunctorum non tam opus, quam affectum, quia perfecta in eis est charitas, & non desinent rependere affectum. Rependent autem in eo, quod magis necessarium est ei, cui rependunt, inquantum possunt. Possunt autem orationibus impetrare primam gratiam capaci, qua nihil magis necessarium peccatori, qui quoniam uiator est, capax est gratiæ: illam ergo primo impetrabunt siue adhuc existentes in purgatorio, siue iam assumpti in cælo. Sic enim legimus multis concessam primam gratiam orationibus sanctorum tam uiatorum quam comprehensorum. Similiter stat cum qui facit suffragium in gratia existentem, recidiuare in mortale. Cui iterum liberati a purgatorio, suis orationibus impetrare possunt conuersionem a peccato, & ita primam gratiam. Nec impendit: ꝙ sunt extra uiam, & nihil sibi mereri possunt: quia possunt orationibus suis pro nobis apud deum factis, gratiam, & remissionem nobis impetrare: sicut & iam sublimati in gloria, de quo sup. lectio. 30. ¶ Non ergo nobis negligenda est suffragiorum impertitio defunctis, quorum precibus deo confidimus reconciliari, quinimmo ea suffragia solicite, & diligenter impendere, ex quibus nihil utilitatis proprie periit sed impensum reddetur cum usura. Aut enim ipsi quibus impendimus capaces sunt suffragiorum, aut non. Si non redeunt nostra ad nos suffragium; si sunt capaces, maiorem ab eis, siue a deo per eos percipiemus retributionem, quod maxime uerum est, si suffragia impendimus non turpis lucri gratia, sed gratis ex charitate dei, & dilectione fraterna. Mat 6. De primis enim uehementer timendum, ne eis dicatur. Amen amen, receperunt mercedem suam. quod utiq; timere habent, qui non pro sustentatione uitæ: sed satisfactione animarum suffragia mortuorum in quæstum ponunt: ubiq; se pro beneficiorum pluralitate, aut quotidiana distributione alijs se obligant, se miserabiliter negligũt. Non enim illi sperare possunt retributionem, & suorum defectuum futuram per eos subleuationem, sicut qui pietate commoti, quasi eleemosynam illam indigentibus impertientes suffra

Gregorio

P

gia

gia faciunt. De his apostolus cum 2. ad Cor. 8. ad faciendum eleemosynam hortaretur, dixit. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia uestræ inopię sit supplementum. ut secundum glo. sicut hic ministrant sanctis, scilicet per suffragia impensa eis, uicem sancti reddant in futuro. Et tantum de hac materia suffragiorum.

2. Cor. 8.

DE PETITIONE SVFFRAGIORVM pro uiuis.

LECTIO LIX.

Expositio nobis quoq; usq; p Christum.

A NOBIS quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam, & societatem donare digneris, cum tuis sanctis apostolis, & martyribus: cum Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agna, Cecilia, Anastasia, & omnibus sanctis tuis: intra quorum nos consortium non æstimator meriti: sed ueniæ qs, largitor, admitte. ¶ Hęc est secunda pars principalis partis sextæ, & ultimæ partis totius canonis, in qua post petitum refrigerium pro defunctis, petitur suffragium pro uiuis: & consortium cum sanctis triumphantis ecclesiæ membris. Et subdiuiditur pars illa in tres particulas. In prima captatur eius, qui petitur, beniuolentia. In secunda petitionis exprimitur materia, ibi. Partem aliquam &c. In tertia eius, per quem petimus, inducitur persona ibi. Per Christum dominum nostrum. ¶ Quoad primam partem dicitur. Nobis quoq;. Nobis secundum Alb. quoq; qui pro alijs mortuis interessimus, & sacrificium pro eorum liberatione a pœnis obtulimus, cum tamen nos magis hac gratia indigeamus. Debet enim sacerdos quemadmodum pro alijs: ita etiam pro seipso offerre pro peccatis, ut dicitur ad Heb. 5. Quoniam & ipse circundatus est infirmitate. ibidem. Quasi diceret cum patriarcha Iacob. Iustum est, ut aliquãdo & domui meę prouideam Gen. 30. Dixit ille, non mihi, sed domui meę. Ita & sacrificans nó dicit mihi, sed nobis, quia secũdũ prædicta, sacrificiũ, qđ offertur, sacrificium est militantis ecclesiæ: in cuius persona sacerdos sacrificat, atq; petit. Addit. Peccatoribus: peccatores se, & alios uiuos pronunciat, quia & ille dilectus Christo discipulus, qui ob uitæ suæ puritatem super pectus dominicum recumbere meruit, de seipso, & alijs ait. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et addit Inno. & post eum Alex. de Ales. Licet, omni tempore debeamus ex corde nos recognoscere peccatores, præcipue tamen illud expedit In missæ sacrificio, quod in remissionẽ peccatorum celebratur. ¶ Sed forte diceres. Cũ scriptum sit peccatores deus non exaudit, ut habetur Ioh. 9. Quare in hac petitione sacerdos peccatum suum, & aliorum allegat. Videtur enim, q̃ hoc petitioni præstet obstaculum, ne exaudiatur. Ad quod dicitur, q̃ peccator ut peccator, petens ea, quæ saluti obuiant, & sunt nociua, a deo non exauditur saltem placato, quia ad sui damnationem exaudiri posset a deo irato, sicut dicit beatus Greg. q̃ deus quandoq; concedit iratus

Iohan. Alexand.

Alber.

Heb. 5.

Gen. 30.

1. Ioh. 1.

Innocen. Alex.

B

Iohan. 9.

Grego.

Orationes peccatorum an, & quomodo exaudiant a deo.

tus? quod negas placatus. Peccator etiam petens aliquid quasi in signum, aut testimonium iustæ probitatis, non exauditur. Deus enim falsitatis testis esse nequit. Et secundum hoc inductum uidetur uerbum cæci. Scimus, quia peccatores deus non exaudit, in approbationem scilicet iustæ probitatis. Peccator tamen cum petit aliquid a deo, cum humili sui recognitione, ac peccatorum suorum quasi indignus exaudiri: sicut fecit, qui ait. Domine nõ sum dignus: ut intres sub tectũ meum Mat. 8. Et item. Qui præ multitudine peccatorum suorum sursum ad cælos oculos suos attollere nõ audebat, sed percutiens pectus se peccatorẽ fatebatur dicens. Deus propitius esto mihi peccatori Luc. 18. Horum exemplo, qui petit ea, quæ ad salutem pertinent, a deo gratiose exauditur & eo amplius, quo se magis humiliat: & uera confessione peccata sua damnat. Respexit inquit, prophera in orationem humiliũ. & non spreuit precem eorum. Sic enim Daniel pro liberatione populi orãs primò peccata confitebatur di. c. 9. Peccauimus, iniquitatem fecimus in omnem iustitiam tuam. sequitur. Neq; in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis &c. Sic deniq; quotidie clamat ecclesia ad dominum. Peccatores, te rogamus audi nos. Nihil ergo obstat impetrationi: q nobis peccatoribus petimus aliquid cœlestis doni, & beneficij impartiri. Magis autem spectat ad dei beniuolentiæ captationem peccatorum recognitio, ostendentes per hoc multitudinem misericordiæ diuinæ, in hanc nostram fiduciam proiicientes, non præsumentes de nostra iustitia, quemadmodum fecit ille Pharisæus euangelicus: cuius propterea oratio est repulsa. Lucæ. 18. Hinc Prouerb. 18. Iustus prior accusator est sui. ¶ Sequitur famulis tuis per ueram, ac humilem obedientiam, ut supra expositum est de multitudine, miserationum tuarum, sperantibus, in qua propheta confisus peccatorum petiuit remissionem, dicens. Secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Et iterum peccatorum suorum obliuionem petens ad eandem multitudinem miserationum confugiens. Reminiscere, inquit, miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum, quæ a seculo sunt. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris domine. Nec incassum sacerdos supplicans refugium habeat ad dei miserationem, quia misericordia eius super omnia opera eius. Ipsa est, quæ superexaltat iudicium, quam neq; potens est in ira sua continere. Quis enim unquam sperauit in domino, & derelictus est? Respicite filij nationes hominum & scitote, quia nullus sperauit in domino & confusus est: ait Iesus Syrac Eccle. 2. Quod attendens beatus Aug. secum in propriis uiribus specie posuit confitetur derelictum. Superabam, inquit, aliquando in uirtute mea, quæ non erat uirtus, & cum sic uolui currere, ubi magis stare credebã, ibi magis cecidi. Factusq; sum magis retro, quam ante. Dicebam enim Hoc faciam, illud perficiã. Fiebatq; post hæc, nec hoc, nec illud, quoniam de meis uiribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi domine rex, pater cæli, & terræ: quoniam non in fortitudine sua roborabitur uir, ut non glorietur ante te stulta præsumptio omnis carnis. ¶ Dicitur autem de multitudine miserationum, non q in deo sint multæ misericordiæ quia nulla est ibi pluralitas, ubi omnia sunt unum, ubi non obuiat relationis oppositio, ut uult Boetius, & Ansel. Deus enim summe simplex est, & est quicquid habet, excepto q pater non est filius, quem habet. Est ergo in deo una duntaxat misericordia, quę est ipse deus misericors. Dicitur pluraliter: de multitudine miserationum tuarum: propter uarios, & multos diuinæ misericordiæ effectus, qui nonnunquam dei miserationes nominantur. sic loquitur Esaias Propheta. capite.

Matth. 8.

Luc. 18.

Luc. 18. Prouerb. 18.

Eccle. 2.

Auguſt.

Non plures mię, ſed una miſericordia ẽ in deo.

An ſel.

63. post ætcrationem plurium effectuum misericordiæ domini dicens. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum, & miserationum tuarum. ¶ Sequitur. Partem aliquam. ¶ Hæc est secunda particula, in qua exprimit petitionis materiam. Hoc est illud, quod petitur nobis peccatoribus, quod est habere partem, siue dei participationem beatificam cum sanctis apostolis, & martyribus iam in gloria sublimatis, ut transferat nos a potestate tenebrarum, & det nobis partem sortis sanctorum in lumine. ad Col. 1. & in Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meę. Et sequitur. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes scilicet consortium nostrarum partes in beatitudine mensurantes: ceciderunt nobis in præclaris partibus hæreditatis æternæ. Sed cum deus sit omnia in nobis. 1. Cor. 15. Salus præmium, & gloria singulorum. Salus inquit, populi mei ego sum. Quid est, ꝙ dicitur partem aliquam donare dignetis, quasi non omnes electi sint unum, & eundem denarium recepturi, iuxta parabolam Mat. 20. ubi dicitur. Receperunt & ipsi denarios singulos: quo intelligitur beatitudo, quę est una omnibus. Respondet hic Alex. de Ales parte. 4. q. 27. Licet unum, & idem sit præmium singulorum, scilicet deus ipse, in cuius uisione clara, felicitas consistit æterna. secundum illud Ioh. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum, tamen secundum differentiam meritorũ alius plus, alius minus diuina uisione fruuntur, unde dicit apostolus. 2. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Sic & erit in beatis diuersa claritas uisionis diuinæ essentiæ: secundum diuersam participationem luminis gloriæ, sub quo diuina uidetur essentia, ad quam disponit diuersitas meritorũ. Hinc dixit dominus. In domo patris mei mansiones multæ sunt Iohan. 14. Quia multi sunt status, & gradus deum timentium, sine tamen diuersitate dei cognoti, siue uisi. Vnde sicut est unus sol, qui ab uniuersis uidetur, & una lux, siue claritas solis, quæ omnis terrena illuminat, nihilominus tamen ab alijs clarius, ab alijs minus clare uidetur secundum differentiam perfectionis oculorum intuentium. Ita unus est deus, una diuina essentia, quæ omnes beatificat, & ab omnibus beatis uidetur: ab alijs tamen lympidius: ab alijs, minus lympide, secundum differentiam, & gradus meritorum: secundum quam sumitur excessus in beatitudine. ¶ Vna est igitur omnium beatitudo obiectiua, diuina. & essentiat omnes beatificans per eundem denarium, quem singuli militantis ecclesię operarij sunt a domino percepturi. Cum quo fiat, ꝙ in singulis beatis sit alia: & alia beatitudo formalis, quæ non est nisi actus uisionis, quo singuli uisione propria in suo intellectu recepta, deum facie ad faciem contemplantur, sicut eundem solem diuersi non una, sed diuersis uisionibus contuentur. Et secundum hoc facerdos petit partem beatitudinis nobis dari, ut participes efficiamur beatitudinis sanctorum, ut partialitas illa referatur ad uisionis actum, non ad obiectum uisum. Quælibet enim uisio dici potest pars beatitudinis, pro quanto est aliquid multitudinis actuum in toto cœtu omnium beatorum. Vel potest quælibet creata uisio beatifica dici pars beatitudinis, pro quanto non repræsentat obiectum beatificum secundum totam rationem suæ comprehensibilitatis. Est enim obiectum beatificum sicut in se infinitum, ita infinita cognitione cognoscibile, & sola tali comprehensibile, quæ impossibilis est omni creaturæ. Ideo omnis cognitio creaturæ, qua cognoscit deum dicitur quodammodo pars diuinæ cognitionis, quia nulla talis est diuinæ essentiæ secundum totum illud, secundum quod est cognoscibile, quia potest adhuc clarius uideri. Vnde quantumcunq; perfecte lympide, ac clare ui-

deatur

Col. 1. Psal. 15.

1. Cor. 15.

Matth. 20. Alexand.

Ioh. 17.

2. Cor. 15.

Ioh. 14.

deatur diuina essentia, etiam a supremo angelo immo ab anima Christi, imperfecta tamen uisio creata, & infinite distans a uisione increata, qua deus seipsum uidet. Hæc enim est infinita, quæ solum comprehendit diuinam essentiam id est ea sola uidetur diuina essentia tanta, quanta in se est, hoc est infinita, quæ potest dici totalis beatitudo, quia ibi solum est adæquatio cognoscentis actus cognoscendi, & cognoscibilis, siue obiecti cogniti. Nec tamē adæquatio, sed identitas: quia idem est in deo essentia uisa: deus uisus, & actus uidendi. Non ergo petit partem beatitudinis sacerdos, quasi deus secundum aliquid sui uideatur ab uno beato, & secundum aliquid sui lateat illum, & uideatur ab alio, quia cum sit essentia simplicissima, carens omni partialitate, a quocunq; uidetur, tota uidetur & indiuisa: sed petit partem beatitudinis, id est participationem beatitudinis, hoc est formalem beatitudinem, siue actum beatificum: secundum q̄ creaturæ conuenit, quo clare possimus uidere deum, non secundum totam suam cognoscibilitatem, sed secundum nostri intellectus capacitatem: & meritorum nostrorum exigentiam. Sic enim & non aliter uidetur a beatis. ¶ Ideo sequitur. Et E
societatem cum sanctis. In hoc enim est summa iocunditas societatis beatorum, q̄ omnes simul beatifice deum intuentur, de quo in Psal. 86. Si- Psal. 86.
cut lætantium omnium habitatio est in te per continuum, & stabilem aspectum: in quo omnes communicant beati, & societatem habere dicuntur, quia unusquisq; sanctorum bona efficiuntur omnium in beatitudine communia. ¶ Sequitur. Donare digneris, tua scilicet gratia, & benignitate, contra errorem pelagianorum asserentium hominem ex puris naturalibus posse assequi beatitudinem, nec ad hoc requiri speciale donum gratiæ, neq; ad meritoriam mandatorum implectionem. Vnde sicut gratiam, qua operamur meritorie a solo deo creante accepimus, ita probabile ualde est, q̄ actum beatificum, qui perfectior est gratia, solus deus infundit intellectui beato, ut sic illud propheteæ. Gratiam, & gloriam dabit dominus. æqualiter intelligatur quantum ad utrumq;. Cui non dissonant uerba, quæ ponit Alber. circa hunc textum. Quicquid habes meriti præuentrix gratia donat. Alber.
Nil deus in nobis præter sua dona coronat. Si deus coronat, & non nisi actu beatifico, ipse ergo hunc donat, non cum beatis elicit. Sed de hoc alibi. ¶ Sequitur. Cum tuis sanctis apostolis, & martyribus, quos firma fide credimus illa beatifica dei uisione perfrui, & inuicem congaudere æterna, & iucundissima societate, quales sunt, quorum hic nomina recitantur. Dicit Alber.
A. b. q̄ ecclesia tantum tangit eos, de quorum fide, & beatitudine sufficienter est certificata, alios non tangit nisi in communi. ¶ Et hic fit secunda, & iterata sanctorum commemoratio, quod secundum Inno. signū est; q̄ canon nō simul ab uno est cōpositus, sed successiuis temporibus particularim a pluribus. Vnde in hac cōmemoratione supplentur ex magna parte, qui de primitiua ecclesia sanctis deesse uidebātur in comemoratione prima. Vnde dicitur. Cū tuis sanctis apostolis, quorum sonus exiit in omnem terram, & in fines orbis terræ eorum uerba, ipsis regnum dei, quod hic petitur, prædicantibus. Et martyribus, fidei testibus, qui ut regni dei fierēt participes mortuis pro fide Christi non timuerūt subire supplicium. ¶ Exprimuntur autē F
quorundam sanctorū nomina, apostolorum. s. martyrum, & uirginū: octo sexus uirilis, & septē sexus fœminei, ad significandum secundum magistrum in rationali, q̄ per hoc sacrificium septem charismata. s. Spiritussancti dona octo beatitudinibus coniungantur in digne hoc sacramentum manducante. Vnde sequitur, Cum Iohanne. Istum (dicit Alber.) opinor Iohannem Baptistam, qui & martyr est: propter quod & hic inter martyres numera-

Cur fit secunda sanctorū cōmemoratio.

Quis fuit ille Ioānes de quo fit memoratio.

cur, de quo dixit dominus. Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista &c. qui & finis legis fuit, & usque ad ipsum prophetæ prophetauerunt, Mat. 11. Ad idem Inno. dicit. Posset per Iohannem non euangelistā, sed Baptistā intelligi, nisi præmitteretur cum sanctis apostolis tuis, & martyribus. Per quod conuincitur, quòd apostoli tantum, & martyres subnotentur, quamuis Iohannes inter martyres posset connumerari. Alijs autem uidetur, ꝙ fiat hic iterata commemoratio Iohannis euangelistæ, quia Iohannes Baptista hoc sacrificium non tractauit, quapropter hic non inducitur, sed quicquid sit de dicto in se ratio modicum facit, quia hic petitur consortiū cum sanctis: sed non dubitatur de sanctitate utriusq;. Dato igitur, ꝙ intelligatur de Iohanne euangelista, cur in hac commemoratione repetitur, & Stephano sociatur, qui & mathiæ præponitur, & Barnabæ. Respondet idem Inno. Sane inquit Iohannes in prima commemoratione cum apostolis numeratur propter dignitatem apostolatus. In secunda uerò repetitur, & Stephano sociatur, propter priuilegium castitatis, & celibatus. Iohannes enim, & Stephanus uirgines sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit, quapropter & cæteris præmittuntur. Virginitas Iohannis inde commendatur: quia Christus in cruce matrem uirginem discipulo uirgini commendabat, ex qua hora accepit eam discipulus in suam custodiam. In Stephano uero in hoc maxime uirginitas comprobatur, ꝙ deputatus est ab apostolis ad ministerium uiduarum, & quia factus est præpositus seminarum testimonium meruit sinceriſſimæ castitatis. Alij quidam dicunt: ꝙ hic per Iohannē intelligitur Marcus, qui fuit binominis, uocabatur enim Marcus, & Iohannes, sed parum refert, quem horum canonis ordinator denotauerit. Omnes quidem sancti. omnes de hoc numero sunt, quorum communio, & societas postulatur. ꝙ Stephano: qui sanctitatis habuit præconium singulare, de quo in actibus apostolorum. c. 6. Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo, qui in hora disputationis plenus spiritu sancto, intendens in cælum in concione iudæorum positus, uidit gloriam dei, & Iesum stantem ad dextris uirtutis dei, & primus fuit sanguinis effusione Christo testimonium perhibuit, unde & protomartyr. i. martyrum princeps appellatur. Qui & Christi imitatus uestigia, in passionis hora positis genibus uoce magna clamauit. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Vnde in prosa de eo canitur. O Stephane signifer regis summi bone, nos exaudi proficue, qui es pro inimicis tuis exauditus. Paulus tuis precibus Stephane te quodam persecutus Christo credit. Te Petrus Christi ministrum statuit, tu Petro normam credendi astruis, ad dexteram summi patris ostendendo, quem plebs fuerens crucifixit. ꝙ Sequitur Matthia, qui sorte electus in apostolum, ut iret in locum, de quo prævaricatus ex iudas: ut fieret testis dominicæ resurrectionis. Quæ sors (secundum beatum Diony.) non fuit nisi impetratio signi, quo eū spūs sanctus assumendum ostendit, & non Ioseph instum, quem apostoli secum ex alijs statuerant orantes. Tu domine, qui nosti corda omnium, ostendere, quem elegeris ex his duobus unum accepere locum ministerij huius, & apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum, & dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim apostolis. ꝙ Barnaba, qui etiam signo, quod dedit spiritus sanctus, segregatus est in apostolatus officium cum Paulo: unde Acto. 13. dixit spiritus sanctus. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus ministerij, ad quod assumpsi eos. Hic primus cum Paulo fuit apostolus gentium, & ideo a reliquis gentium, nobis scilicet est specialiter honorandus unde Act.

Mat. 11. Inno.

Inno.

Cur repetit Stephani martyrium.

Iohan.

Act. 6.

Iohan.

G

Dionys.

Act. 1.

Act. 13.

Acto.

ubi

ubi supra. Tunc constanter Paulus & Barnaba dixerunt ad iudæos. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes: sicut præcepit nobis dominus dicens. Esa. 49. Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. ¶ Ignatio, qui gloriosissimus fuit martyr, apostolorum contemporaneus, gloriosissimæ uirginis matris dei pedissequus, & capellanus, beati Ioannis euangelistæ discipulus, qui sub Traiano imperatore condemnatus ad bestias Romam delatus, rogabat, ut sancti in eius passione non deficerent, qui protestatus est in theatro, q̃ non ut malefactor puniretur, sed ut Christi discipulus. Qui bestias, quæ sibi de uirtute manuebantur, contra se, ut deuoraretur, prouocabat, qui publicè in hæc uerba prorumpit. Ignis, crux, bestiæ, ossium confractio, membrorum diuisio, tormenta diaboli, in me pro Christo ueniunt, ut Iesu fruar, ut hæc ipse in epistola, quam Romanis dixerit, scribit, qui cum esset in dentibus leonis, alta uoce, dixit. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar: ut panis mundus inueniar. Qui (ut de eo Dionysius scribit) aliud in ore non habuit, nisi amor meus crucifixus est. Hic & multas laudes in diuersis epistolis de domini matre conscripsit. Et cum fuisset mortuus, inuenta sunt hæc uerba: Iesus Christus. aureis literis in corde ipsius scripta. De hoc fecit beatus Bernardus super Psalmum 90. Magnus est ille Ignatius auditor discipuli, quem diligebat Iesus, martyr & ipse, cuius præciosis reliquijs paupertas nostra ditata est. Mariam in pluribus epistolis, quas ad eam scripsit, christiferam consalutauit. Egregius quidam titulus dignitatis, & commendatio honoris uniuersi. ¶ Alexandro, qui Papa fuit urbis, & orbis sextus a beato, ac sancto Petro: successor Euaristi in Papatu. Ab aureliano comite sub Adriano imperatore cum beatis Euentio, & Theodolo, post conuersionem Hermetis. præfecti, & Quirini tribuni, Romæ martyrio coronatus est. cuius corpus Romæ apud sanctam Sabinam in aleari summo quiescit. ¶ Marcellino, & Petro: quorum primus presbyter: secundus exorcista, cum Asthemio, & domo sua martyrio coronari meruerunt, quorum animas Dorotheus, qui eos decollauerat, uestibus splendidis, & gemmis indutas, uidit angelorum manibus in cælum deferri, unde & Christianus est effectus. ¶ Consequenter nominantur sanctæ de fæmineo sexu, unde dicitur. Fælicitate, illustri fœmina uidua, matre septem filiorum Christianissimorum, Ianuarij, Fælicis, Philippi, Siluani, Alexandri, Vitalis, & Martialis, in conspectu matris diuersis supplicionum generibus interemptorum, in quorum unoquoque speciale martyrium perpessa est. Eccandem a Publio præfecto sub Antonio Augusto, capite truncari iussa, datis prius filijs salutaribus monitis martyrium consumauit, quæ ob miram in tormentis fori, ac filiorum constantiam, & temporis prioritatem (liquidem ante consequenter nominatis passa est uirgines) in eorum recitatione nominum est prælata. ¶ Perpetua, priuilegio castitatis, & fidei etiam martyrio coronata. ¶ Agatha, uirgine, ac martyre sanctissima, quæ & uberum amputationem passa quintiam prætecti in decijna persecutione passa, beati Petri apostoli uisitationem in carcere, & totius corporis sanitatem meruit, quę post passa multorum tormentorum genera, angelorum sanctitatis testimonium in sepultura accepit. qui tabulam hanc scripturam (Mentem sanctam spontaneam honorem deo, & patriæ liberationē) continentem capiti sancti corporis coniunxerunt, cuius postea uelo capitis paganorum populus ab incēdio ignis ex Scicilię montibus irrumpentibus & cathanensium ciuitas liberatur. ¶ Lucia, immobilis con-

Mira laus de Ignatio.

Bernardus. Psal. 90.

H

stantiæ uirgineæ, quæ in pauperes distracto matrimonio, ac matri sanguinis fluxæ curationis beneficio apud sepulcrum sanctæ Agathæ concesso, per gladium, & ignem contra dyabolum, eiusq; ministrum Palchasium præfectum loco, & fide immobilis triumphabat. ¶ Agna siue Agnete, nobili Romana, corpore imemcula, mente casta: quæ teste Amb. tredecimo ætatis anno mortem pro Christo moriendo perdidit, & uitam inuenit. Nam & mundi diuitijs, carnisq; delitijs sponsæ Christi inæstimabiles animę margaritas, ac clamydas auro charitatis textas pposuit. Octaua passionis die parentibus apud sepulcrum eius exequias agentibus, agno nue candidiore eius dextræ adhærente, apparuit in choro sanctarum uirginum, dicens. Cum his omnibus lucidas sedes accepi. Nam & uiuens nuda ad lupanar, crinibus tamen melius tecta, quam uestibus ducta angelum præparatum ad uirginitatis suæ custodiam inuenit. Qui locum turpitudinis claritate circumfulgens stolam candidissimam indutt uirginem, & ab omni carnis pollutione mundissimã conseruauit. ¶ Cecilia, clarissimo Romanorum genere exorta, quę euangelium Christi semper gerebat in pectore, non diebus, neq; noctibus a colloquijs diuinis, & oratione cessabat, & intus cilicio, foris uestibus deauratis ornata, cantantibus organis soli deo decantabat. Fiat domine cor meũ, immaculatum, ut non confundar. Hæc duos fratres Tiburtium, & Valerianum sponsum suum conuertit, Almachium tyrannum superauit, angelos dei couersus fratribus cum uernantibus sertis demonstrauit, & teste Vrbano Papa, Christo tanquam ouis argumentosa seruiebat. Et tandem militibus Christi conformatis in bullienti balneo percussa martyrium consummauit. ¶ Anastasia Prætextati illustrissimi Romani filia infideli Publio nupta, quæ cum largissimas facultates in pauperes, & sanctos, quibus sedulò ministrauit, distribueret: & eapropter arctissimo carceri manciparetur a marito: consolatorias epistolas a sancto Chrisogono martyre dedit, & accepit: & tandem ignis incendio triumphauit. ¶ Sed quæritur hic cum secundum probabilẽ sententiam per Iohannẽ hic in principio nominatũ non baptista, sed euangelista designatur, ut sup. dictũ est: cur in canone, sancti Iohannis Baptistæ mentio nominatim non habetur: cum tamen fuerit ante sanctus, quã natus Ipse quoq; Christi qui in hoc sacramento continetur, & sumitur preco fuerat, cum digito ostendit: baptizauit, & efficacissimo testimonio approbauit. Ad hoc respondet Alex. q. 37. par 4. In canone missæ celebratur sacramentum dominicæ passionis, propter quod solummodo ibi cõmemorantur, qui passi sunt pro domino. i. martyres. Et illi dumtaxat, qui imitati sunt dominum ordine temporis, & conformitate euolationis, tales enim proprio dicuntur martyres. i. testes. s. passi Christi. Ipsum enim martyrum indicium est passionis dominicæ ipsa repentina euolatio est indiciũ uirtutis eiusdem. Neutrum conuenit Iohanni Baptistæ qui ante passionem domini passus est: & post passionẽ suã non euolauit: sed ad limbum descendit, propter quod in canone missæ non commemoratur. ¶ Sequitur. Et omnibus sanctis tuis, quorũ fides, & merita deo sunt nota, de quibus dicitur Iob. 25. Nũquid est numerus militũ eius. Intra quorũ consortium. i. sortis suæ participationẽ quorũ indubitata est gloria. Nos offerentes ministerio, & uotorũ desiderio altaris hoc sacrificium. s. cum eisdem sanctis tuis eadem beatitudinis sortes obtineamus, ut secundum orationem apostoli ad Ephe. 3. cõprehẽdere possimus cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & sublimitas, & profundũ. Scire ẽt supereminentę scientię, charitatẽ Christi, ut impleamur in omnem plenitudinẽ dei. Non æstimator meriti, quia ut dicit Esa. Oēs iustitiæ nostræ sunt, sicut pannus menstruatæ eiusdẽ. 64. Ideo non possumus

Ambro.

Quare nõ fit nominati memoria beati Ioãnis Baptistę in canone.

Iob. 25.

Esa.

præsu-

præsumere quicquam de offensione meritorum. Si enim tu pater cælestis,& clementissime iniquitates nostras obseruaueris, quis sustinebit? Non ergo intuitu nostrorum meritorum,nec in iustificationibus nostris ad beatorum consortium petimus admitti, scientes illud apostoli,q̃ in hoc tpe reliquiæ secũdũ electionẽ gratiæ saluæ fient:si aũt ex gratia,iã nõ ex opbus ad Ro. 11. Rom.11.
Sed & cũ fecerimus quęcunq; præcepta sunt nobis, habemus dicere secũdũ Xp̃i sentẽtiã. Serui inutiles sumus,quod facere debuimus, fecimus. Luc. 17. Lu. 17.
Te ergo clementissime pater,qui non es meritorum æstimator: quia nõ iuxta exigentiam meritorum retribuis citra condignum puniendo,dicente propheta in Psal. Non secundũ peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis, & supra condignum remuneres. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.ad Ro.8. Das enim mensuram bonã,& confertam,& coagitatã, & superefluente. Non ergo ęstimator meriti. Sed uenię q̃s largitor admittee.Benignus .n.es,& misericors,patiens,& multæ misericordiæ,& præstabilis sup nequitia. Iohel. 2. Qui solus ueniã,largiris:siquidẽ solus peccata dimittis solus gratiã præstans,& gloriã. Nam & pater misericordiarũ es,nõ cõtinens in iras misericordias tuas, quæsumus. Quæsumus itaq;, ut ueniã largiendo ad consortiũ sanctorũ nos admittas,quia sic admitti solius indulgẽtiæ benignitatis,liberalitatis tuę est, sicut Dauid dicit. Benigne fac dom ne in bona uoluntate tua. &c. Vt de uiuis lapidibus ædificentur muri cælestis Hierusalem. Muri inquam,per angelorũ lapsum ruptinon nisi tua benignitate ex nobis hominibus reparandi. Nisi enim tu domine ædificaueris domũ in uanum laborant,qui ædificant eam. Neq; sufficientes sumus a nobis, anquam ex nobis aliquid cogitare: sed omnis nostra sufficientia ex te clementissimo patre deo est. ¶ Sed contra illud,quod dicitur, non æstimator meriti uidetur esse multiplex scripturæ auctoritas, qua ostenditur deus esse ponderator meritorũ.Nam.2.Paral. 15 Erit merces operi uestro: sicut habetur Hiere. 31. Item Sap. 10. Reddet deus mercedẽ laborum sanctorũ suorum. Et Eccle. 16. Misericordia faciet locum unicuiq; secũdũ meritũ operũ suorũ. Psal. Reddes unicuiq; iuxta opera sua.Item Mat. 5. Merces uestra copiosa est in cælis. Merces respectũ dicit ad meritum sicut, & præmium. Item 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriã mercedem accipiet secundũ suũ laborem. Et 2. Cor. 4. Quod in præsenti est momentaneũ,& leue tribulationis nostræ: supra modũ in sublimitate æternũ pondus gloriæ operatur in nobis. Nõ aũt aliter temporalia operantur æterna nisi per modum meriti. Itẽ. 2. Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi dominus in illa die,iustus iudex. Et multa similia ad idem adduci possent, quibus ostenditur deus esse iustus iudex,& remunerator bonorum,& malorum. Non aũt potest esse iusta remuneratio: nisi fiat secundum æstimationem meritorum. Ad idem sunt auctoritates sanctorum patrum, & doctorũ innumere, quibus docetur beatitudo esse præmium pro meritis. Quamuis facile potest dici ad textum nostrum,q̃ ideo dicitur deus non æstimator meriti, quia non præcise præmiat secundum merita: sed ex sua liberalitate superaddit. Vnde utcũque est,semper præmiat ultra meritum,& punit citra condignum. Nõ ergo negat æstimationem meriti simpliciter,sed ęstimationem ad præmium merito præcise condignum. Ita q̃ neq; excedat in præmiando, neq; deficiat in puniendo,& hoc sufficit ad ueritatem textus nostri. ¶ Verum quia auctoritates illę uidentur innuere,q̃ operibus nostris mereamur præmium ęternum, non inutiliter queri potest. Vtrum opera nostra, quæ temporalia sunt, mereantur beatitudinem,quę est ęterna. Pro cuius resolutione. Aduertendũ pri

Opera nostra confidẽrantur dupliciter.

K
1. Cor. 3.
2. Paral. 15.
Hiere. 31.
Sap. 10.
Eccle. 16.
Psal.
Math. 5.
1. Cor. 3.
2. Cor. 4.
2. Tim. 4.

L

mõ, ꝙ opera nostra dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum se ut a nobis operata uirtute nostra actiua naturali, quã accepimus in prima nostra constitutione. In qua facultatem accepimus libere operandi, siue opera bona, siue mala, secundum ꝙ dixit prophera. Anima mea in manibus meis semper. In manibus meis. i. in potestate mea, semper, ut per ipsam factã siue bonũ, siue malũ & Eccle. 15. Deus a principio constituit hominẽ: & reliquit illũ in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua. Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod uolueris, porrige manũ tuam. Ante hominem uita, & mors, bonum, & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi. ¶ Alio modo considerari possunt opera nostra, ut non solum sunt a nostra uirtute actiue, sed ad eorũ productionẽ concurrit cũ nostra uoluntate singulare donũ dei: quod gratiã appellamus, de quo loquitur apostolus. 1. Cor. 15. Gratia dei sum, id quod sum. & gratia eius in me uacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laborauiː nõ ego, sed gratia dei mecũ. Et beatus Aug. in de lib. arb. Gratia se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad æquum. Sessor autẽ actiuæ regit, & mouet æquũ. Ita & gratia mouet uolũtatẽ ad aliquẽ actũ eliciendũ, uel operandũ.

Pſal. 118. Eccle. 15.

1. Cor. 15.

Auguſt.

Ad rationẽ meriti duo concurrunt.

M ¶ Est etiã aduertẽdũ, ꝙ ad actus meritorij rationẽ duo requiruntur in genere Primũ est libera eius electio. Secundũ eius ad præmij retributionẽ acceptatio. Primum requiritur ex parte elicientis, eius. s. qui meretur. Secundũ ex parte eius a quo præmium redditur. Propter primum actus naturali necessitate productus non est meritorius, sicut cursus solis, & astrorũ. In uoluntarijs enim neq; laudamur, neq; uituperamur. 3. Ethi. Meritũ aũt, ut distinguitur contra demeritũ, est actus imputabilis ad laudẽ. Propter secundũ actus bonus bonitate morali tantũ nõ gratuita, nõ est meritorius ad uitã, seu respectu beatitudinis. Talis enim non acceptatur a deo ad beatitudinem conferendam: quoniam actui morali, per bono facto extrã gratiam nullus beatitudinis gradus correspondet in premio, cum dicat apostolus. Gratia dei uita æterna. ad Rom 6 Et ad Eph. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc nõ ex uobis. Dei. n. donũ est: non ex operibus, ut ne quis glorietur. Vnde potest actus meritorius sic notificari in genere. Actus meritorius est actus a uoluntate libere procedens, siue elicitus, siue imperatus ad retributionem alicuius premij acceptatus. Acceptatur autem actus ad præmij retributionem, quando aliquis bonum aliquod, seu præmium retribuit operanti, uel alteri, pro quo operatur intuitu talis operationis. Ita ꝙ tale bonum non retribueret nisi actus præcessisset. Ex quo patet, ꝙ homo iustus operibus iustitiæ nõ meretur illuminationem a sole, quia æque facit deus solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos Mat. 5 ¶ Diuiditur aũt cõmuniter meritum secundum doctores in meritum congrui, & meritum condigni. Meritum condigni super rationem meriti addit debitum reddendi præmium secundum iustitiam. Vnde meritum condigni est actus a uoluntate libere procedens ad retributionem præmij secundum debitum iustitiæ acceptatus. Dicitur secũdum debitum iustitiæ: quia si præmium quantum ad ualorem, aut dignitatem deficeret, uel excederet dignitatem, uel ualorem meriti, & hoc siue secundum proportionem geometricam siue arithmeticam. hoc est secundum iusticiam distributiuam, uel commutatiuam nõ seruaretur iustitia in præmiando. Hoc est: ꝙ talis præmiatio non fieret præcise secundum iustitiã, sed uel secũdũ liberalitatem; si præmiũ excederet, uel citra iustitiã, si deficeret. ¶ Requiritur itaq; ad meritum de condigno, quædã æqualitas præmij ad meritũ secundum alteriã duarũ proportionũ. Hæc aũt æqualitas attenditur uel ex natura actus, uel ex ordinatione pacto seu cõuentione

3. Ethi.

Rom. 6. Ephe. 2.

Actus meritorius quid.

Mat. 5.

N

Meritum est duplex congrui ut condigni.

siue

siue etiam promissione acceptantis. Exemplum primi, ut dum merces commensuratur operi. Ita q̃ opus secundum se tantum valet p̃mianti, quantũ p̃mium referuatum. Ita q̃ p̃mians tantam utilitatem consequi potest ex opere merentis, quantam ex p̃mio. Exemplum secundi, ut quando ex libera promissione, & conuentione promittitur tantum pro tali. Sic dicitur in parabola euangelica. Nonne ex denario conuenisti mecum? Amice non facio tibi iniuriam, scilicet dãdo secundum conuentionem factam, tolle qd̃ tuum est, & uade. Matth. 20. Vbi iustitia seruata fundatur in conuentione: non in naturã actus. Et siue sic, siue sic attendatur condignitas, siue æqualitas, exigit opus meritoriũ aliquid in operante, aliquid in opere, & aliquid in p̃miante. In operante, q̃ sit amicus inimicus. n. secundum B. Aug. non est dignus p̃mio, sed pœna. Et allegat magister in secundo dis. 26. Ex quo sequitur, q̃ peccator nihil meretur de condigno apud Deũ, quia non est amicus, sed inimicus Dei. Similiter enim odio sunt Deo impius, & impietas eius. Sap. 14. Et ibidem 4. c. Fructus impiorum inutiles. In opere requiritur, q̃ ordinetur ad utilitatem, uel honorem p̃miantem. Ideo opus existentis in gratia non ordinatum finaliter in Deum non est meritum de condigno. Si enim ad opus esse meritorium sufficeret sola coexistentia gratiæ, aut charitatis, tunc opus indifferens a tali operatum esset meritorium de condigno: quod implicat, tunc enim non esset indifferens. In p̃miante requiritur acceptatio, siue ordinatio actus ad p̃mium tale. Hæc autem ordinatio in Deo, non est nisi diuina uoluntas, q̃ uoluit ab æterno actum sic illicitum, uel imperatum esse meritum condignum tali p̃mio, uel ex natura actus. uel ex sua pactione ac promissione, qua uoluit esse debitor talis p̃mij sic operantis. Quo duntaxat modo actio temporalis esse potest meritum condignũ p̃mij æterni. Semper enim p̃mium æternum est maius bonum merito tẽporali. Et iustitia stricta non reddit melius bonum pro minore bono secundum se consideratos & naturalem eius, & intrinsecam bonitatem, q̃ uerò est condignum, tantum est ex gratuita acceptatione diuina, sic se obligare uolente operanti. Meritum de congruo est actus liberè elicitus acceptatus ad aliquod bonum retribuendũ, non ex debito iustitiæ. Et hæc non requirit dictas conditiones in operante in opere, & in p̃miante. Hoc modo opus bonũ de genere factum ab inimico, sic acceptatur ad aliquod bonum retribuendũ, ut bonus motus naturalis animæ peccatoris, quo facit, quod in se est, sine quo non daretur gratia iustificãs, est meritũ gratiæ de congruo. Similiter si aliquis bonum aliquod retribuit facienti opus bonũ de gratia, non tã ad honorẽ, uel utilitatem retribuentis, bonũ illud factũ est meritũ de congruo boni retributi. Sic etiam si quis bonum excedens actum operantis nõ ex debito præcedentis pacti, sed nuda liberalitate donet non daturus illud, nisi operatio illa præcessisset in p̃miando, talis operatio esset meritum de congruo: non de condigno. ¶ Per hæc respondetur ad q. motam per propositiones.

Matth. 20.

Augusti.

Sap. 14.

Ad meritũ condigni ꝙ requiritur.

Prima. Opus nostrum consideratum secundum intrinsecam suam bonitatẽ, quam habet præcisè ex se, & uoluntate eliciente gratia circũscripta, non est meritum beatitudinis, nec de congruo, nec de condigno. Probatur, quia nulli cõfertur beatitudo pp opus elicitũ ex naturali, aut morali uirtute hominis gra circũscripta. Statuit siquidem Deus secundũ ordinẽ suæ sapiæ, nullũ fore glorificãdũ in patria, nisi fuerit prius gratificatus in uia. Sed nec actũ aliquẽ p̃miare in patria beatitudine, cuius non fuit principium gratia uiæ. Vnde & oportet paruulos, qui nullum peccatũ cõmiserũt, baptizari, ut gratiã recipiãt, si gloriã, & beatitudinẽ debeãt adipisci. Quapropter dixit apostolus: Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. Et si tradidero

O

corpus

corpus meum, ut ardeam, charitatem autem, quæ est gratia, non habuero, nihil mihi prodest ad uitam æternam scilicet. 1. Cor. 13. Et beatus August.

1. Cor. 13.

Gratia sola est, qui diuidit inter filios regni, & perditionis. Patet hoc idem

B ernar.

ex supra all gatis. Et sic intelligi potest illud beati Ber. in ser. de annunciatione dominica di. Credere oportet, quòd uitam æternam nullus promereri poterit bonis operibus suis. Sic loquitur glo. super illud Roma. 6. Gratia Dei uita æterna, ut intelligeremus nos Deum ad uitam, non nostris meritis sed sua misericordia perducere. ¶ Secunda propositio, Opus bonum de genere, uel etiam moraliter elicitum a uoluntate gratia non coexistente, nihil meretur, neq; temporale, nec æternum de condigno. Patet, quia deficit secunda conditio supra posita. s. dignitas ex parte operantis. Meritum enim de condigno, ut dicit Alex. de Ales ubi supra, est seruitium Deo digne debito modo impensum. Existens autem in mortali peccato, non potest digne exhibere seruitium Deo, quia in eo est dignitas peccati, per quod est in odio

Alexand.

Dei. Operibus autem impij non præmium debetur, sed pœna tanquam operibus inimici. ¶ Tertia propositio. Opus bonum moraliter extra gratiã factum de congruo meretur aliquod bonum spirituale, uel temporale. Patet, quia apud largissimum retributorem nullum bonum manet irremuneratum. Item multa bona dantur peccatoribus non ex debito iustitiæ propter aliqua opera præcedentia, quibus non præcedentibus illa bona non darentur, ergo illorum bonorum opera præcedentia sunt merita. Tenet consequentia ex quid nominis meriti supra positi, quia talis operatio est libere elicita, & a Deo ad opus bonum retribuendum acceptata. Sunt ergo merita, & non condigna: ut patuit ex propositione secunda: ergo sunt merita de congruo. Præterea multa bona concessa legimus infidelibus: & etiam idolatriæ intuitu quorumdam bonorum operum. Sic enim legitur de Achab impio rege Israel. 3. Reg. 21. Nonne uidisti humiliatum Regem Achab coram me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malũm in diebus eius. Item de Rege Nabuchodonosor idolatra simulta habentur in Daniele. Præterea peccatori facienti, quod in se est, dat dominus gratiam, quam non daret, nisi quod in se est, faceret, secundum illud Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Et Iac. 4. Appropinquate Deo: & appropinquabit uobis. Meretur ergo peccator gratiã de congruo, faciendo, quod in se est, q̃ est bonum spirituale. ¶ Forte quæris. Quid est facere, quod in se est? Respondet Alex. par. 3 q. 69. arti 3. Ad uidendum inquit, quid est facere, quod in se est: est notandum, q̃ in quolibet homine per naturam est recta ratio: & hæc rectitudo boni est notio indita a creatore, qua quælibet anima potest cognoscere suum principium. s. Deum: secundum illud. Psal 99. Scitote: q̃m dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. Per hoc enim, quòd quilibet naturaliter scit se non semper fuisse: scit se factum esse & ita scit se habere principium, & scit, quòd ab illo principio habet, quicquid habet, & non a se. Scit etiam, quòd ab illo petere bonum, quodcunq; per illum debẽt suppleri omnes sui defectus. Si ergo secundum istam notionem operetur homo, suo arbitrio recurrẽdo ad illum, quem scit suum esse principium: & quẽ scit esse adorandum, & petit ab eo lumen cognitionis fidei, & boni, facit, q̃d in se est: & hoc est facere, quod in se est generaliter in quolibet homine. Plus autem est in fideli existente in peccato mortali de lumine, quia ipse habet fidem informem: quia sine charitate. Hæc autem fides informis radiat ad duo. s. ad diuinam iustitiam, damnantem reprobos: & ad diuinam misericordiam saluantem iustos. Ex primo creabitur timor in eo, & ex secundo spes, & hoc est facere, quod in se est. Hæc Alex. Ex quo hoc elicitur, q̃ iste

P

Pſal. 99.

Alex.

In quo conſiſtit & fundatur conditignitas operis, & operãtis ad prmium.

Facere q̃d in ſe eſt, q̃d eſt.

facit,

facit, quod in se est, qui illuminatus lumine rationis naturalis, aut fidei, uel utroq; cognoscit peccati turpitudinem: & proponens ab ipso refugere desiderat diuinum adiutorium, quo possit a peccato mundari, & Deo suo creatori adhærere. Hæc facienti Deus gratiam suam tribuit necessariò necessitate non coactionis, sed immutabilitatis, ut ibidem declarat. Alex. Statuit. n. Deus hęc facienti infundere gratiam per quam a criminibus emúdatur. Inde dicit Apostolus ad Ephe. 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis. i. operibus mortis, faciendo, quod in te est: & illuminabit te Christus. ¶ Quarta propositio. Comparando opera secundum se, & intrinsecam bonitatem, quam habent ex voluntate eliciente ad primum beatificum, bona opera ex gratia facta præmij beatifici, nullatenus merita sunt condigna. Illa propositio patet per illud Apostoli ad Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Item Esa. 64. Quasi pannus menstruate uniuersæ iustitiæ nostrę. Item Luc. 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus, quod facere debuimus, fecimus. Ex quibus patet, quòd opera nostra imperfecta etiã, quia alias debita, & propter creationem nostram de non esse ad esse, & propter redemptionem a damnatione, & propter iustificationem ab impietate &c. non sunt condigna præmio futuro in beatitudine. Probatur etiam ratione, quia inter meritum de condigno, q; præmium, est quædam commensuratio, & æqualitas ualoris. Sed inter opera nostra, & præmium beatificum nulla est proportio, aut æqualitas considerando opera secundum intrinsecam bonitatem, ut sunt a voluntate nostra. Nam opera nostra sunt temporalia: & quasi momentanea, præmium verò perpetuum. Deniq; uisio beatifica, & fruitio, quæ dantur in præmio, sine comparatione perfectoris sunt quocúq; actu viatoris in Deũ relato. Vnde dicit doctor subtilis, quòd si Deus per unicũ instans duntaxat conferret homini beatitudinem, claram. s. Dei visionem, & concomitantem fruitionẽ, sufficienter remuneraret omnia opera bona, quę homo toto tempore uitæ suæ perfecit, propter magnam perfectionem beatitudinis, & immoderatũ eius excessum super omnia opera nostra. ¶ Quinta propositio. Considerando dignitatem operis meritorij ex gratia coefficiente cum libero arbitrio, & ex spiritusancto mouente, atque ex diuina promissione, & ordinatione eius ad præmium beatificum, opera nostra ex gratia elicita sunt meritoria præmij beatifici de condigno. Patet per autoritates in principio huius dubij adductas, quę innuũt; q; beatitudo sit præmium merces nostrorum operum, & ita opera nostra merita: sed dignus est mercenarius mercede sua. Luc. 10. Ideo Apostolus ait. Reposita est mihi in corona iustitię, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Qđ autem redditur secundum iustum iudicium, videtur esse merces condigna. Item glo. super illud psal. Misericors, & miserator, & iustus dominus dicit. Misericors est, cum expectatim ferator, dum iustificat: iustus, dum remunerat. Item Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Item Aug. li. 5 contra Iulianum c. 5. Deus primò eligit indignum, sed eligendo facit dignum. Item Grego. 19 moral. Gratia ueniens facit, ut digni simus ascendere ad cœlestia. Et Anselm. in Monologion. Si creatura rationalis, quæ eminet omnibus creaturis, amet Deum; nihil potest esse præmium huius nisi Deus. Multa ad idem adduci possunt. Item Beda in Hom. de filijs Zebedei dicit. Ita igitur præmia pollicetur electis, ut & digna præmijs merita præmõstret. Ecce aperte dicit digna merito præmijs, & loquitur de præmio æternæ beatitudinis. Probatur etiam ratione, quia meritum condigni requirit æqualitatem quan-

Opera nostra qũo nõ sunt condigna.

Alex.

Eph. 5.

Q

Rom. 8. Esa. 64. Luc. 17.

R

Luc. vltimo. 2. ad Tim. 4.

Aug. 5. August.

Grego. Anselm.

dam

dam cum præmio secundum iustitiam. Hoc autem est in proposito cum ceteris requisitis supra positis. Nam æqualitas est ex mouente primo, quod est spiritussanctus, qui per gratiam mouet voluntatem. Hic autem est bonum infinitum, ratione cuius opus meritorium æquatur præmio obiectiuo, quod est Deus trinitas: de quo Gen. 15. Ego merces tua magna nimis. Vnde & spiritussanctus est pignus hereditatis nostræ 2. ad Cor. 1. Est etiam æqualitas ex parte mouentis secundi, quod est gratia respectu præmij formalis, quod est visio, & fruitio, & hoc in virtute etsi non actu sicut semẽ arboris, in quo est virtus ad totam arborem. Per gratiam etiam fit opus velut Dei formæ: & opus consors diuinæ naturæ. Adoptamur enim per gratiam in filium: cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis: secundum illud ad Rom. 8. Si filij, & heredes. Ex parte Dei promittentis est iustitia in reddendo. Iustum.n. est, ut seruetur promissum. Hinc dicitur mercenario. Tolle, quod tuum est. Non reddere autem suum, iniustum esset. Hæc autẽ iniustitia nõ est ex natura actus: sed ex liberalissima Dei promissione, qui volens se debitorem constituit: & sua uoluntate se obligauit tali operi tantum reddere præmium: & ita surgit ibi condignitas ex ueritate pollicentis, quia stante illa omnipollicitatione, iustum est reddere, & iniustum non reddere, licet illa iustitia ex sola liberalissima uoluntate Dei pendeat tanta præmia pollicentis. Et istę propositiones concorditer sunt de mente Alex. par. 2. q. 69. sancti Thom. 1. 2. q. ulti. sancti Bonauen. dist. 26. secundi. & doctoris subtilis, & aliorum. ¶ Et per hoc facile exponuntur autoritates hinc inde allegatæ. Quarum aliquę loquuntur de opere nostro considerato quantum ad substantiam actus, prout ex libero arbitrio. Alię uerò de eis, secundum quòd sunt a spiritussancto, & a gratia. Vnde breuiter utrumq; comprehendens S. Bonauen. dicit Opus meritorium consideratum in comparatione ad uoluntatis, seu arbitrij libertatem, & dispensatoris liberalitatem: & temporis opportunitatem, est opus meritorium merito congrui. Comparatum uerò ad gratiæ dignitatem, ex qua fit opus mouente spiritussancto ad pollicentis ueritatem, & operis difficultatem, sic est meritum condigni. Nam in hoc opus arduum est: quia est supra uires uoluntatis elicientis in eo, quod homo eleuatur supra seipsum, & bono proprio præponit bonum æternum, hinc tale genus operis æterna remuneratione dignum est. Hæc S. Bonauen. Gratia etiam, per quam sic uoluntas eleuatur, eo modo, quo præmium est infinitum, ipsa est infinita, quia gratia uiæ non distinguitur realiter a charitate patriæ, nisi forte sicut pars a toto. Nam gratia est charitas, quæ manet in patria fide, & spe euacuatis. Nũquam enim excidit charitas ut dicit Apostolus 1. Cor. 13. Et gloria ipsa est gratia consummata. Et ita sicut nec oculus uidit, nec auris audiuit &c. quæ præparauit Deus diligentibus se. Ita nec intellectus uiatoris compræhendit perfectionem gratiæ uirtualem, quia non potest perfecte, & compræhensiue cognosci gratia, nisi & præmium cognoscatur, quod est effectus eius tanq; causæ meritoriæ. Sic etiam licet ex natura rei Deus nullius creaturæ possit esse debitor, tamen ex natura suæ immutabilis ueritatis, & liberalis ac uoluntariæ pollicitationis se potest facere debitorem suę creaturę. Ita etiam, quòd stante sua promissione, qua pollicitus est dare uitam æternam seruantibus sua mandata, non posset sine iniustitia subtrahere eis præmia repromissa. Licet enim simpliciter nullius est debitor, & posset non dare præmium æternum creaturę suæ, sicut potest differre, etiam creaturam annihilare, tamen stante promissione, & ordinatione eius ad uitam nec potest annihilare, nec non dare uitam æternam promissam. Nam hæc ordinatio, & promissio nihil aliud est nisi actus diuinæ uoluntatis, quo uult illi quandoque dare uitam.

Gen. 15.
2. ad Cor. 1.
Roma. 8.
Matth. 20.
Alex.
S. Thom.
S. Bona.
S. Bona.
1. Corin. 13.

Quo Deus est debitor hominis sua uoluntate nõ rei necessitate.

An Deus potest tollere uel mutari.

Illa ergo uoluntas: cum sit immutabilis, non potest stare cum uoluntate nõ reddendi. Eadem igitur necessitate qua non potest solui scriptura. Ioh. 10 Nec iota vnum perire. Matth. 5. & Luc. 16. etiam non potest non reddere promissa. Scriptum autem est. Vbi sum ego: illic & minister meus erit. Pf, quos dedisti mihi, uolo, ut ubi sum ego: & illi sint mecum: ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Hæc autem uisio beatitudo est, & uita æterna. Ibidem. Hæc est uita æterna, ut cog.te solum Deum, uerum, & quem misisti Iesum Christum. Et licet promissio ipsa sit contingens: sicut & prædestinatio: & quæ promisit, potest non promisisse, & prædestinatum non potest saluare in sensu diuiso, quia potest non prædestinasse: tamen non potest promissum non seruare in sensu cõposito. Hinc 2. ad Timot. 2. dicitur. Non potest negare seipsum Glo. Interli. Non potest negare seipsum, qui est ueritas, quod faceret, si dicta sua non impleret, & si per impossibile promissum non seruaret: uerax non esset, ita si præmium promissum mandata eius seruantibus non daret, iniustus esset. Sicut in humanis, omne promissum, licet sponte, & uolũtate cadit in debitum. Si ergo debitor noster est Deus sua misericordi uoluntate: non rei necessitate. ¶ Sed contra potest opponi. Eadem ratione sequitur, q̃ gratia prima caderet sub merito de condigno, quod est contra omnes doctores: & Apostolum ad Rõma. undecimo. Si ex meritis: iam gratia non est gratia. Vnde sicut implicat gratiam non esse gratiam posita constantia subiecti; ita implicat gratiã esse ex meritis; & tamen sequitur, quod dictum est: quia sicut ordinauit Deus se daturum præmium seruãti mandata ex gratia, ita ab æterno ordinauit dare gratiam facienti, quod in se est. Sicut ergo seruans mandata meretur gloriam de condigno: ita faciens quod in se est, meretur gratiã de condigno. Respondetur, quòd faciendo, quod in se est, non meretur primam gratiam, quæ est gratia iustificans peccatorẽ de condigno: licet mereat de congruo. Nec est par ratio, quia præter ordinationem Dei, qua uult dare præmium sic facienti, ad condignitatem meriti duo requiruntur, quæ in proposito deficiunt: ita q̃ condignitas operis ex tribus pendet. s. ex dignitate operantis: ex commen'uratione operis: ex acceptatione præmiantis. Ex dignitate operantis: ut. s. operans sit persona digna. hoc est non sit indigna nõ inimica. Vnde peccator, quia inimicus Dei est: nihil mereri potest de condigno ut supra. Commensuratio operis, & hoc uel est natura operis, uel ex principio operandi. Modo opus meritorium, ut dictum est propter gratiam, ex qua elicitur, & spiritum sanctum inhabitantem per gratiam mouentem commensuratur premio tam obiectiuo, quam formali. Nihil tale est in peccatore, qui nec habet spiritum sanctum inhabitantem: nec donum supernaturale gratiæ commensurabile. Nullum enim donum gratiæ gratis datę commensurabile est gratiæ gratum facienti. Et ideo licet Deus acceptet opus faciendi, quod in se est ad gratiam infundendam, quam alias non infunderet, tamen deficiunt alia duo correquisita, & ita non est eadem ratio hic & ibi. Et illa tria includuntur in hac particula descriptionis meriti de condigno: qua dicitur. Ad retributionem præmij secundum debitum iustitiæ acceptatus: ut ibidem est declarum. Et tantum de illo dubio.

An aliquis possit mereri primã gratiã de condigno,

Ioh. 10. Matth. 5. Luc. 16.

T

Rom. 11.

DE PERSONA PER QVAM PETIMVS patrem uenię largitorem.

LECTIO LX.

A PER Christum dominum nostrum. ¶ Hæc est tertia particula partis secundæ sextæ partis principalis canonis, in qua inducitur persona, per quam petimus patrem uenię largitorem admitti ad consortium beatorum. Et subdiuiditur in duas portiunculas. In prima facit, quod dictum est. In secunda concludendo per totum canonem: reducit in eum, qui circa confectionem corporis Christi operatur trinitas benedicta, ibi. Per quem hæc omnia bona semper creas &c. ¶ Circa primum dicit. Per Christum dominum nostrum qui uenią quam nobis pater cœlestis largitur, meruit, & cœli ianuam primò aperuit. In quo sctorũ cõsortiũ, quod petimus, celebratur, ubi & ipse Xps oleo lætitiæ præ participibus suis unctus, & perfusus, primus patri æqualis ad dexteram eius residet, forma præ filijs hominum speciosus. Et hic non respondetur, amen: sicut in prioribus orationibus propter connexionem uerborum statim sequentium, in quibus est relatiuum, cui antecedens est quod hic dicit, Christum dominum nostrum. Sequitur enim. Per quem scilicet Christum. Habent ergo condependentiam ad priora, sicut relatiuum dependet ad suũ antecedens, quæ ut non soluatur, nihil interponitur. Vel secundò, quia sacerdos secreto hanc petitionem facit, ita ut eius uerba a circunstantibus ministris audiri non possint, & nemo est circunstantium, qui respondeat, amẽ. Verum hæc ratio non parum facit: quia sic concluderet, q etiam in prioribus orationibus dici non deberet, in quibus tamen sacerdos celebrans secũdum Romanæ Ecclesiæ ordinem, dicit amen, ergo & hic dicere posset secrete. Ideo tertiò dicunt quidam, q ideo omittitur, amen: quia angeli sancti, qui huic ministerio adesse creduntur: affectantes, quòd nos petimus suo consortio adiuuari: respondent amen. Hæc clausula quantum ad singulas dictiones eius frequenter exposita est. Ideo hæc sufficiant. ¶ Per quem hæc omnia dñe semp bona creas, sanctificas, uiuificas, benedicis, & pstas nobis. ¶ Hęc est secunda portiuncula, in qua ea, quæ circa corporis Christi confectionem acta sunt, reducit in Christum patris filium dominum nostrum. Et primò ea, quæ sunt ex parte sacramenti. Secundò ea, quę sunt ex parte personarũ in sacramento operantium, ibi. Per ipsum, & in ipso. ¶ Circa primum potest littera tripliciter exponi, secundum triplicẽ huius pronominis hæc demonstrationem. Potest enim demonstrare panis, & uini substantiam demõstratione simplici secundum Alex. quia quę demonstrat modo non sunt; sed fuerunt præsentia. Est ergo simplex pronominis demonstratio, sicut uerbis uerbi confusio. Potest ergo demonstrare panis, & uini substantiam, quæ fuerunt materia sacramenti: & quatum species præsentes sunt sacramentum. Potest etiam rem sacramenti præsentem demonstrare: carnem scilicet Christi, & sanguinem. Potest etiam demonstrare eos, qui simul offeruntur in hoc sacramento, qui membra sunt Christi: constituentes corpus eius mysticum ibi significãtum: non autem contentum. Secundum primam expositionem dicitur. Per quem scilicet dominum nostrum Christum mediatorem; qui fecit rem huius sacramenti. Hæc omnia scilicet panis, uini, & aquę: quæ ibi

Expositio uerborũ per Christũ dominum nostrum.

Alex.

fuerant

fuerant substantias. Semper bona. Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Gen. 1. Creas condendo naturam. Sanctificas, consecrando materiam. Viuificas, transsubstantiando creaturam in uiuam. s. Christi carnem, & sanguinem. Benedicis, accumulando gratiam, quæ plus in hoc opere relucet, quam in cæteris. Creas inquam, secundum causas primordiales, hoc est secundum rationes ideales, secundum quas rationabiliter facis, quicquid operaris, ut dicit Aug. Sanctificas secundum causas sacramentales: quæ sunt uerborum forma, conficientis potestas, & intentio. Viuificas, secundum causas effectiuas principales, quæ sunt tua uoluntas, & beneplacitum, quæ ipsas transsubstantias, ac conuertis in alias uiuas substantias. Benedicis, secundum causas finales. Et præstas nobis, secundum causas liberales. ¶ Vel secundum Alb. Hæc semper bona creas, per naturæ constitutionem. Sanctificas per uerbum, & orationem. Viuificas, per uitalem conuersionem. Benedicis per gratiæ exuberationem. Et præstas nobis, per liberalissimam largitionem. ¶ Secundo modo exponitor, ut hæc demonstrat rem contentam, sic. Per quem hæc omnia bona, carnem. s. & sanguinem: semper bona, quantum ad omnem speciem boni. Sunt quippe bona utilia ad reformationem uitæ labentis spiritualis. Honesta ad rememorandum opera salutis. Delectabilia, ad promotionem summę, & intimæ deuotionis. Creas, ipsa in sacramentum adducendo. Sanctificas sacris melamentis obtegendo. Viuificas, increatæ uitæ uniendo. Benedicis, spiritualibus donis, & beneficijs implendo. Et præstas nobis, misericorditer largiendo. ¶ Tertio modo prout hæc demonstrat signatum, & non contentum, potest sic exponi secundum Alex. Implorata enim admissione peregrinarum ad consortium sanctorum, subditur commendatio trinitatis, ut sic captata Dei benivolentia facilius impetretur, quod intenditur. Commendator igitur pater ex autoritate maiestatis, ibi. Per quem hæc omnia. Filius ex immensitate uirtutis, ibi. Semper bona creas. Spiritussanctus, ex connexione unitatis, ibi. In unitate spiritussancti, in particula sequentis. Virtus ergo filij commendatur in eo, q̃ potest omnia ex nihilo creare ibi. Per quem hæc omnia: semper bona creas: & a peccatis purgare ibi. Sanctificas. & gratia, & uirtutibus uiuificare, ibi. Viuificas, & uiuificatos, & purgatos gloria remunerare, ibi. Benedicis. Vt sic insinuetur, quòd est Deus naturæ, largitor ueniæ, autor uitæ, & rex gloriæ. ¶ Dicitur ergo. Per quem. s. Christum. Domine sancte pater cuius est autoritas maiestatis. Hæc omnia bona, id est omnes hoc sacramento significatos, nos. s. in multitudine uarum miserationum speratas, ut nobis partem cum sanctis tuis dones in gloria stabilitatis. Creas, in natura bona constituendo. Dicit enim Aug. 1. de doc. chri. quia bonus est, sumus: & inquantum sumus, boni sumus. Sanctificas, in ipso a peccatis purgando, ipso petente Ioh. 17. Pater sancte sanctifica eos in ueritate. Per quem. Viuificas, gratia, & uirtutibus ad uitam præparando. Nam & ipse obtulit prouita mundi. Per quẽ Benedicis, uiuificatos gloria coronando. Ipse est, qui in iudicio dicet. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Matth. 25. Per quem & olim patribus ueteris testamenti benedixisti propter ipsum, qui ab eis secundum carnem fuerat descensurus. Per quem. Et præstas nobis, bona gratiæ, & gloriæ: sine quibus nemo attingit consortium beatorum. ¶ Sed hic quis dubitaret circa hunc textum: Cum pater cœlestis causa est immediata omnis esse, & creaturę autor etiam sanctitatis, & principium uitæ, omnisque benedictionis origo, quomodo hic dicitur creare, sanctificare, uiuificare, & benedicere per filium. ¶ Respondetur, ex quo pater est agens rationale recognoscens omnia opera sua; antequam fiant necesse

Gen. 1.

Aug.

Alber.

C

Alex.

Commendatur pater ex autoritate maiestatis.

Quo dicitur pater creare per filium.

D

elt:

est:quod apud se habeat rationes ideales, & exemplares rerum siendarum. Habeat,inquam,apud se in esse cognitoisecundum has producit, quæcunq; producit:ut cognoscens & rationabiliter operetur. quemadmodum dicit Philosophus 7.Metaph. Domus extra in re fit a domo intra in mente,quia domificator antequam constructat domum realem præconcipit in mente, qualiter partes domus componat,& ordinet:ut artificiosè cõstruatur. Cum autem filius procedit a patre per modum intellectus, quia ut uerbum patris,in quo tanquam in imagine perfectissima relucet, nedum omnis paternæ perfectio,sed omne creabile a Deo, propter quod secundum Aug. 15.de August. tri.c.13.uerbum generari dicitur:de scientia patris,uocaturq; ars patris omnipotentis. Ars plena rationum omnium uiuentium,secundum illud. Quod factum est,in ipso uita erat. Cum igitur pater summus artifex producit aliquid extra se:quia præconcipit per artem dicitur operari: & sic per filium, qui ars est patris. fit ita dicitur creare per filium'. Non tamen ut præpositio per,sit nota principij formalis producendi, quomodo ignis calefacit per calorem,& creatus artifex operatur per artem.Nam filius non est ars patris formaliter, sicut nec est sapientia patris formaliter. Non enim pater sapit sapientia genita:sed formaliter sua essentia:quæ est essentialis cognitio, sapientia,& ars patris. Siquidem nihil pater recipit a filio, sed omnia habet a semetipso.Nec creat per filium,ut per,sit nota causę instrumentalis, sicut sector lignorum secat per securim,sicut per instrumentum,quoniam filius nõ est instrumentum patris,quia non minor patre.Sed creat per filium,ut per, dicit principij identitatem consubstantialem, ut tantum sic dicere. Pater creat per filium tanquam per unum secum consubstantiale principium.Vnde nihil aliud est patrem creare per filium,quam patrem, & filium a se producta unum esse creaturæ effectuum principium unum.s.creatorem. Et licet uerissimè dicatur & pater creare per spiritumsanctum,quia pater & filius,& spiritussanctus sunt unus dominus, omnipotens creator, & omnium rerum finis, & principium, tamen ea, quæ ordinem habent ad intellectum, specialiter attribuuntur filio,sicut quæ habent ordinem ad uoluntatem, attribuuntur spiritui sancto, quia sicut filius a patre procedit per modum intellectus,ut uerbum, ita spiritussanctus procedit ab utroq; per modum uoluntatis,ut donum. ¶Sed diceres, ex illo sequeretur: ꝙ licet conuenienter E diceretur pater creare per filium,non tamen sanctificare, uiuificare,& benedicere,quia cum illa sint dona habentia ordinem ad uoluntatem, quia gratiosè & liberaliter donata attribui debent spiritui sancto:& sicut dicit creare per filium,dicatur sanctificare per spiritumsanctum. Ad hoc respondet, ꝙ proprie,& uerè dicitur pater sanctificare,uiuificare spiritualiter, & benedicere per spiritumsanctum:tamen nihilominus proprie, & ex alia causa id attribuitur filio. Nam quia filius solus est incarnatus,passus,& mortuus,ut humanum genus in Adam perditum, patri reconciliaret:factus est causa meritorij totius boni spiritualis:quod homini confertur ad salutem. Neq; unquam post lapsum Adæ alicui homini collata est gratia, nisi propter Christi passionem exhibitam,uel exhibendam,quam ut sic acceptauit tota trinitas tanquam meritum gratiæ conferendæ,secundum hoc igitur,quia Christus in assumpta humana natura meruit, ut nobis a patre gratia, sanctitas, spiritualis uita,& benedictio conferatur, conuenienter dicitur pater per filium sanctificare,uiuificare,& benedicere, & illo modo intelligendo per,nõ dicit identitatem principij consubstantialem; sed circunstantiam causæ meritoriæ. Qũo etiam dicimus patrem aliquid dare per sanctos.i. per merita sanctorum,non quod meritum sit causa,uel ratio præbens patri facultatem

operandi

operandi, ſicut calor igni præbet facultatem caleſaciendi, ſed quia eſt aliquod acceptum a patre in ordine ad collationem talis boni. Et illo modo patet, quòd pater non ſanctificat per ſpiritum ſanctum, quia ſpūſſanctus non eſt cauſa meritoria ſanctificationis noſtræ, ſicut nec filius ſecundum naturā diuinam, ſed ſecundum tantum eam, in qua ſatisfecit pro nobis, i. ſecundum naturam mortalem aſſumptam. ¶ Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi F
Deo patri omnipotenti in unitate ſpūſſancti, omnis honor, & gloria. Per omnia ſecula ſeculorum Amen. ¶ Hæc eſt ultima portiuncula, & concluſio canonis, in qua reducit ea, quę circa corporis Chriſti conſecrationem acta ſunt, in Chriſtum ex parte perſonarum in ſacramēto operantium, perſonarum ſanctiſſimæ trinitatis: unde dicitur. Per ipſum. Chriſtum. ſ. filium tuum: per quem hæc omnia quæ offerimus, creas, immo & totum mundum, & omnia, quæ in eo ſunt. Ipſe enim eſt uerbum per quod Iohanne teſtante Ioh. 1.
omnia facta ſunt, & apoſtolo ad Hebr. 1. per quem fecit & ſęcula. per quem Heb. 1.
opus humanæ redemptionis perfeciſti, & ruinam angelicam reſtauraſti. Per quem hæc oia bona: panem uinum & aquam creata ſanctificas, uiuificas, benedicis. i. das uirtutem purgandi, uiuificādi, glorificandi: & præſtas nobis ſanctificata, & tranſſubſtantiata, ut ſint nobis in ſubſidium purgationis, uiuificationis, & glorificationis. Per hunc quaſi per mediatorem. 1. Tim. 2. Mediator Dei, & hominē homo Chriſtus Ieſus. tibi honor & gloria. Omnes quidē 1. Tim. 2.
rationales creaturæ, & intellectuales, homines ſcilicet & angeli tibi canunt gloriam: te honorificant: quia tuum iſtum unigenitum dignatus es mittere, & opera tam glorioſa, tam magnifica exercere. Vnde ſupra in præfatione dicitur. Per quem Chriſtum dominum noſtrum, maieſtatem tuam laudant angeli, adorant dominationes &c. Et Paulus ad Ephe. 3. In Chriſto Ieſu domino noſtro fiduciam habet, & acceſſum ad patrem, ad quem flectit genua: ut Eph. 3.
ibi dicitur. Rurſus per ipſum mer fillum tuum Chriſtum tibi honor, & gloria, in miraculorum ſuorum operatione, in quibus per filium glorificatus eſt pater: ut expreſse habetur Ioh 9. in illuminatione cæci nati. & Iohan. 11. in Ioh. 9.
reſuſcitatione Lazari: cuius infirmitas non eſſe ad mortem, ſed a. gloriam Ioh. 11.
Dei Chriſtus ipſe aſſeruit. Idipſum de cæcitate illuminati diſcipulis quærentibus, quia peccauerit, ut cęcus naſceretur. Reſpondit. Nec mirū, qm̄ ipſe in
ſuis operibus gloriam ſuam nō q̄rit: ſed honorificat patrem. ¶ Sequitur. Et G
eum ipſo omnia. ſ. honor, & gloria: quia cū ipſo eſt tibi patri unum eſſe diuinum: per quod tecū eſt unus Deus: ipſo dicente. Ego, & pater unum ſum⁹. ſ. in eſſentia, quā per generationē te cōmunicante accepit. Pater inquit, quod dedit mihi maius eſt oībus: hoc eſt diuina eſſentia, qua maius nihil cogitari pōt. Eſt. n. ſecūdū Dam. pelagus infinitę ſubſtātiæ, q̄ quia indiuiſa eſt in filio: Damaſce.
merito cū ipſo eſt tibi honor, & gloria, quia tibi eſt coæqualis maieſtate, & potentia. Hinc apoſtolus. Qui cum in forma Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo. Eſt & coæqualis duratione, quia coæternus. Sicut dī in ſymbolo Athanaſij: una eſt diuinitas æqualis gloria, coæterna maieſtas. Quod ēt Prophęta innuit in perſona p̄ris loq̄ns. Ego hodie genui te. Hodie. i. in æternitate: ubi nihil futurū, nihil p̄teritum: ſed hodie continuū Phil. 2.
Vnde blaſphemantibus iudæis rndens dñs ait Iohan. 8. Antequam Abraam Ioh. 8.
fieret: ego ſum. ſemper eſt: quia immutabiliter eſt. Eſt & coæqualis beatificatione ſui: & omnium electorum. Sui: quia ex ſe naturaliter beatus: licet non a ſe eadem beatitudine, qua & p̄. Ioh. 5. Sicut p̄ habet uitam in ſemetipſo, Ioh. 5.
ſic dedit & filio habere uitam in ſemetipſo. Vna ſiquidem neceſſaria cognitio comprehenſiua ſummæ diuinæ naturæ: una eiuſdem æterna fruitio patris, & filij. Omnium electorum: quia in eius faciem omnes deſiderāt

prospicere angeli,& homines. Vnde & ipse ait. Hæc est uita æterna,ut ut-
Iob. 17. deant te patrem,& quem misisti Iesum Christum solum uerum Deum.Ioh.
17.Idcirco tibi patri cum ipso omnis honor,& gloria:cum quo operaris om-
Ioh 5. nia,cum ipso disponendo,& regendo per spiritum creatu.unde Ioh.5.Pater
meus usq; modo operatur & ego operor. Et sequitur. Quæcunq; ille facit,
H hæc & filius similiter facit. ¶ Sequitur. Et in ipso. est tibi honor, & gloria:
in quo tanquam in imagine, & immenso exemplari tuo relucet perfectissi-
me'.Ipse enim imago est Dei inuisibilis,primogenitus omnis creaturæ:quñ
in ipso condita sunt uniuersa in cœlis,& in terra,uisibilia, & inuisibilia,si-
ue throni,siue dominationes:siue principatus, siue potestates,omnia per ip-
sum,& in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constat.
Col.1. ad Col.1.Ipse est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, portans om-
Heb. 1. nia uerbo uirtutis suæ.ad Heb.1. In ipso perfectissimè repræsentaris. Vnde
Philippo petenti.Ostende nobis patrem,respondit. Philippe,qui uidet me:
Ioh.14. uidet & patrem.Ioh. 14. Nec solum tu pater in ipso reluces, sed & omnia,
quæ sunt in tua scientia.Nam & verbum est:& notitia omnium, quæ in pa-
Aug. terna memoria sunt declaratiua, ut B. Aug. In ipso.n.tanquam in speculo
limpidissimo teipsum, & omnium creaturarũ rationes intueris. Est.n.ema-
natio uirtutis,& claritatis omnipotentis Dei sincera.Candor lucis æternæ:
Sap 7. & speculum sine macula Dei maiestatis,& imago bonitatis illius.Sap 7. In
quo & beati oim,quorum uoluerint,facies contemplantur. In ipso quoq;
est tibi pater honor,& gloria tanquã in eo,in quo semper, & substantialiter
existis. Tu.n.in ipso,& ipse in te p circumincessionem admirabilem semp
existis,ipso dicente. Non credis inquit,Philippe:quia ego in patre,& pater
in me est:eam singulari,q̃ incomprehensibili inexistentiæ modo.A te.n.gen-
tus in identitate naturæ:nõ modo specifico sicut in ceteris generantibus, q̃
generant sibi simile in specie,sed in identitate numerali, & consubstantiali:
per quam ipse tecum unus est Deus,simplex,& uerus,cui totam tuam subst̃
tiam,& naturam omnemq; perfectionem communicasti: nec ab eo nisi pa-
ternitatis relatione disiungeris. Vnde & ait. Tu pater in me,& ego in te:ad-
Ioh. 17. huc autem in ipso est tibi honor,& gloria: & unum sumus. Ioh. 17. In illo
igitur,in quo semper es, in quo tibi bene complacuit:est tibi honor,& glo-
Alex. ria,tanquam in fine,in quo omnia consummas,secundũ Alex. Vnde Apoc.
Apoc. 1. 1. Ego sum alpha & o: principium, & finis. Per ipsum ergo per quem oĩa
creas,& cum ipso,cum quo creata gubernas, & in ipso, in quo oĩa consum-
mas:est tibi omnis honor,& gloria,cum tradiderit regnũ Deo patri. 1. Cor.
1.Cor. 15. 15.Et subiectus erit illi,qui tibi subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omni-
bus.Tunc per filium erit patri omnis honor,& gloria,nunc quidem est patri
honor,& gloria per filium:sed non oĩs,donec post consummationem:sicut a
patre ad filium,sic a filio hæreditas reuertat ad patrẽ:propter quod dr,in ip-
so est omnis honor,& gloria,quia tunc reuelabitur a filio pater, quia quod
I modo creditur,tunc per speciem, & manifestationem claresceet, ut habetur
in glo.loco alleg. ¶ Sequitur.Est tibi Deo,non participatiuè, aut nuncupa-
tiuè,aut usurpatiuè quomodo homines, & dęmones dij appellantur,ut ibi.
Omnes dij gentium dęmonia. Et iterum quos exæcauit Deus huius sęculi.
2.Cor.4. 2.Cor.4 Item ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes.Psal.81. Sed tibi Deo
Psal. 81. uiuo,& uero p naturã,& essentiam simpliciter infinitam. Psi non tñ honore,
cura,& uenerabilitate:qualiter hoies maiores,& præstantiores patres ap-
pellamus,sed tibi pſi p naturam,& originem, qua tibi uerè, & propriſſime
Isa.66. conuenit generatio.Vnde dixisti.Nunquid ego,qui generationem aliis tri-
buo,sterilis remanebo.Abs te,inquam,patre, a quo omnis paternitas in cę-

Quo Deus dicitur pater.

lo,&

lo,& in terra nominatur ad Ephe. 3. Tum enim unica,& uera es omnium origo,& principium.Omnipotenti. & secundum uirtutis, & uigoris infinitatem,& secundum autoritatis liberam, & uniuersalem potestatem, secundum quam singulis ad nutum dominaris, omnia habens in tua dictione. Hester 13 cui subest,cum uolueris posse. Sap.12 Nam omnia,quæcunq; uoluisti,fecisti in cœlo,& in terra,in mari,& in omnibus abyssis. Psal.134. Solus potens rex regum,& dominus dominantium. 1. Tim.6. Omnia.n.quæcunq; uoluerit,faciet,& sermo illius potestate plenus est.Nec dicere ei quisquam, potest quare ita facis.Eccl.8 Nam potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius a generatione,in generationem. Daniel. 4. Tibi omnis honor,q' præstantissime' est uirtutis:immo essentialiter uirtus.Tibi omnis gloria:quia claritas tuæ uirtutis super omnes emicuit, propter quod merito omnis tibi gloria exhibetur,& clara tui cum laude notitia omnibus prædicatur. In unitate spiritussancti.i.communione spiritussancti,qui amor est,& nexus patris, & filij:in quo communicãt tanquã in uno communi dono ab utroq; procedente.Procedit nanq; spiritussanctus a patre,& filio,tanquam amor infinitus ex infinita,& secunda utriusq; patris,& filij uoluntate.Quæ quia est una oĩbus modis in patre,& filio, spiritussanctus tanquam amor cõmunis ab utroque procedit tanquam ab uno spiratore, & principio. In ipso igitur communicant tanquam in communi producto. Vel in unitate spiritussancti.i. in identitate essentiali spiritussancti. Quamuis enim spiritussanctus persona aliter sit a patre,filioq; distinctus,est tamen idem sibi essentialiter. Vna quidẽ est eis cõmunis essentia:qua pater filius, & spiritussanctus unus sunt Deus. In hac ergo unitate essentiæ,& identitate cum spiritussancto est tibi patri,cũ ipso,in ipso,& per ipsum filium.Omnis honor,& gloria: quia in hac unitate essentiæ ex deus unus,cui soli,ut ait apostolus. 2.ad Tim.ult.Gloria,& honor in secula seculorum. Hic Deus,ut Aug. ait,est deus trinitas,qui hic exprimitur in uerbis expositis.Cum dicitur.Tibi deo patri,in quo nominatur prima persona.s.pater,quo totus diuinitatis:ut Diony.dicit,est principium, per ipsum,& cum ipso,& in ipso,secunda persona a solo patre genita: patri omnimodẽ æqualis,& consubstãtialis. In unitate spiritussancti,exprimitur tertia persona a solo patre,& filio spirata. In identitate essentiæ consubstãtialis ambobus patri,& filio. Tibi igitur Deo patri,cum ipso.s.filio:unitate spiritussancti.i.una cũ spiritussancto honor,& gloria.Contra omnes hæreticos filio, & spiritusancto detrahentes.Contra quos B. Hiero. ut in singulis psalmis diceretur. Gloria patri,& filio,& spiritusancto, sicut erat in principio & nunc & semper,& in secula seculorũ amen,apostolicam autoritatem interpellauit.unde ad Damasum Papam scribens epistola 4 ita ait.Istud carmen laudis,haud dubium,quin gloria pri &c.usq; amen. omni psalmo coniungi peipias,ut fides. 118. Episcoporum Niceni Concilij, & nostro ore patri consortio declaretur.ubi deus,& homo honorabili uoce prædicatur. ¶ Concluditur oratio per omnia secula sæculorũ.i.per oẽs mundi ætates, qua secula possunt appellari.Nã seculum,& seculum p sincopã,quodlibet tempus accipitur aliquantulum longum,a sequor dictum, eo p tps, tempus sequatur. Licet secundum quosdam spacium 110 annorum importet, ut dicit Ianuen sis,unde secula seculorum.i.omni tempore,uel ęternaliter.Siquidem in omni tempore fuit honor,& gloria deo. In exordio quidem mundi Deum laudabant,& glorificabãt astra matutina. angelicę.s.uirtutes,& per descensum seculorum sanctorum patres Patriarchæ,& Prophetæ, Apostoli,Martyres, Confessores,Virgines,& oẽs dei athletæ, quibus suam præsentiam pollicitus est Christus dei filius usq; ad consummationem seculorum, quibus om-

Eph. 3.
Hester. 13
Sap. 12.
Psal. 134.
Timo 6.
Eccl. 8.
Daniel 4.
2. ad Ti. ult. Aug.

Quis instituere dicendum in fine ptal. gloria patri, & filio, & quæ.

K

nibus usque tunc glorificabitur, & laudabitur Deus trinitas. Vnde dixit Propheta. In secula seculorum, laudabunt te. i æternaliter. Siquidem ante mundi constitutionem, & cuiuscunq; creaturæ honor fuit, & gloria in personis summa paritate sibijnuicem congaudentibus. Fuitq; æternaliter ante omnem creaturã summe glorificanda, & honoranda altissima dei maiestas. In illa superbenedicta trinitate, vbi est summe clara cum laude, infinita, & comprehensiua suæ perfectionis notitia. Vnde ibi est Deo in se, & a se summa honoris gloria. Glorificat. n. patrem filius, glorificat utrũq; spũssanctus, & uiceuersa quælibet diuina persona reliquã, quia quælibet clariſſimam perfectionis cuilibet infinite infinitam habet cũ laude notitiam. Fuit. n. (verius est, & semper est) ante omnem creaturam, summe honorificanda, & laudanda, & glorificanda illa infinita maiestas nec ab alia condigna, quam a seipsa, cũ nullius creaturæ notitia commensurabilis sit substantiæ infinitæ. Nihil quidem iste summę, & beatificæ societati defuit. Vnde per creaturæ constitutionem magis reddet honoranda: nec aliquid gloriæ ex creatura accreuit.

I Ipsa sola est sibipsi sufficiẽs honor, & gloria ab æterno, & in secula seculorũ. ℣ Respondet chorus, uel minister, Amen. qđ in ꝓposito aduerbiũ est affirmãdi. Etiam, seu verũ est. Non verbũ defectiuum, ualẽs trãsferre. Nihil. n. hic fieri petit, uel optatur, quod nondũ est: sed honorem, & gloriam, q̃ æternaliter est trinitati sacerdos sacrificans fideliter confitetur, cui circũstans fideliũ turba consonans, & ipsam confessionem, ac gratarum actionẽ approbans credet, amen. i. verũ est, ꝙ per ipsum Xp̃m tibi omnipotẽti pr̃i in unitate spũs sancti, est ois honor, & gloria, p omnia secula seculorũ. Sic itaq; ꝓfectis omnibus, q̃ ad sacrũ supercelestis & diuinissimi consecrationem, & ad sacrificiũ per sacerdotẽ quidem min sterialiter: per patrem aũt cum filio in unitate spiritussancti operantem principaliter ptinent: canonis institutor in hac gratiarum actione, & pro hoc immenso Dei beneficio nobis peccatoribus indigniſſimis exhibito, sed & pro essentiali sua gloria a creaturis oĩbus magnificanda, & perpetuò collaudanda canonem duxerat concludendũ. Cui & nos pro qualicũq; eiusdem canonis expositione, per me deficienter foris exhibita grãs possibiles, & deuotissimas referamus, agnoscentes fideliter, quicquid uerum, quicquid dignum, quicquid salutare sonuit, non meum sed illius esse, a quo omne uerum, omne sanctum, & omne bonum, atq; datum optimũ est. Si quid uerò erroneũ, si minus clariũ si tanto incõprehensibili, & admirabili sacro indignum personuit, meũ esse palam confiteor: cuius remissionẽ, ut apud misericordẽ dñm se nobis ex nimia, indebitaq; charitate in hoc sacramento communicantem, ac iterum, atque iterum pro nobis misericordi patri offerentem, obtinere merear: ueſtrarum orationum patres, & magistri, & fratres suffragia imploro suppliciter, & requiro. ℣ Nunc addenda

M est expositio mysteriorum in gestis, signis, & ritibus sacerdotis prolata in altari proferentis latentium. In primis cum post suffragia defunctis petita, ad uiuos rediens dicit. Nobis quoque peccatoribus: uocem exaltat: & pectus tundit, quo aliud significatur secundum allegoriam: aliud secundum tropologiam. Secundum allegoriam uocem exaltat silentium interrumpens secundum Innocent. & Alexand. quo repræsentat confessionem, & contritionem latronis in illo domini ex passionis articulo increpantis alterum, & dicentis. Nos quidem digna factis recipimus: hic uerò nihil mali gessit. Desideransque consortium beatorum, pro quo sacerdos petit in ipsa oratione: dicebat ad Iesum. Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Luc. 23. Vel secundũ eosdẽ, ꝙ exultationẽ uocis, & tũsionẽ pectoris exprimit, ꝙ Cẽturio, & qui cum ipso erant, uisis his,

Amen quid significet.

Expositio mysteriorũ in gestibus, signis, & ritibus sacerdotis.

Innocen.

Luc. 23.

quæ

quæ fiebant Christo in cruce pendẽte, timuerunt ualde dicẽtes. Vere filius Dei erat iste. Matth. 27. & Luc. 23. dicitur. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deũ dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorũ, qui simul aderant ad spectaculum istud uidebant, quæ fiebant, percutientes pectora sua reuerrebantur. Secundũ Albertum uerò per tropologiam. Tũsio pectoris per hoc: ꝙ est ictus afflictionẽ inferens significat satisfactionis laborem, qui necessarius est ad obtinendum participationem cũ sanctis, quæ petit. Per hoc aũt: ꝙ sonus tũsionis est cum sono vocis: significat confessionem eorum, quæ in pectore latent: per hoc, ꝙ fit cum gemitu, significat contritionis compunctionem, quæ etiam necessaria est, ut consortium cum sanctis impetretur. Nihil. n. inquinatum in hoc sanctũ, & diuinũ consortium potest introire. Apoc. 21. Fit aũt hæc tũsio tribus digitis ultimis: qa pollex, & index separati non debent propter reuerentiam sacri post contactum eius usq; ad communionem, ne forte si quid de hostia digitis adhæreret per contactum alterius corporis a digitis decideret: & ita irreuerentia fieret sacro, ut sic se tripliciter peccasse exprimat: corde, ore, & opere. ꝙ Dum uerò sacerdos profert hæc uerba Sanctificas, viuificas, benedicis, tres formar cruces coniunctim super hostiam, & calicem. Deinde quinque cruces in uerbis per ipsum &c. quæ a diuersis diuersimode exponuntur. Nec mirum, qa in hoc sacratissimo mysterio, mysteria multiplicia includuntur. Sequendo tamen in primis btm Thom. in par. 3. q. 83. arti. 5. conformiter ad prædicta lectio. 21. & 54. vbi dictum est: ꝙ per cruces importatur passio Christi: & per eas, quæ præcedunt consecrationem, ea significantur, quæ passus est ante ligni affixionem: per cruces, quæ postea fiunt: ea, quæ passus est; aut egit in ligno crucis, & post depositionem. Et secundum hoc dictum est, ꝙ quinque cruces factæ in uerbis. Hostiam puram &c. designant quinque uulnera Christi in sua affixione, & lanceatione passa: & in tribus crucibus in his uerbis. Corpus, & sanguinem, repræsentatur corporis extensio, sanguinis effusio, & passionis fructificatio. Hunc ordinem prosequendo fit hic in uerbis. Sanctificas &c. sexta crucis signatio: qua fiunt tres cruces super calicem, & hostiam coniunctim in uerbis. Sanctificas, uiuificas, benedicis: per quæ significatur triplex oratio, quam Christus fecit in cruce. Prima, quam fecit pro suis persecutoribus, cum dixit. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Secunda, quam fecit pro liberatione a morte, cum dixit. Deus meus, Deus meus: ut quid dereliquisti me. Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cum ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Rursus septima signatio fit secundum eundem, tribus crucibus cum hostia super calicem discoopertum cum his verbis. Per ipsum, cum ipso, & in ipso: ad repræsentandum tres horas, quibus pependit in cruce. s. a sexta hora usq; ad nonam. Octaua signatio continuẽ subsequitur septimam: cum sacramento panis extra calicem, vel in latere calicis factam cum duabus crucibus in verbis: Et tibi Deo patri omnipotenti, in unitate spiritussancti. Quibus signatur separatio animæ a corpore in morte domini. Licet enim in Christo tres sint substantiæ. s. diuinitatis animæ, & corporis, tamen solum duæ fuerunt in morte ab inuicem separatæ, scilicet anima a corpore. Diuinitas uerò a neutra fuit separata, sed vnita fuit carni in sepulchro: etiam animæ in inferno. Istum tamen ordinem non per omnia seruant Innocent. & post eum Alexander. vnde secundum eos: quia sexta feria passus est dominus: & crucifixus hora tertia linguis iudęorũ. Mar. 15. Hora sexta manibus gẽtiliũ. Ioh. 19. Et circa horã nonã inclinato capite emisit spiritum. Ibidem. Ad significandum primam crucifixionem: linguis iudęorum hora tertia clamantium. Crucifige, crucifige: fiunt tres cruces

Matth. 27. Luc. 23.

Apoc. 21.

Innocen. Mar. 15. Ioh. 19.

Cur tres cruces, ut postea quinq;

N

in sexta signatione. Secunda, quæ est post interuallum horarum trium, facta est militum gentilium manibus, designatur in septima signatione: quæ iterum fit tribus crucibus. Diuisio uerò corporis, & animæ facta in hora nona mortis Christi, significatur octaua signatione sicut supradictum est. Et illas duas cruces secundum Alex. facit sacerdos cum corpore Christi manu ad se conuersa, quo significatur, quòd mortem, quam Christus sustinuit, quę per illas duas cruces significatur, sustinuit pro nobis. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis. ¶ Vel aliter, tres cruces septimæ signationis, significant tres Christi cruciatus: quos ipse in cruce sustinuit, passionem, propassionem, & compassionem. passionem in corpore, propassionem in mente: compassionem in corde. De passione in corpore dicit Prophera Tren. 1. O nos omnes, qui transitis per uiam: attendite, & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Item foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Psal. 21. de propassione mentis. Mat. 26. Cepit Iesus contristari, & mœstus esse dicens. Tristis est anima mea usq; ad mortem. De compassione cordis orauit pro crucifixoribus suis. Pater inquit, ignosce illis &c. De passione, & propassione loquitur Hierony. super illud Matth. Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Vt ueritatem inquit, probaret assumpti hominis, uere contristatus est: sed non passio eius dominatur animo, uerum propassio est. Quæ tractans magister lib. 3. sententiarum dist. 15. dicit. Afficitur quis interdum timore, uel tristitia, ita ut mentis intellectus non inde moueatur a rectitudine, uel dei contemplatione, & tunc propassio est: aliquando uerò mouetur, & turbatur, & tunc passio est. Hæc magister. Passio ergo, & propassio ut distinguuntur: affectiones mentis sunt non corporis. Non ergo fuit passio illa, quæ contra propassionem condiuiditur: hoc est affectio mentem deordinans, sed fuit in eo passio, quæ est dolor corporis, & propassio, quæ est tristitia mentis, non tamen deordinans mentem. Et ideo non habuit mentis passionem. ¶ Facit autem tres cruces illas cum corpore Christi super calicem: quia Christus sustinuit huiusmodi cruciatus, qui per calicem significantur: uoluntarie. Esa. 53. Oblatus est: quia ipse uoluit. Quod uerò hostia superfertur calici: significatur, q; Christus non fuit deiectus inuoluntaria passione, sed mentis complacentia superferebat. Vel significatur per hoc sublimatio Christi per passionis obedientiam ad Phil. 2. Factus est obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum &c. Duę uerò cruces, quæ fiunt in latere: significant duo sacramenta, quæ de latere Christi fluxerunt. s. aqua regenerationis, & sanguis redemptionis. Ioh. 19. Vnus militum lãcea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Vnde quidam in horum duorum signorum fine, tangunt calicem cum hostia, per quod percussio lateris Christi cũ lancea designat. Secundum dñm Albertum fiunt tres cruces in sexta signatione, ad significandum, q; omnia creata, & recreata sanctificantur, uiuificantur, & benedicuntur in uirtute crucifixionis, & passionis Christi. ¶ Sed quærit hic Alex. Cur in prolatione huius uerbi, creas, non fit crucis signatio: sicut in prolatione sequentium uerborum. Sanctificas, uiuificas, benedicis. Respondet. Signatio crucis, indicium est dominicæ passionis. Creatio autem hominis non est causa passionis domini, sed lapsus hominis reparandus: & ideo in uerbo creas, non fit signatio crucis. Præterea licet homo ex prima conditione naturali ratione polleret, & gauderet arbitrij libertate, non tñ habebat, unde poterat meritũ ꝓficere. Posse aũt meritũ ꝓficere habet homo ex gr̃a sacramentali, & uirtute crucis, siue passionis dñi. In signũ ergo huius defectus nõ efficitur crux a sacerdote: cum dicit. Omnia bona creas.

Alex. 1. Pet. 3.

O

Quę Xp̃s in cruce sustinuerit passionem, propassionẽ, & compassionem.

Hierony.

Isa. 53.

Philip. 2.

Iohan. 19.

Alex.

Cur in uerbo creas, nõ fit signatio crucis.

Adhuc

Adhuc dicit. Alex. de ultimis quinque crucibus in uerbis. Per ipsum &c. Licet secũdũ usum Romanæ Eccl. tres cruces cum Hostia primò fiant supra Calicem, deducendo Hostiã a labio calicis ad labium, & duæ ultimæ iuxta latus calicis. i. inter calicem, & sacerdotem, aliter cñ fiunt secũdum usum quarundam ecclesiarũ, secundum quem prima crux ex omni parte ultra calicẽ protenditᷣ, secunda calici coęquatᷣ, tertia inter calicẽ coarctatᷣ, quarta eadem est cũ prima, quinta ante calicem protrahitᷣ. Per primã crucem significatur passionis Xp̃i diuturnitas: per secundã integritas, per tertiã acerbitas, siue intimitas. Diuturna. n. fuit passio Christi. Non. n. incepit die mortis eius, sed in circũcisione: qñ arram dedit redemptionis nostræ. Lu. 2. Et post continue in paupertate, & labore uitam ducebat. Psal. Pauper sum ego, & in laboribꝰ a iuuentute mea. Integra fuit, quia totum corpus circumquaq; patiebatur Iob 16. Circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos. Non pepercit, & effudit in terra uiscera mea. Concidit me uulnere super uulnus. Acerba fuit pertingens usq; ad interiora aiæ, & spũs. Psal. Intraverunt aquę usq; ad animam meam. Aquæ innũdationes pœnarum sunt. Per quartã crucem, quæ est eiusdem dimensionis cum prima: significat sufficientia efficaciæ passionis. Per quintam significat profectus sufficientiæ. Sufficiens. n. fuit redemptioni omnium, nõ tñ profuit nisi redemptis fidelibus, ut dicit Bernar. ℣ Item dum hę cruces formandæ sunt, sacerdos corporalem, uel custodiam desuper calicem remouet in signum, ℣ illud, quod de Xp̃o fuit significatum sed clausum, erat in passione reuelatum. Tunc uerificatum fuit illud Hier. 31. Cognoscent me omnes a minimo usq; ad maximum in cuius rei signum uelum templi scissum est a summo usq; deorsum. Mat. 27. Deinde sacerdos tenet corpus dñi super calicem, & parum eleuato calice cum ambabus manibus dicit. Per oĩa sęcula sęculorũ. Et dicendo. Oremus, reponit eũ in loco suo super corporale. Et dicendo. Per oĩa sęcula sęculorũ, exaltat uocẽ interrumpendo silentium. Ad literam, ut chorus, populus, uel minister audiens, rñdeat Amen. Quo per mysterium designatur, ℣ Xp̃s clamans uoce magna emisit spm̃. Vel secundum alios. ℣ Centurio magna uoce pronunciauit. Vere filius Dei erat iste, ℣ chorus rñdet amen, signũ est lamentationis mulierum, quæ Xp̃m sequebantur flentes dominum. Depositio uerò hostię super pallam corporalis, signũ est inuolutionis corporis domini de cruce depositi in sindone munda, factę per Nicodemum, & Ioseph de Arimathia, sepelientes dñm in monumento nouo, in quo nondũ quisq̃ positus fuerat. Deinde tegit calicem corporali, uel custodia, in signum occultationis ueritatis, quæ futura est maxime' tpe Antichristi: quod & Esa. 6. figuratum est, ubi legitur, ℣ duabus alis Seraphin uelabant caput, & duabus uelabant pedes, & duabus uolabant. In capite principium, in pedibus finis intelligitur. In principio igitur ecclesiæ ante Xp̃i aduentũ, uelata fuerunt, quæ de eo fuerant reuelata. Alæ uelantes caput fuerunt figuræ legis naturę, pariter legis scriptæ. i. Moysi. Alæ uelantes pedes, signant, ℣ in fine tpe Antichristi erit occultatio credendorum, & agendorum: quando regnabit error falsitatis, & libido improbitatis. Duabus alis uolabant. In uolatu alæ extenduntur, & elongantur a corpore, nec corpus tegunt. Vnde uolatu Seraphin, significatur processus ad manifestationem, quo significatur manifestatio ueritatis significatorum de Christo tempore medio. i. tempore passionis. Et tantum de his misterijs.

Luc. 2.

Iob 16.

Psal.

Q

Hie. 31.

Matth. 27.

Esa. 6.

¶ Explicit canon.

EVCHARISTIAE COMMVNIO: ET PARS secunda expositionis canonis incipit.

DE PRAEPARATIONE AD orationem dominicam.

LECTIO LXI.

A

MPerscrutabilis diuinæ charitatis altitudo, quæ etsi se nobis peccatoribus manifestare dignata est in filij summi patris incarnatione, qua ad nostra descendit infima: ut nos ad sua sublimia exaltaret. Nam & supra modum benigna ineffabilis trinitas in una personarum suarum (ait Dionysi.ca. 1.de diuin.no.) infirma nostra integrè, uerissimeque suscepit, ad seipsam reuocans, & astringés infirmitatem nostram, simplex Iesus, æternusq; tẽporales subijt metas, atq; intra naturę nostræ terminos venit, qui omnem, totius naturæ ordinem excedit. Nam qui origini humanæ multum dedit, ꝙ nos ad imaginem suam fecit reparationi nostræ longe amplius tribuit, cum seruili formæ ipse se dominus coaptauit. Sic enim ait Leo. In Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad errantes ueritas, ipsa ad mortuos uita descendit. Nec modo descendit: sed & morte sua, quam pro nobis subijt, ęternę mortis uincula, quibus tenebamur dirupit. Siquidẽ post illã humanæ ꝓuaricationis primam, & Rom. 5. uniuersalẽ ruinã, ex qua ꝓ unum hoiem peccatũ intrauit in hunc mundum, & ꝓ peccatũ mors, & ita in oẽs hoies pertrãsijt: nã in eo oẽs peccauerunt, nemo diaboli dñationem, nemo uincula diræ captiuitatis euaderet. Nec cuiq; aut reconciliatio ad uitã: aut reditus pateret ad uitã, nisi coæternus patri Deo filius, etiã hois esse dignaret filius, ueniẽs ꝙrere, & saluare, qđ perierat, ut sicut mors per Adã, ita ꝓ dñm nr̃m Iesum Xp̃m esset resurrectio mortuorum: quod manifestissimũ nimiæ dilectionis nosc̃itur esse signum. Maiorem charitatẽ nemo hẽt inquit, ipse saluator, q̃ ut aĩam suã ponat quis pro amicis suis. Ioh. 15. Sed maiorẽ ipse habuit. Cõmendauit.n. charitatẽ suã Deus in nobis, ait Apostolus, quia cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius. ad Ro. 5. Ecce apertissimã summæ charitatis exhibitionem. Nec tñ satis uisum est inexhausto pietatis fonti, ut nr̃a assumens frater noster fieret excelsus oium creator: lapsorum sufficientissimus reparator, nisi etiã nr̃a ut ita loquar, fieret factura, dũ in hoc mirabili sacr̃o sacerdotum ministerio, suã nobis exhibet præsentiã sub sacramentis specierum symbolis panis, uiniq; substantia, in corpus suum, & sanguinem conuersa, &

B

substantialiter transformata. ꝙ O uiuificum, & admirabile sacramentum: quo corporali Dei præsentia fruimur, quo cæli ambitum excedentem, lucemq; inaccessibilem inhabitantem, breuissima specierum formula cohibitum oculis corporeis contemplamur. O perfectum, & magnificum donum, quod principalem condecuit munificentiam, quo sic se totum nobis effudit: ut nil sibi retineret in corpore anima deitate. Vere elenata est magnificentia tua super cœlos. Nam quicquid in cœlo fuit gratiæ, & gloriæ, liberalitate ineffabili contulisti. Et hoc quidem donum uerbis sacri canonis, quę Deo duce utcumq; exposuimus, consecramus, conficimus, contrectamus, ut liceat dicere illud 1. Ioh. 1. Quod fuit ab initio, qđ audiuimus, quod uidimus oculis nr̃is, qđ perspeximus, & manus nr̃æ contrectauerunt de uerbo uitę, &

Expositio, & continuatio textus.

uita

uita manifesta est: & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Quod uidimus, & audiuimus annunciamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum, & ut societas nostra sit cũ patre, & filio eius Iesu Christo. Quis fratres tantæ charitatis magnificentiã nõ miretur? Quis non toto hilaritatis affectu suscipiet? Quis ad tantæ societatis patris, & filij consortium non aspiret? Reuera admiranda, stupendaq; sunt hæc excellentissima dei bona. ¶ Sed si quod superest: B attentius conspexerimus, quo nos perducet incomprehensibilis excellentioris modi donationis admiratio, quo inquis, quæso? Non suffecit summæ liberalitati se nobis dedisse in peregrinationis comitem, & socium nobiscum in hoc eucharistiæ sacramento secundum nomen suum omnem in se gratiã continẽte, nisi in eo se traderet famescentibus in edulium uegetans ad uitã æternam. In uiaticum confortans nos ad perficiendam huius exilij uiam, & in pignus æternæ salutis, & omnis sanctitatis, & cõmunionis summam. Hoc est, quod, propheta post laudes prioris doni decantatas expectabat (alias expetebat) Magnificentiam glorię tuæ loquentur (inquit) & mirabilia tua narrabunt. Sed adhuc donum diuini expectans alimenti addit. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das illis escam in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Ps. 144. quasi dicere: quicquid hactenus dedisti parum est, adhuc inedia destituti expectamus omnes, donec largam manum magnificentiæ aperiens: nosq; omnes adhuc animales: dono, quo teipsum dare digneris in escam satiando, omni impleas benedictione. Et ecce factum est. Disposuit rex noster Salomon pacificus mensam cum cibis, & propositionis panibus, quos uidẽs regina Saba, ecclesię ex gentibus collectæ figura, admirata est, & præ stupore non remansit in ea spiritus. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. Hoc conuiuium grande, quod Asuerus beatitudo nostra, in coniunctione Hester, quæ est ex populis eleuata, parari iussit supermagnificum cunctis principibus, & seruis suis, quo dedit requiem uniuersis prouincijs, ac dona largitus est: iuxta magnificentiam principalem. Magna equidem dona in hoc conuiuio ecclesiæ suæ Christus dedit corpus, uidelicet suum in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium, deitatem in condimentum liberaliter exhibendo. Hoc phase, quod celebrauit Ezechias rex: ad cuius perficiendum mysterium sanctificata est sacerdotum plurima multitudo, & omnis terra iuda dominum fideliter confitẽtiũ hilaritate perfusa est, tam sacerdotũ, & leuitarũ, quã uniuersæ frequẽtiæ, quæ uenit ex Israel. i. tota frequentia Xpãni populi, cõicans huic dono dñi Iesu Xpi. Hoc. n. panis confirmans, & uinũ lętificans cor hois: ac cibus ligni uitę, quo qui digne uescitur, morte uidere nõ poterit in æternũ. Ad cuius sumptionẽ fructuosissimã, quę superest pars officij disponit. ¶ Postquã .m. sacratissimũ altaris officiũ, quod missa dicitur, in prima sui parte præmisit C præparationẽ populi, & offerendorũ, quæ dicitur missa cathecuminorũ. Et in secunda, quæ canõ dicitur, subiunxit consecrationẽ oblatorũ. In hac tertia parte, quæ cõio recte nominat, pcedit ad participationẽ cõsecratorũ. In prima parte populus illuminat, & materia idonea altari pñtatur. In secũda forma tradit, qua eucharistia cõficitur, & sũmo patri offert. In tertia, & finali psũptionẽ sacri, fructũ eius cũ bñdictionis plenitudine pcipit. Diuidit aũt hęc pars secũdũ Diony. c. 3. de ecclesiastica hier. in tres partes. In prima ad sacrã eucharistiæ sumptionẽ cũ exhortatione præmittitur. In secunda cõio ipsa sumitur, & dispensatur. In tertia cũ gratiarũ relatione finis mysterijs imponitur. Secunda ibi. P. e. d. n. Tertia in antiphona, quæ post communionẽ dicitur secũdũ officiorũ diuersitatẽ uariat. Et qa ad dignã tãti mysterij participa-

Pſal. 144.

3. Reg. 10. Paral. 11. Hester. 1.

2. Paralipo 30.

Quę sit missa cathecuminorum.

tionem

tionem ex nobis exurgere non ualemus. Dominus enim est, qui operatur
Phil. 2. in nobis uelle, & proficere pro bona uoluntate. ad Phil. 2. Neq; enim sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex deo est, qui fecit nos idoneos ministros no. te. in huius sacramenti
2. Cor. 3. institutione inchoati. 2. ad Cor. 3. Ideo hanc a domino orationibus obtinere oportet. Præmittit igitur in primis exhortationem ad orandum misericordem, & clementissimum patrem. Secundò ponit ipsam orationem ibi. Pater noster. ¶ Circa primum dicit. ¶ Oremus præceptis salutaribus moniti: & diuina institutione formati audemus dicere. Pano cœlestiũ cõfecto, stans ad aram sacerdos alta uoce prænonet omnes petere hunc panem dicens. Oremus. Attendens, ꝙ in patrum desiderio ante dudum est desideratus, quamuis nullus esset, qui & esurientibus dare, & frangere posset
Treno. 4. Hinc Trenorum. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Hic autem modo iperatur a domino benignitate, ꝙ suis quidem uiribus, sed sacerdotis manibus frangatur, & distribuatur unicuiq;, secundum ꝙ oportet. Et ideo ad excitandum hoc desiderium: sacerdos exaltat uocem in hac oratione: duo circa hoc faciens. Excitat enim desiderium ad petendum panẽ cælestem dicens in communi. Oremus. Deinde ad temeritatis excusationẽ, & præsumptionis allegat salutaria orandi monita, & præcepta, ac circa orandi modum diuinæ institutionis institutа. Cum enim ut præmissum est in prohemio, multa requirantur ad fructuosam huius cælestis alimoniæ manducationẽ, ne cibus uitæ cõuertatur in cibum mortis, siquidem de eo in prosa canitur. Mors est malis, uita bonis. opus est ut oremus, ne cibus uitę nobis uertatur in cibum mortis, & cibus salutaris propter nostram indispositionem fiat nobis exitialis. Indigne enim manducantes iudicium sibi manducant, & bibunt, facti rei corporis, & sanguinis domini ut dicit apostolus.
1. Cor. 11. 1. Cor. 11. ¶ Inter requisita ad digne communicandum numeratur oratio, Oratio inter requisita ad digne communicanda.
D supra lect. 13. Ad orandum autem præceptis monemur utriusq; testamenti, noui, & ueteris, euangelicis, & apostolicis, ideo subiungit, præceptis. Vnde
2. Paral. 20. 2 Paral. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habeamus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te: haud dubium; quin in oratione.
Tob. 4. Item Tob. 4. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo: ut uias tuas dirigat: & omnia consilia tua in ipso permaneant, Eccle. 18. Non impediaris orare semper, quoniam merces dei manet in æternum. Monemur & pre-
Eccle. 18. ceptis euangelicis Lu. 18. semper orare, & non deficere. Et apostolicis. un.
Lu. 18. de. 1. Thes. ulti. Sine intermissione orate. Item ad Heb. 4. Adeamus cum
1. Thes. ult. fiducia ad thronum gratiæ dei, ut misericordiam consequamur, & gratiam in
Heb. 4. ueniamur in auxilio opportuno. Tota scriptura huiusmodi præceptis, & monitis plena est. ¶ Additur, Salutaribus. quia scripturæ præcepta ad
2. ad Tim. 4. utilia, & ea, quæ salutis sunt, diriguntur. unde. 2. ad Timo. 4. Omnis doctrina diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendũ, ad erudiendũ in iustitia, ut perfectus sit hõ dei ad oẽ opus bonũ instructus. Salutaria igitur sunt monita, & utilia præcepta inducentia ad orandũ, quibus inuigilandum est, ne contemnentes tam salubrem exhortationem
Grego. dei beneficio reddamur indigni. iuxta illud beati Greg. 10. moral. Dignum profecto est, ut ab eius beneficijs quisquis sit extraneus, cuius iussionibus non uult esse subiectus. Sed cum monere, & præcipere contrarias habent conditiones, præceptum enim uim habet obligatiuam, monitio uerò tantũ inductiuam, & exhortatiuam, cur hęc simul iunguntur, cum dicit. Præ-
Alex. ceptis salutaribus moniti. Respondet Alexan. parte. 4. q. 37. ꝙ doctrina orandi, & præsertim huius orationis, ad quam inducimur, Christi est, qui ma-

gister

gister est,& dominus Ioh. 13. Vos uocatis me magister,& domine,& bene dicitis:sum etenim. Domini autem est præcipere, & instituere. Magistri monere,& instruere:ut illa duplex auctoritas insinuaretur, dominationes scilicet & magisterij copulatur hic institutio,& præceptum, & monitio. Præterea dicit Alex. Monitio domini,licet non importet obligationem necessitatis,sicut illud,quod est præceptum simpliciter, importat tamen obligationem reuerentiæ, ut sicut ob necessitatem salutis acquirendæ incumbit exequi id,quod præceptum est, sic ob reuerentiam domini monentis incumbit exequi,quod monet. Monita enim hic dicuntur præcepta. ¶ Sequitur. Et diuina institutione formati.i.firmiter eruditi.quid scilicet,& qualiter orare debeamus. Hoc enim nescit mortalis imbecillitas, nisi doceatur. unde ad Rom. 8. dicitur. Quid oremus sicut oportet,nescimus. Vnde & filij Zebedæi in petitione reprehensi sunt,quia nō rectæ petierūt, dicente eis Christo. Nescitis,quid petatis Mat. 20. Et Iaco. 4. Petitis,& non accipitis eo; q male petatis. Eapropter disciplinæ imperitione errarent, Christum adierunt,petentes, ut quemadmodum orandum esset, eos instrueret dicentes. Domine doce nos orare. Mat. 6. unde & precibus eorum inclinatus plurima salutis monita circa orationis modum, & formam tradidit dicens. Cum oraueritis,non eritis sicut hypocritæ,qui amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare,ut uideantur ab hominibus. Tu autem cū oraueris,intra in cubiculum tuum,& clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. Tradidit & formam orandi dicens. Orantes nolite multum loqui,sicut ethnici faciunt. Putant enim, q in multiloquio suo exaudiantur. Sic autem orabitis. Pater noster qui &c. Hac diuina institutione edoti, non nostra præsumptione temeraria Audemus dicere, scientes quid, a quo: qualiter orare debemus. Christo auctore pariter,& doctore,qui ausum præbet orandi salutaribus præceptis: fiduciam impetrandi exhortationis monitis. Amen,amen dico uobis:si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis. Iohan. 16. Petite,& accipietis,quærite,& inuenietis,pulsate, & aperietur uobis Lu. 11. Præbet & doctrinam deprecandi diuinis formans institutis. & secundum Alex. dicit notanter formati, non informati, quo notatur,q diuina inst. ratio firmiter nobis inhærere debet,sicut forma ei,cuius est forma propter quod signantur dicitur formati potius,quam informati,licet idem importent. Vnde institutæ domini debent in corde scribi. Prouerb. 7. Serua mandata mea, & uiues, & legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis,scribe illam in tabulis cordis tui. ¶ Et quia ad orandum tam salubriter exhortamur:uidenda sunt aliqua de oratione: quatenus ad utiliter orandum instructi, eidem fructuosius incumbamus. Quid enim oratione præstantius,quid fructuosius,aut quid magis necessarium. Cuius excellentia ex his colligitur, ut dicit Guilh. paris. in diuina rhetorica circa principium,q omnis sacrificatio,omnis benedictio,omne sacramentum, & omnino quid in cultu diuinæ honorificentiæ agitur: aut oratione fit:aut oratione perficitur. Item ex eo;q omnis ecclesia sanctorum cælesti,ac diuino magisterio erudita, ac institutа tanta,tamq; multiplici celebritate frequentat oratio:nemot & die,noctuq; insistat,& inuigilet,& eidem uitæ præsentis tempora tanquam illi consecrata,& debita partiatur. Cuius rei nulla alia causa,uel ratio æstimari,uel cogitari potest,nisi orationis tanta necessitas, tantaq; fructuositas, qua tantæ frequentationis, & instantiæ continuitatem exigat,& requirat. Deniq; sicut omnes uirtutes oratione proficiunt, ita nulla uera uirtus nisi per orationem obtineri potest. Vnde Abbas Isaac in sua collat.c.2.ait. Est uirtutum,& orationis reciproca quædam,inseparabi-

Orationis quidditas,& definitio.

Ioh.13. Alex. B Rom.8. Mat.20. Iaco.4. Mat.6. Iohan.16. Lu.11. Alexand. Prouerb.7. F Guil.

liſq; coniunctio, inuicem ſibi mutua ratione connexa. Nam ſicut ad oratio
nis perfectionē omnis tendit ſtructura uirtutum, ita niſi huius culmine hæc
omnia uirtutum genera fuerint colligata atq; compacta, nullo modo firma
poterunt, uel ſtabilia perdurare. ¶ Videnda ſunt ergo de oratione nouem Circa ora-
in genere. Primò de eius quiditate, ac diffinitione, ac cuius potentię & uir- tionem nia-
tutis ſit actus. Secundò ad quē diri endа ſit. Tertiò de ſpeciebus orationi. deada.
Quartò de his, quæ petenda ſunt. Qu rtò, cuius ſit orare. Sexto de eius qua
litate. An uocalis eſſe deb at, an mentalis. Septimò de attentione. Octauò
de eius efficacia. Nono de eius merito. ¶ Quantum ad primum recitat
Alexand. parte. 4. q. 88. multas orationis diffinitiones uerbaliter d fferen-
tes ſecundum ſententiam ſatis concordantes. Dam. li. 3. c. 24. ita diffinit.
Aſcenſus intellectus ad deum. Cui conſonat illa Aug. in ſer. de oratione &
ieiunio. Pius mentis affectus in deum directus. Et illa Hugonis. Conuerſio
in deum per pium, & humilem affectum. Item diffinit Dam. Oratio eſt pe
titio decentium a deo Cui etiam conſonat illa Augu. Rerum inuiſibilium
inquiſitio. Et illa glo. margi. ſuper illud. 1. Theſ. ul. Sine intermiſſione
orate. Expreſſio deſiderij propter bonum adipiſcendū, uel malum remo-
uendum in forma, per uerbum exterius, uel interius. Hæ enim exprimunt pe
tenda, priores exprimunt potentiam, qua petitur. Aliter diffinit hea. Gre-
go. 10. moral. dicens. Orare eſt amaros in compunctione gemitus, & nō
compoſita uerba reſonare. Cui ſimilis eſt illa Hugonis. Deuotio ex com-
punctionis procedens, quę datur ſecundum ſtatum pęnitentis. Item beatus
Bern. in quadam epiſtola. Oratio eſt hominis deo adhærentis affectio, & fa
miliaris quædam, & pia allocutio, & ſtatio illuminatæ mentis ad fruendum
deo, quamdiu licet. Conſonat iſti beati Amb. Oratio eſt cibus mentis,
præclaraq; alimonia ſuauitatis, quę membra non onerat, ſed in ornamenta
conuertit, Ornamenta utiq; morum ac uirtutum. Hæ duæ dantur ſecun
dum ſtatum perfectionis orantis. Hæ autem diffinitiones diuerſas oratio-
nis proprietates exprimunt, & magis quædam ſunt proprietatum aſſigna-
tiones, & laudes, ut dicit Guil. quam conuertibiles diffinitiones. Has pul
chre, & late proſequitur Alex. loco allegato diffinit autem orationē Guilh.
in de diuina rhetorica in ſua generalitate ſic. Oratio eſt petitio, quæ ad deū
dirigitur, uel ad perſonas, uel perſonam propter ipſum. Petitio autem ge-
nus eſt ad orationem, quæ generaliter eſt locutio inclinatiua alterius ad bo
num præſtandum, uel malum remouendum. Et dicitur inclinatiua nō opta
tiua, quia non eſt idem optare, & petere. Multi enim optant, & deſiderant,
quæ non petunt, & multi optant, uel deſiderant, quæ omnino habere nolūt,
ſicut uiri ſancti, & ſapientes, qui multa concupiſcunt, & deſiderant ſecundū
ſenſualitatem, a quibus tamen ſe abſtinent uiriliter, & auertunt. Qui autē
petit, indubitanter oſtendit ſeſe uelle obtinere, quod petit. Hæc Guilh. ¶ Ex Oratio cuiꝰ
his patet, ꝙ oratio eſt actus quidam potentiæ rationalis: quia relatus ad deū uirtutis eſt
quod referre in deum ſoli potentiæ rationali conuenit. Sed utrum ſit actus actus.
intellectus, uel uoluntatis. Nam utrumq; uidentur diffinitiones ſanctorum
aſtruere. Vt illa aſcenſus intellectus ad deum. Et illa Auguſt. Primus mē
tis affectus in deum directus. Secundum primam uidetur ꝙ ſit actus intelle
ctus, ſecundum ſecundam ꝙ ſit actus uoluntatis ſiue affectus. Pro quo no-
tat Rich. in 4. diſt. 15. quæſtio. 4. art. 1. ꝙ oratio dupliciter poteſt accipi.
Vno modo pro deſiderio obtinendi aliquid a deo, quo deſiderans ordine
tur in ipſum. Et illo modo eſt actus uoluntatis, ut elicientis: & intellectus
ut dirigentis. Alio modo oratio eſt propoſitio huiuſmodi deſiderij loquen-
do deo per modum ſupplicatiuum. Sic dicit Iſidorus, orate eſt dicere, &

G

Alexand.

Dam. Auguſt.

Ambro

Guil.

Auguſt.

ſic eſt

sic est actus intellectus, ut elicientis, & uoluntatis ut mouentis. Ex illo patet q; oratio siue sic, siue sic capiatur semper importat utrumq; actum intellectus, & uoluntatis. Vterq; enim requiritur ad orationem. Nihil enim petitur obtineri, nisi affectu desideretur, & intellectu desiderium exprimatur ei, a quo obtineri speratur. Solū enim desiderium obtinendi non est oratio. Nā qui quod desiderat suo ingenio, & labore acquirit, non dicitur orare, sed qui hoc ab alio sibi dari petit, orat. Requiritur ergo expressio petitionis uerbo, mentali ad minus, quandoq; ēt uerbo, signo, uel uerbo uocali. Sed desiderium huiusmodi exprimi non potest, nisi habeatur saltem uere, unde oratio utrumq; dicit. Sed quod horum dicat subtractiue: & quod formaliter, seu connotatiue est quæstio. & sic responsio Rich. distinguit, quia utrumq; potest dicere secundū aliā, & aliā acceptionem, parum tamen refert, quia deficiente connotato, deficit suppositio, ideo uterq; actus requiritur, ut sit oratio. Quia ꝛh oratio frequentius dicitur petitio, & petitio est sine locutione, uel mentali, uel exteriori, immo est locutio interior, uel exterior, ideo pōt dicitq; oratio sit actus rōnis, ille. s. quo loquitur deo mentaliter, a quo desiderat optata obtinere. Qūo aūt sit interior locutio habitū est supra lect. 31. Nihil enim aliud est nisi propriū desiderium mente concipere, ut deus illud concedat: & hoc est mentaliter exprimere uerbum mentale formare. Oratio uerò exterior est signum aliquod sensibile orationi interiori subordinatum. Et ita beatus Tho. 2. 2. q. 83. ar. 1. tenet orationē esse actūrōnis. Et hoc idem innuit nomen petitio, quod ponitur pro genere diffiniti. ¶ Additur, quæ ad deum dirigitur, quia sola petitio, quæ fit ad deum immediate, uel mediate per sanctos intercessores, proprie oratio dicitur. Vnde pene in omnibus diffinitionibus suprapositis exprimitur deus, tanquam is, qui petitur. Vnde ut dicit Guilh. sola petitio, quę fit ad autorem principalitatem potestatis in re, quę petitur, habentē, est oratio. Hic autem est solus deus, in cuius sunt ditione cuncta posita. Petitio uero, quæ fit ad sanctos, quia non fit tanquam ad eos, per quos principaliter implendum sit, quod petitur, sed tanquam ad mediatores id a deo fieri impetrantes, pro quanto per eos fit ad deū oratio dicitur. Iō additum fuit, uel ad personā, uel personas propter ipsum. Ea. n. quæ petenda sunt gratia scilicet, & gloria, solus deus dare potest.

Oratio ad quem dirigenda.

¶ Ex quo patet solutio secundæ q. s. ad quem dirigenda sit oratio. s. ad solum deum tanquam ad illum, qui principalitatem habet potestativ petita concedendi. Vnde etiam colligitur, cuius uirtutis oratio sit actus. Cum enim orās orando deum protestatur ipso facto deum esse summum omnium principiū, omnia in sua habens potestate, exhibet sibi honorem latriæ tur patet ex dictis supra lect. 49. Orando enim petit ab eo tanquam ab eo, qui principalitatē habet potestatis, quod solius dei est, unde sic petendo adorat, quia dū, quē orat, confitetur primum omnium principium, omnia prōducens: omnia gubernans, omnia administrans, pertinet igitur oratio ad uirtutē latrię. Huic diffinitioni Guil. satis concordat illa Dam. Oratio est petitio decētiū a deo. Et illa magistri. Expressio desiderij &c. ita q; addatur. Expressio desiderij facta deo propter bonū adipiscendū, uel malum remouendū formata per uerbum interius, uel exterius Et licet deus non indiget expressione; ut noscat nostra desideria, cuius oculis nuda, & aperta sunt omnia: tamen orans orando deum elicit in se cognitionem desiderij sui, ut deus illud cōplear, quod est

Orationes multę sunt species.

exprimere, & loqui deo. ¶ Ad tert ū. s. de speciebus orationis, tanta est uarietas, ut nisi speciali spiritu sancti illuminatione comprehendi non possūt. Nā tot o fonis spēs assignari possunt, quot in aia una, immo in cūctis aiabus, status queunt qualitatesq; generari. Secundū mensurā nāq; puritatis, in qua

mens

mens una quæq; proficit: & qualitatem status in quo uel ex accidentibus inclinatur, uel per suam renouatur industriam, ipsa quoq; nomen satis singulis reformitur, & idcirco uniformes orationes emitti semper a nemine posse certissimum est. Aliter enim quisq; supplicat cum alacer: est aliter cum tristitiæ uel desperationis pondere prægravatur: aliter cum spiritalibus successibus uiget, aliter cum impugnationum mole deprimitur, aliter cum ueniam peccatorum, aliter cum acquisitionem gratiæ seu cuiuslibet uirtutis exposcit, uel certe extinctionem cuiuslibet uitij deprecatur, aliter cum consideratione gehennæ, ac futuri iudicij timore compungitur: aliter cum specie futurorum bonorum, desiderioq; inflammatur: aliter cum in necessitatibus & periculis, aliter cũ in securitate & tranquillitate uersatur, aliter cũ sacramẽtorum cælestium reuelationibus illustratur: aliter cum sterilitate uirtutum, ac sensuum ariditate constringitur: ut dicit Abbas Isaac de oratione c. 8. Secundum omnes has, & innumeras alias diuersitates orantium: sumi possunt aliæ, & aliæ species orationum. Præterea secundum diuersas orationum cõsiderationes, ac comparationes nunc ad eum, qui oratur: nunc ad eos, pro quibus oratur: nunc ad ipsa, quæ concedi postulantur: aut remoueri petuntur: nunc ad radices, e quibus orandi affectus oritur, nunc ad alia quædam, uarie sumuntur orationum species, quæ omnia prosequi, etsi non impediret ingenij obtusitas, prohibet tamen digressionis a principali nostra materia nimia prolixitas. Sufficiat uel tangere species illas, quas apostolus. 1. ad Timoth. 2. exarauit. ¶ Quattuor utraq; orationis species, assignat apostolus cum ait. 1. Timot. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Quæ pæne tot habẽt interpretes: quot expositores. In colla. patrum collatione. 9. distinguuntur secundum. 4. status hominum. Nam primò obsecratio ad incipientes peculiarius pertinet: qui adhuc uitiorum suorum aculeis, & memoria remordentur. Est enim obsecratio imploratio, uel petitio pro peccatis, qua uel pro præsentibus, uel pro præteritis admissis suis unusquisq; cõpunctus ueniam deprecatur. Secunda oratio, quæ ad illos specialiter pertinet: qui in prospectu iam spiritali, appetituq; uirtutum quadam mentis sublimitate consistunt. Est enim oratio, ut species in alijs condistincta, cum aliud aliquid offerimus, seu uouemus deo, ut cum renunciantes mundo spondent cordis intentione domino seruire: aut cum proponunt firme uitiorũ radices funditus eruere, quod ad proficientes pertinet. Tertia species postulatio, eos respicit, qui perfectione uotorum suorum operibus implentes, intercedere pro alijs consideratione fragilitatis eorum, & charitatis studio prouocantur. Est enim postulatio supplicatio, quæ ex charitatis feruore pro alijs funditur. Quarta species gratiarum actio ad illos respicit, qui iam pænalis conscientiæ spina de cordibus euulsa, securi iam munificentias domini, ac miserationes, quas uel in præterito tribuit, uel in præsenti largitur, uel præparabit in futuro, mente purissima retractantes ad illam ignitam, quæ ore hominum nec comprehendi, nec exprimi potest orationem feruentissimo corde raptãtur. Et has quattuor supplicationum species etiam dominus ipse in suis orationibus exemplauit. Nam obsecrationis genus assumpsit, dum in horto orauit. Pater mi, si possibile est transeat a me calix iste. Vel illud, quod ex eius persona cantatur. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Orationem uerò cum dicit Ioh. 17. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Postulationem cum dicit. Pater quos dedisti mihi, uolo, ut ubi sum ego: & ipsi sint mecum Ioh. 17. Item cum dixit. Pater ignosce eis: quia nesciunt, quid

L

1. Timo. 2.

Quattuor sunt species orationis.

Iohan. 17.

Ioh. 17.

faciunt

faciunt Luc. 23. Gratiarum actionem cum dicit. Confiteor tibi pater domine cæli,& terræ,quia abscondisti hęc a sapientibus,& prudentibus: & reuelasti ea parvulis:ita pater,quoniam sic placitum fuit ante te. Mat. 11. Aut cum dicit Ioh. 11. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me: ego autem sciebam,quia semper me audis. Possunt tamen omnia illa quattuor orationum genera in una supplicatione perfecta comprehendi. Quod & declarari posset in oratione prolixa, quam fecit dominus post cenam ultimã Ioh. 17. ¶ Glo or. 1. Timoth. 2. non multum differenter a prædictis ultq; species ille seu differentiæ orationum assignate ab apostolo dicunt differentias orationis,secundum q̃ oratio dicitur, qua exprimuntur petenda secundum gradus, quibus perficitur a statu culpæ ad statum gloriæ. Vnde obsecratio dicitur adiuratio pro rebus difficilibus: ut pro conuersione impij,aut remotione mali. Oratio est petitio bonorum, ut uirtutum pro iam conuersis. Postulatio est petitio gloriæ cælestis pro iam iustis. Gratiarum actio est gratiarum relatio generaliter pro omnibus. Beatus Tho. in 4. scrip. dist. 15. & secunda secundæ. q. 83. ar. ul. quem sequitur Petrus de aliaco: Nicolaus de lyra:& alij plerique distinguit dictas quattuor species secundum ea, quæ requirunt ad orationem,non seruat tamen ordinem, quem apostolus ponit. Vnde secundum eum ad orationem tria requiruntur. Quorum primum est:q̃ orans mente ascendat ad deum,quem orat:quod signatur nomine orationis,accipiendo proprie,non communiter. Nam secundum Dam. Oratio est ascensus intellectus in deum. Ascensus dico ad cogitandum, & memorandum diuinas perfectiones,potentiam,sapientiam, bonitatem,& cæteras. Quæ etiam ideo uerbis exprimuntur:ut per ea mens ad deum cognitione, & amore eleuetur, ut cum ecclesia orat. Omnipotens, & misericors deus &c. ¶ Secundo requiritur petitio,quæ significatur nomine postulationis,siue determinate aliquid proponatur,ut illud Salo. Prouer. 30. Duo rogaui te,ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem,& uerba mendacij longe fac a me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. quod quidam proprie nominant postulationem. Siue indeterminate, ut cum quis generaliter petit exaudiri,uel iuuari,ut in psal. 30. Inclina ad me aurem tuam,accelera,ut eruas me. Et illud psal. 69. Deus in Adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina. Et hanc nominant supplicationem, siue solum factum narretur, ut illud Ioh 11. Ecce quem amas, infirmatur: quod uocant insinuationem. ¶ Tertiò requiritur ratio impetrandi,quod petit,& hoc,uel ex parte dei,qui petitur,uel ex parte eius, qui petit. Rõ quidem impetrandi ex parte dei,est dei sanctitas,& perfectio,propter quam petimus exaudiri. secundum illud Daniel. 9. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam. & ad hoc pertinet obsecratio,quę est per sacra contestatio,sicut cum dicimus. Per crucem,& passionem tuam. li. nos domine. Si peccator quando petit pro se amotionem culpæ:& si eius petitio non est accepta ratione petentis, accepta tamen esse potest ratione mediatoris, per quem fit adiuratio,sicut si diceret peccator. Obsecro te domine per pręciosam mortem tuam,uel per dulcissimã matrẽ tuã. Accepram.n. illãoratiõẽ faceret intercessio matris,uel inuocatum beneficium passionis. Sic consueuit ecclesia in orationibus ad patrem factis concludere. Per dominum nostrum Iesum Christum ut sup. frequenter expositum est. Sic contestamur deum per sanctos, qui sibi placuerunt. Sic in letania. Per incarnationem tuam. per natiuitatem tuam &c. li. nos domine. Ratio uerò impetrandi ex parte petentis gratitudo,quia de acceptis beneficijs gratias agendo meremur propria nobis conseruari,augeri,& accipere potiora. Vias autem im-

Luc. 23.
Mat. 11.
Iohan. 11
Iohan. 17.
M
Dama.
Prouerb. 30.
Psal. 30.
Psal. 69.
Ioh. 11.
Daniel 9.

petrandi

petrandi sibi claudit, qui de acceptis gratias non agit. Et ut dicit Glo. haymonis, hæ quattuor species in officio missæ inueniuntur. Nam obsecrationes sunt, quæ præcedunt consecrationem, in quibus fit memoria Christi, doctrinæ eius, & sanctorum, & sic quædam sacra commemorantur. Orationes uerò sunt ea, quæ in consecratione dicuntur, in qua mens nostra maxime debet eleuari in deum. Postulationes uerò sunt, quæ in sequentibus petitionibus sequuntur, quia æterna bona, & pax determinate, & generaliter uiuis, & mortuis postulantur. Quæ uerò post communionem dicuntur: sunt gratiarũ actiones. Et hæc quattuor communiter in orationibus ecclesiæ ac collectis simul inueniuntur, ut in illa oratione, Omnipotens sempiterne deus, mœstorum consolatio: laborantium fortitudo, perueniant ad te preces, de quacunq; tribulatione clamantium, ut omnes in necessitatibus suis, tuam misericordiam sibi gaudeant affuisse. In qua primum omnipotens scilicet deus pertinet ad orationem, mœstorum consolatio &c. ad gratiarum actionem. quod sequitur, perueniant ad te preces &c. pertinet ad postulationem. per Christum dominum nostrum, pertinet ad obsecrationem. Et ita est uidere pene de omnibus. ¶ Ex his autem patet, ut dicit dominus Pe. de aliaco, ꝙ obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, nõ sunt partes subiectiue, hoc est species orationis, propter quod non oportet, ꝙ diffinitio orationis conueniat cuilibet harum partium. Sed sunt partes integrales, ex quibus componitur oratio perfectissima. Consistit tamen oratio principaliter in ipsa postulatione, siue petitione. Vnde bene diffinita est petitio, quæ ad deum dirigitur, uel ad personas, aut personam propter Christum. Vel secundum Dam. est petitio decentium a deo mediate, uel immediate. Sunt & aliæ diuisiones sanctorum & expositiones præfate diuisionis, quas late prosequitur Alexan. Sed quæ dicta sunt sufficit retigisse.

N ¶ Nunc uidendum est de his, quæ petenda sunt, & de hoc breuiter dicitur secundum beatum Augu. ad probam de orando deum. Quæ licet desiderare, hæ licet & petere. Sed secundum Rich. breui distinctione absoluitur hæc quæstio. Nam triplicia sunt, quæ desiderari possunt. Quædam quibus non possumus male uti saltem formaliter, ut uirtutes, gratia & gloria, & talia determinate, & simpliciter peti possunt in oratione. Sic enim legimus sanctos simpliciter petisse. Ostende nobis faciem tuam: & salui erimus. Item dirige me in semita mandatorum tuorum. Et hoc uerum est de gratia gratum faciente, & gloria, illis nemo male uti potest, nec formaliter, nec obiectiue, quia repugnant omni malo, usui, scilicet peccato, sic & ceteras uirtutes charitate formatas simpliciter petimus, quia propter charitatem formantem eas, ẽt nemo male eis utitur obiectiue. Secus de moralibus tantum. i. gratia non formatis: illis male uti possumus obiectiue, quia de eis quis potest extolli, & superbire, sicut de uirtutibus naturalibus, & non sunt inter summa, sed inter mediocria bona numeranda. Quædam sunt bona, quibus possumus & bene, & male, uti, ut bona naturalia, dona, gratię gratis datæ: ac bona temporalia, & illa non sunt determinate petenda & per se. i. absolute, sed sub conditione, si deus præuidet illa ad salutem nostram esse utilia. Illa uerò, quibus bene uti non possumus ea acceptando, ut uindicta de inimicis, uictoria in bellis iniustis, potentia pauperes opprimendi, & similia, quæ sine peccato adesse non possunt nullo modo sunt petenda a deo in oratione, ut hæc nobis concedantur. De hoc latius in petitionibus dominicæ orationis tractandum erit, eo ꝙ omnia oranda, seu petenda in ipsa continentur.

O ¶ De quinto, scilicet cuius sit orare. Ad hoc respondet beatus Tho. q. præallegata ar. 10. post Alexan. ꝙ quia oratio est actus rationis, quo aliquis superio-

rem

rem deprecatur: sicut imperium est actus superioris, quo inferior ad aliquid ordinatur. Illi proprie competit orare, qui rationem habet, & superiorem. Vnde patet, q̃ omni rōnali creaturæ usum rōnis habenti & solū tali conuenit orare, quales sunt angeli, & homines. De angelis bonis manifestum est. Vnde Raphael. Dum orabas &c. Ego obtuli orationes tuas domino. Tobię. 12. Tob. 12.
12. Offerendo autem orationes, & ipse orabat desiderando orationes Tobię a deo exaudiri. De malis. Mat. 8. Dæmones rogabant eum dicentes. Si Mat. 8.
eijcis nos hinc; mitte nos in porcos. De hominibus bonis prophetis, & sanctis plena est utriusq; testamenti scriptura. De damnatis Luc. 16. Dives epulo orabat pater Abraam: miserere mei, & mitte lazarum &c. Deo uerō, quia superiorem non habet hō orata præstare conuenit, & non orare. Neque ex eo, q̃ una persona est ab alia: & per hoc exaudire orantem ab ea habet, a qua & essentiam. Non tamen propter hoc una est superior alia: licet origine sit prior. Vnde in symbolo Athanasij. Tres personæ coæternæ sibi sunt, & coęquales, & nulli personæ diuinæ conuenit orare. q̃ uero Christus patrem orasse legitur, non secundum diuinam naturam hoc egit, sed secundum humanam pro nobis assumptam, secundum quam ait. Pater maior me est Ioh. 14. Brutis, quia ratione carent, orare non conuenit. Et licet dicitur in Ps. Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum. Inuocare capitur ibi pro naturali desiderio, quo omnis creatura etiam non cognoscens appetit deo assimilarius dicit Philosophus. 2. de anima, quia appetit esse, & permanere: & ea, quibus potest inesse conseruari. Sic & omnia dicuntur deo obedire propter naturalē instinctum, quo a deo mouentur. q̃ Alex. de Ales. q. 91. par. 4. latius prosequitur illam quæstionem de personis in diuinis, de beatis, de uiatoribus, & damnatis. De primo dicit. Non potest esse oratio in diuinis, quia oratio de sua ratione repugnat identitati substantiæ, repugnat etiam æqualitati potētiæ, repugnat fontalis plenitudinis opulentiæ. Ergo quia in diuinis nulla est substantiæ diuersitas: ideo nec oratio quia nullus orat se. Nulla etiam potentiæ minoritas: igitur nec oratio: quia omnis orans magis potentem orat, qui aliquid præstare potest, quod ipse non potest. Quia etiam in bonis nulla egestas: igitur non oratio. Omnis enim orans orat pro aliquo supplendo: quo caret is, uel alius, pro quo orat: quia ergo personarum in diuinis est substantię identitas: potentiæ æqualitas, & eadem fontalis plenitudinis opulentia, non potest ibi esse oratio. Christo autē secundum assumptam naturam optime conuenit orare: tum propter meritum, tum propter exemplum: tum propter ueritatis assumptę naturę argumentum, tum propter officium assumptum exequendum. Congruebat enim ratione sui meriti, quia sua oratione meretur nobis, qui sumus minus idonei ad susceptionem beneficiorum dei. Ratione exempli, ut discipulos suos, & consequenter nos ad orationis exercitiū inuitaret. in cuius exercitio maxime aduersarius superatur, propter quod dominus dicit. Mat. 26. Vigilate, & orate ut non intretis in tentationē. Vñ Amb. super Beati immaculati. Pernoctabat in oratione dominus Iesus: nō indigens petitionis auxilio: sed statuens nobis imitationis exemplū. Orare etiam conuenit Christo in argumentum ueritatis assumptæ humanitatis: ut se ostenderet uerum hominem, & uere a deo missum. Hinc Ioh. 11. dicebat. Pater gratias ago tibi: quoniā audisti me. Ego aūt sciebā: quia semper me audis, sed propter populum iustum, qui circumstat, dixi, ut credant: quia tu me misisti. Vltimō cōgruebat Xpō orare rōne officij quia ipse sacerdotis, & pōtificis habebat dignitatem. Vnde sicut ad officiū eius pertinebat sacrificiū pro peccatis offerre: ita & pro peccatoribus exorare. Vñ ad Heb. 5. Omnis pon- Heb. 5.

P Alen.

Mat. 26.

Ambro.

Ioh. 11.

tifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deum: ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Et sequitur. c. 7. Iesus autem eo, q̃ maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium: unde & saluare in perpetuum põt: accedens per semetipsum ad dcũ: semper uiuẽs ad interpellandũ pro nobis. Dixit: semper uiuens ad interpellandũ: quia non tantũ dũ in humanis uitã adhuc mortalẽ ageret: sed & nunc: & usq. ad gñale iudiciũ interpellat pro nobis rõne humanæ naturæ repræsentatione sui ad patrem ea parte, qua homo est, ex qua parte mediator noster est: ut dicit glo. supra uerbum allegatum: scilicet semper uiuens ad interpellãdũ pro nobis. Glosa interl. repræsentatione sui ex ea natura, qua pontifex: id est humana, quam cęlis intulit: interpellat pro nobis. ¶ Nec obuiat prædictis, quod de spiritusancto. Paulus dicit ad Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nam secundum q̃ exponit beatus Aug. de bono perseuerantiæ. intelligendum est causaliter. Postulat pro nobis, id est nos postulare facit. Vnde dicit. Quid enim est; q̃ ipse spiritus sanctus interpellat: nisi interpellare facit gemitibus inenarrabilibus, sed ueracibus. Tropo enim illo dicit, quo dicimus lętum diem, qui lętos facit. Quod uero Damascenus lib. 1. cap. 10. loquens de spiritusancto, uocat eum interpellatorem paracletum, ita dicẽs. Deprecatorem, & interpellatorem paracletum, & uniuersorum deprecationes suscipientem per omnia similem patri, & filio: intelligendum est per quandam appropriationem. Nam preces nostras per quãdam appropriationem suscipit. Cum enim actus dei respectu creaturæ, sit totius trinitatis, suscipere preces orantium attribuitur spiritui sancto: sicut et ipsa bonitas, secũdum quam suscipiuntur preces humiles miserorum. Et per hunc tropum intelligendæ sunt plures auctoritates, in quibus spiritus sanctus dicitur aduocatus noster, & pro delinquentibus intercedere apud iustitiam patris: ut loquitur Greg. Quod & ipse exponit dicens. Aduocatus noster dicitur; quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris intercedit. Et sequitur. Qui etiã pro delinquentibus exorare perhibetur: quoniam eos quos repleuerit: ad postulandum inflammat: & orantes facit. ¶ De beatis angelis, & sanctis consequenter prosequitur Alexander, ostendens, q̃ eis conuenit orare. Orant. n. pro se, & pro nobis. Pro se orant, non pro malis amouendis: quia nullum est in eis malũ, sed pro bonis tantũ adipiscendis. Orant enim pro bono habito: ut continuentur tam angeli sancti, quam animæ beatæ. Vnde Greg. 2. moral. In ipso deo posite, ab ipso aliquod petere dicuntur. Nã quo mente ardentius inhærent: eo etiam de ipso accipiunt: ut ab ipso petant, quę eum facere, & uelle nouerunt. De ipso ergo bibunt, & ab ipso fruuntur: & modo nobis incomprehensibili in hoc quod petendo esuriunt: præsciendo satiantur. Discordarent ergo a uoluntate conditoris: si quæ eum uident uelle dare, non peterent: eiq; minus inhærerent: si uolentem dare, pigriori pulsarent desiderio. Hic plane dicitur de petitione boni habiti: ut continuetur, quod notatur, cum dixit. De ipso bibunt, quod ab ipso fruiuntur. Et quod dixit de animabus: similiter uerum est de angelis. Animæ autem beatæ etiam orant pro non habito: scilicet pro corporum suorum reunione, a qua in parte dependet glorię ipsarum perfectio. unde Bern. in de diligendo deum. Sine corporibus suis (inquit) nec ualent, nec uolunt consummari. Et beatus Grego. 2. mora. exponens illud Apoc. 6. Vidi subtus altare dei animas interfectorum propter uerbum dei &c. ubi dicit, quod animas ui dictum petere, est diem iudicij, & resurrectionis corporum extincto sum desiderare. Magnus enim eorum clamor, est magnum eorum desiderium:

Q Rom. 8.

R Greg.

An beatis animabus & angelis sanctis.

rium: ac uerba illa eorum sunt de libris. Pro nobis autem orant: & pro bonis adipiscendis, & malis remouendis. De quo satis supra dictum reor esse lec. 30. & 31. ¶ Quod uero oibus uiatoribus bonis, & malis conueniat orare: patet, quia quamdiu hic uiuitur, uertibilis est uiator ad bonum, & ad malum. Nunquam priuatur potentia satisfaciendi, & merendi. Ideo ei competit oratio, quæ uirtutem habet præseruandi, & purgandi. Purgandi: quia salutaris. Præseruandi, quia est uirtualis. Hæc enim duo precipue orationi adscribuntur. Nam de primo dicit Hieron. super Marcum cap. 6. Oratione pestes sanantur mentis. Ecce purgatio contra incentiua uitiorum. De secundo Isido. de sum. bo: lib. 3. c. 7. Frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit. Ecce præseruatio contra omnia tentamenta. Nec obstat quantum ad malos illud Eccle. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Nec illud Ioh. 9 Scimus, quoniam peccatores deus non audit. Nec illud Chryso. super Mat. Qui orat, & peccat, non orat: sed deum deludit. Nec illud Aug. in quodam sermone. Qua fronte postulas, quod promisit deus, si non facis, quod iussit deus. Prius audi monitionem: & sic exige promissiones. ¶ Nam quo ad primum, & cætera intelligi possunt auctoritates illæ de peccatore uolente in peccato permanere, & ita obstinato. Tali in illo statu non conuenit orare, cum oranda, ac petenda a deo non affectet. Secus de peccatore non obstinato, qui affectat, ac proponit peccata deserere, & statum iustitiæ inducere. Talis enim quoniam hunc effectū, & hoc propositum habet a deo: iam pro illo dono conuenit sibi uox laudis, & gratiarū actio, quæ est laus speciosa. Vel dicitur nō est speciosa: id est deo grata, & accepta laus in ore peccatoris. Accepta inquam, ad præmium æternæ remunerationis. ¶ De secundo. Scimus; quia deus peccatores non audit: dicit beatus Aug. q illud uerbum non fuit Christi, sed cæci nondum plene illuminati. Vel ut supra dictū est. Deus non audit peccatores in peccatis permanere uolentes, neq; in his, quæ male petunt. De talibus etiam peccatoribus loquuntur Chryso. & Aug. in auctoritatibus allegatis. ¶ De damnatis uero in malo obstinatis dicit: q non conuenit orare: licet possint aliqua postulare. Cum enim oratio propriæ accepta, ut supra diffinita est sit conuersio ad deū per piū, & humilem affectum: sicq; petitio decentiū a deo. manifestum est, cum damnati nec habeant pium, & humilem affectum in deū nec decentia petant, quia obstinati in malo, ideo oratio proprie accepta dānatis non conuenit. ¶ Quod etiam patet ex eorum prauitate: ex orationis dignitate, & ex dei bonitate. Cum enim continue mouentur per contemptum in deum: non potest in eis esse humilis affectus: sine quo tamen nō potest esse oratio quoad primum. Oratio etiam eleuat proprium subiectū s. ilicet mentem supra se in deum: sicut diffinit Augustī. Oratio est pius mētis affectus in deum directus. Damnati uerò penitus sunt a deo auersi & in malo depressi: ita ut eleuari supra se non possunt, quare eis orationis dignitas non conuenit, quo ad secundum. Deus quoq; summe bonus gratiæ suę munera non ualentibus proficere non elargitur. Oratio autem inter diuinæ gratiæ munera numeratur: ideo eam damnatis & qui munerum gratiæ capaces non sunt, non largitur. Verum licet eis non conueniat orare proprie: possunt tamen petere, aut postulare. Petunt enim sibi laxari manus ad bonorum uexationem. Sicut dyabolus petijt potestatem tentandi Iob. Sic dicit glo. 2. Cor. 12. super illud. Ter dominum rogaui. Exauditur diabolus Iob petens tentandum, & non exauditur apostolus petens stimulum amouendum. Et beatus Grego. 2. moralium. Tribus modis loquitur diabolus ad deum. Vel cum uias suas insinuat: uel electorum

S

Eccle. 15. Ioh 9.

Aug.

An damnatis liceat orare.

Aug. T

Aug.

2. Cor. 12.

Greg. 2.

innocentiam criminibus accusar,uel tentandam eandem innocentiam postulat. Et ita accipiendo orationem large: pro qualibet petitione facta ad deum secundum diffinitionem Guilhel. etiam demonibus conuenit orare.

Thom. Sic uidetur accepisse beatus Tho. cum dicit. Illi conuenit oratio, qui rationem habet,& superiorem:& ita large accipitur supra in responsione ad dubium,cum dicitur,omni rationali creaturæ usum rationis habenti conuenit orare. Si autem orare acciperetur stricte, oporteret addere omni rationali creaturæ usum rationis habenti, non obstinate, & damnate.

DE ORATIONIS QVALITATE, QVANtum ad locum, & tempus.

LECTIO LXII.

A HVNC de sexta quæstione uidendum, quæ fuit de orationis qualitate. Inuestigandum ergo est de orationis qualitate,quantum ad expressionem uocis: loci cõgruẽ tiam,moram temporis,gestus,& situm corporis. Nam de qualitate perfectionis dicetur in q.8.de orationis efficacia. ¶ Circa primum. An oratio debeat uocaliter

Alexand. perfici. Præmittit hæc Alex. part. 4. q. 9. memb. 2. ar. 6. aliqua oratio est pure mentalis, aliqua pure uocalis, aliqua mixta ex utraq;. ¶ Pure mentalis est dum immotis labijs cor ad deum loquitur.

1. Reg. 1. Quo modo orabat Anna: de qua. 1. Reg. 1. dicitur Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur, & uox penitus non audiebatur. Et glo. super illud Psalmi. Exaudisti domine deprecationem meam, dum clamarem ad te. Clamor fit ad deum non uoce:sed corde,quia multi silentes labijs clamauerunt, multi strepentes corde auerso nihil impetrare potuerunt. Clama ergo intus,ubi deus exaudit.¶Pure uocalis est, quando uocaliter loquens nihil cogitat de his, quæ dicit,nec in generali, nec in speciali,sed castra fabricat in Hispania, aut huiusmodi hoc est,mente uersat inania,& penitus impertinentia. ¶ Mixta est, qua orans mentaliter cogitat in genere uel in specie quæ uocibus enunciat. ¶ Item orationum quædam est publica, uel communis,alia est priuata,& singularis. Publica,ac communis est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi deo offertur. Hæc non solum exigit affectum interiorem,sed & affectum exteriorem: quia illa est excitatiua omnium fidelium ad bonum: & sit pro omnibus fidelibus. Et licet sacerdos exequens orationis officium non habeat,quãdoq; affectum,non tamen est sine affectu interiore ratione affectus membrorum,quæ sunt de ecclesia,quia semper aliqui sunt in ecclesia,qui habent mentis affectum in deum directum. Alia est oratio singularis,& priuata,quæ offertur a singulari persona,siue pro se,siue pro alio,aut alijs orante. Persona singularis dicitur,quæ non gerit ex officio personam

Oratio est multiplex.

Oratio publice necessario est uocalis.

B ecclesiæ.¶ Tũc dicit ad dubiũ,q̃ oratio publica necessariò est uocalis. Oportet.n.q̃ talis oratio innotescat populo,pro quo offertur:quod fieri non potest, nisi sit uocalis. Debet namque se populus in hac ministris ecclesiæ

confor-

conformare, ipsum deum secundum modum sibi possibilem publice deprecã
do. Et ideo rationabiliter statuit ecclesia, ut ministri ecclesiæ huiusmodi
orationes etiam alta uoce pronuncientur ad notitiam omniũ possint per-
uenire. Nec hoc tantum, sed etiam instituit, ut hę cum melodia cantus per-
ficiantur: ut patet ex communi ecclesię ritu etiã in ue. testa. obseruato. Nam
cantus in laudẽ dei factus cum intellectu, & aduertentia eorum, quę cãtantur
animos cantantiũ exhilarat, simul & audientiũ. Effugat ẽt accidiã, quæ secun
dũ Greg. est quædã tristitia circa bona spiritualia, & diuina, quę pro tunc im
minent facienda. unde dicitur Iacob. 5. Tristatur aliquis uestrum, oret; quo Iacob. 5.
animo, aut psallat. ubi Glosa. Crebra psalmodię dulcedine nociuam tristi-
tiam depellat. Et propheta in psal. Exultabunt la. mea cum can. tibi, id est
ita repleor interno gaudio: cum cantauero tibi; q in labijs meis foris appa-
ret abundantia gaudij interioris. Cantus etiam ad dei laudem ordinatus
oblectat animum: & ad maiorem excitat deuotionem. De quo beatus Au- Auguſt.
guſt. dicit: q flebat uberrime in hymnis, & canticis ecclesię suauiter canta-
tis: q; uoces illæ influebant in aures eius, & eliquabatur ueritas in corde.
Et in lib. confes. Reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad cantus eccle siæ
tuæ domine in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipse commoueor,
non cantu, sed rebus, quæ cantantur cum liquida uoce, & conuenientissima
modulatione. Proficit etiam cantus attentioni, dum animus diutius
moratur circa sententiam uerborum, quæ cantantur. Profundius quippe
intelligere possunt ea, & mallicare: quam si raptim accelerius sine cantu pro
ferantur: propter quod supra dixit Auguſt. q uoces influebant in aures, & Auguſt.
ueritas eliquabatur in cor eius. ¶ Ex his patet, q in ecclesia utiliter, & salu-
briter institutum est publicas orationes cum cantu exercere: dum illud aga
tur deuote, honeste, & ordinate: resecatis nimium curiosis, secularibus, & la-
sciuis fractisq; modulationibus: quę magis animi distractionem, & uanam
audius delectationem operantur, quam deuotionis excitationem. Ma-
gisque uerborum laudis diuinę intelligentiam tollunt, dum propter ni-
miam artificiosam uocum fractionem, non uerba, sed tantum cantantium
sonus percipitur. Quod utiq; reprehensione dignum non dubitatur. unde
beatus Auguſt. in confes. ait. Cum mihi accidit, ut amplius me cantus, quã Auguſt.
res quæ cantatur moueat, penaliter me peccare confiteor. Et tunc mallem
me non audire cantantem. Et beatus Hiero. super epistolam ad Ephe. 5. Cã Ephe. 5.
tantes, & psallentes in cordibus uestris domino dicit. Audiant hæc adle-
scentuli. audiant hi quibus est in ecclesia psallendi officium: deo non uo-
ce solum, sed corde cantandum. Nec in tragædiarum modum guttur, &
fauces leniendæ sunt medicamine; ne in ecclesia theatrales moduli audian-
tur, & cantica. Hæc Hiero. & habetur dist. 92. cap. cantentes. Et
idem intelligendum de omnibus corporalibus cerimonijs, & actibus, qui
in ecclesia geruntur, qui tunc laude digna censentur, dum tali modestia,
ac simplicitate fiunt, ut agentes, & inspicientes, non solum corpore:
sed & mente exerceantur in laude dei. Caueatur pompa, & lasciuia,
ut per exteriora mens ad interiora contemplanda incitetur, & affe- C
ctiones spirituales in fidelibus circunstantibus generentur. ¶ Secundo
dicitur; quòd priuate, ac singulares orationes utroq; modo fieri possunt:
corde tantum, aut corde simul, & uoce, non autem solum uoce. Prima Auguſt.
pars patet per beatum Auguſt. ad probam. Multum præcari est ad deum,
quem precamur, diuturna, & cordis pia affectione, & excitatione pulsa-
re. Nam plerumq; hoc negocium plus gemitibus, quam sermonibus agitur, Auguſt.
Item Augu. Dum deum oramus: ut ab eo exaudiamur, non indigemus uer-

Orationis publicę, & cantus uocalis utilitas.

bis multis, uel paucis. Non enim ambitione precum exaudit nos deus, qui semper paratus est nobis dare suam lucē, non solum uisibilē, sed & intelligibilem, & spiritualem. Patet ēt ex orationis diffinitionibus, in quibus habet, q̄ oratio est ascensus mentis in deū. Ille aūt fieri pōt solo affectu sine uocum prolatione. ¶ Secunda pars probatur: q̄. s. oratio fieri potest simul corde, & uoce. Nā dominus, qui est doctor sapientissimus, modum orandi dedit uocalem, dicens. Sic orabitis. Pater noster, qui es in cælis. Preterea oratio obsequium est iustitiæ. Iustum aūt est domino nedū interiori cordis affectu: sed ēt exteriori uocum motu obsequi. ¶ Et licet sufficit oratio mentalis quoad deum, qui inspector est cordis: utilis tamen est priuata uocalis propter plures causas, quas assignant doct. Alex. Tho. & cæteri post eos. ¶ Prima est excitatio interioris deuotionis, qua mens orātis, & affectus eleuetur in deū. Nam per exteriora signa uocum: siue etiam aliquorum factorum, mouetur mens hominis secundum appræhensionem: & per consequens etiam secundum affectionem: unde Aug. ad probam, dicit: q̄ uerbis, & alijs signis ad augendum desiderium sanctum nosipsos acrius excitamus. Et glo. Mat. 6. super illud. Scit enim pater uester; quid opus sit uobis, dicit. Cur ergo sciēti loquimur, non ut nostræ faciamus indicium uoluntatis: sed ut excitemus obsequium piæ deuotionis. ¶ Secunda est mentis illuminatio. Verbis. n. instruitur intellectus ad discernendum petenda: propter quod dominus apostolis quemadmodum orarent doceri petentibus, orationem uocalem tradidit: quam cum proferrent uocaliter intellectus ad ea, quæ petenda sunt a deo, illuminaretur, ut uult Beda super Mat. ca. 6. ¶ Tertia est facilior recordatio rerum tempore orandi. unde Glo. Mat. 6. super illud. Non apud deum agendum est uerbis: sed rebus, intentione cordis, affectu simplici. Quę cum dicimus non cum docemus, sed nos tempore orandi recordamur, scilicet rerum quæ petimus. ¶ Quarta mentis ab euagatione custodia, ut uidelicet mentem ad deuotionem excitatam, uerba uocalia in ipsa deuotione, & attentione teneant, ne euagetur ad inutilia, & ad orationem impertinentia. Intentio namq; mentis nostræ nisi ad aliquod sensibile se teneat: facliter declinat: & ad alia distrahitur. Iuuatur autem plurimum; ut maneat circa unum attenta: si uerba uocalia orantis affectui coniungantur. ¶ Quinta est plenior debiti redditio: ut. s. homo seruitium deo debitum impendat secundum totum illud, quod a deo habet: hoc est non solum mente sed corpore: & hoc præcipue competit orationi, prout est satisfactoria, unde dicitur Oseę ult. Tollite uobiscum uerba & conuertimini ad dominum: & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. & Dama. lib. 4. cap. 4. Quia utiq; ait, ex uisibili sumus, & inuisibili natura: duplicem adorationem creatori offerimus, quemadmodum & intellectu psallimus, & labijs corporalibus. ¶ Sexta est redundantia quædam ab amma in corpus ex uehementi affectione, ac deuotione. secundum illud psal. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Sępe enim mens orantis deuotione accensa infletus, & suspiria in imbilos, & uoces inconsiderate prorumpit, unde Isido. de sum. bo. lib. 3. cap. 7. uocalis utilitatem orationis enumerans, ait. Psallendi utilitas tristia corda consolatur: gratiores mentes facit: studiosos oblectat: inertes excitat: peccatores ad lamenta inuitat: ad pietatis affectum animos inflectit. ¶ Septima est nostructio proximorum, unde glo. Mat. 6. Vult deus rogari, & uenerari: ut bonitas eius deriuetur ad plurimos: & status iustitiæ seruetur apud subiectos. Hæc autem deriuatio non potest fieri oratione mentali, quæ ab alijs deprehendi non potest: oportet ergo adiungere

Alexand. Tho.

Augus.

Mat. 6.

uocalem:

Quando utẽ dũ est oratione uocali in priuato, & quãdo nõ.

uocalem: ut exemplo sensibili cæteri instruantur. ¶ Ex præmissis satis elici potest, quando in priuatis orationibus uocali expressione utendum est: & quando solo mentali affectu. Nam perfecti uiri, qui sic inflammatur; ꝙ totaliter fertur in deum: maioris efficaciæ est mentalis oratio sola: quam uocalis adiuncta. Talis enim non indiget uoce exteriore ad deuotionem excitandum, seu affectum inflammandum: qui iam mente totus transiuit in deum. Immo potius ex sono uocali, retardatur. ¶ Aliter est de oratione imperfecti: quia cum talis nondum habeat potestatem se totaliter in dẽ offerendi: indiget ex causis præmissis, ut uoce excitetur, & excitatus in deuotione conseruetur. Ideo generaliter huiusmodi uocibus, & signis tantum est utendum: quantum sufficit ad mentis excitationem, & custodiam. Si aũt mens per has distrahatur, uel quomis modo impediatur a talibus est cessandum. Hæc autem intelligenda sunt de oratione priuata, quæ spõte offertur. Secus si ex debito: puta officio uoto, aut iniuncta penitentia, oratio sit dicenda. Sic .n. debitum non solueretur, si oratio sola mente perficeretur. ¶ Tertium scilicet, ꝙ oratio non solum uoce fieri debet: probatur: quia oratio uocalis ordinatur ad mentalem, non econuerso. unde Isido. ubi supra. Oratio cordis est, non labiorum. Neq; enim uerba deprecantis deus attendit solum: sed orantis cor aspicit. Vnde melius est cum silentio orare corde, sine sono uocis, quam solis uerbis sine intuitu mentis. Et sequitur. Bonum est corde semper orare. Bonum etiam, & sono uocis deum spiritalibus hymnis glorificare. Nihil est sola uoce canere sine cordis intentione. Sed sicut ait apostolus. Cantantes in cordibus uestris. Hoc est non solum uoce: sed & corde psallentes. Itẽ sicut supra patet. Oratio est ascensus in dẽũ. Ille autem fieri non potest per uoces, nisi cõiunctæ sint menti. Hinc & Chry. super Mat. Non audit dominus uocem sacerdotis: sed fidem centurionis: & glo. Mat. 6. Verbotenus sine affectione uacuas aures dei implere malum est: quasi in hoc audiamur. Quibus autem uerbis in oratione utendum est, an multis, uel paucis: posterius dum de breuitate orationis dominicæ dicendum fuerit reseruetur. Hæc de qualitate orationis quantum ad expressionem uocis. ¶ De qualitate uerõ loci congruentis, præsuppositõ; ꝙ duplex est oratio, publica, & priuata; de utraq; dico. Et in omnibus locis fieri potest oratio tam publica, quã priuata, congruentius tamen fit in locis, quæ ad dei cultũ consecrata sunt, & specialiter ordinata. Prima pars huius propositionis probatur primõ de orationibus publicis ex communi ecclesiæ ritu, quæ processiones instituit cũ canticis, & orationibus per terras, & aquas. ut de Greg. ma. legitur. Qui grassante epidimię morbo in populo Romano processionẽ instituit: qua etiã iram dñi placauit. De priuatis orationibus dñs ait. Tu aũt cũ oraueris: intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio: ora patrem tuũ in abscõdito: & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi. Mat. 6. Quæ tractans Isido. 3. de sum. bo. c. 7. dicit. Oratio priuatis locis opportunius funditur: magisq; obtentum impetrat, dum deo tantum teste depromitur. ¶ De utraq; sunt auctoritates multæ. Nam. 1. Timoth. 2. ait apostolus. Volo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione: similiter & mulieres: ubi glo. In omni loco ubicunq; sunt, non solum in ecclesia, & Ioh. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu: & ueritate. Glo. Non in templo, non in monte hoc: sed in intimo cordis rẽplo, & ueritate adorantiũ est. Itẽ ibidem glo. Cum deus sit spiritus nõ corpus: nõ aduertit corporeum locum, uel templum, in quo scilicet oretur: & psal. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino: ubi Glo. Sicubi non dominatur: ibidem non benedicatur. Cum ergo nulla creatura sit,

D

Mat. 6.

Oratio in quo loco fieri debet.

E

Grego.

Mat. 6.

1. Tim. 2.

Ioh. 4.

Psal. 102.

in qua deus non dominetur, nullus locus a laude eius excipitur. ¶ Secunda pars, scilicet q congruentius sit in ecclesijs dei consecratis, ostenditur per
Psal. 67. illud psal. In ecclesijs benedicite deo. Et dominus, domus mea domus orationis uocabitur, ubi glo. Chry. Ingressus Iesus urbem primo templum adijt. dans formam religionis, ut quocunq; imus primo ad domum orationis, si ibi est, accedamus, & per orationes deo commendati, sic ad agenda negocia secedamus. Neq; enim constitutæ essent ecclesiæ, nisi orationes essent præcipuæ. ¶ Quod autem magis congruat in ecclesijs orare plures a docto. assignantur rationes. ¶ Prima formæ obseruatio, ac Christi imitatio di. Domus
Mat. 21. mea domus orationis uocabitur Mat. 21. ubi. glo. Aug. In oratorio nemo
Col. 3 aliud agat; nisi id, ad quod factum est. ¶ Secunda propter mutuam membrorum ad orandum incitationem, & faciliorem exauditionem unde ad Col. 3. Commonentes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.
Math. 18. Et quoad faciliorem exauditionem dicitur Mat. 18. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum, scilicet ad exaudiendum eos. Et ibidem præmisit. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis est. In ecclesia autem est conuentio fidelium charitatis uinculo connexorum. unde & nomen ecclesia, quod sonat conuocatio, sumptum est. ¶ Tertia propter maiorem deuotionem, quam fideles concipiunt, propter ecclesiæ consecrationem illa ministrationem, unctionem, inscriptionem, sacrosanctæ eucharistiæ & reliquiarum sanctarum presentiam, quæ omnia deuotionem tribuunt, & augent. Non enim frustra hæc in consecratione exhibetur per manus pontificum, ut deducit bea. Bern. in sermone de dedica. ecclesiæ. ¶ Quarta propter
Gen. 28. speciale angelorum presentiam, quæ figurata est Gen. 28 Dum Iacob in loco, quo fundanda esset domus dei, uidit angelos ascendentes, & descendentes. Cui consonat illud.
Esa. 62. Supra muros tuos Hierusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt laudare nomen domini. Quæ pulchre ad propositum exponit beatus Ber. ubi supra. ¶ Quinta propter certiorem exauditionis sponsionem. unde.
3. Reg. 8. 3. Reg. 8. &. 9. ad orationem salomonis. Respondit dominus. Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: & sanctificaui domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum: & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Deniq; dominus preces ecclesiæ sponsæ suæ non patitur esse cassas. In ecclesiæ autem consecratione deuotissime preces ecclesiæ oblatæ sunt domino: pro exauditione orationum eorum, qui in ea fuerint dominum deprecaturi. In quarum uirtute etiam priuate orationes in ecclesia sunt efficaces: quia non illa tantum singularis persona orans in ecclesia: sed cum ea tota supplicat ecclesia, cuius personam gessit pontifex ecclesiæ consecrator. ¶ His ergo de causis cæteris paribus efficacior est ecclesia locis cæteris. Nec etiam tantum efficacior, sed quibusdam orationibus debita, & necessaria, ut quibusdam orationibus sacramentalibus, sicut est missæ officium. Similiter horis canonicis ex institutione ecclesiæ publice decantandis, nullus tamen locus spernendus, ubiq; dominus orandus est, quia ubiq; eius præsidio indigemus. In domo, in foro, in mensa, in lecto, in latrina, in palatio. Nec aliquis locus turpis est orationi, dum orans mundus fuerit, atq; purus. Legitur enim de beato Grego. ut recitat Alex. de Ales: q cum purgaret uentrem, & psalmum diceret, apparuit ei diabolus quærens quid faceret. Respondit: uentrem meum purgo, & deum meum laudo. Opera enim naturæ perfectis turpia non uidentur. Nec infernus orationi
G non congrueret, si inesset, qui orandi affectum haberet. ¶ De qualitate

F Quare magis cõgruat orare in ecclesijs.

uerò

De orationis diuturnitate.

De cõtinuatione.

Quõ uerum est, quod oportet semper orare.

uerò oronis quantũ ad ipis diuturnitatẽ, siue cõtinuationẽ. Aduertendũ, q cõtinuatio, siue diuturnitas oronis dupliciter põt attẽdi. Vno mõ secũdũ seipsam oronẽ, hoc est oronis actũ. Alio mõ secundũ oronis causam. Causa autẽ oronis desideriũ est charitatis. Ex illo.n. ꝓcedere debet oro. Attendendo igit continuationẽ oronis secundũ causam, cõtinua debet esse in nobis oro, & hoc actu, habitu, uel uirtute. Debet.n. in nobis esse sp charitatis habitus: cuius uirtus manet in oĩbus operibus, quæ ex charitate procedunt, omnibus enim illis inest ordinatio eorum, ad gloriam Dei, secũdum illud 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. quam ordinationem sortiuntur ex charitatis inclinatione, unde Aug. ad probam dicit. In ipsa fide, spe, & charitate continuato desiderio semper oramus. Attendendo aũt oronem secundũ se, siue actum orandi, nõ põt esse continua: quia in alijs operibus occupari necessitas humanæ infirmitatis cõpellit. unde ad probam dicit Aug. Ideo ꝓ certa interualla horarum, & temporum etiam uerbis rogamus Deum: ut illis rerum signis nosipsos ammoneamus: & quantum in hoc desiderio profeceri-mus, nobisipsis innotescamus, & ad hoc agendum, nosipsos acrius incitemus. Si in uniuersali quæritur, quanta esse debeat continuatio, ac diuturnitas orationis actualis secundum se, respondet sanctus Thom. quæstio. alleg. articu. 14. quòd quia unusquisque quantitas debet esse proportionata fini: sicut potionis quantitas proportionatur sanitati. Ideo utile est, quòd oratio tam sit diuturna; quantum expedit ad excitandum interioris desiderij feruorem. Cum uerò hanc mensuram excedit: ita ꝙ sine tædio prolongari non possit, non est ulterius oratio protelanda. Et ideo beatus August. ubi supra approbat consuetudinem quorundam fratrum in ægypto, qui crebras dicuntur habere orationes, sed tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne scilicet per productiores moras euanescat deuotio, & pariter euanescat intentio. Et per hoc sicut hæc intentio non est obruenda, si perdurare non potest, ita si perduraverit, docet non cito esse abrumpendam. Addit, ꝙ sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem ad intentionem orantis, sic & in oratione communi per comparationem ad deuotionem populi. Et secundum hæc exponendum est illud. Oportet semper orare, & non deficere. Luc. decimooctauo. & primo ad Thessal. quinto. Sine intermissione orate. Semper, & sine intermissione in habitu, & uirtute, non autem in actu. Vel semper orat: & sine intermissione q̃ debitis, & statutis temporibus orat, ut innuit Glo. interli. primo Thessal. quinto. quæ dicit. Sine intermissione certarum horarum. Et August. libr. de hæresibus. Quod dominus dicit. Oportet semper orare, & non deficere. Et Apostolus. Sine intermissione orate. sanissime' sic accipitur, ut nulla die intermittantur certa tẽpora orandi. Vel intelliguntur de oratione communissime accepta secundum quòd comprehendit omnem actum bonum, sic dicit August. & habetur in glo. Luc. decimooctauo. & primo Thessal. quinto. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit. Ipsum enim desiderium bonum oratio est: & si continuum est desiderium: continua est oratio. Et sicut supra dictum est de loco, ita & nunc dicta de orationis tempore, intelligenda sunt de orationibus uoluntarijs, non de orationibus ex debito dicendis: puta ex institutione ecclesiæ. ex uoto, ex ordine susceptor: ex pnia iniuncta. Tales.n. nõ debẽt autoritate singularis psone alicuius mutari, pcindi, uel ꝓlongari pp tẽdiũ legentis: sed integrè secũdũ ecclesiæ ordinationem, aut aliam obligationẽ sunt pfoluendæ. Nõ.n. potest sacerdos horas canonicas: aut pœnitens iniunctam satisfactionem propter suam accidiam omittere, uel mutare. ¶ De qualitate gestus corporis, &

Auguſt.

Auguſt.

Thom.

Auguſt.

Luc 18. 1. Theſſ. 5.

1. Theſſ 5.

Luc. 18. & 1. ad Theſſ. 5.

H

situs

sirus uidendum, qua congruentia oratur ad orientem, genua flectuntur, pectora tunduntur, manus extenduntur, etiam prostrationes in terram frequentantur. Sicut de saluatore legitur, q orans ad patrem, in faciem procidit, sic habetur Matth. 26. Pro horum solutione notat Alexand. par. 4. q. 94. membr. 3. q oratio maximè sacramentalis, & satisfactoria habet uirtutem impetrandi, & etiam significandi. Ratio impetrandi residet penes oratis deuotionem, & feruorem. Ratio significandi penes id quod foris apparet. unde Hugo de S. Victore lib. 2. de sacra. par. 9. c. 1. Sunt quædam sacramenta in ecclesia: in quibus etsi principaliter salus non consistat, tamen ex his salus augetur, inquantum deuotio exerceretur. Et ex eis quædam constat ex rebus qualia sunt aquæ aspersiones, susceptio cinerum, benedictio florum, ceterorum, & huiusmodi. Aliqua constat in factis: qualia sunt signaculum crucis, exufflatio exorcizationis, expansio manuum, incuruatio genuum, & huiusmodi. Aliqua in dictis constat, sicut est trinitatis inuocatio. Signa ergo corporalia, ac gestus, quæ fiunt in oratione, ad significandum adhibentur. Et quia in oratione duo sunt. s. qui orat, & qui oratur, duo per huiusmodi signa exteriora designantur. s. aliquid ex parte Dei, aliquid ex parte hominis orantis. Sic uersio orantis ad orientem, significat, q sicut ex illa parte oritur sol, & lux, quæ est nobilissima inter omnes creaturas corporales, sic ad eum qui omnes creaturas excellit, oratio dirigenda est. unde Aug. lib. 2. de ser. domini in monte, exponens illud Pater noster qui es in cœlis, dicit. Cum ad orationem stamus, ad orientem conuertimur, unde cœlum surgit, non tàquam hic habitet Deus, quasi ceteras mundi partes deserens, qui ubique locorum præsens est, non locorum spacijs, sed præsentia maiestatis, sed ut admoneat animus ad naturam excellentiorem se conuertere. i. ad Deum, cum ipsum corpus, quod terreum est, ad corpus cœleste excellentius conuertitur. Et Dam. lib. 4. c. 4. ait. Nõ simpliciter. i. non sine ratione ad orientem adoramus sed quia ex inuisibili. i. intelligibili, & sensibili cõpositi sumus, duplicem adoratione conditionem offerimus, quemadmodum intellectu psallimus, & labijs corporalibus. Et sequitur. Quia igitur deus lumen intellectuale est uel intelligibile, & sol iustitiæ, & oriens in scripturis nominatur Christus: reponendum est ei oriẽs in adoratione. Omne enim melius Deo reponendum, ex quo omne bonum. Insuper Deus paradisum non ad occidentem: sed ad orientem, ubi hominem plasmauit, posuit, quem propter transgressionem a paradiso exulem fecit. Ex occidente igitur antiquam quidem patriam exquirentes ad ipsum respicientes. Et assumptus ad orientem sursum ferebatur & ita apostoli eum adorauerunt, & ita uenient, quomodo ipsi eũ uiderunt euntem in cœlum. Ipsum igitur expectantes ad orientem adoramus. Hęc Dam. Quædam etiam signa sunt ex parte nostra, ad significandum in oratione; sicut genuum incuruatio, ubi significatur uera humiliatio, ac reuerentia. Extensio manuum: qua ostenditur passionis fides, & exhibenda ei obedientia. Tũsio peccatoris, debita de peccatis pœnitentia. Hæc autem omnia non sunt tam de orationis necessitate, quam de eius congruitate, nisi ubi circa hæc ecclesia aliquid ordinauit, aut generalis consuetudo induxit, maxime in publicis, in quibus omnibus uitandum est scandalum, uitanda est pharisaica hypocrisis, in priuato uerò orans, & in secreto quilibet relinquitur sensui suo.

¶ Consequenter inquirendum est de q. 7. quæ fuit de attentione, quæ qualis ue sit necessaria ad orationis effectum, & ad soluendum orationis debitum. Ad cuius expeditionem supponitur, hic & repetita, habetur triplicis attentionis partitio supra lect. 6. descripta. s. actualis, habitualis, uirtualis. Rursus harum quælibet, diuiditur: qm. alia fertur in solas uoces, & uerba, alia in

uerborum

Matth. 26. Alexand.

Hugo.

Augus.

Damasc.

De corporis gestibus in oratione.

Orantis attentio.

Triplex est attentio.

uerborũ significata, tertia nec ad hæc, nec illa, hõ est nec uoces, nec significata, sed ad orationis finem immediatum, uel ultimum. s. ad petita, uel ad Deum, aut ad alios effectus bonos, uel uitiosos, quem habere possunt, etiam idiotæ: nec litteras: nec uerborum significata scientes. Mens est B. Tho. arti. 13. q. 83. secunda secundę. Et est hæc q. tantum de oratione uocali, quoniam mentalis ab attentione separari non potest. Thom.

Effectus orationis multiplex.

Potest & addi tertia distinctio de effectu orationis. Est enim & ille triplex. Primus communis est omnibus actibus charitate informatis, qui est mereri: secundus effectus orationis proprius est impetrare, quod petitur: tertius effectus orationis est, quem principaliter efficit. s. quædam spiritualis refectio mentis. Et potest addi quartus, qui est solutio debiti, ad quod orans tenetur. Vnde considerandum, q̃ duplices sunt orationes uocales. Quædam sunt oranti debitæ, utpote quæ cadunt sub præcepto, sicut horæ canonicæ clericis beneficiatis, aut in sacris constitutis, ac orationes pro satisfactione iniunctæ: quorum totalis omissio inducit mortale peccatum. Aliæ sunt orationes uoluntarie assumptæ, ad quas orans nullo præcepto obligatur. Et de illis manifestum est: quoniam si penitus omitti possunt sine peccato, non est mirum, q̃ euagatio, seu distractio tollens attentionem non inducit peccatum, nisi forte adesset contemptus, uel pusillorum scandalum. Igitur quantum ad quartum effectum de primi generis orationibus tantum dicenda intelliguntur. Quoad primos tamen tres effectus generaliter de quibuslibet orationis generibus dicendum per propositiones. q Prima propositio. Attentio actualis orationis, siue ad uerba: siue ad sensum uerborum non semper requiritur ad orationis effectum quadruplicem consequendum. Patet primo de quarto, qui est solut o debiti: quia obligatus ad certas orationes, puta horas canonicas, dicens illas soluit debitum, licet mente ad alia fit distractus: ita q̃ nec actualiter attendat, siue aduertat uoces, quas profert, nec sensum uerborum, sed cogitet quædã alia sibi incidentia. Satisfacit tamen præcepto ecclesiæ, nam præceptum de oratione ecclesiæ positiuum est: & non cadit nisi super uocum prolationẽ. Præceptum nanq; positiuum humanum non cadit nisi super ea, quæ subiacent humano iudicio, qualia sunt actus exteriores, non interiores. Et ita exercẽs actum exteriorem, mandatũ non transgreditur: & per hoc ẽt a peccato mortali excusatur: simul & ad horarum repetitione. Nec tenet talem reum mortalis criminis: q̃ non seruat præceptum ad intentionem præcipientis. Nam ecclesia præcipiens legi horas canonicas, intendit q̃ ille legantur ad consecutionem præmij cœlestis: & per consequens deuote, & attente. unde de cele. mis. c. dolentes. dicitur de clericis & prælatis. Districte præcipientes in uirtute obedientiæ, ut diuinum officium, & nocturnum pariter, & diurnum quãtum e s dederit Deus, studiose celebrent pariter, & deuotẽ. Quia etiam non ideo peccat mortaliter seruans diuina mandata, si in eorum obseruatione non implerur intentio Dei præcipientis, & finis, qui est, ut seruentur ex charitate: & finaliter propter Deum. Alioquin honorans parentes ex naturali pietate peccaret, & non existens in gratia non occidendo peccaret, & similiter non furando, non concupiscendo rem alienam. Hæc est intentio S. Thom. 1. secundę. q 100. articu. 10. & Gers. in tract. de solicitudine eccles. Thom. particula 60. q Quantum ad alios tres effectus patet, quia quoad tertium effectum stat proferentem uerba ex assuefactione per contemplationem in alia sursum rapi, trahi, uel uersari, quam sonat orationis sensus, uel uerba, & sic perfectius consequi hunc tertium effectum orationis, qui est quædam specialis refectio mentis. Cum enim finis, & uirtus orationis sit in eleuatione mentis in Deum per pium, & humilem affectum, in contemplatione ma-

Horæ canonicæ quomodo sunt dicẽdæ, qualis requiritur in intentio.

K

Qualis attẽtio requiratur in oratione.

xime

xime' consequitur anima huius orationis fructum, & affectum. Sic quoad primum effectum, qui est mereri, similiter quoad secundum, qui est impetrare quod petitur, patet, quòd talis ad contemplationem tractus facit actum magis gratum Deo: quam si attendere ad sensum uerborum, aut uerba ipsa, ideo non tollitur ratio meriti, aut impetrationis. unde Hugo in libr. de oratione. Pura oratio est, cum ex abundantia deuotionis mens ita accenditur: ut cum se ad Deum postulatura conuerterit: præ amoris eius magnitudine, etiam petitionis suæ obliuiscatur. & sequitur. Hoc genus orandi informe est, & quam præ ceteris omnibus unicum, tam est apud Deum præ ceteris omnibus pręciosum. Patet etiam quoad intentionem ad sensum literæ de monialibus, & multis clericis parum literatis, qui ea, quæ proferunt, minimè intelligunt: & tamen debitum soluunt: alioquin non esset salua omnis caro. ¶ Dictum est notâter in propositione. Non semper requiritur &c. quoniam licet per attentionem, quæ tollitur per distractionem, seu euagationem inuoluntariam non auferatur effectus orationis. Non quartus. s. solutio debiti. Nam etiam sic cum distractione, & sine actuali attentione, quę uagatio, & attentio displicet orantinon tenetur ad repetitionem eorum, quæ sine attentione protulit. Sufficit, q dum se sentit distractum, redeat: & pro posse distractionem excludat. Nec tollitur effectus orationis primus, & secundus, dum alias orans fuit in gratia: & ipsa oratio ex gratia processit. Nec tertius in casu statim supradicto. Si tamen uoluntarie distrahitur, puta uolens assumere cogitationes impertinentes & seculares: nec etiam euagationem ac distractionem curat repellere, sed vult progredi in distractione, iam nullum horum effectuum consequitur. Non quartum: quia sic non soluit debitum. Non enim satisfacit præcepto, quia uerba pęcpti contra mentem pęcipientis tenet. Aliud quippe est præcepta seruare ad litteram præter mentem, uel non secundum mentem præcipientis: hoc est non ad id, uel pp id propter quod præcipiens præcepit. Et aliud seruare literam contra mentem præcipientis. Secundum includit contemptum: non primum: ideo secũdus peccat, non primus. Et ideo quia secundus non satisfacit præceptor: tenetur, ad repetitionem eorum, quæ sic sine attentione ad uerba, sensum uel finem cum uoluntaria mentis alienatione orauit. Sententia est Cancel. Parisiensis. tra. de oratione. consi. 19 Et B. Tho. in 4. script. dist. 15 q. 17. artic. 4. in responsione ad secundum argumentum. Nec talis consequitur effectum tertium, manifestum est. Nullam enim consequitur mentis consolationem ex oratione, ad quam non attendit. Nec consequitur effectum primum, uel secundum: quia non procedit illa oratio ex charitate: immo si infuisset charitas, iam eam perdit: eo q uolens contra mentem percipientis agit. ¶ Sed dubitaret aliquis, an meditatio cœlestium, & spiritualium sit uoluntarie admittenda, dum orandum est. Exempli causa dicat aliquis. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. miserere mei &c. Et occurrat sibi in mentem triplex iudicium Dei. In inferno, in purgatorio, in mundo, & meditetur hæc uoluntarie, & fortiter, ut possit trahi in affectum cordis: horrendo iudicium infernis: timendo iudicium purgatorij: quærendo iudicium in hoc mundo, secundum misericordiam Dei, di. Fac mecum secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium diligentium nomẽ tuum. An illa, aut consimilis meditatio possit uoluntarie assumi tempore orationis. Et dicitur uoluntarie: quia si fiat inaduertenter, & absq; consensu deliberato, constat, q non obligat ad reiterationem: multò minus, quam uiciosa habituatio. ¶ Ad hoc dicendum secundum Can. Parisien. q si quis orat solus, aut cum alio, qui eius morã tolerare paratus est, prodest: & salubriter

Hugo.

I. De distractione in horis canonicis quale est peccatũ, & quando nõ.

Tho.

M. Verũ liceat inter orandum meditationes cęlestium sed impertinẽtium admittere.

consulitur

consulitur suspendere actualem orationis attentionem simul cum oratione uocali, donec huiusmodi meditatio circa alia cesset. Vt dum inter orandum quis sentit uehementem tractum cogitationis bonæ & honestæ ut prædicationis faciendæ aut huiusmodi, potest orans uerbalem orationem intermittere. aliquando diutius, aliqñ breuius, & redire postmodum ad continuationem absq; ulla præcedentium iteratione uerborũ, quia stante interruptione actus naturalis, moralis continuatio manet. Neq; fructum orationis auferet: nec meritum. Similiter dicendum, si quis exterius ab aliquo alio requiritur super responsione sibi facienda: siue dum rei domestice uel officijs proprijs imminens urget uel trahit commoditas, ut eidem protinus intendatur. Si uerò quis orationem agere debeat in communi utpote in ecclesia, seu conuentu, ubi non suppetit talis interruptionis actualis intentionis libertas: qa non tra redire potest ad passum, quem reliquit procedente choro, & conuentu in oratione. Talis interruptio fieri non debet: sed tutius est, ꝙ talis meditatio uoluntarie non admittatur tempore orationis debitę: sed uel deseraꝰ, uel in aliud tẽpus reseruetur. Suspireretq; talis orans, & gemat: ꝙ eam tunc admittere non concedatur: dicatq; sibijpsi. Melior est obedientia, quam uictime meditationum. Potens est Deus reddere uicem in idipsum, & si non hic tamen certissime in alio seculo. ubi fiet uox laudis sine perturbatione qualibet nostri cordis. De hoc B. Ber. ser. 49. super can. ita ait. Nihil operi Dei præponere licet. Et sequitur. Nil aliud dũ psallitis, præter id quod psallitis, cogitetis. Nec solas dico uitandas cogitationes uanas & ociosas, uitandę sunt & illæ, illa duntaxat hora, & illo loco, quas officiales fratres pro cõmuni necessitate quasi necessariò frequenter admittere compelluntur. Sed ne illa quidem profecto recipere tunc consulerem: quę forte pauoante in claustro sedentes in codicibus legeratis: & qualia & nunc me uiua uoce differente ex hoc auditorio, spiritu sancti gratia reportatis. Salubria sunt, sed minime illa salubriter inter psallendum reuoluitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quicquid aliud, quam debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. Hæc Bernard. Potest tamen in casu pio, aut necessario aliquid omitti: ut respondeatur quærenti: aut quæratur aliquid, quod tunc ad diuinum cultum, uel alias in re familiari necessarium fuerit: uel responsum super quæsito accipiatur. Et sic omissum resumendum non est. Turbaretur enim uel chorus, uel ipse omittens in alijs continuandis. Consultius est in hoc casu cum quadam cordis contritione progredi. Nam & in foro pœnitentiæ non oportet iniungere formalem omissorum repetitionem: ut primam pro prima: tertiã pro tertia &c. sed sufficit quòd æquiualens iniungatur. ¶ Secũda propositio. Attẽtio habitualis tm̃, ad sensum uerba, uel finẽ, nõ sufficit ad ofnẽ ex debito psoluẽdã: nec ad cetẽros ofonis effectus consequẽdos. Patet: quia stat habentẽ habitũ acquisitũ ex attenta ofne frequentata orare puersa attẽtione, & nolle actualiter attẽdere, sed uoluntaria alia etiam turpia animo uersare. In quo casu debitum non soluit: quinimo ad repetitionem obligatur: ut patet ex præcedenti propositione, & eius probatione. Et tamen talis habitualiter attendit: quia habitum habet. Neque consequitur finem tertium, manifestum est: quia illæ præsupponit attentionem actualem. Nec primum, aut secundum effectum: quia sic orans orando peccaret mortaliter: ergo nec meretur, nec impetrat. ¶ Tertia propositio. Virtualis attentio ad uerba sensum, aut fidem orationis proximum, uel remotum: non interrupta per actualem intentionẽ sibi mortaliter (alias moraliter) contrariã sufficit ad debiti solutionẽ, & duorum primorum effectuũ cõsecutionẽ. Est autem uirtualis attentio uirtus quædã relicta

Quid agẽdũ si talia inter orandum occurant.

1. Reg 15. Eccles. 4.

Bernar.

Attentio habitualis & uirtualis ꝙ.

N

ex

ex attentione actuali præuia, qua continuatur oratio, etiam ubi cor euagat actualiter inaduertenter circa alia multa. Patet hæc propositio quoad quartum effectum: quia attentio actualis requiritur: alioquin oratio non esset operatio humana, sed casualis, & fortuita. Et non requiritur actualis continuata ex propositione prima; licet requiratur in principio. Sine ea namq; non esset uirtualis. Nec sufficit attentio habitualis ex propositione secunda: ergo requiritur, & sufficit attentio uirtualis. Consequentia tenet a sufficiente diuisione. ¶ Ex illo sequitur: quod supra dictum est, quòd euagatio mentis, qui quis patitur inuitus, nec sentiendo consentit, excusat a mortali peccato simul, & debito reperendi orationem, quam soluere tenebatur. Patet, quia illa euagatio inuoluntaria stat cum attentione uirtuali, quæ sufficit. Idcirco ait Gerson. Non debent facile super huiusmodi inaduertentias, & distractiones scrupuli formari. Alioquin nunquam poterit orans cor suum quietare: nititur ad impossibile sibi per naturam, uel complexionem, uel consuetudinem, uel phantasiæ turbationem, quæ nunquam potest quiescere: sicut nec aer, uel mare: dum agitatur assiduitate uentorum. Vnde repetitionē in casu fieri, nedum superuacuum est, sed etiam inquietatiuum, periculosum, & nociuum, præcipue si in conuentibus orat, ubi societatem, cui esset onerosus, iuuare teneretur. Quoad duos primos effectus similiter patet, quia illa intentio uirtualis sine actuali stat cum charitate, & per consequens non tollit tōne meriti, nec impetrabilitatis. Nec manet hæc intentio uirtualis, si actualis unde processerat: fuerit elicita ex charitate sublata charitate per mortale. ¶ Tertius uerò effectus. s. spiritualis refectio mentis, requirit actualē attentionem ad uerba sensum, uel finem, ut dicit B. Thom. Si enim omnis actualis intentio tollitur: cedit & refectio mentis spiritualis, actualis. s. dulcedo, ac consolatio, seu iocunditas, quam peperit intentio actualis maximè finis. Nam licet quælibet attentionum uerborum sensus, & finis, sufficiat ad effectus orationis: ultima tamen, quæ est finis, laudabilior est, quàm secunda: & secunda laudabilior, quam prima: & quia anima non potest esse uehementer intenta ad diuersa, ideo prima attentio potest nocere, ut minor sit orationis fructus, si secundam euacuat, uel secunda, si tertiam omnino tollit, sed non econuerso, tamen attentio communiter accipiendo ad aliquam trium prædictarum non nocet, sed proficit: & sufficit ad debitum persoluendum. Veruntamen ceteris paribus, expeditius est affectionem suam exercere iuxta literam, quæ profertur, propter quatuor rationes in speciali. Vna est scripturæ ueneratio: in qua spiritussanctus semper loqui credendus est. Altera est particularior eruditio circa mysticos sub arido literæ nucleo clausos sensus. Tertia est suauior affuefactio circa quotidianos sensus. Quarta est maior stabilitio circa determinatos affectus, quam circa uagos, & iugiter nouos. ¶ Sed hic surgit dubium, quomodo cum Deum per nostra, uel aliorum salute petere uolumus: psalmos illos, & scripturas, quæ nec petitionis uerba, nec ad petitionem nostram pertinentia continere uidentur, recitamus. Vt dum pro peccatorum indulgentia orare uolumus, quid nobis prodest, si psal. Quare fremuerunt gentes. aut. Deus uenerunt gentes. siue. Attendite populeus: uel alium huiusmodi decantamus. ¶ Ad qđ post uenerabilē Hugo de S. Vict. in trac. de oratione respondeo. Premitto, q̄ cum oratio sit ascensus mentis in Deum per pium, & humilem affectum, non est opus uerbis quibuscumq; in oratione, ut Deus instruatur. Nouit. n. pater noster, quid opus sit nobis, antequam petamus Mat. 6. Sed uerbis utimur, uel ut ammoniti consideremus, quid petimus, uel ut pietatis in nobis excitent affectum. Sunt affectus huiusmodi innumeri, qui tamen possunt rēduci ad tres principales. s.

Qualis distractio exigit orationis repetitionem.

B. Thom.

O

Hugo.

Matth. 6.

affectus

Affectus quibus oratio red dit exaudibilis, tres sunt.

Cur uerbis utimur in oratione.

affectus amoris: affectus humilitatis: affectus indignationis. Quorum primus narratione diuinæ laudis gignitur: secundus commemoratione nostræ miseriæ excitatur: tertius malitiæ nostrorum aduersariorum exaggeratione oritur. Affectui amoris dei, quem laus diuina parit, annectitur affectus admirationis, & congratulationis. Nam dum laudes Dei manifestantur, mens ad amorem accenditur, & dum in eisdem aliquid nouum, uel mirandum elicitur, mens in admirationem, & stuporem trahitur. Cumq; aliquid acceptabile beneplacitum, & gratum Deo percipitur, animus quadam congratulationis hilaritate perfunditur. Hos ergo tres affectus sermo diuinæ laudis generat, quia ex commemoratione bonitatis surgit affectus dilectionis. Ex commemoratione potentiæ, & fortitudinis surgit affectus admirationis. Ex commemoratione alicuius prosperi euentus, & fati felicis, surgit affectus congratulationis. Affectui humilitatis annectitur affectus doloris, & affectus timoris. Hi ex commemoratione infelicitatis, & miseriæ nascuntur. Nam ex commemoratione propriæ infirmitatis, nascitur affectus humilitatis. Ex commemoratione malorum præsentium, uel præteritorum surgit affectus doloris. Ex præuisione futurorum affectus ebullit timoris. Affectui indignationis, adhæret affectus zeli, & affectus maioris præsumptionis de misericordia Dei. Nam cum fit inuectio, & accusatio in aduersarios, ex ipsa eorum malignitate mens indignata, in eorum odium inflammatur, contra iniuriam zelus oritur, quo mẽs ex amore iustitiæ ad desiderium ultionis inflammatur propter eorum malitiam: affectus bonæ præsumptionis de Dei misericordia oritur: dum mens ex noua aliqua, & singulari fiducia p'us solito animatur. ¶ Cum ergo scripturæ sacræ: & psalm. quibus inter uota præcum utimur, uel narrando laudem Dei ad eius amorẽ nos prouocant, uel nostram miseriam commemorando ante conspectum eius nos humiliant, uel malitiam aduersariorum nostrorũ exaggerando, utilem nobis solicitudinem, & fiduciam nobis coram Deo præstant ampliorem: patet, q̃ non impertinenter in nostris orationibus recitãtur; quia licet aliquæ earum narrationes petitionem non habeant, habent tamen omnes affectus utilitatum, quos in nobis accendunt. Per quos orantes citius desiderata, quam per petitiones impetrant, quoniam in affectibus pietatis est omnis uirtus orandi. Vnusquisq; ergo cum in oratione psalmos, uel alias quascumq; scripturas dicat, diligenter consideret, cur affectui seruiat, & ad illum effectum cum toto nisi cor suum excitet: ad quem rẽ, quod loquitur magis pertinere uideri: quia si uerborum, quæ loquitur, affectum habuerit per affectum ipsum magis ueritatem cognoscet, & per intelligentiam uerborũ in maiorem deuotionem affectum accender. ¶ Qui autem psalmi hos, uel illos excitent affectus Hugo exemplificat, dicẽs. Ex affectu dilectionis cantatur psalmus: Diligam te domine uirtus mea. Ex affectu admirationis dicitur psalmus, Domine dominus noster. Ex affectu gratulationis psal. Omnes gentes. Et in omnibus est laudatio. Ex affectu humilitatis canitur psal. In te domine speraui. Ex affectu doloris psal. Vsquequo domine exaltabitur inimicus meus super me. Ex affectu timoris psal. Domine ne in furore. Et in omnibus his est mixta quædã deprecatio. Ex affectu indignationis canitur psal. Quid gloriaris in malitia. Ex affectu zeli psal. Deus ultionum. Ex affectu bonæ præsumptionis psal. Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Non tamen per totam seriem unius psalmus, unde tantum affectus protenditur: sed quandoque fit transitus de alio affectu in alium: secundum q̃ mentes orantium diuersis modis affici solent. ¶ Vt autẽ effectus pij, attentioq; deuota, in orationibus nostris, quibus

Quo psalmi nullã petitionẽ continentes, aut petitioni nõ correspondentes nostris orationis commiscentur.

P

Q

ipse

ipse exauditur,& impetratoria reddatur,generentur, vtile ualde est,ac plurimum confert præparatio sui ad orationem per recollectionem præuiam. Quæ ad quinq; præmeditanda reduci potest:quæ si mens oratura prius meditaretur ; uel saltem breuiter cogitando in se commemoraretur : fructum plurimum consequeretur:attentaq; oraret affectibus pijs plena.Hæc autem sunt,ut cogitet conditiones sui orantis eorum, quos orat , pro quibus orat: quid orando petat:quibus uerbis oret. ¶ Quærat ergo cupiens deuote orare a seipso.Tu quis es?Quis inquam,es merito, uel demerito?quis professione, & statu?quis iniuncto ministerio?quis deniq; largissimo dei beneficio? In primo si recte sapiet,se peccatorem cognoscet, secundum illud. 1.Ioh.1. Si dixerimus,q; peccatum non habemus,ipsi nos seducimus : & ueritas in nobis non est. Eltq; incertus an amore, uel odio dignus sit, eo q; omnia in futurũ seruantur,incerta finaliter. Eccle 9. In secundo se forte cognoscet monachum,sacerdotem,aut clericum,& orationi specialiter dedicatum.In tertio se intelliget sua sponte intercessionis officium assumpsisse, aut donis,beneficijs,uel obligationibus ad orandum astrictum esse:seu necessitate aliqua,aut charitate paterna impulsum. In quarto se intelliget creaturã rationalem, ad Dei,quem orat , imaginem creatam , ac sanguine Christi redemptam:& ideo magna fiducia precem fundet , tanquam ad factorem opus suum non repellentem.¶ Secundò meditetur quis sit,uel qui, quem, uel quos orat. Et occurret in primis Deus ipse, cuius potentia nil superat : sapientiam nil latet:indulgentissimam bonitatem, nulla peccatorum magnitudo aut multitudo superat:cuius iustitia reprobos seua ultione damnat. Occurrent & sancti nostri ad Deum mediatores,uel qui magis Deo dignitate, & merito sunt uicini:aut oranti familiariori deuotione cogniti , seu speciali subuentionis priuilegio dotati:aut suæ custodiæ singulariter deputati. Meditabitur tertiò ipsa,quæ petenda sunt,non quidem uilia,aut modica : sed summa,& maxima:secundum saluatoris præceptum.Primum quærite regnum Dei,& iustitiam eius Matth. 6. Petenda igitur sunt liberatio a damnatione mortis perpetuæ: collatio beatitudinis æternæ infusio gratiæ remissio offensæ. Prima duo respiciunt regnum Dei . Secunda duo,iustitiam eius,quibus petitis , alia temporalia adijcientur . Meditabitur quartò,pro quibus orabit. Orabit autem in primis pro seipso:secundum illud . Miserere animæ tuæ placens Deo.Eccl.30.Deinde pro bonis in purgatorio . Item pro bonis,quorum casus magis scandalizat in hoc seculo.Demum pro malis, ut eruantur a diabolo. Meditabitur quintò:quibus uerbis orationem perficiet . Sunt.n. quædam uerba a Christo ore proprio expressa,sicut oratio dominica. Sunt alia ab apostolis , & prophetis spiritussancto dictante expressa . Sunt uerba ab ecclesia instituta . Sunt etiam uerba propria orantis deuotione formata. Horum quædam priuilegiata sunt : ut etiam ex ipso opere effectum aliquem sortiantur.Quæ secundum autorum suorum dignitatem digne & reuerenter sunt proferenda . Hac dispositione præcedente haud dubium:quin attentio diligentior sequetur,& pietatis affectus multiplicior.

1. Ioh.1.

Eccle.9.

Matth. 6.

Eccl.30.

DE ORATIONIS EFFICACIA QVANtum ad impetrationem.

LECTIO LXIII.

VPERÆST inuestigare de octaua quæstione: uidelicet de efficacia orationis, hoc est quæ requirantur ad hoc, quòd oratio sit impetratoria eius quod petitur. Qđ enim aliqua sit impetratoria omniũ, quæ petuntur, probat certissima promissio diuina, qua dicitur Iohan. 16. Amen, amen dico uobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Item Matth. 21. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Ioh. 15. Quodcunq; uolueritis, petetis, & fiet uobis. & similia multa habentur. Manifestum est autẽ: ꝙ nedum peccatores: sed etiam iusti multa, quæ petierunt, non acceperunt. Moyses enim petijt ut intraret terram promissionis, & non exaudiuit eum dominus. Deuter. 3. Paulus ter dominum rogauit, ut stimulus carnis auferretur ab eo: & audiuit. Sufficit tibi gratia mea. 2. ad Cor. 12. Ideo uidendum, quæ oratio sit impetratoria eius, quod petitur. Ad cuius inuestigationem aduertendum, ꝙ aliud est orationem esse meritoriam: & aliud esse efficacem ad impetrandum omne, quod petitur: ut tradit Alex. q. 96. parte 4. membro 3. Nam ad hoc, ꝙ oratio sit meritoria, requiritur; ꝙ procedat ex charitate, quæ fidem præsupponit, & spem: secundum quod dicit Hugo, ꝙ oratio est conuersio ad Deum fide, spe, & charitate subnixa. sic oratio Pauli meritoria fuit, nec tamen quod petijt, impetrauit. ¶ Ad hoc aũt, ꝙ oratio sit impetratoria cuiuslibet, quod petitur, requiruntur quatuor conditiones, quæ ponuntur in glo. Luc. 11. super illud. Quis uestrum habet amicum. quæ sunt, ut petatur pie, perseueranter, ad salutem, & pro se. Requiritur. n. aliquid ad orationem ex parte petentis: aliquid ex parte eius, a quo petitur: & aliquid ex parte obiecti, quod petit, & aliquid ex parte eius, pro quo postulatur. Ex parte petentis requirit: ꝙ petat pie. Est aũt pie petere religiosè petere. Pietas autem est Dei cultus: ut dictum est, supra lect. 18. Et religio illa uirtus est, q̃ dirigit potentiã circa cultũ Dei, quatenus rectè recolatur Deus. Pie ergo petit, qui rectè, quantum est, ex parte orantis, petit. Et sic secundum B. Thom. dist. 15. quarti. q. ulti. Illa conditio pie petere includit omnia ea, ex parte petentis ad orationem efficacem requisita, ut sunt, ꝙ confidenter petat, humiliter, recta intentione, ordinate, attentè. Ex parte eius, a quo petitur, requiritur, ꝙ petatur perseueranter. Est enim pater noster, quem petimus, qui filiorum curam gerit: secundum illud. 1. Petri. 5. Omnem solicitudinem uestram proijcientes in eum: qui ipsi cura est de uobis: ideo semper, & perseueranter ad eũ oratione est recurrendum. Vnde ait per prophetã. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum: ut non misereat filij uteri sui, etsi illa obliuiscatur fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Esa. 49. Possent ad idem reduci conditiones requisitæ ex parte petentis: ut humilitas, confidentia &c. quia illa requiruntur in petente in ordine ad eũ, qui petitur. Ex parte obiecti, i. rei, quæ petitur requiritur, ꝙ petatur, quę sunt ad salutem. Ex parte eius, cui, siue pro quo petit, requirit: ꝙ oratio fiat pro se. Et hæ quatuor conditiones tanguntur in uerbis Xpi Iohan. 16. supra allegatis, ubi dicit. Amen, amen dico uobis: si quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit uobis. Prima conditio tangitur ibi. In nomine meo: quia in nomine Iesu

A

Ioh. 16.

Matth. 21. Ioh. 15.

Deutero 3.

2. ad Cor. 12

Alex.

Luc. 11.

Thom.

1. Petri 5.

Esa. 39.

Ioh. 16.

Orationum aliã est meritoria, & non impetratoria.

Orationis impetratoriæ conditiones quatuor.

innocentiam criminibus accusar,uel tentandam eandem innocentiam postulat. Et ita accipiendo orationem large: pro qualibet petitione facta ad deum secundum diffinitionem Guilhel. etiam demonibus conuenit orare.
Thom. Sic uidetur accepisse beatus Tho. cum dicit. Illi conuenit oratio, qui rationem habet,& superiorem:& ita large accipitur supra in responsione ad dubium,cum dicitur,omni rationali creaturæ usum rationis habenti conuenit orare. Si autem orare acciperetur stricte, oporteret addere omni rationali creaturæ usum rationis habenti, non obstinato, & damnate.

DE ORATIONIS QVALITATE, QVANtum ad locum, & tempus.

LECTIO LXII.

A HVNC de sexta quæstione uidendum, quæ fuit de orationis qualitate. Inuestigandum ergo est de orationis qualitate,quantum ad expressionem uocis: loci cõgruẽ tiam,moram temporis,gestus,& situm corporis. Nam de qualitate perfectionis dicetur in.q.8.de orationis efficacia. ¶ Circa primum. An oratio debeat uocaliter perfici. Præmittit hæc Alex. part. 4. q. 9. memb. 2. ar.
Alexand. 6. aliqua oratio est pure mentalis, aliqua pure uocalis, aliqua mixta ex utraq;. ¶ Pure mentalis est dum immotis labijs cor ad deum loquitur.
1. Reg. 1. Quo modo orabat Anna: de qua. 1. Reg. 1. dicitur Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur, & uox penitus non audiebatur. Et glo. super illud Psalmi. Exaudisti domine deprecationem meam, dum clamarem ad te. Clamor fit ad deum non uoce:sed corde,quia multi silentes labijs clamauerunt, multi strepentes corde auerso nihil impetrare potuerunt. Clama ergo intus,ubi deus exaudit.¶Pure uocalis est, quando uocaliter loquens nihil cogitat de his, quæ dicit,nec in generali, nec in speciali,sed castra fabricat in Hispania, aut huiusmodi hoc est,mente uersat inania,& penitus impertinentia. ¶ Mixta est, qua orans mentaliter cogitat in genere uel in specie quæ uocibus enunciat. ¶ Item orationum quædam est publica, uel communis,alia est priuata,& singularis. Publica,ac communis est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi deo offertur. Hæc non solum exigit affectum interiorem,sed & affectum exteriorem: quia illa est excitatiua omnium fidelium ad bonum: & fit pro omnibus fidelibus. Et licet sacerdos exequens orationis officium non habeat,quãdoq; affectum,non tamen est sine affectu interiore ratione affectus membrorum,quæ sunt de ecclesia,quia semper aliqui sunt in ecclesia,qui habent mentis affectum in deum directum. Alia est oratio singularis,& priuata,quæ offertur a singulari persona,siue pro se,siue pro alio,aut alijs orante. Persona singularis dicitur,quæ non gerit ex officio personam
Oratio est multiplex.
B ecclesiæ.¶ Tũc dicit ad dubiũ,q̃ oratio publica necessariò est uocalis. Oportet.n.q̃ talis oratio innotescat populo,pro quo offertur:quod fieri non potest, nisi sit uocalis. Debet namque se populus in hac ministris ecclesiæ
Oratio publice necessario est uocalis.

confor-

conformare, ipsum deum secundum modum sibi possibilem publice deprecá do. Et ideo rationabiliter statuit ecclesia, ut ministri ecclesiæ huiusmodi orationes etiam alta uoce pronuncientur ad notitiam omniũ possint peruenire. Nec hoc tantum, sed etiam instituit, ut hę cum melodia cantus perficiantur: ut patet ex communi ecclesię ritu etiã in ueteri testa. obseruato. Nam cantus in laudẽ dei factus cum intellectu, & aduertentia eorum, quę cãtantur animos cantantiũ exhilarat, simul & audientiũ. Effugat ẽt accidiã, quæ secundũ Greg. est quædã tristitia circa bona spiritualia, & diuina, quę pro tunc imminent facienda. unde dicitur Iacob. 5. Tristatur aliquis uestrum, oret; quo animo, aut psallat. ubi Glosa. Crebra psalmodię dulcedine nociuam tristitiam depellãt. Sic propheta in psal. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi; id est ita repleor interno gaudio: cum cantauero tibi; & in labijs meis foris appareat abundantia gaudij interioris. Cantus etiam ad dei laudem ordinatus oblectat animum: & ad maiorem excitat deuotionem. De quo beatus Auguſt. dicit; & flebat uberrime in hymnis, & canticis ecclesię suauiter cantatis: & uoces illæ influebant in aures eius, & eliquabatur ueritas in corde. Et in lib. confes. Reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ domine in primordijs recuperatæ fidei meæ; & nunc ipse commoueor, non cantu, sed rebus, quæ cantantur cum liquida uoce, & conuenientissima modulatione. Proficit etiam cantus attentioni, dum animus diutius moratur circa sententiam uerborum, quæ cantantur. Profundius quippe intelligere possunt ea, & mastigare: quam si raptim accelerius sine cantu proferantur: propter quod supra dixit Auguſt. & uoces influebant in aures, & ueritas eliquabatur in corde. ¶ Ex his patet, & in ecclesia utiliter, & saluberiter institutum est publicas orationes cum cantu exerceri: dum illud agatur deuote, honeste, & ordinate, resecatis nimium curiosis; secularibus, & lasciuis fractisq; modulationibus: quę magis animi distractionem, & uanam auditus delectationem operantur, quam deuotionis excitationem. Magisque uerborum laudis diuinę intelligentiam tollunt, dum propter nimiam artificiosam uocum fractionem, non uerba, sed tantum cantantium sonus percipitur. Quod utiq; reprehensione dignum non dubitatur. unde beatus Auguſt. in confes. ait. Cum mihi accidit, ut amplius me cantus, quã res quæ cantatur moueat, penaliter me peccare confiteor. Et tunc mallem me non audire cantantem. Et beatus Hiero. super epistolam ad Ephe. 5. Cãtantes, & psallentes in cordibus uestris domino dicit. Audiant hæc adolescentuli. audiant hi quibus est in ecclesia psallendi officium: deo non uoce solum, sed corde cantandum. Nec in tragædiarum modum guttur, & fauces leniendæ sunt medicamine; ne in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica. Hæc Hiero. & habetur dist. nõ. 92. cap. cantantes. Et idem intelligendum de omnibus corporalibus cerimonijs, & actibus, qui in ecclesia geruntur, qui tunc laude digna censentur, dum tali modestia, ac simplicitate fiunt, ut agentes, & inspicientes, non solum corpore: sed & mente exerceantur in laude dei. Caueatur pompa, & lasciuia, ut per exteriora mens ad interiora contemplanda incitetur, & affectiones spirituales in fidelibus circunstantibus generentur. ¶ Secundò dicitur; quòd priuate, ac singulares orationes utroq; modo fieri possunt: corde tantum, aut corde simul, & uoce, non autem solum uoce. Prima pars patet per beatum Auguſt. ad probam. Multum precari est ad deum, quem precamur, diuturna, & cordis pia affectione, & excitatione pulsare. Nam plerumq; hoc negocium plus gemitibus, quam sermonibus agitur, Item Augu. Dum deum oramus: ut ab eo exaudiamur, non indigemus uer-

Iacob. 5.

Auguſt.

Auguſt.

Orationis publicę, & cantus uocalis utilitas.

Auguſt.

Ephe. 5.

C

Auguſt.

Auguſt.

bis multis, uel paucis. Non enim ambitione precum exaudit nos deus, qui semper paratus est nobis dare suam lucē, non solum uisibilē, sed & intelligibilem, & spiritualem. Patet ēt ex orationis diffinitionibus, in quibus habet, q̄ oratio est ascensus mentis in deū. Ille aūt fieri pōt solo affectu sine uocum prolatione. ¶ Secunda pars probatur: q̄. s. oratio fieri potest simul corde, & uoce. Nā dominus, qui est doctor sapientissimus, modum orandi dedit uocalem, dicens. Sic orabitis. Pater noster, qui es in cælis. Præterea oratio obsequium est iustitiæ. Iustum aūt est domino nedū interiori cordis affectu: sed ēt exteriori uocum motu obsequi. ¶ Et licet sufficit oratio mentalis quoad deum, qui inspector est cordis: utilis tamen est priuata uocalis propter plures causas, quas assignant doct. Alex. Tho. & cæteri post eos. ¶ Prima est excitatio interioris deuotionis, qua mens orātis, & affectus eleuetur in deū. Alexand. Tho. Nam per exteriora signa uocum: siue etiam aliquorum factorum, mouetur mens hominis secundum apprehensionem: & per consequens etiam secundum affectionem: unde Aug. ad probam, dicit: q̄ uerbis, & alijs signis ad augendum desiderium sanctum nosipsos acrius excitamus. Et glo. Mat. 6. super illud. Scit enim pater uester; quid opus sit uobis, dicit. Cur ergo sciēti loquimur, non ut nostræ faciamus indicium uoluntatis: sed ut excitemus obsequium piæ deuotionis. ¶ Secunda est mentis illuminatio. Verbis. n. instruitur intellectus ad discernendum petenda: propter quod dominus apostolis quemadmodum orarent doceri petentibus, orationem uocalem tradidit: quam cum proferrent uocaliter intellectus ad ea, quæ petenda sunt a deo, illuminaretur, ut uult Beda super Mat. ca. 6. ¶ Tertia est facilior recordatio rerum tempore orandi. unde Glo. Mat. 6. super illud. Non apud deum agendum est uerbis: sed rebus, intentione cordis, affectu simplici. Quę cum dicimus non cum docemus, sed nos tempore orandi recordamur, scilicet rerum quæ petimus. ¶ Quarta mentis ab euagatione custodia, ut uidelicet mentem ad deuotionem excitatam, uerba uocalia in ipsa deuotione, & attentione teneant, ne euagetur ad inutilia, & ad orationem impertinentia. Intentio namq; mentis nostræ nisi ad aliquod sensibile se teneat: faciliter declinat: & ad alia distrahitur. Iuuatur autem plurimum; ut maneat circa unum attenta: si uerba uocalia orantis affectui coniungantur. ¶ Quinta est plenior debiti redditio: ut. s. homo seruitium deo debitum impendat secundum totum illud, quod a deo habet: hoc est non solum mente sed corpore: & hoc præcipue competit orationi, prout est satisfactoria. unde dicitur Oseę ult. Tollite uobiscum uerba & conuertimini ad dominum: & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. & Dama. lib. 4. cap. 4. Quia utiq; ait, ex uisibili sumus, & inuisibili natura: duplicem adorationem creatori offerimus, quemadmodum & intellectu psallimus, & labijs corporalibus. ¶ Sexta est redundantia quædam ab anima in corpus ex uehementi affectione, ac deuotione. secundum illud psal. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Sæpe enim mens orantis deuotione accensa inflectus, & suspiria in iubilos, & uoces inconsideratę prorumpit, unde Isido. de sum. bo. lib. 3. cap. 7. uocalis utilitatem orationis enumerans, ait. Psallendi utilitas tristia corda consolatur: gratiores mentes facit: studiosos oblectat: inertes excitat: peccatores ad lamenta inuitat: ad pietatis affectum animos inflectit. ¶ Septima est instructio proximorum, unde glo. Mat. 6. Vult deus rogari, & uenerari: ut bonitas eius deriuetur ad plurimos: & status iustitiæ seruetur apud subiectos. Hæc autem deriuatio non potest fieri oratione mentali, quæ ab alijs deprehendi non potest: oportet ergo adiungere

Quando utē dā est oratione uocali in priuato, & quādo nō.

uocalem: ut exemplo sensibili cæteri instruantur. ¶ Ex præmissis satis elici potest, quando in priuatis orationibus uocali expressione utendum est: & quando solo mentali affectu. Nam perfecti uiri, qui sic inflammatur; ꝙ totaliter fertur in deum: maioris efficaciæ est mentalis oratio sola: quam uocalis adiuncta. Talis enim non indiget uoce exteriore ad deuotionem excitandam, seu affectum inflammandum: qui iam mente totus transiuit in deum. Immo potius ex sono uocali, retardatur. ¶ Aliter est de oratione imperfecta: quia cum talis nondum habeat potestatem se totaliter in deū offerendi: indiget ex causis præmissis, ut uoce excitetur, & excitatus in deuotione conseruetur. Ideo generaliter huiusmodi uocibus, & signis tantum est utendum: quantum sufficit ad mentis excitationem, & custodiam. Si aūt mens per has distrahatur, uel quouis modo impediatur a talibus est cessandum. Hæc autem intelligenda sunt de oratione priuata, quæ spōte offertur. Secus si ex debito: puta officio uoto, aut iniuncta penitentia, oratio sit dicenda. Sic .n. debitum non solueretur, si oratio sola mente perficeretur. ¶ Tertium scilicet, ꝙ oratio non solum uoce fieri debet: probatur: quia oratio uocalis ordinatur ad mentalem, non econuerso. unde Isido. ubi supra. Oratio cordis est, non labiorum. Neq; enim uerba deprecantis deus attendit solum: sed orantis cor aspicit. Vnde melius est cum silentio orare corde, sine sono uocis, quam solis uerbis sine intuitu mentis. Et sequitur. Bonum est corde semper orare. Bonum etiam, & sono uocis deum spiritalibus hymnis glorificare. Nihil est sola uoce canere sine cordis intentione. Sed sicut ait apostolus. Cantantes in cordibus uestris. Hoc est non solum uoce: sed & corde psallentes. Itē sicut supra patet. Oratio est ascensus in deū. Il le autem fieri non potest per uoces, nisi cōiunctæ sint menti. Hinc & Chry. super Mat. Non audit dominus uocem sacerdotis: sed fidem centurionis: & glo. Mat. 6. Verbotenus sine affectione uacuas aures dei implere malum est: quasi in hoc audiamur. Quibus autem uerbis in oratione utendum est, an multis, uel paucis: posterius dum de breuitate orationis dominicæ dicendum fuerit reseruetur. Hæc de qualitate orationis quantum ad expressionem uocis. ¶ De qualitate uerō loci congruentis, præsuppositō; ꝙ duplex est oratio, publica, & priuata; de utraq; dico. Et in omnibus locis fieri potest oratio tam publica, quā priuata, congruentius tamen fit in locis, quæ ad dei cultū consecrata sunt, & specialiter ordinata. Prima pars huius propositionis probatur primō de orationibus publicis ex communi ecclesiæ ritu, quæ processiones instituit cū canticis, & orationibus per terras, & aquas. ut de Greg. ma. legitur. Qui graſſante epidimię morbo in populo Romano processionē instituit: qua etiā iram dñi placauit. De priuatis orationibus dñs ait. Tu aūt cū oraueris: intra in cubiculum tuū, & clauso ostio: ora patrem tuū in abscōdito: & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi. Mat. 6. Quæ tractans Isido. 3. de sum. bo. c. 7. dicit. Oratio priuatis locis opportunius funditur: magisq; obtentum impetrat, dum deo tantum teste depromitur. ¶ De utraq; sunt auctoritates multæ. Nam. 1. Timoth. 2. ait apostolus. Volo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione: similiter & mulieres: ubi glo. In omni loco ubicunq; sunt, non solum in ecclesia, & Ioh. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu: & ueritate. Glo. Non in templo, non in monte hoc: sed in intimo cordis rēplo, & ueritate adorantū est. Itē ibidem glo. Cum deus sit spiritus nō corpus: nō aduertit corporeum locum, uel templum, in quo scilicet oretur: & psal. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino ubi Glo. Sicubi non dominatur: ibidem non benedicatur. Cum ergo nulla creatura sit,

Oratio in quo loco fieri debet.

D

E

Mat. 6.

Grego.

Mat. 6.

1. Tim. 2.

Ioh. 4.

Psal. 102.

in qua deus non dominetur, nullus locus a laude eius excipitur. ¶ Secunda pars, scilicet q congruentius fit in ecclesijs dei consecratis, ostenditur per
Psal. 67. illud psal. In ecclesijs benedicite deo. Et dominus, domus mea domus orationis uocabitur, ubi glo. Chry. Ingressus Iesus urbem primo templum adijt. dans formam religionis, ut quocunq; imus primo ad domum orationis, si ibi est, accedamus, & per orationes deo commendari, sic ad agenda negocia secedamus. Neq; enim constitutæ essent ecclesiæ, nisi orationes essent pręlegendæ. ¶ Quod autem magis congruat in ecclesijs orare plures a docto. assignantur rationes. ¶ Prima formæ obseruatio, ac Christi imitatio di. Domus
Mat. 21. mea domus orationis uocabitur Mat. 21. ubi. glo. Aug. In oratorio nemo
Col. 3 aliud agat; nisi id, ad quod factum est. ¶ Secunda propter mutuam membrorum ad orandum incitationem, & faciliorem exauditionem. unde ad Col. 3. Commonentes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.
Math. 18. Et quoad faciliorem exauditionem dicitur Mat. 18. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum, scilicet ad exaudiendum eos. Et ibidem præmisit. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis est. In ecclesia autem est conuentio fidelium charitatis uinculo connexorum. unde & nomen ecclesia, quod sonat conuocatio, sumptum est. ¶ Tertia propter maiorem deuotionem, quam fideles concipiunt, propter ecclesiæ consecrationem illuminationem, unctionem, inscriptionem, sacrosanctæ eucharistiæ & reliquiarum sanctarum presentiam, quæ omnia deuotionem tribuunt, & augent. Non enim frustra hæc in consecratione exhibetur per manus pontificum, ut deducit bea. Bern. in sermone de dedica. ecclesiæ. ¶ Quarta propter
Gen. 28. speciale angelorum presentiam, quæ figurata est Gen. 28 Dum Iacob in
Esa. 62. loco, quo fundanda esset domus dei, uidit angelos ascendentes, & descendentes. Cui consonat illud. Supra muros tuos Hierusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt laudare nomen domini. Quæ pulchre ad propositum exponit beatus Ber. ubi supra. ¶ Quinta propter certiorem exauditionis sponsionem. unde. 3. Reg. 8. &. 9. ad orationē
3. Reg. 8. salomonis. Respondit dominus. Exaudiui orationem tuā, & deprecationē tuā, quā deprecatus es coram me: & sanctificaui domū hanc, quā ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum: & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Deniq; dominus preces ecclesiæ sponsæ suæ non patitur esse cassas. In ecclesiæ autem consecratione deuotissime preces ecclesiæ oblatæ sunt domino: pro exauditione orationum eorum, qui in ea fuerint dominum deprecaturi. In quarum uirtute etiam priuate orationes in ecclesia sunt efficaces: quia non illa tantum singularis persona orans in ecclesia: sed cum ea tota supplicat ecclesia, cuius personam gessit pontifex ecclesiæ consecrator. ¶ His ergo de causis cæteris paribus efficacior est ecclesia locis cæteris. Nec etiam tantum efficacior, sed quibusdam orationibus debita, & necessaria, ut quibusdam orationibus sacramentalibus, sicut est missæ officium. Similiter horis canonicis ex institutione ecclesiæ publice decantādis, nullus tamen locus spernendus, ubiq; dominus orandus est, quia ubiq; eius præsidio indigemus. In domo, in foro, in mensa, in lecto, in latrina, in palatio. Nec aliquis locus turpis est orationi, dum orans mundus fuerit, atq; purus. Legitur enim de beato Grego. ut recitat Alex. de Ales: q cum purgaret uentrem, & psalmum diceret, apparuit ei diabolus quærens quid faceret. Respondit: uentrem meum purgo, & deum meum laudo. Opera enim naturę perfectis turpia non uidentur. Nec infernus orationi
G non congrueret, si inesset, qui orandi affectum haberet. ¶ De qualitate

Quare magis cōgruat orare in ecclesijs.

uerō

De orationis diuturnitate.

De cõtinuatione.

Quõ uerum est, quod oportet semper orare.

uerò oronis quantũ ad tpis diuturnitatẽ, siue cõtinuationẽ. Aduertendũ, ꝙ cõtinuatio, siue diuturnitas oronis dupliciter põt attẽdi. Vno mõ secũdũ seipsam oronẽ, hoc est oronis actũ. Alio mõ secundũ oronis causam. Causa autẽ oronis desideriũ est charitatis. Ex illo.n. ꝓcedere debet oro. Attendendo igit continuationẽ oronis secundũ causam, cõtinua debet esse in nobis oro, & hoc actu, habitu, uel uirtute. Debet.n. in nobis esse ſp charitatis habitus: cuius uirtus manet in oibus operibus, quæ ex charitate procedunt, omnibus enim illis inest ordinatio eorum, ad gloriam Dei, secũdum illud 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. quam ordinationem sortiuntur ex charitatis inclinatione. unde Aug. ad probam dicit. In ipsa fide, spe, & charitate cõtinuato desiderio semper oramus. Attendendo aũt oronem secundũ se, sine actum orandi, nõ põt esse continua: quia in alijs operibus occupari necessitas humanæ infirmitatis cõpellit. unde ad probam dicit Aug. Ideo ꝙ certa interualla horarum, & temporum etiam uerbis rogamus Deum: ut illis rerum signis nosipsos ammoneamus: & quantum in hoc desiderio profecerimus, nobisipsis innotescamus, & ad hoc agendum, nosipsos acrius incitemus. Si in uniuersali quæritur, quanta esse debeat continuatio, ac diuturnitas orationis actualis secundum se, respondet sanctus Thom. quæstio. alleg. articu. 14. quòd quia unusquisque quantitas debet esse proportionata fini: sicut potionis quantitas proportionatur sanitati. Ideo utile est, quòd oratio tam sit diuturna; quantum expedit ad excitandum interioris desiderij feruorem. Cum uerò hanc mensuram excedit: ita ꝙ fine tædio prolongari non possit, non est ulterius oratio protelanda. Et ideo beatus Augustinus ubi supra approbat consuetudinem quorundam fratrum in ægypto, qui crebras dicuntur habere orationes, sed tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne scilicet per productiores moras euanescat deuotio, & pariter euanescat intentio. Et per hoc sicut hæc intentio non est obruenda, si perdurare non potest, ita si perduraverit, docet non cito esse abrumpendam. Addit, ꝙ sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem ad intentionem orantis, sic & in oratione communi per comparationem ad deuotionem populi. Et secundum hæc exponendum est illud. Oportet semper orare, & non deficere. Luc. decimooctauo. & primo ad Thessal. quinto. Sine intermissione orate. Semper, & sine intermissione in habitu, & uirtute, non autem in actu. Vel semper orat: & sine intermissione qui debitis, & statutis temporibus orat, ut innuit Glo. interli. primo Thessal. quinto. quæ dicit. Sine intermissione certarum horarum. Et August. libr. de hæresibus. Quod dominus dicit. Oportet semper orare, & non deficere. Et Apostolus. Sine intermissione orate. sanissime sic accipitur, ut nulla die intermittantur certa tempora orandi. Vel intelliguntur de oratione communissime accepta secundum quòd comprehendit omnem actum bonum, sic dicit August. & habetur in glo. Luc. decimooctauo. & primo Thessal. quinto. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit. Ipsum enim desiderium bonum oratio est: & si continuum est desiderium: continua est oratio. Et sicut supra dictum est de loco, ita & nunc dicta de orationis tempore, intelligenda sunt de orationibus uoluntarijs, non de orationibus ex debito dicendis: puta ex institutione ecclesiæ. ex uoto, ex ordine susceptos: ex pœna iniuncta. Tales.n. nõ debẽt autoritate singularis pſonæ alicuius mutari, pscindi, uel prolongari pp tẽdiũ legentis: sed integrè secũdũ ecclesiæ ordinationem, aut aliam obligationẽ sunt pſoluendæ. Nõ.n. potest sacerdos horas canonicas: aut pœnitens iniunctam satisfactionem propter suam accidiam omittere, uel mutare. ¶ De qualitate gestus corporis, &

Auguſt.

Auguſt.

Thom.

Auguſt.

Luc 18. 1. Theſſ 5.

1. Theſſ 5.

Luc. 18. & 1. ad Theſſ. 5.

H

situs uidendum, qua congruentia oratur ad orientem, genua flectuntur, pectora tunduntur, manus extenduntur, etiam prostrationes in terram frequentantur. Sicut de Saluatore legitur, q̃ orans ad patrem, in faciem proci-
Matth. 26. Alexand. ditsut habetur Matth. 26. Pro horum solutione notat Alexand. par. 4. q. 94. membr. 3. q̃ oratio maximè sacramentalis, & satisfactoria habet uirtutem impetrandi, & etiam significandi. Ratio impetrandi residet penes oratis deuotionem, & feruorem. Ratio significandi penes id quod foris apparet.
Hugo. unde Hugo de S. Victore lib. 2. de sacra. par. 9. c. 1. Sunt quædam sacramenta in ecclesia: in quibus etsi principaliter salus non consistat, tamen ex his salus augetur, inquantum deuotio exerceretur. Et ex eis quædam constat ex rebus: qualia sunt aquæ aspersiones, susceptio cinerum, benedictio florum, cereorum, & huiusmodi. Aliqua constat in factis: qualia sunt signaculum crucis, exsufflatio exorcizationis, expansio manuum, incuruatio genuum, & huiusmodi. Aliqua in dictis constat, sicut est trinitatis inuocatio. Signa ergo corporalia, ac gestus, quæ fiunt in oratione, ad significandum adhibentur. Et quia in oratione duo sunt. s. qui orat, & qui oratur, duo per huiusmodi signa exteriora designantur. s. aliquid ex parte Dei, aliquid ex parte hominis orãtis. Sic uersio orantis ad orientem, significat, q̃ sicut ex illa parte oritur sol, & lux, quæ est nobilissima inter omnes creaturas corporales, sic ad eum qui
Augus. omnes creaturas excellit, oratio dirigenda est. unde Aug. lib. 2. de ser. domini in monte, exponens illud Pater noster qui es in cœlis, dicit. Cum ad orationem stamus, ad orientem conuertimur, unde cœlum surgit, non tãquam hic habitet Deus, quasi ceteras mundi partes deserens, qui ubique locorum præsens est, non locorum spacijs, sed præsentia maiestatis, sed ut admoneat animus ad naturam excellentiorem se conuertere. i. ad Deum, cum ipsum corpus, quod terreum est, ad corpus cœleste excellentius conuertitur. Et
Damasc. Dam. lib. 4. c. 4. ait. Nõ simpliciter. i. non sine ratione ad orientem adoramus sed quia ex inuisibili. i. intelligibili, & sensibili cõpositi sumus, duplicem adoratione conditionem offerimus, quemadmodum intellectu psallimus, & labijs corporalibus. Et sequitur. Quia igitur deus lumen intellectuale est uel intelligibile, & sol iustitiæ, & oriens in scripturis nominatur Christus: reponendum est ei oriẽs in adoratione. Omne enim melius Deo reponendum, ex quo omne bonum. Insuper Deus paradisum non ad occidentem: sed ad orientem, ubi hominem plasmauit, posuit, quem propter transgressionem a paradiso exulem fecit. Ex occidente igitur antiquam quidem patriam exquirentes ad ipsum respicientes. Et assumptus ad orientem sursum ferebatur: & ita apostoli eum adorauerunt, & ita uenient, quomodo ipsi eũ uiderunt euntem in cœlum. Ipsum igitur expectantes ad orientem adoramus. Hęc Dam. Quædam etiam signa sunt ex parte nostra, ad significandum in oratione; sicut genuum incuruatio, ubi significatur nostra humiliatio, ac reuerentia. Extensio manuum: qua ostenditur passionis fides, & exhibenda ei obedientia. Tũsio peccatoris, debita de peccatis pœnitentia. Hæc autem omnia non sunt tam de orationis necessitate, quam de eius congruitate, nisi ubi circa hæc ecclesia aliquid ordinauit, aut generalis consuetudo induxit, maxime in publicis, in quibus omnibus uitandum est scandalum, uitanda est pharisaica hypocrisis, in priuato uerò orans, & in secreto quilibet relinquitur sensui suo.

De corporis gestibus in oratione.

Orantis attentio.

¶ Consequenter inquirendum est de q. 7. quæ fuit de attentione, quæ qualis ue sit necessaria ad orationis effectum, & ad soluendum orationis debitum. Ad cuius expeditionem supponitur, hic & reperitq̃ habetur triplicis attentionis partitio supra lect. 6. descripta. s. actualis, habitualis, uirtualis. Rursus harum quælibet diuiditur: q̃m alia fertur in solas uoces, & uerba, alia in

Triplex est attentio.

uerborum

uerborũ significata, tertia nec ad hæc, nec illa, hõ est nec uoces, nec significata, sed ad orationis finem immediatum, uel ultimum. s. ad petita, uel ad Deum, aut ad alios effectus bonos, uel uitiosos, quem habere possunt, etiam idiotæ: nec litteras: nec uerborum significata scientes. Mens est B. Tho. arti. 19. q. 83. secunda secundę. Et est hæc q. tantum de oratione uocali, quoniam mentalis ab attentione separari non potest. Thom.

Effectus orationis multiplex.

Potest & addi tertia distinctio de effectu orationis. Est enim & ille triplex. Primus communis est omnibus actibus charitate informatis, qui est mereri: secundus effectus orationis proprius est impetrare, quod petitur: tertius effectus orationis est, quem principaliter efficit. s. quædam spiritualis refectio mentis. Et potest addi quartus, qui est solutio debiti, ad quod orans tenetur. Vnde considerandum, q duplices sunt orationes uocales. Quædam sunt oranti debitæ, utpote quæ cadunt sub præcepto, sicut horæ canonicæ clericis beneficiatis, aut in sacris constitutis, ac orationes pro satisfactione iniunctæ: quorum totalis omissio inducit mortale peccatum. Aliæ sunt orationes uoluntariè assumptæ, ad quas orans nullo præcepto obligatur. Et de illis manifestum est: quoniam si penitus omitti possunt sine peccato, non est mirum, q euagatio, seu distractio tollens attentionem non inducit peccatum, nisi forte adesset contemptus, uel pusillorum scandalum. Igitur quantum ad quartum effectum de primi generis orationibus tantum dicenda intelliguntur. Quoad primos tamen tres effectus generaliter de quibuslibet orationis generibus dicendum per propositiones. ¶ Prima propositio. Attentio actualis orationis, siue ad uerba: siue ad sensum uerborum non semper requiritur ad orationis effectum quadruplicem consequendum. Patet primo de quarto, qui est solui debiti: quia obligatus ad certas orationes, puta horas canonicas, dicens illas soluit debitum, licet mente ad alia sit distractus: ita q nec actualiter attendat, siue aduertat uoces, quas profert, nec sensum uerborum, sed cogitet quædã alia sibi incidentia. Satisfacit tamen præcepto ecclesiæ, nam præceptum de oratione ecclesiæ positiuum est: & non cadit nisi super uocum prolationẽ. Præceptum nanq; positiuum humanum non cadit nisi super ea, quæ subiacent humano iudicio, qualia sunt actus exteriores, non interiores. Et ita exercẽs actum exteriorem, mandatũ non transgreditur; & per hoc ẽt a peccato mortali excusatur: simul & ad horarum repetitione. Nec tenet talem reum mortalis criminis: q non seruat præceptum ad intentionem præcipientis. Nam ecclesia præcipiens legi horas canonicas, intendit q ille legantur ad consecutionem præmij cœlestis: & per consequens deuote, & attentè. unde de cele. mis. c. dolentes. dicitur de clericis & prælatis. Districte præcipientes in uirtute obedientiæ, ut diuinum officium, & nocturnum pariter, & diurnum quãtum e s dederit Deus, studiose celebrent pariter, & deuotè. Quia etiam non ideo peccat mortaliter seruans diuina mandata, si in eorum obseruatione non impletur intentio Dei præcipientis, & finis, qui est, ut seruentur ex charitate: & finaliter propter Deum. Alioquin honorans parentes ex naturali pietate peccaret, & non existens in gratia non occidendo peccaret, & similiter non furando, non concupiscendo rem alienam. Hæc est intentio S. Thom. 1. secundę. q 100. articu. 10. & Gers. in tract. de solicitudine eccles. particula 60. ¶ Quantum ad alios tres effectus patet, quia quoad tertium effectum stat proferentem uerba ex assuefactione per contemplationem in alia sursum rapi, trahi, uel uersari, quam sonat orationis sensus, uel uerba, & sic perfectius consequi hunc tertium effectum orationis, qui est quædam specialis refectio mentis. Cum enim finis, & uirtus orationis sit in eleuatione mentis in Deum per pium, & humilem affectum, in contemplatione ma- Thom.

Horæ canonicæ quomodo sunt dicẽdæ, qualis requiritur intentio.

Qualis attentio requiratur in oratione.

K

xime' consequitur anima hunc orationis fructum, & affectum. Sic quoad primum effectum, qui est mereri, similiter quoad secundum, qui est impetrare quod petitur, patet, quòd talis ad contemplationem tractus facit actum magis gratum Deo: quam si attendere ad sensum uerborum, aut uerba ipsa, ideo non tollitur ratio meriti, aut impetrationis. unde Hugo in libr. de oratione. Pura oratio est, cum ex abundantia deuotionis mens ita accenditur: ut cum se ad Deum postulatura conuerterit: præ amoris eius magnitudine, etiam petitionis suæ obliuiscatur. & sequitur. Hoc genus orandi informe est, & quam præ ceteris omnibus unicum, tam est apud Deum præ ceteris omnibus pręciosum. Patet etiam quoad intentionem ad sensum literæ de monialibus, & multis clericis parum literatis, qui ea, quæ proferunt, minimè intelligunt: & tamen debitum soluunt: alioquin non esset salua omnis caro. ¶ Dictum est notâter in propositione. Non semper requiritur &c. quoniam licet per attentionem, quæ tollitur per distractionem, seu euagationem inuoluntariam non auferatur effectus orationis. Non quartus. s. solutio debiti. Nam etiam sic cum distractione, & sine actuali attentione, quę uagatio, & attentio displicet orantitnon tenetur ad repitionem eorum, quæ sine attentione protulit. Sufficit, q dum se sentit distractum, redeat: & pro posse distractionem excludat. Nec tollitur effectus orationis primus, & secundus, dum alias orans fuit in gratia: & ipsa oratio ex gratia processit. Nec tertius in casu statim supradicto Si tamen uoluntarie distrahitur, pura uolens assumere cogitationes impertinentes & seculares: nec etiam euagationem ac distractionem curat repellere, sed vult progredi in distractione, iam nullum horum effectuum consequitur. Non quartum: quia sic non soluit debitum. Non enim satisfacit præcepto, quia uerba pcepti contra mentem pcipientis tenet. Aliud quippe est præcepta seruare ad literam præter mentem, uel non secundum mentem præcipientis: hoc est non ad id, uel pp id propter quod præcipiens præcepit. Et aliud seruare literam contra mentem præcipientis. Secundum includit contemptum: non primum: ideo secũdus peccat, non primus. Et ideo quia secundus non satisfacit præceptor tenetur, ad repetitionem eorum, quæ sic sine attentione ad uerba, sensum uel finem cum uoluntaria mentis alienatione orauit. Sententia est Cancel. Parisien. extra de oratione. consi. 19 Et B. Tho. in 4. script. dist. 15 q. 17. arti. 4. in responsione ad secundum argumentum. Nec talis consequitur effectum tertium, manifestum est. Nullam enim consequitur mentis consolationem ex oratione, ad quam non attendit. Nec consequitur effectum primum, uel secundum: quia non procedit illa oratio ex charitate: immo si insuisset charitas, iam eam perdit: eo q uolens contra mentem percipientis agit. ¶ Sed dubitaret aliquis, an meditatio cœlestium, & spiritualium sit uoluntarie admittenda, dum orandum est. Exempli causa dicat aliquis. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. miserere mei &c. Et occurrat sibi in mentem triplex iudicium Dei. In inferno, in purgatorio, in mundo, & meditetur hæc uoluntarie, & fortiter, ut possit trahi in affectum cordis: horrendo iudicium infernitimendo iudicium purgatorii: quærendo iudicium in hoc mundo, secundum misericordiam Dei, di. Fac mecum secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium diligentium nomẽ tuum. An illa, aut consimilis meditatio possit uoluntarie assumi tempore orationis. Et dicitur uoluntarie: quia si fiat inaduertenter, & absq; consensu deliberato, constat, q non obligat ad reiterationem: multò minus, quam uitiosa habituatio. ¶ Ad hoc dicendum secundum Can. Parisien. q si quis orat solus, aut cum alio, qui eius morã tolerare paratus est, prodest: & salubriter

Hugo.

Tho.

De distractione in horis canonicis quale est peccatũ, & quando nõ.

Vtrũ liceat inter orandum meditationes cẽlestium sed impertinẽtium admittere.

consulitur

consulitur suspendere actualem orationis attentionem simul cum oratione uocali, donec huiusmodi meditatio circa alia cesset. Vt dum inter orandum quis sentit uehementem tractum cogitationis bonæ & honestæ ut prædicationis faciendæ aut huiusmodi, potest orans uerbalem orationem intermittere. aliquando diutius, aliquando breuius, & redire postmodum ad continuationem absq; ulla præcedentium iteratione uerborũ, quia stante interruptione actus naturalis, moralis continuatio manet. Neq; fructum orationis auferet: nec meritum. Similiter dicendum, si quis exterius ab aliquo alio requiritur super responsione sibi facienda: siue dum rei domestice uel officijs proprijs imminens urget uel trahit commoditas, ut eidem protinus intendatur. Si uerò quis orationem agere debeat in communi: utpote in ecclesia, seu conuentu, ubi non suppetit talis interruptionis actualis intentionis libertas: qa non ita redire potest ad passum, quem reliquit procedente choro, & conuentu in oratione. Talis interruptio fieri non debet: sed tutius est, q talis meditatio uoluntarie non admittatur tempore orationis debitę: sed uel deferat, uel in aliud tẽpus reseruetur. Suspireretq; talis orans, & gemat: q eam tunc admittere non concedatur: dicatq; sibijpsi. Melior est obedientia, quam uictime meditationum. Potens est Deus reddere uicem in idipsum, & si non hic tamen certissime in alio seculo. ubi fiet uox laudis sine perturbatione qualibet nostri cordis. De hoc B. Ber. ser. 49. super can. ita ait. Nihil operi Dei præponere licet. Et sequitur. Nil aliud dũ psallitis, præter id quod psallitis, cogitetis. Nec solas dico uitandas cogitationes uanas & occiosas, uitandę sunt & illæ, illa duntaxat hora, & illo loco, quas officiales fratres pro cõmuni necessitate quasi necessariò frequenter admittere compelluntur. Sed ne illa quidem profecto recipere tunc consulerem: quę forte pauloante in claustro sedentes in codicibus legeratis: & qualia & nunc me uiua uoce differente ex hoc auditorio, spiritu sancti gratia reportatis. Salubria sunt, sed minime illa salubriter inter psallendum reuolutis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quicquid aliud, quam debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. Hæc Bernard. Potest tamen in casu pio, aut necessario aliquid omitti: ut reipondeatur quærenti: aut quæratur aliquid, quod tunc ad diuinum cultum, uel alias in re familiari necessarium fuerit: uel responsum super quæsito accipiatur. Et sic omissum resumendum non est. Turbaretur enim uel chorus, uel ipse omittens in alijs continuandis. Consultius est in hoc casu cum quadam cordis contritione progredi. Nam & in foro pœnitentiæ non oportet iniungere formalem omissorum repetitionem: ut primam pro prima: tertiã pro tertia &c. sed sufficit quòd æquiualens iniungatur. ¶ Secũda propositio. Attẽtio habitualis tm, ad sensum uerba, uel finẽ, nõ sufficit ad ofnẽ ex debito psoluẽdã: nec ad cetẽros ofonis effectus consequẽdos. Patet: quia stat habentẽ habitũ acquisitũ ex attenta ofne frequentata orare puersa attẽtione, & nolle actualiter attẽdere, sed uoluntaria alia etiam turpia animo uersare. In quo casu debitum non soluit: quinimo ad repetitionem obligatur: ut patet ex præcedenti propositione, & eius probatione. Et tamen talis habitualiter attendit: quia habitum habet. Neque consequitur finem tertium, manifestum est: quia illæ præsupponit attentionem actualem. Nec primum, aut secundum effectum: quia sic orans orando peccaret mortaliter: ergo nec meretur, nec impetrat. ¶ Tertia propositio. Virtualis attentio ad uerba sensum, aut fidem orationis proximum, uel remotum: non interrupta per actualem intentionẽ sibi mortaliter (alias moraliter) contrariã sufficit ad debiti solutionẽ, & duorum primorum effectuũ cõsecutionẽ. Est autem uirtualis attentio uirtus quædã relicta

Quid agẽdũ si talia inter orandum occurrant.

1. Reg 15. Eccles. 4.

Bernar.

Attentio habitualis & uirtualis q.

N

ex

ex attentione actuali præuia, quæ continuatur oratio, etiam ubi cor euagat actualiter inaduertenter circa alia multa. Patet hæc propositio quoad quartum effectum: quia attentio aliqua requiritur: alioquin oratio non esset operatio humana, sed casualis, & fortuita. Et non requiritur actualis continuata ex propositione prima; licet requiratur in principio. Sine ea namq; non esset uirtualis. Nec sufficit attentio habitualis ex propositione secunda: ergo requiritur, & sufficit attentio uirtualis. Consequentia tenet a sufficiente diuisione. ¶ Ex illo sequitur: quod supra dictum est, quòd euagatio mentis, quã quis patitur inuitus: nec sentiendo consentit, excusat a mortali peccato simul, & debito repetendi orationem, quam soluere tenebatur. Patet, quia illa euagatio inuoluntaria stat cum attentione uirtuali, quæ sufficit. Idcirco ait Gerson. Non debent facile super huiusmodi inaduertentias, & distractiones scrupuli formari. Alioquin nunquam poterit orans cor suum quietare: nititur ad impossibile sibi per naturam, uel complexionem, uel consuetudinem, uel phantasiæ turbationem, quæ nunquam potest quiescere: sicut nec aer, uel mare: dum agitatur assiduitate uentorum. Vnde repetitionẽ in casu fieri, nedum superuacuum est, sed etiam inquietatiuum, periculosum, & nociuum, præcipue si in conuentibus orat, ubi societatem, cui esset onerosus, iuuare teneretur. Quoad duos primos effectus similiter patet, quia illa intentio uirtualis sine actuali stat cum charitate, & per consequens non tollit tõne meriti, nec impetrabilitatis. Nec manet hæc intentio uirtualis, si actualis, unde processerat: fuerit elicita ex charitate sublata charitate per mortale. ¶ Tertius uerò effectus. s. spiritualis refectio mentis, requirit actualẽ attentionem ad uerba sensum, uel finem, ut dicit B. Thom. Si enim omnis actualis intentio tollitur: cedit & refectio mentis spiritualis, actualis. s. dulcedo, ac consolatio, seu iocunditas, quam peperit intentio actualis maximè finis. Nam licet quælibet attentionum uerborum sensus, & finis, sufficiat ad effectus orationis: ultima tamen, quæ est finis, laudabilior est, quàm secunda: & secunda laudabilior, quam prima: & quia anima non potest esse uehementer intenta ad diuersa, ideo prima attentio potest nocere, ut minor sit orationis fructus, si secundam euacuat, uel secunda, si tertiam omnino tollit, sed non econuerso, tamen attentio communiter accipiendo ad aliquam trium prædictarum non nocet, sed proficit: & sufficit ad debitum persoluendum. Veruntamen ceteris paribus, expeditius est affectionem suam exercere iuxta literam, quæ profertur, propter quatuor rationes in speciali. Vna est scripturæ ueneratio: in qua spiritussanctus semper loqui credendus est. Altera est particularior eruditio circa mysticos sub arido literæ nucleo clausos sensus. Tertia est suauior assuefactio circa quotidianos sensus. Quarta est maior stabilitio circa determinatos affectus, quam circa uagos, & iugiter nouos. ¶ Sed hic surgit dubium, quomodo cum Deum per nostra, uel aliorum salute petere uolumus: psalmos illos, & scripturas, quæ nec petitionis uerba, nec ad petitionem nostram pertinentia continere uidentur, recitamus. Vt dum pro peccatorum indulgentia orare uolumus, quid nobis prodest, si psal. Quare fremuerunt gentes. siue. Attendite populeus: uel alium huiusmodi decantamus. ¶ Ad qd̃ post uenerabilẽ Hugo de S. Vict. in trac. de oratione respondeo. Premitto, q̃ cum oratio sit ascensus mentis in Deum per pium, & humilem affectum, non est opus uerbis quibuscumq; in oratione: ut Deus instruatur. Nouit. n. pater noster, quid opus sit nobis, antequam petamus Mat. 6. Sed uerbis utimur, uel ut ammoniti consideremus, quid petimus, uel ut pietatis in nobis excitent affectum. Sunt affectus huiusmodi innumeri, qui tamen possunt reduci ad tres principales. s.

Qualis distractio exig orationis repetitionem.

B. Thom.

O

Hugo.

Matth 6.

affectus

Affectus quibus oratio red dit exaudibilis, tres sunt.

Cur uerbis utimur in oratione.

affectus amoris: affectus humilitatis: affectus indignationis. Quorum primus narratione diuinæ laudis gignitur: secundus commemoratione nostræ miseriæ excitatur: tertius malitiæ nostrorum aduersariorum exaggeratione oritur. Affectui amoris dei, quem laus diuina parit, annectitur affectus admirationis, & congratulationis. Nam dum laudes Dei manifestantur, mens ad amorem accenditur, & dum in eisdem aliquid nouum, uel mirandum elicitur, mens in admirationem, & stuporem trahitur. Cumq; aliquid acceptabile beneplacitum, & gratum Deo percipitur, animus quadam congratulationis hilaritate perfunditur. Hos ergo tres affectus sermo diuinæ laudis generat, quia ex commemoratione bonitatis surgit affectus dilectionis. Ex commemoratione potentiæ, & fortitudinis surgit affectus admirationis. Ex commemoratione alicuius prosperi euentus, & fati felicis, surgit affectus congratulationis. Affectui humilitatis annectitur affectus doloris, & affectus timoris. Hi ex commemoratione infelicitatis, & miseriæ nascuntur. Nam ex commemoratione propriæ infirmitatis, nascitur affectus humilitatis. Ex commemoratione malorum præsentium, uel præteritorum surgit affectus doloris. Ex præuisione futurorum affectus ebullit timoris. Affectui indignationis, adhæret sit affectus zeli, & affectus maioris præsumptionis de misericordia Dei. Nam cum fit inuectio, & accusatio in aduersarios, ex ipsa eorum malignitate mens indignata, in eorum odium inflammatur, contra in uiam zelus oritur, quo mēs ex amore iustitiæ ad desiderium ultionis inflammatur propter eorum malitiam: affectus bonæ præsumptionis de Dei misericordia oritur: dum mens ex noua aliqua, & singulari fiducia plus soliro animatur. ¶ Cum ergo scripturæ sacræ: & psalm. quibus inter nota præcum utimur, uel narrando laudem Dei ad eius amorē nos prouocant, uel nostram miseriam commemorando ante conspectum eius nos humiliant, uel malitiam aduersariorum nostrorū exaggerando, utilem nobis solicitudinem, & fiduciam nobis coram Deo præstant ampliorem: patet, q̄ non impertinenter in nostris orationibus recitātur; quia licet aliquæ earum narrationes petitionem non habent, habent tamen omnes affectus utiles tutum, quos in nobis accendunt. Per quos orantes citius desiderata, quam per petitiones impetrant, quoniam in affectibus pietatis est omnis uirtus orandi. Vnusquisq; ergo cum in oratione psalmos, uel alias quascumq; scripturas dicat, diligenter consideret, cui affectui seruiat, & ad illum effectum cum toto nisi cor suum excitet ad quem id, quod loquitur magis pertinere uideat: quia si uerborum, quę loquitur, affectum habuerit, per affectum ipsum magis ueritatem cognoscet, & per intelligentiam uerborū in maiorem deuotionem affectum accendet. ¶ Qui autem psalmi hos, uel illos excitent affectus Hugo exemplificat, di. Ex affectu dilectionis canitur psalmus: Diligam te domine uirtus mea. Ex affectu admirationis dicitur psalmus, Domine dominus noster. Ex affectu gratulationis psal. Omnes gentes. Et in omnibus est laudatio. Ex affectu humiliratis canitur psal. In te domine speraui. Ex affectu doloris psal. Vsquequo domine exaltabitur inimicus meus super me. Ex affectu timoris psal. Domine ne in furore. Et in omnibus his est mixta quærelę deprecatio. Ex affectu indignationis canitur psal Quid gloriaris in malitia. Ex affectu zeli psal. Deus ultionum. Ex affectu bonæ præsumptionis psal. Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Non tamen per totam seriem unius psalmus, unde tantum affectus protenditur: sed quandoque fit transitus de alio affectu in alium: secundum q̄ mentes orantium diuersis modis affici solent. ¶ Vt autē effectus pij, attentioq; deuota, in orationibus nostris, quibus

Qsio psalmi nullā petitioné continentes, aut petitioni nō correspondentes nostris orationis commiscentur.

P

Q

DE ORATIONIS EFFICACIA QVANtum ad impetrationem.

LECTIO LXIII.

SVPERÈST inuestigare de octaua quæstione: uidelicet de efficacia orationis, hoc est quæ requirantur ad hoc, quòd oratio sit impetratoria eius quod petitur. Qđ enim aliqua sit impetratoria omniũ, quæ petuntur, probat certissima promissio diuina, qua dicitur Iohan. 16. Amen, amen dico uobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Item Matth. 21. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Ioh. 15. Quodcunq; uolueritis, peteris, & fiet uobis. & similia multa habentur. Manifestum est autẽ: ꝙ nedum peccatores: sed etiam iusti multa, quæ petierunt, non acceperunt. Moyses enim petijt: ut intraret terram promissionis, & non exaudiuit eum dominus. Deuter. 3. Paulus ter dominum rogauit, ut stimulus carnis auferretur ab eo: & audiuit. Sufficit tibi gratia mea. 2. ad Cor. 12. Ideo uidendum, quæ oratio sit impetratoria eius, quod petitur. Ad cuius inuestigationem aduertendum, ꝙ aliud est orationem esse meritoriam: & aliud esse efficacem ad impetrandum omne, quod petitur: ut tradit Alex. q. 96. parte 4. membro 3. Nam ad hoc, ꝙ oratio sit meritoria, requiritur; ꝙ procedat ex charitate, quæ fidem præsupponit, & spem: secundum quod dicit Hugo, ꝙ oratio est conuersio ad Deum fide, spe, & charitate subnixa. sic oratio Pauli meritoria fuit, nec tamen quod petijt, impetrauit. ¶ Ad hoc aũt, ꝙ oratio sit impetratoria cuiuslibet, quod petitur, requiruntur quatuor conditiones, quæ ponuntur in glo. Luc. 11. super illud. Quis uestrum habet amicum. quæ sunt, ut petatur pie, perseueranter, ad salutem, & pro se. Requiritur n. aliquid ad orationem ex parte petentis: aliquid ex parte eius, a quo petitur: & aliquid ex parte obiecti, quod petit, & aliquid ex parte eius, pro quo postulatur. Ex parte petentis requiritur ꝙ petat pie. Est aũt pie petere religiosè petere. Pietas autem est Dei cultus: ut dictum est, supra lect. 18. Et religio illa uirtus est, q̃ dirigit potentiã circa cultũ Dei, quatenus rectè recolatur Deus. Pie ergo petit, qui rectè, quantum est, ex parte orantis, petit. Et sic secundum B. Thom. dist. 15. quarti. q. ulti. Illa conditio pie petere includit omnia ea, ex parte petentis ad orationem efficacem requisita, ut sunt, ꝙ confidenter petat, humiliter, recta intentione, ordinate, attentè. Ex parte eius, a quo petitur, requiritur, ꝙ petatur perseueranter. Est enim pater noster, quem petimus, qui filiorum curam gerit: secundum illud. 1. Petri. 5. Omnem solicitudinem nostram proijcientes in eum: qm̃ ipsi cura est de uobis: ideo semper, & perseueranter ad eũ oṙone est recurrendum. Vnde ait per prophetã. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum: ut non misereat filij uteri sui, etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Esa. 49. Possent ad idem reduci conditiones requisitæ ex parte petentis: ut humilitas, confidentia &c. quia illa requiruntur in petente in ordine ad eũ, qui petitur. Ex parte obiecti. i. rei, quæ petitur requiritur, ꝙ petatur, quę sunt ad salutem. Ex parte eius, cui, siue pro quo petit, requiritur: ꝙ oṙo fiat pro se. Et hæ quatuor conditiones tanguntur in uerbis Xpi Iohan 16. supra allegatis, ubi dicit. Amen, amen dico uobis: si quid petieritis patrẽ in noi meo, dabit uobis. Prima conditio tangitur ibi. In noie meo: quia in nomine Iesu

A

Ioh. 16.

Matth. 21. Ioh. 15

Orationum aliã est meritoria, & non impetratoria.

Deutero 3.

2. ad Cor. 12

Alex.

Orationis impetratoriæ conditiones quatuor.

Luc. 11.

Thom.

1. Petri 5.

Esa. 39.

Ioh. 16.

perit qui pie petit,& religiose. Hoc nomen est super omne nomen:ut in no
Phil.2. mine eius omne genuflectatur.ad Phil. 2. Flexio genuum ad adorationem
pertinet,quę est actus religionis,& pietatis. Secunda conditio tangitur ibi.
Patrem,ut patet ex statim declaratis. Tertia conditio tangitur ibi. Quid.i.
aliquid.Sola.n. quæ ad salutem,quæ perennis est,pertinent:aliquid uere di-
ci possunt respectu eius,quod transitorium est, quod perit,uerius nihil,quā
aliquid dici potest. Propter quod esse proprijssime Deo, qui solus immuta-
Exod.3. bilis est:attribuitur. Vnde Exo.3. Qui est,misit me. Et ibidem. Ego sum,qui
sum.Quarta conditio tangitur,cum dicitur. Dabit uobis. Vobis inquit,non
B alteri. ¶ De his conditionibus paulò latius prosequamur, quæ tamen non Interpreta-
Thom. ita intelligendæ sunt, ut dicit Tho. ꝙ nunquam exauditur oratio nisi assint tio cōditio-
omnes dictæ quatuor conditiones. Nam per orationes iustorum multa im- num oratio
petrantur aliis:tam viuis,quam defunctis. propter quod dicit Iacobus. Ora nis impetra-
te pro inuicem, ut saluemini: quia multum ualet deprecatio iusti assidua. toriæ.
Iaco.ultimo.Similiter, & nonnunquam oratio exemplo exauditur:ut ibidē
Apostolus de orationem Heliæ exemplificat, & ita de alijs conditionibus.
Exaudit etiam frequenter peccatores,qui tamen non petunt piè: non qui-
dem ex iustitia eorum. Cum enim peccatores hoc non merentur,sed solum
ex pura sua bonitate, & misericordia: potissime quando oratio peccatoris
concordat diuino proposito. Quandoq; etiam audit peccatores Deus in ira
in malum eorum,dum petunt illicita. Sic populo Israeli malè petenti car-
nes in deserto concessit;quod petebant: ut idem populus subsequenti pœna
discerer, quam malè ex inordinata concupiscentia contra Dei voluntatem
petissent. Vnde in psal.dicitur. Adhuc escæ erant in ore ipsorum :& ira Dei
ascendit super eos. Vbi Cassiod. Satiati sunt ad eorum ruinam,non ut inde
Augusti. uiuerent,sed potius perirent. Et Aug.super Ioh. Si hoc a Deo petitur,& ob-
tinetur,unde homo lætatur exauditus,magis timendum est : ne quod posset
non dare propitius,det iratus. Ita igitur Deus aliquando orationes, quę nō
habent has quatuor conditiones, exaudit:sed non omnes. Sed illis conditi-
onibus quatuor existentibus,semper exauditur oratio,quātum ad omnia,
C quæ postulantur. ¶ Prima itaq; conditio est, ꝙ oratio fiat pie:id est religio- Oratio im-
se:quæ ut dictum est:includit omnia,quæ requiruntur ex parte orantis. Hæc petratoria
autem possunt reduci ad quinq;.s.ut petat ex fide confidenter. ¶ Ex consi- fieri debet
deratione suæ imperfectionis humiliter. Recta intentione propter Deum fini pie,& ut pie
liter. Ordinatè per media congruenter. Attentè,& aduertenter. ¶ Oportet fiat quinq;
igitur primò : ꝙ oratio fiat ex fide, & confidenter,ut credat dominum om- requirūtur.
nium rectorem,& prouisorem posse dare,quæ petit. Confidat etiam per spē
eum uelle dare ex sua bonitate,& liberalitate. Vnde beatus Iacobus. Si
quis indiget sapientia,postulet eam a domino ,qui dat omnibus affluenter,
& non improperat:& dabitur ei.Hoc quoad primum. & sequitur quoad se-
cundum.Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est
fluctui maris,qui a uento mouetur, & circumfertur. Non ergo æstimet ho-
mo ille,ꝙ accipiet aliquid a domino.Iaco. 1. Hinc dominus Matth.21. Si
Iaco 1. habueritis fidem,& non hæsitauerins:non solum de ficulnea facietis:sed et si
Matth. 21. monti huic dixeritis:tolle,& iacta te in mare:fiet. Et omnia quæcumq; pe-
tieritis in oratione credentes,accipietis.Et Marci 9.cuidam petenti a domi-
Marci 9. no liberationem filij sui a dæmonio: & dicenti . Si quid potes:adiuua nos.
Respondit dominus. Si potest credere:omnia possibilia sunt credenti. Vbi
glo.Hiero.Fides cum lachrymis optata tota capit. ¶ Secundō oportet,quōd
fiat humiliter ita quōd orans ex consideratione suæ imperfectionis reco-
gnoscat se indigentem:seque sibi non sufficere:sed omnia a Deo recipere,&

expectare.

expectare. Hanc enim orationem Deus respicit: secundum illud psal. Respexit in orationem humilium. Superbis enim resistit, humilibus autem dat gratiam. Iaco. 4. & 1. Petri 5. Et Greg. 20. moral. Iste ueram Deo orationem exhibet qui semetipsum: quia puluis est, humiliter uidet, qui sibi nihil uirtutis tribuit, qui bona quæ agit: esse de conditoris misericordia recognoscit. ¶ Terció adsit recta intentio, qua ea, quæ petit: petat intentione ultimi finis, qui Deus est, ita ut siue uitam æternam petat, siue uirtutes, & gratiam, siue etiam bona corporis, aut rerum exteriorum, omnia finaliter, ac principaliter postulet propter Deum, ut ex hoc deus glorificetur, & honoretur. Ideo uitam æternam petatur (quod beatorum est) coniunctus Deo in secula seculorum laudet eum. Cetera uerò petat in ordine ad uitam æternam, secundum illud apostoli. Omnia in gloriam Dei facite. 1. Corin. 10 Hanc autem intentionem charitas præstat, quæ omnia in Deum super omnia dilectum ordinat. Sicut spes dat consequendi fiduciam, & fides potentiæ, ac liberalitatis eius, qui petitur creditatem. ¶ Ex quo sequitur, q̃ non petit pié, qui non petit ex fide, spe, & charitate: secundum Hugo. qui orare dicit adhærere Deo fide spe, & charitate. Ex quo sequitur secundò: quòd existens in mortali peccato non petit pié. Patet, quia caret charitate, & ideo non semper obtinet quod petit. unde dicitur in psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. 1. Iohan 3. Beda quoq; exponens illud psal. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet eos. in quadam Homelia ait. Qui preces suas Deo oblaturi prius iussa eius implere satagunt, horum cum ipsi clamauerint, orationes exaudit. Horum cum ad se suspirauerint, pia uota perficiet. Et sequitur ad propositum. Sed illi male petunt, qui uocem domini tubentis audire obtemperando contemnunt, & nihilominus domini sui uocem exaudire miserando deposcunt, quos ipse repellens in Euangelio dicit. Quid autem uocatis me domine, & non facitis, quæ dico. Nam & de istis dicitur per Esa. 1. Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis orationes, non exaudiã, quia manus uestræ plenæ sunt sanguine. ¶ Non tamen omnis, qui in mortali orat, orando sic peccat. Nam peccator orans pro remissione peccati non peccat: ut patet de Publicano orante Luce 18. qui orando obtinuit suam iustificationẽ: ergo non peccauit. unde Eccl. 21. Fili peccasti? non adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Nec uerum est uerbum cæci. Ioh. 9. Scimus, quia Deus peccatores non audit. unde Glo. interli. ibidem. Ad hoc iniunctus supple dixit, quia Deus peccatores audit, ut Publicanum confitentem, sicut nec ieiunans, aut eleemosynam dans in mortali, peccat. ¶ Et dico non omnis, quia in tribus casibus orans, suo modo ieiunans, uel dans eleemosynam in mortali, mortaliter peccat. Primus, si orans orando peccaret illicita. Vnde de tali sicut de iuda dicitur, oratio eius fiat in peccatum. De hoc Beda bene orat, qui orando Deum quærit, hic a terrenis ad superiora progrediens, uirtutem curiæ superioris ascendit, qui uerò de diuitijs aut honore, aut certé de inimici morte solicitus obsecrat: hic in infimis iacens, uiles ad Deum preces mittit. Hæc Beda. ¶ Secundus, quando oratio procedit ex radice uitiosa, puta ex præsumptione superba. Sicut dum aliquis digniorem se ceteris reputat ad ecclesiasticas dignitates, & sic ad orandum pro populo, quia diues, potens, uel de nobili prosapia. Sicut figuratum est in facto Oziæ regis, qui uoluit adolere incensum super altare, hymiamatis. secundo Parali. uigesimo sexto. Ideoque percussus fuit incura-

Orãs in peccato mortali qñ peccat mortaliter, & qñ non.

D

Esa. 1.

Luce 18. Eccl. 21.

Ioh. 9.

E

Psal. 108.

Matth. 6. bili lepra. Vel si procedit ex hypocrisi Matth. 6. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis: & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Vel si procedit ex auaritia, amore scilicet pecuniæ. Matthæ. uigesimotertio. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ; qui comeditis domos uiduarum, longas orationes orantes &c. De his Isido. de sum. bono. libr o tertio, cap. septimo. Quorundam oratio in peccatum fit: sicut de iuda proditore scribitur. Qui enim iactanter orat, appetendo laudem humanam: non solum eius oratio non delet peccatum, sed ipsa conuertitur in peccatum: sicut iudæi hæretici, qui licet ieiunare, & orare uideantur: eorum tamen oratio non illis ad purgationis meritum: sed mutatur potius in peccatum. ¶ Tertius casus: cum oratio fit in scandalum, ut in notorio peccatore orationes publicas ex officio coram populo perficiente. Exempli causa. Fornicarius publicus officium missæ celebrans, aut sacramentales orationes in publico perficiens: de quibus illud psalmus. intelligitur. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Et de orationibus in prædictis casibus intelliguntur multæ autoritates scripturæ, & sanctorum: ut illa Grego. in pastora. Cum is, qui displicet ad intercedendum inuitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Non autem prouocatur Deus, nisi per peccatum. Prouocatur autem contra mittentem: qui scienter mittit indignum: & contra missum, qui scienter in mortali susci pit, & exercet publicæ intercessionis officium. Et illud Prouer. trigesimooctauo. Qui declinat aures suas, ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. legem scilicet dimittendo; si habet aliquid aduersus aliquem: sicut dicitur Marci undecimo. Cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersum aliquem & cætera: ita exponit Alexand. ¶ Quartò ad pie orandum requiritur, ut petat ordinate per media congruentia, ita quòd non solum petatur: sed etiam media congrua id, quod petitur, acquirendi, non omittantur: faciatq; petens, quod humano modo potest, pro obtinendo eo, quod petit. Vt si quis rogat Deum pro necessariis uitæ, non omittat diligenter laborare. Si pro scientia: cum hoc, quòd Dei auxilium implorat: a studio non desistat. Si petit uitam æternam a Deo: non cesset seruare legem: & opera meritoria perficere & peccata uitare. Alioquin si dimissis congruis mediis, quis petit aliquid a Deo: non uidetur Deum petere: sed tentare. In hoc enim reprehensi sunt filij Zebedæi: quia petierunt sublimitatem præmij, prius, quam laborem operis meritorij. Vnde audiuerunt a domino. Nescitis, quid petatis. Matthæus uigesimo. Super qño dicit Beda. Nescierunt, quid peterent, qui præmiorum sublimitatem prius, quam operum perfectionem quærebant. Sed cœlestis magister quid primum quærendum sit, insinuans reuocat ad uiam laboris, qua brauium attingi possit retributionis. Potestis inquit, bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Calicem dicit passionis amaritudine. Nam quisquis hanc humiliter, patienterque pro CHRISTO susceperit: merito cum illo sublimiter regnabit. Quia ergo filij Zebedæi cum ipso sedere desiderabant: ammonet eos primò passionis eius sequi exempla: & ita demum maiestatis eius culmen appetere. Petierunt etiam dicti filij gloriam sibi dari, & non petierũt: præseruari a ruina peccati. Ordinata fuisset eorum petitio, si petissent, ut dominus daret eis auxilium gratiæ uitandi peccata in hoc seculo. Vnde Chrysost. super Mat. Qm in hoc mundo periculosissimo uiuimus, quasi in pelago, ubi nunquã deest tẽpestas, aut si interdũ tẽpestas non est, est tñ sp timor tempestatis. Sic in hoc mũdo uiuentibus nunquam deest tentatio: aut si alibi

Psal. 49.

Grego.

Prouerb. 28.

Marci 11.

Alex.

Matth. 20.

Petens pie non omittet debita media.

De petitiõe filiorũ Zebedei.

Chrysost.

quando

quando deest, semper tamen adest tentationis timor. Ideo orandum nobis est. Da nobis domine auxilium tuæ gratiæ in tribulatione: ut uincamus malum, non uincamur a malo. Nos enim in hoc spirituali certamine uiuentes: non debemus principaliter cogitare, qualem gloriam consequamur, sed magis quomodo tuinam euadamus. Qui uerò de gloria cogitat, & non magis de casu ille nec infirmitatem carnis suæ cognoscit: nec malitiam huius seculi: nec uersutias intelligit diaboli. ¶ Quintò requiritur ad pie petendum, ut oratio fiat attente, & aduertenter. Vnde beatus Grego. super illud Gen. 15. q. Abraam abigebat uolucres super sacrificium descendentes, dicit. Illam orationem Deus non audit, cui ille, qui orat, non attendit. Et beatus Cyprianus in lib. de dominica oratione. Quomodo audirem te a domino postulas: cum ipse te non audis? cum sepe etiã quid orasti; nescis. Vis esse deũ memorem tui: cum tu ipse memor tui non sis. Hoc est uigilare oculis, & corde dormire, cum tamen christianus debeat oculis dormire, & corde uigilare. Qualis autem attentio requiratur supra in responsione ad 7. q. in principio huius materiæ motam latius est tractatum. G Grego. Cyprianus.

Orans petat perseueranter. ¶ Secunda conditio principalis orationis impetratoriæ est petere perseueranter. Sepe enim dominus quæ dare vult differt dare ad maiorem petentis utilitatem, ut. s. ex dilatione petiti, orans amplius desideret ipsum & per hoc feruentius ad Deum se conuertat: atque sic plura ac maiora bona recipere mereatur. Vnde Augustin de uerbis domini. Ipse enim dominus, quæ dare vult: differt dare, vt amplius desideres ipsum dilatum: & ut desiderando capax inueniaris, ut cum uenerit, amplius implearis. Et iterum idem in eodem. Qui nos hortatur, ut petamus: & cui displicet, si non petimus: si aliquando tardius dat, commendat dona sua: non negat ea: quoniam diu desiderata dulcius obtinentur: data uerò cito uilescunt. Et ibidem. Qui de Christo, quid sentiendum est, sentit: ipse in eius nomine petit, & accipit, quod petit. Et subdit ad propositum. Accipit autem, quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed ut congruo dentur temporesdifferuntur. H August.

¶ Sed hic quæritur. Quid est, perseueranter petere. nam impossibile est semper stare in actu petendi. Ad hoc respondet Alexand. q. 10. parte 4. membro 3. articu. 5. quòd ad perseueranter orandum, ut hic accipitur: quando est una quatuor conditionum requisitarum, ad orationis efficaciam tria requiruntur. Primum habitualis continuatio desiderij petitorum, primo Thessal. quinto. Sine intermissione orate. Glo. Ipsum desiderium bonum oratio est, & continuum desiderium, continua est oratio. Secundum est iteratio, seu frequentia orationis. ita ut non semel tantum oret, quasi pro eodem petito orationem nunquam resumpturus: sed ita oret, quasi iterum, atque iterum idipsum petiturus. Tertium est expulsio, siue remotio impedimenti, quo impediretur efficacia impetrandi. Si enim interueneret impedimentum, puta peccatum, seu non obseruantia ceterarum conditionum, non semper impetraret. si enim quis actum orandi continuaret, & a pietate recederet, non necessario impetraret. Oportet ergo cum habituali desiderio petiti, ac frequenti orationis iteratione cauere impedimentum, quo petens redderetur indignus recipere petita, ut perseueranter censeatur orare. Quod autem talis perseuerantia orationis requiratur, Beatus Grego. in moralibus docet: ubi ait. Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseuerantia continui amoris tenet. Et Chrys. in de cõpunctione cor. Ab oratione nõ recedas, donec accipias finem postulati, tunc cessa, quando acceperis, immo magis nec tũc cesses? sed & tũc perseuera agens gratias pro eo, qđ accepisti: ut perseueret tibi, qđ acceperis. Requiritur ergo nõ tm perseuerãtia orationis quãtũ ad duo prima, habitũ. s. desi- Alexand. 1. Thess. 5. Grego.

derij,& frequentiam actus,sed etiam quantum ad habitum charitatis. quo perdito non est dignus exaudiri,quia peccator non est dignus præmio, sed pœna. Et hoc est tertium,impedimenti remotio,quorum maximum est peccatum,quo existente,non petitur pie. Sic ergo primum horum principium est secundi. Tertium complementum est primi,& secundi. Si enim interueniret impedimentum, ut peccatum, aut aliarum conditionum defectus:nec continuatio habitualis desiderij:nec actualis iteratio orationis efficax habe

I retur. ¶ Tertia conditio principalis ad orationis efficaciam requisita est, ut peratur ad salutem.i.salus ipsa,quæ est regnum cœlorum: & omnia illa, per

Matth. 6. quæ ad regnum peruenitur: ut est iustitia generalis:de qua dicitur Matth.6. Quærite primum regnum Dei,& iustitiam eius. Vt sunt omnia corpori necessaria, quia enim quamdiu in hoc mũdo sumus, viatores sumus,quia uiam complere non possimus, nisi corpore sustentato:nec ad regnum peruenire possumus, nisi uia completa: ideo & temporalia quæcunq; corpori necessaria petuntur ad salutem Si tamen tenetur regula Aug. 1. de doct.christia.ut

Augus. ea,quæ in usum ueniunt ad obtinendum illud, quo fruẽdum est, referantur, & petenda ea intentione petantur:sic & pertinentia ad salutem petit: quisquis petit remotionem impedimentorum:& in se, & in alijs. Sic ordinate peti posset tyrannorum oppressio:tribulationum amotio: inimicorum correptio:infirmitatis ablatio,& similia:quatenus sunt impedimenta salutis nobis,uel proximis. Sic Helias orauit, ut clauderetur cœlum:iterum orauit,ut

Iaco.5. plueret, & exauditus est Iac.5.3.Reg.17.& 18. & Luc.4. Iterum orauit,& ignis descendit de cœlo, & deuorauit duos quinquagenarios cum suis quin-

4.Reg.1. quaquagin. 4. Reg. 1. Licet dici posset, q Helias non orando optauit, sed nunciauit:sicut & ceteri prophetæ mala temporalia imprecantes idolatris, & peccatoribus populis. dum ergo homo sæpe ignorans petit saluti contraria,ceteris conditionibus stantibus, a patre miarum, qui nſæ saluti consulit:

Augus. non exaudiẽ ad suã uolũtatẽ,sed suam utilitatẽ. Et qñq; non accipit,qđ petit:sed aliud,quod utilius est,ac salubrius. Hinc B. Aug. Homel.19.super Iohannem dicit. Dum petimus simul petamus ut dominus facta oratione non faciat,quod nõ bene petimus. Neq; .n. parua tentatio est,si contra tuam causam sit tua petitio. Sic dominus facta oratione ad patrem pro calicis ablatione,statim subiunxit. Veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu uis,quo nos docuit:dum aliquid petimus quod non est manifestæ salutis promotiuũ, nec saluti contrarium quatenus illud committamus diuinæ dispositioni,& prouidentiæ, ut illud conferat, uel auferat:sicut magis saluti nostræ nouit conferre & expedire. Ex his patet:q mirãdum non est fidelibus,si instanter orantes pro pace ecclesiæ: aut alia bona ordinatione ecclesiæ, non semper perita accipiũt,quia Deus scit, quid magis expediat ad gloriam electorum, & correctionem peccatorum. Ideo rogandus est conditionaliter Deus,ut auferat malum,concedat bonum, inquantum est pro honore suo: & expedit saluti nostræ;& tunc si conferat, quando,& quomodo expedire nostræ saluti nouit. Quæ autem simpliciter sint petenda: & quæ sub conditione tacita,

K uel expressa,dictum est supra sect.61. ¶ Quarta conditio est,ut orans petat pro se. Contingit enim, q oratio facta pro alio, non impetret alij petitum: etiam si fiat pie,perseueranter,& de pertinentibus ad salutem, propter impedimentum ex parte eius,pro quo petitur:unde dicit Alex.q.alleg.articu.3.membro.3. Cum quis orat pro se:procul dubio potest se facere talem cum diuino adiutorio,ut non sit aliquid, quod impediat suæ petitionis effectum. Cum autem orat pro alio, quantumcunq; facit, quod in se est pro illo,pro quo orat,ille tamen, pro quo oratur, si non faciat se talem, ut oratio non

Orans petat ea, quæ sunt ad salutẽ, & qui sic petatur.

Oratio impetratoria fieri debet pro se.

impediatur:

impediatissimo si obicē ponitorās pro ipso nō poterit amouere, quēadmodū poterit, cum orat pro seipso. unde Hiero. 7. dicitur. Noli orare in populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, nec obsistas mihi, quia non exaudiam te. Et ibidem cap. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me: non est anima mea ad populum istum. ¶ Istis ergo quatuor conditionibus stantibus, oratio est impetratiua omnium, quæ petuntur. Cuius secundum Alex. triplex est ratio, scilicet summa exaudientis liberalitas, summa ueritas: summa amicabilitas. Quia enim summe liberalis, promptior est ad dandum quam homo ad recipiendum, quando hominem dispositum dignum & habilem inuenit, sicut sol diffundit suam lucem quando inuenit susceptibile. Ita est de patre luminum, quando inuenit hominem dispositum, tunc diffundit suam bonitatem. Differenter tamen, quia diffusio patris luminum est uoluntaria, diffusio solis est naturalis. Item quia summe uerax est secundum illud Numeri 23. Non est Deus, quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit enim, & non faciet, locutus est, & non implebit. Veritati addit promissionem, non quia non posset facere sine promissione: sed ut fidem certam daret de impetrando. Quia deniq; summe amicabilis, sicut amor facit, q̄ habet in potestate uoluntatem amici, ita etiā anima sancta habet in potestate sua quodammodo uoluntatem Dei ex maxima unione eius ad Deum, propter quod Iosue confisus de hac potestate, quasi præcipiendo dixit soli. Sol ne mouearis contra Gibaon. Et sequitur. Steteritq; sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spacio unius diei obediente dño uoci hominis. Iosue 10. Inde est, q̄ dominus non uult negare homini, quod petit rationabiliter in oratione. Nec est aliqua ratio ex parte Dei retrahens a dando, non impotentia, non indigentia, non inuidia. Hæc enim sunt causæ, cur sæpenumero homines non tribuunt petita postulātibus. Nihil enim non potest Deus, in cuius potestate omnia sunt posita Hester 13. ca. Nihil odit eorum etiam, quæ fecit Sap. 11. Nec possessio sua largitione bonorum minuitur, eo q̄ dando nihil suæ eximitur potestati, manent suæ potestati subiecti, & donum, quod largitur, & is, cui donatur. ¶ Sed forte dicis, quomodo Deus exaudit orationes clamantium ad se in omnibus, quæ pie, perseueranter, ad salutem, & pro se petunt, & tamen multi tales non exaudiuntur, ut sunt, qui tribulantur, & clamant, ut eruantur, nec tamen ab eis liberantur. Respondet B. Augustinus. Tu tantum tene uias eius, & quando tribularis, audite supple etsi non ad uoluntatem dando petitum, tamen ad utilitatem, & sicut magis expedit ad finem orationis, qui esse debet salus tua, & gloria Dei. Quod consequenter declarat per duo exempla subdens. Quia Deus medicus est, ideo adhuc fecat scindendo uulnus, & non tollit manum, nisi secuerit, & quantum ei uidetur expedire infirmo. Etenim medicus ille crudelis est, qui exaudit clamantem hominem, & parcit uulneri in periculum uitæ. Rursus matres, quando fricant in balneis pueros ad salutem, nonne paruuli clamant inter manus earum. Illæ ergo crudeles sunt ut non exaudiant lachrymas infantium, absit. Nonne potius plenæ sunt pietate, & tamen clamant pueri, & non parcit eis. Sic & Deus noster plenus est pietate paterna, sed ideo uī hic non exaudire, ut sanet, & ut parcat in perpetuū. Vñ scribit in psal. Clamauerunt iusti, & dñs exaudiuit eos, & ex oībus tribulationibus eorū eripuit eos. Eripuit eos: & si non corporaliter, tamē spūaliter. Vnde idē Aug. Ille, qui tulit de flāma tres pueros, nūquid tulit de martyrio 7. machabæos. Nonne illi in ignibus hymnizabant illesi. Illi martyrio expirabāt. Deus trium puerorum, nonne ipse est & machabæorū. Illos eruit, illos non eruit, immo utrosq; eruit. Sed tres pueros sic eruit, ut carnales confunde-

Sæpe qs nō auditur pro alio orans.

Martyres clamātes in suis pœnis quō dicuntur exaudiri.

Hier. 7.

Alex.

Numeri 23.

Iosue 10.

Hester 13. Sap. 11.

Sic petēs ſē. per exaudiri ad utilitatem licet non ad uoluntatem.

I

Auguſt.

rentur. Machabæos autem non sic eruit, ut illi, qui prosequebantur, in pœnas irent grauiores, cum se putabant Dei martyres oppressisse. Et super eodem psal. Cas. iustos clamasse dicit ad dominum, & semper exauditos. Quid ergo de martyribus dicimus, quos de supplicijs tyrannorum minime constat esse liberatos. Respondet. Liberati plane sunt: quando sunt ad cœlorum regna perducti, omnibus tribulationibus probantur exuti. Clamor. n. iustorum non solum ad temporalem: sed maxime ad æternam utilitatem semper a domino exauditur. Ex quibus patet, q iusti, qui temporaliter liberati petunt a tribulatione, sicut nec Paulus a stimulo: ita nec illi a temporali malo liberari petentes, petunt ad salutem: quos tamen dominus exaudit ad salutem, dum non petita: sed quæ meliora sunt, & utiliora præstat benignus, & concedit. Et tantum de illa quæstione. ¶ Vltimo quæritur de merito orationis, an sit meritoria. Quæ quæstio ex iam dictis satis soluta est. Vnde præter effectum spiritualis consolationis, quem habet, seu efficit præsentialiter: ad huc duos effectus habet oratio, ut dictum est. Et hoc respectu futuri, scilicet virtutem merendi, & virtutem impetrandi, quod petitur. Et istæ virtutes quandoq; coniunguntur in oratione, quandoq; separantur. Nã quantum ad virtutem merendi innititur charitati, a qua dum procedit; debetur sibi sicut cuilibet actui meritorio, præmium beatificum de condigno. Inquantum impetratoria innititur gratiosæ voluntati diuinæ, quæ nos ad orãdum incitat, quod non faceret, nisi dare vellet: ut vult Aug. Quando ergo oratio procedit ex charitate, est meritoria: etiam si non impetret petitum propter defectum alicuius quatuor conditionum dictarum. Quando verò non procedit ex charitate: & tamen fit perseueranter pro se, & ad salutem: licet non pie: quia non ex charitate: licet non semper: quandoq; tamen, immo frequenter impetrat petitum, sic oratione impetratur prima gratia, & alia multa Dei dona: quæ Deus donat oranti, alias non daturus non tanquã digno, sed sua liberalissima voluntate: quorũ donorum oratio meritum est de congruo, non de condigno. Quando verò fit oratio secundum oẽs quatuor conditiones, pie, perseueranter, pro se, & ad salutem: quia simul concurrit gratia alioquin non oraret pie, tunc est meritoria vitæ æternæ, & cũ hoc impetratoria eius, quod sic petitur. Vnde oratio, ut sit impetratoria: non coexigit gratiam: quia nonnunquam impetrat gratiam. ¶ Vnde patet magna utilitas orationis, non tantum meritoriæ: sed etiam non meritoriæ: quæ tamen non est contra salutem. Cuius fructus, & vtilitatem, si dicere laborarem, frustra niterer. Quæ enim mala orationibus repulsa non sunt. Quæ bona animæ, & corporis pie orantibus negata sunt. Nam oratio culpã delet: quæ pestes sunt animæ. Vnde Hiero. super illud Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi per orationem & ieiunium: dicit. Oratio sanat pestes mentis: ieiunium pestes carnis. Pestis mentis vicia sunt, & peccata. Vnde & roganti seruo dominus omne debitum dimisit, quia eũ rogauit Matth. 18. Similiter & Dauid postquam orauit, audiuit, transtulit dominus peccatum a te. 2. Reg. 12. Fugat oratio malignos spiritus, vt supra allegatum est. Hoc genus dæmoniorum &c. Tentationes quaslibet extinguit. Vnde Matth 26. Vigilate, & orate, ne intretis in tẽtationem. Vnde & Isido. 3. lib. de sum. bo. c. 7. Hoc est remedium eius, qui vitiorũ tentationibus exæstuat, ut quoties quolibet tangit vitio, totiens ad oẽnem se subdat, qa frequés oẽ impugnationem extinguit. Etiam corpis infirmitates, & languores tollit. Iac. 5. Oratio fidei saluabit infirmum. ¶ Valet etiam ad impetrandum uniuersa bona animæ, & corporis, uita scilicet prolongationem. Patet de Ezechia Rege, cui oranti additi sunt uitæ suæ quindecim anni Esa. 38.

M Oratio an sit meritoria.

N

Matth. 17.

Matth. 18.

Matth. 26.

P

Iac. 5.

4. Reg. 20.

4. Reg. 20. & 2. Paral. 32. Ad pacis,& quietis tranquillitatem. 1. ad Timo. 2. Obsecro primùm omnium fieri obsecrationes, orationes,postulationes.gratiarum actiones, pro omnibus hominibus,pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt,ut quietam,& tranquillam uitam agamus in omni pietate,& castitate. Ad tribulatorum, & tristium consolationem. Iacob. 5. Tristatur aliquis uestrum,oret æquo animo,& psallat. Ad uictoriam,& inimicorum expugnationem Exo. 17. Moyse orante uincitur Amalech. Et Machabęorum per totum. Ad animæ illuminationem. 3. Reg. 3. dixit dominus Salomoni. Quia postulasti sapientiam ad discernendum iudicium. Ecce feci tibi sermones tuos,& dedi tibi cor sapiens,& intelligens. Vnde apostolus. Si quis uestrum indiget sapientia:postulet eam a deo: qui dat omnibus affluenter.& non improperat. Ad gratię abundantiam Act.4. Cum orassent scilicet apostoli,motus est locus,in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritusancto. Ad cæli apertionem Iacob.5. habetur: q ad orationem Heliæ apertum est cęlum,& clausum.quod non solum intelligitur de apertione cęli quantum ad beneficium pluuiæ:sed etiam ad salutem animę. unde statim loquitur. Orate pro inuice,& saluemini. Supertluum existimo diutius immorari,cum ostensum est orationem quattuor dictis conditionibus uestitam, omnia, quæ desiderantur, & petuntur, impetrare. Quod etiam patet factum per discursum utriusq; testamenti. Ex quo satis patet necessitas orationis ad impetrandum cuncta nobis necessaria,quæ ex nobis habere non ualemus. ¶ Multa alia de oratione ad deum facienda: non ut ipsum instruamus, quæ omnia nouit:aut inclinemus, qui semper immutabilis existit: habens supra lect. 31. Hęc autem præmissa de oratione in genere sufficiant:ad nostri informationem, quomodo orandum est,ne incassum oremus,& ad inclinandum animos nostros;ut orare non cessemus. Orationem enim laboriose mendicare nō oportes,aut a remotis adducere, apud nos est in nostra potestate constituta. Possumus, dum uolumus semper dominum orationibus pulsare,suo quod semper præsto est:auxilio concurrente. Vnde in Psal. dicit propheta. Apud me oratio deo uitæ meæ, quæ exponens bea. Augu. ait. Non enim,ut supplicem deo emturus sum de transmarinis locis: aut ut exaudiat me deus meus, nauigabo:ut de longinquis afferam thura, & aromata:aut de grege adducam uitulum saginatū. Sed apūd me est oratio deo uitæ meæ offerenda. Intus habeo uictimam, quam immolem sibi. Intus habeo thus,quod imponam. Intus habeo sacrificium,quo flectam dominum meum,quia apud me est oratio deo uitæ meę. Quæ cum ita se habeant,quam dignum est & salutare orationes nostras & crebro nos offerre domino deo nostro,immo quam necessarium nobis,ut sic puro corde, sincero affectu: mente deuota,cum cæterarum conditionum obseruatione ad deum refugientes, in omnibus nostris necessitatibus exaudiri mereamur,quo salutem nostram,ad quam condixi sumus: fina liter consequamur. Et tantum de orationi in generali.

4. Reg. 20. 2. Paral. 32. 1. ad Tim. 2.

Iacob. 5.

Exo. 17.

3. Reg. 3.

Iaco. 1.

Act. 4.

Iacob. 5.

p

Psal. 41. August

DE ECCELLENTIA ORATIONIS dominicæ propter eius dignitatem.

LECTIO LXIIII.

A

RAEMISSIS quibusdam de oratione in generali accedendū, est ad orationem dominicam in specialitati qua breuiter de eius excellentia præmittētes: & deinde ad eius expositionem secundum sanctorum sententias procedentes. ¶ Est autem hæc oratio dominica aliis orationibus excellentior, secundum Hugonem cardinalem in postilla super Matthęum propter eius dignitatem, breuitatem, fœcunditatem. ¶ Est enim oratio hæc dignior aliis: quia ab ipso Christo deo, qui orat: edita est, & edocta: & per hoc exaudibilior, quia autor eius est, quem constituit pater mediatorem inter se, & nos peccatores. Qui, quia filius est patris unigenitus, in quo sibi bene complacuit, ipsius orationem refutare non potest. Ipsum enim præcepit audiri a mortalibus, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipsum audite. Cum ergo Christus dixit. Sic ergo orabitis. Pater noster: hęsitare nemo poterit: quin oratio illa sit patri acceptior, quam alia quæcunqȝ, de hoc accipe dictum beati Cypriani. Quæ enim potest esse spiritualior oratio, quam quæ a Christo nobis data est: a quo & spiritussanctus nobis missus est. Quæ apud patrem præcatio exauditior; quam quæ ab ore filij, qui ueritas est prolata creditur. Idem. Qui fecit uiuere, docuit & orare: ut dum prece, & oratione, quam filius docuit apud patrem loquimur, facillimum utiqȝ exaudimur. Hanc exaudibilitatem Christus significauit, cum dixit. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Per quid autem magis in nomine Christi petere poterimus: nisi per orationem, quā nobis orandam edidit: & personaliter instituit. ¶ Est etiam eo dignior, cæteriſqȝ exaudibilior: qa in ipsa sola ea, quę digna sunt, & beneplacita deo ab ipso postulantur. Christus enim, qui uenit nos soluere a peccatis, & nos deo reconciliare non nisi nobis utilia, ut salutifera petenda præfixit: alias quomodo dixisset pater, ipsum audite. ¶ Secundo excedit alias in breuitate. Vnde Christus eam instituens præmisit. Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putantes in suo multiloquio exaudiri. Hi enim exercendæ linguæ magis operam dāt, inquit glo. quam menti mundandę. Vt hoc nugatorij officij genus etiam ad eam precem nectendum transferant: putantes, q̄ sicut orator iudicem; ita & ipsi deum flectere queant. Damnat autem multiloquium de infidelitate: sed non multas lachrymas, non multas obsecrationes in cordis puritate: quod sancti faciunt. Quod & dominus Iesus legitur fecisse, qui pernoctauit in oratione. Sed uerborenus sine affectione uacuas aures dei implere malum est, quasi in hoc audiamur. De hac breuitate Cyprianus in lib. de oratione dominica ait. Ipsa est oratio, quam met deus incarnatus mortales orare docuit: qui suo magisterio, omnem precem nostram in uno sermone breuiauit, tanquam sit sermo, de quo dixit Esaias. Sermonem breuiatum faciet dominus in toto orbe terræ. ¶ Huius autem breuitatis multæ assignantur causæ. Vna, ut Christus præberet fidelibus fiduciam impetrandi, quod breuibus uerbis postulādum demonstrauit.

In quo consistat talis dignitas in breuitate, & fœcunditate.

Mat. 17.

B

C

de hoc

de hoc dicit quædam glo. super Mattheum. Christus inter cætera salutaria monita, quibus consuluit credentibus: formam orandi proponens, orationem composuit brevibus verbis: ut esset fiducia cito annuendi, qui breviter vult rogari. ¶ Secunda ratio: ut eo facilius posset memoriæ commendari. de quo beatus Cyprianus. Cum dominus noster Iesus Christus omnibus venerit, & colligens doctos pariter, & indoctos: omni ætati præcepta salutis ediderit: præceptorum suorum fecit grande compendium: ut in doctrina cœlesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fide necessarium, ue lociter disceret. ¶ Tertia ut prudentia etiam ingeniosorum miraretur de profunditate mysteriorũ: & multiplicate sententiarum in tanta uerborum paucitate compræhensorum. De quo bea. Aug. super prefata uerba dicit. Oratio illa paucis uerbis res multiplices comprehendit: ut sic cito simplices fidei sufficientiam suæ salutis dicerent. Hoc quoad rationem secundam tactam. Et pro tertia ratione subdit. Et prudentia ingeniosorum profunditate mysteriorum obstupesceret. ¶ Quarta. ut eo ipso quo brevior, & per hoc facilius discitur, & retineatur: sine fastidio frequentaretur: & cum maiori attentione, ac devotione sæpius repeteretur. Animus enim noster uolatilis est: & multitudine uerborum nonnunquam distrahitur: ita ut ante orationis finem, sola lingua loquente totus effluat: & ad alia impertinentia deflectatur. Et ideo nisi ex speciali causa orationem conueniat extendi brevibus uerbis, & sententiosis Christus orandum esse docuit in institutione huius brevissimæ orationis. ¶ Quinto: ipsam breviter contexuit contra errorem ethnicorum putantium: q̃ deus uerbis persuasibilibus mulceatur: ut si absens sit, uocetur: aut q̃ uerborum ambagibus, quod nesciat, doceatur. unde beatus August. ad probam. Absit in oratione multa locutio: sed non desit multa præcatio, si feruens præseuerat intentio. Nam multum loqui in orando est rem necessariam in superfluis agere uerbis. Multum autem præcari, est deum, quem præcamur diuturna: & pia cordis excitatione pulsare. Et plerumq; hoc negocium plus gemitibus, quam sermonibus agitur: plus fletu, quam affatu. Non enim est deus, ut homo: q̃ uerborum possit flecti multitudine: aut persuasibilibus inclinari: uel ad exaudiendum passionaris: sicut gentiles de suis dijs æstimabant. ut dicit glo. Contra quos & Chryso. loquitur. Quasi dormientem dominum accusat: qui orationem suam longa contexione prosequitur: uel qui orat: ut deo quasi ignoranti suam necessitatem exponat: qualiter ethnici faciunt, & taliter orare non solum est inutile: sed plerumq; blasphemia. Non enim ut idem dicit, docendus est deus: sed placandus, non afficiendus: id est affectus in eo excitandus quasi sit affectione mutabilis, sed omnium bonorum largitor recognoscendus. Quando autem, & usq; quo, qua ue intentione, & utilitate multiplicari possint, dictũ est supra lect. 62 ¶ Sextò breuem instituit orationem: ut de ignorantia excusationem nullus adultus prętendere posset: quia quod tam breue est: & tã facile: r scitur, non nisi culpabiliter ignoratur. Has causas breui epilogo recitat Alexand. parte. 4. q. 37. dicens Multiplicem utilitatem breuitas dominicæ orationis parit. Ob illius eius breuitatem facilius scitur, melius retinetur, frequentius iteratur, minus fastidit orantem, cito exaudiri innuit. Plus affectu, quam ore orandum esse insinuat: ignorantem incusat. ¶ Tertiò excellit hæc oratio dominica cæteras in fæcunditate, & sententiarum põderositate. Vnde dicit Cyprianus lib. de oratione dominica. Magna sunt orationis dominicæ sacramenta, quia multa, & magna breviter sunt in sermone collecta, ita ut nihil prætermissum sit: quod non in præcibus, & orationibus nostræ cœlestis doctrinæ compendio comprehendatur. Hoc etiã ipso

August.

Alexan.

Fæcunditas & sententiarũ ponderositas.

D

petitio-

petitionum eius numero insinuatur. Septem enim petitiones continet, ut dicetur: & septem numerus est uniuersitatis. Nam & uniuersa, quæ a domino licite desiderari possunt, & postulari his petitionibus continentur: & extra has nihil licite postulatur. Vnde beatus Augustinus ad probam. Si recte, & congruentes oramus: nihil aliud petere possumus, quam quod in oratione dominica positum est. Et post pauca. Si omnia sanctarum precationum uerba discurras, quantum æstimo, non inuenies, quod ista oratio dominica nõ contineat, & includat. Et hoc declarando subdit. Qui enim dicit. Clarifica te in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis, ut propheræ tui fideles inueniantur: quid aliud dicit, quam sanctificetur nomen tuum. Qui dicit. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus, quid aliud dicit, quam adueniat regnum tuum. Qui dicit. Dirige gressus meos in semitis tuis secundum eloquium tuum, ut non moueantur uestigia mea: quid aliud dicit, quam fiat uoluntas tua. Qui dicit. Diuitias, & paupertates ne dederis mihi, quid aliud dicit, quam panem nostrum quotidianum &c. Quid dicit. Memento domine Dauid &c. & iterum. Si reddidi retribuentibus mihi mala. quid aliud dicit, quam. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. Qui dicit. Auser a me concupiscentias uentris, quid aliud dicit, quam. Et ne nos inducas in tentationem. Qui dic. Erue me de inimicis meis, quid aliud dicit, quam. Sed libera nos a malo. Et sic si per omnia sanctarum precationum uerba discurras, nihil inuenies, quod in ista oratione dominica non continetur. ¶ Similiter quid affectus diuersi, timor, meror, spes, gaudium, ac horum radix, geminus amor dei, & proximi suggerere poterit, ut petatur, totũ uerbis huiusmodi dominicæ orationis comprehenditur. Nam sentiens se tam multiplicibus circundatum periculis tentationum, dæmonis, mundi, carnis, suamq; imperfectionem, ac resistendi debilitatem, timor surgens nõ paruus impellit ad inuocandum diuinum adiutorium, & clamãdum ad deũ. Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum &c. Item ne proijcias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Hoc ipsum orat talis cum dicit. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Si perpendens peccatorum malitiam, quæ commisit, grauissimaq; damna, quæ horum occasione incidit. (Per hoc enim se dei gratiam, & beatitudinem perdidisse: omnia bona merita mortificasse, pœnarum inferni reatum contraxisse cognoscit.) Vnde dolor, & contritio animam uehementer afficit tanquam de maximo malo præsenti: offensa scilicet dei. unde clamare compellitur. Propitius esto peccatis nostris propter nomen sanctum tuũ. Item. Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris domine. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem &c. Omnes has petitiones, clausula ista comprehendit. Dimitte nobis debita nostra &c. ¶ Considerans quoq; patriæ cælestis claritatem, ad quam uocati sumus, diuinæ uisionis iucunditatem, fruitionis dulcedinem: stabilitatis securitatem, periculorum omnium euasionem, appetitus plenissimam satietatem: omnium: bonorum perfectionem, & omnis mali exclusionem, tanquam exul, & peregrinus tota mente suspirat ad patriam, quam desiderat, orans cum propheta. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum; quando ueniet, & apparebit ante faciem domini. Quid aliud orat, quam, Adueniat regnum tuum. ¶ Sic cum filius fidelis cælestis patris, sentiens in sola pace conscientiæ uerum consistere gaudium, ipsam quoq; pacẽ aliter haberi non posse, nisi ex conformitate suæ uoluntatis cum uoluntate paterna. Ista enim existente, gaudium conscientiæ nemo tollere potest: secundum illud Christi ad discipulos. Tristitia uestra uertetur in gaudium.

Et se-

nemo tollet a uobis. Non aduersa:non prospera: nec quæcunq; accidentia,cum præter uoluntatem dei nihil accidere possit. Quod uerò secundũ diuinam uoluntatem occurrit:etiam occurrit,& acceptatur per uoluntatem propriam, utputa conformem diuinæ uoluntati. Executionem uerò propriæ uoluntatis sequitur gaudium, quia gaudium est de affectione eorum quæ uolumus, secundum beatũ Aug. 14. de ciui. dei. 115. Ac per hoc non quærit,quæ sua sunt non honores,nó tpales consolationes, non commoda propria:sed solum placitum diuinæ uoluntatis orat ad deum. Ad te confugi domine:doce me facere uoluntatẽ tuã,quia deus meus es tu. Idipsum petit,cum dicit. Fiat uoluntas tua sicut in cælo,& in terra. ¶ Considerans deniq; diuinam bonitatem omnia prædicta suis dilectoribus ordinantem, ac amore perfecto sibi inhærere cupiens:ac per hoc dilecti sui dei honorem & gloriam promoueri,eiusq; notitiam ad omnes dilatari orat. Gloriam regni tui dicent & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filijs hominũ potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tu. Non aliud orat, cum petit. Sanctificetur nomen tuum. Demum cum agente charitate sui ipsius & pximi,qua sibi proximisq; uult summa,ac celestia bonatad illud quoq; ascẽdere non posse humanam infirmitatem, nisi fuerit fota, ac confortata pacẽ cælestis edulij: pane uerbi dei, pane gratiæ,pane etiam corporalis cibi, quo mentis,corporisq; pellatur inedia,cognoscit,petit sibi accommodari tres panes prædictos, sacramentalem,spiritualem,& corporalem. Hi panes filiorum non mittendi canibus. Hos petit, cum ait. Panem nostrum quotidianum &c. Sic ergo patet,q oratio dñica continet quicquid affectus quilibet orare nos suggerit,& impellit. Vnde manifesta est huius orationis excellentia in secunditate,& ponderẽ sententiarum. ¶ Sed circa hoc dubitatur: utrum solis uerbis in dominica oratione expressis utendum sit in nostris orationibus. Et uidetur, q sic. Hoc enim præcepit dominus, cum dixit. Sic ergo orabitis, ubi formam hanc orandi præstituit. Item Cyprianus in lib. de dominica oratione dicit. Aliter orare, quam Christus docuit: non solum ignorantia est,sed & culpa. His motiuis se tuetur error ualdensium asserentium,q a nobis nulla alia uerba dici debeãt:nec oratio nisi oratio dominica,& uerba in ea contenta. Sed error ille facile repellitur auctoritate scripturæ. Nam Christus,& apostoli alijs uerbis usi leguntur in suis orationibus. Nã orauit Christus patrẽ dicens. Pater mi,si possibile est transeat a me calix iste. Et orans pro Petre dixit. Ego rogaui pro te Petre:ut non deficiat fides tua. Et Ioh. 17. rogat pro discipulis dicens. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et in cruce. Pater dimitte illis: quia nesciunt,quid faciunt. Similiter apostoli in electione mathiæ orantes dixerunt. Tu domine, qui nosti corda omnium,ostende, quem elegeris &c. Apostolus quoq; Paulus orat pro Romanis,pro ephesijs:flectit genua ad dominum deũ patrem &c. Et alijs multis. Petrus alijs uerbis, quam his,quæ in oratione dominica continentur. ut patet per decursum epistolarum suarum: ¶ Per hoc ad dubium respondetur per duas propositiones. Prima. Non est necessarium ad efficaciam orationis,ut utamur semper oratione dominica aut uerbis in ea formaliter positis,& expressis:Patet hæc propositio: quia & Christus legislator, & apostoli ab eo immediate instructi, usi sunt alia orandi forma, etiam post institutionem dominicæ orationis, ut patet ex iam dictis. Pussumus ergo in orationibus,alijs uerbis uti, secundum quod urget necessitas, uel expostulat utilitas: aut officium, quod exercemus,exigit,& requirit. Et hoc est,quod dicit beatus Augustinus ad probam. Liberum est alijs, atq; alijs uerbis ab his, quæ in oratione dominica ponuntur dicere.

Mat. 6.

G

Mat. 16. Luc. 22.

Ioh. 17. Lu 23.

Act. 1.

August.

cere. Et hoc siue uerba illa composita sint, ut psalmi, hymni, collectæ, & cæ
cetæ orationes ecclesiæ publice proferendæ: siue uerba illa ex proprio effe-
ctu sint formata: ut cum quis uerbis suis, quæ proprius affectus suggerit, deo
loquitur: cor suum coram eo quasi sensibiliter præsente effundens, & neces
sitates cõquerens: aut peccata sua confitens, & ueniam postulans, seu auxi
lium implorans: & illo modus orandi, ut plurimum est efficacior, & pertinẽs,
H ac congruus orationibus peculiaribus & priuatis. ¶ Secunda propositio. Præter con-
tenta in ora-
tione domi-
nica nihil li
cet petere.
Non licet alia a domino petere quam ea quę comprehensa sunt in domini-
ca oratione. Patet: quia ut supra habitũ est in ipsa oratione dominica om-
nia designantur, quę recte a deo petere possumus, & q̃ eum nobis dare de-
cet. Non ergo alia secundum rem petere decet: sed eadem alijs, & alijs uer-
August. bis postulare licet. Vnde August. post uerba statim allegata addit. Oran-
dum est alijs, atque alijs, uerbis ab his, quæ in oratione dominica posita
sunt. Sed non debet esse liberum alia secundum rem dicere: id est res alias
petere, quam quæ in oratione dominica petuntur. Sed hæc, quæ ibi pe-
tuntur pro nobis, & pro nostris, & pro alijs, atq; inimicis sine fluctu dubita-
tionis oranda sunt, atq; petenda. Et in eodem Aug. Quæcunq; uerba alia
August. dicamus, quæ affectus orantis formet, ut clareat: uel consequenter attendit
ut crescat: nihil aliud secundum rem dicimus, quam quod in oratione do-
minica positum est: si recte, & congruenter oramus. Per hoc ad rationes in
propositione dubij adductas. Ad primam dicitur, q̃ aduerbium, sic non di-
cit omnimodam similitudinem uerborum, sed rerum significatarum: ut sit
sensus. Sic orabitis. i. uerbis similem sententiam importantibus orabitis. Vn
de glo. Bede Mat. 6. Inter cætera salutaria monita, & diuina, quibus consu
uit credentibus: formam orandi proposuit: disciplinam tradidit: ut noster
effectus, qui cum deo agit, disceret res quas oraret: non uerba, qua diceret.
Vnde non his solum uerbis oratur: sed & alijs contentis sub eodem, & non
alio sensu: quibus etiam cor nostrum accenditur. Ad auctoritatem. Cypria
ni similiter dicendum, q̃ uerbum, aliter, non dicit alieratem uerborum, qui-
bus oratur: sed alieratem rerum, pro quibus oratur. ¶ Istis sic præmissis,
de oratione dominica, in speciali sequitur oratio, cuius ista est tenor inju-
ctialis.

DE EXPOSITIONE ORATIONIS dominicæ.

I BATER noster, qui es. ¶ Præmissa exhortatione ad orandum
pium, & misericordissimum patrem, consequenter autor cano-
nis subdit ipsam orationem: ea primò ponit orationem domi-
nicam. Secundò addit eius embolismum, quod est oratio su-
per crescens, & precedentem orationem dominicam quantum ad eius fina-
lem clausulam declarans ibi, Libera nos domine ab omnibus. ¶ Circa pri
mum dicit. Pater noster. Hanc autem beatus Grego. super hostiam in al-
tari decantandam instituit, incongruum asserens: ut super eucharistiam di-
catur oratio, quam scolasticus Romanus composuerat, sicut antiquitus fieri
consueuerat, quando statim post prædicta dicebatur hæc oratio. Libera nos
quęsumus domine &c. & illa omittebatur, quam dominus, & magister no-
ster Christus dictauerat. Instituit igitur, ut ista communioni præmitteretur:
quatenus uirtute ipsius, & efficacia, præparemur ad dignam tanti sacramenti
manducationem. In ipsa enim bona, quæ hac communione digaum effi-

ciunt,

ciunt, petuntur: & mala, quæ dignitatem communicantis auferunt: remoueri postulantur. ¶ Diuiditur autem hæc oratio dominica in tres partes principales: scilicet in exordium, tractatum, & conclusionem, secundum Petrum de aliseo. In prima parte eius, qui petitur, capiatur beniuolentia. In secunda petitionum, quas fundimus subiungitur continentia, ibi. Sanctificetur nomen tuum. In tertia petitionum optatur confirmatio, & ædificatio: cum concluditur. Amen. ¶ Quo ad primum dicitur. Pater noster. Solent quippe homines aliquid impetrare cupientes: a laudibus ipsius, quem rogaturi sunt: suam ordiri orationem, quatenus eum reddant beniuolum, & attentum: de quo beatus Ambro. lib. de sacramentis uersus finem inquit. Vide, unde debes incipere orationem tuam. Die mihi, si uelit hominem rogare: & sic incipias. Da mihi, quod peto. Nonne arrogans uidetur oratio. Propter quod sapientes oratores hanc obseruant disciplinam: ꝙ incipiunt a iudicis laudibus: ut eum fautorem sibi præsentem: & beniuolum faciant cognitorem. Hæc quoq; sacræ scripturæ est consuetudo. Nam & amicus dei Moyses hanc disciplinam non ignorauit. Rogaturus enim deum, ut populum israeliticum non desereret: sed ducatum præstaret salutarem: dei laudes petitioni suæ præmisit di. Dominator domine deus misericors, & clemēs patiens, & multę miserationis, & ueras. Et continuo petitionem subiunxit. Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum. Hanc etiam petendi industriam prudens illa Iudith obseruauit, dum pro cōtritione hostium deum flagitare uoluit. A laudibus enim incipiens ita ait. Deus cælorum, creator aquarum, & dominus totius creaturę, exaudi me miseram deprecantem: & de tua misericordiam præsumentem. Similem orandi formam plurimi prophetarum, & patrum obseruauerunt. ¶ Ita & magister noster Christus pro infinita sua sapientia, & summo magisterio, nos facere docuit: dum orationem instituens ipse prę misit exordium laudis, dicens. Sic autem orabitis. Pater noster, qui es in cælis. ¶ Captamus autē hoc exordio beniuolentiam dei: ut non ipsum flectamus, cum eius uoluntas sit immutabilis. nec ut eius beniuolentiam præueniamus: quoniam ipse prior dilexit nos. Sed ut in nobisipsis de sua beniuolentia certam fiduciam excitemus: quod fie præcipue ex quattuor, quæ in hoc exordio notantur: ut delicet ex consideratione charitatis, qua bonum nostrum uult: quia pater. Secundo ex consideratione largitatis, qua seipsum nobis donat: quia noster. Tertio ex consideratione immutabilitatis, qua nos immutabiliter prædestinauit: quia uere additur, qui es. Quartò ex consideratione eius potentiæ & maiestatis, qua petita dare potest: cum dicitur in cælis. ¶ In his enim uerbis deus, qui petitur, ex quattuor commendatur. Primo a dilectionis magnitudine cum dicitur, pater. Secundo a liberali bonitatis suæ diffusione: cum additur noster. Tertiò ab immutabili perpetuitate: cum subiungitur, qui es. Quartò a sublimitate potentiæ, cum concluditur in cęlis. ¶ Per primum differt hoc exordium ab exordijs ueteris testa. Illa quidem communiter exordium accipiunt a dei dominatione, & maiestate: ut patet in exemplis tam positis. Istud autem initiū capit a dei beniuolentia. & pietate: quia dicitur. Pater noster. Cuius ratio est: quia habitudo hominum ueteris testamenti ad deum erat, ut seruorum ad dominum. Illius enim temporis homines seruierunt domino magis timore, quam amore, quod proprie est seruorum. Vnde & lex illa lex timoris ab apostolo est uocata. In nouo autem testamento est habitudo fidelium ad deum, ut filiorum ad patrem. Per Christi enim incarnationem, tantum deus humano generi condescendere dignatus est: ut eos per adoptionis gratiam filios suos constitue-

Ambro.

Exo. 34.

Iudith. 9.

Exordiū ad quid ponitur, & quo differt ab exordijs nostrorum orationis.

K

rer.

Ioh. 15. ret. Vnde & dixit apostolis Christus. Iam non dicam uos seruos: sed amicos,& domesticos dei. Hinc & apostolus legem nouam, legem libertatis appellauit,& amoris. Et de his loquitur Aug. lib. 2. de sermo. domini in monte. Multa inquit, dicta sunt in laudem deiq; per omnes sanctas scripturas uarie, lateq; diffusa, poterit quisq; considerare cum legit. Nusquam tamen inuenitur præceptum populo Israel, ut ad deum diceret: pater noster, aut oraret patrem deum: sed ipse eis dominus deus insinuatus est tanquam seruientibus i. secundum carnem adhuc uiuentibus. Sed populo noui testamenti, qui uocatur ad æternam hæreditatem: ut sit Christi cohæres: & in adoptionem filiorum israel, uenit non suis meritis sed gratia dei; præceptum est, ut eandem ipsam gratiam adoptionis ponat in principio orationis: ut dicat. Pater noster, qui es in cælis. ¶ In cuius exordio cum dicitur. Pater, com- L mendatur deus ex dilectionis,& charitatis magnitudine. Est enim pater nomen amoris,& pietatis, quod natura ipsa docet in patre naturali: & fides nostra astruit in patre spirituali. Quia enim pater naturalis non de aliena: sed de sua propria substantia filium generat (propter quod filius dicitur aliquid esse patris) idcirco cum quilibet se diligit ex naturali quodam instinctu, nó potest pater naturam suam, quam filio communicauit, non diligere. Quod sciens sapientissimus ille Salomon, cum ex nulla probatione exteriore discernere posset: cuius mulieris filius erat infantulus ille de quo coram ipso litigabatur, se ad philosophiam conuertit naturalem, quæ naturales rerum instinctus,& conditiones explicat,& naturam ipsam subtiliter interrogans, illam ueram uiui infantis matrem esse cognouit, quæ eius occisionem naturali 3. Reg. 3. amore tolerare non poterat, ut patet. 3. Reg. 3 ubi glo. dicit: ꝙ Salomon tentauit naturam parentis, quæ non potuit seipsam, ut in filio est: non amore dilectione naturali. de quo & philosophus late tractat. 8. Ethicorum. ¶ De patre spirituali idipsum fides astruit, docens gratiam potiorem esse, Esaie. 64. quam naturam. Hinc cum filij spirituales essemus dei secundū regenera- 2. Cor. 2. tionem per Christi mortem, uocauit nos in hæreditatem æternam: ubi nobis præparauit bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit,& quæ in cor hominis minime ascenderunt. Et quis est, qui nesciat hæc maxime dilectionis, & pietatis esse indicia, quæ in nomine patris designantur? Relucet igitur in primo dominicæ orationis uerbulo, quod est pater dilectionis, charitatisq; M magnitudo. ¶ Sed est hic notandum, ꝙ nomen pater, quod deo attribuitur: dupliciter accipitur, ut supra lect. 20. expositum est, notionaliter, siue personaliter. & essentialiter. ¶ Notionaliter accipitur, quando attribuitur deo respectu personę diuinæ,& sic est prima persona in deitate, quæ non ab alia persona capit esse, sed a se immutabiliter subsistit, & æternaliter. Vnde dicitur in symbolo athana. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Et ita accipitur a Christo cum dicit. Ego,& pater unum sumus. Et ita Ioh. 10. accipitur, quotiens in scriptura discernitur a persona filij, aut spiritus sancti. ¶ Essentialiter accipitur, quotiens attribuitur deo respectu creaturę, quæ ab ipso dependet in esse conseruari. & sic conuenit omnibus tribus personis simul,& singulariter singulis. Tota enim trinitas pater, filius,& spiritus sanctus, unus pater est, sicut unus deus: unus dominus, unus creator omnium. Et singula persona pater est: sicut singula deus est: creator, & dominus non Ephe. 4. tamen tres patres, sed unus creaturæ pater. Hinc ad Ephe. 4. Vnus deus, & pater omnium. & Deuteron. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui Deute. 32. possedit te, & fecit, & creauit te. Et Sap. 14. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat. ¶ Dicitur aut deus pater multiplici ratione, præter illam, quæ respicit æternam generationē. de qua Esa 53. Generationē

Nomē pater in oratione dñica quo accipitur notionaliter,& essentialiter.

eius

eius quis enarrabit? secundum quam solius filij est pater. Est enim pater prædestinatione Ephe. 1. Gratia vobis, & pax a deo patre &c. qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum. Item pater creatione Malach. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non deus unus creauit nos? Ité imaginis participatione, ubi supra Deute. 32. Nũquid non ipse est pater tuus qui poss. te & fe. & cre. te? Fecit, inquam, ad imaginem & similitudinẽ suam Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostram. Ité redẽptione. Esa. 63. Tu domine pater noster, & redemptor noster, a seculo nomen tuũ. Item sacrali regẽratione. ad Titũ. 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritussancti. 1. Pe. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiã suã magnã, regenerauit nos in spẽ uiuã. Ité fidei institutione Iaco. 1. Voluntarie enim genuit nos in uerbo ueritatis. i. fidei. Et Ioh. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ité gratiæ adeptioni Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorũ dei, in quo clamamus abba pater. & ad Gal. 4. Misit deum spiritum filij sui in corda uestra clamantem, abba pater. Itaq; iam non seruus, sed filius, & hæres per deũ. i. per opera dei. Omnibus illis modis (præter primum, qui respicit æternam genituram) accipitur essentialiter & omnibus illis, aliisq; pluribus modis, ut cura, defensione, hæreditatis præparatione est pater noster, ut patuit ex allegatis. Et ita essentialiter secũdũ oẽs dictas rõnes accipitur, hic, cum oramus. Pater noster. Vñ Chry. super Mat. Vide, qualiter confestim suscitauit auditorem: & omnis rememorauit beneficij in prohemio. Qui enim patrem dixit, & peccatorũ dimissionẽ, & pœnæ destructionem, & iustitiã, & sanctificationem, & redemptionẽ, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatẽ, quę est ad unigenitum, & spiritus largitionẽ per unã hanc confessus est nuncupationem. Et exponit Alex. illud, quod dicitur fraternitatẽ ad unigenitũ: de fraternitate non naturali: sed adoptiua: ut ualeant ad unigenitum adoptiuum. Alioquin pater nõ acciperetur essentialiter, sed personaliter. ¶ Licet aũt in oratione dominica postuletur beneficium exhibendũ a tota trinitate per nomen patris acceptum sic essentialiter, nihilominus ratione auctoritatis patris, & mediationis ipsius filij, frequenter in orationibus spãliter fit mentio de patre, & filio. De patre, ut a quo petitur. De filio: ut per quem postulatur obtinere. Vnde orationes frequenter concluduntur. Per dominum nostrum Iesum Christum. Et sic dicit Amb. in lib. de sacramentis. Attolle oculũ ad patrẽ, qui per filium te redemit. & dic pater noster &c. ¶ Quod uero cum oratio hic dirigitur ad totã trinitatẽ, non ponitur nomen essentiale secundũ sermonis proprietatem, ut deus, uel dominus, sed nomen pater, quod secundũ proprietatem suæ impositionis est personale: licet hic accipiatur essentialiter, sancti plures assignant rõnes. Vna ut per hoc cęlestis magister daret nobis fiduciã impetrandi petita, & per hoc ad frequenter orandũ nos inuitaret. In patre namq; attendimus beniuolentiam, & pietatem, ex qua sperare poterimus, q; preces nostras non abijciat, sed magis ex paterno affectu ipsas aspiciat, & gratiose admittat. Hinc Chry. Deus patrẽ se magis, quam dominũ dici uoluit, ut nobis daret fiduciam ad petendum, & spem magnam ad impetrandum. Serui enim non semper impetrant, quod petunt: quia plerumque non considerant, quid ad honorem domini, sed quid ad propriam pertineat utilitatẽ. Econuerso aũt faciũt ueri & legitimi filij, & ob hoc impetrant quod impetrare cõtendunt. Ad idem facit, quod dicit Aug. Quædam datur, inquit, præsumptio impetrandi, quæ petituri sumus cum prius quam petere mus, tam magnum donum accipimus, ut sinamur: immo ut iubeamur deo di

Ephe. 1. Malach. 2. Deute. 32. Gen. 1. Esa. 63. Titum. 3. 1. Pe. 1. Iaco. 1. Ioh. 1. Rom. 8. Gal. 4. Alexand. N Ambro. August.

Quare orationes nostrę dirigũtur spãli nomine nunc ad hanc nũc ad illã personã.

cere pater. Quid enim non dabit filijs petentibus, quibus hoc ipsum ante dedit, ut filij eius essent? Et beatus Ber. Oratio, quæ paterno dulcessit nomine omnium petitionum mearũ impetrandarum fiduciam mihi præstat: ¶ Secunda causa est per hoc Christus nos inuitaret ad exercitium piarum, & uirtuosarũ operationũ. Cogitare namq; debemus ꝙ cum deũ patrẽ nostrũ dicimus nos filios eius recognoscimus: & per hoc ipsum imitari studeamus. Vile enim est, & opprobriosum esse filium uiri excellentis in uirtute, & omni probitatis honestate, & amoribus eius sanctis, & uirtutibus degenerare. Sic indignissimum est: ut homo deũ, qui omni bonitate excedit uniuersam creaturam: patrem nominet: & nihil in suis uitæ & operibus ostendat dignum tanto patre: quo scilicet deo aliqualiter assimilari posset. Vnde Christus indæis gloriantibus se habere deum patrem in cælis (cuius tamen opera non
Ioh. 8. exercebant) exprobabat dicens. Vos ex patre diabolo estis. Et hoc dicit propter opera eorum contraria operibus dei. Et iterum ipsis dicentibus se esse filios Abrahæ, ait. Si Abrahæ filij estis: opera Abrahæ facite. Hic beatus Cyprianus. Meminisse nos debemus, & scire: ꝙ cũ deum patrem dicimus ut & quasi filij dei operemur: ut scilicet simus pij, & misericordes: sicut & pater noster, qui in cælis est. Et B. Aug. Qui dicit deo patrem id est, ne tanto patre sit indignus: per recessum, scilicet a patre: per inobedientiam, moresq; peruersos. Dicentes itaq; pater, paternam imaginem, uitæ nostræ similitudine imitemur. ¶ Pro quo notandum, ꝙ hominis ad deum triplex est assimilatio. Vna qua receditur a deo. Alia, qua acceditur ad deum. Tertia, qua sistitur in deo. Prima est multorum, qui peruerse imitantur deum, uolentes deo esse similes: per magnitudinem potentiæ: per singularitatem reuerentiæ: permittentes, & appetentes sibi diuinos honores exhiberi: per infinitatem opulentiæ, & per similia. Tales sic imitando non efficiuntur filij dei, nec deo acceptiores: sed hac imitatione recedunt a deo: efficiunturq; socij luciferi qui dixit, In cælum conscendam: super astra dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis ascendam super
Esa. 14. altitudinem nubium: & similis ero altissimo. Secunda similitudo est bonorum uiatorũ: & consistit in participatione similium uirtutum uirtutibus dei, quæ sunt iustitia, misericordia, liberalitas, ueritas, charitas, & cæteræ uirtutes huiusmodi: quæ perfectissime in deo sunt, uerus ipse deus sunt, & esse debent
August participatiue in omni rationali creatura, de quo intelligitur illud Aug. 8. de tri. Non locorum interuallis: sed similitudine acceditur ad deum. Et si dissimilitudine opposita recedit a deo: hac similitudine uolens nos accedere ad deum, dixit Christus. Estote misericordes: sicut & pater uester misericors
Lu. 6. ẽ. Lu. 6. Tertia similitudo est beatorũ, de qua 1. Ioh. 3. Scimus: ꝙ cum apparuerit: similes ei erimus. s. in gloria ęternę uisionis, & fruitionis, quę est beatitudo perpetua, ad quam nunc aspiramus: ad eam aut per secundam similitudinem peruenimus: ad quam exhibendam cum dicimus pater, excitamur.
1. Ioh. 3. ¶ Tertia causa, cur magis uoluit nos in oratione dicere, pater: quã dominus est: ut hoc ostenderet quòd seruire sibi debemus, non timore pœnę, sicut serui dominis suis ministrant: sed sicut boni filij optimo patri ex amore, & timore filiali. Debemus enim ad deũ talẽ habere amoris affectum: ꝙ si uerberet, si castiget, si aduersi aliquid admittat: sibi non recedamus: sicut serui faciunt qui a dominis se castigantibus fugiunt. ¶ Quarta causa, ut per hoc nos ad se honorandum prouocaret. Siquidem honor patri debetur Mala. 1. Si pater ego sum ubi est honor meus. ¶ Quinta: ut a solo deo, quod necessarium est postuletur. Cum enim ipse est pater: ad deũ pertinet cura prouisionis Sap. 6. Equaliter est illi cura de omnibus. Et. 1. Pe. 5. Omnem solicitudinem

Triplex hominis assimilatio ad deum.

uestram

uestram proijcientes in eum: quoniam ipsi cura est de uobis. Et 4. Reg. 1. Nunquid non est deus in Israel: ut eatis ad consulendum belzebub deum accaron. Sunt & aliæ causæ supractæ ad ostendendum differentiam filiorũ legis gratiæ. Item ut dum de filiali adoptione cogitamus, enim tanquam patri filialem affectũ rependamus. Itẽ ut timeat orans offensam patris, ne contingat audire graue illud opprobrium. Vidit dominus, & ad iracundiã concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ. ¶ Noster. Hic secundo captamus dei beniuolentiam per commendationem eius liberalitatis amplitudine, dicendo noster, quod generalitatem, siue uniuersalitatem quandã importat. Magna quippe dei est dignatio: q̃ non solum se patrem constituit angelicarũ uirtutum perspicuitate naturæ fulgentium. Neq; dumtaxat hominem excellentissimorum, & in uera religiositate eminentium: sed omniũ generaliter mortalium, quos imaginis suæ similitudine insigniuit. Omnes si quidẽ illos paterno deus respicit affectu: ut nõ sit uiuens homo in terra, qui abscondat a calore eius. Respicit inquam, dum ipsos ẽt, quos sua insigniuit imagine: per gratiã in filios, quantũ in eo est, adoptat. De quo apostolus. Accepistis spũm adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater, qui testimonium reddit spiritui nostro, quam sumus filij dei. Per quod uult nos hæreditatis suæ esse participes. Vnde sequitur. Si filij, & hæredes, hæreces quidẽ dei, cohæredes aũt Christi. Non enim uult deus mortẽ peccatoris, ut quidem crudeles parentes, qui filios exterminant: & ab hæreditate proscribunt, sed magis ut conuertantur, & uiuant, ut patrem hæreditatis, & regni sui cum cæteris ualeant possidere. Rursus paterne omnes respicit deus, dum ne hic in uia deficiant: panem præstat salutiferum, omne delectamentum in se habentẽ: & omnem saporis suauitatem, quo nutriti, & confortati, ambulare possint in fortitudine cibi illius usq; ad mõtem dei altitudinem. s. beatificę uisionis. Et ne per deuia in uia morum oberremus, deus pijssimus pater per spiritũ suũ nos erudit ad id, quod est utile in recipiendo sanctificationem, ut dicit apostolus Heb. 12. Recte igitur oramus ad deum. Pater noster. Noster inquam, qui nos generat, pascit, nutrit, corripit, & instruit: & alia patris officia circa nos pie non desinit exercere. ¶ Sed his obuiare uidetur. Nã Christus orando dixit. Pater mi, si possibile est: transeat a me calix iste. Omnis aũt Christi actio nostra est instructio, ut dicit Greg. Igitur uidetur q̃ & nos orãtes ad partem singillatim debeamus dicere, pater meus, & non pater noster. Huic concordat scriptura, nam Mat. 6. dicit Christus. Ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi. Itẽ Hiere. 3 A modo uoca me: pater meus: dux uirginitatis meæ es tu. Item præsumptionis esse uidetur dicere, pater noster, cum pater dicit paternitatem adoptionis, qua nos in filios adoptat per gratiam. Nemo aũt scit an odio uel amore dignus sit. Ergo præsumptio est dicere pater noster, quo se significat filium, seu esse in numero filiorum. Vnde sufficeret dicere pater, & non esset necessarium, ut uideretur addere, neq; noster, neq; meus: sicut & Lu. 11. facit dicens Cũ oratis, dicite. Pater sanctificetur nomen tuum. ¶ Ad ista respõdet Alex. de Ales par. 4. q. 37. notando: quòd nemo simpliciter dicere debet pater meus: nisi Xp̃s filius dei, ne dictũ simpliciter, sonet in paternitatẽ naturę, unde glo. Mat. 6. Nemo dicat meus, quod soli Christo competit, qui est filius per naturam. Huiusmodi enim pronomina solent discretiue poni, & discretionem, seu singularitatem importare, quod nulli conuenit, nisi qui singulariter filius est. i. per naturam. Nihilominus scriptura insinuat sic posse dici, meus. s. pater, non tamen simpliciter, sed cum aliqua additione insinuante hoc non singulariter dici: ut etiam patet in uerbis scripturę allegatis. Nam

4. Reg. 1.

Deute. 32. P

Rom. 8.

Heb. 12. Q

Mat. 26.

Mat. 6.

Hiere. 3.

Lu. 11. Alexand.

Mat. 6.

Cur deniq; noster & ad meus.

ubi dicitur: ora patrem tuum in abscondito, additur, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Redditio soli creaturæ conuenit. Soli enim creaturæ merces redditur. unde glo. Reddet tibi mercedem fidei. Similiter cum dicitur Hiere. 3. Voca me pater meus, additur, & dux virginitatis meæ es tu: quia ductus soli creaturę conuenit, deo enim non conuenit duci, sed ducere insinuatur: quod dictum est non debere intelligi de filio simpliciter. i. filio naturali, & ita nec de patre eius naturali. In oratione uero dominica additur. Qui es in cælis, quod conuenit patri respectu filij naturalis, ideo si adderetur meus, importaretur, ꝙ esset pater simpliciter i. naturalis orãtis. ¶ Esto ét, ꝙ per sequentes particulas. s. dimitte nobis debita no. cum cæteris satis innueretur, patrem deũ non esse naturaliter patrem orantis, qui petit sibi tãquam deficienti creaturæ dimitti debita. Sunt tamen & alię notabiles causæ, & rationes, cur dicitur noster, & non meus. Quarũ una est pacis conseruatio, & concordiæ. Appropriatio enim & singularitas persæpe causæ sunt litis, & diffidij. Vnde quidam gloriantes de suis magistris, & doctoribus per appropriationem, contentionẽ inuicem concitarunt: dicente unus ego quidẽ sum pauli, & alter: ego sum apollo: & alius ego uero cephę, alius ego aũt Christi. ut refert apostolus. 2. Cor. 1. & 3. Vt ergo lis & discordia in oratione tolleretur: & nemo sibi filiationem usurparet singulariter, Christus uoluit orantes dicere, pater noster. De quo beatus Ambr. tractans uerbũ, de quo sermo. Attolle inquit, oculos ad patrẽ, qui te per lauacrum genuit: qui te per fideliũ redemit, & dic pater noster. Bona præsumptio sed moderata. Patrẽ dicis, quasi filius. sed noli tibi aliquid spãliter uendicare. Solius Christi est pater specialis: nobis omnibus in cõi est pater: quia illũ solũ genuit, sed nos simul creauit. Illius enim pater per naturam, sed noster est pater per gratiã: ¶ Secunda causa est, ut ad charitatem proximi accenderemur. Nam sicut ꝑ uerbũ pater, ad summi patris amorẽ excitamur: ita cũ dicimus noster, ad fraternam dilectionẽ inflammamur. Cum enim orando nos unũ patrem in cælo habere recognoscimus dicentes pater noster, ꝑ consequens nos in terris esse fratres profitemur: ac per hoc inuicẽ nobis impendere fraternũ amorẽ, ac fidelitatem admonemur. Nam ad hoc natura inclinat, & ratio dictat, ut filij unius patris tenacius se diligant: efficatius se iuuent, & sibi mutuo uiscerosius compatiantur, propter illud commune, quod participant a suo patre. Sicq; sibi obsequantur. i. mutuo se honorent ad Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. ubi glo. Aliter non esset fraternus amor, nisi mutuo se præueniant obsequijs. ¶ Tertia causa est, ut per hoc Christus nos inuitaret ad humiliratem, & a nobis tolleret omnem superbiæ occasionem, ne scilicet diues super pauperem se extollat, nobilis super ignobilem: superior super inferiorem: potens super debilem, clericus super secularem: sed omnes se fratres cognoscerent, & unius patris filios, secundum illud Mala. 2. Nunquid non pater unus ẽ omniũ nostrum? Quare ergo despicit uniusquisq; uestrum fratrẽ suum? Et beatus Aug. in de sermone dñi in monte. Admonentur inquit per orationẽ dñicã diuites & genere potentes seu nobiles secundum seculũ, nõ superbire aduersus pauperes & ignobiles: quoniã oẽs simul dicunt deo patet noster immo potius, quia dicunt omnes pater noster, sibi mutuo tanquã fratres debẽt subuenire. Diues pauperi, sanus ægrotanti, sapiens ignoranti, potẽs impotenti: aliter infructuose clamant pater noster. Si patris iussa non impleant: si obedientiã filialẽ transcendant, & fraternũ amorẽ in se inuicem non exerceant. Sed proh pudor nunc inter Christianos superior opprimit inferiorem, fortior debiliorẽ: diues inopem: miles ciuem: ciues sacerdotem. Efficax sane remedium cõtra superbiam, animiq; tumorem, affectuose reuol-

uere

Hiere. 3.

R

1. Cor. 1.

Rom. 12.

S

Mala. 2.

August.

uere nos esse fratres: unum habere patrem deum, qui non est acceptor personarum. Hoc remedio utitur Boetius. 3. de conso. me. 6. contra arrogantes ex generis nobilitate dicens. Quid genus, & proauos strepitis. Mortales cunctos edidit nobile germen. Nam omne genus hominum in terris simili surgit ab ortu. Vnus enim rerum pater est: unus, qui cuncta ministrat. Si primordia uestra auctorem deum spectes. Nullus degener exstat, nisi uitijs pejora fouens, proprium deserat ortum. ¶ Quarta, causa ut inuicem nobis impendamus orationū suffragia. Quia. n. orare ad deū, & dicēs, pater noster: non se tantū, sed & alios dei filios pronunciat in hoc, & pro alijs non pro se tantū orat simpliciter in hoc, quod scribit Eccle. 17. Vnicuiq; mādauit deus de proximo suo. unde Cyprianus in lib. de oratione dominica. Ideo non dicimus pater meus, sed noster, nec da mihi, sed nobis, quia unitatis magister docuit priuatim precem fieri, ut. s. tantum quis pro se precetur. Vnum aūt pro omnibus orare uoluit, quia in uno omnes ipse portauit. Et Chryso. super Mat. Dulcior est oratio ante deum, quā non necessitas transmittit, qua quis pro se orare cogitur, sed quā charitas fraternitatis commendat. Precatur igitur frater pro fratre dicendo. Pater noster dimitte nobis debita nostra. &c. Hanc ēt cum pluribus alijs causis tangit idē Chry. dicēs, erudit aūt communē pro fratribus facere orationē. Non enim dicit, pater meus, qui in cēlis est: sed pater noster, pro corpore cōi deprecationes referens: & nusquā intendens, quod est iuuenilius: sed ubiq; quod est proximi. Adhuc aūt & inimicitiā destruit, & elationem cōprimit: & æmulationem expellit: & matrem bonorū uniuersorū amorē inducit. & inæqualitatem humanarū causarū exterminat, & multa monstrat regi ad pauperem honoris æqualitatem. Hæc ille ¶ Per hæc soluuntur rationes inductę. Ad primā de Christo orante. Pater mi, dicitur, q̄ Christus in illa sua oratione nobis orandi modum, & formam non præfixit: sed quia ipse filius erat patris per naturam, quod nulli creaturæ cō petit: idcirco ibi ut persona singularis, & naturalis filius dei patris dixit, pater mi. Vel aliter secūdū Alex. dicitur, q̄ omnis actio Christi nostra fuit instructio, quantū ad substantiam actus: nō quantum ad modum. Sicut & ieiunium domini instructio nostra fuit ad ieiunandum, non tamē eo modo, quo dominus ieiunauit omnino abstinendo a cibo. Sic oratio Christi nostra fuit instructio, qua instruimur, q̄ in nostris necessitatibus oratione recurrere debemus ad deum patrem. Modum uerō orandi non dedit in suis orationibus, sed in ea forma, quam nobis præstituit, cū nos docendo dixit, sic orabitis. Pater noster. Ad auctoritatē Mat. 6. & Hier 3. dicendū est ut sup. in principio huius rationis q̄ utrumq; dici pōt, pater meus, & pater noster, sed differenter ut ibi actū est. ¶ Vel dicitur secundū Alex. q̄ triplex est oratio secundū diuersos status orantiū. Perens enim aut petit ut membrū: aut ut cō membrū, aut ut præeminens membrū. Primo modo petitur aliquid, ut singulari personæ secundum q̄ petebat Dauid. Miserere mei deus. Et Lu. 18. Deus propitius esto mihi peccatori. Secundō petitur aliquid: ut con uinculo professionis fidei: secundū q̄ dicitur Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Tertiō petitur aliquid ex officio, quō quis ad orandū pro communibus astringitur. His duobus modis ultimis petentibus conuenit dicere pater noster. Oranti secundo mō tam professio Christianæ religionis, qua membrū est mystici corporis Christi, oranti tertio mō similiter conuenit dicere pater noster, quia illorum, & subditorum, seu commissorū unus est pater: unde contra præsumptionem phariseorū dixit dominus discipulis Vnde est pater uester, qui in cēlis est uester. s. prælatorum, & subditorū. Nūc ergo Mat. cū dixit. Ora patrē tuū in abscondito: loquitur tāquā ad membrū &

Eccle. 17.

T

Alexand.

Mat. 6.

Alexand.

Lu. 18.

Eccle. 17.

Mat. 23.

singularem personam pro se orantem. Similiter & in hiere. Cum autem docuit nos orare: docuit nos, ut commembra ecclesiæ: & tanquam eos, quibus officium erat petitum. qualis fuerunt apostoli, quibus specialiter in monte loquebatur. ¶ Ad aliud de præsumptione dicitur, ꝙ licet homo meritis suis exigentibus, non sit filius adoptionis: nihilominus quantum est ex diuina bonitate, omnibus se exhibet, ut pater omnibus. s. offerendo gratiam
1. ad Tim. 2. adoptionis. unde. 1. Timo. 2. Vult omnes homines saluos fieri. & Ioh. 1.
Ioh. 1. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vnde licet nesciat quis, an odio, uel amore dignus sit; nihilominus confitendo deum esse
Eccle. 9. patrem suum non præsumit: illi attribuendo beneficium adoptionis, non sibi adscribendo meritum beneficij electionis. Et cum dicitur: sufficeret, dicere pater, & non addendo neqꝫ meus, neqꝫ noster. Dicendum: ꝙ quia deus est pater omnium creatione: hominis adoptione: filij naturali generatione. Vt distinguatur paternitas secundum gratiam adoptionis, ab illa, quæ est creationis, & naturæ: dicitur noster. Per noster enim insinuatur quædam communicatio, qua se deus dat nobis, & nos sibi adoptat gratiam infundendo. Vnde non sufficienter expressa esset paternitas dei respectu hominis, per hoc, quod dicitur pater: sicut cum dicitur: pater noster. Quod uero Lucas
Alexand. non addit noster, sicut Mat. rationem assignat Alex. quia in Matthæo infinuatur modus orandi conueniens membris, & excellentibus membris. Loquitur enim apostolis cum domino in montem ascendentibus tanquam perfectis. Lucas loquitur ad discipulum quasi locum tenentem infirmorum: qui
Lu. 15. non audent dicere noster: sicut Lu. 15. filius prodigus dixit. Pater peccaui in cælum, & coram te. Licet posset dici: ꝙ Lucas, qui posterius scripsit, quod Mat. plenius, & sufficienter deseruit, abbreuiauit.

EXPOSITIO VERBORVM QVOD Qui es in cœlis.

LECTIO LXV.

QVI es. Hic tertiò capitur benivolentia ex commendatione a subsistentia immutabili, & perpetuitate, dicentes. Qui es, hoc enim complexum, qui es, proprie acceptum soli deo est proprium, significans ipsius immutabilem subsistentiam: quæ tempore non mensuratur: sed omne tempus transgreditur. Non autem in deo præterito, aut futuritio est, sed nunc æternitatis: semper stans sine fluxu in præteritum: & sine transitu in futurum. Hanc immutabilitatem subsistentiæ uolens de se tãquam de deo ostẽdere Christus iudæis dicentibus. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam uidisti. dixit, Amen, amen dico
Ioh. 8. uobis, antequam Abraam fieret, ego sum. secundum diuinitatem quæ tempori non subiacet: nec tempore mensuratur. Vnde non dixit antequã fieret ego fui: sed antequam fieret, ego sum. quamuis enim tempus fluxit: diuinitas ejus semper immutabiliter subsistit, non in tempore, ut in mẽsura: sed in nunc æternitatis. Et propter hanc immutabilitatẽ essendi diuinitatis quæ cũ tempore nõ incipit: cũ tẽpore non desinit: in tẽpore non subiacet: nulli tali mutationi subijcitur, qui es, siue esse proprie acceptum soli deo attribuitur.

Deo soli uere & proprie conuenit esse.

unde

unde beatus Aug. super Io. tractans illud. Nisi credideritis: quia ego sum me riemini in peccatis uestris Ioh. 8. Res inquit, quælibet qualiscunq; excellentia fulgens, si mutabilis est: uere non est. Non est. n. uerũ esse: ubi est: & non esse. s. possibiliter. Quicquid. n. mutari põt: mutatum, non est quod erat. Si non est, quod erat: mors quædam ibi facta est: quia peremptũ est ibi aliquid, quod erat, & non est. Et exemplificat. Nigredo mortua est in capite albescentis senis. Pulchritudo mortua est in corpore senis, & curui senis. Mortuæ sunt utres in corpore languentis. Mortua est statio in corpore ambulantis. Et post pauca. Deniq; de mortuo cum dicitur: ubi est ille homo? Respondetur, fuit. Itaq; in omnibus actibus, & motibus nostris, & in uniuersa prorsus agitatione creaturę, duo tempora inuenio, præteritum, & futurum. In ueritate aũt, quæ manet: & præteritum, & futurum, non inuenio, sed solum præsens: & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Ex quibus uerbis patet creaturas quaslibet esse mutabiles: & per consequens non uere esse, & solam ueritatẽ, quæ deus est, immutabiliter esse: & ex hoc est esse sibi propriũ. Et per hoc solvit q. quam præmisit quærens, & dicens. O domine deus noster, quid est, quod aisti: nisi credideritis: quia ego sum. Quid enim non est eorũ, qui fecisti: nunquid non est cælum? Nunquid terram nõ est? Nunquid ea nõ sunt, quæ sunt in cælo: & quæ in terra sunt? Nunquid homo ipse, cui loqueris, non est? Si omnia sunt hęc, quæ per te facta sunt: quid est, q̃ tibi quod dam proprium tenuisti tempũ esse: quod alijs non dedisti, ut tu solus esses? Nam qũo audio. Ego sum, qui sum, quasi alia non sint. Qui hanc inquã. q. solutę per ea, quæ præmissa sunt: quia uere esse est, semper & immutabiliter esse: quod soli deo conuenit: hinc & moysi a deo ad liberandum populum Israel misso ac quærenti. Si dixerit mihi populus: quod est nomen eius: quid mihi re, qui dicam eis. Dixit dominus illi. Ego sum qui sum. Et addidit. Sic dices filijs israel: qui est, misit me. Ecce nullum aliud prædicatũ adiecit deus de se dicendũ, quã esse. Esse ergo de se dicere iuffit, quod soli deo uere, & proprie conuenit. unde Dam. Primũ, & principalius eorũ, quę de deo dicuntur nominibus, est qui est: sicut & ipse loquens in oraculo moysi ait. Totum in seipso comprehendens uelut quoddã pelagus substanciæ infinitum & indeterminatum. Nã ratione (qui) quod est nomen infinitum, significat substantiæ infinitatẽ. Ratione (est) quod significat ut actu præsens in nunc immutabilitatis, significat essentiã ut actualitatem semper præsentem: & tantæ rei & immutabilẽ. Sic ergo qui est proprissime acceptũ, significat substantiã infinitã æternam & immutabilẽ. Talis aũt est solus deus. Verũ ergo per complexũ, qui eo, commendamus deũ patrem nostrũ ex incommutabili subsistentia actuali, & æterna, quod nulli creaturæ, sed soli deo conuenit. Eoipso. q. q̃ creaturę dependent ab alio. s. creatore, ab eis realiter, & essentialiter distincto in esse, pro luci, & conseruari, mutabiles sunt in esse, & non æternæ. Ad eum agitur, qui immutabilis semper perseuerat, confidenter orationem concedimus, quam ipse docuit, certi de exauditione: quia immutabilis est, qui se orare docuit, & mandauit. & hoc in complexo, qui est, inquantũ deus propriũ est intelligimus: & intelligendo ad fiduciã, sine qua oratio non impetrat, excitamur. Sequitur. ¶ In cęlis. Hic quarto capitur benivolentia dei ab excessiue mansionis sublimitate: qua potentiã, & maiestatẽ eius, qua dare potest: protestamur, eã uicinius in cælis. Sunt aũt cęli corpales: sunt & spũales: & de utrisq; exponitur clausula, in cęlis. Primo mõ in cælis. i. in illis corporibus cælestibus, quæ supra nos sunt, & supra elementalẽ regionẽ. In cælis inferioribus mobilibus, & in superiori empyreo immobili. In illis mouẽdo eos per se, & mittendo angelicas, ad nostrã, & totius uniuersitatis utilitatẽ, &

Augustin. Ioh. 8.

Dama.

B

corporàliũ salutem. In istis præsentando electorũ aspectibus faciem suæ manifestatis. Hic & illud mansio dei sunt sedes & habitaculũ. Sicut scriptum est. Qui habitas in cælis miserere nobis. Et iterum. Cælum mihi sedes est, & terra scabellũ pedũ meorũ. Item. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Hos cælos Stephanus uidit apertos, & Iesum stantem ad dexteram dei patris. ¶ Est tñ aduertendum, q̃ deus non dicitur esse in cælo sicut in loco, quo circũscribitur sicut corpus, uel quo definitur sicut angelus. Tales enim locab lis tatis modi deo non cõueniunt, sed dumtaxat creaturæ ratione corporeitatis, & finitatis essentiæ. Corpus quidem, quod habet partes extra scinuicẽ, & sic aliter distantes loco circumscribitur, & ipsi loco commensuratur: ut totum sit in toto loco sibi æquali, & pars in parte sibi commensurabili. Angelus uerò, qui spũs est non corporeus, quia tamen finitæ est essentiæ, ac terminati ra loco definitur, cui ita præsens est, ut nõ sit extra illũ. Deus autem quia substantia est incorporea, simplicissima, impartibilis, immensa, & infinita: nullo loco concludi põt, circumscribi, aut definiri; sed illimitatissime omnem locum, & creaturam omnem respicit. unde Hie. 23. Cælum, & terram, ego impleo. Quod & prophera regius aduertens ait in psal. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie &c. Si ascen. in cæ. tu illic es. si descendero ad infernũ, ades. Et Iob. 11. Excelsior est cælo, profundior inferno, longior terra mensura eius, & latior mari. Quod dictũ quia sonat quasi deus corporeis lineamentis extenditur. ¶ Ideo beatus Greg. lib. 10 mora. §. 10. exponens ait. Quod deus cælo excelsior, inferno profundior, terra longior mari latior esse describitur, tanto spiritualiter debet intelligi, quanto de eo nefas est iuxta corporea lineamẽta sentire. Sed cælo est excelsior, quia in circumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Inferno profundior: quia transcẽdendo omnia subuehit. Terra longior, quia creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit. Mari latior, quia rerum temporalium fluctus sic regens possideret: hoc sub omnimoda potentiæ suæ præsentia coangustando circunder. Idem super Ezech. 37. Deus mànet inter omnia, ipse est extra omnia, ipse super omnia. Superior est per potentiam, inferior per substentationem, exterior per magnitúdinem, interior per subtilitatẽ. Sursum regens, deorsum continens, exterius circũdans, intus penetrans. Et uenerabilis Hugo. lib. de sacra. parte. 1. c. ult. Deus sic ubiq; per cuncta diffusus est: ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens: sine onere continens mundum, non tamen per spacia locorum quasi moles diffusa: ita ut in dimidio corpore mundi sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atq; ita per totũ totus: & in cælo solo totus, & in sola terra totus, & in cælo, & in terra totus, & nullo contentus loco: sed in seipso ubiq; totus. Et infra declarans, quod dixit. Ideo inquit, ubiq; esse dicitur: quia nulli parti rerum absens est. Ideo totus, quia non parti rerũ partem suã pũctẽ præbet: & alteri parti alterã partem æquales æqualibus, minori minorem, maioriq; maiorẽ: Sed non solum uniuersitati creaturæ, uerum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Quod etiam dixit totum esse in seipso, exponit, dicens. Quomodo enim ubiq;, in seipso. Vbiq; scilicet, quia nusquam est absens. In seipso autem, quia non cõtineretur abeis, quibus præsens est, quasi sine ipsis esse non posset. Hæc Hugo. Hæc sic esse credimus: sed quomodo sic est, non intelligimus. unde Chry. super epistolam ad Heb. & allegat magister. dist. 27 primi. Sicut multa de deo intelligimus, quæ penitus loqui non ualemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. Verbi gratia: q̃ ubiq; deus est, scimus, & dicimus: quomodo ubiq; est, intellectu nõ capimus. ¶ Quãuis autem sic deus sit ubiq;, & in omnibus creaturis generaliter, per essentiã,

Esa. 66. Ioh. 14. Act. 7.

Hie. 23.

Iob. 14.

Exec. 17.

C

D

Quo deus dicit esse ubiq; in omnibus, rebus inferius & superius.

potentiam,& præsentiam,ut dicit magister distin. 37.primi. Per potentiam quidem:quia omnia suæ potentiæ sunt subiecta. Per præsentiam tam cognitionis,quam indistantiæ localis. Per essentiã intimæ penetrationis,qua omnibus rerum interioribus immediatus est. Tamen scriptura frequenter hunc commemorat esse in cœlis: propter maiora mirabiliora, & sublimiora Dei opera in cælorum pulchritudine,armonia,ordine, ac operatione relucẽtia. Sunt enim cœli corpora magnæ altitudinis, miræ latitudinis, ingentis lumi nositatis, motu regularia, syderibus ornata, corpore simplicia,virtute stabilia,tempore incorruptibilia, virtuli influxu mirabiliter efficacia, ad inferioris mundi regimen concorditer ordinata. Propter quæ in eis diuina potentia,sapientia, bonitas, & clementia magis: quam in alijs mundi corporibus declaratur. Manifestatur nanq; Dei potentia in cœlorum magnitudine, & stabilitate. Dei sapientia in ipsorum pulchritudine, ordine,& speciositate. Dei bonitas,& clementia in ipsorum fluxu,& causalitate. De eorũ soliditate dicitur Iob 37. Cæli solidissimi quasi ære fusi sunt. De eorum speciositate Eccle.43 Species cæli gloria stellarum. Et Iob 26. Spiritus eius ornauit cælos. De ipsorum causalitate, philosophus 2.metheo. Mundus ille inferiõr contiguus est lationibus superioribus: ut omnis eorum virtus inde gubernetur. Adhuc autem Dei gloria maxime relucet in cælo empyreo, qui locus est sanctorum, in quo se clare facie ad faciem contemplandum actu beatifico præbet. In quo summo dono se communicat rationali creaturæ,quod excellit longe omnia alia sua opera. Nam & propter hoc omnes creaturas produxit:& cetera bonitatis suæ munera impẽdit. His ergo de causis summam Dei maiestatem frequentius in cœlis illis corporalibus esse scriptura prædicat. ¶ Quod uerõ Christus in sua oratione nos potius dicere uoluit,pater noster, qui es in cœlis, quam qui es ubique:doctores sancti aliquas rationes assignant. Quarum una est,ut per hoc nos doceret petere bona cælestia permansura,& non caduca, ac terrena:nisi quatenus ad cælestia ordinantur. Bonos enim filius pro paterna hæreditate debet laborare.unde Chrysost. Christus docuit nos orare ad patrem, qui in cœlis est,ut sciãt homines se habere patrem cœlestem, & ex hoc erubescant terreno patri se substernere, hi scilicet qui patrem habent in cœlis. ¶ Secunda, ut docet desiderio eleuari per spem firmam ad cœlestia: ubi patrem nostrum Deum dicimus residere. de hoc Abbas Isaac in collatione patrum ait. Dicentes pater noster, qua uniuersitatis Deum, ac dominum patrem nostrum esse uoce propria confidentes, de conditione seruili in adoptionem filiorum nos profitemur ascitos. Adijcientes. Deinde qui es in cœlis,ut commemorationem uitæ præsentis,quæ in hac degimus terra,uelut peregrinam, & a nostro patre longissime separantem, toto horrore uitantes, ad illam potius regionem,in qua patrem nostrum commorari fatemur, summo desiderio properemus:nihilq; admittamus eiusmodi, quod indignos nos hac nra professione,& nobilitate tãtæ adoptionis efficiens,& hæreditate paterna uelut degeneres priuet,& iram nos faciat iustitiæ eius,ac seueritatis incurrere. ¶ Tertia ratio,ut ostendatur immensitas diuinæ potentiæ, qua existens in cœlis generat nos filios per adoptionẽ in terris. Cuius cõtrariũ mali senserunt,secundum q̃ Iob 22 legitur. Quid.n nouit Deus? Quasi p caligines iudicat. Nubes latibulũ eius:nec nostra considerat, & circa cardines cęli præmbulat. ¶ Quarta rõ est insinuatio petendorũ,p hoc.n.insinuatur,q̃ cælestia simpliciter petenda sunt.unde Hugo. Si dixisset, qui ubiq; es,uerũ dixisset, sed ne inepta, & inania quæritando mente uagemur, dicit, qui es in cælis, ut mente radicata,quæ sunt utilia,quæramus. ¶ Quinta rõ:ut insinuaret distan

Cęlum quid est,& quod multiplex & cęlum.

Iob 37. Eccl. 43. Iob 26.

Cum Deus sit ubique, quare communiter dicitur esse i cęlis.

Chrysost.

Iob 22.

Aug. ... ria iustorum a peccatoribus. In iustis enim sicut in cœlis habitare dicitur, ut infra dicetur. unde Aug. Accommodatissima similitudo est, ut spiritualiter tantum interesse videatur inter iustos, & peccatores, quantum inter cœlum, & terram. ¶ Sexta ratio est: ut ostendatur quasi per simile iustos multiplex beneficium, assequi a domino. Sicut enim a cœlis multiplex beneficium affertur corporalibus creaturis .s. lucis, caloris, humoris, ac salubritatis, & fœcundantis influentiæ multiplicis. Sic ab ipso, quem in cœlis existentem invocamus: multiplex accipimus beneficium. Omne datum optimum, omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, & 1. Cor. 12. Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ &cætæ. Cœlum dicuntur uiri sancti, & apostoli.

F ¶ Secundo modo exponitur hæc particularia cœlis moraliter, ut per cœlos non intelligantur corpora spherarum cœlestium, sed animæ sanctæ, iustæ, & uirtuosæ, & angeli sancti. unde Hugo ubi supra. In cœlo maxime habitare dicitur: quamuis sit ubique; quia per cœlos intelliguntur angeli, & homines iusti, in quibus maxime Deus habitat, sicut scriptum est. Anima iusti sedes est sapientiæ. Sap. 9. secundum aliam translationem. Et Aug. exponit. Pater noster, qui es in cœlis. i. in sanctis, & iustis, non enim spacio locorum continetur Deus: quemadmodum enim terra appellatus est peccator, cum dictum est. Terra es, & in terram reuerteris. Sic iustus cœlum econtrario dici potest. In iustis namq; speciali modo habitat Deus, quo non habitat in ceteris a peccatoribus, & irrationabilibus creaturis. Castas siquidem mentes per gratiam inhabitat, quibus illabitur, & unitur dilapsu sanctificatorio: propter quod apostolus ait. 1. Cor. 3. Nescitis: quia templum Dei estis: & spiritus Dei habitat in uobis. Et sequitur. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Et 2. Cor. 6. inquit, Vos estis templum Dei uiui, sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis. Et eadem epistola. c. 13. An nō cognoscitis uosmetipsos: quia Christus Iesus in uobis est: nisi reprobi sitis. Tota enim dignantissima trinitas, quæ in hac oratione pater nominatur, pias mentes inhabitat, in quibus mirabiliter operatur. Nam de patre dicitur Ioh. 14. Si quis dilexerit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum: & ad eum ueniemus: & mansionem apud eum faciemus. De filio, qui est sapientia increata, scribitur Sapien. 7. In animas sanctas se transfert: amicos dei, & prophetas constituit. Et B. Aug. 4. de tri. dicit, q̄ de sapientia dei, quæ filius Dei est, dictum sit. Emitte illam de cœlis sanctis tuis, ut mecum sit. Quæ & de seipsa testimonium perhibet di. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. De spiritu sancto dicit saluator. Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum Ioh. 14. ¶ Dicuntur autem uiri sancti cœlum metaphorice ob quasdam conditiones, & proprietates cœlorum materialium, quæ in eis per similitudinem spiritualiter inueniuntur. Primò propter ornatus pulchritudinem. Sunt enim cœli corpora lucida, sole, ac stellarum multitudine ornata, ab omni immunditiæ cōtagione remota. Ita uiri sancti, & iusti sunt intellectu luminosi, & claris a uitiorum maculis, & sedibus purgati, & charitate, ac diuersarum uirtutum floribus tanquam sole ardentissimo, & stellis fulgidissimis adornati. unde B. Bernard. super cantica. Anima sancta cœlum est, in quo sol est intellectus, luna fides, astra uirtutes. Et sicut stellæ in nocte lucent, in die latent. Sic uera uirtus est, quæ in prosperis non apparet: in aduersitatibus emicat. Et de apostolis specialiter dicitur, q̄ cœli sunt. unde Honorius super illud psal. Cœli enarrant gloriam Dei. Cœli ait sunt sancti apostoli quibus celata sunt secreta cœlestia dei. Ex quibus tanquam sol sapientiæ: lucet luna scientiæ, micant stellæ uirtutum, corruscant fulgura signorum, crepant tonitrua prædicationum, & manant pluuiæ scripturarum. Sa-

Gen 3. Terra es.

Sap. 9.

1. Cor. 3.

2. Cor. 6.

Ioh. 14.

Sap. 7.

Aug.

Ioh. 14.

Quare sancti dicuntur cœlum.

Bern.

cundd

cundō uiri sancti cœli dicuntur propter cœlestis conuersationis celsitudinē. unde apostolus ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Peccatorum autē conuersatio circa terrena uersatur. de quo psal. Oculos suos statuerunt declinare in terram. ¶ Tertiō uiri sancti dicuntur cœli, quia sicut in cœlo apparens singularia opera Dei, quibus regit inferiorem mundum, ita in sanctis relucent singularia opera trinitatis, in quibus appropriata personarum apparent, potentia, sapientia, bonitas. Potentia patris in solidate, siue firmitate. Sapientia filij in decore, & luminositate. Bonitas spiritussancti in influentia, & causalitate. Ita & in sanctis hominibus, & uirtuosis tota ipsa trinitas diuinarum personarum singularius, q̄ in ceteris operatur. Pater fortitudinem, qua ambulant in lege dominiut non declinent neq; ad dexteram: neq; ad sinistram non deficiant in aduersis: nec extollantur in prosperis. unde scribit sapiens prouer. 12. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Filius lumen fidei, & credendorum cognitionem, quo cauere possit hereses, & errores, & loqui sapientiam inter perfectos. Vnde promisit Christus sequentibus in uirtutum operatione lumen uitæ ne in foueam errorum, & tenebrarum caliginem præcipitentur: dicens. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Et alibi. Dabo uobis os, & sapientiā cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Spiritus sanctus operatur in uirtuosis mirabilem misericordiam, & influxum, ac bonitatis diffusionem. Docent siquidem sancti uerbo, uel opere uias dominiut impij ad ipsum conuertantur: deriuant quoq; sua uirtuosa opera in quoscunque alios, ut inde fortificentur, & roborentur. Hinc gloriatus est prophe ta se participem esse omnium timentium dominum, & custodientium mandata. Hunc causalem influxum in alios testatur se habuisse apostolus, cum dixit. Factus sum omnibus omnia, infirmis infirmus, insipiēs insipientibus &c. ut omnes facerē saluos. Vel sicut cœlum habet in lumine claritatem, in motu singularitatem, in situte uigorositatem. Sic hæc tria operatur in sanctis deus, illuminat intellectum remouendo errorem, regulat affectum ordinando amorem, influit ad profectum ministrādo uigorem. ¶ Hunc autem prologum alij distinguunt in tres partes, per quarum primam orans confortatur, per secundam dilatatur, per tertiam elevatur. Vnde venerabilis Hugo. Septem inquit petitionibus præmisit prologum tribus uerbis contentum. In primo cor hominis confortat, in secundo dilatat, in tertio elevat, & exaltat. Quis enim audiens se patrem Deum habere non animetur ad spem gloriæ. Pater inquit, ut simus imitatores Dei, sicut filij charissimi. Subdit noster, ut ad fraternæ charitatis amorem dilatemur. Dicit, qui es in cœlis, ut mente in summis radicata, quæ sunt utilia, q̄ramus. Item in cœlis spiritualibus, ut ad spiritualitatem, in qua habitat, festinare discamus: & cœlestia ab eo petamus, ut unde glo. Matt. 6. ¶ Innocen. aliter dist nguit dicens. Benivolentia ægrō ca ptatur a tribus personis, cognitoris, petitoris, & assessoris. Cognitor est Deus petitor est hō, assessor est angelus. Innuit persona cognitoris, cū dr pr petitoris, cū dr or, assessoris, cū additur, qui es in cœlis, in angelis sanctis, de quibus dicitur. Cœli enarrant gloriam Dei. ¶ Ex prædictis itaque potest (deuotionis ardentiam

Phil. 3.

Prouer. 12.

Ioh. 8.

Luc. 21.

1. Cor. 9.

H

Eph. 5.

Matth. 6.

I

uere

Meditatio circa prologum oratio uis dominica.

uere tuus esse merear, & paternam nobilitatem tuam dignis moribus imitari: amoreq; fraterno omnibus filijs tuis fratribus meis in omnibus bonis communicare ualeam. Tu ergo pater excelsus in creatione, suauis in amore, dines in hæreditate, liberalis paterna communione, ac filiorum gratuita hac sacramentali regeneratione. Superbiam proximi contemptricem, quæ indignos cœlesti patre redditos nobis misericorditer auerte. Ad gratiam adoptionis, & unionem fraternitatis seruandam nos conuerte, ut paternitatis tuæ gloria: & filiationis tuæ gratia: atq; unione fraterna semper gaudeamus. ¶ Qui es in cœlis materialibus admirabilis, tuæ potentiæ, & magnitudinis ostensione. Et in cœlo supremo empyreo speculum æternitatis: corona iocunditatis: thesaurus felicitatis. In cœlis quoq; spiritualibus in sanctis tuis, p speciale tuæ gratificæ illustrationis habitationem. Vtinam miserabilis anima mea tibi sit cœlum clarum, & nitidum: ac uarijs uirtutum syderibus adornatum, ut tuæ sanctæ habitationis dignus hospes inueniar. Fiatq; omne desiderium cordis mei ad cœlestia bona obtinenda, contemptis omnibus transeuntibus oblectamentis. Sicq; meditando clausa in his uerbis mysteria, ut cunq; supra exposita, ac flammigeros diuinæ charitatis, ac fraternæ dilectionis affectus magna cum fiducia assurgere potest, necnon & in odium sanctuitiorum, se tanta filialis adoptionis gratia indignum reddere conantium. Et tantum de prologo dominicæ orationis. Sequitur.

EXPOSITIO VERBORVM
sanctificetur.

LECTIO LXVI.

Sanctificetur nomen tuum. Post exordium sequitur tractatus, in quo petitiones ad Deum fundendæ continentur. Prius tamen quam ad huius textus diuisionē procedatur præmittenda sunt aliqua de ordine petitionū, & sufficientia. Quia ergo oratio hæc perfectissima est: non solum petenda comprehendit: sed etiam ordinem petēdorū instruit. Vñ & desiderāda manifestat. Ex quo ordine desiderāda sunt, instituit. Cum.n. oratio desideriorū nrorum est interpres ordini desideriorum respondere debet ordo petitionum. Est autem ordo desiderij, & intentionis oppositus ordini executionis: nam in desiderio primo cadit finis. Deinde quæ sunt ordinata ad finem, & inter illa priora sunt intentione, quæ propinquiora sunt fini. Oppositum est in executione: ibi media ordinata ad finem præcedunt, finis assecutionem: & ea media sunt priora, quæ a fine sunt remotiora. Et secundum hæc multiplex ordo accipi potest in petendis. De quo pulchre loquitur glo. Matth. 6. assignans rationem ordinis septem petitionum dominicæ orationis: ita dicens. Cum uita nostra temporaliter agitur, sperenturq; æterna priora sunt dignitate æternathis tamen. s. temporalibus prius acceptis. In his autem septem petitionibus omnia bona præsentis uitæ, uel futuræ continentur, in quibus est ordo mirabilis. Vt enim in Esa. legitur, sicut septem dona sanctispiritus a summis incipiunt, & usq; ad initium sapientiæ. s. timorem domini decurrunt: ita ordo precum a summis usq; ad finem, ut a malis mundi liberemur, extenditur.

De ordine petitionum.

Matth. 6.

Si autem in utrisq; donis,& petitionibus a fine incipimus, ad perfectionem fit ordo ascensionis. Si a summis, quia hoc de supernis accepimus,fit ordo descensionis.Sed quia per hęc, scilicet dona nos ab imis ad summa consurgimus,septem beatitudines, quæ per eadem dona quærũtur, de imis gradatim ad summam perueniunt. In præcibus ergo est, ut impetremus dona,in donis,ut operemur mandata,de operatione beatitudines sequuntur. Hæc glo.

Multiplex ordo petitionum orationis dominicæ.

¶ Duplex ergo ordo innuitur. Vnus ascensionis,qui in enumeratione beatitudinum seruatur Matth.5. Alius descensionis, qui in enumeratione donorum tenetur. Esa.11. Vbi dona hoc ordine recitantur. Sapientia,intellectus,consilium,fortitudo,scientia, pietas, timor domini. Et huic conformatur ordo petitionũ.Quod autem alius ordo in beatitudinibus:alius in petitionibus obseruatur, hæc est ratio secundum Alexan. parte 4.quæstio.35. Nam beatitudo est actus perfectus, ut hic loquimur de beatitudine. Actus autem est in executione,ideo beatitudinibus cõgruit ordo executionis, qui est ascensionis a medijs ad finem. Petitio uerò est desiderij, seu intentionis expressio, cui conuenit ordo intentionis:quia quod primò desideratur,primò intenditur. Et hic est ordo descensionis a fine ad media. Primò enim desideratur finis,ac deinde media propter finem. Et quia petitionibus impetrantur dona, quibus operari conualescimus, ideo idem est ordo donorum,& petitionum. Ex quo satis patet, cur petitiones dominicæ orationis non incipiunt a remotione malorum,ut prius declinentur mala,deinde fiãt bona,secundum illud Boetij 3.de conso. Qui uult ingenium ferere agrum, prius liberet arua fruticibus.Et illud Prouerb.uigesimoquarto. Diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam. Quia alius esse debet ordo petitionum,alius ordo operationum, & actuum,de quibus loquuntur auto.allegatæ.Ordo itaque petitionum ordinem sequitur desideriorum. In ordinato autem desiderio, ut dictum est, primo cadit finis, deinde ordinata ad finem. Finis noster Deus est, in quem noster affectus dupliciter tendit. Vno modo propter seipsum prout est summum bonum in se,quod facimus, dum peractum charitatis Deum in seipso diligimus, eiusq; gloriam, & perfectionem super omnia uolumus. Alio modo tẽdit in eum desiderium nostrum,ut est summũ bonũ nostrum, dũ uidelicet ipso frui cupimus per actũ spei. Primum pertinet ad affectionẽ iusti. Secundũ ad affectionẽ commodi. Illo.n. mõ diligimus dñm:ut commodum nr̃m:& ita nos diligimus in Deo. Vtraq; dilectio bona sed perfectior est prima,quia utraque actus est uirtutis theologicæ,sed prima uirtutis excellẽtissimæ.s.charitatis,secunda spei.¶ Ad primum igitur pertinet petitio prima.Sanctificetur nomen tuum,per quam petimus gloriam Dei.Ad secundũ ptinet secunda petitio.Adueniat regnum tuum,per quam petimus ad gloriã peruenire, q̃ consistit in eius clara uisione,& beata fruitione. Et sic istæ duæ petitiones ordinant ad finem.s.ad beatitudinem. Prima ad beatitudinem obiectiuam,secunda ad formalẽ. Obiectiua est Deus,formalis est fruitio Dei. ¶ Ad finem autem hunc ordinat nos aliquid dupliciter. Vno modo per se,alio modo per accidens. Per se dicit bonum,quod est utile ad finẽ. Et hoc est duplex,nam aliquod ordinat nos ad finem directè,& principaliter.s.meritum, quo beatitudinem mereamur Deo obediendo:& quantum ad hoc petitur. Fiat uoluntas tua sicut in cęl.& inter. Alio modo instrumentaliter, & quasi coadiuuando nos ad merendum, ad hoc pertinet,quod dicimus. Panem nr̃m quotidianum da nobis hodie. Siue intelligat̃ de pane uerbi Dei,siue de pane sacrali,siue de pane corporali. Per accidens ordinamur ad beatitudinem per remotionem prohibentis. Sunt autem tria, quæ nos prohibent a beatitudinis cõsecutione. Primum est peccatum,quod

Matth. 5. Esa. 11.

Alexand.

Prouer. 24.

Ad fruitionem beatitudinis dupliciter ducimur.

directè

directe prohibet a regno Dei: & quantum ad hoc dicitur. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. debita, i. peccata. Secundò prohibet, & impedit nos tentatio, quæ retrahit ab obedientia diuinæ uoluntatis, & inclinat, seu inducit ad peccatum: ideo petitur. Et ne nos inducas in tentationem. Tertiò nos impedit pœnalitas præsens: ideo subditur. Sed libera nos a malo. Hunc ordinem tradit S. Tho. 2.2. q. 83. art. 9. quem imitatur dominus Petrus de Allaco. ¶ Potest etiam planius accipi, & sufficientia, & ordo petitionum sic. Quia septem istæ petitiones omne appetibile, & rectè desiderabile comprehendunt. Omne autem appetibile aut est collatio boni: aut remotio mali. Bonum, cuius collatio petitur, est triplex: bonum cœleste, bonum spirituale, & bonum temporale. Primum est gloria: secundum gratia: tertium natura. Bonum cœleste duplex est. s. obiectiuale, & formale, ut dictum est. Malum, quod petitur auferri, similiter est triplex, s. præteritum, præsens, & futurum: ideo petitur, ut præteritum remittatur, præsens tollatur, futurum caueatur. Quatuor ergo prædictis bonis conferendis correspondet quatuor primæ petitionis. Tribus malis remouendis correspondet ultimæ tres petitiones. ¶ Vel sic possunt adhuc planius distingui, & ordinari petitiones ipsæ. Oramus enim hac oratione Deum tanquam filij patrem cœlestem, hinc dicimus, pater noster, qui es in cœlis, ideo ordinatè petens tanquam bonus filius, primò petit ea, quæ respiciunt honorem patris, ad quod pertinet: sanctificetur nomen tuum. Secundò ea, quæ pertinent ad ipsum, & proximum: hæc autem sunt collatio boni, & remotio mali. Sunt autem triplicia bona, ut tradit Aug. lib. 1. retra. Magna, media, minima: Magna bona, sunt bona beatitudinis, & gloriæ. Bona media: sunt bona spiritualia ad beatitudinis consecutionem necessaria, ut gratia, & uirtutes, & meritoriæ operationes. Minima bona sunt, qui conferunt quidem ad beatitudinem, non sunt tamen necessaria, quia sine eis beatitudo consequi potest, ut bona corporis, sanitas, robur &c. Et quædam bona animæ minus necessaria, ut ingenij perspicacitas, scientia secularis. Prima bona, scilicet beatitudinem ipsam petimus, cum dicimus. Adueniat regnum tuum. Nam per regnum intelligitur beatitudinis gloria in regno cœlorum sine fine possidenda. Bona media petimus, cum addimus. Fiat uoluntas tua &c. 1. Thess. 4. Voluntas Dei est sanctificatio nostra. Sanctificamur autem per gratiam, uirtutes, & opera meritoria in mandatorum dei obseruantia, quibus reddimur digni uita æterna. Infima seu minima bona petimus, cum consequenter oramus. Panem no. quoti. &c. Nam panis nomine intelliguntur omnia corpori necessaria, per quæ corpus spiritui subseruire potest, siue concernant corporis sanitatem, siue uictum, & amictum. Mala etiam remouenda triplicia sunt prioribus bonis opposita. Maximum malum est peccatum separans nos a summo bono, & per hoc ab æterna gloria, quæ separatio est extrema, & ultima miseria damnatorum. quod auferri petimus, cum dicimus. Dimitte nobis debita &c. Media mala sunt peccatorum occasiones: quæ inducũt ad peccatum, qualia sunt tentationes diaboli, carnis, & mũdi: quæ auferri petimus, cum subiungimus. Et ne nos inducas in tentationem. Minima mala sunt dãna corporis, & rerum exteriorum utilium, atq; famæ: ut infirmitas corporalis, despectio personæ, paupertas, & cetera quæcunq; incommoda temporalia rerum, famæ, & amicorum. Hæc enim nonnunquam impedimenta sunt homini in profectu animæ spirituali: quæ petuntur remoueri: cum in fine annectitur. Sed libera nos a malo. Quæ specialiter refertur ad mala corporalia præsentia, licet extendi posset ad omnia mala. Sic ergo ordinatissimè primò petitur, quod charitas Dei exigit: deinde quod charitas sui, & proximi. Et primò collatio maioris boni: deinde minoris: tertiò infimi: ac deinde

S. Thom. D

Sufficientia petitionũ se ptem.

remotio

remotio malorum, primo maximorum, secundo mediorum, ultimo minorum. Et hæc sufficientia, & diuisio respicit planissimum sensum literalem: quia simplicibus, ac popularibus comprehendi potest, & debet. ¶ Beatus uerò Aug. in lib. de uerbis domini profundius dominicæ orationis continentiam discutiens, septenarium numerum petitionum septem donis, & beatitudinibus connectit dicens. Si timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum &c. petamus, ut in nobis sanctificet nomen dominum more casto permanente in seculo seculo. Si pietas est, qua beati sunt mites, quoniam ipsi possidebunt terram, petamus, ut ueniatur regnum uel in nos, ut mitescamus, nec ei resistamus. Vel de cælo in terras in claritate aduerus, ubi lætabimur, sicut dictum. Venite benedicti patris mei. Si scientia est, qua beati sunt, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, petamus, ut fiat uoluntas, ut consentiat caro spiritui, quia non est luctus, nisi quia ista contra se confligunt, ut cogamur dicere. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Si fortitudo est, qua beati sunt, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: oremus, ut detur panis quotidianus, quo fulciti ad illam satietatem perueniamus. Si consilium est, quo beati sunt misericordes, quoniam misericordiam consequentur: dimittamus, & nobis dimitti oremus. Si intellectus est, quo beati sunt mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: oremus non induci in tentationem per aspera, uel blanda, ne non sit simplex cordium non simpliciter bonum petat in ois bus, quę agit. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici: quoniam filij Dei uocabuntur: oremus liberari a malo. Liberatio enim facit liberos a filios, ut dicamus spũ adoptionis, abba pater. Sic his petitionibus perimus dona: per quæ peruenire possimus ad beatitudinum perfecta opera: & per opera perfecta ad præmia sempiterna. ¶ Aliter distinguit idem Aug. has petitiones in Enchi. Sed rescindo propter nimiam prolixitatem. ¶ Sed hic quis dubitare posset, cur Lucas orationem dominicam conscribens tantum quinque posuit petitiones. Aut enim ipse diminute' tradidit, aut Matthæus superfluus fuit ponens septem: dum quinq; sufficiunt. Aic. n. Luc. 11. Pater sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra, quidem & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem. Dimitte igitur. Fiat uoluntas tua, & libera nos a malo. Ad hoc respondet B. Aug. in Enchi. c. 15. Euangelista Lucas in oratione dominica ait: petitiones quinq; non septem, complexus est. Nec ab isto utiq; discepsauit (alias discrepauit) sed quemadmodũ illa septem sint intelligenda, ipse sua breuitate commouit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spũ, Dei autem regnum in carnis resurrectione uenturũ. Ostendens ergo Lucas terram petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem: magis eam dimittendo fecit intelligi. Quia (ad hoc principaliter Dei uoluntas tendit, ut eius sanctitatem cognoscamus, & cum ipso regnemus. Subdit Aug. Deinde tres alias adjungit, de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de tentatione. At uerò quod ille ait, non posuit, sed libera nos a malo. iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius, quod de tentatione dictum est pertinere, ut sciat unusquisq; in eo se liberari a malo, cum non infertur in tentationem. Ideo nec Lucas diminute: nec Matthæus superfluè petitiones posuit, sed quod unus intellexit, alius expressius posuisse utile reputauit. Ecclesia autem utitur eo, quod expressius est, quod Matthæus exemplauit. ¶ His præmissis ad diuisionem huius partis procedamus cum dicitur in oratione dominica. ¶ Sanctificetur nomen tuum. ¶ Hæc est secunda pars principalis orationis dominicæ, in qua

Septem petitiones applicantur septẽ donis, & beatitudinibus.

B Aug.

Lucas quare ponit quinque petitiones orationis dominicæ. Matthęus septem.

Aug. F

Lu. 11.

captata

captata in exordio Dei beniuolentiam ista exprimitur forma petitionis, & modus. Et quia omne, quod a Deo petimus, aut est de acquirendis bonis: aut de remouendis malis, ideo hæc pars diuiditur in duas partes principales. In prima petitur bonorum collatio. In secunda petitur malorum exclusio, ibi. Dimitte nobis. Prima pars in duas diuiditur. In prima petitur id, quod pertinet ad Dei honorem, & reuerentiam. In secunda, quod pertinet ad nostram salutem, & indigentiam, ibi. Adueniat regnum tuũ. ¶ Quantum ad partem primam, hæc dupliciter clausula exponitur: licet non multum differant. Vno modo ut sanctificatio referatur ad Deum, seu ad diuini nominis sanctificationem, eo modo, quo sanctificari potest in se. Secundo modo, ut referatur ad nostram sanctificationem, qua nomen Dei in nobis intelligitur sanctificari. Quo ad primum dicitur. Sanctificetur nomen tuum. Quia Deus est summum bonum optimum ineuntibus, de cuius bonitate cetera omnia suam bonitatem participant: idcirco recto ordine ipsius honor, & gloria cæteris quibuscunq; est præponenda. Cum ergo in oratione dominica multa petituri simus, quæ ad nostram salutem, & profectum pertinent: dignum est, ut primò circa ipsius reuerentiam intistamus: cetera omnia laudi Dei, & glorificationi postponamus. unde Chrysost. Dignum est, ut oratione Deum deprecans, nihil petat ante gloriam patris. Hunc ordinem summus magister Christus saluator noster docuit nos obseruare: cum in prima petitione dicere nos iussit ante alia illud glorificationis uerbum. Sanctificetur nomen tuum. ¶ Vbi est aduertendum, q̃ dupliciter aliquid contingit sanctificari. Vno modo per sanctitatis adeptionem, quia. ipsam sanctitatem recipit. Alio modo per sanctitatis ostensionem, siue declarationem: quia. ipsum sanctum esse prædicatur, siue declaratur, siue quia sanctitas eius creditur, laudatur, & amatur. Primò sanctificantur creaturæ rationales in uia, & in patria. In uia per susceptionem gratiæ, siue in sacramentorũ susceptione baptismi, aut pœnitentiæ: qua peccatum originale, uel actuale dimittitur: uel etiam sine sacramento per contritionem, aut ex speciali priuilegio: sicut quidam in utero leguntur sanctificati, ut Hieremias, Iohannes Baptista, uirgo gloriosa. Vnde sanctificari in uia, nihil aliud est, quam gratificari per gratiæ susceptionẽ, uel eius augmentationẽ, iuxta illud Apo. ul. Sanctus sanctificetur adhuc. Est enim gratia sanctitas uiæ. In patria uerò sanctificatur rationalis creatura per susceptionem gloriæ in clara Dei uisione, fruitione, & firma tentione, quæ est securitas de gloria non perdenda. Illo modo Deus sanctificari non potest: quia nec gratiam recipere potest: nec gloriam, nec quodcunq; accidens, quia simpliciter immutabilis: ut supra dictum est in uerbo, qui es. Hoc ergo intellectu non oramus, ut nomen eius sanctificetur. ¶ Alio modo contingit aliquid sanctificari per sanctitatis ostensionem seu declarationem: quia ipsum sanctum esse prædicatur, & declaratur: siue quia sanctitas eius creditur, laudatur, diligitur, reueretur, honoratur. Illo modo Deus sanctificari potest a creatura, quia eius sanctitas credi pot, laudari, extolli, prædicari &c. Et hoc petimus secundum unam expositionem. Sanctificetur nomen tuum i. nota sit tua sanctitas toti mundo: ut totus mundus noscat te solum uerum Deum esse. Te totus laudet, ut decet tuam sanctitatem. Iussit nanq; Christus orare pro emendatione totius mundi, q̃ ante aduentum Christi non recte de Dei sanctitate æstimabat. unde dicit Cirillus. Penes eos ad quos nondum peruenit fides, nomen Dei continebatur, sed ubi iubar ueritatis super eos illuxit: ipsum fatentur sanctum: sicut & est sanctus sanctorum. Sic ergo secũdum hanc expositionem petimus Deum mundo ita innotescere, ut non existimet aliquid aliud Deo esse sanctius, sed

Deum,

Crysost.

H

Sanctificatur aliquid dupliciter.

Cirill.

Deum,ut sanctissimum colat, & adoret. De hoc glo. Matth. sexto. Sanctificetur, id est ita ut est sanctum habeatur hominibus: & ita innotescat illis Deus, ut non reputent aliqui Deo sanctius. Huic expositioni concordare uidetur Beatus Hieron. super Esa. tractans hanc particulam. Sanctificetur nomen tuum, ita inquiens. Iubemur a Deo petere, ut det uocem uirtutis euangelizantibus: ut per eorum prædicationem, & doctrinam apud omnes gentes sanctitas Dei innotescat: & unus uerus, & æternus Deus eis manifestetur: ut sic toto orbe conuerso, fiat unus pastor, & unum ouile. Et hæc expositio similis est ei, quam dat B. August. super illud Iohan. 17. Pater clarifica filium tuũ, ut filius tuus clarificet te. Merito ait, quæri potest, quomodo patrem clarificauerit filius: cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerat in forma hũana, nec augeri potuerit in sua perfectione diuina. Respondet. In seipsa claritas patris nec augeri, nec minui pôt: apud homines aũt procul dubio minor erat, quando in iudæa tantũmodo notus erat. Nondum a solis ortu usq; ad occasum laudabant nomen dñi. Hoc aũt quia per euangelium Christi factum est: ut per filiũ pater innotesceret gentibus, profecto patrem clarificauit & filius. ¶ Sed hic dubium oritur, quænam est ista sanctitas Dei, quam secundũ hanc expositionem petimus, ut mundo innotescat. De dei sanctitate latè dictum est lect. 19. in expositione hymni angelici. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth. Ideo hic breuiter respondetur secundum Diony. in de diui. no. c. 12. Sanctitas quidem est inquit, ut secundum nos loquamur omni scelere libera, perfectaq;, & penitus incoinquinata mundicia. Superquo dicit commentator Linconiensis. Sanctitas Dei, ut secũdũ nos est dicere. i. ut possibile est dici secundũ nostrã intelligentiam: est puritas libera ab oi inuidia, cũ infrangibili, & inflexibili firmitate rectitudine, & ordine bonitatis consistens. Per hoc, qđ dr puritas libera ab oi immundicia, excludit peccatũ. per hoc qđ additur cũ infrangibili, & inflexibili firmitate, secluditur potentia, siue possibilitas ad peccandũ. Ex quo patet: q̃ solus Deus illo modo est sanctus: sicut solus est bonus, & solus altissimus. Omnes enim creaturæ rationales, & intellectuales, quæcunq; fuerint suis uiribus derelictæ, possunt ab interiori libera uoluntate ad peccandũ declinare: & ab exteriori impulsu ad malum flecti. unde dicitur Iob 4. Ecce qui seruiũt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem: quanto magis, qui inhabitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur uelut a tinea? Et hoc est, quod dicit Hierony. in tracta. de filio prodigo. Solus Deus est, in quem non potest cadere peccatum. & hoc ex propria natura & perfectione. Nam & si beati in patria peccare non possunt: hoc tamen non est ex ipsorum naturã, sed gratiosa Dei uoluntate. unde Aug. contra maximũ. Cuicũq; rônali creaturæ præstatur, ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed dei gratiæ. Solus autem Deus est, qui a rectitudine obliquari non potest: quia solus ipse perfectiones omnium supergreditur, solus igitur sanctus. unde Orige. super Leuitic. super illo uerbo. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Quid est inquit, quia ego sanctus sum, nisi quia ego segregatus sum, & longe separatus ab omnibus, quæ coluntur, siue in cœlo, siue in terra, immense, & improportionabiliter omnia transcendens in omni perfectionis, & dignitatis conditione? Est igit secundum hoc Dei sanctitas, infinita Dei perfectio, ipsius omnipotentia: inflexibilis firmitas a rectitudine, omnimoda puritas ab omni immũdicia, cui nec aliqua immundicia in quocunq; placere pôt, ipsius infinita sapientia, æquissima iustitia: immensa liberalitas, & misericordia: & q̃cunq; alia ipsius perfectio. Alia dico secundum nomen, quia secundum rem ipsam, omnia,

Matth. 6.

B. Hiero.

Augusti.

Qño dicitur Deus a nobis sanctificari.

Diony.

Iob 4.

Augusti.

Orige.

quæ dicta sunt: non multæ perfectiones, sed una sunt perfectio ipsius, scilicet infinita, individua, & simplicissima essentia, quoniam illa in infinitum distat a quolibet, quod in terra siue in cœlo perfectum, & dignum reperitur. Secundum hoc igitur petimus, ut nomen Dei sanctificetur id est, ut uere ipse cognoscatur secundum summam illas perfectiones in ipso solo reperibiles: & quicquid perfectionis est, & dignitatis, & excellentiæ, ac honoris ipsi attribuatur: ut in toto orbe ipse nominetur altissimus, potentissimus, iustissimus, sapientissimus, ac pater misericordissimus. Et sic rectè cognitus, ut solus Deus uenereur, magnificetur, & diligatur. Et hoc est, quod dicit B. Augustinus ad probam. Cum dicimus, sanctificetur nomen tuum, nos ammonemur desiderare, ut nomen eius, quod semper sanctum est etiam apud homines sanctum habeatur: hoc est quod non contemnatur (quod non Deo sed hominibus prodest.) Nihil nanq; sanctitatis Deo accrescit per nostram sanctificationem, qui ante secula sanctus fuit: & sanctus permanet immutabiliter in æternum. ¶ Petimus etiam secundò, ut sanctificetur nomen tuum, non in se, sed in nobis unde glo. Matth. 6. Hic spiritum sapientiæ oramus, ne a sanctificatione nominis in aliquo discrepemus, sed patris nomen in filijs uita, & moribus ostendatur. Et glo. alia. Nomen patris in nobis est, qui filij dicimur: quod petimus sanctificari, non ut ipse sanctior fiat, sed ut in nobis operetur augmentum suæ sanctificationis: nam sanctificatio filiorum nomini eius attribuitur tunc autem in nobis sanctificatur ut Chrysost. ait: quando scientes ipsum sanctum timemus: & solicite uigilamus: ne forte in nobis ipsum uiolemus. Violemus inquam, non in sua natura: sed in nobis ne ipsum contemnamus, & ei non obediamus per opera mala. Tunc igitur sanctificatur in nobis, cum secundum prædicta corde rectè de ipso sentimus, & credimus: quia scilicet mundi est creator, & gubernator: bonorum remunerator: & malorũ retributor. Tunc in nobis sanctificã, cũ uoluntatẽ nram suæ cõformam rectissimè, & inobliquabili uoluntati, suis parendo præceptis, & mandatis, tanquam summi domini, & suprem. Cumq; exterioribus signis reuerentialibus, ut genuflexionibus, prostrationibus, pectoris tunsionibus, & similibus ipsum reueremur tanq̃ unum uerè alem, & supremum dñm, professantes ritibus exterioribus fidem, quam interius in corde tenemus, de ipsius summa sanctitate, & perfectione in ecclesijs, in oratorijs in nominis sui inuocatione, in suorum uerborum reuerenti pronunciatione: & similibus. Sicque in nobis sanctificatur: quia in hoc nos sancti efficimur: & a peccatis emundamur. Ita dicit Anselmus. Ut sanctificetur, quotidie deprecamur. Opus enim nobis est continua satisfactione, ut qui quotidie delinquimus, delicta nostra continua satisfactione purgemus. ¶ Sanctificatur autem Dei nomen in nobis tripliciter secundum Alexand. secundum triplicem statum sanctificandorum, incipientium, proficientium, & perfectorum. Sanctificatur in incipientibus per sanctitatis aduentum. In proficientibus per sanctitatis augmentum. In perfectis per sanctitatis complementum. Quoad primum dicit Apostolus primo ad Thessal. quarto. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Quoad secundum Apoca. 22. Sanctus sanctificetur adhuc. Quoad tertium dicit beatus Ambro. Tunc nomen Dei perfectè sanctificamus, cum bonam uitam bonis operibus terminamus. & Ezec. 37. Perueniam cum eis fœdus pacis, pactum sempiternum erit illis: & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Hæc tria notat beatus Cyprianus dicens. Cum sanctificari petimus, ut in nobis perueniat sanctificatio, oramus: ecce primum. Cum uerò sanctus rogat, ut sit sanctus, id utique rogat ut sanctus permaneat: ecce secundum. Cum hoc utique petunt, ut in-

Augusti.

K

Matth. 6.

Chrysost.

Anselmus.

L

Alexand.

Nomen Dei sanctificatur in nobis tripliciter.

1. ad Thes. 4.

Apoc. 22.

Ambro.

Ezech. 37.

cis

eis perseuerent bonis quæ se accepisse nouerint: ecce tertium. Petitur in hac petitione obtinendum, ut in tempore quantum ad incipientes, & proficientes, quia in hoc tempore aduenit nobis sanctificatio: & augmentatur in nobis, sed in æternitate quantum ad complementum, & consummationem. unde glo. August. In æterna uita trium primarum petitionum impetrationes fiunt, licet hic incipiant. Et est beati August. in Enchi. c. 114. ubi dicit. Apud Euangelistam Matthæum septem petitiones dominica oratio continere videtur, quarum tribus æterna poscuntur. In reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra, quod non absurde quidam intellexerunt, in spū, & corpore omnino retinenda sunt sine fine. Et hic inchoata, quantūcunque proficimus, augentur in nobis. Perfecta uerò quod in alia uita sperandum est, semper possidebuntur. Quod uerò dicimus, panem nostrū quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. sed libera nos a malo. Quis non videat ad præsentis uitæ indigentiam pertinere? In illa itaq; uita æterna, ubi nos semper speramus futuros, & nominis Dei sanctificatio, & regnum eius, & voluntas eius, in nostro spiritu, & corpore perfectè, atq; immortaliter permanebunt. Panis uerò quotidianus ideo dictus est, quia hic est necessarius, quantus animæ carni; tribuendus est: siue spiritualiter, siue carnaliter, siue utroq; intelligatur modo. Hic est etiam, quam poscimus remissio, ubi est omnis commissio peccatorum, hic tentationes, quæ nos ad peccatum vel alliciunt, uel impellunt: hic denique malum; unde cupimus liberari, illic autem nihil est horum. Hæc Aug. ¶ Ex quo etiam posset accipi alia sufficientia, & diuisio petitionum. Sed quæ superius posita sunt sufficiāt. Hoc autem petentes conemur etiam pro posse ad habendum sanctitatem, ut sic in nobis nomen domini sanctificetur. ¶ Sed hic forte quæris, quæ est hæc sanctitas, quæ in nobis esse debet, ut in nobis Dei nomen sanctificetur. Licet sanctitatis nomen, supra lect. 19. expositum est, tamen non piget aliqua hic addere, seu repetere. Unde secundum Orige. Sanctus uno modo tantum dicitur, quasi sanctus. i. sine terra, & sic sanctus homo appellatur, si quis se deuouerit Deo. Si quis nullis terrenis, ac secularibus negocijs se implicauerit, ut ei placeat, cui se probauit. Si quis segregatus est, & separatus suis actibus reliquis hominibus carnaliter viuentibus, ac mundanis obitis negocijs, nō quærens ea, quę super terram, sed ea, quæ in cælis sunt. Et ad talem loquens Orige Separa te, inquit a terrenis actibus, separa te a concupiscentijs mundi, & cum separaueris te ab his omnibus, deuoue te Deo, ut non operetur per te peccatum, nec iugum tibi imponat malicia, & solius templi ulibus, & Dei ministerio uaca. Et sic segregatus in Dei lege meditare die, ac nocte, & eris sanctus. Hæc Orige. Ad hanc ergo sanctitatē habendam conari debemus, quia quanto illo modo sanctiores sumus, tantò magis Deum dignificare exposcimus, quantò. n. liberiores sumus a terrenis, tantò liberius eleuare possumus animum ad diuina, & cælestia meditanda, & quantò terrenis magis implicamur, tantò minus Deum sanctificamus, quia tantò minus diuina cogitamus, propter quod dominus dixit. Nemo pōt duobus dñis seruire. Alio modo sanctus dē sine terra id est, inquoinquinatus. i. mūdus, & ita mens hūana sancta est, quæ diuinis, & sublimioribus cogitatione inhæret, Deo. L. & cælestibus. siquidem res quęlibet ex cōmixtione alterioris sordescit, & impura dē. Sic autū ex cōmixtione argēti: argēti ex cōmixtione plūbi dē impurū. Pariformiter mens humana, dū inferioribus, & terrenis immergit rebus, inquinat, & sancta non est, &

Augus.

Quæ in nobis sanctitas debet esse.

M

Orig.

Matth. 6. Luc. 16.

talis Deo inhærere non potest. Necesse igitur est, ut ab inferioribus abstrahatur, ut superioribus, & diuinis iungi possit. Non.n. potest mens sine mundicia, & sanctitate Deo, qui sanctus sanctorum est: perfectè iungi secundum illud Heb. penul. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Et illud Leui. 20. Sanctificamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum dominus Deus uester. Huic etymologiæ nominis consonat etiam illa, qua dicitur: sanctus. i. in sanguine tinctus, sic sanctus est, q Xpi sanguine mundatus est, secūdū illud ad Eph. 1. Habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionēq; peccatorū Dicit quoq; sanctus a sancio sancis, qđ est firmare, quasi firmus in fide, & mandatorū Dei, ac consiliorū obseruantia. ¶ Dicentes itaq; Sanctificet no.r. petimus, ut pr nr, qui est in cœlis, nobis det ut expediti terrenis actibus: mundi ab infimis cogitationibus, sanguine Christi filij sui domini, & redēptoris nostri loti, tincti, & ornati, firmi in fide, & mandatorū suo ū obseruantia, in tota uita nra, & singulis aiæ nræ portionibus sibi inhæreamus, ipsum bndicamus, & glorificemus, secundum illud psal. Benedic aia mea dño, & oia, quæ intra me sunt, noi sancto eius: ut intus in corde in eum credamus, ac bñficia sua, & pfectiones iugiť intelligamus, ac meditemur: atq; firma teneamus memoria: affectu pfecta dilectione cōstringamus, ore pdicemus, opere demōstremus, ac si suæ sanctitati testimoniū phibeamus, cognoscatq; múdus sāctū esse Deū, q tā sanctos hēt famulos. ¶ Sed quis ąreret. Cū multa sint noia Dei, qđ nomē sanctificandum est? Ad hoc rndetur, q cū nomen a notamine dr: quicquid notificat nobis Deum, eiusq; perfectiones, nomen Dei est. unde Hugo. Nomē Dei nō est sonus trā sitoriæ uocis, sed notitia spūalis. Oportet aūt tria de Deo nosse. Primū, quia est. Heb. 11. Credere oportet accedentē ad Deū: quia est. Item oportet scire: quid non est. unde Aug. Si non compræhenderis, quid sit Deus: multum compræhendis, si scis, quid non sit Deus. Hugo. Si nemo possit explicare digne de Deo, quid sit, grandis tamen est effectus scire, quid non sit de quo 1. Ioh. 3. Videbimus eum sicuti est. Prima notitia est notitia fidei, secūda est doni intellectus: tertia est gloriæ. Prima liberat nos ab insipientia brutali. de qua in Psalmus. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Secunda ab idolatria stulta. Stultus enim est, qui confidit in sculptili: quia scriptum est, pars eius cinis est: & insipiens adorauit illud. Tertia liberat nos a morte secunda: quia est uita æterna. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hęc notitia est nominis sanctificatio, quæ hic petitur, ut dicit Alexand. Quia ergo quicquid notificat nobis Deum, nomen eius est, omnia eius nomina sanctificamus generaliter: quando Deum solum uniuersaliter perfectum credimus: & ut talem super omnia diligimus, & colimus. Vnde nomen Deus sanctificamus, dum Deum summam naturam (qua melior cogitari non potest) corde, ore, & opere profitemur. Nomen creator sanctificamus, dū Deū omnium rerū originem, & principiū, a quo oia dependent, qui omnibus esse dedit, & uiuere, credimus, atq; ut talem adoramus. Nomē redemptoris sanctificamus: si nos eius esse non nostri iuris cognoscentes, gratias agere, ipsum glorificare: eique seruire non cessamus, secundum illud Apostoli. 1. Corin. 6. Non estis uestri. Empti enim estis precio magno: glorificate, & portate Deum in corpore uestro. Nomen Iesus sanctificamus, si in nullo alio saluari speramus, scientes, q non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen Christus sanctificamus, a quo dicimur cristiani, si illum in uita nostra fideliter imitari, suis præceptis, & doctrinis actus nostros regulare, & in ipso sicut nomine, ita & uitæ conformitate ma-

Quod nomē Dei sāctificādū cō multa ponātur nomina Dei.

nere

nere satagimus, secundum illud. 1. Ioh. 2. Qui dicit se in Christo manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. alioquin qui dicit se nosse eum: & mandata eius non custodit: mendax est, & ueritas in eo non est. Sic suo modo de alijs Dei nominibus intelligatur. ¶ Specialiter tamen nomen illud, quo se in hac oratione nominari docuit (quod est nomen patris) sanctificandum nobis est secundum glosas supra allegatas: & glo. interli. Nomen, quo filij Dei dicimur. hoc est nomen patris, suum nomen nobis communicans. De hoc Albert. in de officio miss. Nomen, quod hic sanctificari petimus: hoc nomen est, quod in nobis generat tantus pater: ná pater homo generat hominem, & genito dat, & homo uocetur, & sit. Ita pater Deus generat Deum: & ipsa generatione dat nato ut sit Deus. Generat autem nos per gratiam dando nobis suam deitatem: Huius generationis semen est uerbum in intellectu, & charitas in affectu, quo participes fiunt & conformes imaginis filij sui naturalis. unde ad Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, hos & uocauit, & quis uocauit, hos & iustificauit. & Ioh. 10. Nonne scriptum est in lege uestra. Ego dixi dij estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est: & nō potest solui scriptura: quasi di. quia non potest solui scriptura, quos uerbi sui semine pater generauit, & per gratiam adoptauit, uere filij Dei sunt, per conformitatem similitudinis filij sui naturalis, ut sit ipse primo genitus in multis fratribus. Quod magnificè nobis commendauit dilectus Christi discipulus Iohannes. Videte inquit, qualem charitatem nobis dedit pater, ut filij Dei nominemur, & simus. Præmisit autem. Quoniam iustus est: scitote, quoniam & omnis, qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Hoc ergo nomen, quo dij, Dei patris filij nominamur, propter cuius participationem nobis datam pater noster est: hoc inquam, nomen petimus sanctificari in nobis, ut sit in nobis firmum, sit languine filij sui ab omni macula purgatum, sit sine terra, sit mundum, & nullius secularis uanitatis contagione pollutum, ne cum indignis tanto nomine audire contingat illud Malach. 1. Magnum est nomen meum in gentibus: & uos polluistis illud. Et illud Esaiæ 52. Iugiter tota die nomen meū blasphematur. ¶ Siquidem polluunt nomen quicunq; in uanum illud in os suum sumunt. Qui in locutionibus suis cum leuitate quadam ex parui pensione nominis Dei iurando, & quandoque Deum in testem falsitatis assumendo. Nec non qui ad auditum nominis tremendæ maiestatis Dei, nullum honorem exhibent, nullam reuerentiam. Nec subiectionis signum aliquod corporis gestu ostendunt. Et si ore dicant sanctificetur nomen tuum, opere contrarium facere conuincuntur. Quis locuturus principi cerimonias principi debitas seruando, honorem, ac reuerentiam non exhibet? Quique in eius præsentia nomen ipsius leuiter absque cerui cis, aut corporis inclinatione profert, & repetit? Studiosi huius mundanæ urbanitatis (uerius curiositatis) reperiuntur plurimi: qui pollutis mente, & labijs, ludicre, & iocaliter Deum nominant: & audito eius in diuinis officijs nomine, neque assurgere: nec saltem capitis inclinatione uenerantur, & sanctificant. Coram Baal genuflectunt. Deo uerò uiuo, & uni honorem nullum impendunt, erecti uelut statua salis immobilis, & rigidi Deo loquuntur: & ab alijs ecclesiæ ministris nomen gloriosum audiunt. Tetigit olim Oza arcā domini minus reuerenter calcitrantibus bobus, & percussus a domino interijt. Tangunt illi preciosum domini nomen, auribus audiendo, lingua proferendo irreuerenter: & Dei iudicium non metuunt. Sed & nomen Dei patris non sanctificant, qui potentiæ eius detrahunt, diuinis ordinationibus, ac regimini remurmurant, & quæ summa Dei prouidentia geruntur: casui, &

1. Ioh. 2.

P

Alber.

Roma. 8.

Iohan. 10.

1. Ioh. 3.

Malach. 1. Esa. 52.

Q

In uectiua i nominis diuini cōemptores.

2. Reg. 6.

fato attribuunt. Nomen filij polluunt, qui redemptionis mysterio ingrati, ipsum parui pendunt, aut differunt. Qui peruersis exemplis, & peruersis moribus religionem christianam maculant. Christi sanguine sanctificatam, & firmatam, præbentes se exteris, & infidelibus lapidem offensionis, & petram scandali, ne ad Christi legem confluant, timentibus magis ipsius professione eorumque consortio maculari, quam sanctificari. Nomen spiritus sancti inhonorant, qui cum pelagianis errantibus gratiam spiritus sancti necessariã non æstimant, ideoque de se præsumentes sibi, quod Dei est, attribuunt: suã, non Dei gloriam quærunt. Quiq; de Dei misericordia desperantes, aut nimium præsumentes, uitam suam non corrigunt, aut peccatorum ueniam posse consequi desperant: aut sola spiritus sancti misericordia sine meritis saluari præsumunt. Illi seuerum hunc astruunt sine clementia, isti misericordẽ sine iustitia. Illi Cain fratricidam æmulantur dicentes. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Isti uanæ in factorum perseuerantia prophetæ sibi uerbis blandiuntur, dicentes. Misericors Deus non continebit in ira sua misericordias suas. & illud. Misericordia eius super omnia opera eius.

℟ Horum omnium, & quorumcunq; diuinum nomen contemnentium blasphemias horrentes, ut nomen Dei omnibus præexpositis modis, in se sanctitatis suæ manifestatione: & in nobis imaginis suæ uirtuosa exornatione in primis, ut filij charissimi patris gloriam diligentes oremus. Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, ut tali bonorum filiorum pietate, & affectu flagremus, ut iam non pro nostris utilitatibus, sed pro nostri patris gloria totum impendamus affectum, sitq; nostrum desiderium, nostrum gaudium, gloria nostri patris. Sit nomen tuum semper memoriæ nostræ imprelsum: sit mel in ore, cithara in aure, iubilus in corde. Sit nominis tui gloria in nostro intellectu per ueram cognitionem, in affectu per sanctam dilectionem, in memoria per firmam adhæsionẽ, in ore per publicam confessionem, & opere per fidelem imitationem. Sicque sanctificetur per benuolentiam in corde, per reuerentiam in ore, per perseuerantiam in opere. Tu esto nostrum gaudium, qui es futurum præmium. Sit in te nostra gloria per cuncta pręcula. Sanctificetur etiam nomen tuum, ut sanctificatio tua nostra sit perfectio. Tales nos, pater oramus, facito, ut spiritu sapientiæ, & timoris, & amoris tui, carnalis concupiscentiæ flammas extinguere ualeamus, quatenus per continentiæ gratiam pacem interius, exteriusq; tenentes, filij tui uocari, & esse mereamur. Sitque paternum nomen tuum in nobis tanta ueneratione sanctificatum: ut nulla terreni puluueris commixtione polluatur. Sit nomen filij æternæ tuæ sapientiæ in nobis purgatum, & clarum: ut nulla erroris nebula offuscetur. Sitque semper sanguine Iesu tinctum: ut salutem eiusdem sanguinis precio acquisitam desiderantes fugiter consequamur. Sit nomen sancti spiritus firmum, ut in bonis gratiæ perseuerantes, & operibus sanctis, sic luceant opera nostra coram hominibus, ut glorificent te patrem nostrum, qui es in cælis super omnia benedictus. Amen.

EXPOSITIO VERBORVM Adueniat.

LECTIO LXVII.

Adueniat regnum tuum. ¶ Hæc est secunda particula secundæ partis principalis petitionum dominicæ orationis, in qua postquam in petitione prima petitum est id, quod pertinet ad Dei honorem, & reuerentiam: in parte illa petitur illud, quod pertinet ad nostram salutem, & indigentiam. Et diuiditur hæc in tres, secundum q̃ triplicia bona petimus in sequentibus tribus petitionibus. In prima petimus bonum cœleste, & gloriæ, quo in patria beatificamur. In secunda bonum spirituale, & gloriæ, qui in uia ad beatitudinem promerendam prouocamur, ibi. Fiat uoluntas tua, quæ est ut saluemur, quod non fit nisi per gratiam. In tertia bonum temporale, ac fortunæ, quo in uita naturali sustentamur, ibi. Panem nostrum quoti. ¶ In prima A
particula Adueniat regnum tuum, inter bona ad nostram perfectionẽ pertinentia, primò petimus summum bonum nr̃m, quod est beatitudo, & regnũ cœlorum. Siquidem ordini congruit ut filij adoptionis post petitionem eorum, quæ ad patris pertinent honorem, tanquam ad hæreditatem Dei asciti regnum eius petant, tanquam filij. Circa hanc autem turpissimè errauerunt Manichæi, & Luciferiani hæretici. Dixerunt Manichæi duo fore rerum principia, unum bonorum: aliud malorum, unum lucis, & aliud tenebrarũ. Quodque hæc principia pugnam, & item contra se concitarent, per quam compulsus sit Deus lucis, ut aliquam partem suæ luminositatis Deo tenebrarum communicaret, ut ab eo segregatus quietem sortiretur. Et ita in hominis compositione partem Dei lucis, coniunctam dicunt parti Dei tenebrarum. Et secundum hoc dicunt a nobis orandum esse, ut omnes partes lucis, quas Deus lucis in pugna perdiderit ex tenebris purgatæ readunẽtur Deo lucis, ut potentius, perfectiusq; regnet super omnia, quæ sunt lucis. Siquidem in homine sensualitatem dicunt esse a Deo tenebrarum, rationẽ uerò a Deo lucis. Luciferiani uerò, qui luciferum uerum Deum fuisse dicunt in uste a Deo qui nunc mundum regit tanquam per potentiorem cum sibi adhærentibus a regno suo expulsum, qui & ab eo uinctus tenetur usq; ad terminum mundi. tunc quidem soluetur lucifer de carcere, & restituetur regno suo pristino, deiecto Deo nunc regnante. Et secundum hoc dicunt petendum esse Adueniat regnum tuum tibi. s. lucifero, ut regno a quo pulsus es: restituaris. Hæ sunt tam deliræ, friuolæq; fictiones fabulæ, stultæ, & blasphemiæ, ut deducit B Aug. contra Faustum. Et sunt tam fatua deliramenta: ut non sint tã digna reprobatione, quam irrisione, quapropter illis irrisionibus derelictis, ad uerã & catholicam huius petitionis expositionem procedamus. ¶ Solet autem uarijs modis exponi, non aduersis, licet diuersis secũdom multiplex Dei regnũ. Nã de septuplici regno legimus in scriptura. Primum est regnũ dei uniuersale. de quo in Psal. 102. Regnum ipsius omnibus dominabitur & 1. Timo. 6. Solus potens rex regum, & dominus dominantium. Secundum est regnum scripturæ. de quo dicitur Matth. 21. Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Auferetur a uobis carnalibus, & nduratis iudæis, regnum dei, & intelligentia spũalis scripturæ sacræ, pro eo, q̃

Augustin. B

Septuplex regnum exponitur.

Psal. 102. 1. Timo 6. Matth. 21.

Xpm reprobastis, qui uerum scripturæ intellectum reseruauit. Vnde & excecati sunt in diem hunc innitentes literæ, quæ occidit: spm̃a. intellectũ scripturæ, qui uiuificat, abijcientes. Tertium est regnum ecclesiæ militantis; de
Matth. 13. quo plurimæ habentur parabolæ euangelicæ. sicut est ista. Simile est regnũ
Ibidem. cęlorum sagenæ missæ in mare. Item colligent de regno tuo omnia scandala,
Grego. id est de ecclesia secundum expositionem Greg. Quartum regnum est regnum gratiæ, de quo Luc. 17 Regnum Dei intra uos est. i. gratia quæ uere
Luc. 17. regni origo est, & principium Quintum est regnum gloriæ, de quo Luc. 14.
Luc. 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. ubi glo. i in beatitudine. Sextũ
Matth. 13. regnum est locus beatitudinis, de quo Mat. 13 Fulgebunt iusti in regno pa-
Luc. 11. tris eorum. i. in cœlo. Septimum regnum, Xpi persona est, de quo Luc. 11. Si in digito dei ejcio dæmonia: profecto peruenit in uos regnum dei. i. Christus. Glo. Mat. 12 De omnibus his regnis petitio intelligitur: præcipuè tamen de regno gloriæ, quod est beatitudo. ꝙ Primum regnum, est regnum
C Dei uniuersale, & æternum, quo suæ potentiæ omnia in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis subiecta sunt, de quo in psal. dicitur. Regnum tuum re-
Apoc. 19. gnum omnium seculorum: & dominatio tua in generatione, & ge. & Apoc. 19. In fæmore eius scriptum est. Rex regum, & dominus dominãtium. Istius
August. regni adũctũ nõ petimus. secundũ Aug. in ser. domini in monte: quasi dominus non regnet semper ubique, & super oia: qm̃ in sua dictione cuncta sunt
Hester 13. posita: & non est, qui suæ possit resistere uoluntati. Hester 13. Nam omnia
Psal. 134. quęcunq; uoluit, fecit in cœlo, & in terra &c. Psal. 134. Quamus autem sic super omnia regnet immutabiliter, non tamen omnibus constat, nec constabat. Multi siquidem insipientes, & mali non confitentur, nec confitebantur Deum dominum esse uniuersorum, immo nec Deum esse. Dixit. n. insipiens in corde suo non est Deus. Petimus ergo secundum B Aug. Aduemat regnũ tuum. i. Dei regnum; quod semper est fuit, & erit; omnibus innotescat, & euidenter manifestetur. Hoc autem erit in finali iudicio, quoniam Christus dominus cum magna potestate apparebit. Tunc. n. per euidentem experientiã apparebit uniuersale dominium super omnia. Tunc. n. ad suum imperium cœlum, & terra mouebuntur, mortuiq; resurgent: ac oẽs cognoscent uniuersale Dei regnum, & omnipotentiam in potenti punitione malorum: & misericordi præmiatione bonorum, & iustorum. Tunc perfecte, & clare omnibus ostendetur, ꝙ Deus regnat, regnauit, & regnabit in ęternum. Tunc appa-
Heb. 2. rebit quod apostolus dicit Heb 2. Omnia subiecit sub pedibus eius. In eo. n. ꝙ omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem non uidemus omnia subiecta ei. s. qualiter completo finali iudicio, & facta consummatione seculi, erunt ei omnia subiecta, propter quod regnum Dei dicetur tunc aduenisse, quando euacuata omni potestate, principatu, & uirtute: solus
1. Cor. 15. Deus regnabit in ęternum. Tunc Christus trader regnum Deo patri. i. fideles ducet ad uisionem Dei, beatamq; summæ trinitatis fruitionem. Tunc lan & ; & iusti cognoscentes Dei iustitiam in punitione malorum, & misericordiam, in præmiatione bonorum dicent. Regnauit dominus deus noster om-
Apoc. 19 nipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei. Apoc. 19. Hoc est regnum secundum hanc expositionem, quod aduenire petitur. Ex quo sensu huius petitionis, pater, qualis esse debet christianus, & ꝙ puræ conscientiæ: qui quotidie rogat iudicium Dei superuenire, de hoc etiam B. Chrys. Regnũ diaboli quæritur tolli de medio: ideoq; dr aduemat regnũ tuũ: quia omnes nõ sunt iusti. Hoc aũt tũc fiet, qm̃ oẽs iniqui cum principe suo diabolo mittent in stagnũ flammeũ inferorũ Tunc. n. regnũ unũ ab alio separabit. Concordare huic ur Glo. Mat. 6. dicẽs. Regnũ Dei tunc aduenire nemo potest

igno rare

ignorare: cum filius hominis uenit singulos iudicare. Ex quo sensu beatus Hiero. Grandis fiduciæ est,& puræ conscientiæ postulare regnum dei.i. iudicũ dei non timere. grandis ut iq; cũ nescit homo,an amore, uel odio dignus sit,sed omnia in futurũ seruantur incerta. Multũ reuera ostendit se domino confidere: qui in hoc mortali statu dei iudicũ supplicat aduenire. Non ẽ timet cũ impijs condẽnari,sed magis expectat cũ iustis ex dei gratia coronari. De hoc abbas Isaac ubi supra. Vel certe illud regnum, quod præstituto tpe est omnibus perfectis,ac dei filijs generaliter repromissum:in quo eis dicetur a Christo. Venite benedicti patris mei,possidete paratum uobis regnũ a constitutione mundi. Mẽs pura intentis id quodammodo obtutibus,ac defixis desiderans,& expectans,dicensq; ad eum. Veniat regnum tuum. Nouit enim testimonio cõscientiæ suæ,cũ apparuerit:mox eius se futurum esse cõsortẽ. Hæc enim dicere,uel optare criminosorum nullus audebit,quia nec uidere tribunal iudicis ualet quisquis sub aduentu eius nõ palmam,nec præmia sui meritis:sed pœnã nouit potius repensandam. ¶ De secundo regno exponitur. Adueniat regnũ tuũ.i. ad nos ueniat regnũ scripturæ tuæ: uera scilicet intelligentia diuinorum eloquiorum. Ne ut iudæi,& cæteri infideles ignorantiæ tenebris obruamur,& uelut cæci in soueam cæcorum præcipitemur.utq; non audiamus illud Christi improperium. Erratis nescientes scripturas. Hæc est expositio beati Ambro. ¶ De tertio regno ecclesiæ exponitur. Adueniat regnum tuum:id est regnum ecclesiæ ueniat per sui scilicet dilationem,& exaltationem,ut & personarum numero,& merito augeatur,ut infideles ecclesiæ membra efficiantur conuersi in fide,& caritate proficiant, ut regnũ synagogæ, & Antichristi, necnon & dyaboli infirmetur,& dissipetur. Vel regnum tuum,quod est ecclesia militans, aduenias.i. ueniat ad regnum triumphans: ut eis fiat unum ouile, & unus pastor ouium. Vel sic, Adue. regnum tuum: id est prælibatio & prægustatio dulcedinis patriæ,& regni triumphantis ueniat ad regnum ecclesiæ, ut gustato spiritu decipiat omnis caro, idest carnalis concupiscentia, quateus prægustet, & credat per fidem: quod est in regno triumphante per speciem: ut sic dicere possit, allecta prægustationis dulcedine, nostra conuersatio in cælis est. ¶ De quarto regno scilicet gratiæ. Adueniat regnum tuum, idest ad nos ueniat gratia tua, ut illa in nobis regnet: & destruatur corpus peccati,& maliciæ: ut per ipsam pareamus præceptis tuis, & consilijs, ut ita non solum sis rex noster potentiæ: sed in nobis regnes, & principeris gratum faciente gratia. Quippe aliud est esse regem:aliud regnare. Deus enim naturaliter rex est omnium,nec tamen in omnibus regnat:quia nec omnes eius faciunt uoluntatem. In iniquis non deus, sed dyabolus regnat, cuius faciunt uoluntatẽ. Quãuis etenim omnes in potestate sunt dei,quia tamen esse nolunt subdeo,non habent in se regnũ dei. Duo quidem sunt regna in mũdo cõmixta, dei,scilicet, & dyaboli,quæ secundum beatum Aug. 14. de ciui. dei, dicuntur duæ ciuitates,quas constituũt duo amores. Regnũ dei siu ciuitatẽ cęlestẽ constituit amor dei usq; ad contẽptũ sui. Ciuitatem terrenã amor sui usq; ad contẽptũ dei. ista in seipsa,illa in dño gloriatur. Primũ regnũ secundum Chrys. super Mat. perimus tolli de mũdo,regnũ.i.dyaboli,cũ dicimus. Adueniat re. tuum:id est fac,ut iniqui,qui sunt de regno dyaboli, iustificentur, & fiant membra,& ciues tui regni. Et hoc est,quod dicit beatus Hiero. Gñaliter pro totius mundi perimus regno,ut,scilicet dyabolus in mundo regnare desistat, & in quocunque regnet deus, & non regnet peccatum in hoc mortali corpore. De hoc & Isaac abbas, ut recitat Cassianus collat. 14. ait. Petitio mentis purissimę aduenire iam tamque regnum sui patris

Ecclę. 9.

Mat. 25.

Regnũ scripturę

D

Mat. 22.

Ambro.

Ecclesię.

Gratia.

Augst.

tris exoptat. Vel istud scilicet, quo Christus regnat in sanctis. Quod ita fit cum dyaboli imperio per extinctionem fœtentium uitiorum de nostris cordibus expulsorum in nobis per uirtutum flagrantiam ceperit dominari: ut dum deuicta fornicatione castitas superato furore tranquillitas: calcata superbia humilitas in nostra mente regnent. ¶ De quinto regno, quod est regnum gloriæ, essentialis scilicet & formalis beatitudinis æternæ exponitur. Adueniat reg. tuum: id est intra nos ueniat æterna beatitudo: quæ est clara dei uisio post huius uitæ finem. Perfecta eius fruitio post imperfectam charitatem. Firma tentio post spei nostræ peregrinationis anchorã. Petimus ergo: ut post trãsitũ huius uitæ intra nos ueniat beatitudo hęc, quę cõsistit in actibus interioribus potentiarũ ad nobilissimum respectu sũmi, & nobilissimi obiecti: quos cõcomitat gaudiũ, & interminabilis exultatio. Ex qua redundat gloria corporis per resurrectionẽ ad eam reuniti: p quæ saciatur eius humanus appetitus. Rationalis in perfectissima possessione obiecti beatifici omnibus modis, quibus poterit possidere, sensitiuus, & naturalis in doribus corporis, quam saciletatem præstare non possunt sine deo omnes creaturæ teste beato Aug. lib. 1. confes. Domine inquit, fecisti me ad te: inquietum est cor meũ, donec quiescat in te. Et prophęta in psal. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Hæc beatitudo uere dei regnum est: quoniam facit omnes beatos regnare cum deo in æternum, per plenissimam uoluntatis concordiam: per quam quæcunq; uoluerint, poterunt in cęlo, & in terra, & in omnibus creaturis. Nil mirum, quia omnipotens dei uoluntas, etiam eorum est uoluntas. Nec aliud uelle poterunt, nisi quod deum uelle cognoscunt: quem plus seipsis, & super omnia diligunt, quorum summum est gaudium, summumq; desiderium diuinæ uoluntatis in seipsis, & in omnibus alijs efficax complemẽtum. Huic expositioni consonat illud beati Cypriani. Regnum petimus aduenire nobis a deo repromissum, & Christi sanguine acquisitum, ut qui in hoc seculo enim seruimus, post modum cum ipso regnante regnemus. Vel certæ illud regnum petimus aduenire, quod præstituto tempore omnibus perfectis, ac dei filijs generaliter est repromissum. Ad quod recipiendum a Christo inuitantur ipso dicente. Venite bene. pa. mei, perci. re. quod uo. pa. est ab origine mundi. Aduenias, petimus; ac si dicamus pondere peccati, & mole corporis prægrauati ad id ascendere non ualemus. Veniat igitur ad nos ut nos hinc absumat, quo a præsenti, & futura miseria liberemur. Sed quomodo petimus nobis hoc aduenire, cum potius nos uadamus ad ipsum. Respondeo. Non possumus uenire ad hoc regnum, nisi ipsum prius ad nos ueniat. Beatitudo enim, quæ per regnum illud intelligitur: quamuis finis ultimatus sit hominis: non tamen est finis hominis naturalis: quem scilicet attingere possit homo naturali sua uirtute, & perfectione: sed est finis supernaturalis, quẽ non nisi ex dei beneficio consequi poterit, & gratia speciali. Petimus igitur, ut nobis aduenias ex dei misericordia: quia ad ipsum uenire non possumus ex nostra natura. Imus tamen ad ipsum in hac uita per mandatorum dei obseruantiam, ac per bona: uirtuosaq; opera. Sed ad ipsum non peruenimus, nisi in patria: & hoc ex dei tantum bonitate, & misericordia. Non. n. ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et in psal. Gratiam, & gloriam da. dominus. Aduenias petimus re. tuum: non regnum temporale, & terrenum: de quo in lib. regum legitur: q talis rex tempore tanto, totq; annis regnauit, & mortuus est, sed regnum tuum cæleste, & perpetuum, nullo unquam fine terminandum, secundum Gabrielis Eulogiũ ad uirginẽ. Et regni eius non erit fi. Et in psal. 145 Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in omni generatione, & generationem

Augus. Psal.

Ad Tit. 3.

Psal 145. Luce. 1.

tionem. Sic ergo regnum illud petimus: aduemat ut regnum, quo tu modo regnas in nobis per fidem: perueniat ad regnum, quo tu in nobis regnabis per speꝫ, ideſt regnum fidei ad regnum tranſeat ſpei: in quo regno requieſcunt animæ ſanctorum: ubi gaudium ſine merore: leticia ſine triſtitia: requies ſine labore: dignitas ſine tremore. ubi nihil deeſt, quod appetitur: nihil adeſt, quod faſtiditur: nulla turbat aduerſitas: nulla moleſtat iniquitas: dulceſcit, in omnibus charitas. ¶ De ſexto regno beatitudinis ſeliceꝫ loco, ſic exponitur, adue. re. c. i. ad nos ueniat. non per translationem ſecundum locum. ſed ut fiat noſtra habitatio regnum tuum locus ſanctorum, domus patris, in quo conſtitutę ſunt multę manſiones luciditſimę, in quibus requieſcunt ſanctorum animæ in pulchritudine pacis, & requie opulenta. In cuius atrijs melior eſt dies una, quam alibi decẽ milia. Hoc regnum prophe ta ſibi aduenire petijt, cum orauit. Vnam petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo dñi omnibus diebus uitæ meæ. Hæc domus terra uiuentiũ plena bonis dñi: ciuitas, quæ nõ eget ſole: quia claritas dei illuminabit eã & lucerna eius eſt agnus: cuius porte non clauduntur nocte: quia nox ultra non erit, & cẽ nõ erit maledictũ amplius: ſed ſedes dei, & agni in illa erunt: & ſerui eius ſeruient ei: & uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorũ: ubi illuminabuntur a dominos & regnabunt in ſecula ſeculorum. Apo. penul. & ul. De laude huius regni ciuitatis ſanctæ Hieruſalem multa ſcribit beatus Augu. in ſuis meditationibus. c. 24. & 25. inter cætera ita dicens. Muri tui ex lapidibus præcioſis, portę tuę ex margaritis optimis: plateæ tuæ ex auro puriſſimo. In quibus iocundũ alleluia ſine intermiſſione concinnitur. Sequitur. Speciosa facta es, & ſuauis mater Hieruſal. Et in c. 25. Nũquis promat ſummæ pacis, quanta ſit leticia ubi ex uiuis margaritis ſurgunt ædificia. Auro celſa micant tecta, radiant triclinia. Solis gemmis præcioſis hęc ſtruẽcta nectitur: aut mundo tanquam nitro urbis uia ſternitur. Abeſt limus, id eſt ſimus, lues nulla cernitur. Hyems horrens, eſtas torrens: illic nunquam ſæuiunt. Flos perpetuus roſarum uer agit perpetuum. Candent Liliа: rubeſcit crocus, ſudat balſamum. Virent prata, uernant fontium mellis influunt. Pigmentorum ſpirat odor, liquor & aromatum; Pendent poma floridorum: non lapſura nemorum. Nõ alternat luna uices: ſol, uel curſus ſiderũ. Agnus eſt ſolis urbis lumen inoccidium. Nox, & tempus deſunt eis: diem fert continuum. Et ſequitur. Inde ſtatum ſemper idem exeuntes capiunt. Clari, uiuidi, iocundi, nulla patent cæcis. Abſunt morbi ſemper ſanis, ſenectus iuuenibus. Hic perenne tenent eſſe, nam tranſire tranſijt. Inde uigent, oriri, floreꝫ, corruptela corruit. Immortalitatis nigor, mortis uim abſorbuit. ¶ De ſeptimo regno, quod eſt Chriſtus exponitur. Adue. reg. tuum. i. Chriſtus, qui eſt rex regum magnus ſuper omnem terram. Cuius ſecundum Hugonem triplex eſt regnum. i. regnum potentiæ, regnum ſapientiæ, regnum bonitatis & lætitiæ. Veniat igitur regnum potentiæ ad nos debiles & infirmos roborandos. Veniat regnum ſapientiæ ad nos inſenſatos, & inſipientes illuminandos. Veniat regnum bonitatis, & lætitiæ ad nos flebiles, & afflictos conſolandos. Hanc expoſitionem tangit beatus Cypriamus dicens. Poteſt fratres dilectiſſimi, & ipſe Chriſtus eſſe regnum dei quod uerſire quotidie cupimus. Cuius aduentus ut cito nobis præſentetur optamus. Nam cum reſurrecto ipſe noſtra ſit, qui in ipſo reſurgimus: & regnum dei poteſt ipſe intelligi: quia in illo regnaturi ſumus. Vt autem hæc regna aduenianꝫ dum oramus: neceſſe eſt etiam pro eorum affectione totis nos, quibus poſſumus uiribus laborare, & ad hæc medijs uijs, & modis debitis ad hoc ordinatis toto conatu tendere per obſeruantiam mandatorum, per contemptũ

Beatitudinis cõmẽdatio, & notificatio gaudioſa.

F

Eſa. 32.

Auguſt

Septimũ regnũ: Chriſtꝰ.

G

mundanorum, per feruens desiderium æternorum. Ad primum roborat uera dilectio dei, quæ secundum Greg. magna operatur si est. s. in homine: si operari desistit, non est. Nam charitatis probatio operis est exhibitio. Ad sequentia duo inducit uera eorundem cognitio. Non enim mundum diligere potest, qui sedula cogitatione meditatur, quam breuis, uana, & instabilis est huius mundi gloria, quam impure eius delitiæ, & amara sunt gaudia, quam infirma, & ad præstandum, quod promittunt, impotentia: quam caduca sunt terrenarum diuitiarum apparentia bona: quam deniq; terribilis, & tremendus est finis eorum, ad quem ducunt inferni. s. cruciatus, & interminabilis pœna. Hæc sine dubio si diligenter, & sedulo meditata fuerint & memoriæ commendata: regnum mundi non appetendum ostendunt: sed contemnendum. Sic e regione æternorum desiderium in nobis accendit inexplicabilis gloria, iocunditas gaudiosa, summi boni possessio, & uniuersorum desiderabilium satians abundantia fideli mente frequentius ruminata illius regni cælestis, quod ab origine mundi præparatum est omnibus, illud pio corde, & opere quærentibus, quod & nos petimus, cum orantes dicimus ădue-
H reg. tuum. ¶ Circa istam clausulam occurrunt duo dubia. Primum utrum quilibet uiator fidelis possit exaudibiliter hanc orationem fundere ad deũ. Adu. reg. tuum. Quod sic nam Christus ueritatis magister omnes mortales fideles docuit sic orare: nec eius doctrina est inutilis, aut inefficax: ergo quilibet potest utiliter hanc orationem fundere. Funderet autem inutiliter, si non exaudiretur: ergo pars dubij affirmatiua est uera. In oppositum arguitur. Multi uiatorum fidelium sunt præscIti, & nullus præscitus utiliter orat
Mat. 20. hanc orationem, ergo maior supponitur, quia multi sunt uocati, pauci electi. Minor probatur, quia inutiliter orat, qui inefficaciter orat: tales sunt præscIti. Inefficaciter enim orat præscitus. Adueniat regnum tuum, quia nunquam consequetur regnum. i. beatitudinem. Sic enim capitur regnum in dubio, pro quo orat. ¶ Pro solutione aduertendum, q̃ exaudiri oratem in hac oratione potest intelligi dupliciter. Vno modo pro seipso. Alio modo pro alijs. Pro alijs quidem potest exaudiri: potest enim illam petitionem deo porrigere quilibet fidelis in persona totius ecclesiæ: aut in persona fidelium saluandorum, & ita pro illis exaudiri. Concessit enim hoc dei benignitas: ut unus alteri gratiam impetrare possit, & ita mediante gratia uitã æternam. Immediate tamen nullus quantumcunq; deo gratus, impetrare potest alteri aduentum regni gloriæ, & beatitudinis. Quia statuit deus nulli dare beatitudinem propter merita alterius: sed uel propter merita Christi, ut nouiter baptizatis statim descedentibus: uel propter merita propria, ut supra de orationibus sanctorum lect. 56. latius est ostensum. Pro seipso autem orans maiorem uidetur habere difficultatem propter præscitos, de quibus est argumentum in oppositum. Et de hoc dicitur: q̃ præscitus potest saluari: quia potest non esse præscitus. cum sit contingenter præscitus: licet nunquam saluabitur. Præscientia enim dei non necessitat liberum præsciti arbitrium. Alioquin præscitus peccare non posset, quia in eo, q̃ non subest libere uoluntati: homo non potest peccato actuali peccare. Potest ergo præscitus peccatum cauere cooperante gratia dei, quæ ei non subtrahitur, nisi uoluntarie eam abijciat; immo potest finaliter in gratia permanere: sicut potest saluari, licet non perseuerabit. ¶ Si quæritur: an præscitus efficaciter oret pro se. Adueniat regnum tuum. Dicendum, q̃ non, loquendo de regno beatitudinis. Non enim impetrat, quod petit: ergo oratio sua non est efficax. Sed ideo inefficax: quia non orat perseueranter: finaliter enim cadit in mortale: & si tunc orat, non orat pie. Si dicis: pono; q̃ oret perseueran-

An præscitus efficaciter oret pro se.

ter.

Reſpõdetur: ꝙ caſus repugnat priori. ſ. ꝙ ſit præſcitus, & ꝙ oret pie, & perſeueranter. Nam ſi eſt præſcitus, finaliter peccabit mortaliter, & in illo peccato morietur, ideo non ſtat ꝙ oret pie, & perſeueranter. Si autem per regnum dei intelligatur regnum gratiæ, non eſt dubium, quin poſſit efficaciter petere, aduc. reg. tuum, & exaudiri. Nam præſcitus multo tempore, quo eſt in uia põt ſtare in gratia. ſicut patet de Saule, & traditore iuda. Nã de Saule. dicitur. 1. Reg. 9. ꝙ fuit electus, & bonus, & non erat uir de Iſrael melior eo, & tamen tandem reprobus effectus. Nam de eo dicitur. Mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas. Phitoniſſam conſuluit, nec ſperauit in domino, propter quod interfecit eum. Sic iudas ex diſcipulo factus eſt traditor. Similiter & prædeſtinatus poteſt per multum uitæ ſuæ tempus ſtare in peccato: ut patet de latrone conuerſo in cruce. Et Paulo prius perſecutore: poſtea egregio gentium doctore. Poteſt ergo præſcitus conuerti, & agere pœnitentiam, & conſequi gratiam, ac per eam eſſe gratus, & acceptus deo, & efficaciter pro ſe, & alijs orare: licet gratiam finaliter non cõſtodiet. Et per hoc patet ad dubium reſponſio affirmatiua: ꝙ quilibet uiator poteſt hanc petitionem efficaciter, & utiliter fundere, non autem omnes ſic faciunt. Nam præſciti non perſeuerant in gratia: quia non diuina prædeſtinatione neceſſitate: ſed ſua libertate aduertuntur a deo finaliter, morientes in mortali culpa ¶ Secundum dubium, quando aduenient regnum beatitudinis dei electis. An tantum poſt extremum iudicium: an animabus ſufficienter purgatis: an purgatione non indigentibus ante diem generalis reſurrectionis. ¶ De iſto olim fuerunt, qui dicerent, animas per mortem a corporibus ſeparatas ante generalem reſurrectionem, & extremi iudicij ſententiam, non eſſe beatas, nec intuitiue, & faciliter deum uidere, eoq; non perfecte frui, quantumcunq; ſint ab omnibus peccatis originali, & actuali mortali, & ueniali abſolutę nihil habentes a quo purgari debeant, allegantes pro ſe, quia Chriſtus nullibi legitur animabus a corporibus ſeparatis promiſiſſe beatitudinem, ſiue regnum cęlorum, ſed hominibus poſt diem finalis iudicij. Vnde petro interroganti. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Reſpondit Chriſtus. Amen dico uobis: ꝙ uos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtati ſuæ ſedebitis, & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, &c. propter nomen meum: centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Et ibidem. 25. Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: congregabuntur ante eum omnes gentes. Et ſequitur. Tunc dicet his qui a dextris erunt. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Et infra. Et ibunt hi in ſuppl. cium æternum: iuſti autem in uitam æternam. Item. 1. Pet. 5. Humiliamini ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Et. 1. Iohan. 3. Chariſſimi nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit, quid erimus, quoniam uidebimus eum, ſicuti eſt. Ex quibus, & multis ſimilibus patet: quòd beatitudo eſt, nobis promiſſa poſt diem finalis iudicij. Ad hoc enim ordinatum eſt iudicium illud: ut unicuiq; retribuatur ſecundũ opera ſua beatitudo pro bonis meritis: pœna pro demeritis. Quod ſi animę iam eſſent beatæ: fruſtra hoc iudicium eſſet futurũ. Et ſecũdũ hoc dicũt ꝙ licet apoſtolus plus omnibus laborauit, nõ tñ præſumpſit ſuis ex meritis ſtatim poſt mortẽ gloriã ſibi dari, ſed magis per modũ depoſiti in theſauris regis glorię merita ſua recõdi uſq; in diem finalis retributionis di. Scio; cui credidi, & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem. Et ibidẽ. c. 4.

Verũ aĩę ante extremũ iudiciũ uere ſint beatę.

1. Reg. 9.

2. Paral.

I

Mat. 19.

1. Ioh. 3.

Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non autem solum mihi sed & his, qui diligunt aduentum eius. Loqui uidetur de die ultimi iudicij in quo tanquam iustus iudex uiuorum, & mortuorum præmia secundum meritum unicuiq; dispensabit. ¶ Ité Aug. in ench. c. 108. Tempus inquit, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est: animas abditis receptaculis continet: sicut unaquæq; digna est: uel requie, uel erumna: pro ea, quod fortita est in carne dum uiueret: sed abdita habitacula non possunt intelligi cælum, & infernus: quia in illis animæ etiam post resurrectionem ultimam erunt in corporibus. unde pro nihilo distingueretur tempus ante resurrectionem, & post. ¶ Item glo. super illud psal. Adhuc opus illum & iam non erit peccator: dicit. Sancti liberantur in fine uitæ: & post hanc eamen uitam ibi non erunt nubi erunt sancti, quibus dicitur. Venite benedicti patris mei. Isti autem sancti erunt in cælo: ergo sancti post hanc uitam non statim ascendunt in cælum. Item

Apoc. 6. beatus Bern. in ser. 2. de omnibus sanctis (tractans illud Apo. 6. Vidi subtus altare animas interfectorum propter uerbum dei: & propter testimonium, quod habebant, & clamabant uoce magna dicentes. Vsquequo domine sanctus, & uerus non iudicas, & nō uindicas sanguinem nostrum de his, qui sunt in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum: donec compleantur conserui eorum. Inquit) Altare dicit corpus saluatoris. Et sequitur. Interim sub Christi humanitate sancti fideliter requiescunt, in quam nimirum desiderant etiam angeli uidere: donec ueniat tempus quando iam non sub altari collocabuntur, sed exaltentur super altare. Et sequitur. Ostendet enim filius semetipsum non in forma serui, sed in forma dei. Ostendet etiam nobis patrem, &

Iohan. ipsum sanctum, sine qua uisione nihil sufficeret nobis. unde Ioh. Scimus cum apparuerit, similes ei erimus: quia uidebimus eum, sicuti est. In hac autem uisione constitit beatitudo. ut ibi consequenter declarat. Item ser. 2. de sanctis idem tractans illud

Psal. Psal. Cōuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benfecit tibi. dicit Ad requiem exuuæ corporibus animæ protinus admittuntur. Ad gloriam regni, non ita. Quantum ad illam dicitur. Sustinete modicum tempus: donec impleatur numerus fratrum uestrorum. Et in eodem ostendens quibus gaudijs perfruantur animæ ante resumptionem corporum dicit. Triplici gaudio exultant. De recordatione transactę uitæ: de exhibitione præsentis quietis: de expectatione futuræ consummationis. Ex quibus omnibus uidetur uelle beatus Bern. ꝙ animæ ante resurrectionem non sunt beatę: nec uident diuinam essentiam nudæ, & beatificè. Item ad idem arguunt ratione. Maior est gloria sanctorum, quam gloria corporum: sed simul omnibus redditur gloria corporum, ut sit maior lætitia singulorum ex communi gaudio: ut habetur ex Glo. ad Heb. 11. super illud. Deo aliquid melius pro nobis prouidente &c. Vt in communi gaudio omnium: magis fieret gaudium singulorum, ergo multò fortius gloria animarum debet differri usq; ad finem, ut simul omnibus reddatur. Præterea pœna, & præmium quæ per sententiam iudicij redduntur, iudicium præcedere non debent: sed ignis inferni, & gaudia paradisi dabātur hominibus per sententiam Christi iudicantis in ultimo iudicio: ut patet ergo ante diem iu-

Mat. 25. dicij nullus ascender in cælum, & per consequens nullus ante iudicium uidebit beatificè deum, quia beatificæ uisioni tanquam summo præmio debetur excellentior locus. ¶ Ad hoc dubium remota ambiguitate dicendum est, ꝙ animæ a corpore absolutæ statim consequuntur, uel præmium uel pœnam, nisi impediat aliquod debitum adhuc satisfaciendi pro peccatis uenialibus,

Animę absolutę a corpore statim cōsequunt præmiū, uel pœnam.

K aut

aut mortalibus dimissis: qđ prius solui oportet: quia cum debito cuiuscunq; pœnæ etiam temporalis unius horæ nemo intrare potest ad regnum. oportet ergo animas ad beatitudinem admittendas ante beatitudinis consecutionem ab omni debito pœnæ absolutas esse, & purgatas. Hoc ergo impedimento sublato, anima statim, ut de corpore egreditur, descēdit in infernum: aut euolat in cælum. Hute ueritati attestantur manifestæ auctoritates scripturę canonicę: dicit beatus Tho. in 4. scrip. dist. 45. q. 1. art. 2. & documenta sanctorum patrum. Vnde contrarium pro hæresi est tenendum: ut patet. 4. dial. & in lib. de dogmatibus ecclesię. Hæc Tho. Et addit exemplū. Sicut in corporibus est grauitas, & leuitas: quibus feruntur in locū suū, qui est finis motus eorum. Ita etiam est in animabus meritum, uel demeritum: quibus perueniunt animæ ad præmium, uel ad pœnam, quæ sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per leuitatem, uel grauitatem statim fertur ad locum suum, nisi prohibeatur: ita animę statim soluto uinculo carnis: per quod impediebantur, præmium consequuntur, uel pœnam, nisi aliquid impediat. Certum autem est: q̄ præmium electorum animarum est beatitudo. ¶ Hęc etiam ueritas patet per illud. Pater quos dedisti mihi: uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meā, quam dedisti mihi. Et loquitur de claritate siue deitatis: quia præmisit. Pater clarifica me apud temet ipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te. Hæc autem claritas diuinæ naturæ promissio dei uera est. Sunt ergo apostoli apud deum, & uident claritatem eius, & eadem ratione cæteri electi a corpore separati nullum impedimentum habentes. Ite Lu. 23. dixit Christus ad latronem. Amen dico tibi. Hodie mecum eris in paradiso. Per paradisum intelligitur beatitudo regni cælestis, quę non sine uisione est. Et q̄ de tali paradiso. i. uisione intellexit Christus patet ex serie textus euāgelici. Nam latrone dicente ad dominum. Domine memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Respondit dominus. Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Ex quibus datur intelligi; q̄ idē intellexit Xp̄s per paradisum: qđ latri intellexit p Xpi regnū: latro aūt intellexit p regnū gloriā Xpi, quæ nō est sine clara uisione dei. Vñ hic est sensus. Hodie mecū eris in paradiso. i beatitudine, sicut ego: seu in gloria sicut ego. alioquin quomō esset secum? Non enim erat latro cum domino in paradiso sumpto pro loco corporali: siue terrestri, siue cęlesti, cum ibi non erat Christus. Nondum enim ascēdit in cælum: nec infernus, in quo anima Christi die illa futura erat: nec sepulchrum, quo corpus Christi claudendum erat: paradisus uocari potest, aut regnum Christi: ergo paradisus, quod regnum Christi est: est Christi gloria, & eius beatitudo. Latro autem non erat futurus hodie cum Christo secundum corpus: quia non fuit resuscitatus illa die a mortuis, ergo secūdum animam a corpore solutam. Assumptus autem est in paradisum secundum animam tantum, quia secundum illam consecutus est eandem dei beatitudinis gloriam. Et quod latroni tunc promissum est, & datum secundū animam: similiter omnibus animabus datur post mortem non habentibus aliquid, quod purgetur. Item apostolus 2. ad Cor. 5. dicit. Scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore: peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem: & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad bonum: & ideo cōtendimus siue absentes: siue præsentes placere illi. Ex quibus uerbis primò habetur, q̄ dum peregrinamur a domino, scilicet dum sumus in hoc corpore: ambulamus per fidem. Dum autem ambulamus a corpore, ambulamus per speciem: ueriùs non ambulamus: sed præsentes sumus domino per speciem.

Thom.

Ioh. 17. L

Lucę. 23.

2. Cor. 5.

1. Cor. 13. ciem. Ambulare autem, uel magis præsentem esse per speciem: est deum cognoscere facialiter intuitiue, & beatificetipso teste. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum,& in ænigmate;tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte:tunc autem cognoscam,sicut & cognitus sum. Hæc est cognitio per speciem: quia tunc sicut nunc per fidem. Secundo, q apostolus peregrinari cupiuit a corpore, & esse deo præsens, ut cum deo existens non Phil. 1. ambularet per fidem,sed per speciem. Sicut cum alibi dicit. Cupio dissolui & esse cum Christo. Voluit, ergo præsens esse domino: ut per speciem.i.facie ad faciem cognosceret, quem peregrinus a domino cognouit per fidē. Sed quando hoc cupiuit ante iudicium,uel post? Respondet ipse apostolus. Voluntatem habemus,inquit,peregrinati a corpore, & præsentes esse ad dominum, ergo tunc quando peregrinatur a corpore. Post iudicium autem non peregrinatur a corpore completa iam resurrectione: ergo ante iudiciū post mortem corporis:tunc enim solum peregrinatur a corpore. Item idē apostolus in raptu non plus uidit;aut cognouit,quam modo secundum animam:sed tunc uidit diuinam substantiam facie ad faciem:non in ænigmate, & speculo:sed per propriam speciem sicuti est:ergo & nūc uidet eodem modo deum:& per consequens beatifice. Consequentia nota,& maior uidetur certa,quia nunc corpore quod corrúmpitur, & aggrauat animam: non impeditur minus, quam tunc:cum se raptum nouerat nesciens, an in corpore uel extra corpus.ut dicit. 2. Cor. 12. Minor patet per glo.in loco nunc al- 2. Cor. 12. legato: quæ expresse dicit repetitis uicibus, & diuersis uerbis supra positis. Vnde exponit tertium cælum.i.uisionem, qua deus uidetur facie ad faciem. Augusti. Item glo. Augusti. tertium cælum intellectualis est uisio,ad quam raptus est apostolus,ut ipsum deum in se non in figura aliqua uideret. Item glo. Diony. In tertio cælo throni cherubin,seraphin,quorum tertius uicinius deum contemplatur, ad quorum similitudinem apostolus uidisse deum dicitur. Item Augusti. glo. Aug. ad tertium cælum, quod non per corpus uidetur,nec imaginabiliter,sed proprie ea uisione,quæ superat omnes.& infra hoc est tertium cælū, ubi deus uidetur facie ad faciem. Item glo. præmium cælum aerum,secundū firmamentum: tertium spirituale ubi angeli, & sanctæ animæ deo fruuntur in contemplatione:quæ glo. expresse animas sanctas copulat angelis in dei fruitione,& contemplatione. Certum est angelos beatifice frui deo,eumq; Apoc. 6. contemplari, ergo & animæ. Item ut supra allegatum est Apoc. 6. animabus sub altari uindictam petentibus datæ sunt singulæ stolæ albæ. Glo. inter li. beatitudo animæ,etiam secūdū Ber.bine stolæ sunt gloria animæ,& gloria Ambro. corporis. Item be. Amb. in de bono mortis ait. Animæ purgatæ post corporum claustrum uisione spirituali, qui est per speciem uident deum. Visio Augusti per speciem distinguitur a uisione ænigmatica,quæ est fidei. Item Aug. lib. meditationum ca. 23. loquens ad sanctos ait. Per ipsum uos rogo,de cuius pulchritudine iam lætamini: de cuius beatissima uisione semper gaudetis: sola beatifica uisio cum fruitione satiat. Et capitolo sequenti. Ibi deus est omnia in omnibus,quem sancti apostoli prophetæ, & cæteri sine fine uidēt, & semper uidendo in eius amorem ardent, amant, & laudant. Item ca. 25. Augusti. Et præsentem ueritatis contemplantur speciem. Item Aug. in de utilitate credendi. expresse dicit animas a suis corporibus separatas in possessione illa plena consistere,qua deus uidetur non per speculum,sed facialiter,quamuis in primo retractationum hoc uidetur in dubium reuocare. Et beatus Gre- Deus est pronior ad misericordiam quā ad iustitiam
M go. in. 4. lib. dialo. per longum. ¶ Potest etiam ad hoc adduci persuasio una fundata in euangelio. Deus pronior est ad miserandum, quam ad puniendum:ut uult Aug. & fundatur in illo Exo. 20. Ego sum dominus deus Exo. 20.

tuus

tius fortis, zelotes uisitans iniquitates patrum in filios usq; ad tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me. Deus autem punit quosdam animas in inferno ante finale iudicium. Vnde dicit Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et Lu. 16. scribitur quòd mortuus est diues, & sepultus in inferno. Qui cum esset in tormentis, clamans dixit. Pater Abraam miserere mei: & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quod si ita est, a fortiore animæ præmiantur statim post exitum a corpore: dum nihil est purgabile in cælo. Et ambo illa tangit beatus Greg. li. allegato. ubi in persona petri ait. Nosse uelim si nunc ante resurrectionem corporum in cœlo recipi ualeant animæ iustorum. Respondet dicens. Hoc nec omnibus iuste fateri possumus, neq; negare de omnibus. Et infra. Si sanctorum animas in cælo esse sacri eloquij attestatione credidisti, oportet, ut per omnia iniquorum animas esse credas in inferno. Nam sicut electos beatitudo letificat: ita credi necesse est, q̃ a die exitus sui ignis reprobos exurat. Pro ista ueritate etiam facit, quod scribit Innocen. 3. in cap. Cum martha de celebra. missa, ubi ad quæstionem archiepiscopi lugdunensis querentis, qualiter fuerit mutatum, quòd in secreta beati Leonis in uteribus codicibus continetur sic. Annue nobis, qûs domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc profit oblatio, cum in modernis sacramentarijs habeatur. Annue nobis, qûs, domine intercessione beati Leonis hæc nobis profit oblatio. Respondet Inno. q̃ cum sacræ scripturę dicat auctoritas, quòd iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem est consimili rationem de alijs sanctis sentiendum, quòd orationibus nostris non indigeant, pro eo, quòd cum sint perfecte beatitomnia ad uota eis succedunt (alias succurrunt) Ecce dicit Inno. Animam sancti Leonis, & aliorum sanctorum esse perfecte beatas. Perfecta autem beatitudo uisionem dei facialem includit. ¶ Pro intellectu autem auctoritatum in oppositum adductarum est notandum, q̃ secundum Ockam (parte secunda sui dialogi in qua materiam hanc late prosequitur contra Iohannem. 22. quem asserit oppositę opinionis fuisse. cap. 5.) Beatitudinis nomen multipliciter accipitur. Vno modo pro beatitudine patriæ. Alio modo pro beatitudine uiæ. Vtroq; modo accipitur dupliciter. Nam pro beatitudine patriæ. Vno modo pro operacione intellectuali optima secundum speciem, qua, scilicet obiectum beatificum diuina essentia, nude, & immediate, ac perfecte attingitur, siue illa sit uisio clara diuinæ essentiæ, siue fruitio. Non enim abinuicem separantur: & sic beatus est, quicunq; clare, & intuitiue uidet deũ. Aliter accipitur beatitudo patriæ pro statu huius intellectualis naturæ optimo secundum speciem: omne bonum tam essentiale, quam accidentale, ad quam unquam eadem natura intellectualis perueniet includente. Ista beatitudo excludit desiderium ad ulteriorem perfectionem, delectationem, & gaudium etiam de aliquo citra deum attingendum. Sic dicitur beatitudo secundum Boetiũ status omnium bonorũ aggregatione perfectus: cui. s. nihil deest de omnibus bonis, quæ talis natura intellectualis unquã habebit. Et hanc quidã uocant beatitudinem cõsummatã, siue integrã. Beatitudo uię ẽt dupliciter accipitur. Vno mõ pro operatione, seu dispositione perfecta: qua quis disponitur in uia ad beatitudinis patrię consecutionem. sic dicitur Iaco. 1. Beatus uir, qui suffert tentationẽ, quoniã cũ probatus fuerit: accipiet coronã uitæ. Mat. 5. Beati pauperes spiritu &c. Secundo modo accipitur beatitudo uiæ pro mundana, ac tẽporali prosperitate, secundũ quã beatũ dixerunt populũ, cui hæc sunt, ut

Iob. 21. Lucę. 16.

Greg.

Inno. 3.

Inno.

Inno.

N

Ionban. 22.

Mat. 5.

beatitudinis omnẽ multiliciter accipitur.

Psal. 143. habetur in Psal. 143. Prima beatitudo omnem molestiam, anxietatem, pœnam, afflictionem, nunc de facto excludit: compatitur tamen desiderium maioris perfectionis, aut, alicuius commodi acquirendi. Secunda sine omni molestia pœna, & afflictione etiam desiderium maioris perfectionis, & cõmodi excludit: & omnia bona essentialia, & accidentalia tali naturæ cõgrua includit. Tertia beatitudo, nec desiderium maioris commodi, aut perfectionis; nec afflictionem, & pœnam: sed tantum futuræ beatitudinis patriæ impedimenta puta peccata mortalia excludit. Quarta beatitudo tantum apparens est, & falsa: & ideo nominis beatitudinis indigna. De beatitudine uiæ nihil ad propositum. Primo igitur modo accipiendo beatitudinem, animæ sanctorum ante diem iudicij, sunt beatæ, quia clare uidẽt diuinam essentiam; eaq; perfecte fruuntur secundum prædicta. Non autem secundo modo: quia non carent omni expectatione, ac desiderio delectationis futuræ, quam nondum habent. quia expectant resuscitationem corporum, & impletionẽ ciuitatis æternæ: de quibus sunt gaudium non modicum habituræ, unde quãuis habeant stolam animæ, stolam tamen corporis nondum habent. De hoc

Lib. 4. Dialo. Gregor. dicit beatus Gregor. In ipsa carne gaudebunt in qua cruciatus & dolores pro domino pertulerunt, hinc & scriptum est. Date sunt illis singulę stolæ albe. i. singulis singule misiones diuinæ essentiæ secundũ Glo. Dictumq; est eis: ut requiescerent, tempus adhuc modicum: donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum suorum. Tunc quidem & ipse corpora resumen: in quibus & ipse cum alijs lætabuntur. Quod fiet in extremo iudicio, cum & ipsi resument corpora, & in terra sua duplicia possidebunt: quia tunc stolas binas. i. cum gloria animarum, quam solam habent ante iudicium: etiam gloriam corporum recipient: & in utroq; simul gloriabuntur. ¶ Et per hoc ad

O rationes in contrarium. Ad primam inducit, q̃ beatitudo, & regnum cęlorũ promissæ sunt toti supposito hominis non animæ. Respondetur: quòd merces, quæ includit gloriam, animæ, & corporis, soli supposito, hoc est homini integro ex anima, & corpore composito promittitur, quæ non datur de cõi lege ante diem iudicij generalis: Merces autem quę includit gloriã animæ tantum. s. uisionem, & fruitionem dei: promittitur animæ: & multis animabus datur etiam a corpore separatis, & ita ante diem iudicij. Multa autem in diuersis scripturis promittitur aliqua animæ, aliqua corpori: aliqua utriq; coniunctim simul: ac etiam animę separatæ: ideo oportet cõsiderare, quid

Apoc. 6. cui promittatur. Quod. n. animæ promittitur requies: manifestum est Apo. 6. ut supra allegatum est. Item frequenter in utroq; testamento animæ salus promittitur, ut

Ezech. 33. Ezech. 33. Si se custodierit, animam suam saluabit. Et in nouo. Qui perdiderit animam suam propter me, & euangelium, saluam

Mar. 8. faciet eam. Et similia multa. Salus autem uisionem dei includit, sed more scripturæ frequenter pars pro toto, & econuerso totum pro parte accipitur. Vnde cum homini toti aliquid promittitur, quod animæ separatæ conuenit in hoc, quòd toti promittitur, intelligitur animæ promissum, & sic quod animæ promittitur, & etiam toti conuenit, utriq; toti supposito, & animæ intelligitur promissum. Et ita patet: quòd falsum est, q̃ nullibi beatitudo promittatur animæ separatæ. Nã dũ promittitur toti: promittitur & animæ cõiunctæ, & separatæ, eo q̃ põt cõuenire ei utroq; modo. Et quamuis aliqua auctoritates allegatæ respiciãt totũ supposituũ, & non animã separatã, non tñ ideo sequitur: q̃ nõ alibi, seu per alias scripturas non promittatur salus animæ separatæ. Vnde posset argumentũ hoc ualidius, cõtra eũ retorqueri, qui arguit sic, Nullibi legitur in scriptura: q̃ animæ sanctæ post mortẽ: ante iudiciũ nõ sint beatæ, necista negatiuæ ex aliquibus scripturis elici põt: ergo nõ est il-

ud

illud negandum maxime cum ista negatiua nec diuinam misericordiã, & clementiã magnificet, nec iustitiam eius commendet: nec animæ sanctæ dignitatẽ extollat, quòd facit eius opposita affirmatiua. Ad secundũ de iudicio dicitur: q̃ licet animæ sanctorũ nunc sint beatæ, & acceperunt stolã gloriæ suæ: nõ tamẽ ideo frustra fiet iudiciũ: quia per illud beatitudo consummata toti supposito donatur. Et ẽt ipsi animę quę ante iudicium desiderabat gloriã corporis, quem ante non habuit. Et plura alia gaudia accidentalia: consequitur per iudiciũ uniuersale, quibus ante priuata fuerat. Etiam secundũ alios post iudicium, perficitur beatitudo essentialis animæ: ita quòd post claritatẽ uidebit diuinam essentiã, quã ante: sed hoc dubium est. Patet ergo, q̃ extremũ iudiciũ non frustra fiet: & quoad animã, & quoad corpus. Sunt etiã & aliæ rationes, & congruentiæ extremi iudicij futuri, de quo magis alibi uidẽdũ est. Ad tertium de corona apostolo reposita in illũ diem, dicitur: quòd p diẽ illum põt intelligi, uel dies extremi iudicij, uel dies suæ resolutionis: de quã ibi loquitur: ait enim. Ego iã delibor: & tẽpus resolutionis meæ instat. Itẽ corona iustitiæ, quæ & depositum est: est ipsa beatitudo, uel animę, uel totius suppositi, id est includens utranq; stolam, uel alteram. s. animę tantũ. Si ergo diẽ, dicit diem resolutionis, corona, & depositum dicere debet beatitudinẽ animæ tantum. Si diem iudicij: tunc corona capi debet pro beatitudine consummata duplici stola. Et ita patet uero dicto Pauli concors responsio: quamuis aũt anima beati Pauli nunc habeat stolam suam, & gloriam, uideatq; deum, & cognoscat sicut cognitus est, tamen beatus Paulus integer ex anima & corpore compositus, nunc non uidet deum: quia nunc nõ est. Totius igitur corona, & beatitudo reseruatur in illum diem extremi iudicij. De abditis habitaculi.

¶ Ad quartum de abditis habitaculis, quæ ponit beatus Aug. in ench. & magister dist. 45. lib. 4. Respondet beatus Tho. quòd inter illa habitacula, de quibus beatus Aug. loquitur, etiam sunt computandi infernus, & paradisus: in quibus animæ aliquę ante resurrectionẽ continentur: sed ideo distinguũtur tempus ante resurrectionem, & post; quia ante resurrectionem sunt ibi sine corpore, post autem erunt ibi cum corpore: & quia in aliquibus receptaculis nunc sunt aliquæ animæ. s. nondum plene purgatę, in quibus post resurrectionẽ nõ erunt. Et negetur: quòd illa habitacula non possint intelligi infernus, & cęlum quantum ad multas animas, damnatas. s. & plene purgatas, licet in illis sint etiam post iudicium. Nec ideo distinctio est pro nihilo: quia aliter sunt in illis habitaculis ante iudicium, aliter post. Ad quartũ de glo. psal. dicitur quod glo. illa exponit seipsam. Nam cum dixerat, q̃ post hanc uitam sancti non erunt ibi: ubi sancti, quibus dicetur: Venite benedicti &c. erunt: statim subdit, non habebunt geminam stolam, quam habebunt sancti post resurrectionem. Hæc Tho. Vel dicitur, quòd glo. loquitur de sanctis ante Christi passionem adhuc in limbo detentis. Hęc enim sunt uerba glo. Post istam uitam paruam nondum eris, ubi erunt sancti, quibus dicetur. Venite benedicti. Sed poterit esse in illa requie, in qua dives Lazarum uidit, in qua securus expectes diem iudicij: quando recepto corpore angelis æquaberis. Sed quomodo Lazarus fuit in requie, cum nondum esset missa hostia? Inspe ex toto, in rẽ partim, quia nec ignẽ materialem, nec uermem corrodẽtẽ sensit. Patet ergo, quòd loquitur de limbo ante oblationem hostiæ, quæ est Christus. Ad sextum de beato Ber. dicitur primo, quod beatus Bern. nũquam negauit, quòd animæ sanctę uident essentiam diuinam ante diem iudicij in cęlo, licet negauit a sanctis ante diẽ iudicij beatitudinẽ cõsummatã. secundo modo supra posito acceptam. nam in sermone de sancto Malachia epiſcopo ait. Nunquid non uiuit. s. anima Malachię? Rñdet, utiq;, & beatę.

Et ad eum uerba uertens addit. Nec iã in fide ambulas: sed in specie regnas. Malachias ille episcopus fuit Hiberniæ apud eum in claraualle defunctus. Ecce dicit eum secundum animam beatum, & regnare in specie, quod non est sine clara dei uisione. Item sermone ultimo de omnibus sanctis (loquens de sanctis, quos ueneratur nunc ecclesia ante diem iudicij.) Non inquit, acquiesco expertes gloriæ credere sanctos, maxime propter illud, quod apostolus ait. Quod in præsenti est momentaneũ, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et propheta. Visita nos in salutari tuo ad uidendum in bonitate electorum tuorum. Item in eodem sermone aliquantulum ante finem loquens de iustis a corpore assumptis, & iustis in terra adhuc mortalibus: & tractans hunc uersiculum psal. Iusti epulentur in conspectu dei, & delectentur in lætitia. Iustus inquit, qui iam conspectum meruerit, non quia adhuc uiuit ex fide: nimirum & ait dominus. Cum ipso sum in tribulatione, ad eum pertinet, qui ex fide ambulat, non aũt qui ad faciem eius iam peruenit. Equidem utrisq; est caput unum, sed non uno modo membris omnibus exhibetur. Quibusdã ostenditur caput hirsutum: spinis inclinatum in cruce, ut humilienter pariter, & compungantur. Quibusdam glorioſum apparet, ut ab ipso glorificentur, ut in ipso glorientur, quem uident, sicuti est. Hoc ergo secundum desiderium: quod ex sanctorum commemoratione fragrat in nobis, ut sic nobis etiam Christus appareat uita nostra: ut nos quoq; cũ ipso appareamus in gloria: interim nempe non sicut est: sed sicut pro nobis factum est caput nostrũ, nobis præsentatur &c. Ecce dicit sanctos nũc non esse expertes gloria: ipsosq; peruenisse ad faciem, & & eis caput, quod deus est, apparet glorioſum: & ab ipso glorificantur, & uident eum sicuti est. ¶ Vult etiam beatus Bern. distinguere tres status animarum sanctarũ in sermo. 3. de omnibus sanctis. & 4. Primus est existentium in corpore mortali. Secundus sine corpore. Tertius in corpore glorificato, & immortali. Primus est in militia. Secũdus in requie. Tertius in beatitudine consummata. Primus est in tabernaculis. Secundus in atrijs. Tertius in domo dei. ¶ Primus in tabernaculis, quia adhuc in tentatione, & pugna continua contra inimicos, & uitia, pugnantium autem manſio in tabernaculis est. ¶ Secundus in atrijs, non in pugna: sed in requie, & securitate, quæ est animarum separatarum ante diem iudicij: in quo nondũ peruenerunt ad ultimum gradum beatitudinis, quia nondum stolam corporis consecutę sunt, sed in stola prima, quæ est gloria animę, gloriãtur. ¶ Tertius in domo est in gloria consummata corporis, & animæ tanta, quòd maiorem, uel aliam non percipient. Et hæc uolens exprimere uarijs uerbis utitur. Addens, quòd in tabernaculis est gemitus præsentiæ. In atrijs gustus lætitiæ. In domo satietas gloriæ, scilicet consummatæ. Et ad hoc inducit illud supra allegatum de aiabus sub altari. Quæ sunt animæ secundi status, beatæ quidem, & diuinam essentiam uidentes: non tamen quantum ad omne desiderium satiatæ: quia expectant secundam stolã, & quædam gaudia accidentalia: ut supra dictum est. Vnde de animabus secundi status dicit. Acceperunt iam singulas stolas, sed non uestientur duplicibus: donec uestiamur & nos. Stola prima ipsa est quam diximus fælicitatis, & requies animarum. Secunda est immortalitas, & gloria corporum. quam desiderantes dicunt. Vsquequo non uindicas &c. qui clamor est desiderium futuræ resurrectionis, & gloriæ corporum, ut ibi consequenter declarat, ex quo patet secundum eum, & nunc receperunt gloriã animæ, quã non expectant: & p cõsequẽs uisionẽ diuinæ essentiæ. Hæc. n. est gloria aiæ. Cõsequẽter declarat, & aię sanctę sunt sine macula, sed nõ sine ru

Tres status animarũ sanctarum.

ga:

Cor. 4.

sal. 105.

ga,quia non toto affectu libere pergunt in deum, sed contrahitur quodammodo,& rugam facit,dum inclinatur ad corpus desiderio carnis resuscitandæ. Et post subdit. Quod non sequuntur agnũ,quocunq; ierit.i non in universalem in omnibus delectationẽ. Non ergo inuenitur dixisse: ꝙ ante iudicium non uideant beatiꝛce deumꝫ sed illam uisionem primò post iudicium assequentur.Quod ergo dicit animas nunc esse sub altari futuras,nihil aliud est,nisi ꝙ eorum beatitudo nunc abscondita est, non a ciuibus supernis:sed ab existentibus in inferno,in purgatorio,& in tertis. Sed in extremo iudicio erunt super altare, quia tunc manifesta erit eorum perfecta gloria in corpore,& anima omnibus euidenter uidentibus eos ascendere in cælum ẽt dęmonibus, & damnatis. Sic enim sub,dicit absconsionem,& super manifestationem, secundum illud. Non potest abscondi ciuitas supra montem posita. Neq; accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio &c. Quamuis textus non habet,ꝙ post iudicium erunt iuxta uel supra altare: immo si esse sub altari, intelligitur esse sub protectione,& dominio Christi,qui intelligitur per altare: ita post iudicium unitis corporibus in consummata gloria sunt sub altari sicut ante, quia in æternum agnus reget illos. Ex hoc patet, quomodo secundum mentem beati Bern. nunc sunt sub altari: & post iudiciũ super altare. Quod sequitur in argumento,& ostendet semetipsum filius & pater,& spiritussanctus. Verum est,sed non primò animabus,quamuis primo totis suppositis. Nec aliud dicit Bern. ꝙ Ad illud,quod sequitur:ubi dicit; ꝙ animæ exutæ non statim admittuntur ad gloriam regni. Dicitur,ꝙ hoc intelligitur de gloria consummata, non de gloria regni primo modo dicta. Alioquin quomodo baptismus aperiret regnum baptizatis aliter, quam circumcisio:si non statim post mortem cessante impedimento consequerentur regnum:contra determinationem ecclesiæ in cap.maiores de baptismo, & eius effectu. Et ad illud quod sequitur,ꝙ ostendens, quibus gaudijs exultent ante iudicium &c. dicitur: uerum est; ꝙ de istis ibi annumeratis gaudent. Non autem loquitur exclusiue, ideſt non tantum de istis: sed multo plus gaudent de beatifica uisione nunc præsente. Illud enim gaudium est essentiale cætera ibi annumerata pertinent ad beatitudinem accidentalem. Sed diceres. Cur autem beatus Bern. non facit illius mentionem gaudij de uisione, cum sit maius, & principale gaudium? Respondetur: ꝙ beatus Ber. illa posuit,in quo est distinctio illius status secundi a tertio. Nunc autem non distinguuntur animæ secundi status ab animabus tertij status in gaudio beatitudinis essentiali: sed tantum accidentali. Non enim in uisione beatifica distinguuntur: quia illa est utrobiq;:sed in his tantum,quę non conueniunt utriq; statui. Ad septimum. Respondet in sanctus Tho. ꝙ homines secundum corpus habent quandam continuitatem adinvicem:quia secũdũ eũuerũ est, ꝙ dicitur Act. 17. quod deus ex uno homine fecit oẽ hominũgenus,sed aias sigillatim finxit Vnde nõ est tanta cõgruentia ut oẽs hoies simul glorificentur in aia: sicut, ꝙ simul glorificẽt in corpe. Itẽ gloria corpis non est ita essentialis sicut gloria animæ:unde maius detrimentũ esset sanctis, si gloria animæ differtur sic gloria corporis, nec possent hoc detrimentum gloriæ compensari per amplitudinẽ gaudij singulorum de cõi gaudio:patet ergo:quòd cõsequentia a simili in proposito nõ ualet. Ad octauũ. Rñdet B Greg. li. 4. dial. Si inquit, nunc in cælo sunt aię sanctorũ:quid est, quod in die iudicij pro iustitiæ suæ retributione recipiunt? Et rñdet: hoc eis nimirũ accrescit in iudicio:ꝙ nũc animę sola suæ gloriæ retributione lætantur. Postmodũ uero etiam corporũ beatitudine perfruũtur: ut in ipsa quoq; carne gaudeãt in qua dolores,p dñio,cruciatusq; ptulerũt. Patet ergo:ꝙ illud

Mat. 5.

Apoc. 7.

R

Act. 17.

quod in iudicio redditur. ſ. gloria corporis, & totius ſuppoſiti, illud non præcedit iudicium, quamuis gloria ſolius animę præcedat. Et tantum de illo dubio. ¶ Recolligentes igitur qua dicta ſunt: eleuato mentis deſiderio oremus. Pater noſter, qui es in cælis. Adueniat regnum tuum uniuerſale: adueniat iudicium finale, quo tuum regnum: tua maieſtas, & poteſtas in cælo, & in terra: in bonis, & malis per facti euidentiam omnibus apparebit, cum contruſis in infernalis baratri ignem perpetuum inimicis, pax quę omnem ſenſum exuperat, tuos in æterna beatitudine ſuſcipiet electos. In omnibus eua-uatam omni poteſtate principatu, & uirtute: tu ſolus pater noſter regnabis tuos beatificans in ęternum. In quibus, ut numerari poſſumus: adueniat regnũ ſcripturæ. Regnet, oramus in nobis ueritas tua, omnem de noſtris cordibus erroris nebulam longe faciens: ne unqua truculentis ſuis fraudibus regnet in nobis diabolus mẽdacij pater, & princeps tenebrarum. Quatenus eius regno, regnoq; ſynagogę, & Antichriſti: cuius myſterium iniquitatis iam operatur in diffidentiæ filijs diſturbato: dilateretur regnum eccleſiæ tuæ ſanctæ numero & merito filiorum, ut in præſenti tuæ dulcedinis præguſtationis triomphantis eccleſiæ regno iungantur: & guſtato ſpiritu deſipiat omnis caro. Cognoſcant quoq; omnes, & ſinguli, quam magna multitudo dulcedinis tuæ: quam abſcondiſti timentibus te. Qua pręguſtatione cor noſtrum dilatetur ad currendum uiam mandatorum tuorum indefeſſe. Quod ut poſſimus prę camur: o pater qui es in cælis. Adueniat regnum gratię tuę, regnum charitatis tuę, quæ totos nos poſſideat: qua te ſuper omnia, & in omnibus diligẽtes: ceteras uirtutes tuas conſequamur: ut non regnet peccatum in noſtro mortali corpore: ſed deſtruatur corpus peccati, & uitiorum. Vincat ſuperbiam humilitas. Extirpet auaritiam largitas. Pellat inuidiam benignitas. Superet furorem tranquillitas. Eliminet fornicationem caſtitas. Moderetur gaſtrimargiam frugalitas. Excitet accidiam ſeruens mentis uiuacitas. Triũphet in omnibus excellentiſſima charitas: quatenus iniqui, qui ſunt de regno diaboli, iuſtificentur: & fiant membra eccleſiæ: & ciues regni tui. Adueniat tandem pater noſter, qui es in cęlis, regnum beatitudinis æternę: poſt tranſitum huius uitæ mortalis, & miſeriæ, in quo omnis humanus ſatiatur appetitus. Rationalis quidem in perfecta ſummi boni poſſeſſione: Senſitiuus in præſentia humanitatis Chriſti, eiuſq; perfecta apprehenſione. Naturalis in dotibus gloriæ: ubi uere regnabunt tecum electi tui, per pleniſſimam uoluntatis concordiam: quo fiet ut nihil aſſit moleſtum: nihil abſit cupitum: quia tu deus pater noſter eris ibi omnia in omnibus. Adueniat quis: ne peccatorum pondere præſſi cum impijs iudæis olim regni tui filijs eijciamur foras in tenebras exteriores: ubi erit fletus, & ſtridor dentium ſempiternus. Quod quia in ſolo Empyreo cœlo præſtatur regulariter: adueniat præcamur ad regnum illud habitationis æcherę: regnum domus tuæ omnibus bonis plenæ. Ciuitas ſancta Hieruſalem patria noſtra, quæ ſole non eget: cuius lucerna agnus: cuius portarum ſeras confortaſti: ut perpetua ſecuritate ciues eius firmi: nullo electionis timore trepident: quoniam poſuiſti fines eius pacem imperturbabilem ſine fine. Quę ut in futuro conſequamur: oramus, ut adueniat regnum tuum, quod eſt Chriſtus, uirga directionis regni tui adueniat quod eſt nũc in ſãctis: quia niſi nũc regnet in nobis, ad regnum ęternum peruenire non poſſumus. Extinguat in nobis: regni terreni deſiderium: ut mundus hic immundus nobis cum omnibus ſuis concupiſcentijs uileſcat, quatenus maiores mundo facti, ſola cæleſtia eſſe ętemus. Regnet in nobis Chriſtus ſua potentia ad nos infirmos ac debiles roborandos: ſua ſapientia ad nos inſipientes illuminandos: ſua

S

Meditatio circa aduenit regnũ tuum.

bonitate

Alia expo-sitio.

bonitate ad nos flebiles, & afflictos consolandos. ¶ Hanc petitionem de quadruplici regno breuiter exponit dominus Petrus de aliaco. Adueniat T
Idest ad nos ueniat regnum tuum, scilicet sacræ scripturę per ueram cognitionem, ut destruat regnum erroris, & ignorantiæ. Regnum diuinæ gratię per spiritualem inhabitationem: ut destruat regnum peccati, & maliciæ. Regnum uniuersalis ecclesiæ per Christianę fidei declarationem, & exaltationem: ut destruat regnum Antichristi, & falsę synagogæ. Regnum cælestis gloriæ per ęternam præmiationem: ut destruatur regnum presentis, & futurę miseriæ. Et tantum de illa petitione.

DE VERBORVM FIAT VOLVNTAS tua expositione.

LECTIO LXVIII.

Volũtas dei multiplex non multiplicando rẽ sed significationes termini.

FIAT uoluntas tua. ¶ Postquam petitum est bonum A
cælestis gloriæ, quo in patria beatificamur in præcedenti petitione secunda, secunda sequitur nunc petitio tertia: qua petitur bonum spiritualis gratiæ, quo in uia ad promerendam cælestem gloriam præparamur. Præparamur autem ad hanc promerendam per gratiam nostram uoluntatem diuinæ uoluntati conformantem in uia. Hanc ergo petimus, cum subiungimus. Fiat uoluntas tua. Et primò petitio hæc simpliciter proponitur. Secundò eius perfectio specificatur, cũ additur. Sicut in cœlo, & in terra. ¶ Sed priusquam ad expositionem huius petitionis procedatur: explicanda est significatio huius termini uoluntas dei, qui diuersimode accipitur in scriptura. Vnde magister lib. 1. dist. 45. cap. 7. Sacra scriptura inquit, de uoluntate dei uarijs modis loqui consueuit. Et tamen non est dei uoluntas diuersa, sed locutio diuersa est de uoluntate dei. Nomine uoluntatis diuersa accepit. Nam uoluntas dei uere, & proprie dicitur, quæ in ipso est, & ipsius essentia est. Et hæc una est: nec multiplicitatem recipit. Hæc magister. Vnde solet uoluntas dei distingui. Primo in uoluntatem beneplaciti, & in uoluntatem signi. Voluntas beneplaciti duplex est. Quoluntas antecedens, & consequens. Voluntas signi quintuplex est. scilicet prohibitio, preceptum, consilium, impletio siue operatio, & permissio. Illa ergo distinctio ut declarat Ockam in suo primo distinctio. 45. quęst. 1. non est alicuius, quod est realiter in deo, quia in deo non est aliquo modo multiplex uoluntas sicut nec multiplex essentia. Nam in deo non distinguitur uoluntas ab essentia. Sed illæ distinctiones sunt uocabulorum, seu nominum, quæ significant diuinam uoluntatem, quæ deus est: ita ꝙ hoc uerbum, uult, uelle, quando in sacra scriptura attribuitur deo: diuersimode accipitur, ut quando dicitur deus hoc uelle, quandoq; ualet tãtum, id est, deus hoc præcepit, uel consulit, uel operatur, uel permittit: quandoq; dicitur hoc uelle, quod sua uoluntate efficit, quod ut fit, uel fiat, placet.

Volũtas dei beneplaciti quid est.

¶ Est ergo uoluntas beneplaciti ipsa diuina essentia sibi in aliquo complacens ut fit, uel ut fiat. de qua apostolus. Vt probetis, quæ sit uoluntas B
dei bona, & beneplacens, & perfecta. Vbi glo. Voluntas dei dicitur, uel Rom. 12.

quã uult quæ in deo est, siue id quod uult. Hic accipitur dei uoluntas, qua uult, quæ beneplacitum dei, siue dispositio appellatur. Hæc glo. Hæc uoluntas dei, ut ait Aug. 3. de trin. c. 4. & alijs capitulis, ut magister colligit dist. qua supra, est prima, & summa causa omnium specierum, atq; motiorum. Nihil enim fit, quod non de interiori, atq; intelligibili aula summi imperatoris egrediatur, secundum ineffabilem iustitiam. Vbi enim non operatur, quod uult dei omnipotentis sapientia, quæ pertingit a fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter, & non solum facit ea, quæ perseuerantia consuetudinis admirationem non admittũt: sed etiam ea, quæ propter raritatem, & insolitum euentum mira uidentur, quorum nihil fit sine uoluntate dei: licet plerisq; non apparet. Itaq; non nisi dei uoluntas causa prima est sanitatis, & ægritudinis: præmiorum, atq; pœnarum, gratiarum, & retributionum. Hæc sola est, unde ortum est quicquid est: & ipsa orta non est, sed æterna. Quod uerò hæc uoluntas beneplaciti distinguitur in antecedentem, & consequentem, non sic intelligendum est: q̃ sicut in nobis est una uoluntas, seu uolitio præcedens actum, & alia consequens actum quo complacet in actu: q̃ ita sit in deo. Non enim est talis multiplicitas in deo: sed quic. quid est ibi: omnibus modis essentia uel relatio, aut constitutum ex his. Et ideo hæc multiplicitas est nominis ut dictum est. Vnde eadem uoluntas in deo est antecedens, & consequens. Dicitur tamen nunc antecedens: nunc consequens respectu alterius, & alterius. ¶ Voluntas beneplaciti antecedens est uoluntas diuina dans alicui antecedentia, unde pót consequi aliquid, uel operari: parata coagere si ille uelit cum præcepto uel consilio exequendi. Et sic dicitur antecedenter uelle aliquid: quando ad id agendũ, uel consequendũ dat alicui necessario requisita paratus illi coagere &c. Gratia exempli. Diuina uoluntas antecedenter uult petrum mereri, quando dat petro lib. arbi. atq; gratiam. Addit etiam præceptum aut consilium, ut mereatur, paratus sibi cooperari ad actum meritorium: in hoc enim diuina uoluntas non quasi per se, & immediate fertur super operationẽ meritoriam, sed quasi mediate, & antecedẽter: quia immediate fertur in ea antecedentia meritũ donando ea, sine quibus non meretur, uel ordinata ad meritum, ut sunt li. arbi. gratia præceptũ, aut consilium. Dicuntur ergo operationes meritoriæ a deo uolitę antecedenter etiam prius, quam fiant: immo ẽt si non fiant: ex eo solũ: q̃ efficaciter uult ea, quæ antecedunt actũ meritoriũ. Per hoc: q̃ dicitur uoluntas diuina (quod proprie accipitur pro actu diuinæ uoluntatis, qui est realiter essentia diuina, & deus) excluditur uolũtas signi. Dicitur dãs alicui ãcedẽtias: per hoc excluditur uoluntas beneplaciti cõsequẽs. Licet. n. uoluntas tã ãns quã cõsequẽs est uolũtas beneplaciti, & ita diuina essentia: ipsa tñ nõ dicitur absolute uoluntas: sed in ordine ad aliquod uolitũ immediate, aut mediate. Respectu uoliti immediate est uoluntas consequẽs, respectu uoliti mediate ãns. Vnde in casu posito essentia diuina dicitur uoluntas beneplaciti cõsequens respectu li. arbi. petri, ac gratiæ sibi infusę: & præcepti aut consilij de agendo meritoriæ: sed respectu actus meritorij nondũ ineſſe positi dicitur uoluntas ãns. Dicitur cũ consilio, uel præcepto: ad excludendũ operationes uitiosas, & peccata, quæ deus non uult ãcedenter, licet dedit libe. arbi. naturalia, & potentias quibus perficiuntur, quia nõ adiecit præceptũ, uel cõsiliũ de agendo male, aut peccando, sed magis de oppositio. i. non peccando. Ideo illas operationes malas non uult uoluntate beneplaciti antecedenter.

Augusti

C

Dicit ultimo parata coagere si uelit: q̃ hoc excluditur factũ Abrae, quia dñs nõ uoluit eũ offerre suũ filiũ antecedenter, licet id præceperat ei, & dedit ei naturalia, quibus posset filiũ immolare, qui nõ paratus fuit ei coopari. Lo-

Voluntas beneplaciti cõsequens qd est

co cuius particule quidã dicunt, sine manifestatione oppositi eius, quia præcepit, & redit in idem. ¶ Voluntas beneplaciti consequens est uoluntas diuina sibi efficaciter in esse alicuius cõplacens: ipsum diligendo esse, aut producendo seu conseruando. Dicitur ipsum diligendo esse, propter uoluntatem diuinam respectu suiipsius & personarum in diuinis. Non enim uoluntas, quæ est essentia diuina, omnibus modis seipsam, uel personas producit, aut conseruat, licet seipsam, uel personas uelit. Dicitur producens, aut cõseruans propter uoluntatem diuinam consequentem respectu creaturæ, quoniam uolendo omnem creaturam in esse producit, aut productam conseruat. Hac uoluntate immediate fertur in uolitum. Et sic dicitur deus uelle omne positiuum. Sine hac uoluntate nihil fieri potest in mundo, quia ut dictum est, ipsa est prima, & summa causa omnium causabilium. Hæc etiam uoluntas beneplaciti consequens semper impletur. De hac. n. dr̃ in psal. Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cœlo, & in terra. Quod etiam ratione ostenditur, nam ꝙ aliquis effectus non fit, ab aliqua causa hoc contingit. Aut quia causa illa non habet sufficientem potẽtiam ad producendum illum effectum, sicut homo non potest producere angelum: quia ad hoc non habet uirtutem actiuam. Aut quia ab alio impeditur in causando, sicut ignis non comburit stupam propter obstaculi prohibentis interpositionem. Aut quia dependent in agendo ab alia causa requisita ad agendum, quæ secum non cõcurrit, sicut ignis in camino ignis non egit in pueros, quia deus subtraxit suam causalitatem, quæ requiritur in actione cuiuslibet creaturæ. Aut quia causa ipsa mutatur in se: antequam producat effectum: sicut homo nõ semper facit, quæ facere instituit, quia antequam faciat, mutat propositum faciendi. Nullo horum modorum impediri potest diuina uoluntas, quin fiat id, quod facere uult. Ipsa enim est causa uerè omnipotens, quapropter nulla potest ei deesse causalitas requisita ad fieri cuiuscunque. Si enim aliqua talis deesset: iam non esset omnipotens. Similiter ex eodem: a nulla causa potest impediri, quin agat, quod efficaciter agere uult. Nam quia omnipotens, potest tollere omne impedimentum, si essent. Si enim non posset: deesset sibi potentia ad tollendum obstaculum. Ex eodem impediri non potest per defectum causæ coagentis, quia quamuis cum Deo in multis actionibus concurrant causæ secundæ, sicut in sol ad illuminandum aerem, ignis ad producendum calorem. Potest tamen sua omnipotentia sine omni causa secunda producere quemlibet effectum. alioquin sibi deficeret potentia supplendi causalitatem causæ secundæ. Nec propter quartum omittitur: quod uult fieri, quia est simpliciter immutabilis, quapropter quicquid uult pro tpe ab ẽterno uoluit, ideo pro tpe, pro quo fieri uult, immutabiliter fit. Simili modo deduci põt, ꝙ quicquid nõ uult fieri, nõ fit: ad unctο, ꝙ est causa mere' libera in agẽdo, & causa uniuersalissima concurrens ad productionem oiũ productorũ. Ea propter nulla creatura potest aliquem effectum ꝓducere: nisi dei uoluntas assit, & cõcurrat libere' in agendo. Hunc cõcursum cũ subtrahit, qđ facere põt, dũ uult, quia libera in agẽdo: nihil fieri põt a creatura: & per cõsequens nõ fit, quod deus nõ uult fieri. Non aũt sic est de uolũtate dei beneplaciti antecedẽte. Illa. n. non semper adimpletur, nam manifestũ est, ꝙ deus dat cuilibet naturalia, quibus potest facere actũ meritoriũ. Similiter & gratiam, si non ponit obicem: paratus est etiam coagere cuilibet ad actum meritoriũ Dat etiã præceptũ, & consilium, ut exequatur, & tamen non quilibet facit actum meritorium. Sed multi elicĩ nt actus demeritorios contra uoluntatem diuinam antecedentem. ¶ Voluntas signi est creatura aliqua, siue effectus diuinę uoluntatis significans uel

D

Quo semper impleatur impediliter.

B

manifestans

cans uel manifestans nobis diuinam uoluntatem. Sæpe enim signa nominantur nominibus signatorum, sicut eleemosyna impensa pauperi, uocatur misericordia, uel pietas. Vnde dicimus: ille fecit magnam misericordiam, uel pietatem huic pauperi, quia eleemosyna exterior pauperi data signum est misericordiæ, & pietatis in alio dantis: sic testamentum, siue codicillum uocamus ultimam uoluntatem: quia signum est uoluntatis ultimæ testatoris. Vnde magister ubi supra. Aliquando secundum quandam figuram dicendi, uoluntas Dei uocatur, quod proprie non est uoluntas eius, ut præceptio, prohibitio, consilium, permissio, & operatio. Ideoq; pluraliter aliquando uoluntates Dei pronunciat. ut in psal. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius, cum non sit nisi una uoluntas Dei, quæ ipse est. Ita etiam idem Propheta propter multos effectus misericordiæ, & iustitiæ pluraliter dicit. Misericordias domini in æternum cantabo. Et alibi. Iustitiæ domini recte lætificantes corda. Cum tamen in Deo una sit misericordia: una iustitia, & una eademq; sit misericordia, quæ iustitia sit. diuina usia. i. essentia. Ideo autem præceptio, prohibitio &c. cum sint multa, unumquodq; tamen eorum dicitur uoluntas, quia sunt signa diuinæ uoluntatis. Quemadmodum signa iræ dicuntur ira: & signa dilectionis, dilectio appellantur. Et secundum hanc figuram dicendi non est falsum, quod dicitur. Sed uerum, quod dicitur, sub tropo nubilo obumbratur: & secundum hos tropos diuersæ uoluntates dicuntur: quia diuersa sunt illa, quæ per tropum uoluntates

F Dei dicuntur. Hæc magister. ¶ Hæc autem uoluntas signi etiam non semper impletur: maxime illa, quæ est præceptio, prohibitio, & consilium. Nam Deus præcepit omnibus seruare legem. Constat autem multos contra legem ambulare, & uiolare præcepta: nec tamen ex hoc arguitur impotentia in Dei uoluntate, quia non uult dominus efficaciter: ut omnes suis mandatis obtemperent, quia si sic uellet, indubitanter omnes mandata eius obseruarent. Sed secundum hoc uelle dicitur: quia illud fieri præcepit, determinás se cooperaturum omnibus id facere uolentibus, neminem tamen cogit ad id faciendum. Et secundum hoc nihil aliud est dicere uoluntatem Dei signi non adimpleri, nisi q̃ dei præcepta non adimplẽtur. Et similiter nihil aliud est dicere aliquid fieri contra uoluntatẽ dei, nisi quia aliquid fit contra prohibitionem dei: sed contra uoluntatem signi, quæ est operatio, uel permissio: nihil fit. Nam eoipso, q̃ operatio est, ipsa operatio impletur. Similiter eoipso, quod est permissio, id impletur, & fit, quod permittitur. Si enim non fieret, nec diceretur operatio dei, nec permissio, & ita nec uoluntas dei. Et

1. Timo. 2. secundum hoc exponitur, & intelligi debent scripturæ, sicut illud apostoli. Deus uult omnes homines saluos fieri & ad cognitionem ueritatis uenire, quod intelligendum est uoluntate antecedente, quod est dictu. Deus uult omnes homines saluos fieri antecedenter, quia dedit omnibus hominibus liberam uoluntatem, qua se uertere possunt in bonum. Adiecit legem, & consilia, ut secundum illas regulariter suas operationes, paratus dare omnibus suam gratiam, ut efficaces sint in bene, & meritorie operando: & potentes resistere malis inclinationibus, ac suggestionibus quibus omnibus homines ordinantur ad salutem. Vult ergo omnes homines saluos fieri antecedenter, pro quanto facit, quod in se est: dirigendo homines ad salutem. Sic exponit Dam. lib. 2. cap. penul. Beatus uerò Aug. ait, q̃ Apostolus non uult dicere, q̃ Deus uelit omnes saluari, sed quòd nullus hominum saluatur, nisi per Dei uoluntatem. Et est talis modus loquendi, sicut in una ciuitate esset tantum unus magister, qui doceret pueros illius ciuitatis: tunc dici posset: q̃ magister talis doceret omnes pueros ciuitatis. Non quia omnes pueri a tali

Damasc. Augustꝰ

Voluntas signi quid ẽ, dicitur pluraliter uolũtas signi.

Voluntas signi nõ semper impletur.

magistro

magistro docerentur, sed quia nullus doceretur, nisi per eum. Eandem sententiam ponit B. Aug. in epistola ad Vitalem di. Sicut illud, quod dictũ est. omnes in Christo uiuificabuntur, cum tamen multi æterna morte punientur, ideo dictum est, quia quæcunque uitam æternam percipiunt; non percipiunt nisi in Christo. Ita quod dictum est, omnes homines saluos fieri, ideo dictum est, quia omnes homines, qui salui fiunt, nisi Christo uolente salui non fiunt. Sunt & aliæ expositiones: sed istæ sufficiant. ¶ Istis præmissis procedo ad expositionem huius petitionis. Fiat uoluntas tua, primò de uoluntate beneplaciti, deinde uoluntate signi. Quoad primum hac petitione, ut dicit beatus Cyprianus, non petimus, ut Deus faciat, quod uult, sed ut nos facere possimus, quod Deus uult, supple nos uelle. Nam quis obsistit: quo minus, quod uelit, faciat: sed quia nobis diabolus obsistit, quo minus per omnia noster animus atque actus deo obsequatur, oramus, & petimus, ut fiat in nobis uoluntas dei, quæ ut fiat in nobis, opus est dei uoluntate, id est ope, & eius protectione, quia nemo suis uiribus fortis est: sed dei indulgentia, & misericordia tutus est. Et rectè post petitionem regni dei, qđ est finis noster, petimus nostræ uoluntatis conformitatem: tanquam medium ad hunc finem perueniendi, quia tantum hanc habentibus pax regni nunciatur ab angelis. In hac sacratissima Natiuitate, qua hæc scribimus Anno 1510. canentibus. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Bona est nostra uoluntas, dum fuerit conformis diuinæ uoluntati. Quia enim diuina uoluntas ex seipsa recta est, & sui ipsius regula, quoniam summa est, & æterna, nec regulam habet cui se conformet: ut sit recta, superiorem, aut priorem, ipsa & sui, & omnis rectitudinis, ac iustitiæ regula est, ideo obliqua, & non recta esse non potest. De hoc uenerabilis Hugo de S. Victore lib. 1. par. 4. ita ait. Prima rerum omnium causa uoluntas est creatoris, quam nulla præcedens causa mouit: quia æterna est, nec subsequens aliqua confirmat, quia ex semetipsa iusta est. Neq; idcirco iustum uoluit, quia futurum iustum fuit, qđ uoluit, sed quod uoluit, idcirco iustum fuit, quia ipse uoluit. Suum.n. ac proprium uoluntatis eius est iustũ esse, quod est: & ex eo, quod in eo est iustum, iustum est, & ex eo est iustum, quoniam secundũ eam iustum est, quod iustũ est, quod uriq; iustum non esset, si secũdũ eam non esset. Cũ ergo quæritur, quare iustũ est, quod iustum est, conuenientissimè respondet, quoniam secundũ volũtatem dei est, quæ iusta est. Cum ergo quæritur quare, & ipsa dei uoluntas iusta est. Hoc sanius respondetur, quoniam primæ causæ nulla causa est, cui ex se est esse, quod est. Hæc enim sola est, unde ortũ est, quicquid est, & ipsa non est orta, sed æterna. Hæc Hugo. ¶ Omnis ergo iustitia, & rectitudo rationalis creaturæ consistit in conformitate ipsius ad dei volũtatem. Obliquitas verò, & iniustitia creaturæ rationalis ex difformitate uoluntatis eius ad uoluntatem diuinam consurgit, sicut docet B. Aug. super psal. dicit. Isti sunt recti corde: qui in hac uita sequuntur uoluntatem dei. Volũtas dei est aliquando, ut sanus fias aliquando, ut ægrotes. Si quando sanus es, dulcis est tibi uoluntas dei, & quando ægrotas, amara est tibi, non es rectus corde: quia non uis uolũtatem tuam dirigere ad dei volũtatem: sed uis dei uoluntatem curuare ad tuam. Illa recta est, tua curua, tua dirigenda est ad illam, ut ad regulam, non illa curuanda est ad tuam. Iustitia ergo nostra in hoc consistit, ut nostra uolũtas infirma, de se non recta: conformetur diuinæ uoluntati tanquam suæ regulæ, cui conuenit essentialiter esse rectam. Huic: quia angeli quidam se difformarunt: deiecti sunt a loco uoluptatis, lucis, lætitiæ, & amœnitatum ad loca pœnarum miseriæ, & tenebrarum. Ideo ne & nobis ab hac inobliquabili uoluntate declinantibus paretur locus caliginis, & ge-

Augusti.

De uoluntate beneplaciti & uoluntate signi. G

Hug. de.

Omnis iustitia, & rectitudo creaturæ rationalis consistit in conformitate nostræ uolũtatis cũ uoluntate Dei. H

henna

henna, oramus. Fiat uoluntas tua. Quia uerò ceteri angelorum diuinam uoluntatem, eiusque beneplacitum intuentes, se illi libere conformarunt: ne ab illa curuari possent: sed in ipso perpetuò solidarentur: cõfirmati sunt, & stabiliti in beatorum patria. Ideo quia & nos in illam uenire cupimus, post petitum regnum, quod est sanctorum patria: orantes subiungimus: Fiat uoluntas tua. Hunc orandi modum nedum uerbo magister noster docuit: Cyprianus. sed facto suo exemplauit. Vnde B. Cyprianus. Deus infirmitatem hominis, quam portabat, ostendens ait. Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et exemplum discipulis suis tribuens, ut non uoluntatem suam, sed Dei faciant, addidit dicens. Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Et alio loco dicit. Non descendi de cœlo, ut facerem uoluntatem meam, sed eius, qui me misit. Quod si filius obediuit: ut faceret patris uoluntatem: quantò magis seruus obedire debet: ut faciat uoluntatem dei: sicut in epistola sua, Iohannes quoq; ad faciendum dei uoluntatem hortatur, & instruit dicens. Nolite diligere mundum &c. Et sequitur. Mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in æternum: quomodo & Deus manet in æternum. Qui ergo in æternum manere uolumus: dei, qui æternus est: uoluntatem facere debemus. Hæc Cyprianus. Si ergo filius, cuius uoluntas curuari non potuit, utputa confirmata, & impeccabilis orauit. Pater non mea, sed tua uoluntas fiat, quid faciet miser peccator, cuius uoluntas instabilis, & peccabilis, multisque retiaculis peccatorum inuoluta, quam trahit mundus, suggerit diabolus, concupiscentia inclinat ad se differmandum diuinæ rectissimæ uoluntati? Nihil certe utilius, uel fructuosius fieri poterit, q̃ tota mente, animo, & corde, ad patrem orare, qui in cœlesti residet gloria. Fiat uoluntas tua: ut quod tu nos uis facere, faciamus: quod tu prohibes, caueamus: quod tu consulis, impleamus: quod tu uis, uelimus. Sicq; tuæ uoluntati iustissimæ semper, & in omnibus nos conformemus. ¶ Sed pro pleniori huius petitionis intellectu quæritur. Vtrum teneamur nostram uoluntatem diuinæ uoluntati in omnibus conformare. Et uidetur, q̃ non, quia non tenemur intellectum nostrum diuino intellectui conformare, alioquin habens opinionem falsam, peccaret, quia discordaret ab intellectu diuino, quo in nullo errare potest, ergo a simili, nec tenemur uoluntatem nostram diuinæ uoluntati conformare. ¶ Ad oppositum. Voluntas creata tenetur se conformare suæ regulæ, sed uoluntas diuina est regula cuiuslibet uoluntatis creatæ, ergo quælibet uoluntas creata tenetur se conformare uoluntati diuinæ. Ad hoc dubiũ doctores uarie rñdent, ut recitat Alex. de Ales par. 1. q. 41. & post eum S. Bona. q. ulti. primi senten. Plus in modo loquendi, quam in re ipsa differentes. Ideo præmitto quasdam distinctiones, secundum quas ponentur conclusiuæ responsiones. ¶ Notandum igitur, q̃ uoluntas nra potest conformari uoluntati diuinæ. In uolito, uolendi actu, uolendi modo. In uolito: quando uult rem illam, seu opus quam, uel quod uult deus. In uolendi actu, quando uult illud, quod deus uult eam uelle: quando. s. habet actum conformem actui diuinæ uoluntatis, licet non illud uelit quod Deus uult. Gratia exempli. Deus uult bonum filium honorare patrem, quem tamen deus non uult honorari. Vult enim deus filium uelle necessitatem patris releuare, utputa infirmitatem, uel paupertatem, licet deus patrem uelit esse infirmum & pauperem. Similiter deus uult quemlibet diligere omnem proximum suum uolendo sibi uitam æternam, cum tamen deus non uelit illi, proximo. s. præscito uitam æternam. Diligens ergo sic proximum, conformat se uoluntati diuinæ non in uolito, quia non in uita æterna, sed in actu uolendi, quia habet actum conformem actui diuinæ uoluntatis. uult ei,

I

Vtrũ homo tenetur suã uolũtatẽ diuinę uolũtati in omnibus conformare.

Alexan. S. Bona.

Volũtas nostra cum diuina põt eõ triplex.

sicut

ſicut Deus uult eum uelle. In modo uolendi: quin uult ex ſimili charitate, & propter eundem finem, quo deus uult. Sic qui uult aliquid, quod deus uult, & quod deus uult eum uelle: non tamen propter eundem finem, id eſt non propter deum. (Nam propter ſeipſum deus uniuerſa operatur, ut dicitur Prouer. 16.) conformat ſe diuinæ uoluntati in uolito, & in actu uolendi: non tamen in uolendi modo. ¶ Secundò notandum q̃ quælibet dictarum uoluntatum poteſt eſſe actualis, uel habitualis. Actualis, ut quando elicit actum, ſcilicet uelle id, quod deus uult, uel quod deus uult eam uelle, aut cum circunſtantia, & eo modo, cum quibus, & quomodo deus uult. Habitualis quando actu non elicit uelle, uel nolle: habet tamen in ſe habitum inclinantem ad eliciendum. Et ille habitus inclinare poteſt mediate, uel immediate. Immediate, ſicut habitus genitus ex particularibus actibus uolendi hoc, uel illud. Sicut ex actibus uolendi abſtinere a ſuperfluis frequentatis, generatur habitus temperantiæ, qui immediate inclinat ad uolendum uiuere temperate tanquam ad actum proprium. Mediate autem habitus inclinat: qui inclinat mediante actu proprio. Sicut habitus principij mediante actu proprio inclinat intellectum ad actum concluſionis, ut eſt habitus, quo generaliter complacet uoluntati, quicquid complacet uoluntati diuinæ. Hic enim non inclinat immediate ad omne uolitum a deo. Præſupponit enim cognitionem, qua ſciatur hoc eſſe uolitum a deo, & mediante illa inclinat ad actum uolendi uolitum tale à deo. Nam ille habitus primò inclinat ad uolendum generaliter omne uolitum a deo tãquam ad actum proprium. Iſte autem actus uolendi omne uolitum a Deo, concurrente cognitione; quòd hoc particulare eſt uolitum a Deo, inclinat ad uolendum illud particulare: quia uolitum a Deo. ¶ His præmiſſis eſt propoſitio prima. Non oportet uoluntatem uiatoris ſe conformare diuinæ uoluntati in omni uolito, uolendo quodlibet uolitum a deo actualiter, immo quandoque tenetur ſe non conformare. Prima pars patet, quia non ſemper tenetur ſcire, uoluntatem dei beneplaciti conſequentem. Hæc eſt enim uoluntas Dei quoad uolitum, dicente apoſtolo ad Roma. undecimo. Quis cognouit ſenſum domini? Quod autem non tenetur ſcire, non tenetur uelle, cum uelle præſupponat cognoſcere, immo poteſt quandoque meritorie oppoſitum uelle, id eſt hoc uelle, quod deus non uult. Sicut de Dauid legitur. 2. Regum 7. quòd uoluit ædificare templum domino, quod tamen dominus noluit per ipſum: ſed per filium ſuum Salomonem ædificare, & tamen uoluntas Dauid bona fuit, & recta. Vnde tertio Regum octauo habetur. Dixit dominus ad Dauid: quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domũ noi meo: bñfeciſti, hoc ipſum mẽte practans. Verumtñ tu nõ ædificabis mihi domũ: ſed filius tuus. Itẽ B. Aug. in Ench. c. 100. Aliq̃ bona uoluntate hõ uult aliquid, q̃ deus nõ uult, ẽt ipſe bona multò amplius, multoq; certius uolũtate, tauq̃ ſi bonus filius pr̃em uelit uiuere, quẽ deus bona uolũtate uult mori. Et rurſus hoc fieri põt, ut hoc uelit homo uoluntate mala, q̃ deus uult bona: uelut ſi malus filius uellet mori pr̃em, uelit hoc ẽt Deus. Et ſequit. Nã deus quaſdã uolũtates ſuas bonas iplet p malorũ hominũ uolũtates malas. ſicut p iudæos maliuolos bona uolũtate patris Xp̃s pro nobis occiſus eſt. Præterea ſi deus præcipiat alicui, ut non uelit ab eo uolitum, ut ſi deus uelit patrem meum mori, & præcipiat mihi, ut uelim patrem meum uiuere. In hoc caſu, qui impoſſibilis nõ eſt teneor me conformare diuino præcepto, & non diuino uolito, ut infra patebit, ẽt ſi cõſtat mihi de uolito. Secunda pars patet: quia ſtat q̃ deus præcipiat homini aliquid uelle, quod ipſe non uelit, quo modo præcepit diligere proximum uolendo ſibi

Voluntas potest eẽ actualis, uel habitualis.

L

Roma. 11.

2. Reg. 7.

3. Regum 8.

Auguſt.

salutem, quem præscivit ad damnationem. In quo casu homo tenetur velle salutem proximo, in qua voluntate non conformat se volito divino: ergo
M tenetur se non conformare divino volito in casu. ¶ Ex illa propositione sequitur, q̃ divina voluntas beneplaciti non est regula sua conformare nostram voluntatem regulans, ut sit bona. Patet per beatum Augustinum ubi supra
Augustin. in Ench. Bonæ voluntati dei pietas potius consonat, quamuis alius volentis, quam huius idem volentis, impietas tantum interest quid velle hominis: quid deo congruat, & ad quem finem suam quisq; referat voluntatem: ut aut probetur, aut improbetur. Hic aperte ostendit Aug. q̃ non semper probatur voluntas hominis conformis voluntati dei in volito, neque reprobatur semper voluntas difformis, quia quandoq; aliquid congruit velle deo, & aliud congruit velle homini. Similiter in eodem volito a deo, & homine quandoq; in alium finem refertur huiusmodi volitum a deo, in alium ab homine, propter quod quandoq; voluntas conformis divinæ voluntati reproba est: & difformis iusta. Item in habentibus intellectum, & voluntatē unum non regulat aliud, nisi inquantum imponit, uel proponit sibi quid, & qualiter velle, & agere debeat. Sed voluntas divina beneplaciti consequens: cum non semper in nobis innotescat, etiam dum innotescit, non semper imponit nobis quid velle, uel agere oporteat, ergo non est regula nostram voluntatem regulans. Illa ergo voluntas dei nostram voluntatem regulat: qua nobis innotescit, quid, & qualiter nos velle oportet. Et hæc est præceptum, uel consilium quo nobis innotescit, quid, & qualiter nos velle deus velit. Tunc enim recta est nostra voluntas: quando id, & taliter volumus quod, & qualiter deus vult nos velle. Et conformitatem ad hanc
Augustin. dei voluntatem denotat Aug. in de libe. arbi. cum dicit q̃ etiam lex naturalis ex hoc recta est, quia conformat se divine voluntati. Sic enim omnis iustitia, & omnis rectitudo legum humanarum descendit a prima rectitudine: quæ est voluntas dei: & consistit in conformitate sua ad divinam voluntatem. dum scilicet est talis, qualem eam vult esse divina voluntas: ¶ Secunda propositio. Non tenetur voluntas viatoris se conformare habitualiter immediatè voluntati divinæ in volito. Patet propositio sicut præcedens, quia habitus immediatè inclinans ad volendum aliquid, præsupponit cognitionem volendi. Non autem tenetur homo cognoscere volita divina, ergo nec tenetur habere habitum inclinantem particulariter, & immediatè ad illa volita. Præterea potest habere actum contrarium voluntatis: ut deductū est meritorie alicuius volitī a deo: ergo etiam habitum contrarium, & per consequens non habere habitum conformem, cum contraria simul stare non possunt, & quicunq; potest habere unum contrariorum sine peccato: non tenetur habere reliquum. ¶ Tertia propositio. Voluntas cuiuslibet viatoris ad
N aliqualem dei notitiam attingere potentis rationis usum habentis, tenetur se conformare habitualiter mediatè voluntati divinæ beneplaciti, quantum ad volita per ipsam. Patet, quia in omni homine usum rationis habente debet esse talis voluntas habitualis, qua sibi in genere placet, quicquid deo placet, licet in particulari nec sciat, quicquid deo placeat, ergo propositio uera. Consequentia nota. Antecedens probatur. Nam quilibet hominum tenetur habere cor non prauum, sed rectum. Cor autem rectum est cor volens omnia, quæ vult deus. Unde Aug. super illud psal. Non
Augustin. adhæsit mihi cor prauum: ait. Cor prauum est cor non rectum. Rectum autem cor hominis dicitur, qui omnia, quæ vult deus, & ipse. Et glo. super eodem uerbo dicit. Cor prauum, cor tortum, quod habet, qui non vult omnia, quæ vult deus. Hoc autem non potest intelligi de voluntate actuali, aut habituali

bituali immediate inclinante ad uolẽdum, quod deus uult, ut patet ex duabus præcedentibus propositionibus, ergo intelligitur de uoluntate habituali mediate inclinante. ¶ Quarta propositio. Voluntas uiatoris tenetur se conformare uoluntati diuinæ beneplaciti in particulari cognitæ: nisi reuelatio, aut præceptum dei ipsam ad oppositum obligaret. Probatur illa propositio, quia impossibile est uoluntatem uelle antecedens, & non uelle consequens scitum esse tale: cum non possit opposita simul uelle. Oppositum autem consequentis semper repugnat contradictorie antecedenti. Sed uolens habitualiter omne uolitum a deo, uult antecedens ad quodlibet particulare uolitum, cum quælibet uniuersalis inferat suam particularem, ergo uolens uniuersalem, omne. s. uolitum a deo, uult etiam hoc uolitum a deo scitum esse tale. ¶ Et nota, q̃ habitus, & habitualiter non accipitur hic proprie pro qualitate genita ex actibus frequẽtatis, sed largius pro omni dispositione uoluntatis, quæ parata est uelle actualiter obiectum sibi sufficienter præsentatum. Nam uoluntas antequam habuisset actum uolendi omnia, quæ deus uult, siue hoc particulare uolitum a deo, tenetur habitualiter hoc uelle, & tamen non tenetur habere qualitatem ex actibus genitam, cum nullus actus præcesserit. ¶ Dicitur notanter in propositione, non actualiter: quia posset uoluntas apprehenso aliquo a deo uolito non esse deliberata, aut distracta circa alia. Posset etiam suspendere actum suum, & præcipere intellectui, ut magis deliberaret. Nam actus prænenientes deliberationem, non sunt in hominis potestate, ideo ad illorum moderationem subitam homo non obligatur. ¶ Concessum etiam est humanæ infirmitati, ut dicunt doctores: si euenit aliquid triste, & pœnale motu quasi subito, & naturali: illud nolle, & quasi disconueniens refugere. Cum autem ratio accedit, & q̃ huiusmodi euentus causa est diuina uoluntas attendit, tunc uoluntate talem deliberatam cognitionem consequente, tenetur se conformare uoluntati dei uolendo illud triste, & pœnale. Vnde beatus Aug. Si qui recto sunt corde, quandoq; corde mortali priuatim aliquid uelint, quod suæ causæ negocio, uel præsenti necessitati conuenit, tamen quam cito intellexerint, aut cognouerint deũ aliud uelle, præponunt uoluntatẽ oĩpotentis suæ uolũtati infirmæ: & uoluntatem dei uoluntati hominis. Vnde homo Christus ostendit quandam priuatam hominis uoluntatem patri, dicens. Si fieri potest, transeat a me calix iste. Hæc humana uoluntas erat proprium aliquid, & priuate uolens. Sed quia rectum corde uoluit esse hominem: & quicquid in eo aliquantulum curuum esset, dirigere ad Deum, qui semper rectus est, subdit. Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu vis pater. ¶ Dicitur etiam nisi reuelatio, aut præceptum dei &c. quia posset Deus reuelare Petro: q̃ non uellet eum uelle mori patrem, quem tamen deus ipse uellet mori. In quo casu teneretur Petrus uelle patrem suum non mori, licet sciret Deum ipsum uelle mori. ¶ Dicitur notanter in particulari cognitæ: quia ut supra dictum est, potest bonus filius patrem suum uelle uiuere, quem deus uult mori, dum ignorat hanc dei uoluntatem. Vnde licet pater grauissima laboret, ac desperata infirmitate, adhuc filius potest uelle patrem uiuere. Potest etiam uitæ remedia quærere medicorum opere, & alijs licitis uijs, tum quia nulla infirmitas est euidens signum: q̃ deus uelit patrem mori, qui potest etiam mortuos resuscitare, & uocat ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt. Sẽperenim dubitare potest filius, an deus uelit patrem suum mori, ad minus pro illo, uel isto instanti. Ideo donec mortuus nonfuerit, remedia longioris uitæ licite quærere potest. Et sic suo modo in alijs potest quilibet quærere diffensionem, ac refugium contra insidiantes, oppugnantes, opprimẽ-

O Auguſt.

tes, licet deus uelit eum sic tentari, & damnificari, quamdiu ignorat, utrum deus hoc uelit, aut quamdiu, & usquequo hæc uelit, semper tamen manere debet habitualis illa conformitas uoluntatis mediata, de qua loquitur propositio tertia ut semper sit paratus animo patienter ferre, si nosset deum

P hæc simpliciter uelle. ¶ Sed hic quæri potest, per quid nobis innotescere potest uoluntas dei beneplaciti, & consequens. Respondetur, ꝙ duobus modis possumus certe cognoscere deum aliquid uelle nunc esse, uel fuisse, uel futurum fore. Vnus est diuina reuelatio. Sic certe prophetæ nouerunt præterita, præsentia, & futura. Sic Moyses nouit mundi creationem, quam posteris descripsit, quæ longe fuit præterita. Sic Petrus nouit precium, quod fraudauit Ananias consentiente Saphyra. Sic Heliseus prophera nouit Giezi tenere uestes, quas Naaman dederat, & munera. 4. Reg. 5. Sic nos certe credimus futurum iudicium, Antichristi persecutionem: & mortuorum resurrectionem. Alio modo cognoscitur hæc diuina uoluntas ipso facto, aut operatione. Cum enim diuina uoluntas omnium rerum existentium est autor, & nihil omnino fieri potest eo nolente, eo ipso, ꝙ aliquid fit, uel factum est, certe noscimus Deum hoc fieri, uel factum esse uoluisse. Et hæc notitia tantum extendit se ad præterita, & existentia: non ad futura. Vnde certi sumus, ꝙ quæcunq; circa nos fiunt: siue prospera, siue aduersa: ut abundantia temporalium in frumento, & uino: diuitiarum affluentia, corporum sanitates, honorum sublimationes. Similiter & hominum clades, guerræ, pestes, terrarum depopulationes, paupertates, ærumnæ, amicorum interitus, & similia, omnia deo uolente, & faciente hæc fiunt, ut supra tactum est. ¶ Ex quo Q sequitur, ꝙ in omnibus supradictis ita tenemur nostram uoluntatem diuinę conformare uoluntati, ut omnia hæc dñ fiunt: seu accidunt, nobis placeant: eaq; sic fieri uelimus tanquam uolita a deo suæ rectissima, & iustissima uolũtate. Hoc etiam docemur Eccl. 39. Benedicite dominum in operibus suis. Et dicetis in confessione. Opera domini uniuersa bona ualde. Opera enim domini exquisita sunt in omnes uoluntates eius. Et iterum in psal. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Super quo Aug. Nunquid solum, quando tibi benefacit, quando abundant temporalia, multum frumenti uini, & olei, auri, & argenti: pecorum, domorum, tunc benedices? Non: sed in omni tempore: ergo & tunc, quando illa secundum tempus, & secundum flagellum dei tribuebantur, auferuntur, & minus nascuntur, & iam nata dilabuntur, & exinde sequitur egestas, labor, & dolor, ac tribulatio, tunc qui cantas: benedicam domino in omni tempore: benedic, & qñ illa tollit: quia ille dat, & ille tollit: sed seipsum a benedicente non tollit. De illis uerò, qui se non conformant diuinæ uolunati, dicit propheta. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. super quo glo. laudabit te o Deus, cum benefeceris ei: & solum in prosperis, & blasphemat in aduersis. Non dicit, qualis est, ut sanctus Iob. Si bona suscepimus de manu domini, mala cur nõ sustineamus? Et iterum. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit: ita factum est: sit nomen domini benedictum. ¶ Sed dicis: ergo R placere debet incendium, & ita nonne ut extinguendum, dum in domo, uel in ecclesia oritur, nec muniendus est locus contra hostium insultus: nec defendenda patria: sed nec instituendæ processiones: ac orationes publicæ ad Deum fundendæ sunt tempore pestilentiæ, & guerrarum, quod est contra usum ecclesiæ. Si enim tenemur illa uelle: non sunt nolenda: & ita nec ét, ne sint orandum est, aut agendum. Item sic deberent nobis placere peccata, homicidia, adulteria, furta, comessationes, ebrietates, impudicitiæ, & cætera maleficia & peccata. Quoniam illa sicut cetera supradicta non nisi Deo

Per quid nobis pôt innotescere uoluntas Dei beneplaciti & cõsequẽs.

Actum. 5.

4. Reg. 5.

Eccl. 39.

Augus.

Psal. 48.

uolente

uolente fiunt, si enim fieri nolet, fieri non possent. Ad primum dicitur, q̃ supradicta pœnalia, & aduersa, dum fiunt, aut facta sunt, placere debent tanquam a deo iusta uoluntate facta. Sed quia dubium nobis est, quamdiu dominus uelit, ut maneant, possumus uelle, ut cessent. Vult enim quandoque dominus incendium oriri, & non continuari. Vult etiam quandoque hostes insurgere, & contra aduersum iustos, & non nocere, sed ab eis, quibus nocere moliuntur, repelli. Et ideo munienda sunt loca, instituendæ processiones: extinguenda incendia, non, ut non sint orta. Frustra enim hæc fierent, cum præteritum reuocari non possit, ut non fuerit, nec quod est, caueri, ut non sit, cum omne, quod est, quando est necesse, sit esse in sensu composito. sed agendum est, & orandum, ut ea tollatur, ut non permaneant, hoc enim an deus uelit: quia nobis incognitum est, orandus est, ut uelit; quia forte ideo oriri uoluit, ut ad orationem nos excitaret: & nos exaudiendo nobis suam charitatem ostenderet: & per hoc dilectionem in nobis ad se habendam excitaret. Quod eum fecisse innumeræ scripturæ testantur. Sic induruit Pharaonem, ut potentiam suam populo liberando ostenderet, & eos prosequi permisit usque ad mare rubrum, ut eos mirabiliter liberatos, ad sui cognitionem, & amorem erudiret, ut habetur in Exo. Et per hoc patet: q̃ si oritur incendium: laborandum est ad extinctionem: ne permanendo absumat, licet non sit uolendum, ut non sit ortum, quia hoc ipsum, quòd ortum est: certum est deum uoluisse, non autē certū, q̃ deus ipsum uelit permanere, augeri, uel ad nondum incensa protendi. Si autem certum foret per reuelationem aliquam, Deum uelle totam ciuitatem incinerari, aut ab hostibus capi, nequaquam resistendum foret: nec laborandum ad ignis extinctionem, aut hostium repulsionem, aut orandum pro pestilentiæ ablatione &c. Sic peccauerunt iudæi nolentes ciuitatem Hierusalem, & seipsos tradere Regi Nabuchodonosor ad denunciationem Hieremię, ut habetur Hiere. 38. q̃ Ad secundum respondebitur infra; cum docebitur de uoluntate signi, quod est permissio. Sed diceres, quid si Deus reuelaret alicui præscito, q̃ damnandus esset, nunquid talis præscitus uelle deberet suam perpetuam damnationem? Hoc enim esset contra legem dilectionis, qua tenetur seipsum diligere ad salutem. Ad hoc respondet Greg. de Arimino. 4. ulti. 1. sententiarum. Supposito inquit, q̃ talis reuelatio a Deo possit fieri (quod est satis dubium) Dicendum uideretur; q̃ nisi Deus uellet huiusmodi hominem non uelle suam damnationem, & hoc sibi constaret, ipse sciens dei uoluntatem, deberet contentari, & uelle, q̃ eum Deus damnaret, ex quo sic esset placitum deo: & hic actus procederet ex maxima dilectione dei, nec esset culpabilis, sed laudabilis. Et ulterius uidetur dicendum, q̃ in tali casu non esset sibi licitum pro finali salute sua orare, sed simpliciter de diuino iudicio deberet contentari. Et huic fauet dictum B. Augustini 21. de Ciuitate Dei. c. 24. Vbi eius sententia est, q̃ pro nullo nisi uente finaliter reprobato ecclesia oraret, ut saluaretur: si de eius reprobatione esset certa. Aut enim. Si de aliquibus ita ecclesia certa esset, ut qui sint illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac uita sint constituti; tamen prædestinati sunt in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro ipsis non oraret, quam nec pro seipso. & hoc late declarat ibidem. Et intelligendum est, quod dictum est, in casu, in quo quis est certus Deum sic absolutè, & non solum conditionaliter uelle. q̃ Illa autem propositio quarta quibusdam uidetur dura. Vnde arguunt contra eam. Voluntas non tenetur omnia uelle, quæ deus uult. etiam quæ nouit deum uelle, ergo propositio illa est moderanda, & non sicut iacet est uera. Antecedens probatur, quia si teneretur omnia uelle, quæ nouit deum uelle, aut hoc est ex natura uolito-

Exod.

Hier. 38. S

Grego.

Augus.

Vtrum sciēs si damnandum teneatur uelle suam damnationem.

rum a deo, aut ex præcepto. sicut enim nihil est malum nisi secundum se, uel ex prohibitione superioris: & per consequens ex se cauendum, uel ex prohibitione, sic nihil est necessariò uolendum, nisi ex se, uel ex præcepto superioris in proposito, uel ex præcepto deitsed rem uolitam a deo non semper tenemur uelle ex natura rei, puta damnationem patris, quia sic teneremur eam uelle, etiam si deus eam per impossibile uellet non tanquam rem per se bonam, quod est absurdum, neque ex præcepto id tenemur: quia nusquam legimus tale præceptum. Preterea si tenemur conformare uoluntatem nostram uolûtati diuinæ, sic subditus teneretur uoluntatem suam conformare uoluntati sui prælati, in his, in quibus est sibi subditus, sed ille non tenetur facere, uel uelle id, quod prælatus uult fieri ex eo solo: ꝙ prælatus uult hoc fieri, sed ex hoc, ꝙ prelatus uult subditum hoc uelle, uel facere. Ita uidetur in proposito. Illud tantum tenetur uoluntas hominis uelle, quod deus uult eum uelle, & non uniuersaliter quicquid deus uult. ¶ Huius sententiæ est Durandus circa primum sententiarum: & uidetur consentire B. Thom. 1. 2. q. 19. artic. 10. Et allegatur ad idem Ansel. lib. de similitudinibus dicens non debere nos uelle semper quod deus uult, sed uelle, qđ Deus uult nos uelle. Item Aug. in Enchi. Deum congruit aliquid uelle, quod non congruit hominis uoluntati uelle. Et allegat idem magister dist. ult. primi. Et secundum hoc dicunt, ꝙ si deus alicui absolute reuelaret suam damnationem, non teneretur talis uelle suam damnationem. Quia licet sibi innotesceret, ꝙ deus uellet suam damnationem, non tamen ex hoc innotesceret deum uelle, ꝙ damnandus uellet suam damnationem. Et secundum illos loco propositionis quartæ suprapositæ, ponitur hęc propositio, quæ ẽt apud priorem opinionem uera est. ¶ Voluntas hominis uiatoris ita tenetur se conformare diuinæ uoluntati in uolito, ꝙ non debet remurmurare oppositum uolendo simpliciter, & deliberate ei: quod scit deum uelle, secus ex conditione. Probatur conclusio, quia uoluntas uiatoris uolendo scienter iniustũ, peccat, & est iniusta. Sed uoluntas uolens oppositum ei, quod iustum est, scienter uult iniustum, ergo est iniusta. Vltra. Omnis uoluntas uolens oppositum ei, quod uult deus, uult quod scit, uel scire debet esse iniustum, ergo est iniusta. Antecedens patet, quia omne, quod deus uult, eo ꝙ uult, iustum est, ergo eius oppositum iniustum. Item quilibet uiator tenetur ad deum super omnia diligere: ergo tenetur uelle, quæ nouit dominum deum uelle, & ita non remurmurare. Consequentia tenet, quia secundum Tullium. Amicitia est idẽ uelle, & idem nolle in rebus honestis. Omnia autem, quæ deus uult, iusta sunt, & honesta. Et hęc ratio etiam probat priorem propositionem. Item uolens contrarium ei, quod deus uult scienter, & deliberate, repugnat diuinæ iustitiæ. hoc autem non licet, ergo antecedens pro prima parte patet. Volens contra diuinam uoluntatem, uult contra legem æternã: & ita repugnat diuinæ iustitiæ, quæ est se secundum legem æternam, & per consequens peccat. Consequentia illa simul cum antecedente, patet per beatum Augustinum libr. 22. contra Faustum, qui diffiniens peccatum ait. Peccatum est dictum, factum, uel concupitum contra æternam legem. Et declarando subdit. Eterna lex ratio est, uel uoluntas dei. Item uolens aliqd non esse quod deus uult esse: uidetur quantum in se est, a deo tollere omnipotentiam. In eo enim, ꝙ uult oppositum, uult diuinam uoluntatem non esse efficacem, & ita non esse omnipotentem. ¶ Dicitur notanter simpliciter, quia ex conditione posset oppositum uelle. ut potest uelle non pati certos aduersitatem: si non demeruissent talem, uel talem tribulationem, ꝙ eam non paterẽtur. Sic & uirgo gloriosa, & sancti noluerunt passionem Christi

Durandus. B. Thom. Ansel. Augustí.

V

Qđo uol tas homi tenetur conform diuinę u tati.

mani

sub conditione, si non peccasset homo, quam tamen noluerunt propter humani generis redemptionem. Ceteræ conditiones patent. ¶ Verum uolens seruare primam opinionem, quæ est sancti Bonauen. Gregorij de Ari. Ockam & aliorum plurium, facile responderet ad rationes in contrarium factas. Ad primam diceret, quòd uoluntas uiatoris tenetur uelle, quicquid nouit deum uelle ex præcepto dei, quo præceptum est diligere deum super omnia. In hoc præcipitur etiam uelle omnia, quæ deus uult, cum diligentium sit idem uelle, & nolle. ¶ Ad secundam diceret, q̃ non est simile de subdito respectu sui prælati, & subdito dei: quia non tenetur subditus suum prælatum plus seipso diligere, sicut tenemur deum diligere. Etiam prælatus habet superioritatem in corpus tantum, non in animam, ideo sufficit ibi exterior, & corporalis obedientia. Sed deus habet plenum dominium in animas, & corpora, qui magis requirit interiora mentis obsequia quam corporis exteriora. Hæc autem maximè consistunt in conformitate uoluntatis uiatoris, cum diuina in uolito idem uelit, & nolit. De secunda conformitate in uolendi actu: hoc est, q̃ uelit, quicquid deus uult eum uelle. Dicendum est sicut de uoluntate signi: quia non aliter potest hoc nobis innotescere, quid deus uelit nos uelle, nisi per signa, scilicet præcepta, prohibitiones, aut consilia. Ideo simul tractabitur cum uoluntate signi lectione sequenti. De uoluntate antecedente dicitur breuiter, quòd uiator non tenetur, se conformare illi, nisi esset præceptum de uolendo illud, quod deus tali uoluntate dicitur uelle. Gratia exempli. Voluntate antecedente uult omnes saluos fieri, uult & omnes homines perfectos esse, quia ad utrumque dat antecedentia arbitrium liberum, & gratiam. Sed primò addit præceptum, secundò consilium. Ideo primum tenemur uelle, non secundum, sicut infra dicetur de uoluntate signi. X

DE HIS VERBIS SICVT IN cœlo, & in terra.

LECTIO LXIX.

OSTENSO utcunque quemadmodum uoluntatem nostram conformari oportet diuinę uoluntati beneplaciti consequenti, quod est se conformare uoluntati dei in uolito, consequenter uidendum, quomodo nostra uoluntas debet conformari uoluntati signi. Quo etiam patebit, quomodo debemus nos conformare uoluntati diuinæ beneplaciti in actu, id est in eo, quod uult nos uelle. Nam conformando nos præceptis, & consilijs, hoc uolumus, quod ipse uult nos uelle. Quicquid enim uult nos uelle, per eius præcepta, & consilia, nobis innotescit. Similiter quod uult nos nolle, seu non uelle: per eius prohibitiones manifestat. ¶ Sed hic statim oritur dubium. Vnde nobis innotescunt dei præcepta, prohibitiones, & consilia. Ad quod respondetur, quòd multis modis hæc nobis insinuantur. Primò per naturalis rationis dictamen, & iudicium. Hęc enim est lex naturalis, & regula nostrę uoluntatis: nunquam discordans a regula diuinæ rationis: quantum ad prima agendorum, & uitandorũ principia practica. Hãc.n. deus A

Roma.2. contulit homini, ut semper ad optima deprecetur. Vnde & Apostolus ad Roma. secundo. Cum gentes, quæ legem.s.scriptam, non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Huius enim legis naturalis principia sunt immutabilis rectitudinis a Deo, ut contra ipsa nulla alia lex statuta ab homine recta esse possit. Quod utique uerum nō esset, nisi esset conformis rectitudini diuinæ uoluntatis. Recta itaque ratio a deo nobis indita suo dictamine, & iudicio nobis insinuat diuina præcepta, & cōsilia. Concordat enim per omnia diuinæ uoluntati & rationi. Vult enim deus nos illi obtemperare. Eterna enim lex naturalem ordinem seruare iubet, perturbari uetat, ut dicit Augustinus 22. lib. contra Faustum. Hic ordo est: ut omnes actiones, moresque hominis sint rationi subiectæ. Vnde & Augustinus libro primo de libe. arbi. Non ordo rectus, uel omnino ordo appellandus est, ubi deterioribus meliora subijciuntur. Et sequitur. Ratio cum irrationabiles animæ motus regit: id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege deberur, eamque æternam legem comperimus. Dictamen igitur rectæ rationis manifestatio est legis diuinæ. ¶ Secundò nobis notificatur diuina lex præcepta continens, prohibitionem, & consilia: per scripturam sacram. Hæc enim pandit, quæ deus præcipit: prohibet, & consulit. Vnde Hieronimus in epistola ad Demetriadem uirginem. Diuinas scripturas sæpius lege, immo nanq; de manibus tuis sacra lectio deponatur. Scio in sacris scripturis, per quas solas poterit planè dei uoluntatem intelligere, quædam prohiberi, quædam præcipi, quædam concedi, aliqua suaderi. Et beatus Gregorius in moral. Fidelium mentes per scripturam sacram os dei inuentur, quia deus per eas loquitur, quod uult ab ore eius fieri manifestum. Et Chrysostomus super Matth. In sacra scriptura inuenit ignorans quid discat, contumax qd timeat. ¶ Tertiò innotescit dei uoluntas per consuetudines rationabiles, institutiones, & traditiones uniuersalis ecclesiæ, cui.s. ecclesiæ in apostolis missus est spiritus sanctus, ut ipsam doceret omnem ueritatem, qua propter in his, quæ credenda proponit, & agenda præcipit, non creditur a diuina lege errare. Rursum non solum ex traditionibus uniuersalis ecclesiæ, sed ex præceptis, & constitutionibus etiam patrum, & ecclesiæ prælatorum, quorum est diuinorum habere scientiam, & uoluntatem, ac legem explicare. Vnde & dominus de lege sua hæsitantes, remisit ad sacerdotes di. Si aliquid ambiguum fuerit in lege, aut difficile, uenies ad sacerdotes leuitici generis, quærens ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies, quæcunque dixerint, qui prosunt loco, quē elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Sequereisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Deutero. 17. Et alibi. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius. Vnde & Christus saluator iussit audire illos, qui cathedras tenent, & ceteris præsunt. Omnia (inquit) quæcunque dixerint uobis, seruate, & facite. quasi.s. ipsi doceant, & sciant dei uoluntatem. ¶ Quartò etiam quandoque cognoscitur dei uoluntas & lex per effectus dei, quia per hoc, quòd Deus punit aliquos actus hominum, arguitur, quòd hominem sic agere sibi displicet. Et per hoc, quòd aliquos tales præmiat bona conferendo, cognoscitur, quòd actus illi deo placuerunt. Ita displicuit deo numeratio populi facta per Dauid, pro quo grauiter punitus legitur secundo Regum uigesimoquarto. Placuit domino zelus Phinees propter quod sibi contulit sacerdotium sempiternum, & toti populo repropitiatus est: ut habetur. Numeri uigesimoquinto. ¶ Quibus præmissis sequuntur aliquæ propositiones ostendentes, quomodo nra uoluntas tenetur esse cōformis uoluntati

Augustinus

Augustinus.

B

Vnde innotescunt nobis diuinæ prohitiones præcepta & consilia.

Hiero.

Grego.

Chrysost.

Malach. 2. Deut. 17. Matth. 23.

2. Reg. 24.

Numeri 25.

C

diuinæ

diuinæ signi. Et hęc est propositio prima. Voluntati signi cognitæ, quę est præceptio, & prohibitio, tenetur uiator suam uoluntatem conformare, ut uelit iussa modis, quibus præcepta sunt perficere, & prohibita cauere. Patet propositio per illud. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Item quilibet uiator tenetur Deum diligere ex toto corde, & super omnia. Sed hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Et qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Dicitur cognitæ, quia si inuincibili ignorantia laboraret, excusari posset. Dicitur etiam modis, quibus præcepta sunt, quia aliter præcepta sunt affirmatiua, aliter negatiua. Nam affirmatiua præcipiuntur pro loco, & tpe. Negatiua prohibentur pro semper: hoc est ita tenetur uiator se conformare uoluntati signi præcepti, ut uelit, quæ præcepta sunt, perficere omnia pro illo tamen tempore, & loco, & modo, quo præcepta sunt. Sed ea, quæ prohibentur simpliciter pro omni loco, & tempore cauere. ¶ Sed di. hic aliquis. Deus præcepit aliqua, quæ tamen non uult fieri, neq; antecedenter, neq; consequenter. Similiter quandoq; prohibet aliqua, quæ uult fieri, ergo uidetur, q̃ non teneamur illa facere, quæ præcepit nec ea uitare, quæ prohibet. Primum patet de Abraam, cui præcepit, q̃ filium suum immolaret: quod tamen fieri noluit, ut docuit effectus. Secundum patet, quia Christus curans surdum, & mutum: præcepit astantibus: ne cui dicerent, & quanto plus percipiebat, tanto magis illi prædicabant, in quo prohibuit publicationem miraculi: & tamen ipsam uoluit, ut facti docuit, cum miraculum publicantes non arguantur, ut præcepti transgressores. Respondetur concedendo: q̃ res a Deo præcepta non est semper uolita uoluntate beneplaciti, & res prohibita non est semper ab ipso nolita uoluntate beneplaciti: & res nolita, ut dictum est lectione præcedente. Sed nihilominus tenetur homo uelle, quod præcipit, & nolle, quod prohibet, quia q̃is non semper uelit sua præcepta adimpleri uoluntate consequente: tamen uult nos semper ad præcepta obligari. hoc est uult nos obligari ad uolendũ ea, quæ præcepit. Et hoc præsertim, dum non constat de uoluntate beneplaciti consequente opposita. ¶ Et si iterum replicatur: tunc illa præcepta, quę uult non obseruare, essent signa falsa. Sicut signa intellectus non sunt uera, nisi sic sit in re: sicut ipsa significant. Ex eo enim, q̃ res est, uel non est: oratio uera, uel falsa dicitur. Sic & uidetur de signis uoluntatis, q̃ illa præcepta ficta sint, quę præcipiens non uult obseruari, seu impleri. Qui enim indicat se uelle, quod non uult, fictus uidetur, quod deo non conuenit. Ad hoc respondetur secundum aliquos, q̃ præcepta dei etiam illa, quę generaliter omnibus data sunt: ut præcepta decalogi: non sic sunt signa uoluntatis diuinæ, quòd res præcepta sit simpliciter uolita uoluntate consequente. Sic n. omnia præcepta ab oibus seruarentur: sicut generaliter uoluntas beneplaciti consequens semper adimpleretur. Sed sufficit: q̃ res præcepta sit uolita uoluntate antecedente. Sic. n. dedit mandatũ de dilectione sui, quam uult uoluntate antecedente, quia oibus dedit naturalia dona, & auxilia, quibus ferri pñt in deum dilectione, quam percepit. Et ita in proposito dicunt de mandato Abraę specialiter facto, q̃ deus non uoluit immolationẽ filij eius uoluntate consequente, q̃is ipsam uoluit uoluntate antecedente. Et ex hoc secluditur fictio a præcepto, & præcipiente: quia uriq; uult, qđ pcipit, etsi non semp executiue sit antecedenter. Sed tenẽdo secũdũ supradicta, q̃ deus noluit immolationẽ Isaac uoluntate antecedente. Dicẽdũ, q̃ adhuc nõ est præceptum fictũ: nec præceptor fictus, quia hoc pceptũ non est signum uoluntatis Dei, quasi deus uelit rem, quã præceptũ significat, sed est signũ obligationis, quo uult obligari subditum ad faciendum illud, quod percipitur. Et secundũ hoc

Matth. 19. 1. Ioh. 5. Ioh. 14.

Gen. 22. Matth. 7.

D

De immolatiõe Abrae.

Abraam exhibuit suam obedientiam uolendo filium suum immolare. ¶ Hoc planius potest sic exprimi. In præcepto dato Abrae est attendere uerba præcipientis, & intentionem præcipientis. Præceptum illud secundum mentem præcipientis prætendebat obedientiam Abrae fieri notam ceteris in exemplum, & non immolationem filij, quam præcepti uerba significabant. Quẽadmodum & prælatus religiosus quandoq; præcipit fratri suo aliquod arduum, quod tamen per ipsum non uult adimpleri: ut experiatur obedientiã fratris. unde cum uiderit fratrem uelle præceptum adimplere, reuocat præceptum. Nec tamen in hoc prælatus præcipiens est fictus: quia quod intendit per p̃ceptum. s. probationem, & meritum fratris: uerè executus est: nec p̃ceptum fictum, & inutile est, quia propter fratris obedientiam cedit fratri in meritum: licet reuocatus non exequatur. Et si tam largè' acciperetur fingere. i. ualere tantum dare signum, q̃ aliquis aliquid uelit fieri (quod tamen dans signum non uult fieri) in utilitatem, & profectum eius, cui fit signum: non repugnat diuinæ sapientiæ ac iustitiæ fingere: immo sic fingere sæpius bonum est, & utile. Et in proposito hæc fictio multum profuit Abrae quantum ad obedientiam, quam ostendit, quam per hoc p̃ceptum dñs pronocauit. Sic & Christus finxit se longius ire: ad excitandum charitatem, & opus misericordiæ discipulorum, quibus loquebatur. De secundo, quod inductum est de surdo, & muto, cuius curationum miraculosam, ne promulgaretur, p̃cepit, aliter dicendum. Nam illos, quibus p̃cepit ne cui dicerent, noluit obligari ad non faciẽdum, quod prohibuerat: seu ad uolendum non facere sicut uoluit obligare Abraam per p̃ceptum sibi datum. Tunc. n. fuissent hi, qui tantò amplius clamabant, bñ oia fecit: surdos fecit audire, & mutos loqui: quanto Xp̃s p̃cipiebat, ne dicerent, transgressores. Sed ut dicit Durandus illud proponebatur magis, ut documentũ, q̃ ut p̃ceptum, ut patet p glo. Aug. Vnde per hoc instruuntur benefacientes, ut ex beneficentia non quant gloriam mundi. Instruuntur & beneficiati, ut non sint ingrati. Et hoc Xp̃s figurabat in se, & in alijs, quibus loquebatur, ut. s. fuga sit propriæ gloriæ in benefactoribus, & in fuga ingratitudinis in beneficiatis. Et sic sermo uerus est sine fictione: & hoc modo figuratiuo. Et si diceres. Cum similis sit prolatio uerborum, quibus hic p̃cipit, cui dicerent, & eorum per quæ discipulis, coram quibus transfiguratus est in monte p̃ceperat, ne uisionem, quam uiderant, cuiquam dicerent, donec filius hois a mortuis resurgeret, per quid illi intellexerunt uerba p̃ceptiua non est p̃ceptum, isti similia susciperent, ut p̃ceptum. Potest dici, q̃ dominus, qui loquebatur foris, illuminabat mentes utrorumq; ad intelligendum, qua intentione, ac quo intellectu hæc, & illa protulerit. Hoc quo ad tunc p̃sentes Christo loqui. Quoad nos propter quos scriptum est: intellectum colligimus ex his quæ circunstant scripturam, sicut dicit August. lib. 83. q. 69. Solent circunstantes scripturarum illuminare sententiam &c. ut supra allegatum est lect 39. Cum enim illi ad uerbũ Xp̃i prohibentis amplius laudabant dominum, ipsi p̃ceptum ad literam seruabant, & uterq; commendatur, colligimus utroq; intellexisse intentionem domini p̃cipientis. ¶ Secunda propositio. Voluntati signi, quod consilium dicitur, uoluntas uiatoris conformare se tenetur, non ut perficiat: sed ne cõtemnat. Primum patet, quia de his dicit dominus. Qui potest capere, capiat. q. d. non obligo ad perficiendum, sed consulo, ut qui potest seipsum uincere: faciat. Non enim consilia euangelica obligãt, alioquin & ipsa p̃cepta essent: sed uiam perfectionis tanquã magis expeditam ostendunt. Vnde ait dominus. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Quod uerum est, nisi quis

E

Luc. ult.

August.

August.

F

Matth. 19.

Ibidem.

uoto se astrinxisset sicut clerici in sacris, & religiosi ad continentiam, quibus propter uotum sponte emissum, consilium factum est præceptum, secundū illud. Vouete, & reddite. primum consilij secundum est præcepti. Secundū patet, quia tenemur non spernere, sed amplecti tanquam utilia, & expedientia ad beatitudinis consecutionem. Qui enim spernit consilium, spernit consulentem. Et qui indicat aliquod consilium inutile, & uanum, aut reputat cōsulentem malicioſum, aut insipientem, quæ nefas est cogitare. ¶ Tertia propositio. Eisdem modis, quibus tenemur nos conformare uoluntati consequēti diuini beneplaciti, tenemur nostram uoluntatem conformare diuinæ operationi, quæ dicitur uoluntas signi. Patet, quia operatio diuina certum signum est uoluntatis diuini beneplaciti, ut supra habitum est. Quicquid n. deus operatur, illud est ab eo uolitum, uoluntate beneplaciti consequente. Siquidem nihil operatur nolens, aut ignorans. ¶ Quarta propositio. Voluntati signi, quæ est permissio, conformari non debemus, ut eadem faciamus, aut in alijs similia permittamus. Patet hæc propositio, quia illa quæ deus permittit (ut permissio est signum distinctum ab alijs diuinæ uoluntatis signis) mala sunt, quæ deus non impedit. Mala autem nec facere debem⁹: nec permittere in alijs, saltem omnia uniuersaliter. Alioquin deberemus uelle peccata, & diuinam offensam. Hæc enim permittit deus. Vnde Hugo lib. 1. de sacramentis part. 4. Deus permittit mala, & malus non est, quia malum ad bonum, & decorem uniuersi, nouit optimè reformare. Rex autem, & prætus malus censendus est, si sine periculo maioris mali malum fieri non prohibet, & impedit, sed permittit. Tenemur tamen, & obligamur contra Dei permissionem non murmurare, quia iustissimè, & sapientissimè permittit iuxta sua occultissima iudicia, & abyssum suæ sapientiæ infinitę. In signū cuius, & filijs Israel contra dominum murmurantibus pœna grauis nunciatur. Vnde Nume. 14. Omnes, qui numerati estis a uigesimo anno, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam leuaui manum meam, ut habitare uos facerem. Vnde & Apostolus hortatur. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. Et tantum de primis modis conformandi se diuinæ uoluntati. scilicet uolito, & in uolendi actu, quod est in eo, quod uult nos uelle, quæ sua uoluntas nobis innotescit per signa suæ uoluntatis. ¶ De tertia uerò conformatione, quę est in modo uolendi. s. ea, quæ uolumus ex simili charitate, & propter eundem finem uelimus, ex qua, & propter quem deus uult: hoc est ex charitate, & principaliter, & finaliter propter deum, longiorem tractatum requirit. Sed hoc sufficit pro nunc, q̃ quotiens aliquid meritoriè uolendum est, necesse est, ut nostram uoluntatem diuinæ conformemus, modis supradictis; & ultra hæc etiam in modo uolendi, ita ut hęc ex charitate uelimus, & principaliter, & finaliter propter deum. Et quia non semper tenemur mereri, non tenemur nos semper conformare diuinę uoluntati in modo uolendi, quamuis nihil utilius sit uiatori, nihil iocundius comprehensori, quam sic se conformare summæ uoluntati. In hoc enim consistit omne meritum uiatoris, & fruitio comprehensoris. Vnde breuiter ad illam conformitatem tenemur, quandocunq; deum super omnia diligere actualiter obligamur. Et hęc de ista conformitate sufficiant. Et per hoc ad rationes in principio huius quęstionis præcedenti lectione adductas, respondetur. Ad primam, quæ arguit, quòd non tenemur nos conformare diuino intellectui intelligendo, ergo nec uoluntati uolendo. Dicitur, q̃ non peccamus assentiendo falso difformiter diuino intellectui uniuersaliter, aut semper, quia defectus ille, quo intellectus noster assentit falso, non est sem-

Hugo.

Nume. 14.

1. Cor. 10.

De conformitate uolūtatis nostræ ad diuinam in modo uolendi.

G

per ex his, quæ sunt in nostra potestate. Cogitur enim quandoq; falsis, & sophisticis rationibus, quas intellectus soluere deprehendendo defectum earum non potest. unde in his nullum peccatum committitur: sed tantum intellectus ligatur. Et ita non est in potestate intellectus semper se conformare diuino intellectui. Defectus autem uoluntatis, quo minus nostra uoluntas se conformat uoluntati diuinæ, est in nostra potestate, quia in nullo nostra uoluntas cogitur ad uolendum, siue nolendum quodcunque propter sui libertatem. Ea propter dum se non conformat diuinæ uoluntati: dum & ibi tenetur secundum præmissa iuste ad peccatum sibi imputatur. Hinc & de intellectu, quantum ad ea, quæ fidei sunt, & necessaria ad salutem, si se difformauerit diuino intellectui: peccatum in moribus est: quia hæc credere est in nostra potestate. Nam enim credit nisi uolens, ait beatus Augustinus. Ad secundum ad oppositum patet, quæ, & quomodo diuina uoluntas est regula nostræ uoluntatis, & per hoc, quod in his, in quibus est regula uoluntas nostra se conformare obligatur. ¶ Secundum omnes itaque hos modos, quibus nostra uoluntas diuinæ debet conformari uoluntati, petimus, ut fiat uoluntas Dei in nobis: dicentes, Fiat uoluntas tua. Petimus, enim hæc dicentes gratiam Dei, per quam sua uoluntas, nedum beneplaciti, de quo supra, sed & signi in nobis fiat, ut per gratiam tuam uniuersa præcepta tua intelligamus sine errore, memoriter teneamus sine oblitione, opere exequamur sine tempore. Sed & prohibita diligenter caueamus, ac consilia non spernentes feruenter amplectamur: uniuersa eius opera collaudemus, & in donis suis, ac prosperitatibus gratias agamus. In aduersis patientiam seruemus. In omnibus nosmetipsos exhibentes sicut dei ministros, per arma iustitiæ a dextris, & sinistris. Vt quoque in suis promissionibus non præsumamus nosipsos, aut nobis commissos negligentes, ac tua patientia abutantes, thesaurizemus nobis iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Sed nec tibi in malorum prosperitatibus quomodolibet remurmuremus. Sed in omnibus tuæ uoluntatis signis, secundum sanctissimam uoluntatem tuam, & iustissimam queremur. Fiat uoluntas tua in nobis, & in modo uolendi, ut quæcunque uolumus secundum te, & propter te, & in te, qui dominus noster es, & pater, principaliter, & finaliter ordinemus: secundum apostoli tui sententiam. Siue manducemus, siue bibamus, siue aliquid aliud faciamus, omnia in gloriam tuam faciamus. Et sic tua in nobis uoluntas fiat, ut ibi uiuentes & morientes: illis iungamur in cœlis, in quibus uoluntas tua semper & feliciter adimpletur. Vel secundum dominum Albertum, petimus quod in psalmus dicitur. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Dum præceptum implemus: prohibitionem caueamus: consilium amplectimur: operationem tamquam exemplum sequimur: & in permissione in bonum nobis fieri permittitur. in permissione enim quamuis, non uellit peccatum, quod permittit, tamen multum bonum, quod ex ordinatione illius mali in alio prouenit. Sicut non uoluit crudelitatem Decij, & aliorum tyrannorum: tamen uoluit ex hoc eluceſcere cunctis in exemplum patientiam Laurentij, & aliorum constantiam martyrum. Hæc dum nobis fieri oramus: corde, ore, & opere conemur perficere: probantes secundum apostoli exhortationem. Quæ sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Bona quidem in præceptis, & prohibitionibus. Beneplacens in consilijs, & exemplaribus operationibus. Perfecta autem in bono, quod in nobis de permissis in alijs malis elicitur. Hæc est uoluntas Dei, de qua dicitur. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Sanctificamur, dum sic quin-

Augustus.

Meditatio circa fiat uoluntas tua.

2. Cor. 6.

Rom. 2.

2. Cor. 10.

Roma. 12

tuplici

tuplici dei uoluntati conformamur. Tunc enim benigne nobiscum facit deus pater noster, qui est in cælis, quando nostram uoluntatem suæ uoluntati conformat, ut ædificentur muri Hierusalem: qui, de uiuis, & uoluntatem dei facientibus lapidibus instaurantur. Hæc Albertus. Sequitur. ¶ Sicut in cælo, & in terra. Proposita petitione simpliciter. Fiat uoluntas tua: eius perfectio specificatur, cum additur. Sicut in cælo, & in terra. Res enim perfecta, & magna petitur, cum ita uoluntas fieri optatur in terra, sicut in cælo perficitur. Vnde Cassianus ait Col. 9. Non potest maior esse oratio, quam optare, ut terrena mereantur cœlestibus coæquari. ¶ Exponitur autem hæc particula pluribus modis secundum diuersas cœli, & terræ acceptiones. Accipitur enim cælum, uel pro cœlestis patriæ incolis, uel pro superioribus portionibus rationis: pro sanctis hominibus, & iustis, pro superioribus mundi sphæris. De quibus etiam supra dictum est lect. 65. Primo modo exponitur. Fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. Fiat uoluntas tua: ut sint homines similes angelis: & sicut uoluntas dei ab illis impletur in cælo: ita etiam hi, qui sunt in terris, non suam sed eius uniuersi faciam uoluntatem. Huic expositioni consonat beatus Augustinus. Petitur, inquit, ut sicut dei uoluntas fit in angelis, qui cæli sunt, qui ipso perfruuntur, nullo errore obnubilante ipsorum sapientiam, nulla miseria impediente eorum beatitudinem, ita etiam fiat in terra in sanctis, id est hominibus iustis, qui sunt in terra, & de terra quantum ad corpus facti. Sicut tamen non dicit omnimodam similitudinem secundum proportionabilem æqualitatem, secundum quam conuenit oratoribus, & peregrinis. Hinc sanctus Tho. Petimus ut sicut cæli ciues conformant uoluntatem suam uoluntati diuinæ: ita & faciam homines in habitatione terræ sint. ¶ Secundo modo secundum glo. Mat. 6. exponitur de spiritu, & carne, siue superiori, & inferiori portione. Sic ergo petimus obedientiam carnis ad spiritum, ut caro spiritui non rebelletur, sed perfecte obediat. Vnde dicit: secundum spiritum, cælum sumus: secundum carnem, terra. Oramus igitur, ut sicut in cælo, id est in spiritu, sic in terra, id est in carne: fiat uoluntas tua, ut sit caro, & spiritus sint unus homo spiritualis, & simul ferantur in deum. quomodo propheta se totum dicit in deo iubilasse. Cor meum inquit, & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Petimus igitur secundum hoc: quod spiritus, siue ratio: quæ est superior pars hominis (& propter hoc cælum dicitur) suadet, & dicat secundum illud, quoad optima de præcaruit illi & caro, id est sensualitas: quæ est pars inferior hominis: & ideo terra nuncupata, & quæ aduersus spiritum concupiscit, consentiat, ut sic sublata dissentione rixæ, & aduersitate, quæ est inter carnem, & spiritum: caro obediat spiritui: & totus homo diuino beneplacito conformetur. Sic exponit beatus Cyprianus. Fieri petimus uoluntatem dei sicut in cælo, & in terra: quod utrumque ad consummationem nostræ uoluntatis pertinet, & saluti. Nam cum corpus e terra: & spiritum possideamus e cælo, & ipsi terra, & cælum sumus: & in utroque, id est in corpore, & spiritu ut dei uoluntas fiat oramus. Est enim inter carnem, & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, ut non quæ uolumus, ipsa faciamus: dum spiritus cœlestia, & diuina quæris, caro terrena, & secularia concupiscit, ideo petimus impense inter ista duo opus, & auxilio dei concordiam fieri: ut deo & spiritu, & carne uoluntas seruiat, quæ per eum renata est, & uiuificata. Et sequitur, quotidianis immo continuis orationibus hoc præstamur: ut sicut in cælo, & in terra uoluntatem dei circa nos fieri: quia hæc est uoluntas dei ut terrena cælestibus cedant: spiritualia, & diuina præeant. Hæc Cyprianus. ¶ Tertio modo exponitur de hominibus iustis, & peccatoribus: ita quod

per

Prima expositio de fiat uoluntas tua de cœlestibus

Secunda de spiritu & carne.

Aug.

Thom.

K

per cœlum intelligatur ecclesia iustorum, seu fidelium secundum legem cęli uiuentium: & per terram congregatio peccatorum terrena quærentium, pro quorum conuersione, & iustificatione orare debemus ex charitate: ut ad dei fidem cultum, & agnitionē ueniant: & ita cæli fiant. De hoc beatus Aug. in sermo. de oratione dominica dicit. Huius petitionis est alius sensus pius ualde. Moniti enim sumus orare pro inimicis nostris, qui terra sunt: quasi dicamus. Credant inimici nostri, sicut & nos in te credimus. Terra sunt: ideo nobis aduersantur. Cęli fiant, & nobiscum erunt. Hunc etiam intellectum tangit beatus Cyprianus, ut recitat beatus Aug. ibi de dono perseuerantię di. Vidit & alium in his uerbis sensum, beatus martyr Cyprianus, ut scilicet pro infidelibus, qui sunt adhuc in terra, terrenum tantum hominem portantes, orare intelligantur fideles: qui cælesti homine inducti: non immerito cælinomine intelligantur, unde sensus est secundum eum. Fiat uoluntas tua in infidelibus, sicut in fidelibus. Et post subdit. Non tantum pro fidelibus, ut augeatur in eis, uel perseueret fides, uerum etiam pro infidelibus ut habere incipiant, sancta ecclesia orat, ut qui adhuc sunt prima nativitate terreni, incipiant esse cęlestes ex aqua, & spiritu nati. Huic concordat etiam beatus Chry. super Mat. ḡ. Hinc dominus pro orbe terrarum orationem cuilibet nostrum imposuit. Neq; enim dixit. Fiat uoluntas tua in me, uel in nobis, sed ubicunq; terrarum: ut soluatur error, plantetur ueritas, & expellatur nequitia uniuersa, & reuertatur uirtus: ut in nullo iam differat cęlum a terra. Si enim hoc fiat, nihil distabunt, quæ inferius sunt ab his, quæ superius: etsi natura differant angelos alteros terra nobis ostendente. Hæc dicit: quia homines sic cęlestem in terris uitam agentes similes erunt angelis: non natura terrestri, sed conuersatione cælesti. Quarto modo exponitur, intelligendo per cælum, hoc materiale cęlū: & per terram hominis in terra constituros, ut sit sensus. Fiat uo. tua sicut in cælo, & in terra. i. sicut illa, quæ in cælo materiali sunt tuę parent uoluntati sibi & homines hoc ipsum ostendant. Illa enim quæ ibi in cælestibus spheris sunt: dei ordinationem nequaquam transgrediuntur. Sol enim iuxta de constitutum continue mouetur de oriente in occidentem, & ad dei nutum contra cursum naturalem diuino beneplacito obedit, stando tempore Iosue, retrocedendo tempore Ezechię. Cęteræ quoq; stellæ spherę & planetę, dei ordinationi in suo cursu obediūt. Ita & in nobis petimus, ut nihil dei præcepti contrarium inueniatur: sed ut perfecte illi obediamus. Nunc currendo de uirtute in uirtutem: nunc stando perseueranter ac fortiter contra omnes Christi inimicos in bono: nunc retrocedendo per conuersionē a uita peruersa, & perditis moribus. Vel sic. Fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. i. si in cælo est fertilitas secundū diuinum beneplacitum, & institutum causaliter. s. & in terra idipsum ab hominibus acceptetur: ut contra prouidentiam diuinam non remurmurent: neq; contra ipsius sapientissimam ordinationem. ¶ Est tamen in hac clausula notandum; ꝙ secundum Chry. hęc particula. Sicut in cælo, & in terra referri debet ad omnes prædictas petitiones. s. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua. Et sic erit sensus. Pater noster, qui es in cęlis sanctificetur nomen tuum. sicut in cælo, & in terra. i. sicut sancti in cęlo te perfecte sanctificant; quia uidentes clare, & facialiter tuā maiestatem, & immensam perfectionem, te diligunt, honorant, & laudant sine intermissione, & fastidio æternaliter. Ita da nobis; ut adhuc in terra manentes sanctificemus nomen tuum secundum nostræ fragilitatis possibilitatem: ut uitæ huius cursus finit, ac permittit. Rursus. Pater noster, qui es in cœlis. Adueniat regnum tuum, sicut in cælo, & in terra i. sicut in cælo exi-

Auguſt

Auguſt.

Tertia expoſitio de hominibus iuſtis.

I.

ſtentibus regnum gloriæ tuæ iam aduenit, æterna. ſ. beatitudo: ita concede & nobis in terra morantibus: ut poſt huius uitæ curſum æterna beatitudo conferatur. Demum pater noſter, qui es in cæliſ. fiat uoluntas tua ſicut in cælo, & in terra. i. ſicut cęli ciues conformes ſunt tuæ uoluntati: perfecte. ſ. ſine quantalibet declinatione. Ita dona nobis terrigenis, ut non noſtram: ſed tuam uoluntatem perficiamus. Vt uelimus uniuerſa, quę te nos uelle cognoſcimus: impleamus, quæ præcepiſti: fugiamus, quæ prohibuiſti: affectemus, quæ promiſiſti: amplectamur, qua conſuluiſti, opera tua magnificemus: ac te in omnibus benedicamus. Et ſicut cæli ciues in tuę uoluntatis conformitate ſunt ſtabiliti: ut ab illa declinare nequeant: ita & noſtra in ea conformitate, quæ eſt dicta: fortiter perſeueret. ¶ Sed circa hanc particulam dubitatur. M

Vtrum beati in cęlo poſſint ſe diuinæ uoluntati difformare.

Vtrum beati in cælo poſſint ſe diuinæ uoluntati difformare. Et ꝙ ſic, arguitur per illud Iob. 4. Ecce, qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles: & in angelis ſuis repperit prauitatem. Prauitas aũt non eſt ſine receſſu a diuina uoluntate: quæ ſi ſemel facta eſt in cælis, non uidetur in futurum impoſſibilis. In oppoſitum uidetur, quia in illo regno beatitudinis nihil poteſt eſſe inquinatũ. Declinare autem a diuina uoluntate, magna eſt iniquitas: quę ſi ibi poteſt cõmitti: & committentes a regno in illo expelli: quomodo diceret ſcriptura. Et qui bona egerunt, ibunt ad uitam æternam. Non enim eſt illa uita æterna a qua propter peccatum expellitur. Primo reſpondebitur. de facto. Secundò de poſſibilitate. Quoad primum dicendum, ꝙ beati in cælo perfecte conformant ſe diuinæ uoluntati: nec unquam ſe illi difformabunt uolendo contrarium eius, quod deus uult. Quid enim magnum Chriſtus iuſſiſſet uiatores orare, ut fiat in eis uoluntas dei ſicut in beatis in cælis: ſi illi ſicut nos a bono ad malum poſſent declinare, & difformes fieri diuinæ uoluntati: parum præſtantior eſſet ipſorum conditio, ſi illam, quam adepti ſunt beatitudinem, per prauam uoluntatem poſſent amittere, cum nil infælicius, nihil ſit miſerius, quam meminiſſe ſe fuiſſe fælicem. Minor eſt cruciatus bonum imperfecte cognitum non adipiſci: quam a poſſeſſio cum gaudio: & exultatione exulare. Sic igitur adepti ſunt beatitudinem, & in æternum illa non priuabuntur. Priuarentur autem, ſi ſe diuinæ uoluntati difformarẽt. Si nãq; huius temporis homines indigni ſiunt dei gratia: cum dei uoluntati aduerſantur, non obſtante ipſorum fragilitate, & multipliciter ad peccandum impelluntur, nunc a carne propria, nunc a dæmonibus, nunc a falſis fratribus, quantomagis iam glorificatos neceſſe foret a beatitudine excidere: ſi nullo impetu purgente diuinæ uoluntati communicarentur repugnare. hoc ergo procul eſt a ciuibus, & incolis regni cęlorum, qui ad beatitudinem non momentaneam, & tranſitoriam, ſed ſtabilem, & perpetuam ſunt Inuitati, dicente Chriſto. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Et ſequitur. Ibunt hi in ſupplicium æternum. Iuſti autem in uitam æternam. Æterna autem hæc uita, & beatitudo non eſſet, ſi per peccatum, & difformitatem ad dei uoluntatem interrumperetur. Vnde ſicut damnati non conformabunt ſe diuinæ uoluntati, quia ipſa uoluntas mala, & ſuperba aſcendit ſemper, ut dicit prophera, ita econuerſo beati non difformant ſe diuino beneplacito, ſed neq; onquam ſe illi difformabunt, propter quod idem de ipſis ait. In ſecula ſeculorum laudabunt te. Hinc Auguſti. 13. de tri. c. 7 Nullus uolet male uiuere in illa fælicitate, aut aliquid, quod deerit: aut deerit, quod uoluerit. quicquid amabitur, aderit: nec deſiderabit, quod non aderit. Omne, quod ibi erit: bonum erit: & ſummus deus ſummũ bonum erit, atq; ad fruẽdum amantibus præſto erit. Et ſequitur ad propoſitum. Et quod eſt omnino beatiſſimum, ita ſemper fore certum erit. Ecce

Mat. 25.

Pſal. 73 Auguſt.

Pſal. 83. Auguſt.

dicit

dicit beatus Auguſt. ꝙ certum erit beatis, ꝙ ab illa beatitudine nunquam ſegregabuntur, ſed fœlices æternaliter permanebunt: eapropter ſuas uoluntates diuinæ uoluntati nō diſformabūt, quia hoc ſine peccato fieri non poſſet. Peccatum autem in eis locum non habet. Vnde idem dicit in ench. Sicut nunc anima noſtra non habet nolle infœlicitatem: ſic & nolle iniquitatem ſemper habitura eſt, in uita ſcilicet beata, propter quod & deſcribens beatitudinem: ubi ſupra dicit. Beatus eſt, qui habet, quicquid uult: & nihil mali uult. Diſformari autem ſe diuinæ uoluntati, malū eſt etiam in uiatoribus quare in beatis minime reperitur, quia per hoc beatitudine priuarentur. Si enim peccatum ante adeptam beatitudinem homines repellit a beatitudine: quia mālis dicit ſaluator. Ibunt hi in ſupplicium æternum: quantō, magis ſi beatus peccaret, a beatitudine pelleretur. & ita beatus fieret miſer: & ſic beatitudo non eſſet perpetua: quod eſt contra ſtatum allegata. Et idem Auguſt. N Aug 13. de tri. cap. 8. Nullo modo igitur eſſe poterit uita ueraciter beata: niſi fuerit ſempiterna. ¶ Quoad ſecundum ſ. poſſibilitatem. Verum ſ. beati poſſint ſe diuinæ uoluntati diſformare? Accipiendo illam propoſitionē in ſenſu diuiſo, ſicut de rigore uerborum accipitur: poteſt tripliciter intelligi. Primō, utrum beati ex naturali conditione ſuæ naturæ poſſint peccare, aut potentiam habeant ad diſformandū ſe diuine uoluntati? Secundō, utrū per aliquid ſibi inexiſtens tollatur ab eis poſſe peccare: qualiter in igne caliditas tollit potentiam frigefaciendi? Tertiō, an aliqua cauſa extrinſeca impediat beatos: ne ſe diſformare poſſint diuinæ uoluntati. ¶ Quantum ad primum intellectum, dicendum: ꝙ conſiderando naturas beatorum ſecundum ſe, & naturales proprietates, non uidetur ipſis deeſſe potentia ad peccandū. Nulla .n. creatura ex natura propria eſt ſimpliciter impeccabilis, ſed quælibet deficere poteſt a rectitudine diuinæ uoluntatis. unde Anſel. in lib. cur deus homo. Reſpondens diſcipulo quærenti ab eo: cur non potuit deus facere creaturam rationalem impeccabilem? Reſpondet: quia non potuit ipſam facere deum. Item beatus Aug. contra maximum. Cuicunq; rationali creaturæ præſtatur; ut peccare non poſſit, non eſt hoc naturæ propriæ: ſed diuinæ gratiæ. Ex quibus concluditur beatos ex propria natura non eſſe impeccabiles. Et pro illo arguitur a poſteriori. Nam angeli beati ante adeptionem beatitudinis fuerunt in uia, ſiue in ſtatu uiæ in quo poterant bene, & male agere, quod oſtendit effectus: quoniam aliqui peccauerunt, & dānati ſunt: alij ſtando meruerunt beatitudinem, & confirmati ſunt. Cum ergo in utriſq; naturalia manſerunt integra, neq; ſubſtantialiter fuerunt mutata: igitur quantum eſt ex parte naturæ remanſit in eis potentia ad omne id ad quod prius potentes extiterunt. Et ſecundum hoc accipi debet dictū beati Hiero. in tract. de filio prodigo. Solus deus eſt, in quem peccatum O cadere non poteſt. ſ. proprie ſuæ naturæ perfectione. ¶ Quantum ad ſecundum intellectum uidetur poſſe concedi beatos peccare non poſſe. Habent enim intra actum beatificum, & gratiam, quæ miſeriam culpæ ſecum non compatiuntur. Habent autem non ſicut nos in hac mortali uita habemus, gratiam: a qua frequenter per peccatum excidimus, & iterum per pœnitentiam recuperamus, ſed habent inamiſſibiliter, nec eſt in eorum poteſtate ſe ab illis nudare. Beatitudo enim, ſicut & gratia, a ſolo deo eſt: ita ut beatus beatitudinem non eliciat: ſed dumtaxat eam a deo recipiat: quapropter non eſt in ſua poteſtate: ut eam a ſe remoueat. Quamuis enim poſſibile eſt beatum ceſſare ab omni actu, quem cauſat ex ſua libertate, non tamen eſt poſſibile, ut deſtruat, quod in ſe habet per actionem ſuperioris agentis maxime dei, qui præſtantior eſt in conſeruando ſuum effectum, quam ſit creatura

ipsum abijciendo. Verum quia beatitudo, & gratia accidens est per accidens. i. contingenter inexistens beato: nec beatus hæ naturaliter sibi determinatur: sicut ignis calorem, a quo naturaliter separari non potest: sed tota inseparabilitas est ex beneplacito diuinę uoluntatis. Idcirco melius reducitur impeccabilitas beatorum in deum tanquam in causam extrinsecam: secundum tertium intellectum præmissum: quam in causam formalem secundum intellectum secundum. Vnde secundum hoc dicendum: q beati se nō non possunt diuinæ uoluntati difformare: quia ita sunt in bono cōfirmati: q ad malum declinare non possint. Consistit autem hæc confirmatio in uno positiuo, & in uno quasi priuatiuo seu negatiuo. Positiuum est: q deus conseruat sine interruptione actum beatificum in beato: qui est maximum bonum, cuius natura intellectualis capax est: & ideo eam creatura remouere non potest. Dei enim uoluntati quis resistit? Negatiuum est, quia statuit deus non uelle coagere beatum, ac actum beatitudini formaliter, uel uirtualiter repugnantem: quapropter beatus ex uirtute sua actiua, nullum talem potest elicere: quo demeretur beatitudinem perdere: quia causalitas dei requiritur ad productionem cuiuslibet effectus positiui: qua suspensa nulla creatura potest quicquam efficere. ¶ Ex his duobus simul beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati. s. ex eo: q deus perpetuo conseruat in eis actum. s. claræ uisionis, & perfectę fruitionis: in quibus est essentialis beatitudo. Ex secundo sunt ineffectabiles: quia propter subtractionem diuinę causalitatis habere non possunt uolubiles cogitationes circa beatitudinem: nec elicere possunt actus beatitudini qualitercunq; contrarios, sed nec omittere actum, ad quem tenentur: actum. s. diuinæ ac fruitiuæ dilectionis: quo intensissime, & super omnia diligunt deum, quia ille conseruatur a deo, cui repugnat omnis inordinatus actus, & omissio inordinata. Et secundum hoc intelligi potest dictum beati Aug. supra allegatum. s. non posse peccare non cōpetit illis ex natura: sed gratia. i. gratiosa dei uoluntate. Et ex reuelatione horū duorū, beati sūt securi de sua beatitudine, q deus reuelauit eis, q uult semper beatitudinem in ipsis conseruare: & ipsis non coagere ad actum malum sibi displicentem: & sic patet intellectus alterius, quod addit Aug. s. q beatissimum est ita semper fore certum erit. s. per reuelationem dei. ¶ Ad argumentum in oppositum. Respondetur: q in angelis reperta est prauitas ante beatificationem eorum, dum adhuc essent uiatores. Sed post adeptam beatitudinem nullus cecidit de statu beatitudinis, quia in ipsa confirmati: beatitudinem in ipsis deo perpetuo conseruante. Et tantum de illo dubio.

¶ Sumando igitur, quæ dicta sunt: deuotus orator hanc petitionem profecturus ita meditationis suę attentionem uerbis accommodet, ut dicens. Fiat uoluntas tua. cum affectu mentis credat deum: ut abbas Isaac ait: omnia, quę uidentur uel aduersa, uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare. Magisq; eum pro suorum salute, & commodis prouidum, atq; solicitum: quam nosipsos esse pro nobis. Hoc credens affectuose petat. Fiat uoluntas tua, sicut in cęlo, & in terra. Da pater noster, qui es in cęlis spiritum bonum cordibus; quo misericordes effectus tuā uoluntatem in terris impleamus pro modulo uię, sicut impletur in cęlo pro modulo patriæ auaritiam relegata. Dona pater noster gratiam tuam, per quam nostra uoluntas terram despicies esse incipiat dei formis. Hæc enim est uoluntas tua nam uoluntas tua salus nostra est, qua uis omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem uenire. 1. Tim. 2. Voluntas tua sanctificatio nostra est, ut mundati, & sanctificati in terra, illuc introire possimus, quo nihil coinquinatum potest introire. Voluntas tua est; ut non moriatur peccator, sed conuertatur, & uiuat. Voluntas

Rom. 9.

Augusti.

Augusti.

1. Tim. 2.

Beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati.

Meditatio circa fiat sicut in cęlo, & in terra.

tes, licet deus uelit eum sic tentari, & damnificari, quamdiu ignorat, utrum deus hoc uelit, aut quamdiu, & usquequo hæc uelit, semper tamen manere debet habitualis illa conformitas uoluntatis mediata, de qua loquitur propositio tertia: ut semper sit paratus animo patienter ferre, si nosset deum hæc simpliciter uelle. ¶ Sed hic quæri potest, per quid nobis innotescere possit uoluntas dei beneplaciti, & consequens. Respondetur, quod duobus modis possumus certe cognoscere deum aliquid uelle nunc esse, uel fuisse, uel futurum fore. Vnus est diuina reuelatio. Sic certe prophetæ nouerunt præterita, præsentia, & futura. Sic Moyses nouit mundi creationem, quam posteris descripsit, quæ longe fuit præterita. Sic Petrus nouit precium, quod fraudauit Ananias consentiente Saphyra. Sic Heliseus prophera nouit Giezi tenere uestes, quas Naaman dederat, & munera. 4. Reg. 5. Sic nos certe credimus futurum iudicium, Antichristi persecutionem: & mortuorum resurrectionem. Alio modo cognoscitur hæc diuina uoluntas ipso facto, aut operatione. Cum enim diuina uoluntas omnium rerum existentium est autor, & nihil omnino fieri potest eo nolente, eo ipso, quod aliquid fit, uel factum est, certe nouimus Deum hoc fieri, uel factum esse uoluisse. Et hæc notitia tantum extendit se ad præterita, & existentia: non ad futura. Vnde certi sumus, quod quæcunq; circa nos fiunt: siue prospera, siue aduersa: ut abundantia temporalium in frumento, & uino: diuitiarum affluentia, corporum sanitates, honorum sublimationes. Similiter & hominum clades, guerræ, pestes, terrarum depopulationes, paupertates, ærumnæ, amicorum interitus, & similia, omnia deo uolente, & faciente hæc fiunt, ut supra tactum est. ¶ Ex quo sequitur, quod in omnibus supradictis ita tenemur nostram uoluntatem diuinæ conformare uoluntati, ut omnia hæc dñi fiunt: seu accidunt, nobis placeant: eaq; sic fieri uelimus tanquam uolita a deo sua rectissima, & iustissima uolũtate. Hoc etiam docemur Eccl. 39. Benedicite dominum in operibus suis. Et dicetis in confessione. Opera domini uniuersa bona ualde. Opera enim domini exquisita sunt in omnes uoluntates eius. Et iterum in psal. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Super quo Aug. Nunquid solum, quando tibi benefacit, quando abundant temporalia, multum frumenti uini, & olei, auri, & argenti: pecorum, domorum, tunc benedices? Non: sed in omni tempore: ergo & tunc, quando illa secundum tempus, & secundum flagellum dei tuberantur, auferuntur, & minus nascuntur, & iam nata dilabuntur, & exinde sequitur egestas, labor, & dolor, ac tribulatio, tunc qui cantas: benedicam domino in omni tempore: benedic, & qñ illa tollit: quia ille dat, & ille tollit: sed seipsum a benedicente non tollit. De illis uerò, qui se non conformant diuinæ uolunati, dicit propheta. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei: super quo glo. laudabit te o Deus, cum benefeceris ei: & solum in prosperis, & blasphemat in aduersis. Non dicit, qui talis est, ut sanctus Iob. Si bona suscepimus de manu domini, mala cur nõ sustineamus? Et iterum. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit: ita factum est: sit nomen domini benedictum. ¶ Sed dicis: ergo placere debet incendium, & ita non erit extinguendum, dum in domo, uel in ecclesia oritur, nec muniendus est locus contra hostium insultus: nec defendenda patria: sed nec instituendæ processiones: ac orationes publicæ ad Deum fundendæ sunt tempore pestilentiæ, & guerrarum, quod est contra usum ecclesiæ. Si enim tenemur illa uelle: non sunt nolenda: & ita nec ēt, ne sint orandum est, aut agendum. Item sic deberent nobis placere peccata, homicidia, adulteria, furta, comesationes, ebrietates, impudicitiæ, & cætera maleficia & peccata. Quoniam illa sicut cetera supradicta non nisi Deo

P

Per quid nobis põt innotescere uoluntas Dei beneplaciti & cõsequẽs.

Actum. 5.

4. Reg. 5.

Q

Eccl. 39.

Augus.

Psal. 48.

R

uolente

uolente fiunt, si enim fieri nolet, fieri non possent. Ad primum dicitur, ꝙ supradicta pœnalia, & aduersa, dum fiunt, aut facta sunt, placere debent tanquam a deo iusta uoluntate facta. Sed quia dubium nobis est, quamdiu dominus uelit, ut maneant, possumus uelle, ut cessent. Vult enim quandoque dominus incendium oriri, & non continuari. Vult etiam quandoque hostes insurgere, & conari aduersum iustos, & non nocere, sed ab eis, quibus nocere uoluntur, repelli. Et ideo munienda sunt loca, instituendæ processiones: extinguenda incendia, non, ut non sint orta. Frustra enim hæc fierent, cum præteritum reuocari non possit, ut non fuerit, nec quod est, caueri, ut non sit, cum omne, quod est, quando est necesse, sit esse in sensu composito. sed agendum est, & orandum, ut ea tollatur, ut non permaneant, hoc enim an deus uelit: quia nobis incognitum est, orandus est, ut uelit; quia forte ideo oriri uoluit, ut ad orationem nos excitaret: & nos exaudiendo nobis suam charitatem ostenderet: & per hoc dilectionem in nobis ad se habendam excitaret. Quod eum fecisse innumeræ scripturæ testantur. Sic induruit Pharaonem, ut potentiam suam populo liberando ostenderet, & eos prosequi permisit usque ad mare rubrum, ut eos mirabiliter liberatos, ad sui cognitionem, & amorem eruditet, ut habetur in Exo. Et per hoc patet: ꝙ si oritur incendium: laborandum est ad extinctionem: ne permanendo absumat, licet non sit uolendum, ut non sit ortum, quia hoc ipsum, quòd ortum est: certum est deum uoluisse, non autē certū, ꝙ deus ipsum uelit permanere, augeri, uel ad nondum incensa protendi. Si autem certum foret per reuelationem aliquam, Deum uelle totam ciuitatem incinerari, aut ab hostibus capi, nequaquam resistendum foret: nec laborandum ad ignis extinctionem, aut hostium repulsionem, aut orandum pro pestilentiæ ablatione &c. Sic peccauerunt iudæi nolentes ciuitatem Hierusalem, & seipsos tradere Regi Nabuchodonosor ad denunciationem Hieremiæ, ut habetur Hiere. 38. ¶ Ad secundum respondebitur infra; cum docebitur de uoluntate signi, quod est permissio. Sed diceres, quid si Deus reuelaret alicui præscito, ꝙ damnandus esset, nunquid talis præfatus uelle deberet suam perpetuam damnationem? Hoc enim esset contra legem dilectionis, qua tenetur seipsum diligere ad salutem. Ad hoc respondet Greg. de Arimino. 4. ulti. 1. sententiarum. Suppositio inquit, ꝙ talis reuelatio a Deo possit fieri (quod est satis dubium) Dicendum uideretur; ꝙ nisi Deus uellet huiusmodi hominem non uelle suam damnationem, & hoc sibi constaret, ipse sciens dei uoluntatem, deberet contentari, & uelle, ꝙ eum Deus damnaret, ex quo sic esset placitum deo: & hic actus procederet ex maxima dilectione dei, nec esset culpabilis, sed laudabilis. Et ulterius uidetur dicendum, ꝙ in tali casu non esset sibi licitum pro finali salute sua orare, sed simpliciter de diuino iudicio deberet contentari. Et huic fauet dictum B. Augustini 21. de Ciuitate Dei. c. 24. Vbi eius sententia est, ꝙ pro nullo uiuente finaliter reprobato ecclesia oraret, ut saluaretur: si de eius reprobatione esset certa. Ait enim. Si de aliquibus ita ecclesia certa esset, ut qui sint illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac uita sint constituti; tamen præ destinati sunt in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro ipsis non oraret, quam nec pro seipso. & hoc late declarat ibidem. Et intelligendum est, quod dictum est, in casu, in quo quis est certus Deum sic absolutè, & non solum conditionaliter uelle. ¶ Illa autem propositio quarta quibusdam uidetur dura. Vnde arguunt contra eam. Voluntas non tenetur omnia uelle, quæ deus uult. etiam quæ nouit deum uelle, ergo propositio illa est moderanda, & non sicut iacet est uera. Antecedens probatur, quia si teneretur omnia uelle, quæ nouit deum uelle, aut hoc est ex natura uolito-

Exod.

Hier. 38.

Grego.

August.

rum a deo, aut ex præcepto. sicut enim nihil est malum nisi secundum se, uel ex prohibitione superioris: & per consequens ex se cauendum, uel ex prohibitione, sic nihil est necessariò uolendum, nisi ex se, uel ex præcepto superioris in proposito, uel ex præcepto dei. sed rem uolitam a deo non semper tenemur uelle ex natura rei, puta damnationem patris, quia sic teneremur eam uelle, etiam si deus eam per impossibile uellet non tanquam rem per se bonam, quod est absurdum, neque ex præcepto id tenemur: quia nusquam legimus tale præceptum. Preterea si tenemur conformare uoluntatem nostram uolitati diuinæ, sic subditus teneretur uoluntatem suam conformare uoluntati sui prælati, in his, in quibus est sibi subditus, sed ille non tenetur facere, uel uelle id, quod prælatus uult fieri ex eo solo: q̃ prælatus uult hoc fieri, sed ex hoc, q̃ prælatus uult subditum hoc uelle, uel facere. Ita uidetur in proposito. Illud tantum tenetur uoluntas hominis uelle, quod deus uult eum uelle, & non uniuersaliter quicquid deus uult. ¶ Huius sententiæ est Durandus circa primum sententiarum: & uidetur consentire B. Thom. 1. 2. q. 19. artic. 10. Et allegatur ad idem Anselm. lib. de similitudinibus dicens non debere nos uelle semper quod deus uult, sed uelle, qđ Deus uult nos uelle. Item Aug. in Enchi. Deum congruit aliquid uelle, quod non congruit hominis uoluntati uelle. Et allegat idem magister dist. ult. primi. Et secundum hoc dicunt, q̃ si deus alicui absolute reuelaret suam damnationem, non teneretur talis uelle suam damnationem. Quia licet sibi innotesceret, q̃ deus uellet suam damnationem, non tamen ex hoc innotesceret deum uelle, q̃ damnandus uellet suam damnationem. Et secundum illos loco propositionis quartæ suprapositæ, ponitur hęc propositio, quæ ẽt apud priorem opinionem uera est. ¶ Voluntas hominis uiatoris ita tenetur se conformare diuinæ uoluntati in uolito, q̃ non debet remurmurare oppositum uolendo simpliciter, & deliberate ei: quod scit deum uelle, secus ex conditione. Probatur conclusio, quia uoluntas uiatoris uolendo scienter iniustũ, peccat, & est iniusta. Sed uoluntas uolens oppositum ei, quod iustum est, scienter uult iniustum, ergo est iniusta. Vltra. Omnis uoluntas uolens oppositum ei, quod uult deus, uult quod scit, uel scire debet esse iniustum, ergo est iniusta. Antecedens patet, quia omne, quod deus uult, eo q̃ uult, iustum est, ergo eius oppositum iniustum. Item quilibet uiator tenetur ad deum super omnia diligere: ergo tenetur uelle, quæ nouit dominum deum uelle, & ita non remurmurare. Consequentia tenet, quia secundum Tullium. Amicitia est idẽ uelle, & idem nolle in rebus honestis. Omnia autem, quæ deus uult, iusta sunt, & honesta. Et hęc ratio etiam probat priorem propositionem. Item uolens contrarium ei, quod deus uult scienter, & deliberatè, repugnat diuinæ iustitiæ. hoc autem non licet, ergo antecedens pro prima parte patet. Volens contra diuinam uoluntatem, uult contra legem æternã: & ita repugnat diuinæ iustitiæ, quæ est se secundum legem æternam, & per consequens peccat. Consequentia illa simul cum antecedente, patet per beatum Augustinum libr. 22. contra Faustum, qui diffiniens peccatum ait. Peccatum est dictum, factum, uel concupitum contra æternam legem. Et declarando subdit. Eterna lex ratio est, uel uoluntas dei. Item uolens aliqd non esse quod deus uult esse: uidetur quantum in se est, a deo tollere omnipotentiam. In eo enim, q̃ uult oppositum, uult diuinam uoluntatem non esse efficacem, & ita non esse omnipotentem. ¶ Dicitur notanter simpliciter, quia ex conditione posset oppositum uelle. ut potest uelle non pati certos aduersitatem: si non demeruissent talem, uel talem tribulationem, q̃ eam non paterẽtur. Sic & uirgo gloriosa, & sancti noluerunt passionem Christi

Durandus. B. Thom. Ansel. August.

V

Qõ uolu tas homin tenetur conformar diuinę uol tati.

mani

sub conditione, si non peccasset homo, quam tamen uoluerunt propter humani generis redemptionem. Ceterę conditiones patent. ¶ Verum uolens seruare primam opinionem, quę est sancti Bonauen. Gregorij de Ari. Ockam & aliorum plurium, facile responderet ad rationes in contrarium factas. Ad primam diceret, quòd uoluntas uiatoris tenetur uelle, quicquid nouit deum uelle ex præcepto dei, quo præceptum est diligere deum super omnia. In hoc precipitur etiam uelle omnia, quæ deus uult, cum diligentium sit idem uelle, & nolle. ¶ Ad secundam diceret, ꝙ non est simile de subdito respectu sui prælati, & subdito dei: quia non tenetur subditus suum prælatum plus seipso diligere, sicut tenemur deum diligere. Etiam prælatus habet superioritatem in corpus tantum, non in animam, ideo sufficit ibi exterior, & corporalis obedientia. Sed deus habet plenum dominium in animas, & corpora, qui magis requirit interiora mentis obsequia quam corporis exteriora. Hæc autem maximè consistunt in conformitate uoluntatis uiatoris, cum diuina in uolito idem uelit, & nolit. De secunda conformitate in uolendi actu: hoc est, ꝙ uelit, quicquid deus uult eum uelle. Dicendum est sicut de uoluntate signi: quia non aliter potest hoc nobis innotescere, quid deus uelit nos uelle, nisi per signa, scilicet præcepta, prohibitiones, aut consilia. Ideo simul tractabitur cum uoluntate signi lectione sequenti. De uoluntate antecedente dicitur breuiter, quòd uiator non tenetur, se conformare illi, nisi esset præceptum de uolendo illud, quod deus tali uoluntate dicitur uelle. Gratia exempli. Voluntate antecedente uult omnes saluos fieri, uult & omnes homines perfectos esse, quia ad utrumque dat antecedentia arbitrium liberum, & gratiam. Sed primò addit præceptum, secundò consilium. Ideo primum tenemur uelle, non secundum, sicut infra dicetur de uoluntate signi. X

DE HIS VERBIS SICVT IN cœlo, & in terra.

LECTIO LXIX.

OSTENSO utcunque quemadmodum uoluntatem nostram conformari oportet diuinę uoluntati beneplaciti consequenti, quod est se conformare uoluntati dei in uolito, consequenter uidendum, quomodo nostra uoluntas debet conformari uoluntati signi. Quo etiam patebit, quomodo debemus nos conformare uoluntati diuinæ beneplaciti in actu, id est in eo, quod uult nos uelle. Nam conformando nos præceptis, & consilijs, hoc uolumus, quod ipse uult nos uelle. Quicquid enim uult nos uelle, per eius præcepta, & consilia, nobis innotescit. Similiter quod uult nos nolle, seu non uelle: per eius prohibitiones manifestat. ¶ Sed hic statim oritur dubium. Vnde nobis innotescunt dei præcepta, prohibitiones, & consilia. Ad quod responderur, quòd multis modis hæc nobis insinuantur. Primò per naturalis rationis dictamen, & iudicium. Hęc enim est lex naturalis, & regula nostrę uoluntatis: nunquam discordans a regula diuinæ rationis: quantum ad prima agendorum, & uitandorũ principia practica. Hãc.n. deus A

Roma.2. contulit homini, ut semper ad optima deprecetur. Vnde & Apostolus ad Roma. secundo. Cum gentes, quæ legem.s.scriptam, non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Huius enim legis naturalis principia sunt immutabilis rectitudinis a Deo, ut contra ipsa nulla alia lex statuta ab homine recta esse posset. Quod utique uerum nō esset, nisi esset conformis rectitudini diuinæ uoluntatis. Recta itaque ratio a deo nobis indita suo dictamine, & iudicio nobis insinuat diuina præcepta, & cōsilia. Concordat enim per omnia diuinæ uoluntati & rationi. Vult enim deus nos illi obtemperare. Eterna enim lex naturalem ordinem seruare iubet, perturbari uetat, ut dicit Auguſt 22. lib. contra Faustum. Hic ordo est: ut omnes actiones, moresque hominis sint rationi subiectæ. Vnde & Auguſt. libro primo de libe. arbi. Non ordo rectus, uel omnino ordo appellandus est, ubi deterioribus meliora subijciuntur. Et sequitur. Ratio cum irrationabiles animæ motus regit: id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege debetur, eamque æternam legem comperimus. Dictamen igitur rectæ rationis manifestatio est legis diuinæ. ¶ Secundò nobis notificatur diuina lex præcepta continens, prohibitionem, & consilia per scripturam sacram. Hæc enim pandit, quæ deus præcipit: prohibet, & consulit. Vnde Hiero. in epistola ad Demetriadem uirginem. Diuinas scripturas sæpius lege, immo nanq; de manibus tuis sacra lectio deponatur. Scio in sacris scripturis, per quas solas poterit planè dei uoluntatem intelligere, quædam prohiberi, quædam præcipi, quædam concedi, aliqua suaderi. Et beatus Grego. in moral. Fidelium mentes per scripturam sacram os dei inuentur, quia deus per eas loquitur, quod uult ab ore eius fieri manifestum. Et Chrysost. super Matth. In sacra scriptura inuenit ignorans quid discat, contumax qd timeat. ¶ Tertiò innotescit dei uoluntas per consuetudines rationabiles, institutiones, & traditiones uniuersalis ecclesiæ, cui.s. ecclesiæ in apostolis missus est spiritus sanctus, ut ipsam doceret omnem ueritatem, qua propter in his, quæ credenda proponit, & agenda præcipit, non creditur a diuina lege errare. Rursum non solum ex traditionibus uniuersalis ecclesiæ, sed ex præceptis, & constitutionibus etiam patrum, & ecclesiæ prælatorum, quorum est diuinorum habere scientiam, & uoluntatem, ac legem explicare. Vnde & dominus de lege sua hæsitantes, remisit ad sacerdotes di. Si aliquid ambiguum fuerit in lege, aut difficile, uentes ad sacerdotes leuitici generis, quærens ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies, quæcunque dixerint, qui prosunt loco, quē elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Sequiſque sententia eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Deutero. 17. Et alibi. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius. Vnde & Christus saluator iussit audire illos, qui cathedras tenent, & ceteris præsunt. Omnia (inquit) quæcunque dixerint uobis, seruate, & facite. quasi.s. ipsi doceant, & sciant dei uoluntatem. ¶ Quartò etiam quandoque cognoscitur dei uoluntas & lex per effectus dei, quia per hoc, quòd Deus punit aliquos actus hominum, arguitur, quòd hominem sic agere sibi displicet. Et per hoc, quòd aliquos tales præmiat bona conferendo, cognoscitur, quòd actus illi deo placuerunt. Ita displicuit deo numeratio populi facta per Dauid, pro quo grauiter punitus legitur secundo Regum uigesimoquarto. Placuit domino zelus Phinees propter quod sibi contulit sacerdotium sempiternum, & toti populo repropitiatus est: ut habetur. Numeri uigesimoquinto. ¶ Quibus prætermissis sequuntur aliquæ propositiones ōdētes, quomodo nra uoluntas tenetur esse cōformis uoluntati

Vnde innotescunt nobis diuinæ prohitiones præcepta & consilia.

Malach. 2. Deut. 17. Matth. 23.

2. Reg. 24. Numeri 25.

diuinæ

diuinę signi. Et hęc est propositio prima. Voluntati signi cognitæ, quę est præceptio, & prohibitio, tenetur uiator suam uoluntatem conformare, ut uelit iussa modis, quibus præcepta sunt perficere, & prohibita cauere. Patet propositio per illud. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Item quilibet uiator tenetur Deum diligere ex toto corde, & super omnia. Sed hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Et qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Dicitur cognitæ, quia si inuincibili ignorantia laboraret, excusari posset. Dicitur etiam modis, quibus præcepta sunt, quia aliter præcepta sunt affirmatiua, aliter negatiua. Nam affirmatiua præcipiuntur pro loco, & tpe. Negatiua prohibentur pro semper. hoc est ita tenetur uiator se conformare uoluntati signi præcepti, ut uelit, quæ præcepta sunt, perficere omnia. pro illo tamen tempore, & loco, & modo, quo præcepta sunt. Sed ea, quæ prohibentur simpliciter pro omni loco, & tempore cauere. ¶ Sed di. hic aliquis. Deus præcepit aliqua, quæ tamen non uult fieri, neq; antecedenter, neq; consequenter. Similiter quandoq; prohibet aliqua, quæ uult fieri, ergo uidetur, q̃ non teneamur illa facere, quæ præcepit nec ea uitare, quæ prohibet. Primum patet de Abraam, cui præcepit, q̃ filium suum immolaret, quod tamen fieri noluit, ut docuit effectus. Secundum patet, quia Christus curans surdum, & mutum: præcipit astantibus: ne cui dicerent, & quanto plus percipiebat, tanto magis illi prædicabant, in quo prohibuit publicationem miraculi: & tamen ipsam uoluit, ut facto docuit, cum miraculum publicantes non arguantur, ut præcepti transgressores. Respondetur concedendo: q̃ res a Deo præcepta non est semper uolita uoluntate beneplaciti, & res prohibita non est semper ab ipso nolita uoluntate beneplaciti: & res nolita, ut dictum est lectione præcedente. Sed nihilominus tenetur homo uelle, quod præcipit, & nolle, quod prohibet, quia quis non semper uelit sua præcepta adimpleri uoluntate consequente: tamen uult nos semper ad præcepta obligari. hoc est uult nos obligari ad uolendũ ea, quæ præcepit. Et hoc præsertim, dum non constat de uoluntate beneplaciti consequente opposita. ¶ Et si iterum replicatur: tunc illa præcepta, quę uult non obseruare, essent signa falsa. Sicut signa intellectus non sunt uera, nisi sic sit in re: sicut ipsa significant. Ex eo enim, q̃ res est, uel non est: oratio uera, uel falsa dicitur. Sic & uidetur de signis uoluntatis, q̃ illa præcepta ficta sint, quę præcipiens non uult obseruari, seu impleri. Qui enim indicat se uelle, quod non uult, fictus uidetur, quod deo non conuenit. Ad hoc respondetur secundum aliquos, q̃ præcepta dei etiam illa, quę generaliter omnibus data sunt ut præcepta decalogi: non sic sunt signa uoluntatis diuinæ, quòd res præcepta sit simpliciter uolita uoluntate consequente. Sic n. omnia præcepta ab oibus seruarentur: sicut generaliter uoluntas beneplaciti consequens semper adimpleretur. Sed sufficit: q̃ res ꝑcepta sit uolita uoluntate antecedente. Sic. n. dedit mandatũ de dilectione sui, quam uult uoluntate antecedente, quia oibus dedit naturalia dona, & auxilia, quibus ferri pfit in deum dilectione, quam percepit. Et ita in proposito dicunt de mandato Abrae specialiter facto, q̃ deus non uoluit immolationẽ filij eius uoluntate consequente, quis ipsam uoluit uoluntate antecedente. Et ex hoc secluditur fictio a præcepto, & præcipiente: quia utiq; uult, qđ ꝑcipit, etsi non semp executiue, tñ antecedenter. Sed renẽdo secũdũ supradicta, q̃ deus noluit immolationẽ Isaac uoluntate antecedente. Dicẽdũ, q̃ adhuc nõ est præceptum fictũ: nec præceptor fictus, quia hoc ꝑceptũ non est signum uoluntatis Dei, quasi deus uelit rem, quã præceptũ significat, sed est signũ obligationis, quo uult obligari subditum ad faciendum illud, quod percipitur. Et secundũ hoc

Matth. 19. 1. Ioh. 5. Ioh. 14.

Gen. 22. Matth. 7.

D

De immolatiõe Abrae.

Abraam exhibuit suam obedientiam uolendo filium suum immolare. q Hoc planius potest sic exprimi. In præcepto dato Abræ est attendere uerba præcipientis, & intentionem præcipientis. Præceptum illud secundum mentem præcipientis prætendebat obedientiam Abræ fieri notam ceteris in exemplum, & non immolationem filij, quam præcepti uerba significabant. Quẽadmodum & prælatus religiosus quandoq; præcipit fratri suo aliquod arduum, quod tamen per ipsum non uult adimpleri: ut experiatur obedientiã fratris. unde cum uiderit fratrem uelle præceptum adimplere, reuocat præceptum. Nec tamen in hoc prælatus præcipiens est fictus: quia quod intendit per p̃ceptum, s. probationem, & meritum fratris: uerè executus est: nec p̃ceptum fictum, & inutile est, quia propter fratris obedientiam cedit fratri in meritum: licet reuocatus non exequatur. Et si ram large' acciperetur fingere. i. ualere tantum dare signum, q̃ aliquis aliquid uelit fieri (quod tamen dans signum non uult fieri) in utilitatem, & profectum eius, cui fit signum: non repugnat diuinæ sapientiæ ac iustitiæ fingere: immo sic fingere sæpius bonum est, & utile. Et in proposito hæc fictio multum profuit Abræ quantum ad obedientiam, quam ostendit, quam per hoc p̃ceptum dñs provocauit. Sic & Christus finxit se longius ire ad excitandum charitatem, & opus misericordiæ discipulorum, quibus loquebatur. De secundo, quod inductum est de surdo, & muto, cuius curationem miraculosam, ne promulgaretur, p̃cepit, aliter dicendum. Nam illos, quibus p̃cepit ne cui dicerent, noluit obligari ad non faciẽdum, quod prohibuerat: seu ad uolendum non facere sicut uoluit obligare Abraam per p̃ceptum sibi datum. Tunc.n. fuissent hi, qui tantò amplius clamabant, bñ oia fecit: surdos fecit audire, & mutos loqui: quanto Xp̃s p̃cipiebat, ne dicerent, transgressores. Sed ut dicit Durandus illud proponebatur magis, ut documentũ, q̃ ut p̃ceptum, ut patet p glo. Aug. Vnde per hoc instruuntur benefacientes, ut ex beneficentia non quærant gloriam mundi. Instruuntur & beneficiati, ut non sint ingrati. Et hoc Xp̃s figurabat in se, & in alijs, quibus loquebatur, ut. s. fuga sit propriæ gloriæ in benefactoribus, & in fuga ingratitudinis in beneficiatis. Et sic sermo uerus est sine fictione: & hoc modo figuratiuo. Et si diceres. Cum similis sit prolatio uerborum, quibus hic p̃cipit, cui dicerent, & eorum per quæ discipulis, coram quibus transfiguratus est in monte p̃ceperat, ne uisionem, quam uiderant, cuiquam dicerent, donec filius hois a mortuis resurgeret, per quid illi intellexerunt uerba p̃ceptiua non est p̃ceptum, isti similia susciperent, ut p̃ceptum. Potest dici, q̃ dominus qui loquebatur foris, illuminabat mentes utrorumq; ad intelligendum, qua intentione, ac quo intellectu hæc, & illa ptulerit. Hoc quo ad tunc p̃sentes Christo loqui. Quoad nos propter quos scriptum est: intellectum colligimus ex his quæ circunstant scripturam, sicut dicit Augustinus. Solent circunstantes scripturarum illuminare sententiam &c. ut supra allegatum est lect. 39. Cum enim illi ad uerbũ Xp̃i prohibentis amplius laudabant dominum, ipsi p̃ceptum ad literam seruabant, & uterq; commendatur, colligimus utrosq; intellexisse intentionem domini p̃cipientis. q Secunda propositio. Voluntati signi, quod consilium dicitur, uoluntas uiatoris conformare se tenetur, non ut perficiat: sed ne cõtemnat. Primum patet, quia de his dicit dominus. Qui potest capere, capiat. q.d. non obligo ad perficiendum, sed consulo, ut qui potest seipsum uincere: faciat. Non enim consilia euangelica obligãt, alioquin & ipsa p̃cepta essent: sed uiam perfectionis tanquã magis expeditam ostendunt. Vnde ait dominus. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Quod uerum est, nisi quis

E

Luc. ult.

Augus.

Augus.

F

Matth. 19.

Ibidem.

uoto

uoto se astrinxisset sicut clerici in sacris, & religiosi ad continentiam, quibus propter uotum sponte emissum, consilium factum est præceptum, secundū illud. Vouete, & reddite. primum consilij; secundum est præcepti. Secundū patet, quia tenemur non spernere, sed amplecti tanquam utilia, & expedientia ad beatitudinis consecutionem. Qui enim spernit consilium, spernit consulentem. Et qui iudicat aliquod consilium inutile, & uanum, aut reputat cō sulentem malicioſum, aut insipientem, quæ nefas est cogitare. ¶ Tertia propoſitio. Eisdem modis, quibus tenemur nos conformare uoluntati consequēti diuini beneplaciti, tenemur noſtram uoluntatem conformare diuinæ operationi, quæ dicitur uoluntas signi. Patet, quia operatio diuina certum signum est uoluntatis diuini beneplaciti, ut supra habitum est. Quicquid. n. deus operatur, illud est ab eo uolitum, uoluntate beneplaciti consequente. Siquidem nihil operatur nolens, aut ignorans. ¶ Quarta propoſitio. Voluntati signi, quæ est permiſſio, conformari non debemus, ut eadem faciamus, aut in alijs ſimilia permittamus. Patet hæc propoſitio, quia illa quæ deus permittit (ut permiſſio est signum diſtinctum ab alijs diuinæ uoluntatis signis) mala ſunt, quæ deus non impedit. Mala autem nec facere debem⁹; nec permittere in alijs, ſaltem omnia uniuerſaliter. Alioquin deberemus uelle peccata, & diuinam offenſam. Hæc enim permittit deus. Vnde Hugo lib. 1. de ſacramentis part. 4. Deus permittit mala, & malus non eſt, quia malum ad bonum, & decorem uniuerſi, nouit optimè reformare. Rex autem, & piatus malus cenſendus eſt, ſi ſine periculo maioris mali malum fieri non prohibet, & impedit, ſed permittit. Tenemur tamen, & obligamur contra Dei permiſſionem non murmurare, quia iuſtiſſimè, & ſapientiſſimè permittit iuxta ſua occultiſſima iudicia, & abyſſum ſuæ ſapientiæ infinitę. In ſignū cuius, & filijs Iſrael contra dominum murmurantibus pęna grauis nunciatur. Vnde Nume. 14. Omnes, quinumerati eſtis a uigeſimo anno, & ſupra, & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram, ſuper quam leuaui manum meam, ut habitare uos facerem. Vnde & Apoſtolus hortatur. Neq; murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmuranerunt, & perierunt ab exterminatore. Et tantum de primis modis conformandi ſe diuinæ uoluntati. ſcin uolito, & in uolendi actu, quod eſt in eo, quod uult nos uelle, quæ ſua uoluntas nobis innoteſcit per ſigna ſuæ uoluntatis. ¶ De tertia uerò conformatione, quę eſt in modo uolendi ut. ſ. ea, quæ uolumus ex ſimili charitate, & propter eundem finem uelimus, ex qua, & propter quem deus uult: hoc eſt ex charitate, & principaliter, & finaliter propter deum, longiorem tractatum requirit. Sed hoc ſufficit pro nunc, q⁹ quotiens aliquid meritorie uolendum eſt, neceſſe eſt, ut noſtram uoluntatem diuinæ conformemus, modis ſupradictis; & ultra hæc etiam in modo uolendi, ita ut hęc ex charitate uelimus, & principaliter, & finaliter propter deum. Et quia non ſemper tenemur mereri, non tenemur nos ſemper conformare diuinę uoluntati in modo uolendi, quamuis nihil utilius ſit uiatori, nihil iocundius comprehenſori, quam ſic ſe conformare ſummæ uoluntati. In hoc enim conſiſtit omne meritum uiatoris, & fruitio comprehenſoris. Vnde breuiter ad illam conformitatem tenemur, quandocunq; deum ſuper omnia diligere actualiter obligamur. Et hęc de iſta conformitate ſufficiant. Et per hoc ad rationes in principio huius queſtionis præcedenti lectione addactas, reſpondetur. Ad primam, quæ arguit, quòd non tenemur nos conformare diuino intellectui intelligendo, ergo nec uoluntati uolendo. Dicitur, q⁹ non peccamus aſſentiendo falſo difformiter diuino intellectui uniuerſaliter, aut ſemper, quia defectus ille, quo intellectus noſter aſſentit falſo, non eſt ſem-

Hugo.

Nume. 14.

1. Cor. 10.

G

De conformitate uolūtatis noſtræ ad diuinam in modo uolendi.

per ex his, quę sunt in nostra potestate. Cogitur enim quandoq; falsis, & sophisticis rationibus, quas intellectus soluere deprehendendo defectum earum non potest. unde in his nullum peccatum committitur: sed tantum intellectus ligatur. Et ita non est in potestate intellectus semper se conformare diuino intellectui. Defectus autem uoluntatis, quo minus nostra uoluntas se conformat uoluntati diuinæ, est in nostra potestate, quia in nullo nostra uoluntas cogitur ad nolendum, siue nolendum quodcunque propter sui libertatem. Eapropter dum se non conformat diuinæ uoluntati: dum & ibi tenetur, secundum præmissa iuste ad peccatum sibi imputatur. Hinc & de intellectu, quantum ad ea, quæ fidei sunt, & necessaria ad salutē, & se difformauerit diuino intellectui: peccatū in scribis est: quia hæc credere est in nostra potestate. Nam enim credit nisi uolens, ait beatus Augustinus. Ad secundum ad oppositum patuit, quæ, & quomodo diuina uoluntas est regula nostræ uoluntatis, & per hoc, quòd in his, in quibus est regula uoluntas nostra se conformare obligatur. ¶ Secundum omnes itaque hos modos, quibus nostra uoluntas diuinæ debet conformari uoluntati, petimus, ut fiat uoluntas Dei in nobis: dicentes. Fiat uoluntas tua. Petimus, enim hæc dicentes gratiam Dei, per quam sua uoluntas, nedum beneplaciti, de quo supra, sed & signi in nobis fiat, ut per gratiam tuam uniuersa præcepta tua intelligamus sine errore, memoriter teneamus sine oblitione, opere exequamur sine tempore. Sed & prohibita diligenter caueamus, ac consilia non spernentes feruenter amplectamur: uniuersa eius opera collaudemus, & in donis suis, ac prosperitatibus gratias agamus. In aduersis patientiam seruemus. In omnibus nosmetipsos exhibentes sicut dei ministros, per arma iustitiæ a dextris, & sinistris. Ut quoque in tuis promissionibus non præsumamus nosipsos, atq; nobis commissos negligentes, ac tua patientia abutentes, thesaurizemus nobis iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Sed nec tibi in malorum prosperitatibus quomodolibet remurmuremus. Sed in omnibus tuæ uoluntatis signis, secundum sanctissimam uoluntatem tuam, & iustissimam cōuersemur. Fiat uoluntas tua in nobis, & in modo uolendi, ut quæcunque uolumus secundum te, & propter te, & in te, qui dominus noster es, & pater, principaliter, & finaliter ordinemus: secundum apostoli tui sententiam. Siue manducemus, siue bibamus, siue aliquid aliud faciamus, omnia in gloriam tuam faciamus. Et sic tua in nobis uoluntas fiat, ut ibi uiuentes & morientes: illis iungamur in cœlis, in quibus uoluntas tua semper & feliciter adimplebitur. Vel secundum dominum Albertum, petimus quod in psalmo dicitur. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Dum præceptum implemus: prohibitionem caueamus: consilium amplectamur: operationem tamquam exemplum sequimur; & in permissione in bonum nobis fieri permittitur. in permissione enim quamuis, non uellit peccatum, quod permittit, tamen multi bonum, quod ex ordinatione illius mali in alio prouenit. Sicut non uoluit crudelitatem Decij, & aliorum tyrannorum: tamen uoluit ex hoc elucelere cunctis in exemplum patientiam Laurentij, & aliorum constantiam martyrum. Hæc dum nobis fieri optamus: corde, ore, & opere conemur perficere: probantes secundum apostoli exhortationem. Quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Bona quidem in præceptis, & prohibitionibus. Beneplacens, in consilijs, & exemplaribus operationibus. Perfecta autem in bono, quod in nobis de permissis in alijs malis elicitur. Hæc est uoluntas Dei, de qua dicitur. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Sanctificamur, dum hic quin-

August.

Meditatio circa fiat uoluntas tua.

2. Cor. 6.

Rom. 2.

2. Cor. 10.

Roma. 12.

tuplici

Prima expositio de fiat voluntas tua de cœlestibus

tuplici dei uoluntati conformamur. Tunc enim benigne nobiscum facit deus pater noster, qui est in cœlis, quando nostram uoluntatem suæ uoluntati conformat, ut ædificentur muri Hierusalem: qui de uiuis, & uoluntatem dei facientibus lapidibus instaurantur. Hæc Albertus. Sequitur. ¶ Sicut in cœlo, & in terra. Proposita petitione simpliciter. Fiat uoluntas tua: eius perfectio specificatur, cum additur. Sicut in cœlo, & in terra. Res enim perfecta, & magna petitur, cum ita uoluntas fieri optatur in terra, sicut in cœlo perficitur. Vnde Cassianus ait Col. 9. Non potest maior esse oratio, quam optare, ut terrena mereantur cœlestibus coæquari. ¶ Exponitur autem hæc particula pluribus modis secundum diuersas cœli, & terræ acceptiones. Accipitur enim cœlum, uel pro cœlestis patriæ incolis, pro superiori portione rationis: pro sanctis hominibus, & iustis, pro superioribus mundi sphæris. De quibus etiam supra dictum est lect. 65. Primo modo exponitur. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Fiat uoluntas tua: ut sint homines similes angelis: & sicut uoluntas dei ab illis impletur in cœlo: ita etiam hi, qui sunt in terris, non suam sed eius uniuersi faciam uoluntatem. Hinc expositioni consonat beatus Auguſt. Petitur, inquit, ut sicut dei uoluntas fit in angelis, qui cœli sunt, qui ipso perfruuntur, nullo errore obnubilante ipsorum sapientiam, nulla miseria impediente eorum beatitudinem, ita etiam fiat in terra in sanctis, ideſt hominibus iustis, qui sunt in terra, & de terra quantum ad corpus facti. Sicut tamen non dicit omnimodã similitudinem secundum proportionabilem æqualitatem, secundum q̃ conuenit oratoribus, & peregrinis. Hinc sanctus Tho. Petimus ut sicut cœlites conformant uoluntatem suam uoluntati diuinæ: ita & faciam homines in habitatione terrestri. ¶ Secundo modo secundum glo. Mat. 6. exponitur de spiritu, & carne, siue superiori, & inferiori portione. Sic ergo petimus obedientiam carnis ad spiritum, ut caro spiritui non rebelleti sed perfecte obediat. Vnde dicit: secundum spiritum, cœlum sumus: secundum carnem, terra. Oramus igitur, ut sicut in cœlo, i. in spiritu, sic in terra, i. in carne: fiat uoluntas tua, ut sic caro, & spiritus sint unus homo spiritualis, & simul ferantur in deum. quomodo propheta se totum dicit in deo iubilasse. Cor meum inquit, & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Petimus igitur secundũ hoc: quod spiritus, siue ratio: quæ est superior pars hominis (& propter hoc cœlum dicitur) suadet, & dicat secundum illud, quoad optima deprecatur: illi & caro, i. sensualitas: quæ est pars inferior hominis: & ideo terra nominata, & quæ aduersus spiritum concupiscit, consentiat, ut sic sublata dissentione rixæ, & aduersitate, quæ est inter carnem, & spiritum: caro obediat spiritui: & totus homo diuino beneplacito conformetur. Sic exponit beatus Cyprianus. Fieri petimus uoluntatem dei sicut in cœlo, & in terra: quod utrumque ad consummationem nostræ uoluntatis pertinet, & salutis. Nam cum corpus e terra: & spiritum posse deamus e cœlo, ipsi terra, & cœlum sumus: & in utroq; ideſt in corpore, & spiritu ut dei uoluntas fiat oramus. Est enim inter carnem, & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, ut non quæ uolumus, ipsa faciamus: dum spiritus cœlestia, & diuina quærit, caro terrena, & secularia concupiscit, ideo petimus impense inter ista duo opus, & auxilio dei concordiam fieri: ut dum & spiritu, & carne uoluntas geritur, quæ per eum renata est, uincula carnis sequitur, quotidianis immo continuis orationibus hoc præcamur: fieri in cœlo, & in terra uoluntatem dei circa nos fieri: quia hæc est uoluntas dei ut terrena cœlestibus cedant: spiritualia, & diuina præualeant. Hæc Cyprianus. ¶ Tertiò modo exponitur de hominibus iustis, & peccatoribus simul

Secunda de spiritu & carne.

Auguſt.

Thom.

K

per

per cœlum intelligatur ecclesia iustorum, seu fidelium secundum legem cœli uiuentium: & per terram congregatio peccatorum terrena quærentium, pro quorum conuersione, & iustificatione orare debemus ex charitate: ut ad
Augus dei fidem cultum, & agnitionē ueniant: & ita cœli fiant. De hoc beatus Aug. in sermo. de oratione dominica dicit. Huius petitionis est alius sensus pius ualde. Moniti enim sumus orare pro inimicis nostris, qui terra sunt: quasi dicamus. Credant inimici nostri, sicut & nos in te credimus. Terra sunt: ideo nobis aduersantur. Cœli fiant, & nobiscum erunt. Hunc etiam intellectum
Augus. tangit beatus Cyprianus, ut recitat beatus Augu. Ibi de dono perseuerantię di. Vidit & alium in his uerbis sensum, beatus martyr Cyprianus, ut scilicet pro infidelibus, qui sunt adhuc in terra, terrenum tantum hominem portantes, orare intelligantur fideles: qui cœlesti homine inducti: non immerito cœlinomine intelligantur, unde sensus est secundum eum. Fiat uoluntas tua in infidelibus, sicut in fidelibus. Et post subdit. Non tantum pro fidelibus, ut augeatur in eis, uel perseueret fides, uerum etiam pro infidelibus: ut habere incipiant, sancta ecclesia orat, ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni, incipiant esse cœlestes ex aqua, & spiritu nati. Huic concordat etiam beatus Chry. super Mat. ḡ. Hinc dominus pro orbe terrarum orationem cuilibet nostrum innexuit. Neq; enim dixit. Fiat uoluntas tua in me, uel in nobis, sed ubicunq; terrarum: ut soluatur error, plantetur ueritas, & expellatur nequitia uniuersa, & reuertatur uirtus: ut in nullo iam differat cœlum a terra. Si enim hoc fiat, nihil distabunt, quæ inferius sunt ab his, quæ superius: etsi natura differant angelos alteros terra nobis ostendente. Hæc dicit: quia homines sic cœlestem in terris uitam agentes similes erunt angelis: non natura terrestri, sed conuersatione cœlesti. Quarto modo exponitur, intelligendo per cœlum, hoc materiale cœlū: & per terram hominis in terra constitutos, ut sit sensus. Fiat uo. tua sicut in cœlo, & in terra. i. sicut illa, quæ in cœlo materiali sunt tuę parent uoluntati ita & homines hoc ipsum ostendant. Illa enim quæ ibi in cœlestibus spheris sunt: dei ordinationem nequaquam transgrediuntur. Sol enim iuxta de constitutum continue mouetur de oriente in occidentem, & ad dei nutum contra cursum naturalem diuino beneplacito obedit, stando tempore Iosue, retrocedendo tempore Ezechię. Cęteræ quoq; stellæ spherę & planetę, dei ordinationi in suo cursu obediūt. Ita & in nobis petimus, ut nihil dei præceptis contrarium inueniatur: sed ut perfecte illi obediamus. Nunc currendo de uirtute in uirtutem: nunc stando perseueranter: ac fortiter contra omnes Christi inimicos in bono: nunc retrocedendo per conuersionē a uita peruersa, & perditis moribus. Vel sic. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. i. si in cœlo est fertilitas secundū diuinum beneplacitum, & institutum causaliter. s. & in terra idipsum ab hominibus accepteur: ut contra prouidentiam diuinam non murmurent: neq; contra ipsius sapientissimam ordinationem. ¶ Est tamen in hac clau-
I. sula notandum: ḡ secundum Chry. hęc particula. Sicut in cœlo, & in terra referri debet ad omnes prædictas petitiones. s. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua. Et sic erit sensus. Pater noster, qui es in cęlis sanctificetur nomen tuum. sicut in cœlo, & in terra. i. sicut sancti in cęlo te perfecte sanctificant; quia uidentes clare, & facialiter tuā maiestatem, & immensam perfectionem, te diligunt, honorant, & laudant sine intermissione, & fastidio æternaliter. Ita da nobis; ut adhuc in terra manentes sanctificemus nomen tuum secundum nostræ fragilitatis possibilitatem: ut uitæ huius cursus finiat, ac permittit. Rursus. Pater noster, qui es in cœlis. Adueniat regnum tuum, sicut in cœlo, & in terra i. sicut in cœlo exi-

Tertia expositio de hominibus instis.

stentibus regnum gloriæ tuæ iam aduenit, æterna. s. beatitudo: ita concede & nobis in terra morantibus: ut post huius uitæ cursum æterna beatitudo conferatur. Demum pater noster, qui es in cælis, fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. i. sicut cęli ciues conformes sunt tuæ uoluntati: perfecte. s. siue quantalibet declinatione. Ita dona nobis terrigenis, ut non nostram: sed tuam uoluntatem perficiamus. Vt uelimus uniuersa, quę te nos uelle cognoscimus: impleamus, quæ præcepisti: fugiamus, quæ prohibuisti: affectemus, quæ promisisti: amplectamur, qua consuluisti, opera tua magnificemus: ac te in omnibus benedicamus. Et sicut cæli ciues in tuę uoluntatis conformitate sunt stabiliti: ut ab illa declinare nequeant: ita & nostra in ea conformitate, quæ est dicta: fortiter perseueret. ¶ Sed circa hanc particulam dubitatur. M

Vtrum beati in cęlo possint se diuinæ uoluntati difformare.

Vtrum beati in cælo possint se diuinæ uoluntati difformare. Et ꝙ sic, arguitur per illud Iob. 4. Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis repperit prauitatem. Prauitas aũt non est sine recessu a diuina uoluntate: quæ si semel facta est in cælis, non uidetur in futurum impossibilis. In oppositum uidetur, quia in illo regno beatitudinis nihil potest esse inquinatũ. Declinare autem a diuina uoluntate, magna est iniquitas: quę si ibi potest cõmitti: & committentes a regno in illo expelli: quomodo diceret scriptura. Et qui bona egerunt, ibunt ad uitam æternam. Non enim est illa uita æterna a qua propter peccatum expellitur. Primo respondebitur. de facto. Secundo de possibilitate. Quoad primum dicendum, ꝙ beati in cælo perfecte conformant se diuinæ uoluntati: nec unquam se illi difformabunt uolendo contrarium eius, quod deus uult. Quid enim magnum Christus iussisset uiatores orare, ut fiat in eis uoluntas dei sicut in beatis in cælis: si illi sicut nos a bono ad malum possent declinare, & difformes fieri diuinæ uoluntati: parum præstantior esset ipsorum conditio, si illam, quam adepti sunt beatitudinem, per prauam uoluntatem possent amittere, cum nil infælicius, nihil sit miserius, quam meminisse se fuisse fælicem. Minor est cruciatus bonum imperfecte cognitum non adipisci: quam a possessio cum gaudio: & exultatione exulare. Sic igitur adepti sunt beatitudinem, & in æternum illa non priuabuntur. Priuarentur autem, si se diuinæ uoluntati difformarẽt. Si nãq; huius temporis homines indigni fiunt dei gratia: cum dei uoluntati aduersantur, non obstante ipsorum fragilitate, & multipliciter ad peccandum impelluntur, nunc a carne propria, nunc a dæmonibus, nunc a falsis fratribus, quantomagis iam glorificatos necesse foret a beatitudine excidere: si nullo impetu purgente diuinæ uoluntati communicarentur repugnare. hoc ergo procul est a ciuibus, & incolis regni cęlorum, qui ad beatitudinem non momentaneam, & transitoriam, sed stabilem, & perpetuam sunt Inuitati, dicente Christo. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Et sequitur. Ibunt hi in supplicium æternum. Iusti autem in uitam ętternam. Æterna autem hæc uita, & beatitudo non esset, si per peccatum, & difformitatem ad dei uoluntatem interrumperetur. Vnde sicut damnati non conformabunt se diuinæ uoluntati, quia ipsa uoluntas mala, & superba ascendit semper, ut dicit propheta, ita econuerso beati non difformant se diuino beneplacito, sed neq; unquam se illi difformabunt, propter quod idem de ipsis ait. In secula seculorum laudabunt te. Hinc Augu. li. 13. de ti. c. 7 Nullus uolet male uiuere in illa fælicitate, aut aliquid, quod deerit: aut deerit, quod uoluerit. quicquid amabitur, aderit: nec desiderabẽ, quod non aderit. Omne, quod ibi erit: bonum erit: & summus deus summũ bonum erit, atq; ad fruẽdum amantibus præsto erit. Et sequitur ad propositum. Et quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Ecce

Mat. 25.

Psal. 73 August.

Psal. 83. August.

dicit

ipsum abijciendo. Verum quia beatitudo, & gratia accidens est per accidens. i. contingenter inexistens beato: nec beatus hanc naturaliter sibi determinat: sicut ignis calorem, a quo naturaliter separari non potest: sed tota inseparabilitas est ex beneplacito diuinę uoluntatis. Idcirco melius reducitur impeccabilitas beatorum in deum tanquam in causam extrinsecam; secundum tertium intellectum præmissum: quam in causam formalem secundum intellectum secundum. Vnde secundum hoc dicendum: q beati se nō non possunt diuinæ uoluntati difformare: quia ita sunt in bono confirmati: q ad malum declinare non possint. Consistit autem hæc confirmatio in uno positiuo, & in uno quasi priuatiuo seu negatiuo. Positiuum est: q deus conseruat sine interruptione actum beatificum in beato: qui est maximum bonum, cuius natura intellectualis capax est: & ideo eam creatura remouere non potest. Dei enim uoluntati quis resistit? Negatiuum est, quia statuit deus non uelle coagere beato, ac actum beatitudini formaliter, uel uirtualiter repugnantem: quapropter beatus ex uirtute sua actiua, nullum talem potest elicere: quo demeretur beatitudinem perdere: quia causalitas dei requiritur ad productionem cuiuslibet effectus positiui: qua suspensa nulla creatura potest quicquam efficere. ¶ Ex his duobus simul beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati. f. ex eo: q deus perpetuo conseruat in eis actum. f. claræ uisionis, & perfectę fruitionis: in quibus est essentialis beatitudo. Ex secundo sunt ineffectabiles: quia propter subtractionem diuinę causalitatis habere non possunt uolubiles cogitationes circa beatitudinem: nec efficere possunt actus beatitudini qualitercunq; contrarios, sed nec omittere actum, ad quem tenentur: actum f. diuinæ ac fruitiuę dilectionis: quo intensissime, & super omnia diligunt deum, quia ille conseruatur a deo, cui repugnat omnis inordinatus actus, & omissio inordinata. Et secundum hoc intelligitur potest dictum beati Aug. supra allegatum. f. non posse peccare non cōpetit illis ex natura: sed gratia. i. gratiosa dei uoluntate. Et ex reuelatione horū duorū, beati sūt securi de sua beatitudine, q deus reuelauit eis, q uult semper beatitudinem in ipsis conseruare: & ipsis non coagere ad actum malum sibi displicentem: & sic patet intellectus alterius, quod addit Aug. f. q beatissimum est ita semper fore certum erit. f. per reuelationem dei. ¶ Ad argumentum in oppositum. Respondetur: q in angelis reperta est prauitas ante beatificationem eorum, dum adhuc erant uiatores. Sed post adeptam beatitudinem nullus cecidit de statu beatitudinis, quia in ipsa confirmati: beatitudinem in ipsis deo perpetuo conseruante. Et tantum de illo dubio.

Beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati.

Rom. 9.

P

Augustī.

Augustī.

Meditatio circa sicut in cęlo, & in terra,

¶ Sumando igitur, quæ dicta sunt: deuotus orator hanc petitionem profe- Q rens: ita meditationis suę attentionem uerbis accommodet, ut dicens. Fiat uoluntas tua. cum affectu mentis credat deum: ut abbas Isaac ait: omnia, quę uidentur uel aduersa, uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare. Magisq; eum pro suorum salute, & commodis prouidum, atq; solicitum: quam nos ipsos esse pro nobis. Hoc credens affectuose petat. Fiat uoluntas tua, sicut in cęlo, & in terra. Pa pater noster, qui es in cælis spiritum boni consilij: quo misericordes effectiui: tuā uoluntatem in terris impleamus, pro modulo uię, sicut impletur in cęlo pro modulo patriæ auitam relictā. Donā pater noster gratiam tuam, per quam nostra uoluntas terram despiciēs esse incipiat dei formis. Hæc enim est uoluntas tua nam uoluntas tua salus nostra est, qua uis omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem uenire. 1. Tim 2. Voluntas tua sanctificatio nostra est, ut mundati, & sanctificati in terra, illuc introire possumus, quo nihil coinquinatum possit introire. Voluntas tua est: ut non moriatur peccator, sed conuertatur, & uiuat. Vo-

1. Tim. 2.

luntas

luntas tua est o pater noster, quam Christus unigenitus tuus de cælo in terra missus, & fecit, & docuit. Hęc est humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, uerecundia in uerbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina. Iniuriam facere non nosse, facta tolerare: posse cum fratribus pacem tenere, deum toto corde diligere. Amare in illo, quod pater est: timere, quod dominus est. Christo nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquam præposuit, charitati eius inseparabiliter adhærere: crucí eius fortiter, ac fideliter assistere. Quando de eius nomine, & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur, in quæstione fiduciam, qua congredimur in morte patientiam, qua coronamur. Hoc est cohæredem Christi uelle esse: hoc est præceptum dei facere: hoc est uoluntatem patris adimplere. Fiat igitur u pater uoluntas tua: in peccatorum conuersione, per opus penitentiæ. In conuersorum sanctificatione, per munus gratiæ. In sanctificatorum saluatione, per bonum perseuerantiæ. In saluatorum perpetua clarificatione, per donum glorię. Fiat inquam, sicut in cælo, & in terra, sicut in angelis, sic in hominibus: sicut in iustis, sic in peccatoribus, & aduersis. Sicut in portione superiore mentis: sic in sensualitate carnis. Sicut in Christo capite, qui uenit de cœlis: sic in ecclesia eius corpore, quæ peregrinatur in terris. Fiat ut perfecta conformitate tuæ sanctissimæ uoluntati consentiamus: quatenus omnia tibi placita approbemus: salutis antecedentia apprehendamus, præceptis, prohibitionibus, consilijs obtemperemus: in omnibus donis, & operibus te benedicamus. In permissionibus tuam misericordem patientiam agnoscamus. Nec aliud uelle, & nolle concupiscamus, nisi quod te patrem nostrum, qui in cælis es: nos uelle nouimus, & nolle. Sicq; nos perseuerantes in tua sola bona semper & optima uoluntate: & nunc in terris temporaliter: & deinde in cælis uidere æternaliter ualeamus.

DE PETITIONE BONORVM INFIMORVM.

LECTIO LXX.

PANEM nostrum quotidianum da nobis hodie. ¶ Prę-
Expositio panem nostrum.
missis petitionibus, quibus pro bonis maximi. s. gloria regni: ac pro medijs. s. gratia, qua ad regnũ puenitur: deũ patrẽ oramus: sequitur petitio quarta, qua pro bonis infimis bonis. s. corporis tẽporalibus, ac fortunę patrẽ obsecramus. Et licet ad litteram petitio illa de bonis ad corporis sustentationem pertinentibus: & per panem quotidianum intellectis exponatur nihilominus per sanctos, & doctores eius expositio ad ea, quibus nutritur anima: extenditur secundum multiplicem panis mysticam significationem. Est enim panis naturalis sustentationis, pœnitentiæ & laboris, intelligentiæ illuminantis, gratiæ uiuificantis, eucharistiæ confortantis, deuotionis sursum agentis, glorię consummatis. Prius tamen quam de mysticis tractetur, prosequamur ad litteram de pane corpus substentante. Vbi in primis aduertendum, ꝙ licet secundum apostoli doctrinam prohibeamur carnis curam agere in desiderijs, possumus tamen curam eius gerere in his, quę saluti eius sunt necessaria, & quæ ad naturalem

Panis multiplex in scriptura.

eius

eius subsistentiam requirunt. Pro his enim obtinendis docuit nos Christus orare, & dicere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Voluit autem Christus nos, qui filij sumus dei, quorum pater cælestis prouidentiam gerit specialem: ab eodem patre quotidianum panem, & uictum requirere: ut ipsum patrem nostrum recognoscceremus; proficeremurq; nos ipsius prouidentia indigere. Quod maxime humili præce ostendimus. Nam qui ab alio petit in se indigentiam, & in alio benuolentiam attestatur. Petendo itaq; nostram indigentiam confitemur. Sumus enim compositi ex duabus substantijs: corpore. s. & anima: quarum quælibet iuxta naturæ suæ conditionem, indiget refectione, defensione, conseruatione: partis quoq; adiutorijs, & sustentamentis: pro quibus habemus deum iugiter implorare. Petimus autem ea, quæ ad salutem animæ pertinent, dum oramus, ut in nobis dei nomen sanctificetur, ut in nobis regnum gloriæ aduenias: ut per gratiam nostrã uoluntatem diuinæ uoluntati conformemus. Consequenter nunc requirimus iumamenta, quibus corpus reficiamus dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nomine aut panis omnia intelligenda sunt, quibus humani corporis fragilitas ad sui sanitatem, & conseruationem indiget, ut sunt conueniens cibus, & potus, uestitus, habitatio &c. ut Gen. 28. dixit Iacob Patriarcha. Si dominus dederit mihi panem ad uescendum: & uestimentũ ad induendum: erit mihi dominus in deum. Vbi per panem (sicut in plerisq; alijs scripturæ locis) intelligitur uictus necessarius ad animalis uitæ sustentationem. Et hoc est, quod dicit beatus Aguſt. ad probam. Dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. sufficientiam uitæ illam nomine panis significamus. ¶ Fecit autem dominus mentionem de solo pane, & non docuit nos expresse petere carnes, pisces, uinum &c. cum tamen homines his indigeant pro cõpetenti, ac salubri sua sustentatione: ut ex modo loquendi nobis insinuaret: ut quantum commode possumus, paucis contenti simus, & communionibus ad uictum necessarijs. unde dicit Chry. Christus solum panem petendum docuit, ut habentes alimenta: & quibus tegamur: his contenti simus, innuens q̃ solum petere habeamus necessaria non delicata, nec superflua. Ideo postulanda sunt nobis necessaria uitæ; non ciborum diuersitates, & uina odorifera, & cætera, quæ delectant guttur, onerant uentrem, & mentem perturbãt: sed panis, qui potest substantiam corporis sustentare. Vnde & sapientissimus Salomon non pro superfluis: sed pro necessarijs orauit ad dominum dicens. Mẽdicitatem, & diuitias ne dederis mihi: sed tantum tribue uictui meo, necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus: aut egestate compulsus, furer, & periurẽ nomen dei mei. Prouer. 30. Quæ autem sunt necessaria uitæ: exprimitur. Eccle. 29. Initium uitæ hominis aqua, & panis, & uestimentum, & domus protegens turpitudinem. Idem. 39. ¶ Sumpsit autem ex hac particula quorundam error occasionem dicentium: q̃ fideles solum licite possunt petere a domino ea, quæ ad uictum tenuissimum spectant panem, scilicet & aquã: q̃q; peccent omnes, qui se lautius, & largius reficiunt, quam uictu tenuissimo quo natura, ne deficiat, ualeat sustentari. Sad huius erroris falsitas patet per apostolum. 1. ad Timo. 4. ubi contra quosdam erroneos doctores loquens dicit. Tales prohibent nubere, quasi, scilicet malum sit, & præcipiunt abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognouerũt ueritatem: quia omnis creatura dei bona est: & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. tanquam prohibitum a cærimonijs ue. le. quoniam cerimoniæ illæ cessauerũt: quod si sic docentes astruxerunt. Aut tanquã a deo tenebrarum creatũ: aut

Rom. 14.

Augusti B

Prouer. 30. Eccle. 29. C

Quid uenit nomine panis cur petimus nisi panem dari.

Cibi delicati an sint a deo petẽdi.

legali

legali obseruantia communione, & imitandum. Præterea Christus apostolos quos docere habebat gratiam, cum eos mitteret ad prædicandum hominibus fidem: non præcepit comedere solum panem, & bibere aquam. Sed in quācunq; domum intraueritis, ait: in eadem manēte edentes, & bibentes, quæ apud eos sunt. Non est tamen uerisimile, quin sæpius recepti sint ab his, quibus etiam lautos cibos præparauerunt. Præterea Christus in conuiuio nuptiali, quo aquam conuertit in uinum, nec ipse tunc aquam bibisse legitur: & alijs uinum ministrasse. Item cum ipse dominus magnam multitudinem refecit in deserto: non solum panem, sed & pisces multiplicauit. Et dominus ipse, quamquam homo fuerit, sobrius, ac temperatissimus in nullo uirtutis medium excedentis tamen sic cum hominibus, & usitatis cibis uescebatur. Quidam phariseorum polluto ore ipsum uoratorem carnium, & potatorem uini appellauerunt. Præterea Christus in euangelio contra phariseos: quæ cibos discernebant: & circa ipsos cærimonias obseruabant diuersas dicit. Audite, & intelligite: non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. sequitur. Omne, quod intrat in os, & in ventrem uadit: & in secessum emittitur, non coinquinat hominem: quæ uero de ore procedūt, de corde exeūt: ea sunt, quæ coinquinat hominē. Ad idem facit, quod dixit dominus ad Noe post diluuium. Omnes pisces maris manui uestræ traditi sunt: & omne, quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Quasi olera uirentia tradidi uobis omnia, excepto, q̄ carnem cū sanguine non comedetis. Ex quibus satis uidetur: q̄ licitum est hominibus alijs cibis, quam aqua, & pane, siue remissimo uictu uti: ex concessione beniuolentiæ dei exemplo Christi, & apostolorum. Quapropter pro his possumus licite orare. ¶ Sed quid de tot fallamentis, ac ciborum uarietatibus, exquisitissima cocorum arte: aromaticis speciebus conditis, & multiplicatis, quibus plurimi utuntur? Nunquid orantes. Panem nostrum quotidianum da nobis. possunt hanc petitionem referre ad horum ferculorum multiplicium donationem. ¶ Respondetur, q̄ cibi præparati delicate secundum medicinę, aut cocorum artem, de se mali non sunt, sed res sunt indifferentes ad bonum, & ad malum. Dicuntur autem boni, & mali occasionaliter ex ipsorum bono, & malo usu: qui ex ordinato, aut peruerso hominis appetitu cibū sumentis procedit. Vnde beatus Greg. 3. moral. Non cibus, sed appetitus est in uitio. Vnde lautiores cibos quandoq; sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu conscientiæ degustamus, & exemplificat. Esau primatū per lenticulam perdidit: & Helias in hæremo uirtutem corporis carnem edēdo seruauit. Vnde & antiquus hostis primum sibi hominem: non carne sed pomo subdidit, & secundum non carne, sed pane tentauit. ¶ Ex quo apparet: q̄ nec cibus communis, & grossus de se bonus est, quin aliquis ipso possit abuti. Vnde patet: q̄ cibi, & potus delicati, & cætere res temporales tales sunt, qualis est animus utentis. Vt si utens cibo, & potu delicato bono sine temperata sobrietate, & recta intentione, ut sanior, uiuacior, ac robustior ad officium suum exercendo reddatur, aut cum gratiarum actione: quia cibi tales dati, & concessi sunt humano uictui: boni censentur. Si uero quis grossioribus utitur ex cupiditate inanis gloriæ, ut appareat sanctior: aut temperantior: aut ut uentris ingluiem expleat: cibus grossus malus iudicatur. Et hoc est, quod dicit beatus Aug. Fieri potest: ut sine alicuius uitio turpitudinis, & uoracitatis præciosissimo cibo utatur sapiens. Insipiens autem sedissima gulæ flamma in uilissimum cibum inardescat. ¶ Verum pro particulari responsione sunt tria attendenda. Primum, conditio utentis. Vtrum. s. sit persona in dignitate constituta, uel plebeia, ignobilis, uel generosa, secu-

Si aliquādo excusentur sic delicate uiuentes.

Luc. 10.

Ioh. 2.

Ioh. 6.

Mat. 9.

Mat. 15.

Gen. 9.

Dmus licite orare.

August. 3. De doctrina Christiana.

laris, aut religiosa: docta, uel rustica: tenera, aut robusta: sana, aut infirma. Hos enim non similibus cibis decet reficiri: sed alijs, & alijs iusta statuũ, conditionum, & officiorũ, atq; exercitiorum diuersitatem. Grossioribus siquidẽ indigent corporalibus insudantes laboribus: melioribus uacantes studio, aut exercitio rationis: Sic nobiles, præsidentes, diuites, infirmi, subtilioribus cibis indigent. Meliores siquidem cibi, & potus sanguinem, ut communiter generant meliorem. Ex ipso namq; subtiliores spiritus uitales sensitiui generantur, qui multum faciunt ad acumen ingenij, & intelligibilis iudicij: ad uiuaciratem sensuum, quę præsidentibus, ac docentibus multum fore utilia iudicantur. Quia deniq; tales pluribus solicitudinibus fatigantur: spiritualibus marcescunt laboribus: poterunt præ cæteris indulgentius cibis, & talibus quæ ad corporis sanitatem conferunt: licentius uti. Etiam alio respecto nobiles potentes, & prælati magnificentiam facere possunt super alios: ut in ipsis dignitas coronetur: potentia non lædatur, & reuerentia debita tribuatur, quæ crebro his subtrahuntur, dum qui ad exteriorem apparatum attinent, ab eisdem omittuntur: quæ plus in experientia, quam in edicibus addiscuntur. Hinc & beatus Auguſt. disponit in regula, ut aliter tractetur delicatus ex mundo confluens, aliter grossus, & plebeius ante introitum in paupertate degens. Et huius dicti rationabilitas trahi uidetur ex factis in primitiua ecclesia: ubi quamuis fidelibus omnia erant communia, tamen distribuebantur singulis, prout unicuiq; opus erat: iuxta uidelicet fidelium statum, & conditionem. Similiter de infirmis, qui delicatius nutriri dicunt, ut manifeste patrum regulæ docent. De teneris, & delicate nutritis scribit beatus Auguſt. in de uerbis domini. Vrantur diuites consuetudine infirmitatis suę, & doleant se aliter nõ posse. Non extollitur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis, & præciosis sicut consueuisti, quia aliter non potes, quia si consuetudinem mutas: ægrotas. Conceditur tibi uti necessarijs, da pauperibus superflua: utere præciosis: da pauperibus uilia. Sic igitur diuersa utentium conditio, magnam facit differentiam in cibis, & potibus communibus, & delicatis. ¶ Secundum considerandum est consuetudo regionum, & mos conuiuentium. Habet quidem regio una cibos delicatiores, quam alia, etiam quantum ad substantiam edibilium: habet & mos hominum certarum terrarum cibos delicatius, & exquisitius, quam aliorum præparare: cui consuetudini licite potest quis se conformare: edendo, & potando absque hoc, quòd medium excat uirtutis. Vnde dicit beat. Augu. Quid loco, tempori, & personis conueniat diligenter attendendum, ne timere flagitia: ubi non sunt, deprehendamur: qui parcius cibo utitur, quam mos habeat, quibus conuiuit, aut intemperans est, aut superstitiosus. Et quod minus uidetur de bene olentibus, siue odoriferis, bonisq; odoribus: quòd licite quis uti possit, quam cibis delicatis, asserit idem de se loquens. De illecebra inquit, odoris non nimis satago: dum desunt, non requiro, dum assunt, non renuo: paratus sum carere eis. Et quid mirum, si iuxta consuetudines regionum, & hominum mores, liceat quem lautius, & delicatius reficj, quam suus mos habeat: cum consuetudo patriæ, & hominum ritus alicui licentiam tribuat comedendi: ubi alias sibi fuerat ieiunandum, & a cibis simpliciter abstinendũ. Sic respondet beatus Amb. beato Auguſt. quærenti: an sibi, & matri cum Mediolani existerent: ieiunandum foret sabbato, iuxta morem suæ ciuitatis. an ecclesię mediolanen. more prandendum? Quid aliud ait Ambro. huic dicere possum: quam quod ipse facio? Et subdit. Quando hic sum, tunc non ieiunio sabbato:

Auguſt.

Auguſt.

F

Auguſt. In doct. Xpia.

Ambro. Auguſt.

quando Romæ sum, ieiuno. Et amplius eos instruens subdit. Ad quamcũq; ecclesiam veneritis, eius morem seruate: si pati scandalum non uultis, aut facere. Hæc Aug. in epistola de ieiunio sabbati. ¶ Tertium est intentio utẽtiũ: quo. ſ. fine cibos exquisite sibi prępparent. Verum propter iactantiã, aut inanem gloriam: ut liberales prædicentur: aut inordinatos in se motus excitent: ut potentes sint in malo: & ita nemini licet uti delicatis cibis, Sed neq; sic licet uti communibus ad finem inordinatum. Nam omnis actus ẽt de genere bonus ordinatus in finem culpabilem, & malum: culpabilis est, & malus, quia a fine iustum est singula denominari. Et in moralibus circumstãtia finis est potissima: penes quam attenditur actus, bonitas, malitia ue. Aut huiusmodi delicata ciborum præparatio fit intentione delectationis gustũ consequentis in ciborum, & potuum sumptione. Et tunc aut fit intra limites legis Christianæ, puta quia sic delectari quærens nullum præceptũ uiolat uere' uel interpretatiue, paratus omittere, si deus, uel ecclesia sic delectari prohiberet: & tunc aut nullum, aut leue peccatum est: aut ueniale: quod aqua benedicta abluit. Aut fit huiusmodi delicata prępparatio citra legem: puta: quia ex tanta libidine quærit delectari in cibo, & potu, ut postponat deum: non curando utrum ex hoc impediatur in operationibus spiritualibus, et an per hoc, præceptum dei, uel ecclesiæ transgrediatur. Neq; paratus est cessare, si prohiberetur: tunc non est sine malitia, et mortali peccato si omnia hæc adsint. Huius simile ponitur in delectatione actus coniugalis, quę si quæritur intra leges matrimonij, nullum, aut ueniale est peccatum. Si autem citra, siue extra limites coniugij, paratus hoc idem facere; si coniunx non esset, peccatum est mortale. Qui ergo sic quærunt cibos delicatos, sunt hi quorum deus uenter est, qui in prępparandis cibis (ut Hugo aït in de claustro animæ) studium adhibent: infinita decoctionum trixuratarum, & condimentorum genera excogitantes, modo mollia, modo dura, modo calida, modo frigida, modo elixa, modo assa, modo pipere, modo allijs, modo sale condita: secundum consuetudinem pregnantium mulierũ desiderantes. Horum etiam palatum per ferculorum multiplicationem, et uariam prępparationem seducitur: quoniam uarietas fastidium tollit, et cũ iam stomachus crebris ructibus repletum se indicat, nondum tamen curiositas satiatur. ¶ Est et alia intentio, qua quis cibum, & potum delicatum quærit, dum quis non in eis finem statuit, quęrens dumtaxat delectari: sed assumit ipsos tanquam adminicula, quibus ducitur in finẽ altiorem, et meliorem: ut in se uires excitet, quatenus in se corporis ualitudo conseruetur: et sensuum proportionata uiuacitas ad exercitium spiritualium operum animæ, ut aptior inueniatur in his, quę ad salutem conferunt: siue illud sit studium litterarum, siue modulatio psalmorum, siue meditatio diuinorum: aut instructio fidelium: siue quodcunq; aliud habens ordinem ad salutem. Ad hunc quippe finem non modo licet uti cibis subtilioribus, sed sæpe meritorium est, dũ tñ modus seruet in quanto pariter, et in quali, secundum exigentiam personæ, temporis, et laborum ei incumbentium ex officio, aut propria deuotione. ¶ Et omnia sic corporis nutrimenta necessaria, et accommoda panis nomine sunt intelligenda in petitione dominicę orationis. Et licet panis, et cibus tenuis sustentationi uitæ sufficiant, quoniam modicis contenta est natura, ut in esse saluetur, quia tamen refectio lautior: quatenus ualet secundum prædicta ad sensuum integritatem, et eam corporis ualitudinem, quo subseruire potest spirituali, licite a nobis peti potest: propter quod ubi nos dicimus. Panem nostrum quotidianum, ut Lucas scribit. Matth. dixit. Panem nostrum supersubstantialem. Est enim pa-

Augustin. G

Intentio utẽtiũ cibis qualis esse debeat.

H

nis

Panis substantialis: supersubstantialis: panis superfluus quis est.

nis substãrialis, est panis supersubstantialis: et est panis superfluus. Panis substantialis est victus cenuis sufficiens ad corporalis vitæ sustentationem, ut non deficiat tantum. Qui ideo substantialis dicitur, quia ad substantiæ conseruationẽ necessarius est, et requiritur. Panis supersubstantialis est quo corporalis vita conseruatur, cum bona corporis membrorum, et vtrium valitudine: quæ sufficit ad operationem personæ incumbentium ordinatam executionem. Panis superfluus est qui præter predicta, voluptates multiplicat, et sensuales delectationes parit, quæ non ad finem hominis, quæ est animæ salus, promouet, magis autem impedit. Pro primis duobus panibus: hoc est substantiali, et supersubstantiali petimus. Pro tertio nullatenus licite orare possumus. Ita tamen panem nobis dare petamus a domino: ut in eis finem non ponamus, sed ea petere debemus tanquam quædam adminicula: quibus ad finẽ, qui est beatitudo animæ, adiuuemur. Cum enim vita nostra temporalis ad acquirendum æternam ordinata est, intantum huius vitę nobis quęrenda sunt necessaria: inquantam ad hunc finem conferunt, & conducunt. Hinc Bea. Augu. ad probam. Sufficientiam vitæ non indecenter vult, quicunq; eam vult, & non amplius: quæ non appetitur propter semetipsam: sed propter salutem corporis: & propter congruentem habitum personæ hominis, ut non sit inconueniens, cum quibus viuendum est. Illa ergo cum habentur, teneantur: cum non habentur, orandum est: ut habeantur. De hoc etiam. Alex. par. 4. q. 37. ait. Panis corporalis non est petendus: ut illud, quod principaliter intenditur obtineri oratione ista: sed ut adminiculum illi, quod principaliter postulatur. Petitur enim panis materialis ad sustentandũ corpus: ne succũbat in exercitio operationum iustitiæ: sed coopetetur spiritui: ut assequatur, quod intendit. unde petitur, ut adiectum: non ut principaliter intentum. Hinc Glo. Luc. 11. Quia etsi panis materialis hic petatur: non petitur, ut primò, & principaliter intentum, & petendum; sed ut adiectum, & posterius intentum. ¶ Nostrum. Nostrum dicimus, & non meum: ut nemo sibi temporalia pro sua dumtaxat utilitate appropriet: sed ea, quę a deo percipimus alijs prout indigentia, & necessitas expostulat: impartiamur. unde dicit Chryſ. Omnia, quę nobis orantibus dominus dat sine mentientibus, nõ nobis solum dat, sed & alijs per nos, ut de eo, quod percipimus a deo, partem impotentibus faciamus. Item sicut natura cibum per stomachum assumptum communicat omnibus membris: sic & nos, qui multa membra sumus unius corporis mystici: debemus petere hunc panem: nõ solum pro nobis petentibus: sed pro omnibus nobiscum participantibus. Secundò dicimus nostrum, ut nemo aliena bona sibi, ut sua usurpet. de quo Chryso. Qui de iustitia panem acquisitum manducat, suum panem manducat. qui autem cum peccato, alienum. secundum hoc igitur petimus panem nostrum. i. panem siue victum cum iustitia acquirere: & non cum peccato, & iniustitia panem cuiuscunq; usurpare. Tertiò dicitur nostrum: non tuum, quamuis panis illius sit, qui daturus est eum: quia etsi dei est dominio, & proprietate: tamen noster est ex eius munere. Item noster refectione, & causalitate. Nostram enim indigentiam commemoramus: ut humiliemur. Nos quoq; sumus, propter quos panis ille: nempe corporalis: sed & sacramentalis, & spiritualis, ac doctrinalis paratus est, ac ministratur sub ratione panis. hoc est, inquantum est reparatiuus indigentię. Licet ergo dei sit proprietate, noster est utilitate, ac finis causalitate. Sic ergo oramus deum: ut nobis de sua benignitate panem tribuat: qui noster sit ex eius panis scilicet acceptione, utilitate, & refectione, ideſt ad nostram utilitatem, & refectionẽ: ut vult Alex. de Ales. Dicitur: & nostrum quartò: ut nemo per se

Alexand.

Luc. 11.

Quo dicim̃ panem nostrum.

Alexand.

solo: sed etiam pro alijs oret. Vnde beatus Cyprianus lib. de oratione dominica, non longe post principium. Ante omnia inquit, pacis doctor unitatis magister: singillatim noluit, & priuatim precem fieri ut quis cum precatur: pro se tantum precetur. Non dicimus pater meus, qui in cælis es. Nec panem meum da mihi hodie: nec dimitti sibi tñ unusquisq; delicta postulat. Aut ut in tentationē nō inducatur: atq; a malo liberetur, pro se solo rogat: publica est nobis, & communis oratio. Et qñ oramus; non pro uno: sed pro populo toto oramus: quia totus populus unum sumus. Deus pacis, & concordiæ magister, qui docuit unitatem: sic orare unū pro omnibus uoluit, quo modo in uno omnes ipse portauit. Hæc ille. Sequitur. ¶ Quotidianum. Loco huius nominis quotidianum: quod Lucas ponit cap. 11. Matthæus posuit supersubstantialē. Sed cum ecclesia in oratione dominica in omnibus alijs sequitur uerba Matth. euangelistæ: cur in hoc uerbo mutauit nomen supersubstantiale in quotidianum? Respondet hic Alexand. primo propter hoc: quia quid sit supersubstantiale, pauci intelligunt, quid quotidianum a multis capitur. Cum autem Matthæus orationem dominicam scripsisset perfectis conuenerebat: Lucas ut perfectis, & imperfectis. Ideo ut omnes capere possent orationem dominicam, quæ ab omnibus dici debet, ecclesia decreuit loco supersubstantiale poni debere: quotidianum. Secundò, quia generalius exprimuntur petenda per nomen quotidianum: quam per nomen supersubstantiale. Nam accipiendo proprijssime supersubstantiale importat panem sacramentalem, scilicet Christum. Nam ille uere & proprie super omnes substantias est; qui quoniam panis noster esse dignatus est proprie dicitur panis supersubstantialis. Quotidianum uerò continet & panem quotidie sumendum: siue sit corporalis: siue spiritualis: siue doctrinalis, siue sacramentalis. Veruntamen pro eodem accipitur supersubstantiale, & quotidianum: & idem sunt. Vnde Dam. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie: hoc est panem nostrum quotidianum. Similiter Mat. 6. glo. supersubstantialem, uel quotidianū. Exponitur aūt supersubstantiale dupliciter. Vno mō, ut sunt duæ dictiones. Alio ut ē unica. Primo mō proprie de Christo exponitur, ut dictum est. Supersubstantialē. i. Christum, qui super omnes substantias est. Secundo modo tam de Christo, quam de pane materialiter sit sensus. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. i. petimus, ut super panem nostræ sustentationi necessarium, des nobis & panem sacramentalem, & uictum necessarium additum ad substantię sustentationem. hoc est. Da nobis utrumq; panem, mentis, & corporis. Quomodo autem panis supersubstantialis differat a pane substantiali, & pane superfluo statim supra dictum est. Oramus autem pro pane quotidiano secundum ecclesiæ ordinationem. i. pro pane quotidie nobis necessario. Hunc autem panem quotidianum docet nos petere Christus secundum Chrys. ut luxuriosos cibos compesceret. Vt discceremus manducare quantum naturalis ratio exigit: non quantum carnalis lasciuia impellit. Si enim tu pro lasciuia in uno conuiuio tantum expendis; quantum sufficere potest uerbi gratia centum hominibus moderate uiuentibus; aut tibijpsi centum diebus disciplinate uiuenti: iam quotidianum cibum non manducas; sed multorum dierum. Neque tamen sic mandauit deus orare panem quotidianum nobis donari quasi illicitum iudicauerit hominem Christianū plus habere, quā panē quotidianū. Oramus & secūdo nobis dari pa. quoti. ex Xpi instituto, ut sic doceremur solicitudinem de temporalibus abijcere: qm hæc dū mentē imbuerit: de spiritualibus, & diuinis uix cogitare permittit. Hanc ut a cordibus suorum dominus discipulorum auelleret: nolite, dixit esse soliciti in

K

Quotidianū quid importat.

Alexand.

Mat. 6.

Mat. 6.

crasti-

crastinum. Et hic nos orare docuit, & petere panem quotidianum. Sed cõtra hoc arguit beatus Aug. in de ser. domini in monte di. Cur oramus pro his adipiscendis, quæ huic uitæ sunt necessaria: ueluti est uictus, & uestimentum, cum ipse dominus dicit. Nolite soliciti esse, quid manducetis, uel quid induamini? An potest quisquam de ea re non solicitus esse, pro qua adipiscenda cum tanta attentione animi oratio dirigenda sit, ut ad hoc totum illud referatur, quod de claudendis cubiculis dictum est. Per hoc innuit Aug. ꝙ si panis petitur in oratione dominica, cum solicitudine petitur, quia tanta diligentia (de qua dicitur. Cum oraueris intra in cubiculum tuum &c.) non potest esse sine solicitudine. Item super illud. Quærite primum regnum dei, &c. Et hæc omnia adijcientur uobis. hæc omnia utenda in uia. Non inquit Aug. quærite primum regnum dei: deinde ista quærite: sed hęc omnia inquit, apponentur uobis. s. etiam non quærentibus. Quomodo autem recte dicatur non quærere aliquis, quod ut accipiat intentissime deum deprecatur, nescio, utrum inueniri queat. Per hoc uidetur uelle Aug. ꝙ panis corporalis, uel aliud temporale non sit petendum in oratione dominica. ¶ Ad illa dicendum, ꝙ in uerbis allegatis sollicitudinem prohibentibus, non prohibetur omnis solicitudo: sed solicitudo immoderata. Nam ꝙ moderata solicitudo concedatur: innuitur in hoc, ꝙ non docuit nos dominus orare: panem nostrum hodiernum da nobis hodie, quasi sua esset intentio, ut peteremus panem unius dici solum in omni solicitudine prouisiua pro futuro, sed ut peteremus panem multorum dierum sibi inuicem succedentium, quæ successio dicitur quotidianum. Non ergo prohibetur moderata, & opportuna curatio, & cogitatio de crastino: sicut aliqui errantes docuerunt: sed immoderata. Est autem solicitudo immoderata tripliciter. Quia uel est superflua, anxia, finalis quærendi causa. Superflua est, quæ impedit animam a spiritualibus quærendis. unde & Beda super uerbo allegato. Solicitudinem illam amputandam docuit, ob quam spũalia negliguntur, & postponuntur. Item superflua est solicitudo, quæ est in multa futura tẽpora: quasi semper uicturi essemus, & locũ manentem hic haberemus, & non magis futuram inquirere deberemus. De quo bea. Cyprianus. Qui Christi cepit esse discipulus: secundum uocem magistri sui renuncians omnibus, diurnum cibum debet petere: nec in longum desideria petitionis suæ extendere. Et sequitur. Quia contrarium sibi sit, & repugnans, ut queramus in seculo diu uiuere, qui petimus regnum dei uelociter aduenire. Vnde & diuitem stultum seculares copias cogitantem, & se exuberantium fructuum largitate iactantem, redarguit dominus dicens. Stulte hac nocte expostulatur anima tua: quę ergo parasti, cuius erunt? Lætabatur stultus in fructibus, nocte moriturus, & cui uita iam deerat: uictus abundantiam cogitabat. Solicitudo anxia est, quæ diffidentiam habet de largitate diuinæ prouisionis. Hæc est in auaris diuitibus, qui semper timent deficere, ideo non cessant cum cordis anxietate & parta tueri, & superfluas prouisiones facere, ac diuitias diuitijs cumulare in præiudicium pauperum, & crebro in propriæ salutis detrimentum, quasi deo non esset cura de suis. Contra quorum diffidentiam, dicit beatus Cyprianus. Neq; deesse quotidianus cibus potest iusto: cum scriptum sit. Non occidit (animis affliget) dominus fame animam iusti. Et iterum. Iunior fui, & senui: & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Item cum dominus promittat, & dicat. Nolite cogitare dicentes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quo uestiemur? Hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater uester, quia his omnibus indigetis. Quærite primum regnũ, & iustitiam dei, & hæc omnia apponẽtur uobis.

Augst.

Mat. 6.

Augst. L

Solicitudo multiplex.

Quomodo citũ est ꝙ palibus solicitudine habere.

Prouerb. 10.

Psal. 36.

Mat. 6.

Quærentibus regnum, & iustitiam dei omnia promittit apponi. Nam cum sint dei omnia: habenti dominum nihil deerit? si deo ipse non desit. Sic Daniel in Leonum lacu iussu regis incluso, prima diu prandium diuinitus procuratur: & inter feras esurientes, & parcentes homo dei pascitur. Sic Helias in fuga, & solitudine coruis ministrantibus, & uolucribus sibi cibum apportantibus in persecutione nutritur. Et exclamans addit. O humanæ malitiæ detestanda crudelitas. Feræ parcunt, aues pascunt, homines insidiantur, & seuiunt. Hæc Cyprianus. Simile de sancto Paulo primo Heremita beatus Hieronymus in eius uita testatur. Et huiuscemodi plurima in probatissimis leguntur historijs. Solicitudo principalis, quæ est rei alicuius ut causę finalis, hæc est, quę habetur de aliquo tanquam principaliter intento: propter quod alia intenduntur, & ipsum tanquam finis intenditur: in quo adepto is, qui intendit, quietatur, nec id in aliud magis concupiscendū ordinatur: quā habent de cibo, & temporalibus homines uoluptuosi: & secundum uitam eligentes: ut dicit philosophus. 1. Eth. 3. Similes Sardanapalo Assyriorum regi, qui uitam egit in uoluptatibus, & sensualibus delectationibus præsentibus: non quærens alium finem similis bestijs. ¶ Hanc igitur triplicem malam solicitudinem & curam de crastino dominus a suis fidelibus hic excludere uoluit: cum nos quotidianum panem petere docuit. Non solicitudinem ordinatæ prouidentiæ. Siquidem licitum est fidelibus curam pro futuris cū prouidentia gerere: ut tempore abundantiæ rerum prouisionem in ipsis faciant pro alio rempore: ne ob defectum eorundem: defectum uitę necessariorum patiantur. Sic Ioseph prouisor Egypti laudabiliter fecisse legitur Gen. 41. dum in annis fertilibus fructus ad corporalis uitę sustentationem necessarios industrioſe conseruauit: quo populum Ægipti a superuentura, & dira famis necessitate, quæ præmebat cæteros: preseruauit. Neq; hęc superflua solicitudo dicenda est: sed industria, & prudentia prouisiua. Hoc enim est de ratione animalis rationalis: quod naturaliter arte, & prouidentia uiuere debet. Vnde Seneca in libello de quattuor uirtutibus. Si prudens esse cupis, inquit, in futurum prospectum intende: & quę possunt contingere; animo tuo præpone. Et beatus Augu. in sermone domini in monte. Cū uiderimus aliquem seruum dei prouidere: ne huius uitæ necessaria sibi desint: aut his, quibus cura sibi commissa est: uehementer cauendum est, ut non iudicemus eū de crastino solicitum esse. Nam & ipse dominus propter exemplum, ne qs postea scandalum pateretur: cum aliquem seruum dei aduerteret ista necessaria procurare: loculos habere dignatus est. Et in Actibus apostolorum scriptum est, ea, quæ ad uictum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentē famem. Hinc prudentissimus Salomon huius prouisiue prudentię detestans in hominibus defectum remittit pigros contra humani status conditionem improuidos ad animalia irrationalia: ut discant ab eis prudentiam, & rationalem industriam de crastino pronide cogitare. Ait enim Prouerb. 6. Vade ad formicam o piger, & considera uias eius, & discę sapientiam. Quæ cum non habeat ducem: nec præceptorem: nec principem: parat in ęstate cibum sibi: & congregat in messe, quod comedat in hyeme. Et per hoc patet: quæ solicitudo sit Christiano prohibita: quæ concessa. ¶ Sed hic instat Chris. Videntur hęc uerba sonare ꝓtima facie, ut qui dicunt. Pānem nostrum quotidianum da nobis hodie. quasi nihil habeant in crastinū: aut post crastinum. Quod si habēt præparatum in crastinum: aut in quinq; aut decem, dies: quomodo possunt dicere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Illud namq; petitur, quod non habetur. Quod iam possi deturat: quid adhuc requiritur. Quod si ita est oratio aut paucis aut nullis

Daniel ulti.

3. Reg. 17.

M

Gen. 41.

Augus.

Act. 11.

Prouerb. 6.

Triplex solicitudo a nobis abijcienda est.

conue-

conuenire potest. Quis enim ita fidelis sit cum possit amplius habere, tamen amplius sibi non seruat quam panem quotidianum. Quotidianos uictus forsitan petere solis conueniebat apostolis, qui docendi gratia per singulas ciuitates omni tempore uagabantur, & ipsa uagatio amplius quotidiano uictu possidere non poterat. Respondetur. Ita debemus apiare Christi doctrinam: ut omnes in ea proficiant: ne forte communis medicina iustitiæ, quæ ad salutem omnium est præparata, dum aut paucis, aut nullis prodesset inueniretur superflua. Intelligendum igitur est: quia non solum oramus deũ panem quotidianum dare ut manducemus, sed ut quem manducamus, de manu domini accipiamus. Habere quidem ad manducandum commune est iustis, & iniustis, & frequenter habeoc amplius peccatores, quod manducent, quam iusti. De manu autem dei accipere tantum est iustorum. Præparare igitur, & prouidere non uetant hæc uerba: tamen cum peccato præparare uetant. Nam qui cum iustitia præparat: illi deus dat panem, quẽ manducat: qui cum peccato præparat; illi non deus dat, sed dyabolus. Nam quamuis omnia a deo creantur: non tamen omnia a deo ministrantur. Habentes igitur panem paratum apud se, qui ipsis sufficit in plurimos dies: adhuc petere habent panem quotidianum: ut sic panem, quem dedit dominus possessiue, etiam det usuetur scilicet ipsi ex benignitate eius bene utantur pane concesso, deo ad laudem; & sibi ad corporis, animæq; salutem. Difficillimum nim est homini exteriora iuste possidere: recte dispensare: & eis bene uti ad dei laudem: & ad propriam, ac aliorum utilitatem, & salutem. Ad hoc enim indiget homo maiori dei auxilio, quam ut talia acquirat: ideo necesse est ut ẽt abundans in temporalibus a domino petat panem quotidianum, quem habet in possessione: sibi dari usu conueniente, ut cum Apostolo sibi donetur scire abundare, & satiari, & esurire, & penuriam pati. Nec parui pendendum est scire abundare. Nam ut dicit glosa ad Philip. 4. Qui acceptis rebus non extollitur: qui eas ad usum uanæ gloriæ non intorquet: qui solus non possider, quod accepit: sed cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad uegetationem uentris utitur: sed ad præparationem uirtutis: nec plus carni tribuit, quam necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate uictus agit aliquid, unde anima peccati laqueũ incurrat, sic esurire. Hæc Glo. Vnde ne dyabolus per cibum, & potum nos in gula tentet immoderato eorum sumptu, petimus a deo, ut det nobis moderatum, & salubrem usum eorum, & quę nunc habemus, & quæ habituri sumus. Ideo commendabilis est deuotorum fidelium consuetudo, priusquam comedant deum orare, ut panem, & reliquum cibum eis sanctificet. Sanctificatur enim cibus per uerbũ dei, & orationem. 1. Tim. 4. ubi glo Sanctus fit cibus, & salubris non noxius animæ, uel corpori. Verbum sanctificat, oratio impetrat, dyabolus uero per cibum tentat. Sequitur. ¶ Da, scilicet tu pater cęlestis, qui das escã omni carni. Qui aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. Da liberaliter, quia tu es deus uniuersorum, quoniam tui sunt cęli, & tua est terra, & omnis plenitudo eius. Da, non uende, quia nihil habemus, quod a te emamus, quod a te non accepimus. Quid habes dicit apostolus, quod nõ accepisti. Da non mutua, quia non inuenimus præter tua dona quod restituamus. Da igitur simpliciter gratiose, sine spe lucri, precij, aut muneris, quia bonorum nostrorum non indiges. Ex hoc autem elicitur, quòd non solum bonorum spiritualium est largitor, sed & bonorum temporalium distributor. Hæc enim ab illo petere Christus nos docuit, per quod confutatur error quorundam gentilium putantium prouisionem bonorum tem- 1. Tim. 4. N

poralium ad diuersos deos pertinere: quos intuitu temporalis prosperitatis & affluentiæ colendos astruebant. Sequitur. ¶ Nobis qui sumus tui filij, eapropter te patrem, ut tribuas, interpellamus: & nobis a te donari petimus, quia ex nobis ipsum habere non possumus. Dicitur etiam, nobis pluraliter: & non mihi, eadem ratione, qua dictum est: non pater meus: sed pater noster, & qua petimus: panē non meum, sed nostrum: ut statim supradictum est. Vt non pro nobis tantum: sed etiam pro proximis panem quotidianū a communi patre omnium postulemus. Vnde patet etiam diuites hoc respectu quantumcunq; abundent panibus, recte petere panem dari nobis: quoniam & si ipsi non indigeant, sunt tamen pauperes plurimi, qui egent panibus: pro quibus omnibus petendum est, ut panem recipiant quotidianum. ¶ Hodie. Cum præmissum sit quotidianum: cur additur, hodie. Nam in uerbo quotidianum, includitur uerbum hodie. Dum enim petitur dari panem quotidianum petitur dari hodiernum, & ita hodie, & cras & consequenter. Respondet Alexand. de Ales parte. 4. quæstio. 27. Non superflue apponitur hodie, quia licet panis quotidianus comprehendat hodiernum: non tamen petendo panem quotidianum nobis dari: petimus hodie nobis dari. Hodie enim tempus determinat, seu quando ipsius dandi, quod non exprimit (quotidianum) sed magis qualitatem: siue substantiam rei dandæ. Vnde sensus est, Da nobis panem quotidianum: id est da nobis panem, qui est quotidianus. i. quo quotidie debemus reficī panem, scilicet necessariæ, & frugalis refectionis, non lasciniæ, & superfluitatis. Hodie uero tempus exprimit, quo id dari petimus, quo secundum Chrys. innuitur: ut non solicitudine grauemur. Vnde ait. Pro pane iussit solum orationem facere, & pro pane quotidiano: ut non soliciti simus pro crastino, & neq; hoc sufficit uerbo: sed & aliud post hoc apposuit dicens. Da nobis hodie: ut non conteramus nosipsos solicitudine superuenientis diei. Cuius enim diei spacium te uisurum nescis, quam ob causam in illius solicitudine torqueris. Vel etiam hodie, id est omni hora, & toto tempore uitæ: ut dicit Augustinus ad Probam. Quomodo etiam loquitur Apostolus in epistola ad Heb. 4. dicens. Hodie si uocem eius audieritis: id est toto temporæ uitæ: quod non est nisi unum hodie, scilicet unus dies, scilicet iuuentutis, & senectutis, iuxta illud Gen. 1. Factum est uespere, & mane dies unus. Mane scilicet iuuentutis: & uespere senectutis. Sunt & aliæ causæ cur apponitur hodie, allegorice, & morales, de quibus postea dicetur. Vnde ex omnibus præmissis elicitur talis sensus huius petitionis quantum ad panem materialem. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: id est tu pater cælestis da nobis panem, id est bona temporalia pro huius mortalis uitę curſu necessaria, & ea mensura, eoq; utendi modo, quibus nobis utilia sunt, & ad uitam immortalem, quo tendimus profutura. Hæc de prima panis acceptione. ¶ Sed circa expositionem, qua nomine panis intelligitur totum, quod pertinet ad humanum uictum. Dubitatur, utrum quis recta ratione possit a deo petere diuitias temporales. Quod non uidetur, quia quod Christus docuit contemnere: non recte a deo potest peti. Christus autem docuit diuitias contemnere exemplo, & uerbo. Fuit enim in persona pauperrimus, ita ut eleemosynam reciperet, dicente Mat. Mulieres multæ sequebantur illum, & de facultatibus suis ei ministrabant. Fuit tantæ paupertatis: ꝙ proprio careret hospitio, ipso attestante Luc. 9. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Super quo Hiero. in persona Christi. Quid me propter diuitias, & lucra seculi sequi cupis, cum nec hospitium habeam, & tecto uictor non meo.

Hodie quid importat.

August. Heb. 4.

Gen. 1.

O

Vtrū liceat diuitias a deo petere.

Mat. 27. Luc. 8.

Idipsum

Idipsum uerbo docuit, cum suis discipulis charissimis possessionem auri, & argenti interdixit. Nolite inquit, possidere aurum, nec argentum, neq; pecuniam in zonis uestris. Et iterum. Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Item Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum cœlorum. Matth. 19. & similia in multis alijs passibus a Christo dicta leguntur. ¶ Oppositum uidetur: quia quod licet possidere sine dei offensione, licet etiam a Deo petere. Diuitias autem temporales possidere licitum est, ut patet in exemplis pluribus. Nam Iob plurimis diuitijs pollebat ouium, camelorum, boum, asinorum & familiæ multæ nimis, ita ut magnus esset inter omnes orientales. Cui tamē de iustitia non homo, non angelus, sed dominus ipse testimonium perhibuit. Sic Abraam, Isaac, Iacob, Dauid, & plurimi amici dei diuitias possederunt. ¶ Pro responsione aduertendum, q̄ opes & diuitiæ dupliciter considerari possunt. Uno modo quo ad se. Alio modo quoad appetitum hominis. primo modo res sunt quædam a deo conditæ bonæ, & non malæ. Bonæ bonitate naturali, de qua res tantum participat, quantum participat de entitate. Nam ens, & bonum conuertuntur. unde Basilius super illud, Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Non docet inquit, dominus facultates uendere, eo q̄ naturaliter sint prauæ, alias creaturæ dei non essent, nec eas docet abijcere tanquam malas, sed disponere monuit. Comparando autem diuitias ad appetitum hominis, quandam habent indifferentiam ad bonum, & ad malum. hoc est, q̄ possunt bene appeti, & male. unde Bernar. lib. de cōsi. Aurum, & argentum, & cetera huiusmodi quantum ad animi bonum spectant, nec bona sunt, nec mala. Usus tamē eorum bonus, abusus malus. ¶ Ad idem Chrysost. Rerum ait quædam bonæ, quædam malæ, quædam mediæ. Bonæ sunt castitas, humilitas & ceteræ uirtutes, quas cum homo elegit bonus est. Mala sunt his bonis opposita. ut luxuria, superbia: quas cum homo elegit malus fit. Mediæ sunt diuitiæ, quæ quandoq; ad bonum, quandoq; ad malum ordinantur secundum affectum utentium. Idem Origenes super epistolam ad Ro. li. 4. tractans illud apostoli. Non solū aūt hoc, sed & in tribulationibus gloriamur. Oia dicit, q̄ sunt, uel aguntur, aut bona sunt, aut mala; aut indifferentia. Bona illa certum est proprie dici q̄ ad uirtutes animi pertinent: & mala sola ea, q̄ ad malitiam pertinent, & contra legē dei aguntur. Cetera uerō indifferentia esse. i. neq; bona neq; mala nominanda, ut sunt diuitiæ, spes corporis, & fortitudo, uel proceritas, atq; ea, quæ corporis usibus seruiunt. Amb. Discant diuites non in facultatibus crimen haberi, sed in his quibus uti nesciunt. Nam diuitiæ ut sunt impedimenta improbis: ita bonis sunt adiumenta uirtutis. Item B. Greg. Videmus quoſdā diuites, qui & opes, & gloriā sine culpa habere potuissent, si hīc animi humilitatem uoluissent. Ecce diuitiæ, & honores possunt sine culpa teneri, si sit humilitas animi. Et subdit. Sed nunc extolluntur rebus, inflantur honoribus, dedignantur ceteros, qui suæ uitę fiduciam in ipsa abundantia rerum ponunt, quod sine culpa non est. Item Ambr. super Lucam. In pecuniarum copijs pleraque sunt iuuamina peccatorum, pleraq; incentiua uirtutum. Et infra. Non census, sed affectus in crimine est. Hiero. Diues cum deposuerit sarcinam peccatorū, & totius corporis prauitatem, intrare pōt per angustā portam, & arctam uiā q̄ ducit ad uitam. Non dicit Hier. cū deposuerit diuitias, sed cum deposuerit sarcinam peccatorū. Et B. Basilius. Condemnatur diues nō quia diuitias possidet, sed quia eis abusus est. Cęterea B. Aug. super illud psal. Diuitiæ si affluant: nolite cor apponere. Non dicit, inquit, diuitias nolite habere: sed nolite cor apponere. Non damnat diuitias: unde merentur cœlum:

Diuitiæ dupliciter considerantur.

Diuitiæ an sint bonæ uel malæ.

Matth. 10. Luc. 14.

Matth. 19.

p

Luc. 18.

Bernar.

Chrysost.

Ambro.

B. Grego.

Ambro.

Hierony.

Hiero. Basilius. B. August.

sed

Chrisost.

sed cor appositum, quod scilicet non expendit, sed recondit. Cui concordat Chrysost. Non proh bes dominus dicari, sed opibus famulari. Vult enim in necessarijs eis utamur, non ut custodiamus. Nam famuli est custodire eas, & domini dispensare. ¶ Ex quibus omnibus satis deducitur, q̃ diuitiæ non sunt de se pessimæ, quoniam possunt in bonum usum ordinari. Nec sunt de se bonæ, quoniam appetitus circa eas potest deprauari. Contingit enim ipsis bene uti. Contingit & eis male uti, & uitiose. Contingit quem esse diuitem, & deo gratum. Contingit & alium ab eodem propter earum abusum esse reprobatum. Quomodo autem quando, & qualiter hoc contingat generalis regula definiri non potest quantum ad circunstantias particulares. Potest tamen aliquatenus colligi ex conditionibus eorum diuitum, qui in scripturis sunt reprobati, & eorum rursus qui in scripturis sunt commendati.

Quę facile malas diuitias.

Luc. 16. Legimus Lu. 16. de diuite Epulone in inferno sepulto, quomodo suis diuitijs abutus sit: quia ad pompam, & superbiam, quia induebatur purpura, & bysso. Ad lasciuiam, & gulam, quia epulabatur quotidie splendide. Ad phylargiriam, & auaritiam: quia tenaciter eas possedit, nec pauperi Lazaro mycas cadentes de sideranti impartitus fuit. Legimus etiam Luc. 12. q̃ hominis cuiusdam diuitis ager uberes fructus attulit, & cogitabat intra se dicens. Quid faciam, quoniam non habeo, quo congregem fructus eius, & dixit. Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illud congregabo omnia, quæ nata sunt mihi & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te, scilicet dęmones, quę autem parasti, cuius erunt. Repetent propter abusum diuitiarum. Abusus quippe fuerat in acquisitione cum nimia solicitudine, quia cogitabat intra se scilicet solicite. In retentione cum nimio eorum amore: quia dixit congregabo, cum deberet dispergere. In custodia, cum stulta fiducia, quia dixit animæ suæ, nunc quiesce, quia hæc tibi sufficiunt: quia nec alijs indiges. In mala intentionis ordinatione, quia ordinabat eas ad crapulam, & carnis delitias: quia dixit, comede, bibe, epulare. Abusi sunt insuper diuitijs, quibus dominus uę imprecatur di. Vę uobis diuitibus, qui habetis nunc consolationę uestram. Vę uobis, qui saturati estis: quia esurietis. Vę uobis, qui ridetis nunc: quia lugebit, & flebitis. Beatitudinem suam, & mercedem suam in diuitijs ponentes. Denique & illi, de quibus in sua canonica Iac. 5. Agite nunc diuites: plorate ululantes in miserijs uestris. & post. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda uestra. Item illi, de quibus Amos Propheta c. 6. Væ uobis, qui opulenti estis in Sion: & confiditis in monte Samariæ. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuis in stratis uestris: spem suam in eis ponentes, & omnes per eas carnis suæ concupiscentias consummantes. Sic ediuerso legimus nonnullos diuitias laudabiliter possedisse, eas uirtuose in usum proprium, & aliorum necessitatę expendisse: sicut Abraam, Isaac, & Iacob, quorum se specialiter dominus deum dignatus est nominare: ut dicit apostolus ad Heb. 11. Non confunditur deus eorum deus nominari. Sic enim frequenter se nominauit deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob. Sic Ioseph, cũ quo dominus fuit in captiuitate, in seruiture, & regno, diues erat, & dominabatur in uniuersa terra ęgypti. Genesis 45. Sic, Iob, Iudith, Dauid, Ezechias, Iosias, & ceteri plures diuites a deo electi: & diuitijs suis dominantes, ad nutum exercitium eis usi sunt. ¶ In nouo quoque testamento de pluribus legitur. De Zachæo, qui Christum hospitio suo recepit a quo & singulariter meruit commendari. Item de Cornelio de quo legitur Act. 10. q̃ erat uir religiosus, & timens deum cũ omni domo sua, faciens eleemosynas mul-

Quare in alij quibus condemnatur diuitię.

Heb. 11.

Gen. 45.

In alijs laudantur.

Luc. 19. Act. 10.

tas:

tas: propter quod meruit angelica visitatione honorari. Item Ioseph ab Arimathia, qui fuit diues, nobilis & iustus. De quo dicit Raba. q magnæ dignitatis fuit apud seculum, sed maioris meriti apud Deum. Quia non erat diues diuitiarum amore, sed tantum possessione: ideo non exclusus a discipulatu Christi, quia non pecuniæ amator, sed ipsius liberalis, & religiosus distributor. Similiter & de quam pluribus alijs extra canonem in chronicis, & probatis historijs legitur, qui magnis diuitijs ornati, uitam laudabiliter finierunt. ¶ Ex quibus plane deducitur, q diuitiæ quandam habent indifferentiã ad bonum, & ad malum usum, quorum usus malus non est ex uitio diuitiarum: sed male utentiũ. Vnde in præmissis reprobi diuitibus notatur in primis nimia solicitudo, & auaritia in acquirendo, quam amputari debere docuit saluator dicens. Nolite soliciti esse in crastinum. Considerate lilia agri &c. Matth. 6. c. Qui sic diuites fieri satagunt incidunt (ut Apostolus ait) in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, q mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis: tu uero homo dei hæc fuge. 1. Tim. 6. Incidunt in laqueos diaboli: quia tanta cupiditate feruntur in habendas diuitias, ut iustitiæ metas non attendant. Nullum enim est iustitiæ in illo corde uestigium, in quo auaritia sibi fecit habitaculũ, ut inquit Leo Papa. Hinc tam crudelis in cordibus auari cupiditas, per fas, & nefas: per furta, & rapinas: per dolos, & fraudes, pauperum oppressiones, & usuras undecunque diuitias accumulans, in quo nec patrem filius, nec fratrem uterinus, nec conciuem uicinus ei cumunire dubitauit. Sed nec dominum: nec seipsum attendit: quominus sacra lege auiditatem usq; ad beneficiorum, dignitatum, prælaturarum pluralitatem damnabilem, se extendat) in diuini cultus diminutionem, commissorũ negligentiam, sui ipsius ac plurimorum uitæ reparabile periculum animarum. Ab hac cupiditate liber fuit diues ille Abraam, in cuius sinum sublatus est pauper, ut testatur Aug. super illud psal. Quid gloriaris in malitia. Lege inquit, scripturas, & inuenies diuitem Abraam, ut noscas, quia diuitiæ nõ puniuntur. Abraam diues erat, & eius sinum Lazarus pauper sublatus est. In sinum diuitis pauper recipitur, an potius ambo deo diuites ambo cupiditate pauperes. Notanter secundò in perditis diuitijs nimia tenacitas in retinendo. Contra quem Christus docuit dare eleemosynam, pascere esurientem, potare sitientem. Vnde contra hos tenaces clamabit in iudicio. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere. ¶ Tertiò notatur in his nimius amor in possidendo, quem damnat Christus, dicens. Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et Propheta. Diuitiæ si affluant: nolite cor apponere. & Eccles. 10. Nihil iniquius quam amare pecuniam. ¶ Quartò notatur nimia spes in confidendo, quam damnat propheta, dicens. Ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suũ, sed superauit in multitudine diuitiarum suarum. ¶ Quintò notatur fastus, & pompa in superbiendo, quam damnat Apostolus dicens. Diuitibus huius seculi præcipe non sublimæ sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum. 1 Tim. 6. Sextò nimia gulositas in exponendo, quam damnat Christus Luc. 21. Attendite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & cura huius uitæ, & superueniat in uos repentina dies illa. Hæc omnia mala in diuitibus, quos damnat scriptura sunt reperta, propter quod dixit Christus. Difficile est diuitem intrare regnum cœlorum Matth. 19. ¶ Ab alijs uerò diuitibus, quos scriptura non damnat, illorum malorum contraria exiterunt. s. acquisitio iusta sine cupiditate, & auaritia: status decens sine pom-

Diuitiæ, quo sunt cõtemnendæ.

Rabanus.

Matth. 6.

1. Timo. 6.

Augustin.

Matth. 25.

Luc. 14.

Eccl. 10.

1 Tim. 6. Luc. 21.

Matth. 19.

pa:

pa, possessio sine dilectione secunda, affectio sine fiducia, detentio in utendo temperata, in subueniendo pietas larga. Dum ista mala desunt, & contraria bona adsunt, nulla est iniquitas in diuitijs: neq; in earum acquisitione usu, aut possessione. Vnde de primo dicit B. Aug. super ps. 51. Dominus in diuite non pecuniam, sed auaritiam cõdemnauit. Et super epistolam. 1. ad Tim. Profectò dominus in diuitijs cupiditatem reprehendit, non facultatem. De secundo dicit idem in quodam sermone. Tolle superbiam: & diuitiæ non nocebunt. De tertio dicit idem ut allegatum est. Dominus non damnat diuitias: unde meremur: sed cor appositum per amorem. De quarto dicit Beda super Lucam. Non reprehenditur diues: quòd terram coluerit, uel fructus in horrea congregauerit: sed q̃ fiduciam uitæ in illis posuerit. De quinto beatus Hieronymus in quadam epistola. Non obsunt diuiti opes, si eis bene utatur: nec pauperem egestas commendabiliorem facit. De sexto dicit B. Grego. Et quos census, & bonorum temporalium abundantia per tumorem non eleuant, sed misericordiæ opera exaltant. Ex his colligi potest responsio ad dubium, quomodo licitum est diuitias appetere: & quomodo non. Distingui etiam hic posset de conditione personarum, utrum sint personæ ecclesiasticæ, siue seculares: utrum sint nobiles, aut plebei. Rursus de uarietate statuũ: utrum præsidentes, & prælatiuan simplices, & gubernati, utrum uiri soluti, an in matrimonio constituti. Hæc aliqualem differentiam uidentur facere. Vnde breuiter quæcunque cuilibet secundum statum suum licet appetere, hæc etiam possunt licitè a domino postulari. Et per hoc ad rationes in principio dubij motas. ¶ Ad primam respondetur, q̃ diuitias fore contemnendas dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad interiorem affectionem. Alio modo quantum ad exteriorem possessionem. Primo modo docuit Christus eas ab omnibus esse contemnendas, ut nemo sic ad eas afficiatur, ut obliuiscatur dei, ut in ipsis spem ponat, beatitudinis finem statuat. Et secundum hoc dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet &c. Vnde dicit Beda. Differentia est inter renunciare, omnibus, & omnia relinquere. Omnium fidelium est renunciare omnibus quæ possident: hoc est sic tenere ea, quæ mundi sunt: ut tamen per ea nõ teneamur in mundo: rem temporalem tenere in usu: æterna in desiderio. Si temporalia gereretur tota mente ad cœlestia tendant. Sic ait apostolus. 1. Corinth. 8. Qui utuntur hoc mundo, sint quasi non utantur. Quæ exponens B. Grego. Homel. 36. ait. Mundo utiturs sed quasi non utatur: qui & necessaria cuncta exterius, ad uitæ suæ ministerium redigit: & tamen hæc eadem non finit suæ menti dominari: ut subiecta foris seruiant: & nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicunq; igitur tales sunt: eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt, quia rebus quidem necessarijs utuntur, sed nihil cum peccato habere cupiunt, de ipsis quoq; rebus habitis quotidie mercedes quærunt, & plus gaudent de bono opere, quam de larga possessione. ¶ Secundo modo eas contemnere non omnes docuit, quãquam ipse in persona omnes: ut argutum est, dereliquit. Et cum dicitur. Omnis Christi actio nostra est instructio. Conceditur quidem, q̃ est instructio, sed non ad similem actionem est nostri obligatio. Non enim ex hoc obligamur ad necessariam suæ actionis imitationem. Quod patet ex uerbis eiusdẽ saluatoris, cum dixit ad consecutionem beatitudinis sufficere obseruantiam mandatorum. Si uis inquit, ad uitam ingredi: serua mandata. Constat autẽ, q̃ multæ operationes suæ in mandatis non continentur. Nam obseruat uirginitatem: occurrit suis crucifixoribus &c. quę tamen nobis non sunt præcepta. Quod additur de doctrina Christi. Nolite possidere aurum, nec argen-

Augus. 1. ad Tim.

B. Hiero. B. Grego.

T

1. Corin. 8. Grego.

tum,

tum: nec pecuniam: non facit contra dicta, quia Christus per hæc uerba nõ intel dixit possessionem pecuniæ omnibus fidelibus: sed duntaxat suis apostolis, & discipulis: non quia mala esset auri, & argẽti possessio, nõ quia ad mortalis uitæ sustentationem non pertinent: sed ex causis alijs quæ alibi tractari habent. ¶ Quod ultimò opponitur, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Respondetur: q̃ intellectum huius dicti dominus ipse referauit Matt. 10. Nam cum dixisset, quam difficile, qui pecunias habent in regnum dei introibunt: & discipuli obstupuissent: quasi declarando rursus ait. Filioli, quam difficile est confidentes in pecunijs in regnum dei introire. Ecce, quod non loquitur de omni diuite: sed de illo, qui confidit in pecunia. Aliter dici solet: ut tangit glo. quædam extraordinaria: minus tamen autentica ut recitat Hugo postillator: sic quòd Hierosolymis erat quædam porta, quæ uocabatur foramen acus, per quem cameli ire non poterant: nisi onere deposito, & genibus flexis: secundum hoc Christus significare uoluit: quòd sic nec diuites transire possunt per uiam ducentem ad beatitudinem: nisi deponãt peccatorum oneribus, quæ diuitias, ut plurimum comitantur. Et tantum de illo dubio. Sequitur expositio huius petitionis de pane sacramentali. Matth. 10.

DE PANE SACRAMENTALI.

LECTIO LXXI.

SEcundò exponitur hæc petitio de pane sacramentali: sacrosancta scilicet eucharistia: propter hoc enim sacerdos hanc orationem dicens alta uoce pronunciat secundum Alber. ut præmoneat populum ad præsentis eucharistiæ desiderium. Sic& ℟. Augustin. ad Probam exponit de sacramento fidelium, quod in hoc tempore nobis est necessarium ad æternam felicitatem consequendam. Vnde quia per peccatum sumus uulnerati: necesse est, ut nostris uulneribus medicinam adhibeamus. Medicina summa uenerabile est sacramentum corporis, & sanguinis domini: de quo B. Bernar. Qui uulnus habet, medicinam quærit. Vulnus habemus, dum sub peccato sumus. Medicina est sacramentum: quotidie accipe, quotidie curaberis. Hæc medicina Christus est sub sacramento contentus, qui non tantum medicina est curãs morbum: sed & cibus animæ, & nutrimentum a morte secunda præseruans, & ad uitam æternam perducens. Ego sum inquit, panis uiuus: quem qui mã ducaueric, non morietur in æternum. Est autem Christus panis non secundum ueritatem rei: sed secundũ similitudinem tropi, non unam tantum sed multas, propter quod uarijs metaphoræ modis per panem in scripturis describitur. Hic.n. panis est uerus, qui de cœlo descendit: quia uere reficiẽdo cor hois spũale cõfortat. Xps.n. sub sacro aiam digne sumẽtis reficit, & cõfortat: nõ secundũ suã substãtiã propriã: sed gratiã, q̃ cõferẽ digne hũc panẽ mãducãti. Secundũ substantiã quidẽ propriã sumitur, & mãducat: sed gratia est, quã digni sumenti confert, qua aia uegetatur, & ad perficienda opera uitæ, ac uirtutũ confortatur Hinc in psal. canitur. Et panis cor hois confirmat. Hic est panis utilis, & delectans: omnium desiderio seruiens. Sapien. decimosexto. Panẽ de cœlo præstitisti eis sine labore, oẽ delectamẽtũ in se habentem

A

B. Augustin.

B. Bernar.

Ioh. 6.

Panis Christus in scripturis nominatur diuersa ratione, & tropo.

habentem,& omnis saporis suauitatem. Dulcedinem enim tuam, quam in filios habebas, ostendebat:& deseruiens uniuscuiusq; eorum uoluntati: ad quod uolebat,conuertebatur. Delectabilis quidem: quia conditus pinguedine deitatis Gen 49. Aser pinguis panis eius:& præbebit delitias regibus. Hoc est fortissi nam præbens uirtutem,& uiaticum,ut uiam meriti, qua itur ad Deum perficiatur. 3. Reg. 19. comedit Helias,& bibit,& ambulauit in fortitudine cibi illius 40. diebus, & 40. noctibus usque ad montem Dei Oreb. Panis hic subcinericius describitur. Nam panis hic manu sapientiæ dei factus:sub cinere humilitatis, humanæ carnes sunt in utero uirginis decoctæ: quæ est mulier illa benedicta: ad quam Abraam Genes. 18. accelera inquit: tria sata similæ farinæ cõmisce. hoc est puritatẽ corporis,& animæ deitatis, & fac subcinericios panes azymos sine omni corruptione. Ad cuius sumptionem apostolus nos hortatur. Pascha nostrum immolatus est Christus: epulemur non in fermento ueteri: neque in fermento malitiæ,& nequitiæ: sed in azymis sinceritatis,& ueritatis. 1. Corin 5. hoc est omni benedictione copiosis Esa. 30. Panis fragum terræ tuæ erit uberrimus,& pinguis. hoc est sanctus,quem non licet nisi sanctis, in loco sancto comedere. 1. Regum 21. Non habeo panes laicos:sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus manducent. ¶ Hic panis noster est:qui nobis datus est, & paratus spiritualibus,scilicet filijs non canibus. Non enim est bonum ait Christus sumere panem filiorum & mittere canibus. Hinc Cyprianus. Panis uitæ Christus est:& panis hic omnium non est. Et quomodo dicimus,pater noster:quia intelligentium,& credentium pater est. sic & panem nostrum uocamus:quia Christus noster qui corpus eius contingimus,panis est. Vel dicitur nostrum ut dicit glo. Matth. 6. quia Christus noster est factus:& deus pater cum Christo omnia nobis donauit. Ideo oramus: ut quod nostrum est per donum:quotidie detur per effectum. Hic panis quotidianus est, ut Lucas dicit:& supersubstantialis secundum Matt. Quotidianus:quia ipso quotidie indigemus ad spiritualis uitæ conseruationem. Sicut enim corpus indiget continuo alimento:ne resoluatur,& pereat secundum esse suum naturale:ita anima eget cibo spirituali:ne deficiat in esse gratiæ. Hic autem cibus panis est eucharistiæ, qui non uadit in corpus:sed animæ substantiã fulcit:de quo B. Ambr. de conse. dist. 2. c. non istę. Non istę panis est,qui uadit in corpus:sed panis uitæ æternæ: qui animæ substãtiã fulcit. Iste panis quotidianus est:accipe quotidie,ut quotidie tibi prosit. Sic uiuetur quotidie mereris accipere. ¶ Dicitur & panis supersubstantialis. i. egregius præcipuus, aut peculiaris. Vnde dicit B. Hiero. super Matth. ℘ in euangelio græco:un de illud translatum est non habetur in hoc loco panis quotidianus: sed panis epynsion:quod latinè sonat supersubstantialis. Subdit:ubicunq; septuaginta interpretes hoc nomen epynsion posuerunt transferendo uetus testamentum in græcum:in hebræo habetur sogulla: quod sonat præcipuũ egregium,uel peculiare, quod maximè corpori Christi, siue Christo sub sacramento attribuitur:quia panis est singularissimus: panis cœlestis, panis uitæ, qui de cœlo descendit, panis angelorum habens in se omne delectamentum & omnis saporis suauitatem: præbens uirtutem fortissimam, ut uia meriti, quæ itur ad Deum, perficiatur. ¶ Vel dicitur panis supersubstantialis,quia est supra nostram substantiam. Panis enim materialis, & cibus quemcunq; sumimus,conuertitur,& transit in nostram substantiam. Hic uerò panis non sic, sed comedentem mutat in se ut frequenter supra ex Augustino allegatũ est. Cibus sum grandium &c. ¶ Vel tertiò dicitur cibus supersubstantialis: quia panis substantialis dici potest,qui sustentat naturam hominis infimam,

Gen. 49.
3. Reg. 19.
Gen. 18.
1. Cor. 5.
Esa. 30.
1. Reg. 21.
Matth. 15.
B
Cyprianus.
Matth. 6.
B. Ambr.
B. Hier.

Quis uero noster panis dicitur.

scilicet

scilicet corpus. Iste autem, ex quo sustentat nostrum supremum.s.animã, meritorio supersubstantialis dici potest. Hinc Prouerb. 13. Iustus comedit,& replet animam suam. ¶ Vel quartò dicitur supersubstantialis:quia sicut accidentia cederent in nihilum, nisi supportarentur a substantia. (Et ideo dicitur substantia:quia substat accidentibus) sic nisi a Christo supportarentur substantiæ & accidentia cederent in nihilum. Ideo dicitur supersubstantialis:quia non substat accidentibus & formis tantum sicut substantia,sed accidentibus & substanti js,& uniuersaliter omnibus creaturis.ad Heb. 1. Portans omnia uerbo uirtutis suæ. ¶ Vel quintò dicitur panis supersubstantialis,quia est super omnem substantiam aliam a se. Nam corpus eius est super omnem substantiam corporalem, anima eius super omnem substantiam spiritualem:deitas simplicite: super omnia. Ideo digne dicitur supersubstantialis, sicut superbonus:supermisericors &c.secundum Diony. & Damascē. ¶ Sed replicaret hic aliquis: quomodo panis ille supersubstantialis Christus,qui & sacramentalis:dicitur quotidianus:cum a paucis de ecclesia quotidie recipiatur:quia a solis sacerdotibus. Respondet hic Alex.par.4 q.37. q; quilibet existens extra mortale illo pane reficitur. Cibus enim intrans per os alicuius corporis, non tantum reficit ipsum os:sed omnia commembra sua. Ecclesia autem tota unum corpus est. 1.Cor.12. Omnes nos in unũ corpus baptizati sumus. Huius corporis caput Christus est Col.1. Huius capitis os prælatus est,seu sacerdos. Hier.15. Si separaueris preciosum a uili, quasi os meum eris. Separare preciosum: d est animam a uili,id est peccato, quo nihil uilius:proprium sacerdotum est.qui bus dictum est. Quorum remiseritis peccata,remittentur eis &c. Ioh.20. Iste igitur panis:quia quotidie ab aliquo sacerdote manducatur,quotidie totum corpus,quod est ecclesia,illo pane reficitur. Item quod est unius membri propter membrorum unionem, etiam alterius esse dicitur:ut lingua dicit se habere anulum,quem habet manus,& calciamentum,quia illud pes habet. Ita propter unionem membrorum ecclesiæ,quod est unius membri, dicitur esse omnium commembrorũ. Sacerdos autem communicãs quotidie membrum ecclesiæ est, ideo panem illum quotidie manducant omnia membra ecclesiæ. Vnde quodlibet ecclesiæ membrum dicere potest illud. Psal. Particeps ego sum omnium timentum te &c. ¶ Dicitur: Da nobis hodie. Da gratis liberaliter sine argento,& absq; ulla commutatione,quia nullo precio æstimari potest. Da nobis hodie,ne aliquo delicto cogente,a corpore Christi separemur. Vnde B. Cyprianus,& post eum Aug. de bono perseuerantiæ. Hunc panem, scilicet sacramentalem, dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus,& eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus,intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti (alias abstemij.i.abstinentes) & non communicantes a cœlesti pane prohibemur,a Christi corpore separemur,ipso prædicante & monente. Ego sum panis uiuus,qui de cœlo descendi. Si quis ederit de meo pane,uiuet in æternum. Panem autem,quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Quando ergo dicit in æternum uiuere,si quis ederit de eius pane,ut manifestum est eos uiuere,qui corpus eius attingunt, & eucharistiam iure communicationis accipiunt. Ita contra timendum est,& orandum,ne dum quis abstentus separatur a corpore Christi,procul remaneat a salute,ipso & dicente. Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius nõ habebitis uitam in nob.s. Et ideo panem nostrum.i. Christum dari nobis quotidie petimus. Vt qui in Christo manemus,& uiuimus, a sanctificatione & corpore eius non recedamus. Hæc Cyprianus. ¶ Petimus & hinc panem nobis dari hodie,ut per hoc intelligator, q; panis iste, die gra-

Prouerb.13.

Heb.1.

Dionys.& Damasce.

C

Alex.

1. Corin.12. Colossē. 1. Hier.15.

Ioh. 20.

Psalmus.

Cyprianus.

Cur hodie petimus dari.

D

tiæ

tiæ:non nocte peccati, sit accipiendus, ne indigne accipientes corporis, & sanguinis rei efficiamur. 1.ad Cor. 11. Item da hodie.i. pro cursu huius uitæ: qa nisi quis eum percipit pro ista uita:eius particeps fieri non pôt pro futura uita, ut dicit Isaac in collationibus patrum. Debet ergo quilibet christianus quasi pauper, & mendicus coram diuite, & benigno patre procumbere: & inopiam suam ostendens, humiliter flagitare hunc panem sibi dari: quo in uita spirituali roboretur, consoletur, & sustentetur, ut potens fiat, & efficax ad exercitium spiritualium, & uirtuosarum operationum: utq; sibi uiaticum:in cuius fortitudine ambulare possit usq; ad montem Oreb, æternæ glorificationis, & ibi frui pane illo cum angelis sine fastidio: quia hic in nubilo sub uelamine præguastauit. Et ita dicit glo. Hodie.i. semper præsenti uita existente. unde Aug. Hodie.i. quamdiu uiuitur. hodie.i. in hac temporali uita. Vnde Ioh. 6. Domine da nobis semper panem hunc. ¶ Sed quis diceret. Cum panis sacramentalis non ministratur post prandium: ergo oratio illa quantum ad hanc particulam, post prandium dici non debet: cum ea petantur, quæ illa die dari non decet. Hoc autem inconueniens est, cum beatus August. in ser. domini in monte dicat. Quis est, qui audeat dicere semel tantum nos orare debere orationem dominicam? Aut certe etiam si iterũ, uel tertiò usq; ad eam tamen horam, qua corpus domini communicamus, post uerò non sit orandum per reliquas partes diei? Non enim petere poterimus: da nobis hodie: quod iam accepimus. Aut poterit quisquam cogere: ut etiam ultima diei parte, sacramẽtum illud celebremus. Respondet Alex. ubi supra. Dicunt aliqui: ꝙ cum multiplex sit panis quotidianus, ecclesia orans ante prandium. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, potest petere indifferenter unum illorum sibi dari. Post prandium uerò potest petere panem corporalem: uel doctrinam spiritualem, non autem sacramentalem. ¶ Vel aliter dici potest, ꝙ ecclesia per totum orbem dilatatur. ideo frequenter dicitur orbis terræ. Quando autem in uno hemispherio est hora post prandium, uel nox: in alio est hora ante prandium, uel dies. Ideo semper qualibet hora consecrari potest corpus Christi: & ab aliquibus communicari, ratione cuius ab omnibus membris ecclesiæ participatiuè sumi. Vel quia per totam ecclesiam multi sunt infirmi, qui qualibet diei hora communicari possunt: & sic tota ecclesia per illos: non tamen licet conficere n. si ante prandium. ¶ Vel aliter, & melius, panis sacramentalis, qui Christus est: petitur dari non tantum sacramentaliter, sed & spiritualiter. Hic enim panis assidue per fidem, & charitatem interius reficere debet. Nam sine eo uiuere nemo potest. Nemo utiq; sine eo conseruante simpliciter uiuere, aut esse potest. Etiam nemo sine eo reficiente per fidem, & charitatem spiritualiter uiuere potest per gratiam. Eius etiam refectio assidue creseere potest, quia & fides, & charitas in uia augmentabiles sunt in quolibet fideli: secundum illud Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient, quoniam hic panis & si latiat: tamen sine fastidio, ideo esuriem non extinguit. Potest igitur fidelis semper orare, & petere sibi dari panẽ hunc sacramentalem quantum ad esse &us sui conseruationem, & augmentum gratiæ: licet non ut detur semper quantum ad sacramentalem sumptionem. Nam qui datum conseruat, uel augmentat, dare censetur. ¶ Colligitur ergo hic sensus quantum ad panem sacramentalem. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. i. tu pater cœlestis da panem illum cœlestem, & sacramentalem: qui sub speciebus panis nobis tuo dono proponitur digne, uel sacramentaliter, uel spiritualiter participare in continuo desiderij fidei, & charitatis cremento: & per oblationẽ sacerdotum: illum pro se, & tota ecclesia tibi offerentium, ut in nobis reformetur

Augustin. Ioh. 6.

Augustin.

Alex.

Eccl. 24.

metor deuotio: feruorq; charitatis magis, magisq; augeatur: & non per terrenorum occupationem, & uenialium peccatorum frequẽtiam tepescat, uel penitus extinguatur. Et sicut petendo panem corporalem, petimus omnia corporali uitæ necessaria secundum præmissa: ita petendo panem sacramentalẽ, petimus omnia alia sacramenta spirituali uitæ animæ necessaria secundum B. Tho. quia oia alia ẽt ad panem illum principalem ordinantur, ut ẽt uult Nichol. de Lyra. ¶ Tertiò exponitur peritio de pane intelligentiæ illuminantis: qui est uerbum dei auditum, lectum, meditatum, seu contemplatũ, nos illuminãs ad intelligentiam scripturarum, fidei bonorum promissorum: quæ sunt æternæ felicitatis gaudia, & malorum comminatorum in damnatione perpetua. Illo nanq; pane etiam mens spiritualiter reficitur, ac spirituali uita educatur. Vnde scribitur. Nõ in solo pane uiuet homo: sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. i. scriptura sacra: quæ secundum beatum Greg. est tanquam os dei, quia per eam loquitur dominus nobis omnia, quę uult a nobis fieri. per uerbum, quod procedit de ore dei, intelligitur omnis ueritatis institutio: omnis consolatio: omnis exhortatio, omnis deuotio, q̃ ex auditione, lectione, meditatione, ac contemplatione diuinorum eloquiorum procedit, sine quo non potest homo uiuere uita spirituali. Vnde dicit Rabanus. Si quis non uescitur uerbo dei, ille non uiuit, quia sicut corpus humanum non uiuit sine cibo terreno, ita nec anima uiuere poterit sine dei uerbo. Quapropter dicit B. August. 1. q. 1. Interrogo. Quid uobis plus esse uidetur, uerbum dei, an corpus Christi. Si uultis uerum respondere, hoc dicere debetis, q̃ non minus sit dei uerbum, quam Christi corpus. Ita nanque mentem reficit sicut corpus Christi. Verbum etenim dei sacra scriptura, quę ab ore dei procedit: ipsius indicat uoluntatem, sine cuius agnitione nemo rectè uiuere potest. In hac discimus, quãtum deo appropinquamus, & quãtum a deo elongamur. Ipsa, ut dicit Grego. 2. moral. § 1. mentis oculis quasi speculum quoddam opponitur, ut interna nostra facies uideatur. Ibi fędas ibi pulchra nostra conspicimus: ibi sentimus, quantum perficimus, quantumve a perfectis longè distamus. Quomodo ergo anima hominis uiuere posset uita iustitiæ, & gratiæ, nisi cognosceret dei uoluntatem, & ea, quæ secundum hanc iusta sunt, uel iniusta, quæ agenda, & quæ fugienda, quæ amanda, & quæ contemnenda, quæ timenda, & quæ audenda, & quæ credenda: & quę speranda, & cetera nostræ saluti necessaria, quæ omnia sola docet sacra scriptura. Omnium enim sacrorum librorum series, ait Aug. libr. de salutaribus documentis, ad nostram salutem scripta est, & auribus nostris maxime intonat ea, quæ nostræ perficiunt saluti. Iterum, atq; iterum replicat, quid sit homini cauendum, quid sequendum. Per illos sacræ scripturæ libros nobis ipsemet deus, qui est ueritas, qui infallibilis loquitur, & pie nobis uoluntatis suæ demonstrat affectum. Hinc 2. ad Ti. 3 Omis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum. i. nescientes, ad arguendũ negligentes, ad corripiendum. i. dure increpandum in malo persistentes, & ad erudiendum in iustitia scilicet iustitiam diligentes, ut perfectus sit homo dei ad omne bonum instructus. ¶ Hunc igitur panem studiosius requirere debemus, quia plus est uerbi dei pabulo uicturam in perpetuum mentem refcere, quam uentrem moriturę carnis terreno cibo satiare, ut dicit Greg. in quadam homelia. Hic panis & cibus est, & potus. Cibus in locis obscurioribus, quia his quasi exponendo trangitur, & manducando glutitur. Potus est in locis apertioribus, quia ita absorbetur, sicut inuenitur, ut ait Greg. 1. moralium § 48 Hunc panem diligenter tenere debemus toto animo, & corde integro uersare, ut eius succus per omnes animæ uenas se diffundat: a quo dum studiosè sumi-

B. Thom. G

Deut. 8. Matth. 4. Luc. 4.

Grego.

Rabanus.

Auguſt.

2. ad Tim. 3.

H

Grego.

Grego.

tur

Verbum dei quid ſit.

Multiplex uerbi dei. Lectura ſcripturę commẽdatio actus.

tur cibus terrenus uilescit,& uelut insipidus æstimatur. De quo beatus Ambro. in quodam sermone. Quisquis uerbo dei pascitur,terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest pabulum seculi capere, qui pane reficitur salutoris. Negligit famem corporis,qui pabulo lectionis intendit,nec uentris curam habere poterit,qui alimentum uerbi cœlestis requirit. Et secundum hoc sensus huius petitionis erit. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.i.da nobis in hac tenebrarum caligine, & loco miseriæ degentibus refici pane doctrinæ,pane scripturæ sacræ,quo refecisti illum,de quo scriptura ait. Cibauit illum pane uitæ, & intellectus. Hunc da nobis, ut illo ab amore mundi rapiamur,a noxijs,& uenenosis inimici suggestionibus præseruemur, ad omne opus bonum roboremur, & tandem illo degustato ad panem gloriæ percipiendum auidius excitemur. ¶ Sed plurimi nedum panem hunc petere negligunt,sed oblatum renuunt, & quasi infructuosum paruipendũt, qui lectiones fugiunt,prædicationes negligunt,aut si quando accedunt magis ad detrahendum, quam ad seipsos emendandum animos conuertunt. Et cum per hæc uiam ueritatis,& iustitiæ noscere possent, negligendo indicãt, quia scire nolunt. Hi sunt, qui domino dicunt. Recede a nobis,scientiam uiarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens, ut seruiamus ei, aut quid proderit nobis, si orauerimus illum Iohannes uigesimoprimo. Sunt & alij, qui torpent ocio, aut terreno amore capti, euanescunt inaniter in rebus mundanis, ac curiosis, nihil uel modicum saluti conferentibus. Non sine culpa discere negligunt, quæ nescunt, & scire possent, quæ statui suo congruunt, & necessaria sunt saluti. Quos dure reprehendit Chrysostomus super Matthæus dicens. Non potest esse condemnationis excusatio ignorantia ueritatis, quibus fuit inueniendi facultas, si fuisset quærendi uoluntas. Et subdit. Si uelles ingredi ueritatem, nunc p eteres orationibus, nunc quæreres in scripturis: nunc pulsares bonis operibus,interrogares sacerdotes,nunc hos,nunc illos. Sed illa non fiunt, quia uerbo dei non creditur,nec promissio beatitudinis desideratur,nec condemnationis iudicium formidatur. Sunt & presumptuosi,qui sine scripturę studio sibi sufficere putant,quicquid propria phantasia excogitant deo placere putant, quibus id contingit quod ad Demetriadem beatus Hiero. scribit,quam in eo displicent deo,in quo ei placere putant. Vnde ait B. Hiero. Prima fidelis cura,primum studium,sit scire uoluntatem domini sui, & quid ei placeat,quid ue displicear diligenter inquirere,ut secundum Apostolum rationabile deo reddat obsequium, totumq; uitæ suæ cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile est enim ei quemquam placere, cui quid placeat,ignorat,sicriq; potest,ut etiam obsequendi uoto offendat, cui quomodo obsequi debeat, prius non didicit. Et sicut maius est uoluntatem domini facere,quam nosse,ita prius esse nosse,quam facere. Illud enim merito præcepit hoc ordine. Vnde propheta. Et tu Israel noli ignorare. Et B Apostolus. Qui autem ignorat, ignorabitur. Idem alibi. Propterea nolite fieri imprudentes,sed intelligentes,quæ sit uoluntas dei. Initium obedientiæ est, quid præcipiatur uelle cognoscere,& pars est obsequij didicisse,quid facias. Hæc autem in scripturis sacris discuntur, per quas solas plenam dei intelligere possumus uoluntate. Quisquis ergo cibum hunc mentis reiicit,licet ingenio fulgeat,licet statu emineat,licet diuitijs temporalibus affluat,nil mirum, si fame pereat, si pabuli salutaris media moriatur. Nil tam mortis est indicium, nil tam de uita facit desperare, quam alimenta non sumere, aut sumpta non tenere. Et tantum de expositione huius petitionis, scilicet de pane intelligentiæ illuminantis,quod est uerbum dei lectum, auditum, in-

B. Ambro.

Eccl. 15.

Ioh. 21.

Chrysost.

B. Hiero.

B. Apostol.

spiratum

spiratum; uel meditatum. Ad quem reducitur panis deuotionis spiritum sursum agentis. Hunc enim præstat panis uerbi dei deuotè susceptus, ac diligenter masticatus. ¶ De pane pœnitentiæ, & laboris de quo Propheta in Psalm. 89. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Et in Psalmus centesimoprimo. Sicut cinerem panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Hunc panem petere saluberrimum est peccatori. Sed quia coincidit cum sequenti petitione. Non enim petitur pœnitentia nisi propter peccatorum delerionem perfectam: ideo ad eam referuetur, in qua peccatorum dimissio postulatur. Panis uerò diuinæ gratiæ petitus est in petitione tertia. Per hunc enim deiuo luntas perficitur a nobis. Et in petitione secunda, ubi petitur aduentus regni gratiæ, & gloriæ. Et ideo de his quatuor panibus, scilicet pœnitentiæ, & labo is, de pane gratiæ uiuificantis, de pane deuotionis mentem sursum agentis, ac de pane gloriæ consummantis particularius differere supersedeo. ¶ Recolligendo igitur, quæ dicta sunt, potest deuotior affectus oratoris sic petitionem hanc ad deum patrem fundere. O pater noster, qui es in cœlis, & creata omnia conseruas & gubernas, qui aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione, & das escam omni carni. Tu pater largissime, panem corporalem nostrum propter nos a te creatum: panem quotidianum uitæ præsentis sustentationem: ac nutrimenta non superflua corporis conditionis: sed & statui necessaria: da nobis tuis mancipijs præcioso filij tui sanguine emptis. Da nobis ad temperatam refectionem congruam corporalis uitæ sustentationem, quo caro non lasciuiat, sed moderate sustentata spiritui subseruiat. Da nobis pater hodie, tota die huius mortalis uitæ, ne temporalium curiosa solicitudine mens nostra a te distracta, seculi curis absorta, quæ tua sunt negligat, iniustè peritura quærat. Da autem pater benignissime ut ea tuo dono iustè acquiramus: ta te concessa agnoscamus, iustè accepta bene dispensemus: concessis temperate utamur: non ad uentris ingluuiem, non ad uoluptatis fomitem, non ad mundi pompam, sed ad congruam corporis uegetationem uirtutis profectum, & pauperum tuorum consolationem. Da & pater liberalissime. Panem nostrum supersubstantialem uiuifici tui sacrosancti corporis, & sanguinis mysterium sacramentaliter, & spiritualiter dignè participare. Nostrum utique: quia nobis paratum, nobis incarnatum, nobis natum, nobis datum, nobis in cruce igne diuini amoris coctum, nobis sub sacramentalibus speciebus occultatum. Da autem pater nobis hunc panem hodie in die gratiæ non in nocte tenebrosæ, & obscuræ peccatricis conscientiæ. Da quotidie ad quotidianum spiritualis uitæ nutrimentum, uirtutis, & gratiæ fomentum, unitiui amoris incrementum: corporis accidiæ, & uniuersorum morborum medicamentum: totius perfectionis complementum, transitus nostri confortans uiaticum, & cælestium delitiarum initialem gustum. Da insuper pater cælestis panem illuminantis intelligentiæ, doctrinalis uerbi tui cibum, in quo uiuit spiritualis homo. Da autem nobis per seruos tuos, quos constituisti super familiam tuam, dare in illis in tempore tritici mensuram fideliter, & prudenter. Fideliter quidem ad te Deum: cū tanta fide, tanto timore, tanta instantia, tanta diligentia, quantum sibi commissum est uerbum tuum dispensent. Prudenter uerò quantū ad nos famelicos, ut secundum capacitatē uniuscuiusq; singulos erudiant, & spiritualiter enutriant. Tu pr inspira eis: prælatis: & ecclesiæ tuæ doctoribus, ut ueritatem tuam nobis studeant fideliter, & prudenter dispensare: ut te Deum deorum ualeamus cognoscere perfectiones tuas meditari, beneficijs a te nobis impensis gratiarum uices reddere, immobili-

K Psal. 79. Psal. 101.

Meditatio circa clausulam panem nostrum.

L

ter in te credere, credita intelligere, promissa sperare, te summum bonum super omnia diligere peritura temporalia contemnere, æterna cupere, ad torrentem voluptatis domus tuæ toto desiderio anhelare. Quod si illi panem istum uerbi tui frangere negligant, aut contemnant, tu ipse pater, qui tuorum filiorum curam habes, da nobis, & nos pasce per occultam spiritus sancti inspirationem, ne intus per te capiamus, panem, quo exterius fraudamur per ipsorum taciturnitatem: ne moriatur paruuli, & fame pereant, ecce tui filij eo, q̃ non sit, qui frangat eis panem fidei, & spiritualiter eos reficiat uerbo dei. Da nobis tandem pater clemẽtissime panem deuotionis, feruoris, & gratiæ: quo anima pinguescit, & uegetatur: infirma curantur, solidantur confracta: fortificantur debilia: famelica demum satiantur in consecutione panis gloriæ, in uita sempiterna. Itaq; pater, qui per filium tuum septem panibus quatuor milia hominum satiasti: cunctis fidelibus per quadrifidi orbis climata dispersis. Da panem septuplicem uniuersæ bonitatis: panem. s. naturæ ad sustentationem indigentiæ uitæ corporalis. Da panem pœnitentiæ ad releuationem languoris. Da panem gratiæ, ad uiuificationem hominis interioris. Da panem intelligentiæ, contra famem ignorantiæ, & erroris. Da panem eucharistiæ, ad impinguationem amoris, & memoriam saluberrimæ passionis. Da panem deuotionis feruidæ, ad depulsionẽ temporis. Quo sextuplici pane foti, spiritum fortitudinis consequamur: cuius uirtute tristitiam simul, & lætitiam mundi, uetæ delectationis desiderio pellentes: sic in præsenti iustitiam regni esuriamus: ut cum apparuerit gloria tua: septimo panæ gloriæ in plenitudine diuini saporis satiari mereamur. Amen.

DE ABLATIONE malorum.

LECTIO LXXII.

A

ET dimitte nobis debita nostra. ¶ Ista est secunda pars secundæ partis principalis dominicæ orationis: in qua post petitionem collationis bonorum, petitur ablatio malorum. Sunt autem triplicia mala a quibus liberari petimus, scilicet præterita, præsentia, & futura. Vel melius maxima, media, & minima: quorum quælibet esse possunt præsentia, & præterita, & futura. Maxima mala sunt mala culpæ: quia separant nos a summo bono. secundum illud Esa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius a nobis. Mala media sunt peccatorum occasiones, quæ inducunt, ac præcipitant in mala culpæ: quales sunt tentationes dæmonis, mundi uel carnis. Tertia sunt mala pœnæ corporis, uel animæ afflictiuæ: ut dolor, & tristitia, & cetera afflictiua. De quibus supra lectione sexagesimasexta dictum est. ¶ Et secundum hoc pars illa diuiditur in tres partes, quæ sunt tres petitiones ultimæ, q̃ ablatione, aut exclusiõe trium malorũ dictorũ. Prima petit peccati delectionẽ. Secũda, oratio occasionis ad culpã inducẽtis, tẽtationis nidelicet exclusionẽ, ibi. Et ne nos inducas. Tertia, postulamus nostram a malis pœnę liberationem, ibi. Sed libera nos a malo. ¶ Circa primum primo ponitur petitionis forma cum dicitur. Dimitte nobis

Esa. 59.

Expositio uerborũ. Et dimitte nobis.

Triplicia mala a quibus petimus liberari.

debita

debita nostra. Secundò subditur modificationis clausula, cum adiungitur. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ¶ Cur autem post petitionem conferendorum petitur remotio malorum, cum tamen necesse sit euel lere prius malazur locum habeant contraria bona, satis dictum est le ct 66. ubi ratio ordinis declarata est petitionum dominicæ orationis, ideo hic transeo. ¶ Ad textum accedens. Et dimitte nobis debita nostra. In primis occurrit quæstio. Cur ista petitio coniungitur priori per coniunctionem copulatiuã & hæc similiter sequens petitio huic, & ultima sequenti, & primæ tres petitiones non sic sibi coniungantur. Ad hoc respondet Alex. q. 37. part. 4. duas rationes assignans. Prima, quia primæ tres petitiones ita cõnexæ sunt, quãtum ad ea, quæ principaliter in eis petuntur, hoc est quantum ad ea creata bona, quæ obtinenda sunt in patria, ꝙ unum sine alio obtineri non potest. Nonenim potest perfecte nomen patris sanctificari in filijs, nisi adueniat regnum, quo in possessionem mittantur filij paternæ hæreditatis, sed nec hæreditas æterna possideri, nisi fuerit perfecta unio uoluntatum patris, & filiorum, cum hæreditas illa non sint bona aliqua externa, sed pater ipse, ac diuina essentia, quæ non possidetur nisi obiectiuè per amorem fruitiuum, qui est perfecta unio uoluntatum. Nõ autem sic est in petitionibus ultimis: ubi unum petitum sine alio obtineri posset, ideo necessaria fuit hæc copulatio magis, quam in primis. Secunda ratio, quia primæ tres petitiones pertinent ad statum beatitudinis, ubi deus erit omnia in omnibus. unde idem increatum petitur obiectiuè in illis, quia ergo copulatio coniunctionis signũ est diuersitatis copulatorum, magis congruebat expressa copulatio ultimarum petitionum, quam trium primarum. ¶ Petimus autem hac petitione nobis dimitti debita nostra. Debita hæc non census sunt, aut pecuniæ, ut dicit beatus Augustinus sed peccata nostra, quæ in deum commisimus, unde Luce 11. expressius dicitur: Dimitte nobis peccata nostra. siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris. Et beatus Augustinus in ser. domini in monte. Debita, peccata dici manifestum est, iuxta illud, quod ait dominus Matth. 5. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem glo. id est minima peccata, quia nil remanet impunitum. Item Lucæ decimotertio. Putatis, quia ipsi debitores fuerint, præter omnes homines habitantes in Hierusalem. ibi debitores dicuntur peccatores. unde glo. Isti hierosolymitæ non soli peccatores fuerunt, sed in terrorem reliquorum puniti sunt. Loquitur dominus de his 18. hominibus, quos turris cadens in siloe, oppresserat. Hæc autem quotidie nobis dimitti instruimur, ut nos non quasi mundos coram diuina maiestate existimemus, & de mundicia gloriantes plus peccemus. unde beatus Cyprianus. Quam necesse, quam prouide, & salubriter admonemur, ꝙ peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur. Vt dum indulgentia a deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur, ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur, & docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Vita enim hæc mortalis, & infirma, uix aut nunquam ducitur sine peccatis saltem uenialibus. unde beatus Ioh. Si dixerimus (inquit) quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Si autem confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus dominus, qui nobis peccata dimittit. In epistola sua ait Cypria. Verumq; complexus est, quòd & rogare pro peccatis debeamus, & quòd impetremus indulgentiam, cum rogamus. Ideo & fidelem dixit dominum ad dimittendum peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem, quia qui orare nos pro debitis, & peccatis docuit, paternã misericordiã promisit, & ueniã secururã. Hæc ille. Nec ꝙ ue-

Alexand.

Quid per debita intelligatur.

Augustin. Luce 11.

Augustin. Matth. 5.

Luc. 13.

Cyprianus.

1. Ioh. 1.

nialium peccatorum remissione ab oratione cessandum est ei, qui sibi de mortali conscius non est: quia licet hic dicantur minima: non tamen sunt negligenda. Ipsa nanq; cumulata ad mortalia hominem disponunt, & inclinant, unde B. Aug. in lib. de decem chordis. Noli (ait) contemnere uenialia: August. quia minima sunt: sed times quia plura sunt. Plerumq; enim bestiæ minutæ multæ necant. Nunquid minutissima sunt grana arenæ: sed si arena ampliùs in nauem mittatur: mergit illam, ut pereat: quam minutæ guttæ pluuiæ nõne flumina implent: & domus deijcium? Timenda est ergo ruina: non modo magnitudinis: sed & multitudinis. unde sapiens. Qui minima negligit (alias qui spernit modica) paulatim decidit. Eccl. 19. ¶ Petimus igitur primò. Dimitte nobis debita nostra. i. peccata ista uenialia, & quotidiana, ad quæ delenda singulariter oratio illa efficaciam habet. Per hanc enim cum pia cordis intentione sæpius repetitam, quotidianorum peccatorum ueniam consequimur: & a reatu pœnæ misericorditer liberamur: de quo B. Aug. in Ench. c. 7. De quotidianis (inquit) leuibusq; peccatis: sine quibus hæc uita non ducitur: quotidiana oratio satisfacit. Eorum enim est dicere. Pater noster, qui es in cœlis: qui iam regenerati sunt ex aqua, & spiritu sancto. ¶ Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata: delet & illa, a quibus uita fidelium, scelerate etiam gesta: sed pœnitendo in melius mutata, discedit: si quidem admodum ueraciter dicitur: dimitte nobis debita nostra (quoniam non desunt, quæ dimittamur) ita ueraciter dicatur: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et quid mirum hæc fieri per orationem dominicam a saluatore Christo dictam, & institutam: cum & aliarum orationum inuitu multi, quod præmittitur, leguntur consecuti? Vnde seruo petenti dominum, ut debitum sibi remitteretur, misertus ait dominus. Omne debitum tibi condonauit. Matth. 18. Et publicanus ille percutiens pectus suum orans peccatorũ suorum remissionem obtinuit: & iustificatus abscessit. Luc. 18. ¶ Rursus oramus. Dimitte nobis debita nostra. i. omnia peccata nostra generaliter: quia omnia, & singula impedimentum præstant ad introitum regni dei. quod supra nobis petiimus aduenire. unde Apostolus. 1. Corin. 6. Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt. Petimus igitur omnia peccata nobis dimitti: ne a regno beatitudinis excludamur: dicentes ex saluatoris doctrina. Dimitte nobis debita nostra. Petimus autem te pater cœlestis, qui habes potestatem peccata dimittendi: quia nisi tu dimiseris, nemo ea delere poterit. Si iniquitates obseruaueris domine, dicit Propheta: domine quis sustinebit? Ad illum enim pertinet peccati dimissio, qui peccato offenditur: qualis est deus, qui peccatis nostris iuste irascitur: & ipse aut imputat, aut dimittit. Qđ & iudæi agnoscentes cum Christus paralytico dixisset. Dimittuntur tibi peccata tua. Dixerunt. Quis est hic, qui peccata dimittit? scientes opus esse solius Dei. Dimitte igitur: hoc est parce, uel indulge. s. ad nostram petitionẽ, & gemitum cum petimus, dolemus, & gemimus, q̃ peccatis te offendimur. Si enim te petentibus ueniam peccatorum suorum concedere per prophetam permisisti dicens. Ez. ch. 33. Impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit. Et B. Bernar. tractans illud. Hodie mecum eris in paradiso, dicit. Non arctatur, non clauditur, sine nullas habet meta diuina clementia. Sit qui inuocet eum, qui exaudiet: sit qui pœniteat: non deerit, qui indulgeat. Petimus igitur cum peccatorum pœnitentia. Dimitte nobis debita nostra. ¶ Et quanquam potens est deus nobis non rogantibus debita nostra remittere: sicut quotidie dimittit paruulis in baptismi susceptione. Sicut quoq; dimit-

Aug.

C Eccl. 19.

Aug.

Matth. 18. Luc 18.

2. Cor. 6.

Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5.

Ezech. 33. Bernard.

D

Quę peccata petamus nobis dimitti primo.

sit pa-

sit paralytico ad fidem portantium peccata sua dicens. Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua. Mar. 2. Vult tamen deus, ut peccata dimittenda nobis peti, & rogari, iuxta parabolam de debente decem milia talenta, qui ut a debitis liberaretur, procidit rogans dominum dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Cui dominus. Omne debitum dimisi tibi: quoniã rogasti me. Matth. 18. ubi Chry. Quod dominus precum instantia ulceraliter commotus absoluit eum: & mutuum ei dimisit, uolebat enim dominus & a principio date: sed nolebat suum esse donum solum: sed & serui supplicantis: ut non incoronatus abscederet. Vnde uidere est causam dimissionis: cum rogante eo, uisceribus motus ei debitum dimisit. ¶ Ex quo apparet: q deus communiter uult rogari a nobis: ut peccata nostra dimittat: propter hoc, ut coarguentes quodammodo ad nostrorum peccatorum remissionem, meritum nostrum augeatur. unde & ait B. Augustinus. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, hoc est, nisi tu cooperis: & hoc de communi cursu. Ea propter Christus ut pater cęlestis nobis dimitteret nostra peccata, iussit nos orare, & petere cum fiducia. Dimitte nobis debita nostra. ¶ Sed quæris. Quomodo peccata nostra dicuntur debita nostra, cum nullo iure nobis debeantur, sed nec alicui creaturæ rationali, immo oppositæ uirtutes, & iustitiæ sunt nobis debitæ, & peccata nobis penitus indebita? Recte siquidem reprehenditur omnis, qui peccatum habet, aut tenet. Et ob hoc etiam uidetur, q peccata non sint nostra, quoniam ipsa tenere iuste prohibemur. Non ergo peccata tenemur deo, sed timorẽ, sed amorem, sed seruitutem, sed obedientiã, sed imitationẽ. Hæc quidẽ tenemur deo secũdum illud. Deut. 10. Et nunc Israel quid dñs deus tuus petit a te, nisi ut timeas dñm deum tuum, & ambules in uijs eius, ac diligas eũ, ac seruias dño deo tuo in toto corde tuo: & in tota aĩa tua, custodiasq; mandata dñi? In qua autoritate Moysi quinq; iam tacta exprimuntur. Vt si quia deus dñs est uniuersorũ cęli, & terræ, ineffabilis, & tremendæ maiestatis: debetur sibi timor reuerentialis, quia liberalissimus est, & optimus immensæ bonitatis debetur sibi amor amicitiæ filialis, quia est creator singulorum infinitæ potentiæ: debetur sibi seruitus latriæ, qui est cultus diuinalis, quia supremus est rector uniuersalis inæstimabilis sapientiæ: debetur ei obedientia generalis, quia iustus est, & inobliquabilis æquitatis, & regulæ: debetur sibi imitatio certitudinalis. Si hæc quinque deo reddimus, soluimus, quæ debemus, si nõ soluimus, peccatores efficimur, & eorum constituimur debitores. Peccat profectõ, qui non reddit, quod debet, nec tamen peccando a debito soluitur, alioquin de peccato cõmodum reportaret. Cum ergo peccamus, deo debitum subtrahimus, propter quod a deo ad pœnam obligamur. ¶ Per hoc ergo dicitur, quòd peccata duplicitèr debita nominantur, non quidem formaliter, sed effectiue. Vno modo, quia peccando debitum soluere recusamus. debitum, quo deo tenemur. s. obedientiam, & amorem. Peccamus. n. cõmittendo, & omittẽdo: committẽdo. s. malũ: & omittẽdo bonũ. Puta si fornicamur, si occidimus, si furamur, committimus mala, & agimus contra diuina præcepta, & per hoc subtrahimus sibi debitam obedientiam, seruitutẽm, & timorem. Si deum super omnia non diligimus, si parentes non honoramus, si bona debita omittimus, iterum deo debitum subtrahimus, dilectionem, seruitutẽ &c. Secundò peccata dicũt debita nra, quia nos debitores pœnæ faciunt. Quicũq; n. cõtra deũ peccat, reus efficitur pœnę gehennalis: quam soluere tenetur, nisi a deo remittatur. Tenetur soluere non agendo, aut alteri infligendo, sed patiendo pœnam damni, & sensus. Peccans nanq; contra deum auertit se a deo incommutabili bono, & conuertit se ad creaturam commutabilem: efficiturq;

Mar. 2.

Matth. 18.

Augustin.

Deut. 10.

B

dei contemptor, uere, uel interpretatiue. Quia enim auertit se a deo, iustum est, & rationabile ut deus in retributione auertat se ab eo, suamque essentiam ei non ostendat nude, ac beatifice, in cuius uisionis carentia pœna damni consistit. Rursus quia conuertit se ad creaturam, efficitur debitor pœnæ sensus, ut ita in se sentiat acerbitatem pœnæ, qui prius quæsiuit delectari in creatura inordinate. Sic ergo dicuntur peccata debita nostra, non quidem debita nobis inesse, quomodo iustitia (quam priuat) nobis inesse est debita, sed debita ab effectu, quia constituunt nos debitores pœnæ, ad quam sustinendam propter peccata iuste obligamur. ¶ Dicuntur etiam nostra, non sicut temporalia nobis iuste possessa, sed nostra sunt, quia nullam aliam causam habent, quam uoluntatem nostram. Deus enim, qui ad omne positiuum. causandum concurrit, ut causa prima, non est peccati autor secundum rationem peccati, sed est peccati punitor, ut uult Aug. Nam si actum peccati, qui natura quidem est, & ens positiuū, comproducit, non tamen ipse in hoc peccat, quia nō facit, qđ tenetur non facere. Nra aūt uoluntas peccat, dū uel facit, qđ non debet, aut omittit, qđ debet, Vñ p Oseam dñs dicit. Perditio tua Israel ex te, tantōmodo in me auxilium tuū. Nec res alia a deo in causa est hoi, ut peccet, quia secūdū Aug. 12. de ciui. dei. c. 6. Cū uoluntas relicto superiore ad iferiora se cōuertit: efficit mala nō qa mala sūt, quo se cōuertit: sed qa peruersa est ipsa cōuersio. Idcirco nō res iferior uolūtatē malā facit, sed ipsa (eo q̄ tē iferiorē praue, & ordinate appetit) se peccato maculat. Ex hoc se explanius ostendit. Si duo aliqui æqualiter affecti aio & corpore, uideāt unius corpis pulchritudinē, qua uisa unus illorū ad illicita fruēdū moueat, & alter in uolūtate pudica stabilis pseueret, quid putamus esse causæ, ut in illo fiat, in isto non fiat uoluntas mala præter ipsam non nisi corporis pulchritudo, quæ æqualiter obijcitus ambobus. Ceteraque sunt paria, ut positum est quantum ad naturalia. Et ut omnis inæqualitas tollatur, sit æqua maligni suggestio in utroque: æqualiterq; ab eo tentati nulla alia ratio assignari potest, cur unus male concupiscendo peccet, non alius, nisi arbitrij libertas potens omnibus æqualiter se habentibus diuersimode se sistere, uel mouere. Propria ergo uoluntas est, qua peccamus, quæ deficiendo a iustitia peccat: ideo uere nostra sunt peccata, quia propria, & libera uoluntate admissa. unde Auguſt. super illud psalm. Non declin. cor meum in uer. ma. ad excusa. in peccatis: loquens contra excusantes peccata sua, & causas peccatorum nō sibi, sed alijs imputando dicentes. O si deus hoc non uellet, hoc non facerem, hoc uoluit fatum: hoc uoluit fortuna. Et ita fratres mei uidete: qualium defensio non solum indoctorum, sed etiam doctorum. Sedent, & computant sydera, interualla, cursus status motus intendunt. Et post modicum. Eris adulter, quia sic habes uenerem. eris homicida, quia sic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu, nemus adultera, non tu: uide, ne pro Marte, & Venere tu damneris. Et consequenter loquens de Manichęis dicentibus, q̄ ideo homines peccabant, quia una anima eorum erat de gente tenebrarum. Contra quod Auguſt. Si posset gens tenebrarum, quam fingit, tibi diceret. Quid me accusas? potui aliquid facere deo tuo, an non potui? si potui, fortior ego sum. si non potui, quomodo quippiam uererem, & abstraherem a deo lucis ad tenebras peccatorum? Et subdit. Si uis defendere te de peccato tuo, laudare non potest deum. Transi igitur ad uituperationem tuam, & laudabis. Redi igitur ad uerba psal. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Ego dixi, ego peccaui, non natura, non fortuna, non fatum, non constellatio, non gens tenebrarum me peccare coegit: sed meum arbitrium me peccatorem constituit. Tū ergo cōfesso p̄cō tuo, ut

Quo peccata dicuntur nostra.

Cōtra se excusantes in peccatis & attribuentia facto uenęri.

deo

de quomodo laudetur deus quia & iustus est: eum te punit perseuerantem: & misericors est; cum te liberat confitentē. Quia igitur uoluntate nostra libere peccamus: per quam & dñi sumi nostrarum operationū, idcirco uere peccata nostra nobis, & nullis alijs imputantur. Ideo ueritatis magister Christus uolens hoc suis fidelibus insinuare dixit eis. Sic orabitis. Pater noster &c. & dimitte nobis debita nostra. ¶ Tertiò pōt hæc petitio exponi de peccatis nostris quantum ad reatū pœnę, sic. Dimitte tu pater cælestis nobis debita nostra. i. pœnas illas, quarum peccando efficimur debitores. Pro quo notandū, q̄ cum homo peccat mortaliter: statim fit reus damnationis: & a deo ad ęternā damnationem obligatur. Quod significatum est in parabola in seruo isto nequam: qui conseruo suo noluit misereri: ob quod iratus dominus tradidit eum tortoribus, quousq; redderet uniuersum debitum. i. puniendū æternaliter Mat. 18. & eiusdem ca. 22. Iussit rex eum, qui uestem non habuit nuptialem (gratiam uidelicet, quæ peccatis opponitur) ligari manibus, & pedibus, & mitti in tenebras exteriores: ut ibidē æternaliter puniret. quod etiam clarius significauit Christus, cum dixit. Ibunt isti. s. peccatores in ignē æternū: quod pertractat Aug. 21. de ciui. dei. c. 24. di. Nimæ præsumptionis est dicere cuiquam eorum æternum supplicium non futurum, quos deus dixit ituros in supplicium ęternum. Has pœnas petimus dimitti: dum orantes dicimus. Dimitte nobis debita nostra quasi diceremus. Tu pater noster, qui solus habes claues uitę, & mortis: deducis ad inferos, & reducis. Nulla etenim creaturarum æternis pœnis potest quem autentice cruciare: sed tu solus iustissime in te infinitum bonum, & æternum peccantes, illi pœnę adiudicas. Ad te igitur solum recurrimus: humiliter petendo confisi de tua misericordia dicētes. Di. no. de. no. i. relaxa æternas pœnas quas meruimus: quas sicut supremus iudex solus habes infligere: ita & solus habes relaxare. Siquidem inferior superioris sententiam relaxare non potest. Vel, dimitte nobis debita nostra. i. commuta pœnas illas æternas in temporales tua pietate hic in ista uita mortali soluendas: quia nihil terribilius nostris auribus incutitur, quam q̄ delinquentes æternis pœnis cruciantur sine spe ueniæ in loco caliginis, in mansione tenebrarum, ubi nec torquentes fatiganturnec qui torquentur, aliquando moriuntur. Commuta igitur misericorditer pœnas istas ęternas in temporales, quia tua iustitia peccatum non dimittitur impunitum. Hic igitur ure: hic seca, orauit Aug. ut in ęternum pareas. Ita & nobis indulgeat pro peccatis hic satisfaciamus per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium. quod facere quemlibet hortatur Augu. in de utilitate agendæ pœnitentiæ di. Quia inuitum non debet esse peccatum: puniatur a te, ne tu puniaris pro illo, peccatum tuum iudicē te habeat: non patronum. Et ibidem. In tribunal mentis tuæ ascende contra te, & reum te constitue ante te. Noli te ponere post te, ne deus te ponat ante se. Cui consonat & apostolica exhortatio, q̄ si nosmetipsos iudicaremus non utiq; iudicaremur a domino. Dum autem iudicamur, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo dānemur. ¶ Sed hic occurrunt tria dubia. Primū. Cū dimittere malū impunitū est contra diuinā iustitiā, & cōtra iustitiā dei, quæ est eius perfectio sicut bonitas, sicut misericordia &c. non licet dimissionem peccati petere: hoc enim petere esset uelle a deo remouere iustitiam: & deum esse imperfectum, & per consequens deum non esse deum, quō igitur licet petere peccatorū remissionē quātū ad pœnā eis debitā? Quod aūt dimittere malū impunitū sit cōtra iustitiā, patet, q̄a sicut cōtra iustitiā ē meritū nō præmiare, ita est cōtra iustitiā malū nō punire, ꝓpter quod dr Iob. 9. Verebar oīa opera mea sciens, q̄ nō parceres delinquenti. Vbi glo. Etsi pœ-

nitens

P&ū mortale qūo infert æternā pœnā a solo infligendā.

G

Auguſt.

Auguſt

1. Cor. 11. H

mentes ad pœnitentiam uocat: tamen peccatum nunquam sine ultione præterit, uel homo punit, uel deus punit. Quod uero est contra iustitiam, est contra deum, qui est summa iustitia: quam si deus negaret nō puniendos seipsum
2. Tim. 2. Alexand. negaret: quod est impossibile: ut habetur. 2. Timo. 2. Fidelis permanet, seipsum negare non potest. Ad hoc respondet Alex. q̄ dimittere peccatum sine pœna quacunq; contritionis, uel afflictionis esset contra iustitiam, quæ statuit nullum peccatum remittere sine quacunq; pœna: saltem attritionem exigit peccatoris. Non autem petitur in hac petitione talis rem ſio peccati sine omni pœna: sed petitur: ut dimittatur quantum ad pœnam secundū partem: ut si sit infinita pœna debita culpæ q̄ mutetur in temporalem: si autem finita: q̄ mutetur in minorem: & hoc petere, non est petere contra dei iustitiam. Et sic etiam intelligendum est illud. Non parceres delinquenti. s. de omnimoda indulgentia. Vnde sensus est. Sciens q̄ non parceres delinquenti, hoc est, non omnino parceres. i. non sine quacunq; pœnā displicentiæ, uel contritionis. unde Aug. Nemo nisi pœniteat uitę uxteris, poterit no-
Augus. I uam uitā inchoare. q Sed contra: sicut iustitia dei peccato determinat pœnam, ita huic peccato hanc, & illi illam: puta mortali æternam: ueniali peccato temporalem: ergo erit contra iustitiam dei petere relaxationem pœnæ cuiuscunq; peccato debitæ. Ad illud respondetur, q̄ aliquid esse, uel fieri dicitur iustum dupliciter. Vno modo quia eius contrarium est iniustum: sic dilligere proximum est iustum: quia contrarium. s. odire proximum est iniustum: & non occidere innocentem, iustum: quia occidere talem est iniustum. Et loquēdo secūdū potentiā absolutā dei, nulla actio diuina est iniusta: quia nihil agit deus adextra: quin eius oppositū possit agere non iniuste. Nihil. n. extra deū est necessariò iustū: q̄ oppositū eius sit necessariò iniustū: cū oīs res, & actio prout ab est iusta: quia a deo uolita, & non uolita, quia iusta. Vo-
Augus. luntas .n. dei est prima regula omnis iustitiæ, ut uult Aug. 3. de tri. Alio mō dicitur res, uel actio iusta: quia eam sic fieri, est a deo ordinatum, aut præceptum. Et illo modo uerum est: q̄ iustum est peccatum non remitti sine pœna determinata soluenda, aut per peccatorem ipsum, uel alium pro ipso. Et consequenter dicitur, q̄ uerum est, q̄ deus determinat singulo peccato pœnam singulam: non autem omni mortali pœnam æternam: sed ei solum, in quo peccator impenitens perseuerat. Omni autem peccato mortali determinat pœnam æternam, uel temporalem cum pœnitentia. i. contritione cordis soluendam, a peccatore pro se: uel ab alio pro peccatore. Et quia condignam temporalem peccator facere non potest pro se: misit filium suum unigenitum: ut peccata nostra ipse portaret super lignum crucis, cuius liuore,
1. Pe. 2. & uulneribus nos sanaremur. unde dicit pater: Propter scelus populi mei
Isa. 53. percussi eum. Nam posuit pater in eo iniquitates omnium nostrum. ipse uulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum. unde. Vere languores nostros ipse
Roma. 8. tulit, & dolores nostros ipse portauit. unde ad Rom. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: quia in carne passibili, de peccato damnauit peccatum. i. de hostia pro peccato nostro, quam Christus obtulit: damnauit. i. deleuit uel destruxit (secundum glo.) peccatum nostrum: hanc hostiam Christi. s. mortem tanquam satisfactionem recipiens pro peccato
2. Cor. 5. nostro. Vnde & 2. Cor. 5. Bum, qui non nouerat peccatum. s. Christum peccatum fecit. i. hostiam, uel satisfactionem pro peccato nostro. s. ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. Et hæc est copiosa redemptio apud dominum, quia sufficiens, & ualde sufficiens fuit pœna Christi innocentis: ut propter eam pater dimitteret etiam sine alia pœna peccata omnium Christo conion-

Alio dicitur iniusta dupliciter.

dorum, quæ etiam sola operatur remissionem peccatorum in baptismate parvulorum. Nam passionem Christi pater acceptauit, ut condignam satisfactionem pro omnium delictis. Hæc autem pœna condigna est, & sufficiens pro peccatis abolẽdis, quã ut talẽ pater acceptat. Vñ oramus nobis peccata dimitti, nõ cõtra dei iustitiã, nõ sine cõdigne satisfactione; sed ut satisfactio filij nobis applicetur, nosq; Xpo incorporemur: quatenus satisfactio eapitis, deleat omnia peccata in nobis suis membris. ¶ Secundum dubium: quã dicit bea. August. cum dicimus Di. no. de no. manifestamus nos habere, quod nobis dimittitur, ergo uidetur, q̃ is, qui pro tempore, quo sibi non est conscius de peccato, non debeat dicere orationem, dominicam: uel saltem hanc eius particulam. Di. no. de. no. Respondetur, q̃ uita ista mortalis de communi lege uix duci potest a mortalibus sine peccatis, ad minus uenialibus, unde dixit discipulus ille, quem diligebat Iesus, cui: & ob puritatem mentis, & cordis mundiciam, matrem commendauit. Fratres, si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Vnde & si omnes sancti quotquot sunt, uel fuerunt a primo iusto usq; ad ultimum, simul essent, nihil aliud dicerent (dicit Aug.) quam di. no. de. no. excepta beata uirgine de qua dum de peccatis loquimur: nullam prorsus habere uolumus intentionem. Hinc & ait sapiens. Quis potest dicere, mundum est cor meum: purus sum a peccato. & Eccle. 7. Non est homo iustus, qui faciat bonum, & non peccet. Et propter hoc be. Aug. tractans uerba præsentis petitionis ait. Quis hic uiuit in carne, & non habet debita peccatorũ? quis est homo sic uiuens, ut ei ista oratio non sit necessaria? Inflare se potest homo, manifestare se non potest. Et subdit. Considerate fratres, hic Christus docuit orare discipulos suos, illos, magnos primos apostolos suos, arietes nostros. Si igitur pro peccatis suis dimittendis arieres orant: agni quid facient? de quibus scriptum est. Afferte domino filios arietum. Cum igitur Christus orationem dominicam apostolis, & discipulis perfectissimis dicendam indidit, & per eos nobis Christi fidelibus omnibus, uidetur concludi posse neminem de communi lege sine quibuscunque peccatis uitam istam mortalem transigere. Quod & amplius declarat idem Aug. super illud ps. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Hic inquiens, oiuens, in carne uiuens, moriturus uiuens: de Adam natus ex hominibus, omnis ita uiuens iustificari forte potest coram deo non tamen coram se quomodo coram se sibi placens: tibi displicens. Et post modicum. Quantumcunq; enim rectus mihi uidear: producis tu de thesauro tuo regulam coaptãs me ad eam; & prauus inuenior, qui rectus esse putabam: quid enim apostoli? quod arietes ipsi? de quorum prole dicitur. Afferte filios arietum. Certe ipsi didicerunt orare; quod oramus, ipsis data est regula postulandi: pro peccatis a Christo iusto perito cælesti: sic orabitis inquienti. Di. no. de. no. Et esto: q̃ nobis de peccatis conscijs non simus: propter hoc tamen sine peccatis non existimus. unde dicit apostolus. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. unde stat hominem peccatum suum ignorare: & deum ipsum ut peccatorem reprobare. Hinc & orauit propheta. Ab occultis meis munda me domine. quasi d. a peccatis meis quæ non uideo: quæ tibi tamen sunt manifesta munda me. Vnde quia homo certitudinaliter, & euidenter scire non potest (ut sapiens ait) an odio, uel amore dignus sit semper debet esse pauidus, & summi iudicis formidare sententiam: profitendo sua etiam, quæ ignorat peccata: & petere. Di. no. de. no. ¶ Et dato, q̃ per reuelationem alicui constet, q̃ immunis sit a quocunq; peccato: adhuc tamen orare habet. Di. no. de. no. & hoc in persona ecclesiæ, cuius quilibet fidelis Christianus mẽ-

K

Augusti.

1. Ioh. 1.

Augusti

Prouerb. 20.

1. Cor. 4.

Eccles. 9. L

An quis immunis a peccato orare debeat dñi no. deb

brum.

brum est. Etenim & si ecclesia sit semper deo grata, & acceptaz multi tamen in ecclesia sunt peccatores, indigentes peccatorum suorum uenia, pro his ergo quilibet, ut a peccatis soluatur, orare habet Dimitte nobis debita nostra. Sic enim uidemus in naturali corpore unum membrum alteri quantum potest salutem procurare: sicut non sibi tantum oculus: sed toti corpori uidet: stomachus pro singulorum salute membrorum cibum digerit. Sic saluator noster Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: in persona membrorum suorum peccata coram patre misericordiarum per ipheraz confitetur di. Delicta mea a te non sunt abscondita. & in alio psal. Deus, deus meus respice in me: quare me dereliquisti: lõge a salute mea uerba delictorum meo. ubi glo. Aug. Nostra delicta sua facit: ut suam iustitiam faceret nostram. Ita & nos pro inuicem orare debemus: ut nobis peccata remittantur: unde hortatur. Iacob. Orate pro inuicem: ut saluemini. Eapropter & Christus nos orare docuit. Dimitte nobis debita nostra non mihi: quia ad omnes communiter spectat præsens oratio. Non ergo mentitur etiam innocens dicendo. Dimitte nobis debita nostra. ¶ Dubitatur tertiò utrum peccatum originale dici debeat debitum nostrum, siue peccatum nostrum. Pro solutione notandum: ꝙ aliquid esse peccatum nostrum dupliciter potest intelligi. Vno modo: quia in nobis est, ac nos peccatores constituit. Secundo modo: quia ex nobis est. Primo modo peccatum originale nostrum est: quia in nobis a prima nostra origine reperitur, unde dicit apostolus, ꝙ oẽs nascimur filij iræ. Et prophã. Ecce. n. in iniquitatibus cõceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Adam quidem primus homo, ex liberalitate dei accepit quoddam donum supernaturale: quod communiter nominatur originalis iustitia. Accepit autem donum hoc non solum pro sua persona, sed pro tota sua posteritate, hoc est pro omnibus ab eo descensoris secundum legem naturalis propagationis, ita ꝙ si in innocentia, in qua creatus fuerat, perstitisset, contulisset regulariter deus hoc donum omnibus ab ipso descendentibus, sicut deus regulariter infundit animam rationalẽ corpori perfecte organizato. Et per hoc dedit deus (uoluntate quodammodo antecedente) hanc originalem iustitiam omnibus hominibus, dando eam adæ, quia quantum in se fuit, ita dedit, ut consequenter daret cuilibet suæ prolis impedimento cessante. Et ita fuit hæc iustitia omnibus adæ filijs debita, siquidem omnes eam habere debuerant. Quapropter cum per peccatum suum Adam ipsam perdidit, non solum pro se perdidit, sed pro tota sua posteritate eam amisit, pro qua & eam liberaliter accepit, perdidimus ergo eã & nos in Adam, sicut & ipsam in eo accepimus. Non quidem per proprium nostrum actum & peccatum, sed per peccatum adæ unde dicimur omnes in Adam peccasse, quia suum peccatum omnibus imputatur, & in omnes ab ipso genitos transfunditur: pro quanto omnes ab eo geniti debitores sunt alius iustitiæ, qua carent. Hinc ad Ro. 5. Per hominem peccatum in hunc mundum intrauit, in quo omnes peccauerunt. Et propter hoc dicit be. Aug. in de fi. ad pe. c. 23. Firmissime tene & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum maris, & fœminæ concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortiq; subiectum. Secundum hoc igitur dicitur peccatum hoc nostrum, quia in nobis, ab origine repertum, pro quanto generamur sine originali iustitia nobis debita: cuius sic debitæ carentia est peccatum, sicut carentia iustitiæ actualis debitæ inesse est peccatum actuale. Cur enim occidens proximum peccat, nisi quia caret iustitia actuali, quæ inesse deberet occidenti? quia iustitia est conformitas actus occisionis ad omnes circũstantias, quas ratio recta fide illuminata dictat debere inesse proxi-

Augus.

Iacob. 5.

M

Eph. 2.

Peccatũ originale an dicitur peccatũ nostrum.

Quomodo cõtrahitur.

mum

mum occidenti, quæ si ineſſent, proximum occidendo non peccaret. Quapropter adulti nondum baptizati dum baptiſmi ſacramentum uolunt ſuſcipere debent hoc peccatum ſicut ſuum agnoſcere: ut ualeant ab illo ſicut ab alijs, liberari, & de hoc dicit b. Aug. de oratione dominica loquens, de catechumenis uolentibus ad baptiſmum conuolare. Debent (inquit) & tales cognoſcere, & confiteri, non ſolum peccata actualia, quę uoluntarie commiſerunt, ſed etiam peccatum originale, quod a parentibus contraxerunt. Licet autem illud propria uoluntate non ſit contractũ, tamen uoluntate Adam, in quo omnes peccauerunt: ſic uitiata eſt natura: ut omnes, qui ab eo per rationem ſeminalem proceſſerunt de communi lege, accipiunt & uitium, & peccatum. ¶ Secundo modo peccatum originale non eſt peccatum noſtrũ: quaſi. ſ. a nobis ſit commiſſum. Tunc enim non diceretur originale: ſed actuale: quemadmodum alia peccata, quorum uoluntas noſtra eſt cauſa: hoc autem falſum eſt, quia ineſt uoluntati ante omnem ſuum actum. In inſtanti enim animationis, anima talis peccato maculatur, pro quo tamen inſtanti nullum actum habet, aut elicere poteſt, ſicut neq; ratio. Vnde & beatus Aug. ubi ſupra c. 23. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites paruulos, qui ſine baptiſmatis ſacramento de hoc ſeculo tranſeunt: ignis æterni ſupplicio puniendos, quia etſi peccatum propriæ actionis non habuerunt: tamen peccati originalis damnationem carnali conceptione ex neceſſitate contraxerunt. Ecce (dicit bea. Aug.) hoc peccatum non eſſe noſtrum per actionem propriæ uoluntatis. Quod uerò dicit paruulos ignis æterni ſupplicio puniendos, non eſt intelligendum, q̃ ſint aſſuri in igne, cum pœna eorum ſit leuiſſima pœnarum damnatorum: ut idem dicit in ench. ca. 92. & ardor ignis ſit pœna ſenſus graviſſima. Sed puniuntur ſupplicio æterno ignis, ineſt ſupplicio, quod eſt in illo igne. quaſi dicat: ſupplicio aliquo quod patiuntur exiſtentes in igne illi puniuntur. Hoc autem eſt pœna dãni, carentia ſcilicet diuinæ viſionis: ſine tamen ſenſibili dolore uermis: & pœna incarcerationis, ac uilitate loci. Detinentur enim in limbo qui locus proximus eſt damnatorum in inferno pro culpa actuali: de quo latius diſputari ſolet in 2. ſenten. diſtinctio. 33.

Augusti

N

Vbi pro originale puniũtur paruuli.

DE MODIFICATIONE petitionis.

LECTIO LXXIII.

SICVT & nos dimittimus debitoribus noſtris. ¶ Poſita in prima huius petitionis parte petitionis formã ſequitur modificationis clauſula. Noluit enim cæleſtis magiſter nos peccatorum remiſſionem ſimpliciter petere ſicut cætera, quæ in ſua oratione, quam nobis tradidit, petimus, quoniam prouidemiæ diuinæ bonitatis fuit, cum docerer hanc orandi formam: ut oratio ſufficientiſſima in ſe, & efficaciſſima apud deum eſſet fructuoſiſſima nobis. Et ideo non ſolùm docuit quid orandum ſit: ſed etiam quid coagendum a petente: ne inefficax ſiat apud deum oratio, & conſequenter nobis infructuoſa. Quid autem coagendum eſt, inſinuatur conditione appoſita. ſ. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Dimiſſio autem huiuſmodi reddit hanc petitionẽ

Eccle. 28. Dimitte nobis debita nostra deo exaudibilem. unde Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur de hoc Abbas Iſaac Coll. 9. ait. O ineffabilis dei clementia, qua non ſolum nobis orationis tradidit formam, & acceptabilem ſibi in nobis morum noſtrorum inſtituit diſciplinam, ac per neceſſitatem traditæ formulæ, qua ſe præcepit a nobis ſemper orari: ræ pariter, & triſtitiæ euellit radices, ſed etiam occaſionem rogantibus tribuit: eiſq; referat uiam, quæ clemens, & pium probent erga ſe dei iudicium promulgari, & prodire. Et quodāmodo poteſtate tribuit qua iudicis noſtri poſſumus ſententiam temperare ad ueniam delictorum noſtrorum, exemplo eum noſtræ remiſſionis coarctantes: dum dicimus. Dimit. n. ſicut & nos di. Hæc Caſſiod. Docēdo itaq; nos orare. Dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris regulam nobis impoſuit: q; ſi uolumus nobis dimitti peccata noſtra, nos etiam dimittamus proximis noſtris peccata eorum in nos commiſſa. Vnde ſi non dimiſeritis eis, qui nos offenderunt, ea quibus offenſi ſumus: nec pater cæleſtis dimittet nobis debita noſtra. Quod clare docuit Chriſtus, cum ſtatim poſt orationem dominicam ſubiunxit. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater ueſter cæleſtis delicta ueſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra. Qui igitur uult miſericordiam, & remiſſionem peccatorum ſuorum impetrare a deo, neceſſe habet: ut exhibeat miſericordiam proximo. de hoc b. Cypria. ait. Qui orare nos pro debitis, & peccatis docuit: adiunxit plane, & addidit legem: certa nos cōditione, & ſponſione conſtringens: ut ſic nobis dimittit debita: ſecundum q; & ipſi debitoribus noſtris dimittimus, ſcientes impetrari non poſſe, quod pro peccatis petimus: niſi & ipſi circa debitores noſtros paria fecerimus. Idcirco & alio loco dicit. In qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur uobis. Et ſeruus, qui poſt remiſſum ſibi a domino omne debitum, conſeruo ſuo noluit ipſe dimittere: in carcere ligatur, quia indulgere conſeruo ſuo noluit: quod ſibi a domino indultum fuerat, amiſit. quæ adhuc fortius Chriſtus in præceptis ſuis maiore cenſuræ ſuæ uigore prędixit. Cum ſteteritis (inquit) ad orationem, remittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: ut & pater ueſter qui in cęlis eſt, remittat peccata uobis. Excuſatio tibi nulla in die iudicij ſupereſt: cum ſecundum tuam ſententiam iudiceris, & quod feceris, ipſe patiaris. Pacificos enim, & concordes, atq; unanimes eſſe in domo ſua, deus præcepit: & quales nos fecit natiuitate ſecundaria tales uult renatos perſeuerare, ut qui filij dei eſſe cepimus: in pace maneamus, & quibus ſpiritus unus

Mat. 6.

B eſt, unus ſit & animus & ſenſus. Hæc ille. q Ecce regulam nobis datam, de qua bea. Aug. Ex omnibus his ſententijs quibus nos dominus orare præcepit: eam potiſſimum commendandam eſſe indicauit, quæ pertinet ad remiſſionem peccatorum, in qua nos miſericordes eſſe uoluit. Et hoc eſt unum cōſilium miſerias euadendi. Nam ut idem dicit in ench. ca. 73. Qui roganti peccati ſui uenia, & petenti ex corde non dimittit: nullo mō æſtimet a domino ſua peccata dimitti, qm̄ mentiri ueritas non poteſt: ideo ſubdit dñs. Si autem non dimiſeritis hominibus: nec pater ueſter dimittet nobis peccata ueſtra. Ad tam magnum tonitruum, qui non expergiſcitur, non dormit: ſed mortuus eſt & tamen mortuos ſuſcitare potens eſt ille. Hæc Aug. Et bea. Greg. Bonum, quod a deo compuncti petimus: hoc ipſum primō proximis faciamus. Quapropter nō docuit nos Chriſtus prius petere peccatorum remiſſionem, poſterius peccata dimittere alijs, ſed ſimul petere. Dimitte no. d. no. ſicut & nos di. de. no. De quo be. Chryſ. Non dixit Xps: ut prius dimittat nobis debita noſtra, & poſtea nos dimittamus debitoribus noſtris. Sciat

Auguſt.

Regula beati Auguſtini de petenda remiſſione peccatorū.

Auguſt.

namq;

nāq; deus hoies esse mendaces, qm si receperint remissionē sui peccati: ipsi suis debitoribus non remitterent. Sed docultur prius remittamus debitoribus nostris, & ita dimitti nobis debita oremus. Attendant igitur peccatores, cōsiderent orationē, quā deo pro abluendis peccatis offerunt. Auscultent, & quid postulādo ꝓponūt, ne ꝓpria eorum sententia iudicentur. Recordentur de Dauid, quem dns sua ꝓpria ferivit sententia, quæ ab ipso fuerat promulgata. Postulāt a deo ut ipsi dimittat sua peccata, sicut & ipsi dimittunt aliena. Cōtra se diuinā ſniam prouocāt: si ex corde ſnis debitoribus nō dimittunt: & oro, quæ ipsis debuit esse salubris, sit noxia: si maligno proposito detinēt aliena. Cui cōcordat Aug. Si debitoribus nostris, qui in nos peccāt, nō dimittimus: ipsi nostra oratione inculpamur: & deū aduersum nos in iracundiā excitamus, & ipsi supra nos inducimus maledictionem potius quam benedictionē: & peccata nostra, quæ minuere debuimus, orando augemus. Ad idem Chryso. Qui inimicitiā in corde, & in ore seruat aduersus lædentē: non deū orat, sed irritat, apud deū gratiam nō obtinet, sed ęternam dānationē sibi postulat. Ité alibi. Cū qua ſpe orat, qui inimicitias seruat aduersus alterū, a quo forsitā læsus est: sicut enim ipse orans mentitur. Dicit enim, remitto, & non remittit, sic a deo petit indulgentiā; & non indulgetur. Inde est, qđ ait Bern. Venia dei peccatori nō datur, cuius cor rancore inuidiæ, aut liuore afficitur. Si igitur uis, ut ibi peccata a deo dimittātur, ois rancor, & discordia a corde tuo alleuetur. Et iterum Eccl. 28. Homo homini reseruat iram, & a deo quęrit medelam. In hominē similem sibi non habet miam & de peccatis suis depręcatur altissimū. Ipse cū caro sit, reseruat irā, & propitiationē petit a deo. quis exorabit pro peccatis illius. Memento nouissimorum, & desine inimicari. Sed qui benigni esse iubemur in offensas nostras, nō æquo animo toleremus diuinas, de quo & Cassianus coll. sæpe allegata inquit. Securus huius orationis fiducia de suis admissis ueniam postulat, quisquis remissus erga suos dumtaxat, non erga domini sui debitores extiterit. Solemus nonnulli (quod est deterius) erga illa quidem, quę admittuntur ad iniuriam dei, quamuis magnorum sint criminum, placidos nos & clementissimos exhibere erga nostrarum uerò uel peruissimarum offensionum debita exactores immittes, atq; inexorabiles inueniri. Quisquis ergo in se delinquenti fratri non ex corde dimiserit, non indulgentiam, sed condemnationem deprecatione hac sibimet impetrabit, suaq; professione semetipsum posset durius iudicari, dicens. Remitte mihi sicut & ego remisi. Quod cum illi secundum suam petitionem fuerit repensatum. quod aliud subsequitur, quā ut exemplo suo implacabilis ira, & irremissibili sententia puniatur. Ideoq; si clementer uolumus iudicari, nos quoq; erga illos, qui in nos deliquerunt, oportet esse clementes. Tantum enim remittetur nobis: quantum nos remiserimus eis, qui nobis quacunq; malignitate nocuerunt. Ecce quantis testimonijs ostensum est indulgentiam nostrorum peccaminum habere nos non posse a deo, nisi ex corde dimittamus, quæ contra nos commissa sunt a proximo. ¶ Sed dicum peccatum remittere opus sit solius dei, quomodo hic exigimur peccata in nos delinquentibus indulgere. Nam debita, quæ nostris debitoribus dimittere debemus, non sunt pecuniæ, seu quæ pecunia commensurantur; sed iniuriæ, & peccata secundum Augustī. Respondetur: quòd dimitti peccata, intelligitur tripliciter. Vno modo principaliter, & propria auctoritate. Alio modo ministraliter, & ex commissione. Tertio modo ex debito, & ex fraternali charitate. ¶ Primo modo solus deus remittit peccata, quia ipsius solius est peccatum ad pęnā æternā nō imputare. unde in psal. Beatus uir, cui nō imputauit dñs

Ecclē. 28.

C

Cū pēsi dimittere sit Dei solius qūo in orōe dicimus fiat & nos dimittimus.

pecca-

peccatum. Et cum deus peccatum ad pœnam non imputat: semper in peccatore dimittitur, quia non est in illo peccatum, quem deus non ordinat ad pœnam. ¶ Secundo modo quilibet sacerdos rite ordinatus secundum claues ecclesiæ remittit peccatum suis subditis pœnitentibus: pro quanto facit aliquem actum proferendo uerba scilicet. Absoluo te a peccatis tuis, quibus regulariter assistit deus, ut autor principalis, peccata confitentium relaxando. ¶ Tertio modo: quilibet fidelis remittit peccata in se peccantibus: quando in corde suo non tenet odium, uel rancorem contra proximum ipsum offendentem, uolens nihilominus ipsum fieri beatum: & æterna pœna non damnari. Siquidem peccatum quantum in se est, dimittit: quia non optat, nec uult ipsi propter offensionē, qua se offendit a regno beatitudinis, & sanctorum consortio excludatur. Quamuis quandoq; uelit, ut secundum regulas iustitiæ temporali pœna puniatur in sui emendationem, & salutem: & ita non solum dimittimus peccata nostris debitoribus, sed etiam alienis quibuscunq; uiatoribus, dum omnes tales ex charitate diligimus salutem ipsorum: ut possumus procurando. Et cui peccatum sic dimittitur, ex hoc ipso a peccato non absoluitur. Quamuis enim homo ex fraterna charitate (quantum in se est) peccatum peccanti remittit, tamen deus peccatorē reū tenet: nisi aliud concurrat: unde a peccato absoluitur. Et hoc modo exponit hanc petitionem cancellarius paris. Ioh. de Gerson, uolens ostendere particulatim, in quo consistat hæc rem sio debiti, dicens. Ego in primis sic dimitto omnibus debitoribus meis: uel alienis, dum sunt uiatores: q; nullo modo uellem eos damnari; immo salutem eorum desiderio te donante, & inspirante hoc quod petimus, rectumq; est. Sic dimitte mihi, & tu pater noster: & hoc satis erit mihi, etiam si mihi aliud præstiteris, quoniam cum ista dimissione tua, & desiderio salutis meæ non damnarer: sed saluarer. In hoc autem stat desideriorum meorum totus cardo. ¶ Rursus sic dimitto omnibus debitoribus meis, uel alienis: q; uellem eos esse bonos uiros, & modestos, temperatos, & ab omni malitia correctos, seu conuersos per tuam ineffabilem pietatem. Sicq; perinde nec sibi nocerent, nec alijs, sed prodessent, & nullam deinceps pœnam mererentur, ut scilicet saluaretur persona, & desineret culpa. Sic dimitte mihi pater noster, ut in mansuetudine me corrigas & in unguentorum suauitate uulnera mea linias: & infundas gratiam suauitatis. ¶ Amplius uerò ego sic dimitto debitoribus meis: q; ubi non corrigētur, a uitijs suis prauis per mansuetudinem remissionis: corrigantur in chamo & freno, ac flagellis: ne deteriora semper committentes, & alijs nocentes, & euntes posit pranitatem cordis sui inadinuēctionibus suis damnabilibus moriantur. Sic dimitte mihi pater noster debita mea, sic ure: sic seca in præsenti, ne damnet in futuro. Ita tamen ut in misericordia, & miserationibus flagelles me; sicut & predixi me desiderare meis debitoribus quibuscunq;. ¶ Item ego sic dimitto debitoribus meis: q; licet sensualitas offensa ex dictis, uel factis eorum remurmuret: & in uindictam exardescat: nihilominus desidero secundum iudicium superioris rationis æternæ legi inniten tis: q; pacatior esset hmōi sensualitas, & q; in tranquillitate, & pace inimicos suos sicut amicos sustineret. Patienter cuidē, & benigne sicut charitas, sine qua nemo tibi placet, patiens est, & benigna: neq; irritatur. Sic dimitte mihi pater noster, ut nihil aduersum me uelis agere, nisi misericorditer, & benigne: quoniam si taliter uolueris, fiet utiq; cum subsit, cum uolueris: posse. Deniq; sic dimitto debitoribus meis: q; te inspirante, & donante ego in eorum punitionem laborare, uel consentire, nollem animo deliberato uerbis factis: & econtra regulas iustitiæ tuæ, sciens te dixisse. Mihi

In peccati dimissione tria considerātur.

uin

uindictam. Hanc autem aliquando facis sine medio: aliqñ per iudices a te constitutos in terra, quibus dum defertur, aut relinquitur executio iustitiæ contra malos: illa prorsus tibi relinquitur, & defertur. In his limitibus stando, & desiderando uindictam, superioritas tuæ iurisdictionis nequaquam uiolatur. Veruntamen tale desiderium uindictæ eis, quibus iudicandi potestas a domino tradita non est: tutũ nõ est: ne si tale iudicium deus uellet exercere cõtra nos: protinus in infernum nos deturbaret. Vnde quia nobis dimitti cupimus debita nostra in mia, & miserationibus: ita discamus, & dimittere nostris debitoribus. ¶ Recolligendo aũt prædictos modos, ita dimittamus nostris debitoribus debitatur in nos commissorum, nullam uindictã æternã, uel talé desideremus, sed magis eorum piam emendationẽ: qua conuersi nec sibi nec alijs nocentes, damnationẽ euadant, quã piam emendationẽ si contemnerent, saltem paternis erudiantur flagellis in tpe: ut eis paretur in æternitate. Quod si nostra seusualitas qñq; contra nostros iniuriatores in uindictam accenderatur: si secũdũ rationẽ legis æternæ (sensualitatis motum detestantes) patienter, & benigne (quod charitatis est) sufferamus, sicq; a nobis nostra debita dimitti a domino exoremus. ¶ Pro planiori tñ intellectu quemadmodum debita proximorum dimitti oporteat: in hac dimissione tria considerari possunt. Primũ est offensa dei, siue culpa, quam proximus noster nobis iniuriando incurrit. Secundũ offensa nostra, odium, rancor, uel ira, quam nos concipimus aduersus iniuriantem. Tertium est iniuria nobis facta seu damnum, uel læsio nobis a proximo iniuste illatum, uel illata: in corpore, rebus, aut fama. Primum. s. offensa dei. Nam nemo potest proximum iniuste lædere sine dei offensa. Nam quandocunq; quis proximũ lædit iniuste, siue auferendo bona naturę, siue famæ, siue fortunę: hoc faciendo agit contra dei uoluntatem, quia præceptum dei transgreditur: quo proximum sicut seipsum diligere tenetur, & ita deum offendit, & culpam incurrit. Et dicitur contra dei uoluntatẽ, quia nisi contra dei uoluntatem proximum damnificaret. non peccaret, nec iniuste læderet. Vnde iudex non lædit iniuste malefactorem si contra eum secundum legem ferat iustam mortis sententiam. Nec iudæi iniuste læserunt Ægyptios eos spoliando auro, argento, uestibus, & elenodijs ad iussionem domini: & ideo non peccauerunt. Qui uerò contra dei uoluntatem proximum lædit, offensam dei incurrit. Pro hac offensa proximi in deum orare possumus, & iubemur: eã aũt dimittere non possumus, quia solius dei est peccata dimittere pœnitenti. Et quantũ ad hanc offensam uelle, ac desiderare tenemur: ut deus eã dimittere dignetur: ut eã nõ reseruet iniuriãti ad sui perpetuã damnationẽ. Hinc præcipit dñs. Diligite inimicos uestros, bñfacite his, qui oderunt uos: & orate pro persequentibus, & calũniantibus uos: ut sitis filij patris uestri, qui in cęlis est, qui solẽ suũ oriri facit super bonos, & malos, & pluit sup iustos & iniustos ubi glo. Contra ecclesiam pugnatur tribus modis. Odio, uerbis, cruciatu corporis, Ecclesia econtra diligit, benefacit, orat. Hoc est nouum mandatum: hoc de filijs irę facit filios dei, quia adoptio filiorum sola charitate acquiritur. Et sic faciente, sæpe dimissionem peccati debitoribus nostris impetramus, & ita modo quodam ẽt nos dimittimus: dũ ad nostram orationem deus suam offensam remittit. Hæc enim remissio fit per peccatoris iustificationem, quæ est gratia m. Gratia aũt donum supernaturale est, a solo deo creabilis. Hinc dixit Aug. ꝙ facilius est mundũ creare, quã impium iustificare. Creare autem mundum nemo potuit, nisi infinita dei potentia: quare nec iustificare, & dimittere peccata. Vnde & baptista loquens de Christo dei uerbo, & patris filio. Ecce (inquit) agnus dei, ecce qui tollit peccata

Quo dimittamus debita, qua mente, & quo fine.

D

Augu.

Ioh. 1.

E mundi. Et magister. 4. sen. dist. 18. Solus igitur deus hominē intus mundat a macula peccati, & a debito æternæ pœnæ soluit. ¶ Secundum. Offensam nostram, quæ est odium, rancor, uel ira, quam concipimus aduersus nos lædentes uerbis, factis, aut signis: dimittere possumus, & dimettere obligamur. unde dicit beatus Hiero. tractans illud. Si peccauerit in te frater tuus. Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem: immo necessitatem: quia dominus præcepit, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Et subdit pro confirmatione prioris dicti. Si autē in deum qui peccauerit: non est nostri arbitrij. s. dimittere hoc peccatum. Dimittere autem sic offensam nostram: non est aliud, quam dimittere odiū, inimicitiam, iram, seu rancorem, quem concepimus aduersus proximum nos lædentem. Vel saltem non admittere odium, uel rancorem contra proximum iniuste mala nobis inferentem. Vnde quia quilibet proximum tenetur diligere, sicut seipsum: & proximus est, quilibet uiator siue amicus, siue inimicus: sequitur, q̄ tenetur nulli inimicari: nec odire quemcunq;: quod & de inimico dominus expresse præcipit. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros. Tenetur igitur quilibet ignoscere in se peccanti non solum uerbo, sed corde, & animo. unde Augu. in de uer. domini. Ne dicas in lingua ignosco, & corde differas. Nouit enim, cui dicas: uocem tuam homo audit: conscientiam tuam deus inspicit. Omnē igitur rācorem tenetur a corde repellere: siue nocens, aut lædens petat, siue non. Hoc autem ignoscere nihil aliud uidetur, niſi ut dictum est, ut non uelit ei malum, siue damnationem æternam: siue damnum temporale in bonis gratiæ naturæ, rerum secundarum (alias suarū) aut famæ. Nec uelle ab eo uindictam exigere iniustam propria auctoritate. Et sic dimittere cuilibet iniurianti tenetur quilibet de necessitate salutis. Et ad sic dimittendum Aug hortatur dicens. Fratres mei exercete uos, inquantum potestis ad exercendum mansuetudinem: etiam erga inimicos. Frenate iram, quæ uos stimulat ad uindictam. Si uindicare te uis de inimico tuo, ad ipsam iram te conuerte: quia ipsa est inimica tua, quæ occidit animam tuam. Oratus es deum: uentura est hora: ut dicas pater noster: uenturus es ad illum uersum. Dimitte nobis &c. Quid sequitur? Sicut & nos dimittimus &c. Ibi illa inimica stat contra te, sepit uiam orationi tuę murū erigit, nō est q̄ trāseat. Bene dixisti totū pater noster, occurrit: dimitte nobis &c. Et quid postea? Sicut & nos dimittimus &c. Si ipsa aduersaria cōtradicit. qualis inimica fratres, quæ contradicit? Sicut & nos &c. Non sequias contra inimicum tuum. In istam sequitas. Melior est, qui uincit iram, quam qui capit ciuitatem. Non potes illum interimere, potes illam reprimere; si fortis es, iram uince, & parce ciuitati. ¶ Sunt autem mala, quæ nos ad tam necessariam nostræ salutis dimissionem inducere debent. Primum. Consideratio peccatorum nostrorum, quibus nosipsi deum offendimus. Qui cū paratus est nobis dimittere debita nostra: debemus & nos esse parati dimittere debitoribus nostris. Qui enim se cognoscit debitorem, debenti sibi facilius ueniam concedit. de hoc be. Greg. Patienter iniuriam illatam tolerat, qui pie meminit, quomodo adhuc in se habeat, in quo deberat ipse tolerari. Brubescit enim peccato non parcere, qui uel deo, uel proximo sæpe recolit se parcenda peccasse. ¶ Secundo nos mouere debet quia qui faciliter, & prompte parcit in se peccantibus: difficulter ab alijs lædi, siue offendi potest. Vnde dicit bea. Amb. super Lucam. Discas frequenter ignoscere, nec indignationem tenere. Nihil enim est, quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo. Cuius duplex ratio assignari posset. Vna naturalis: quia dulcis & mansuetus ab omnibus naturaliter diligitur, durus, & seuus ab oibus odiē. Nūc ergo

Mat. 18.

August.

F

Ad dimittendum fratri peccanti in aliquē plura mouere possunt.

rarius

ratius offenditur, qui diligitur. Mansuetus autem est, quisquis in consuetudinem ducit facile ignoscere. Alia est supernaturalis. Deus enim qui dicit. Qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, animos ceterorum erga nos mansuetum mollit, et prohibet, ne offendant. ¶ Tertio nos mouere debet ad ignoscendum proximis: peccatum, quod incurrimus, si ipsis sua debita non dimittimus. Peccamus enim contra dei præceptum, quo iussit inimicos diligere. Quod si non facimus, nosipsos occidimus. Vñ dixit Ioh. in sua canonica. Omnis, qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Homicida utiq; suijpsius: qui nõ diligit fratrem suum, manet in morte. De quo be. Aug. in de uita, & regula clericorũ. Lites aut nullas habeatis, aut quã celerrime finiatis. Neq; ira crescat in odium: ne trabem faciat de festuca: & animam faciat homicidam. Sic enim legitis, qui fratrem suum odit, homicida est. ¶ Quarto nos mouere debet ad parcendũ nos lædentibus: quia si ipsis eorum debita non dimittimus neq; nobis peccata nostra dimittuntur. Vnde dixit Christus. Si autem non dimiseritis &c. ut supra. Quæ uerba tractans be. Hiero. O formidolosa sententia. Si parua fratribus non dimittimus: magna nobis a deo non dimittuntur. Hinc hortatur Pe. de rauenna in quodam sermone dicens. Homo si forte peccato esse nõ potes, & uis semper dimittere tibi totũ dimitte sæpe, & quãtum uis dimitti, tantum dimitte. Quotiens uis dimitti tibi: totiens tu dimittere: immo quia uis totum dimitti tibi: totum remitte. Hæc intellige, quia remittendo alij, tibi ueniam tu dedisti. Et non semel aut bis, aut certis uicibus est peccantibus ignoscendum, sed quotiens eos in nos contingit delinquere. Vnde Hieronymus super illud Mat. 18. Nõ dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. i. quadringentis nonagiota uicibus ut. s. totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ipse peccare non posset. Et bea. Augustin. in de uerbis domini. Audiuisti formam septuagiessepties Christus peccata tibi donauit. Si usque huc ignouit, & ultra negat, pone & tu limitem, & ultra noli ignoscere. Quod egregie obseruauit Theodosius Imperator de cuius obitu scribens beatus Ambr. ait Beneficium se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius: cum rogaretur ignoscere, & tunc propior erat ueniæ cum fuisset commotio minor iracundiæ & optabatur in eo, quod timebatur in alijs: ut irascereturhoc erat remedium reorum, qui cum haberet potestatem super omnes, quasi parens postulari malebat, quam quasi iudex punire. Æquitatis iudex, non pœnæ arbiter: qui nonquam ueniam petenti denegauit. ¶ Quinto mouere nos debere ad ignoscendum alijs, quia si offendẽtibus nõ dimittimus, tunc debita prius dimissa dominus repetit: quousq; reddamus usq; ad nouissimum quadrantem. Hoc significatum est in parabola de seruo debenti decem milia talenta, cui dominus, cum non exhiberet misericordiã suo conseruo: dixit. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quousq; redderet uniuersum debitum. Et subditur. Sic & pater meus cælestis faciet uobis: si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cord bus uestris. De hoc be. Augu. in de uerbis domini ita ait. Dicit deus. Dimitte, & dimittetur tibi. Si ego prior dimisi, dimitte uel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Idem contra Donatistas. Redire dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est: apertissime dominus in euangelio docet in illo seruo, a quo dominus dimissum debitum repetijt, eo quòd ille conseruo suo nollet misereri, unde tradidit eum dominus tortoribus &c. Cui concordat Grego. dicens. Si hoc, quod in nos delinquitur: ex corde non dimittamus, & id rursum exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam

1. Ioh. 3.

Augus.

Mat 18.

4. Moralit. dimissum fuisse gaudebamus. Quomodo autem hoc uerum sit, remitto ad doctorum scripta super dist. 22. quarti sententiarum. ¶ Sextò mouere nos debet factum nostri saluatoris, qui tam liberaliter ut Bern. ait, omnē dimisit iniuriam, ut eam nec damnaret ulciscendo, nec confunderet improperando, nec minus diligeret imputando. Hinc dicit Chrys. Nihil ita te deo similem facit, sicut iniuriam tibi facienti dimittere. Magna enim uirtus est: si nō lædis, a quo læsus es. Magna est gloria, si cui nocere potuisti, parcas. Nobile genus uindictæ ignoscere uicto ait Isido. in soliloquijs. Contra non dimittentes perfectè ait Bern. Sunt aliqui sic donantes iniuriam ut non ulciscantur, & tamen sæpius improperant. Sunt alij, qui licet fileant: manet tamen alta mente repositum, & rancorem tenent in animo quorum neutrius plena est indulgentia. Longe ab his est benignissima diuinitatis natura. Libenter ait ignoscit plenarie: ita ꝙ non propter fiduciam peccatorum: sed pœnitentium: ubi abundauit delictum, solet & gratia abundare. ¶ Tertium cō siderandum in peccato proximi contra nos iniuste commisso, est iniuria nobis illata: siue damnum in corpore rebus, uel fama a proximo. De cuius remissione necessaria ad salutem aduertendæ sunt propositiones, quę sequuntur. Prima propositio. Non tenetur passus iniuriam eam ita remittere, quo minus iniurianti; ne iniurias continuet uerbis, & factis possit obsistere. Probatur, quia potest quilibet proximum impedire, ne iniuriam inferat, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vim enim ui repellere omnes leges, & omnia iura permittunt. de homicidio. Significasti. 2. Id tamen debet fieri cū moderamine inculpatæ tutelæ, ut ibi dicitur. Non ad sumendam uindictā: sed ad iniuriam propulsandam. Seruatur enim moderamen: si illud tantum fiat, quo omisso, uiolentia repelli non posset. Vnde etiam licitum est occidere insidiantem, & eum, qui uult occidere: si aliter non potest quis manus eius euadere, ut in cap. Si furiosus. in clemen. de homicidio. Et si uis, seu iniuria fit in persona: tunc potest repelli antequam sit illata. Si autem quis post uim illatam personæ suę repercutiat, non uidetur repulsio iniuriæ, sed uindicta, qui omnibus prohibetur: ut in dict. c. Significasti. in text. & in glo. & ideo tenetur (nisi uiderit iniuriantem paratum denuo percutere) uim non repercutiendo repellere. Si uis infertur rebus, tunc & illatam, & inferendam licet repellere: sed post illatam incontinenti, quam citius fieri potest: prius, scilicet quam diuertat ad alios actus: uel quam citius sciuerit & poterit collectis amicis. ¶ Dictum est in propositione, quo minus possit: & non dicitur, quo minus non debet obsistere, quia nullus tenetur repellere uim sibi, aut rebus suis illatam: immo perfectius esset iniuriam patienter sustinere, seruando consilium euangelicum. Si quis te percusserit in dexteram maxillam: præbe ei & alteram: si uoluerit tollere tunicam tuam, dimitte ei & pallium. Quod uerum est, nisi hæc tollerantia esset reipublicæ, uel iniuriatori noxia. Nam si passim ab omnibus toleraretur iniuria quælibet, magnam hoc confusionem, & perturbationem gigneret in communitatibus, & policijs. Si cuilibet liberum esset alteri inferre iniurias, solueretur ex hoc omnis amor; & concordia hominum. Lederetur iustitia, & occasio ac incentiuum daretur amplius delinquendi ei, qui iniuriatur. Vnde quandoque perfectius est iniuriam repellere in actu exteriori, quam sustinere. Vnde beatus August. ad Marcellum. Cuilicentia iniquitatis rapitur utiliter uincitur, quia nihil infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impietas, & mala uoluntas uelut hostis interior roboratur. Exemplum huius habemus in Christo nostro saluatore: qui dum

G Iniuria quā do & qualiter est necessario remittenda, & dimittenda.

Mat 5

per-

percuteretur in faciem: non præbuit percutienti alteram partem, sed magis prohibuit ne faceret, ne iniuriam augeret, dicens. Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo: si autem, bene cur me cedis? Quis uertit in dubium Christum, in quo omnis plenitudo deitatis, gratiæ & ueritatis fuerat (cui spiritus datus erat non ad mensuram) in omnibus suis dictis, & factis, perfectissimum uirtutis tenuisse medium? Vnde in casu isto perfectius fuit iniuriam repellere, quam simpliciter sustinere. Item bea. Paulus iudeis te persequentibus non occurrit: nec ad mortem, quam inferre inuidiæ stimulis agitati conabantur ultro se obtulit, sed restitit, iudicis implorans officium, & Cæsarem appellans. Sed & percussus in faciem iniuriam repulit, dicens principali sacerdotum. Percutiet te deus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Act. 23. Sic sancti quandoq; iniurias repulerunt, iniuriantes acriter uerbis impugnando: quandoq; etiam iniurias patienter sustulerunt, & pro iniuriantibus orauerũt quod, quando, & quomodo utrumq; agendum est, sequentes propositiones edocebuut. ¶ Secunda propositio. Patientem iniuriam defendere in casu urgentis, & euidentis necessitatis tenetur quilibet fidelis dum non apparet in promptu alius, quam probabiliter credat talem posse & uelle defendere: nisi maius immineat periculum: & hoc possibilibus, & congruentibus sibi modis. Ista propositio primo probatur auctoritate scripturarum, & exemplis sanctorum: & postea declaratur. Probatur. Nam quilibet tenetur deum diligere, & proximum, atq; seipsum. Ex quolibet autem amore tenetur defendere fratrem contra iniuriantem. Ex amore dei. Nam qui, deum diligit: bona deo uelle tenetur. Defensio in necessitate bonum, & magnum bonum est: & eo maius, quo necessitas maior est. Defensio autem etsi non est necessaria in se, est necessaria ei in suis membris: quorum Christus deus caput est: sed quod membris exhibetur: capiti exhibetur, & econuerso, propter eorum adinuicem connexionem. Hinc ait. Quamdiu non fecistis uni de minoribus his: nec mihi fecistis. Et iterum. Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Propter quorum omissionem in iudicio, quo etiam hæc dicturus est Christus, negligentes damnabuntur. Hinc & bea. Augu. super illud. Eripite pauperem, & egenum. Ostendit propheta inquit, nec illos immunes a scelere esse: qui permiserunt principibus Christum interficere, cum præ multitudine timerentur, & possent illos a facto, & se a consensu liberare. Ex charitate proximi. Nam qui proximum diligit, eius miseriq; compatitur, & subleuat cũ pot: sicut unum membrum corporis naturalis si quid patitur, omnia membra sibi cõpatiũtur, ut dicit apostolus. 1. Cor. 12. Ita qui per charitatẽ coniungũtur: sunt mẽbra unius corporis mystici, quod est ecclesia: cuius caput Christus, ergo huius corporis mẽbrum tanũ cõpati tenetur alteri membro patienti. Non aũt compatitur miseriæ, qui cum a miseria defendere potest non defendit. ¶ Item quilibet ex charitate, quam habere tenetur ad proximum: tenetur sibi consilium, & auxilium (dum fuerit necessitas) impendere: ergo tenetur in necessitate ab iniuriante defendere. Nã ad fraternã charitatem spectat proximi cunctis necessitatibus subuenire: iuxta illud. Qui habuerit substantiã huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? quasi di. nullo modo. Et subdit. Non diligamus uerbo: neque lingua: sed opere & ueritate. Eadem autem ratione, qua teneor fratri procurare bunum, teneor remouere malum. Deniq; multò magis tenemur subleuare proximum defendendo in necessitate; quam asinum inimici iacentem sub onere, sed primum tenemur, ergo & secundũ-

Patientẽ iniuriã defendere in casu urgenti tenetur quilibet fidelis.

Ioh. 19.

Act. 25.

Act. 23.

H

Mat. 25.

Psal. 81.

1. Cor. 12.

1. Ioh. 3.

Exod. 23. Sed neq; diligit proximum sicut seipsum, qui defensionem eius subtrahit, quam sibi in simili necessitate constituto impendi desiderat. Plures alias rationes adducit uenerabilis Guil. Ockam in suo dial. par. 1. lib. 6. per multa capitula. Probatur idem auctoritate. Hinc enim episcopis, & presbyteris

Inno. 2. præcipit Inno. 2. 90. dist. præcipimus. Præcipimus (inquit) ut episcopi ad solum deum, & salutem populi, habentes respectum, omni tepiditate semota (alias seposita) ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium, & auxilium impendant. Nec hoc alicuius amore, uel odio prætermittant, q; si quis in hoc dei opere tepidus fuerit inuentus, damnum proprie dignitatis in

Alexan. curiat. Cui concordat Alex. papa: & habetur 3. q. 1. c. nulli, dicens. Qui aũt ex uestro fuerit collegio: & ab auxilio uestro se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos esse probabitur. Ecce inquit propheta, quam bonũ, & quam iocundum habitare fratres in unum. Illi uero non habitant in unũ qui fratrum solatio se subtrahunt. ¶ Item ad idem loquitur bea. Amb. For

Lib. 1. de offi. titudo, que bello tuetur a barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel a latronibus socios, plena iustitia est. Ad iustitiam autem omnes tenentur. Et in eodem lib. ait. Non inferenda, sed depellenda iniuria lex uirtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest, tam est in uitio quam ille qui facit. Hinc & Salomon ait. Eripe eum qui ducitur ad mortem. ¶ Item

Prouerb. 24. eadem ratione tenetur quis proximum defendere: qua tenetur fame morientem reficere. Ad pascendum autem tenetur ut dicit Amb. in lib. de offi. & habetur dist 87. c. pasce. Pasce fame morientem, quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris occidisti: ergo etiam ad defendendũ. Hoc quoq; exigit dilectio, quam tenemur iniuriantibus tanquam proximis, ut ubi bea. Hiero. super Sopho. Si quis (inquit) fortitudinem latronis, uel pyratæ eneruat, & infirmos reddit: prodest illis sua infirmitas. Debilitata n. membra, quibus prius non bene utebantur, a malo opere cessabunt. ¶ Item ex charitate sui idem ostenditur. Nam quilibet ex amore proprię salutis cauere tenetur, unde per malorum consensuum in foueam damnationis cadat. Qui uerò proximum ab iniuria cum potest, non defendit: in iniuriam ipsam occulte, ac uirtualiter consentit, dicente Anastasio, ut habetur. 23. quæstio. 3. Qui potest. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud, quam fauere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. Item Symmachus papa. Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit, non excludit. Et Inno. 83. di. Error. ait. Error, cui non resistitur, approbatur: & ueritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe si cum possis, perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Deniq; huic ueritati attestantur sanctorum exempla. Nam sanctus patriarcha Abrahã nedum armis fratris filium Loth captum defendit a captiuitate eruendo: sed etiam in iniuriantes: super quos nullam iurisdictionem habuit irruens, omnem predam excussit eam spoliatis reddendo. Sic Moyses hebræum ab iniuriante egyptio eripuit. de quo be. Amb. ait. Cum uidisset hebræũ ab ægyptio recipientem iniuriam, defendit eum: ita ut ægyptium prosterneret: & tamen tunc super ægyptios, & hebræos nullam potestatem iudiciariam habuit. Hinc etiam, ut habetur ibidem septem filias sacerdotis Madian a pastoribus defensauit, cum tamen nec super puellas: nec super pastores iurisdictionem habuit. Ita Raab, exploratores Petrus Christum discipuli, Paulum, quem in sporta submiserunt, & cæteri plurimi proximos laudabiliter defendere sunt conati. Ex quibus omnibus patet ueritas illius propositionis. ¶ Dũ aũt notanter in propositione: in casu urgentis necessitatis, quia extra casum

Inno. 83.

Gen. 14.

Exod. 2.

necessi-

necessitatis non est præceptum sed consiliũ, sicut & cætera misericordiæ opera extra casum necessitatis non cadunt sub præcepto. Additur: dum non appareat in promptu alius &c. quia si affuerit qui uult & potest defendere: reliqui excusantur. Sed si adesset qui posset & nollet: aut qui uellet, & non posset: tunc alius, qui posset minime ab obligatione defendendi liberatur. ¶ Dicitur, nisi malus immineat periculum, quia maiori periculo magis est occurrendum, & hoc est uerum: quando minus periculum est certum: ut si ex defensione unius multi perirent, quibus alias non pateret effugium. De primo habetur, 2. Reg. 20. ¶ Sybã filium Bochri, qui ad ciuitatẽ Abela confugit, ac propter eum ciuitas obsessa, capienda q; erat, ciues tradiderunt hostibus, ut per hoc ciuitas ab obsidione liberaretur, quod tamen fieri non debuisset: nisi ipse tradidem eruisset. Siquidem innocentem tradere in nullo casu licet. Sed aliud est tradere ad interitum: aliud defensionem subtrahere. De secundo scribit bea. Augu. ad Bonifacium comitem, innuens, ¶ unus ẽt multus liberandus est a certo mortis periculo, licet multi eius liberationi resistentes propter hoc se interimerent: & habetur 23. q. 4 Ipsa pietas. ¶ Dr finaliter possibilibus, & congruentibus sibi modis. Nam multis modis potest quis alium defendere, qui sicut non sunt omnes omnibus possibiles, ita nec omnes omnibus congruunt. Potest enim defensio fieri quandoq; armis uiolentiæ resistendo. Alio modo uerbis exhortatorijs, præceptorijs, prohibitorijs impugnare uolentes a uiolentia reprimendo. Alio modo occultando, uel non prodendo: aut in domũ, uel locum tutum recipiendo: alijsq; modis quamplurimis, quos longum esset enarrare: contingit aliquẽ defendere. Quilibet itaq; secundum modum sibi congruentem, & possibilem, tenetur proximum defendere. ¶ Tertia propositio. Iniuriam passus ab alio damni satisfactionem exigere poterit (salua charitate) iudicis officio. Probatur: quia ad hoc statutę sunt leges tam diuinæ, quam humanæ, ac deputati iudices, quorum officio compelli possunt hi, qui damnum intulerunt in corpore, rebus aut fama. Petere autem iustitiam non est iniustum: ergo. Añs est manifestũ ex legalibus libris Moysi, & Iudicum: & cõstitutionibus ecclesiæ, ac imperatorũ. Nec hoc tm: sed ẽt agi põt ad reorũ punitionẽ: hoc est nõ solũ põt quis agere ad restitutionem ablati, & refusionem dãni accepti, uerũ & iuste agere põt ad punitionẽ, damnũ inferentis, salua tamen charitate & debita intentione: ut. s. hoc non faciat in malum proximi animo uindicandi: & appetitu uindictæ satiando. Sic enim agere ad pœnam, pertinet ad rancorẽ, liuorem, & odium, quę a quolibet homine semota esse debent, sed põt agere ad pœnã: ut ex punitione aliquod bonũ proueniat, puta honor dei, perfectus fidei, emẽdatio fratris, salus proximi iniuriantis, & aliorum cohibitio a peccatis: pacis quoq; cõtatis, aut publicæ iustitiæ conseruatio, aut aliud bonum quocunq;. Ita potest quis hodie ad mortem interemptionem, ac latronum extinctionẽ (Nisi id sit alicui specialiter interdictũ, quod dicitur propter clericos, qui nõ debẽt in mortẽ cuiuscunq; nocentis machinari: propterq; fratres de ordine minorũ: qui nõ debent cũ iudicij strepitu cũ suis procuratoribus datas eleemosynas diminuentibus concertare: ne aliquid tanquam suę cõtati propriũ approprient, reddere quoq; uideantur ab ea, quã professi sunt altissima paupertate. Nec solũ licitum est, & iustũ) agere ad pœnam iniuriantiũ, ac dãnificantium: immo hoc non facere nonnunquam malũ est, & uitiosum: ubi. s. p horum omissionem daretur audacia malis perversis hominibus opprimendi simplices, quorũ tm malitię occurri posset sine periculo per pœnas, & disciplinas iuxta leges iustas. Illos enim sufferre non est laudabile, nec ex discreta patientia proueniret, sed ex fatuitate, & insipientia. Ad hoc enim

Augustin.

Iniuriã passus dãni satisfactionem põt exigere iudicis officio.

K

facit, quod supra allegatum est. Cui licentia iniquitatis rapitur, utiliter uincitur, quia nihil est infelicius felicitate peccantiu, qua penalis nutritur impietas, & mala uoluntas interior roboratur. Ita compescendi sunt hæretici cæteriq; infideles, fidem nostram quomodolibet blasphemantes inferentes damna, & iniurias Christo, suisq; membris. De quibus bea. Aug. in epistola ad Vincen. dicit. Istos atroces quondam inimicos nostros, pacem, & quietē nostram uarijs uiolentiarum, & insidiarum generibus grauiter infestantes, si sic contemneremus, & toleraremus: ut nihil omnino, quod ad eos terrendos, & corrigendos ualere posset, excogitaretur & ageretur a nobis: uere malum pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus freneticum factum currere uideret in præcipitium, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic perire permitteret, quam si eum corripiendū, ligandūq; curaret, & tñ tūc ei aduersissimus, & molestissimus, uideretē qñ utilissimus, & misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tāto liberius ei gratias ageret, quātò sibi eum minus perpetipisse sensisset. Et subdit. O si tibi possem ostendere certū genus hominum quondam hæreticorum, quos multos iam catholicos manifestos habemus damnantes suam pristinam uitam, & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro ecclesia dei facere, quicquid inquieta temeritate faciebant, qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi legum istarum, qui tibi displicent, uinculis tanquam freneticī ligarentur. Et post modicum. Quam multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes, pristinum pondus pernicioſi operis accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse ne tanquam mortifero somno, ita morbo ueternosæ consuetudinis interirent. Et post mulea. Non omnis, qui pareit amicus est; nec omnis, qui uerberat, inimicus est. Meliora sunt uulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius decipienti panis tollitur, qui de cibo securus iustitiam negligebat, quam esurienti frangitur ut iniustitiæ seductus acquiescebat. ¶ Ex quibus satis deduci uidetur, quòd ad utilitatē iniuriantium, & fidelium pacem: expedit quandoq; ad eorum punitionem agere: ita tamen quòd intentio & inferentis pœnam, & ipsam apud iudices requirentium, semper feratur in aliquod bonum, ad quod intendat per talem punitionē, uel accusationem peruenire. Ex præcepto nāq; diuino tenemur oēs diligere. Si ergo aliqui nobis iniurantur, tenemur nihilominus eos diligere corde, & ex fraterna charitate ab eis pœnas exigere, si tamen speratur, quòd eis, uel alijs sit huiusmodi punitio salutaris. Si autem cognoscimus huiusmodi punitionē, eis non perficere, nec aliud bonum per hoc procurari, sed uerisimiliter maius malum inde prouenire, tunc tenemur ex eadem charitate eorum dimittere, quia ut dicit Augustinus. Ille uincit in bono malum, qui secundum, q̄ uidet saluti animæ iniuriantis prodesse: paratus est corrigere, paratus est & indulgere. Et super illo Matth. 18. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. dicit Aug. Si per charitatem imponitis disciplinam, lenitas de corde non recedat. Dat exemplum de chirurgo Quid enim inquit, tam pium, quam q̄ medicus ferens ferramentum sęuit in uulnus, ut homo sanetur. Quod si uulnus palpatur, i solum blandē tractatur: perdit homo. S ç ergo semper offensæ remissio in corde, ēt si aliqñ (nō ad uindictam, aut malū alterius: sed ad correctionem pximi) sit asperitas in uoce, uel opere. Vnde hæc regula in hmōi seruāda est: ut repetēs sua, aut recuperare uolens dāna, uel punire iniuriātē: faciat hoc ordine iuris, & bona itētione: ita q̄ nequaq̄ malum proximi, aut uindictam intendat. Ista enim intentio semper ma-

Augustī

la est. Et qui illa intentione pœnam infert, aut per iudicem competentem inferre procurat, semper peccat. Hæc enim intentio repugnat charitati,& prohibita est diuina lege. Leui. 19. Non quæras ultionem, & non memoreris iniuriæ ciuium tuorum. ¶Quarta propositio. Licet pro illatis iniuria, & damnis poterit satisfactionem quis petere, tenetur tamen animum ad illa,& maiora propter deum, & proximi salutem sustinendum intus paratum habere. Probatur per illud. Si quis te percusserit in dexteram maxillã: præbe ei & alteram. Et. Qui uult tecum in iudicio contendere,& tunicam tuam tollere, dimitte ei:& pallium. Et. Quicunq; te angariauerit mille passus,uade cum illo & alia duo. Hæc præcepta cum ad aliqua obligant, & non ad factum exterius, ut litera sonat, ergo intelligenda sunt secundum animi præparationem,quia alius intellectus dari non potest. Non enim ad literam obligant,ut quidã hæretici non recte intelligentes,dixerunt, homines ad opus exterius secundum planam uerborum significationem obligari. Vnde & dixerunt,q; Christi doctrina,atq; prædicatio reipublicæ moribus,nulla ex parte conueniat. Quis enim inquiunt,tolle sibi ab hoste etiam aliquid patitur. Vel prouinciæ prædonibus non mala uelit iure belli rependere? Contra quos B. Aug in epistola ad Marcellum,& in quodam sermone de puero centurionis, ostendit hæc Christi præcepta non esse intelligenda secundum factum,& opus exterius, ut quotiens quis fuerit percussus in unam maxillam: statim altera offerat percutiendam (quæ nec autor legis Christus fecit,nec Apostolus eius Paulus ut supra dictum est) Sed intelligenda sunt secundum animi præparationem, ira.t. ut quilibet fidelis sic in animo sit dispositus,q; ubi ex iterata sua percussione fides Christi augeretur,honor dei,& salus proximi procuraretur,uellet ipse ampliores iniurias tolerare. Aut si ex resistentia irrogatæ iniuriæ timeretur salus proximi impediri,aut maius malum,uel scandalum pusillorum succrescere,ac oriri putaretur. Tunc amplius malo resistere non uellet,sed ad lucrandum proximum, aut ad uitandum scandalum,patienter quantascunq; iniurias sustinere. ¶Vnde dicit Augustinus.23.q.1. paratus. Paratus debet esse homo iustus, & pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius crescat bonorum,non ut pari malitia se quis numero addat malorum. Deniq; illa præcepta magis sunt ad præparationem cordis,quæ intus est,quam ad opus,quod in aperto fit,ut teneatur in secreto cum patientia, cum beniuolentia. In manifesto autem id fiat,quod eis uidetur prodesse,quibus bene uelle debemus. Et adducit exemplum Christi etiam supra allegatum dicens. Hinc liquido ostenditur,q; ipse dominus Iesus exemplum singulare patientiæ: cum percuteretur in faciem,respondit. Si male locutus sum,exprobra me de malo, si autem bene,quid me cedis? Nequaquam igitur præceptum suum (si uerba intuamur) implenit. Neq;.n. prębuit percutienti alterã partem,sed potius prohibuit,ne facerer,& iniuriam augeret,& tñ paratus aduenerat,non solũ percuti in faciem,uerum etiam pro his,a quibus hoc patiebatur, crucifixus occidi. Pro quibus ait in cruce pendens. Pater ignosce illis, quia nesciunt,quid faciunt. Addit & exemplum Apostoli supra positum. Et sequitur. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda,ipsa quoque beniuolentia:ne reddatur malũ pro malo semper in uoluntate cõplenda. Agenda aũt sunt multa ẽt cũ inuitis quadam benigna asperitate plectendis,quorum potius utilitati consulendũ est,quam uoluntati. Hanc etiã præparationem cordis ad iniurias quascunq; in casu nostro a proximo sustinendas, implicat præceptũ de diligendo ꝓximũ, quẽ etsi non tenemur diligere supra nos,hoc est pluſquam nosipsos: tñ tenemur eũ diligere,sicut nosipsos

Licet pro illatis iniuriã &damnis potest quis petere,tenetur tamẽ animum ad illa, & maiora propter Deum paratum habere.

Præcepta patientię quo sunt intelligenda.

Leui. 19. M

Matth.5.

Auguſt.

N

Auguſt.

est

est plus quam corpus nostrum, aut quam quæcunq; bona nostra exteriora: secundum beatum Aug. 1. de doctri. chri. ponentem ordinem inter ea, quæ a nobis sunt diligenda. Non autem diligit proximum, plus quam corpus suũ, aut bona sua: qui ob salutem animæ eius non est paratus quascunq; iniurias siue in corpore, siue in bonis sustinere. Qui uerò sic in animo dispositus est: ut magis uelit cauere damnum proprium corporis, & rerum suarum, quam damnum salutis proximi, plus diligit corpus suum, & res suas, quam proximum. Plus enim eum amat, cuius malum magis cauere studet, & bonũ plus procurare. ¶ Cum igitur secundum prædicta: plus quilibet diligere teneatur proximum, quam corpus suum, & quam bona sua exteriora, sequitur: q quilibet secundum animi præparationem teneatur magis uelle quæcunque mala pẽrferre in proprio corpore, quam salutem uelle in proximo negligere. Tenetur quoq; magis uelle sustinere quamcunq; iacturam in rebus suis, quam salutem proximi frustrari. Et ubi necessitas, & utilitas id expoſceret, non satis foret illam habere promptitudinem in animo ad illa mala perferenda, sed necesse esset ad salutem: hanc animi promptitudinem opere exteriore exhibere, etiam usq; ad amissionem uitæ corporalis. Sicut docet Christus de bono pastore, qui tempore persecutionis: cum uiderit malum ouibus suis imminere, ponit animam suam pro ouibus saluandis: & ita de quolibet alio homine particulari in causa necessitatis ad saluandum proximum. Vnde si urgeat saracenus petrum: ut abneget Christũ, & præsens sit alius Christianus potens illum in fide roborare per uerbum, aut doctrinã, aut per animi fortitudinem, ad tollerantiam pœnarum pro Christo inflictarum: tenetur ille ex charitate, quam habere debet ad proximum: plus eligere sustinere mortem, quam cessare a doctrina, ut alium in fide saluet. Nec si sic moritur, moritur duntaxat pro salute proximi: sed etiam pro Christo. Elegit siquidem plus mori temporaliter, quam fidem Christi in se, aut in alio periclitari: & secundum hoc dixit Apostolus. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Confessio. s. fidei ad salutem necessaria. ¶ Hoc Christus exemplauit in persona propria, qui plus elegit mori, quam deserere iustitiã. Ex quo reprehendit scribas, & phariseos: & populi salutem procurauit. Hoc fecerunt Apostoli, & Martyres: qui patienter & sponte ignes, & ferra, & quascunq; alias pœnas immanissimas subierunt ad robur, & dilationem fidei profectu pro salute proximorum, ut. s. locupletarent Christo animas plurimas per constantem suam prædicationem, & passiones. Circa autem, & extra casum necessitatis, quanquam opus sit magnæ perfectionis patientiæ, & supererogationis, perferre iniurias sine murmure, & retributione pœnæ, & uindictæ: secundum illud Cassiod. Patientia est, quæ omnia uincit aduersa: non colluctando, sed sufferendo: non murmurando, sed gratias agendo: non tamen hoc est simpliciter necessarium ad salutem. Vnde & in ueteri lege statutum fuit, ut dens pro dente, oculus pro oculo &c. perderetur, ut deductum est propositione præcedenti. ¶ Sed hic quærere posset quis. Vtrum quilibet tenebatur dimittere debitam suis debitoribus, in sua malitia permanentibus, nec se recognoscentibus in nos peccasse, nec etiam ueniam a nobis poscentibus. Respondetur secundum prædicta, q quilibet tenetur non admittere odium, uel rancorem contra qualitercunq; se lædentem, siue offendens petat, siue non. Hoc exigit fraterna charitas, qua quilibet tenetur quemlibet proximum diligere, siue amicum, siue inimicum. Quæ dilectio secum non compatitur odium personæ, ut. s. ut illi malum culpæ, aut damnationis æternæ, uel etiam malum temporale corporis rerum, aut famæ, secundum moderationem prædictam. Vnde Augustin Enchi. c. 73. Iam uerò, qui eum,

Vtrum quilibet teneatur dimittere debita suis debitoribus in sua malitia permanentibus.

quem

quem peccauit, hominem rogat, si peccato suo mouetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat, quando inimicitias exercebat. Et subdit ad propositum. Quisquis autem nec roganti, & peccata sua pœnitenti ex corde dimittit: nullo modo existimet a domino sua peccata dimitti, quoniam mentiri ueritas non potest. Et sequitur. Hanc in ea s. in oratione dominica, positam sententiam uehementer commendauit, dicens. Si enim dimiseritis peccata eorũ, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis, nec pater uester dimittet peccata uestra. Non ergo refert, an iniurians, & offendens petat, an nõ petat sibi ignosci, an quærat reconciliari, an non, quia non ex eo, q̃ petunt, nos eis ignoscere obligamur, sed quia Christus præcepit dimittere debitoribus nostris, & diligere inimicos nostros. Vnde non dixit Christus. Dimittite debitoribus uestris, qui uos deprecantur, ut ignoscatis. Diligite inimicos uestros, qui quærunt reconciliari uobis: sed sine adiectione dixit. Si non dimiseritis debitoribus uestris, neque pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. ¶ Patet ergo: q̃ omnibus offendentibus dimittere oportet offensam: & petentibus sibi dimitti, & non petentibus. Immo quantum in eis est: nolentibus sibi a nobis dimitti, nec cessantibus augere debita, & hostiles in nos persecutiones. In his enim naturam nobis similem, ad dei imaginem factã, beatitudinis capacem, diligere oportet, & nullo rancore contra eam moueri. Peccatum uerò, & iniustitiam, quo iniuriam nobis inferunt, & nocumentum, odire. Sicut enim quilibet tenetur seipsum diligere, & suum peccatum odire, ita tenetur proximum diligere, & proximi peccatum odire exemplo propheræ, qui ait. Iniquos odio habui. Et iterum. Perfecto odio oderam illos. Super quo B. Augustinus. Hoc est perfecto odio odisse, ut uitia, non homines odias, nec uitia propter homines diligas. Et licet debita nostra inquantum sunt contra nos, dimittere possumus, & debemus, ut dictum est, sed inquantum contra deum, nostræ autoritatis non est ea dimittere, exigit tamen charitas fraterna, q̃ in nobis est exhibere, ut etiam a deo debitum fratris dimittatur. Et quoniam a deo non dimittitur, nisi frater correctus resipiscat, ideoq; ut perfecta sit dimissio, qua fratri debita remittimus, ad eius tenemur correctionem posse tenus laborare. Quod quomodo faciendũ est: duas propositiones de fratris correctione, in lectione, quæ sequitur, subiungemus.

Q

B. Augustinus.

DE CORRECTIONE FRAterna, & eius ordine.

LECTIO LXXIIII.

CIRCA fratris correctionem est propositio prima, & in ordine priorum quinta. Ita fit debiti in nos communis dimissio, ut fratris deum offendentis non amittatur fraterna correctio. Ad huius propositionis declarationem, ac materiæ fraternæ correctionis (quæ tantò utilior est, quantò plures respicit) apertionem. Aduertendum est in primis, q̃ duplex est correctio delinquentis, scilicet fraterna, & potestativa iudicialis. Fraterna est, quæ ex charitate procedit, non nocendi, uel confundendi cupiditate, sed fratrem emendandi uo-

A

luntate.

lintate. Correctio potestatiua est, quæ fit zelo iustitiæ, non tam ad fratris correctionem, quam ad iustitiæ conseruationem, & ad aliorum terrorem. De prima est præsens propositio. De secunda loquitur sequens. Est ergo correctio fraterna, dum ex charitate frater fratri denunciat turpitudinem peccati commissi, & pulchritudinem boni amissi ut se emendet. Intelligitur autem hoc nomine fratris, omnis peccator siue superior, siue inferior, siue par. Omnes enim fratres sumus uno patre cœlesti creati. Vna generali redemptione in filios adoptati. Et ad eandem hæreditatem æterna misericordia benignissimi patris uocati. De hac correctione præcepit dominus. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum, uel duos, ut in ore duorum, uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. In quibus uerbis præceptum præponitur, corripiendus notatur, corripiens, & modus corripiendi simul, & effectus consequens correptionem. De quibus singulis aliquid breuiter dicendū. Et primò utrum uerba illa contineant præceptum, an consilium. Secundò, si præceptum, cui sit præceptum. Tertiò respectu cuius sit præceptum, quis. s. frater ille corripiendus. Quartò quis corripiendi modus. Quintò quis effectus. ¶ De primo: utrum fraterna correctio cadat sub præcepto. Licet glo. in c. si peccauerit. 2. q. 1. plures recitet opiniones, quas late prosequitur Abbas in c. nouit. de iudicijs. Tamen illis dimissis aduertendum, q̄ correptio fratris non cadit nisi super peccatum. Vnde dicit Christus. Si peccauerit &c. Peccatum autem duplex est. s. mortale, & ueniale. Fit autem correptio fratris ad lucrandum fratrem amissum. Vnde dicitur, si te audierit: lucratus es fratrem tuum. Sed non amittitur frater, nisi per peccatum mortale. Veniale enim etsi retardat, non tamen separat a uita beata, a qua tantum, qui finaliter separatur, æternæ perditioni exponitur. Ideoque respondetur, q̄ fratrem peccantem mortaliter, corripere est præceptum. Sed peccantem uenialiter est cōsiliū. Primū patet primò ex naturalis legis instinctu generali, q̄ dicit. Hoc facias alij, quod tibi uis fieri. Vbi Augustinus. Quod tibi uis fieri, i. quod tibi debes uelle fieri. Debes autem uelle, q̄ alius te corrigat dum peccas mortaliter, ne perdaris, ergo & tu debes hoc alijs facere. ¶ Item ad idem teneris lege charitatis fraternæ, quia qui fratrem uere diligit, debet sibi in periculo succurrere modo sibi possibilis secundum illud. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo manet charitas dei in eo? Et sequitur. Filioli mei non diligamus uerbo, neq; lingua (supple tantum) sed opere, & ueritate. Sed quis patitur maius periculum, quam habens mortale peccatum, cui est magis necessarium succurrere, quā constituto in procinctu inferni? Talis est omnis peccator mortali peccato, ergo tenetur omnis habens fraternam charitatem ei succurrere in ueritate, quod optime fit per fraternam correptionem charitatiuam. ¶ Patet idem testimonio ueteris. Deut. 22. Non videbis bouem, aut ouem fratris tui errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non fuerit propinquus frater tuus, nec nosti eum &c. Magis autem quis tenetur fratri suo erranti, quam boui, ergo tenetur eum reducere, quod fit per correptionem fraternam. ¶ Præterea id, per quod frater recuperatur amissus, cadit sub præcepto, secundum illud. Vnicuiq; mandauit dominus de proximo: sed corripere est huiusmodi, quia si audierit te, lucratus es eum, & recuperasti fratrem perditum. ¶ Idem probatur per B. Augustinum in de uerbis domini. Audiuimus dominum admonentem, & magna cura præcipientem. Si pec-

Matth. 18.

Duplex correctio delinquentis.

B

Vtrum correctio fraterna sit præcepto.

Tob. 4. Matth. 7. Luc. 6. Augustinus.

1. Ioh. 3.

Deut. 22.

Eccl. 17.

Augustinus.

cauerit

cauerit in te frater tuus &c. Ammonitio intelligitur de ueniali, & præceptū de mortali. Itē Anacletus Papa 24.q.3. tam sacerdotes ait. Tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes summam habere debent curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles appareant, ab ecclesia separentur. Nec est contra quod Hiero. ait. Sacerdos studeat adimplere illud euangelij. Si peccauerit in te frater tuus, ut habetur dist. 45. sed illud. Non enim intendit Hiero. dicere, q̄ soli sacerdotes, seu prælati teneantur ad illud, sed quia magis illi, quam ceteri, ut uult B. Thom. ¶ Item Augustin de uerbis domini. Si neglexeris corrigere, peior effectus es eo, qui peccauit, sed hoc non esset, nisi huius negligentiæ præcepto damnaretur, & mortale peccatum esset. Neque enim peior fieret non corrigendo eū, qui peccauit mortaliter. Talis enim tantum corrigendus est, nisi & ipse correptionem negligendo mortaliter peccaret. ¶ Hanc rationem ponderat Panormita. in cognouit de iudicijs. Ad idem facit glo. Matth. 18. Ita peccat, qui uidens fratrem peccare, tacet: sicut qui pœnitenti non indulget. Nam qui dixit. Si pœnitet, indulge, præmisit, si peccauerit, increpa. Sed indulgere pœnitenti cadit sub præcepto, ut supra patuit, ergo etiam correptio fratris. Et B. Grego. Sicut non est ab oratione cessandum pro his quis corrigi uolumus, etiam & si nullo homine orante pro Petro dominus respexit eum, & fecit suum flere peccatum. Ita non est negligenda correctio, quamuis deus quos uoluerit non correctos, facit esse correctos. Tunc autem ex correctione proficit homo, cum miseretur deus, atque adiuuat: qui facit quos uoluerit, etiam sine correctione, proficere. Ex quibus satis patet correctionem fraternam cadere sub præcepto. Hoc etiam expresse tenet Sanctus Thom. 2.2.q.33.arti.2. & Hugo postillator. Richar. in 4. distin. 19. & communiter docto. ¶ Sed quia est præceptum affirmatiuum, non obligans pro semper, sed pro loco, & tempore, considerare oportet, quando obligat. Nam quòd omnes obligat iam declaratum est, & amplius declarabitur. Dicendū ergo, quòd tribus concurrentibus ex parte corripientis, & tribus ex parte corripiendi simul obligat, ideo qui tunc non corripit, transgressor est huius mandati, & per consequens mortaliter peccat. ¶ Ex parte corripientis. Primò requiritur certa peccati cognitio. Non sufficit suspitio: aut quæcunq; relatio: sed cognitio certa, quòd peccauit. Vnde Ecclesiast. 11. Priusquam interroges, ne uituperes quemquam, & cum interrogaueris, corripe iuste. ¶ Secundò requiritur in corripiente mansuetudo, quia corripiens cum austeritate magis ad peius prouocat, quam corrigat. unde Apostolus. Seruum dei oportet mansuetum esse, cum modestia corripientem eos, qui resistunt ueritati. Tertiò requiritur, q̄ corripiens non sit similis, uel maioris peccato notorie obnoxius. Dicit enim Apostolus. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Sibi enim dici potest illud prouerbium. Med ce cura teipsum. Vnde & Isido. de summo bono. Non debet aliorum uitia corrigere, qui uitia est subiectus. Propterea dicit Propheta. Iustus corripiet me. quasi diceret, non peccator. Quia non est dignus corrigere aliena, qui proprijs detinetur. ¶ Redditur autem correctio peccatoris minus fructuosa, ac indebita propter tria, ut dicit sanctus Thom. Primò, quia peccator ex peccato præcedenti indignus redditur, ut alium corrigat maximè de minori, uel æquali peccato. Vnde super illud. Quid uides festucam &c. dicit beatus Hiero. De his loquitur, qui cum mortali crimine tenentur obnoxii, minora peccata fratribus, non concedunt. ¶ Secundò redditur indebita pp scandalū, quod sequitur ex tali correctione, si peccatum corripientis sit manifestum. Quia uidetur q̄ ille, qui corripit, non moueat ex charitate, sed q̄ corripiat

Hiero.

B. Thom.

B. Grego.

S. Thom. C

Quādo obligat, & quando non.

Ecclesi. 11.

2. Tim. 2.

Rom. 2.

Isido.

D

S. Thom.

Matth. 7. Hiero.

ad ostentationem. Vnde super illud Matth. Quomodo dicis fratri tuo &c. B. Chrysost. dicit. Quo proposito puta ex charitate: ut salues proximum tuum? Nonne quia teipsum ante saluares? Vis ergo non alios saluare, sed per bonam doctrinam malos actus celare, & scientiæ laudē ab hominibus quærere. ¶ Tertiò propter superbiam corrigentis, inquantum. s. aliquis propria peccata parui pendēs, seipsum præfert proximo suo in corde suo: peccata proximi austera seueritate dijudicans, ac si ipse esset iustus. unde Aug. in de ser. domini in mōte. Accusare uitia officium est bonorum, quod cū mali agunt: alienas partes faciunt. Non tamen absoluitur peccator simpliciter ab hoc præcepto, quia ut dicit S. Tho. Correptio delinquentis pertinet ad aliquē, inquantum niget in correctum iudicium rationis, id autem manere potest in peccatore, quia peccatum non tollit bonum naturæ, licet uulneret, ideo peccator non absoluitur simpliciter ab hoc præcepto, alioquin de suo peccato reportaret commodū. Sicut nec absoluitur a proximi dilectione, in qua fundatur præceptum correptionis fraternæ, tamen corripiens peccat ex causis factis: pro quanto scandalizat, ac se extollit ac sua peccata palliat. Nec tamen est perplexus, quia patet sibi uia euadendi peccatum, & obediendi præcepto, ut scilicet prius seipsum emendet de suo peccato pœnitendo, & sic humiliter corripiat simul in gemiscendo. Sic enim iam non est peccator, nec ingemiscens se extollit. Vnde B. Augustin. ubi supra. Cogitemus: cum aliquem reprehendere necessitas nos cogit: utrum tale sit uitium, quod nunquā habuimus: & tunc cogitemus nos homines esse, & nos habere potuisse. Vel qđ habuimus, & nunc non habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, ut illam correptionem non odium sed misericordia præcedat. Si autem inuenientes nos in eodem uitio esse, non obiurgemus, sed simul congemiscamus: & ad pœnitentiam inuicem inuitemus. Sic ergo cum peccatore cū humilitate corripit delinquentem: non peccat: nec per hoc nonam damnationem acquirit. ¶ Ex parte peccantis primò requiritur, qđ sit spes probabilis de emendatione fratris, & non timor probabilis de peioratione. Ex fine enim regulari debent ea, quæ sunt ad finem. Finis autem correptionis, est emendatio fratris. Qui finis si non speratur: frustra ad eum consequendum media assumuntur. unde Prouerbiorum 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Vbi glo. Non est timendum: ne tibi derisor cum arguitur, contumeliā inferat: sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium inde peior fiat. Vnde cessandum est a correctione fraterna, dum timeretur: ne ex hac delinquens fiat deterior. Et Tullius ad Salustium. Frustra niti: & nihil aliud, quā odium quærere, extremæ dementiæ est. unde. Qui arguit impium, ipse sibi maculam generat. ¶ Secundò requiritur qđ peccatum suum sit mortale, non tantū uenialē. Quod patet: quia correptio præcipitur ut frater lucretur &c. Vnde de uenialī non ligat præceptum. ¶ Verum duplicia sunt uenialia. Quædam enim disponunt de propinquo ad mortale: & quædam a remotis. A remotis, ut uerbum ociosum, leuitas, risus, aspectus, uel auditus curiosus nouitatum: & similia. De propinquo, uel ratione multitudinis: ut dum assidue sine numero hæc committuntur. Vel ratione magnitudinis: ut sunt aliqua mendacia multum scandalizantia, & aliquæ detractiones. Vel ratione connexionis cum mortalibus: sicut sunt colloquia impudica: usus fixus in mulierem: tactus impudici, ut oscula, & huiusmodi. Sicut ergo aliquis uidens aliū per uiam, credens, qđ in ea statim incideret periculum mortis: peccaret, nisi retineret eum. Ita potest aliquis peccare mortaliter, nisi corrigat fratrem de huiusmodi uenialibus: quæ sunt dispositiue propinqua ad mortale. Tenemur itaq; quandoq; interdum ad correptionem de uenialibus, non quia uenialia:

Quæ requiritur ad correctionē ex parte peccātis.

Duplicia uenialia

nialia: sed inquantum ad mortalia inducunt. In alijs uerò uenialibus corripere delinquentem: quamuis sit charitatis (quando inde speratur utilitas) non tamen omittere illud ex negligentia est mortale. Hæc Humbertus in expositione regulæ beati Augustini. ¶ Tertiò, ꝙ non sit spes de maioris opportunitate, uel temporis ad corripiendum, uel etiam personæ alterius magis ad corripiendum idoneæ. Nam tempus opportunius expectari potest. unde Augustinus in de conf. uirtu. & uitiorum. Aptum tempus expectans peccantem arguam, & eius delicta contra faciem eius statuam. Item in de ciui. dei lib. 1. cap. 9. idem dicit. Si propterea quisquam obiurgandis, & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquirit, uel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam, & piam erudiendos impediant alios infirmos, & præuiant, atq; auertant a fide: non uidetur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Sic si quis cernit alios ad corripiendum fratrem magis idoneos, utputa se meliores: aut corripiendo magis familiares, seu prælatos ipsius, quibus constat peccatum fratris, propter quod probabiliter credere potest, ꝙ aliquis illorum, in quibus est æqualis, uel maior aptitudo ad corripiendum, fratrem corripiat: & maxime hoc de prælato præsumendum est. Non enim debet credere, ꝙ prælatus in tali casu sit immemor salutis suæ. Quod utiq; esset, si negligeret subditum corripere, cuius peccatum non ignoraret. Nisi prælatus ita foret dissolutus: ꝙ inordinata sua uita ceteris esset lapis offensionis, & petra scandali. Dum ergo probabiliter credit alium magis idoneum fore, qui uelit fratrem corripere, ipse, præcepto illo affirmatiuo non ligatur. Si uerò certum habet: ꝙ omnes corripere negligerent: tunc tenetur corripere, alijs tamen conditionibus concurrentibus, quod si omiserit, præcepti transgressor est, & peccat mortaliter. ¶ Ex quibus elicitur, ꝙ omissio fraternæ charitatis tripliciter committere potest. Quandoq; cum merito omittentis, quandoque cum peccato ueniali, quandoque cum peccato mortali, ut ponit B. Thom. art. 2. q. 33. parte. 2. summę secundæ. Et Rich in 4. dist. 19. ¶ Meritorie quando aliquis ex charitate omittit, quia expectat horam, & locum magis congruentes, aut parcit peccanti, ne peior fiat. Vel similem causam habet ordinatam ad fratris uel ceterorum utilitatem. Cũ peccato ueniali, quando timor uel cupiditas tardiorem faciunt hominem ad corrigendum delicta fratris. Non tamen ita, ꝙ si ei constaret, ꝙ fratrem posset a peccato retrahere, ꝙ propter timorem uel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternã: & hoc modo quandoque uiri sancti negligunt corripere delinquentes. Vnde B. Augustin. in de ciui. dei lib. 1. c. 9 ait. ꝙ non solum inferiores, uerum etiã hi, qui superiorem uitæ gradum tenent, ab aliorum reprehensione se abstinent propter quandam cupiditatis maculam, non propter officia charitatis. ¶ Cum peccato mortali contingit omittere fraternam correptionem: quãdo (ut ibi dicit Augustin.) formidatur iudicium uulgi: & carnis excruciatio, uel peremptio. Dum tamen hæc ita dominantur in animo, ꝙ fraternæ charitati postponuntur. Quod tunc uidetur contingere, quando aliquis præsumit de aliquo delinquente probabiliter, ꝙ posset eum a peccato retrahere: & tamen propter timorem cruciatus, aut perditionis uitæ, aut propter cupiditatem perdendi temporalia, omittit correptionem fratris, ut si quis probabiliter crederet, se posse adulteram fraterna correctione retrahere ab adultero, & timet adulterum, ne ab eo occidatur, quia potens est, aut tyrannus, & metu mortis omittit, peccat mortaliter: & sic in similibus. Cuius ratio manifesta est, quia præponit uitam corporalem saluti, & animæ fratris, cum tamen teneatur plus diligere animam fratris, quam proprium corpus. Ex illis

Augustin.

Augustin.

Omissio correctionis fraternæ potest fieri cũ meri to.

B. Thom.

Rich.

Augustin.

G pater, ꝙ fraterna correctio cadit sub præcepto, quodq; eius trangessio culpa est mortalis, attentis tamen moderationibus supradictis. ꝙ Nunc de secundo, scilicet cui præceptum est, quod partim ex præmissis patet, sed tamē pro maiori eius elucidatione dicitur, ꝙ omnibus præceptum est, quibus mandatum est habere dilectionem dei, & proximi, quia ostensum est hoc præceptū fraternæ correctionis fundari in charitate dei, & proximi. Cum omnes teneantur diligere deum, & proximum, omnes tenentur fraterne corrigere fratrem. Omnes ergo in communi rationis usum habentes tenentur ad fraternam correctionem. Deniq; quicunq; habet fratrem, ad eius tenetur correctionē ex ꝑcepto domini. Si peccauerit in te frater tuus. Sed omnes fideles sunt fratres (ut supra declaratum est) ergo omnibus fidelibus dictum est. Si peccauerit in te frater tuus. Omnes itaque tenētur fratrem, quem errare uident, corripiendo reducere, quod ex simili ostenditur. Nam in corpore humano recto ordine naturæ, non solum caput influit in membra, & membra obediunt capiti immo pro seinuicem membra solicita sunt, singula singulis subueniendo, & aduersantia repellendo, ita in corpore ecclesiæ mystico, cuius caput Christus est, & singuli fideles membra, ut uult Apostolus 1.Cor.12. Debent ergo singula membra cum membris suis errantibus, & in periculo peccatorum constitutis, fraterna ammonitione succurrere, sic commonuit Ioh.13. dominus uerbo pariter, & exemplo, dum lotis discipulorum pedibus dixit. Et uos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Quid aliud est lauare pedes, quam cooperari mundationi affectionum a sorde peccati? Nam pedes animi affectiones eius sunt, quibus fertur quocunq; fertur. Hæc cooperatio nullo actu tam efficaciter fieri potest, quam fraternam correctione. Item sim le habemus in exercitu, in quo non solum dux tenetur exercitui ad gubernationē, & ille ad obedientiam, sed etiam quilibet de exercitu tenetur ad defensionē promotionem, & adiutorium ad communem uictoriam obtinendam. Cum ergo non minor, immo maior sit unio, & charitas membrorum ecclesiæ ad seinuicem, tenetur quilibet alium corripere, & illud, quod est malum, & cō-

H munis finis, qui est beatitudo, impeditiuum, posse tenus amouere. ꝙ De tertio, scilicet respectu cuius fieri debet hæc correctio, cuius. s. hominis, & respectu cuius peccati, hoc est, quis a nobis debet fraterne corrigi, & pro quali peccato. De primo dicitur, ꝙ omnis frater, qui in nos peccauit. Si (inquit dominus) peccauerit in te frater tuus, ergo omnis peccator proximus, siue superior, siue inferior, siue par nobis fuerit. De pari, & inferiori dubium non habet. Sed ꝙ etiam inferiores tenentur superiores fraterne corrigere, dum eos cognouerint errare, patet ex radice supra tacta, qa tenent eos diligere, cū sint proximi eorū, quia beneficiorū eorū capaces, iuxta parabolam Luc. 10. incidētis in latrones. Proximus iudicatur, qui misericordiam impendit. Est autem Luc. 10. proximus proximo proximus. Sunt & fratres secundū illud saluatoris. Omnes uos fratres estis. Est tamen hoc aduertendum, ꝙ quadrupliciter contingit aliquem corripere. s. amicabiliter amonendo, secundò reuerenter obsecrando, tertiò aspere⁹ increpando, quarto pœnam infligendo. Primus mod⁹ 2.Thess.3. est parium, de quo Apostolus. Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite, ut fratrem. Et iterum. Consolamini inuicem, & ædificate alterutrum. 1.Thess.5. Secundus est iuniorum ad seniores. 1.Tim.5. Seniorem ne increpaueris, sed 1.Timo.5. obsecra ut patrem. Glo. seniorem ætate, uel moribus. Tertius est seniorum ad iuuenes, ita tamen ꝙ increpationi aspere mansuetudo superueniat, sic ꝙ primò ferro uulnus aperiatur, & postea emplastrum mitigatiuum apponat. Quartus est superiorum respectu subditorum, in quos habent coerciuam potestatem de quo dicit dominus. Dic ecclesiæ. Si ecclesiam non audierit, sit ti-

Fraterna correctio cui est in in præceptum.

Quis debet fraterne corrigi, & ꝙ quali peccato.

bi sicut

bi ſicut ethnicus & publicanus. In quo fundatur excommunicandi auctoritas. Hæc ergo correctione iudiciali inferiores, ſuperiores corrigere non debent, niſi manifeſtè errarent in fide. Tunc enim ſi non adeſſent ſuperiores uindicantes, uel nollent, tunc per inferiores poſſunt puniri, quia hæreſis reddit hæreticum omni catholico inferiorem, non tantum in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori, ut dicit Rich. diſt. 19. quarti. Vnde Beatus Gregor. Ianuario epiſcopo Paulus dicit. Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula tunc eſt obſeruanda, cum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt. Laqueus iuuenum omnes uos. Et rurſus. Maledictus puer centum annorum & habetur 2. q. 7 Paulus dicit. Et B. Thom. 2. 2. q. 33. arti. 4. Vbi imminet periculum fidei, etiam publicè eſſent prælati a ſubditis arguēdi. Vnde & Paulus, qui erat ſub Petro propter imminens periculum ſcandali circa fidem petrū publicè arguit. Et ſicut glo. Auguſt. dicit: ipſe Petrus exemplum maioribus præbuit ut ſicubi forte rectum tramitem reliquiſſent, non dedignarētur etiā a poſterioribus argui. Quamuis aliqui dicant, q̄ licet Paulus fuerit inferior Petro officio, & dignitate, fuit tamen ei par fidei defenſione. Vnde Hiero. ſuper epiſtolam ad Gal. Paulus Petrum reprehendit quod non auderet, niſi ſe non imparē ſciret. Sed hoc non de officio eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate uitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat. ita habetur 2. q. 7. Paulus Petrum. q. Poteſtatiua ergo correctione inferior ſuperiorem corripere non debet, ſed correctione fraterna; quæ eſt actus zeli elicitus ex dilectione, inferiores debent & tenentur ſuperiores corrigere loco, & tpe pro peccatis morum, non arroganter, & imperioſè, ſed reuerenter cum humilitate. Eſt enim prælatus ſuperior officio, pater beneficio, frater fide, & religione, ac naturæ conformitate. Poteſt quoque eſſe peccator ex opere uel omiſſione. Quia autem prælatus eſt ſuperior, debet ei ſubditus reuerentiam, & honorem. Quia pater, debet ei amorem. Quia frater, debet ei adiutorium. Nam frater, qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma. Quia peccator, ſubditus debet ei correptionem. Debent autem ſubditi ſuis ſuperioribus fraternam correptionem tantò magis, quantò magis indigent, uelut exiſtentes in periculoſiore ſtatu. Etiam quanto peccata eorum ſunt magis nociua ſubditis, & eorum correctio utilior, & magis exemplaris. De primo dicit beatus Auguſt. in regula. Non ſolum ueſtri, ſed etiam ipſius, id eſt prælati miſeramini, qui inter uos quanto in loco ſuperiore, tanto in periculo maiore uerſatur. De ſecundo & tertio habetur, ſecunda quæſtio. 7. cap. ſicut 2. Sicut inquit, laudabile, diſcretumque eſt reuerentiam, & honorem prioribus exhibere, ita rectitudinis, & dei timoris eſt, ſi qui in eis indigent correctione nulla diſſimulatione poſtponent. Ne totum (quod abſit) corpus morbus inuadat, ſi languor non fuerit curatus in capite. Et beatus Gregorius. Scire prælati debent: quia ſi peruerſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant, quanto per prava, quæ faciunt non ſoli moriuntur. Magis ergo & plus ceteris corruptione indigent, pro quanto illa pluribus prodeſt: & perſeuerantia in peccatis, non eis ſolum nocet, ſed ſubiectis. Nec obſtat quod dicitur Exodo uigeſimonono. Beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur. Et illud, ſecundo Regum ſexto, quòd Oza percuſſus eſt a domino: quia tetigit arcam domini. Vbi per montem, & arcā intelliguntur prælati. Quia qui beſtialiter. i. irreuerenter ac præſumptuo-

Grego.

Eſa. 42. Eſa. 65. Thom.

ad Galat. 2.

Hiero.

An inferior teneatur fraterni corripere.

I

Prouer. 18.

Auguſt.

B. Grego.

Exod. 19. 2. Reg. 6.

le superiores corrigunt, pœnam merentur. Propter hoc Dion. etiam redarguit Demophilum Monachum: quia sacerdotem irreuerenter correxerat eum percutiens, & de ecclesia ejiciens. ¶ Ex his patet, q̃ præceptum de fraterna correctione obligat quemlibet respectu cuiuslibet fratris. ¶ Non tamen propter hoc tenemur quærere quos corrigamus, nec relinquenda sunt monasteria a monachis: ut cogantur currere per seculum, & quærere quos corrigant, ne præcepti huius transgressores fiant. Vnde Tho. q. alle. ar. 2. in solu. ul. argu. dat regulam talem. Illud, quod debetur alicui determinatæ certæ personæ: siue sit bonum corporale, siue spirituale: oportet, q̃ ei impendamus, non expectantes, quid nobis occurrat: sed debitam solicitudinem habentes, ut eum inquiramus. Vnde sicut ille, qui debet pecuniam creditori, debet eum requirere, cum tempus fuerit, ut ei debitum reddat: ita quilibet spiritualiter curam alicuius habens, debet eum quærere adhuc ut eum corrigat de peccato. Sed illa beneficia, quæ non debentur certæ personæ: se cõmuniter omnibus proximis, siue sint corporalia: siue spiritualia, non oportet quærere, quibus impendamus: sed sufficit: q̃ impendamus eis, quando nobis occurrunt. Hoc enim quasi pro quadam sorte habendum est: ut Aug. dicit lib. 1. de doctrina christiana. Et propter hoc in de uerbis domini idē ait: q̃ admonet nos dominus noster, non negligere inuicem peccata nostra non quærendo quid reprehendas: sed uidendo, quid corrigas, alioquin efficeremur exploratores uitæ aliorum. cõtra id, quod dicitur Prouer. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, neq; uastes requiem eius. Vnde patet, q̃ nec religiosus tenetur exire claustrum, ut corrigat delinquentes. Hæc Thom. ¶ Sed de quo peccato quis corripi debet seruata forma euãgelica, quod fuit secundum subdiuisionis membrum. An: scilicet præceptum illud de fraterna correctione intelligi debeat de omni peccato, tam occulto, quam manifesto: est aduertendum, q̃ peccatum tripliciter dicitur occultum. Primo, illud, quod solus Deus nouit, uel homo tantum per confessionem. Et de peccato sic occulto non datur hoc præceptum. Quia nullum peccatum tantum in confessione notum detegendum est coram testibus, uel ecclesia, ut in forma huius præcepti continetur. Et si in Deum peccauit, solo deo sciente, nõ est nostri arbitrij. Vnde dicitur, si in te peccauerit: hoc est te sciente. Secundo modo dicitur occultum, quod quis solus nouit. i. non cum alio nec alijs: nouit tamen extra confessionẽ. Et de peccato isto modo occulto datur hoc præceptum pro loco, & tempore ut dictum est, & modo qui statim sequitur. Tertio modo dicitur occultum: quod quis solus nouit cum pauci alijs: non cum multis. Et de hoc similiter præceptum illud datur. ¶ Et per oppositum peccatum dicitur publicum. Vel quia notum est homini extra confessionẽ. Vel quia notum est aliquibus: sed paucis. Vel quia notum est plurimis, & pene omnibus. ¶ Datum est ergo præceptum tam de peccato occulto secundo, aut tertio modo: quam de publico primo, & secundo modo. Nam de publico tertio modo (quo iam peccatori factus est frons meretricis, ut erubescere nolit, sed peccatum suum quasi sodoma prædicat: non est spes correctionis) datum nõ est maximẽ, quia talis prælatum nouit scire suum peccatum: nec timet eius correctionem iudicialem. De illis ait apostolus. Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. Vnde Aug. in Homelia de penitentia. Quæ peccantur corã oĩbus, corã oĩbus arguenda sunt. Quæ peccantur secretius, corrigenda sunt secretius. Distingue tpa, & concordabis scripturas. Hæc est sñia. S. Tho. Richardi, & ceterorũ. Verum si esset probabilis spes emendationis (nam nemo oĩno desperandus est in hac uita) tunc ligat hoc p̃ceptũ etiam in publicis: pſertim quoad primã eius partem. Licet forte

An quærendi sint qui indigẽt correctionem.

Pro quo peccato debeat quis ex præcepto fraternæ charitatis corrigi.

non

non quoad alias partes. ſ. teſtium inductionem, & eccleſiæ denũciationem: cũm peccatum ſic publicè notum ſit eccleſiæ, & ita fruſtra denunciaretur. Verum ſi peccatum publicum non eſſet notum: eccleſiæ i. prælato denunciandum erit, prędicta ſecreta ammonitione, & teſtiũ inductione, etſi non ad probandum crimen, qđ publicum eſt, tamen ad probandũ ſecretam commonitionem prædictam. Qđ aũt de his peccatis intelligitur præceptum: ſatis patet ex formã præcepti. Nã dicitur: corripe eum inter te, & ipſum ſolũ: ergo de occultis ſecundo modo locũ habet. Qđ etiam addit de inductione teſtiũ, locũ habet in occultis tertio modo, ut infra patebit, & occulta ſecundo, aut tertio modo ſunt publica primo, & ſecundo modo. Patet etiam rõne: quia in omnibus his locũ habet ratio, & filijs præcepti: quæ eſt emendatio fratris.

¶ Nũc de quarto principali. ſ. de modo correctionis, & eius ordine dicendũ ubi maior eſt difficultas: & expoſitorum diuerſitas: maximè quoad teſtium inductionem, & eccleſiæ denunciationem. Nam uidetur nonnullis, q̃ in peccatis occultis ſecundo modo. ſ. quæ ſolus nouiſti, teſtes inducendi non ſunt: quia ſic peccatum occultũ proderetur, & fama proximi, quæ eſt magnũ bonum, læderetur. Lædere autem proximum, eſt contra fraternam charitatem: & contra naturæ legem. Nemo enim uult famã ſuam lædi, ergo nec alterius debet. Adducũt ad hoc illud Aug. in homel. de pnia: & habetur 2. q. 1. Si peccauerit. Quare inter te, & ipſum ſolum, quia in te peccauit. Quid eſt, in te peccauit? Tu ſcis, quia peccauit, quia etiam ſecretum fuit, quando in te peccauit. Secretum quære, cum corrigis, quod peccauit in te? Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te: & cũm uis cõram cibus arguere: non eris corrector erroris, ſed prodítor. Et ſequitur. Non prodimus, ſed in ſecreto arguimus, ut ibi cõtingit malum, ibi moriatur. Vnde dicunt, q̃ ordo ille correctionis mtelligẽdus eſt de occulto tertio modo. ſ. q̃ etiam alijs licet paucis notum eſt quantum ad teſtium inductionem, licet prima pars præcepti etiam reſpicit occultum ſecundo modo. Vnde dicunt. Si fratrẽ peccantem ſolus non cũ alio (extra tñ confeſſionem) ſolus ſine alio uidi, uel certitudinaliter noui peccaſſe, debeo ipſum primo ſecundum formam euangelicam corripere inter me, & ipſum ſolum, non cum aliquo alio. Si tunc me audierit: lucratus fui fratrem meum. Si uerò me non audierit: poſſum, & debeo mecum adhibere unum teſtem, & non duos. Quod unum teſtem poſſum aſſumere; patet; quia diſiunctiuam dominus in euangelio ponit dicens. Adhibe tecum unum, uel duos teſtes. Ergo cum de diſiunctiua poſſim unam partem ſine alia adimplere ſine tranſgreſſione: ſequitur, q̃ poſſum tantum unum mecum adhibere ſine pluralitate teſtiũ, & ſine tranſgreſſione. Quod etiam in illo caſu non ſolum poſſum, ſed debeam tantum unum adhibere: paret; quia ſi duo teſtes uocarem, quando ſolus peccatum fratris ſcirem, ſibi uideri poſſit, q̃ ſub teſtimonio pluriũ cũm capere uellem uerbis, & de occulto peccato facere peccatum publicum, ſi fateretur coram teſtibus. Similiter hoc eſſet in meum periculum, quia ſi tale peccatum ſibi obijcerẽ, poſſet negare, & me coram iudice per illos duos teſtes per me adductos conuincere, q̃ peccatum ei impoſuiſſem, quod probare non potui, & ipſum a me fore diffamatũ, nec mihi euangelium ſuccurreret, cum diſiunctiue loquitur. Neq; credendum eſt, q̃ dñs Ieſus autor pietatis uoluerit, q̃ duos teſtes ſuper peccato ſic occulto adducerem, cũ hoc eſſe poſſet in fratris ſcandalũ, & meũ periculũ: & maxime cum unus ſolus teſtis cum perſona principali corripiente, ſufficiat ad intentionem Chriſti proſequendã. Nã ſi duos uocarẽ, peccatũ non maneret ſic occultũ. Si aũt nec ſic te audierit, dic eccleſiæ i. prælato eccleſiæ ĩm occultè iquũ prodeſſe põt in occulto, & obeſſe nõ debet. Nã ſi dicerẽ multitudini ec-

De modo & ordine correctionis fraternæ.

Auguſt.

clesiæ, nihil ualeret, quia probare nō posset: immo mihi nocerem deficiens in probatione. Sufficit ergo tunc soli plato occulte dicere, & non alijs, ita q̄ sufficit, q̄ primò post correptionem eius quæ erat inter me, & ipsum soli dicatur statim, si cōtradixerint, soli plato ecclesiæ occulte. Quin ideo dr eccle
Augus. sia, quia præest ecclesiæ, & illi tunc occulte sufficit dicere. Vnde August. in regula. Super peccato primo debet in secreto corripi, deinde si cōtradixerit, plato oñdi. q̄ Alij dixerunt ut recitat B. Tho. quæstione allegata art. 8. in re
N ponsione ad primum articulum, q̄ ordo fraternæ correctionis sic esset ser
B. Thom. uandus, q̄ primò frater sit in secreto corripiendus, & si audierit, bene quidē si autem non audierit, & peccatum sit oīno occultum, dicebant non esse ultra procedendum. Si aūt incipit iam ad notitiā pluriū deuenire, ex quibusdā indicijs, debet ulterius procedere: secundum q̄ dñs mandat. In peccato uerò occulto tertio modo, quod quis nouit cum paucis alijs: non tamen multis, seruanda est forma euangelica, ut primo inter te & ipsum solum, & si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe tecum unum, uel duos testes indifferenter de his, qui tecū sciunt, non alios, qui non nouerūt: & hoc studio corrigendi, uel conuincendi, quod peccauit, & sic ad tuam correptionem non emēdauit. Si autem nec te, nec illos audierit, dic ecclesiæ. i. prælato inquantum præsidet ecclesiæ, ut corrigat ad tuā denunciationem: & illorum, qui uiderunt testimonium, sicut nouerint expedire. Istæ opiniones quantum ad aliqua ueritatem continent, non tñ quantum ad oia. Nā in eo, q̄ pro conseruatione famæ delinquentis asserunt omitti debere testiū indu
Thom. ctionem, & denunciationē, ut uult secunda opinio, & ita q̄ fama præferri debet fratris emendationi: reprobat a B. Thom. 2. 2. q. 33. artic. 8. & Rich. in 4. dist. 19. ac ceteris doctoribus communiter. Vnde quia præceptum hoc concernit, nedum fratris delinquentis emendationem, sed & corripientium conscientiam: ad ueritatis indagationē præmitto ędam quasi posīmata, id est
O dignitates seu principia, ex quibus ueritas eliquescet. q̄ Primum. Omnis lex interpretanda est, & accipienda secundū intentionem legislatoris, quę ex fine colligitur institutionis legis. Lex enim nihil aliud est, quam manifestatio quædam intentionis legislatoris. Intentio uerò est uoliti o finis per media congrua in ipsum ordinata. Hinc est, q̄ ea, quæ sunt ad finem, regulari debet secundum, q̄ exigit ratio finis, ut patet. 3. Ethi. in prologo de arte architectonica, quæ ordinat inferiores, eo q̄ inferiores in eam tanquam in finem ordinantur. Taliter ergo ordinanda sunt media, qualiter magis conducunt ad finis consecutionem. Concordat Thom. ubi supra art. 2. & 6. Secundum, finis
Thom. præcepti de fraterna correctione est bonum fratris delinquentis, eius scilicet emendatio. Sic enim generaliter omnia præcepta ad proximum nos ordinantia, intendunt bonum proximi tanquam finem immediatum. Sunt enim explicatiua actuum fraternæ charitatis. Sicut præcepta ad deum ordinātia intendunt diuinū honorē, gloriam, ac magnificentiā, tanq̄ finem immediatum, ad quē omnia præcepta, & actus nostri ordinari dr tanq̄ ad finē ultimum, secundum illud apostoli. Nemo nostrū sibi uiuit, & nemo sibi mori
Rom. 14. 1. Cor. 10. tur. Si uiuimus, domino uiuimus, si morimur, domini sumus. Et illud. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid faciatis, oīa in gloriam dei facite. Fraterna autem correptio, actus est charitatis, sicut potestatiua correctio est actus iustitiæ secundum Thom. & sui sequaces. q̄ Tertium, charitas fraternam, quæ uult bonum fratri, præponit maius bonum minori bono, & remotionem peioris mali, remotioni minoris mali. Nam remotio mali, bonum quoddam est. Patet. Nam si præponeret minus bonum maiori, iam non bonum, sed malum uellet fratri, quia minus bonū comparatū maiori, habet rōnē mali,

Lex qūo interpretāda. Finis correctionis fraternæ quis est.

Hinc

Hinc sequitur, q propter maius bonum acquirendum, negligendum est minus bonum, & propter remotionem maioris mali, negligendum est minus malum dum ut, & ubi simul stare non possunt. Dum autem simul stare possunt, neutrum est negligendum, sed utrumq; uolendum, habitumq; diligentius custodiendum. ¶ Quartum, charitas fraterna semper bonum commune præfert bono priuato, & remotionem mali reipublicæ, remotioni mali priuatę personę, quia secundum philosophum in politicis. Bonum quantò communius tantò diuinius. Sicq; ars docet, & natura salutem totius præferri saluti partis, & peritus medicum putridum resecat membrum, ut corpus conseruetur. ¶ Quintum, charitas ita uult fratri bona maiora, ut tamen non destruat minora, nisi sine incompassibilia. Patet ex declaratione tertiæ propositionis. Et quia maius bonum est bonum maius cum minore, quam solum maius, ideo cum præfert maius minori, utrumq; uult fratri. ¶ Sextum bonũ spirituale animæ maius est bono temporali corporis, sicut anima melior est corpore. Et eadem ratione malum spirituale peius est malo corporali. Maximum autem bonum animę est charitas, & gratia. Et inter mala pessimum est peccatum. Nam ratio mali est priuatio boni. Nunc autem peccatum, maximum bonum priuat. s. gratiam, & charitatem, & per consequens gloriam. Nam gloria gratia est cõsummata. Hac autem gratia, & gloria nullum aliud malum priuat. Hinc colligitur ordo bonorum fratris, & proximi. Primum locum tenent bona animę, inter quę magnum bonum est emẽdatio fratris. Per hanc enim recuperatur gratia, quæ est maximum animę bonum. Deinde secundũ locum tenẽt bona corporis, ut uita præsens corporis integritas, & ualitudo. Tertiũ locum fama boni nois, quæ præferenda est tpalibus diuitijs. Secundũ illud. Melius est nomen bonũ, q̃ diuitiæ multę. Et illud. Curam habe de bono noie, hoc enim magis permanebit tibi, q̃ mille thesauri prætiosi, & magni. Item Melius est nomen bonum, q̃ unguenta prętiosa. Vbique fama prętertur diuitijs non corpori. Verum Rich. & Nico. de Lyra uidentur fama præferre corpori. Vnde dicit Rich. Prętiosius quid est inter temporalia? Sed potest dici, q p tpalia intelligit bona exteriora. s. bona fortunæ, non bona corporis, quæ sunt bona naturalia. Lyra dicit. Fama computatur inter maiora bona hominis citra uirtutes. Verum non dicit: præfertur omnibus citra uirtutes, sed computatur inter. Quartum locum tenent diuitiæ temporales, ac bona fortunæ. In quolibet autem genere bonorum possunt plures gradus signari. ¶ Ex illis principijs concluduntur euidenter tres conclusiones siue corrolaria. ¶ Primum. In fraterna correctione, bonum communitatis præponendum est bono priuato corrigendi fratris maxime eiusdem generis. ¶ Secundũ. In fraterna correctione bonũ fratris spirituale, ut puta bonum conscientiæ, præponendũ est bono labilis, & transeuntis famæ. Patent ambo ex principijs. 4. 3. & 6. quia maius bonum minori præponendum est: & bonum commune maius est bono priuato: & bonum cõscientiæ maius est bono famæ. ¶ Tertiũ corrolarium. Ita fieri debet fratris correptio, ut si fieri potest, caueatur famæ lęsio. Si uerò fieri non põt ad finẽ, qui est emendatio fratris sine lęsione famæ: negligenda est fama, ut recuperetur emendationis gratia. Sequitur hoc corrolarium ex principio. 3. & 6. quia maius est bonum conscientię bono famę. Illud corrolarium quantum ad ambas partes est beati Thom. 2. 2. q 33. articu 7. qui postquam ostendit primam huius corrolarij partem, & post famæ commendationem addit. Sed quia conscientia prętferenda est famę, uoluit dominus, ut saltẽ cũ dispendio famę, fratris conscientia per publicam denunciationẽ a peccato liberet. Rich. de media uilla in 4. distin. 19. q. 3. articu. 1. ait. Si possum sine detrimento spiritualis boni

p

1. Cor. 13. & 12. in fine.

Ordo bonorum fratris secundũ maius & minus quis est.

Prouerb. 22. Eccl. 41. Eccl. 7.

Q

Quãdo propter maius bonũ acquirendũ negligendum est minus bonũ.

B. Thom.

illius, quem corrigo, & communitatis, custodire famam fratris: teneor ex præcepto dei famam ipsius non lædere. Et præmisit. Magis cauēdum est detrimento boni corporalis, & spiritualis reipublicæ, quam famæ ipsius peccatoris. Item Nicol. de Lyra super Matth. c. 18. exponens illud. Si peccauerit &c. assignando rationem, cur primò debes corrigere fratrem inter te, & ipsum solum: dicit. Cuius ratio. Sicut enim medicus corporalis (si debito modo procedat) nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis: ut sine membri abscissione: & si non possit, abscindit membrum minus nobile, ut conseruet magis nobile, uel totum corpus. Sic ille, qui fratrem occulte peccantem charitatiue corripit, debet tentare, si posset fratrem emendare absque detrimento suæ famæ. Et sequitur. Ergo debitus processus est in correctione charitatiua, ut homo corrigat fratrem suum inter se, & ipsum solum, ut sic possit eum saluare cum omnimoda integritate suæ famæ. Et hoc est, quod sequitur. Si te audierit, lucratus est fratrem tuum: eum. s. cum integritate famæ reducendo. Si autem te non audierit, adhibe tecum unum uel duos &c. Quia enim fama est minus bona, quam sit bona uita, si non posset seruari bona uita fratris sine detrimento famæ: tunc procedendum est ad salutem bonæ uitæ, cum aliquali læsione suæ famæ, & ideo adducēdus est unus alius, uel duo ad sciendum, scilicet fratris delictum, & ut coram eis arguatur. Et si se non correxerit: tunc simpliciter contemnenda est eius fama, ut conseruetur bona uita, uel saltem ordo iustitiæ ad terrorem aliorum. Hæc Lyra. Concordat & postillator Hugo Cardinalis super eundem locum, ubi post varias declarationes ordinis fraternæ charitatis, dicit. Hunc ordinē debet seruare, quicunq; uult corripere. Hoc modo. Si tu scis peccatum illius debes ipsum primò corripere inter te, & ipsum solum amicabiliter. Si te audierit: lucratus es illum. Si autem te nō audierit: siste, ibi donec habeas aliam uiam procedēdi. Matth. 18.

Potest etiam haberi alia uia dupliciter: quia illud peccatum aut est iterabile, aut non. Si est iterabile, debes aliquibus bonis dicere, qui cum deprehenderint tecum, corripient eum. Si uerò non est iterabile, nihilominus debes dicere alicui, uel aliquibus, qui possunt prodesse & nō obesse, & coram illis corripe eum. Si te audierit, bene est, si te non audierit: nuncia prælato eius, ut ammoneat eum: & sic liberabis animam tuam. Nec es proditor criminis, si hoc modo reueles &cætera. Hæc Hugo. Concordant summistæ Iohan. in sum. confel. Pisanus. dominus Antoninus parte 2. tit. 9. c. 6. § 7. Ecce quot testimonis probatur, q emendatio fratris, quæ est bonum conscientiæ, debet præponi bono famæ, si utraque non possunt simul stare.

¶ Ex quibus elicitur uerus huius præcepti intellectus, præcipientis fraternam correptionem, cuius finis est correptio fratris, qui ita accipendus est: ut magis seruiat ad emendationem fratris sine maiori periculo, aut fratris, aut ceterorum. Vnde colliguntur aliqui casus in quibus ordo ille ad litteram potest non seruari, aut etiam debet non obseruari, sed magis intentio: in quibus. s. obseruatio huius ordinis, uel emēdatio fratri, uel reipublicæ, aut aliis proximis non conueniret, aut etiā obest. t. q Primus casus est. Si peccata sunt publica, non oportet tunc obseruare hunc ordinem: sed statim potest denunciari. Non de tali peccato datur præceptum. Peccato enim publico frater non peccat in terra sed in te, & alios, quis scandalizat. Vnde, in te, dupliciter exponitur secundum Hug. secundum q potest esse ablatus casus, uel accusatiui. In te. i. te sciente, uel in te. i. contra te iniurijs, & contumelijs afficiendo, uel contra te malo suo exemplo, te quantum in se est corripiendo, ac scandalizando, & hunc casum plures ponunt, de quo etiam supra. ¶ Secundus casus est: qū peccatum non est criminale, sed ueniale, nam per huiusmodi

Casus non, in quib⁹ nō oportet seruare ordinē fraternæ correctionis.

publica

publicationem fama non læditur. Vnde religiosi in capitulo se proclamant prætermissa admonitione, quia illa, pro quibus inuicem se proclamãt: sunt uenialia, in quibus non habet locum præceptum fraternæ correctionis. Si tamen esset aliquod criminale, in quo frater diffamaretur: contra præceptũ ageret, qui per hunc modum non præcedente secreta correptione fratrem infamaret. Vnde quando prælatus, in uisitatione, uel alias præcipit, q̃ sibi dicatur, quicquid sciuerit corrigendum, intelligendum est saluo ordine fraternæ correctionis, siue præceptum fiat ad omnes, siue ad aliquem specialiter. Quod si prælatus præciperet expresse contra hunc ordinem a domino constitutum, & ipse peccaret præcipiendo, & frater obediendo, nam ambo contra præceptum domini agerent. Vnde prælato in hoc casu dicendum esset Oportet deo plus obedire, quam hominibus. Occultorum enim prælatus non est iudex, sed deus. Vnde non habet prælatus potestatem aliquid præcipiendi in occultis, nisi inquãtum per aliqua indicia manifestantur, ut per infamiam, uel per aliquas suspitiones, in quibus casibus potest prælatus percipere, & eodẽ modo sicut iudex secularis, uel ecclesiasticus exigere iuramentum de ueritate dicenda, ut uult B. Thom. art. 7. Vnde & Vrbanus Papa. De manifestis loquimur, occultorum enim cognitor, & iudex est deus. 32. dist. Erubescant. q̃ Tertius casus, quando peccatum occultum uergit in nocumentum spirituale, uel corporale reipublicæ aut proximorum. Vnde si quis tractaret occulte, quomodo ciuitas hostibus traderetur, aut occulte homines auerteret a moribus, uel a fide, aut esset infectiuus proximorum, & periculũ esset in mora, tunc statim esse denunciãdum prælato sine prœuia correctione secreta, ut gregi suo caueat. Quia bonum multorum bono unius præponi debet, & magis cauendum est detrimento reipublicæ tam spirituali, quam corporali, q̃ famæ ipsius peccatoris. Cõcordat Tho. & Rich. Dictum est, & periculum esset in mora, quia si quis firmiter existimaret, q̃ huiusmodi malum per secretam correptionem cauere posset, & mora non esset periculosa, neq; correctio secreta nociua, tunc præmittenda esset secreta correctio. Si autem peccatum fratris uergat in dan num corporale alterius seu temporale, debet fieri comparatio damni temporalis alterius, ad damnum famæ illius, & ei q̃d præponderat, magis obuiandum erit. Quartus, si ex signis probabilibus creditur secretam correctionem non proficere apud fratrem, sed per eã fratrem magis exasperari, aut præmonitum subterfugia quærere, ut corrigi nõ posset, non oportet præcedere secretam correctionem, sed illa dimissa denũciandus esset suo prælato, ut dicit Rich. Concordat Hugo postillator. Corrector (inquit) debet attendere: qualis est, qui corripi debet, & utrum utilis sit ei sua correptio. Signa autem, quibus probabiliter credi potest, utrum correptio sit utilis an nõ, ponit Antoninus post Rich. Puta an probabiliter expectari possit fratris emendatio an non. Hoc quidem perpendi potest, ex conditione peccantis, & ex reiteratione actus. Vtrum aliquis ex electione, uel passione. i. ex malitia, uel infirmitate, aut etiam ignorantia peccauerit, quia si aliquis frequenter, & sine freno in a liquod peccatum lapsus est, signũ est: quòd ex malitia peccat, & non facile emendabitur. Si autem semel ablata actione in peccatum ruit, & postea tristitiam, & uerecundiam de peccato ostendit, signum est, q̃ peccauit ex passione, & quod de facili emendat. Et tunc debet præcedere secreta monitio, uel correctio, & differri denunciatio, quousq; uideatur admonitionis effectus, maximè si spondet emendationem admonitus. Vnde in prædicto casu agendum est correctori sicut chirurgico minus perito, sed fideli: qui inspecto uulnere de cura eius per se, & alios sibi similes desperat, & in mora periculũ imminet, dimissis suis medicamẽtis

B. Thom.

S

Tho.

Signa utrũ correctio sit utilis.

debet statim superiori artis suæ magistro denunciare, qui uulnus curet, uel membrum amputet. Sic frater: quando non sperat fratrem per se, uel per testes corrigere, sed magis timet illum ex sua correptione peiorari, uel si in mora timet periculũ, nisi statim fiat denunciatio, ut in casu priori, potest & debet dimissa secreta monitione, & testibus statim ecclesiæ prælato denunciare, qui admonendo, uel puniendo, secũdum q̃ uisum fuerit expedire, debet remedium adhibere. Nec sic facit contra ordinem euangelicæ legis, seruat enim intentionem legislatoris: & finem attingit legis ab ipso intentum. Dicit enim B. Augustinus ad Macedonium. Siue plectendo, siue ignoscẽdo hoc bene agitur, ut uita hominum corrigatur. ¶ Quintus casus, q̃n ex manifesta denunciatione, uel correctione, publica utilitas uerisimiliter resultaret. Sic Petrus peccatum occultum Ananiæ, & Saphyræ coniugis suæ manifestauit ipsos publicè sine alia amonitione redarguendo de fraude precij agri uẽditi, quia sciebat ex dicta correctione utilitatem publicam resultaret. Vnde & ibidem dicitur, q̃ dicti Ananias, & Saphyra a Petro redarguti, statim mortui sunt, ex quo magnus timor factus est in omni ecclesia, & in omnibus, qui audierunt. Secundum B. Aug. autem in lib. contra mẽdacium. Ex gestis sanctorum possumus agnoscere, qualiter præcepta diuinæ scripturæ sunt intelligenda. ¶ Sextus casus, quando prælato non ut iudici, sed ut singulari persoñæ, qui potest, & debet uelle magis prodesse, quam alij, fraternis peccatis ostenditur. Tunc enim ostensio delicti præcedere debet adductionẽm testium. Sic dicit B. Aug. in regula. Postquam locutus est de testibus adducendis secretè admonito, & non emendato subiungit. Sed antequam alijs demonstretur, per quos cõuincendus est, si negauerit. s. testibus prius p̃posito debet ostendi: si ammonitus neglexerit, corrigi. Quæ exponens Hugo dicit. Patri monasterij debet indicari, ut & ipse fratrem secretè corrigat: quatenus culpa, quæ adhuc latens est, si forte secretius corrigi potuit, non omnibus innotescat. Et ne frater sic peccatum fratris secretum timeat indicare patri, quasi prodi or secreti criminis, dicit B. Aug. Nec uos æstimare esse maliuolos, dum hæc indicatis, magis quippe innocẽtes non estis, si fratres uestros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habet in corpore, quod uult occultari, cum timet secari, nonne a te crudeliter fleretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde? Quæ exponẽs uenerabilis Hug. Si crudelis est, qui uulnus in corpore fratris celat, multomagis crudelis est, qui peccati uulnus in anima fratris non indicat: & reus mortis illius existit, quem tacendo perire permittit. Sicut enim ille ex opere, ita iste damnatur ex taciturnitate. Quod si ille crudelis est qui culpam non detegit: econtra ille misericors est, qui eam non abscondit, nec maiorẽ potest erga miserũ agere misericordiam, quam pereunti præstare uitam. Vnde. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam suam a morte, & operit multitudinem peccatorum. ¶ Beatus tamen Thom. in 1 1. quodl. art. 13. ubi quærit. Vtrum sciens peccatũ proximi, & referens illud statim p̃lato suo ante factam admonitionẽ secretam, peccet mortaliter, eo q̃ contra ordinem a Christo de fraterna correctione datũ agit. Ita tñdet: q̃ in his distinguendum est de cõditione subditi, & p̃lati. Nã si scio, q̃ frater p̃ me corrigeretur, tũc non debeo denũciare p̃lato. Si aũt hoc melius fiat p̃ p̃latũ, & p̃latus nihilominus sit pius, & discretus, & spiritualis, nõ habẽs odiũ, uel rancorẽ ad illũ subditũ, tunc põt denunciare sibi, nec hoc faciẽs dicit ecclesiæ, qa nõ dicit ei ut prælato ecclesiæ, sed ut priuatæ personę proficienti ad correctionẽ proximi, & eius emendationẽ. Sed pp conditiones diuersas prælatorum, & subditorũ, nõ

Augus. I

Aug. 3.

Augus.

Augus.

Iaco. in can. 5. Thom. V

Quando põt prælatus mãdare subdito suo, ut reuelet sua uel alterius fore facta secreta.

potest

potest in hoc dari iudicium generale, uel quia prelatus mouetur ad odium aduersus subditum, uel quia subditus non bene reciperet uerba prælati. ¶ Et ideo in omnibus his hoc est tenendum pro regula: q̃ in his seruanda est charitas: & quod melius, & magis expedire uꝫ. Et sic hoc intẽdat. s. emendationẽ fratris, uel cautelam in futurum, & seruat, quantum potest bonum charitatis non peccãr denunc ando. Si autem denunciat uel prelato, uel amico suo: uel cuicunq; ex malitia: ut confundatur, & deprimatur proximus: peccat mortaliter. Si autem ex incautela alicui dixit, ita tamen, q̃ inde non aliud, uel diffamia, uel ui cupetium eueniat delinquenti: non est mortale: licet incaute agat. Hæc Thom. Et nota: q̃ frater delinquens, non tantum denunciandus est prælato, ut priuatæ personæ ut emendetur: sed etiam emendatus, ut prelerretur a recidiua: ideo supra dicit Thom. Si intendat emendat onem fratris, uel cautelam in futurum. Vnde in 4. distinctione. 19. dicit Rich. Propter fratris correctionem factam per admonitionem secretam non teneor desistere a secreta denunciatione prælato fienda, quia ualet ad præcauendum fratri a recidiua: nec est infame fratris præiudicium, si talis est prelatus, qualis esse debet. Si tamen per signa ualde probabilia, & præsumptiones ualde uiolentas, crederetur: q̃ ex illa denunciatione fratrem correctum infamare uellet: tunc crimen occultum fratris iam ueraciter correcti, sibi denunciari non deberet. Hęc Rich. & ponderentur singula uerba. Thom.

¶ Septimus casus, dum ammonitio fit in generali, ita q̃ crimen quidem specificatur non persona. Sic dominus discipulis de Iuda in ultima cæna dixit. Vnus uestrum me traditurus est. Nec tamen legitur prius iudam in secreto corripuisse: non tamen personam iudæ manifestauit. Hoc modo frequenter usus est beatus Bern. ad fratres suos; quos de certo crimine persona non specificata admonuit, ac corripuit: ut patet in sermonibus de dedicatione ecclesiæ, & alibi. Mat. 19.

In correctione fraterna quatuor sunt obseruanda. ¶ Hugo cardinalis in postilla super Mat. 18. addit adhuc duos casus, in quibus non tantum ordo: sed ipsa correctio fraterna omitti potest præter illos septem suprapositos. Primus & in ordine priorum octauus, cum multitudo, uel potestas est in culpa: ubi correctio plus noceret, quam proesset ecclesiæ. Quatuor enim debent attendi in fraterna correptione scilic. t discretio, lenitas, charitas, utilitas. Discretio, ut sciat quando, quẽ, & quomodo corripere debet. Lenitas, ut non per asperã obiurgationem corripiat, & magis ad od um fratrem quam emendationẽ concitet. Vnde ad Gal. 6. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Charitas, ut ex compassione corripiat, intendens emendationem fratris, non ex odio confundendo, uel irridẽdo, sicut Cham patrem suum Noe irrisit. Vtilitas, unde peccat corripiens (ait. Hugo) si inutiliter corripiat. Quod fit, quando scienter corripit incorrigibilem, uel multitudinẽ, uel ptãtẽ, ubi magis nocet, quam prosit correctio: quia corrector debet attẽdere, qualis sit, quæ corripi debet, & utrũ utilis sit eius correctio, salua pace. Vnde Aug. Mali est dissimulanda correctio pro pace ecclesiæ. Matth. 18. X

¶ Secundus, siue nonus cum aliquis meliori operi, uel ad minus æquę bono uacat. Quod intelligendum puto pro tempore illo, quo intendit operi meliori, sed expedito opere teneretur: qm̃ nõ absoluitur per opus melius, cui intendit, simpliciter a fraternæ correptionis debito, licet ad tps aptius differatur, tps aptius, tam ex parte correptoris quam ex parte corripiendi, q̃ si tps aptũ habere non posset, absolueretur simpliciter a ptæcepti obligatione. ¶ Secũdũ prędictos itaq; casus moderãdũ est, & intelligendũ præceptum Christi de fraterna correctione, cũ ait. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Nam eius intellectus ita accipiendus est, quo magis seruit

fini,& præcipientis intentioni,qui est,ut frater emendetur:& eius anima domino acquiratur, absq; tñ maiori periculo salutis cæterorum. Nam præcipiens uult non tantum unum:sed omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem ueritatis peruenire. 1. ad Timo. 2. Et ubi ille finis, fratris.s.emendatio sine cæterorum maiori periculo sequi non pót, præceptum non obligat:quanunquam præceptum obligat contra præcipientis intentionem. Quando autem hoc fieri non potest: casus præmissi ostendunt. Extra ergo hos casus intelligendum est hoc præceptum. ¶ Recolligendo igitur,quę de ordine seruando in fraterna correctione scripta sunt, & opiniones illas ad quoddam medium reducendo,concludendum de peccato occulto,quia de manifestis satis dictum est. In peccato occulto,siue notum sit uni soli,siue pluribus paucis, quod probari potest extra prædictos casus: plane seruandus est ordo euangelicus,sicut iacet,ita q̃ primo frater corripiendus est inter te, & ipsum solum. Si te non audierit, adhibendus est unus: uel adhibendi duo. Quos si non audierit: denunciandum est ecclesię. Ita tamen q̃ læsio famæ caueatur: quantum fieri potest,quoniam utilis est fama. Primo quidem ipsi peccanti,non solum in temporalibus,in quibus quantum ad multa,homo patitur in temporalibus detrimentum amissa fama: sed etiam quantum ad spiritualia,quia ex timore infamiæ multi a peccato retrahuntur. Vnde quando se infamatos conspiciunt, irrefrenate peccant, & ideo Hiero. dicit. Corripiendus est solus frater: ne si semel pudorem, aut uerecundiam amiserit, permaneat in peccato. Secundo,quia uno infamato, alij quodammodo infamantur, secundum illud Aug. ad plebem hipponensem. Cum de aliquibus,qui sanctum nomen profitentur:aliquid criminis, uel falsi nominis insonuerit,uel ueri patuerit,instãt,iactant,ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Tertiò:quia ex peccato unius publicationis, alij prouocantur ad peccandum. Quibuscunq;itaq; modis fama parci potest secundum supradicta: ut minus lædatur, siue primo unum testem solum,& deinde si non audit unum,addantur plures,siue testes adhibiti sint ex illis,quibus crimen est notum,quotutiq; si haberi possint,cæteris præferendi sunt, siue alij, qui ipsum nescierunt:ita tamen q̃ famæ conseruatio emendationi fratris non proponatur. Sed etiam dum crimen fratris soli correctori cognitum est: si ad eius secretam ammonitionem non emendatur: adducat unum, uel duos, coram quibus eum corripiat: si forte uerecundatus coram illis audiat. Si non, tunc denuncietur ecclesiæ, habens testes præmisse ammonitionis, non obstante, q̃ sic fama eius lęditur, ut supra dictum est. Et dico notanter:dum probari potest, potest enim probari:quandoq; etiam dũ unus solus nouit,non quidem per testes,sed per euidentia signa:ut pote per rem iniuste ablatam apud furem inuentam, aut per scriptum,in quo autor sceleris se fecisse notificare nititur alicui complici,quod scriptum ad manus denunciatoris peruenit:aut alias circumstantias huiusmodi euidenter factum probantes. Si uero delictum probare non potest,siue solus sciat,siue cum alijs. Debet quidem secreto ammonere fratrem in se peccantem: si forte audiat & ita eum lucretur. Si enim uolentem se precipitare, debes, si potes prohibere licet solus sis:ut uult Aug. ad bonifacium:& habetur 23. q. 4. Ipsa pietas. & ca. displicet. multò fortius debes obuiare peccato, licet solus scias, Et si te non audierit, dic prælato, non denunciando,sed secrete intimando tanquam ei,qui magis in secreto prodesse potest: pro eo orando, aut secrete ammonendo: & ad pœnitentiam,quantum in se est,inducendo. Nec tunc inducendi sunt testes, neq; unus,neq; duo,quia frustra inducerentur. ¶ Sunt enim tres causæ,cur inducuntur testes secundum beatum Tho. & Rich. Vnã

Epilogus,& sumariũ de modo,& ordine correctionis fraternæ.

Y

Augu.

Augu.

Z

Thom.

ad essi-

ad efficacius ostendendum, q illud sit peccatum: & eum reuocandum. Secundò ad conuincendum de actu: si actus reiteretur. Tertiò ad probandum ipsam secretam ammonitionem, quæ præcedere debet publicam denunciationem regulariter, & sic ad ostendendum, q frater fecit, quod in se est. Nùc ergo in casu, quo crimen probari non potest, & secretò correptus neget crimen: non est uerisimile: q coram, testibus confiteatur, quod coram solo negauit, aut ad secretam ammonitionem emendare noluit. Nec propter secundum: quia si testes inducuntur ad testificandum actum iteratum, quem testificari possint: iam non sunus in casu nostro: quia casus noster est, q crimen probari non possit. Nec propter tertium: quia in casu isto denunciatio publica fieri non potest, quia non potest probari crimen, & ita non conuinci, & per hoc non potest ab ecclesia haberi, ut ethnicus, & publicanus. Deniq; inductio testium est periculosa corripienti, quia posset correptus agere contra corripientem super diffamia: quia eum diffammauit coram testibus: & hoc probabit per inductos testes, etiam si unus solus inducitur, ut uoluit prima opinio: saltem cum illo posset probare præsumptionem, ut deferretur iuramentum correctori, & ita omnimodis esset in periculo: non enim sibi denunciantí creditur, etiam si episcopus esset. Vnde in concilio. Varien. sic definitum est. Si episcopus alieni sceleris se conscium nouerit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correctionibus elaboret. & habetur 6. q. 2. si tantum. & in c. placuit. Et bea. Aug. in home. de penitentia 2. q. 7. plerumq;. Plerumq; inquit, boni uiri propterea sufferũt aliorum peccata, & tacent: quia sæpe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. Et ita in casu isto præceptum impletur sine inductione testium, quia sine illis intentio precipientis obseruatur, melius dum in secreto corripitur: & si nõ audierit: secrete prælato nuncietˇ. Sic enim magis eius emendatio procuratur. Hæc est sententia. Panor. in c. noui. de iudicijs, hanc materiam latius contrectantis. In hoc determinata præcedentibus discrepat: quia dicit, q dũ crimen probari potest: non est omittenda denunciatio propter hoc: ne frater deterior fiat, quia per hoc non cessat effectus denunciationis, quia saltem propter uerecũdiam suam aliqui arcerentur a similibus: & ne alij efficiantur audaciores ad peccatum committendum, quia facilitas ueniæ ausum præbet delinquendi. Et per hoc adrationes opi. primo recitate, quę opinio in duobus deficit. Primum, quia rationem non inducendi duos testes assignat, ne læderetur fama, quæ non sufficit, cum secundum prędicta fama contemnenda est: ubi emendatio sequi potest, nec sic contemnens famam fratris malum facit fratri, sed bonum, quia ut minus bonum procuret, negligit minus incõpossibile. Sed causa non inducendi testes est, quia frustra diffamaretur, & corripiens in periculo constitueretur. Et propter idem non est inducendus unus solus: quod est secundum, in qua opinio illa deficit, in alijs confirmat propositum. ¶ Secunda opinio etiam in duobus deficit. Primum: quia dicit simplic ter, q dum peccatum est occultum: ita q unus solus nouit tunc testes non sunt inducendi, quod non est uniuersaliter uerum, sed tũc, tantum cum probari non potest. Secundum etiam si probari non potest, non est ibi sistendum, sed secrete est prælato intimandum. ¶ Ex prædictis elicio duo Corolaria. Primum, q confitens non peccat detegendo confessori personam cum qua peccauit, dum confessor prodesse potest, & non obesse, & hoc si illa intentione facit, ut emendetur. Secundum q non peccat: qui peccatum occultum, fratris, ad hunc finem alicui honesto uiro reuelat, qui prodesse potest, non obesse, ut per eum frater errans, congruentius reducatur. Ambo

Corre-

Corrolaria patent:quia eadem est ratio de eis, sicut de prælato, cui in secreto est intimandum. De quinto principali satis patet ex dictis:q̃ effectus infraterna correctione intentus est emendatio fratris: amotio scandali,& timor cæteris incussus: dum ad denunciationem publicam uentum fuerit, ne ipsi sint faciles ad peccandum. De hoc non plura.

DE CORRECTIONE POtestatiua.

LECTIO LXXV.

A DICTVM est de fraterna correctione:quam non excludit necessitas dimittendi debita nostris debitoribus:dicẽdum breuiter de correctione iudiciali seu potestatiua: quo debito exercenda sit a mundi potestatibus: de quo est propositio sexta. Vtraq; potestas secularis:& ecclesiastica tenetur suis debitoribus debita dimittere:nec tñ minus obligatur publice delinquentes in legem dei, congrua coertione animaduertere. Hæc propositio quoad primam partem patet. Nam dimittere debitoribus debita, omnibus præceptum est: qui se dei filios heredes patris, & cohæredes Christi esse gaudent :qui dicere possunt deo, Pater noster, qui es in cælis:tales sunt etiam fidelium potestates, igitur. Illatio est bona,& syllogistica, & utraq; præmissarum ex supra declaratis est manifesta. Nec minus dubia est secunda eius pars, quantum ad potestates ecclesiasticas: quibus fulminãdi ecclesiæ censuras concessa est auctoritas. De potestatis autem secularibus nonnulli forte in dubium uerterent dicentes: ad seculares potestates pertinere, nisi regimen reipublicæ quantum ad temporalem pacem procurandam, & conseruandam. Criminum uerò correctionem ad solos prælatos ecclesiasticos pertinere: qui pluribus motiuis se munire uidentur. Primo: quia ut dicitur in c. nouit ille. de iudicijs. ad officium papę spectat de quocunq; mortali peccato quemlibet corrigere Christianum,& si correctionem contempserit, per districtionem ecclesiasticam coercere:& per consequens peccatorum correctio non pertinet ad secularem potestatem. alioquin si eiusdem correctio ad diuersas spectaret potestates: posset potestas potestatem impedire, & ita iudicia confundi, & catholica pax conturbari, dum quælibet potestas eundem pro eodem crimine niteret punire. Præterea. Nicolaus papa 96. dist. c. Deniq;,ita ait. Hi quibus tñ humanis rebus,nõ diuinis rebus præesse pmissum est qũo de his, p quæ diuina ministrantur iudicare præsumunt, penitus ignoramus. Correctio autem peccatorum ex his est,per quæ diuina ministrantur,quare ad secularem potestatem non pertinet. Item crimen ecclesiasticum ad seculare iudicem minime spectat:ut satis probatur dist. 10. Imperium. ubi dicit Nicolaus papa. Imperium uestrum suis publicis, quotidianisq; administrationibus debet esse contentum. Et bea. Cyprianus Iuliano episcopo scribit. Quoniam idem mediator dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusq; discreuit propria :uolens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri,non humana superbia rursus in inferiora demergi, ut etiam Christiani imperato-

Seculari & ecclesiastica quoad correctionẽ fratris.

res pro eterna uita pontificibus indigerent,& pontifices pro eursu temporalium tantummodo rerum, temporalibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret incursibus,& deo militãs minime secularibus negocijs se implicaret, ac uicissim nec ille rebus diuinis præsidere uideretur: qui esset secularibus negocijs implicatus. Nunc autem crimina inquinatũ crimina,& contra deum sunt crimina sunt ecclesiastica, & per cõsequens de illis secularis potestas se intromittere non habet. Præterea ad distinctas potestates idiciales spectant distinctæ causæ, ut patet ex aucto. Cypriani iam allegata. Sed ad iudiciariam potestatem ecclesiasticam spectat iudicare de peccatis, & corrigere peccatum, ut dictũ est: igitur non pertinet ad potestatẽ secularem, cũ illæ potestates sunt distinctæ. Item nemo bene iudicat de his, quæ discernere nõ pót, siue quorum discretio ad eum non pertinet. Discernere aũt inter lepram, & non lepram, solis ecclesiasticis commissum est, ut habetur Leui. 13. & se. c. ergo discretio leprę & non leprę. i. peccati a non peccato, ad solos ecclesiasticos pertinet,& per consequẽs,& correctio demũ in causa, quæ spectat ad iudices seculares, secularibus legibus utendũ est. Sed quia unaquæq; causa terminanda est per leges fori illius, ad quem spectat. Sed diuina offensa non legibus humanis, sed diuinis præceptis æstimãda est: & ideo non iudicanda per leges seculares. His & alijs multis ostendere uolunt: q̃ secularis potestas solum ordinata est ad conseruationem reipublicæ: & ad conseruandam pacem temporalem, ergo qui hanc turbant, corrigere possunt. Ea uero, quæ diuinam respiciunt offensam, eorũ potestatem minime concernunt,& si hæc corrigere nituntur, falcem mittunt in messem alienã. Quod etiam sic ostendere uolunt, quia iudices seculares non aliam potestatem habent iudiciariam, quam iudices pagani. Nã imperatores Christiani successerunt imperatoribus paganis,& reges Christiani regibus paganis: successores autẽ eodem iure,& potestate gaudent, qua prędecessores, ergo seculares potestates non habent aliam potestatem, quam pagani habuerunt. Sed transgressio diuinarum legum nullatenus pertinet ad iudices gentiles uerum deum ignorantes, ergo nec spectat ad Christianos eorum successores. ¶ Sed illis non obstantibus, probatur propositio quantum ad illam partem secularem potestatem concernentẽ multiplici ratione & auctoritate. Ratione sumpta ex parte originis potestatis, ex parte finis regiminis: ex parte personæ principantis. ¶ Ex parte originis uterũ exemplis. Nam omnis potest ab alia superiore accepta, exerceri debet ad utilitatem, & honorem eius, qui tribuit potestatem: & hoc maxime eius, in quo primo residet illa potestas, sed omnis potestas in terris est accepta a deo, ergo exerceri debet ad utilitatem, & honorem dei. Consequentia illa est syllogistica. Maior uidetur nota. Nam superior dans potestatem inferiori non dat eam contra se, alioquin regimen in se, diuisum quomodo staret? ut arguit Christus contra Iudæos se blasphemantes. Matth. 12. Mar. 3. & Luc. 11. Quod uero omnis terrena potestas sit a deo, quod est minor rationis, multiplici: patet auctoritate scripturæ legis utriusque testamenti. Nam Deute. 17. ait Moyses legislator. Regem constitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Item Prouerbio. 8. Per me reges regnant: & legum conditores iusta decernunt. Nec mirum: quia cor regis in manu dei est. Prouerbio. 21. Et Sapientia. 6. Audite reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures uos, qui cõtinetis multitudines,& placetis uobis in tribubus nationum, quoniam da-

Leui. 13.

B

Matth. 12.

Deut. 17.

Prouer. 21.

ta est a domino potestas nobis & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum esseris ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodisti legem iustitiæ, neq; secundum uoluntatem dei ambulastis. Ecce non solum a deo est potestas regni, sed etiã domini est regnum, & omne regis, & iudices ministri sunt regni dei: quare regere tenentur ad honorem domini dei sui, & per consequens cauere, & punire offensas dei. Item probatur auctoritate noui testamenti. Vnde Ioh. 19. Non haberes potestatem aduersum me ullam: nisi tibi datum esset desuper. Glo. i. a deo. Quod claie apostolus ad Rom. 8. testatur: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Et sequitur. Princeps non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autem non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladiũ portat. Dei enim minister est uindex in iram ei, qui male agit. Vbi glo. Principes propter coercendam uitam, & prohibenda aduersa creantur. Dati sunt rectores, ne mala fiant, ministri dei sunt: ut boni laudentur, mali puniãtur. Ex quibus uerbis patet, q̃ nedum potestas est a deo sed etiam, q̃ ad uindicandum iram dei in malos potestatis ministerium acceperint. Vnde manifestum est, q̃ ea tenentur uindicare. i. punire, unde ira dei prouocatur: licet autem sola sunt peccata: ad hoc ergo principes, qui gladium non frustra portant, instituti sunt, ut peccatores, qui iram dei meruerunt, coerceant. De hoc autem magis infra. Ad idem est illud. Isid. lib. 3. de sum. bono cap. 23. & habetur 23. q. 5. Principes. Principes (inquit) seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptę culmina tenent: ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi ut quod non prævalent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum, cæleste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt, rigore principum conterantur: ipsumq; disciplinam, quam utilitas ecclesiæ exercere non prævalet: coercitio boni superborum potestas principalis imponit, & ut generationem mereãtur uirtutem potestatis impartiatur. Et sequitur ad propositum. Cognoscant principes secuh: deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt. Nam siue angeatur pax, & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur: ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Ecce apertè habes ecclesiam potestati principum traditam a Christo. Ex quibus hæc ratio formari potest. Ab illo est potestas secularis principibus tradita, cui ratio usus potestatis est reddenda: sed huiusmodi est deus: ergo a deo est potestas secularis principibus tradita. Consequentia nota cum maiore: quia ei soli reddenda est ratio de re aliqua, a quo res ipsa est commissa. Minor probatur per illud Innocen. 23. q. 4. Quæsitum. Meminerant a deo potestates esse concessas, propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & dei ministerio esse datum in huiusmodi uindices. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore domino uidetur esse concessum? Quod uero a deo concessum est: ita concessum est, ut suo tempore, qui acceperat rationem, deo reddat: secundum parabolam talentorum seruis a domino commissorum Matth. 25. Itẽ Aug. super Ioh. Mirantur blasphemi: quia commouentur potestates Christianæ contra dissipatores ecclesiæ detestandos. Si non commouerentur, quomodo redderent rationem deo de imperio suo? Incendat charitas uestra, quod dicam: quia hoc pertinet ad reges Christianos, ut temporibus suis

Ioh. 16.

Rom. 8.

Inno. 23.

Matth. 25.

paca-

Ex parte finis regiminis qui est duplex.

pacatam uelint matrem suam ecclesiam habere: unde spiritualiter nati sunt. Ex prædictis satis probatū relinquitur, ꝙ potestas secularis (quia a deo est) exercere debet ad honorem dei, ad correctionem multorum deum offendentium. ¶ Secundo probatur idem ex parte finis regiminis. Est autem finis regiminis duplex. Vnus principalis, quo est finis simpliciter ultimus, qui est beatitudo æterna. De quo beatus Isidorus lib. 3. sententiarum suarum. cap. 24. dicit: Boni iudices iustitiam ad solam obtinendam uitam æternam suscipiunt: Hic enim finis esse debet omnium humanorum actuum, bonorum, & meritoriorum. Vnde & prædictis subijcit Isidorus. Nec eam iustitiam muneribus acceptis destruunt, ut dum de iusto iudicio temporalia lucra non appetunt: præmio æterno ditentur. Alius est finis mediatus ad ultimum finem relatus, qui est pax terrena. Ad utrumq; finem obtinendū necessaria est correctio peccatorū populi. Siquidē peccata ab utroq; fine impediunt, & tā pacē æternā, quā tēporalē tollūt. Quod æternā, manifestū est: quia beatitudo æterna nō cōfertur nisi iustis ab omni peccato immunibus. Nihil enim inquinatum intrabit in illud. ¶ Quod etiam peccata non correcta tollunt pacem temporalem, patet: quia propter peccata hominum inducit dominus gladium, & pestes uarias. Vnde Leui. 20. Homo de filijs Israel, & de aduenis, qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eū. Et sequitur. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum dimiserit hominem, qui dederit de semine suo Moloch: nec uoluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius: succidāq; ipsum, & omnes, qui consenserunt eius fornicationi de medio populi sui. Deniq; quid aliud loquuntur maledictiones transgressorum præceptorum domini. Deut. 27. & 28. capitulis, & comminationes prophetarum: nisi ꝙ uniuersæ plagæ dei in populum desæuiunt, eo ꝙ peccata impunita relinquuntur. Item bea. Augu. 23. q. 4. si ea. Si ea inquit, de quibus uehementer offenditur, insequi, uel ulcisci differimus, ad iracundum utiq; diuinitatis patientiam prouocamus. Nonne Achor filius Zarę præterijt mandatum domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit: & ille erat unus homo, utinam solus periisset in scelere suo. Item bea. Greg. ad Brunihildem reginam francorum. c. si quos. Si quos igitur uiolentos: si quos adulteros, si quos fures, uel alijs prauis actibus studere cognoscitis: deū deorum correctione placare festinate: ut per uos flagellum perfidarum gentium, quod quantum uidemus ad mulctarum nationum uindictam excitatum est, non inducat. Ne si quod non credimus diuinæ ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota: belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis uiam dei præcepta non reuocant. Item bea. Cypria. & habetur 23. q. 5. si audieris. Si audieris ait, in una ex ciuitatibus, quas dominus deus dabit tibi, inhabitare illic dicentes. Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos deos non nouisti interficiens necabis omnes, qui sunt in ciuitate ęde gladij, & incendes ciuitatē igni, & erit sine habitaculo & in æternum nō reædificabitur. Etiam nunc ut aduertatur deus ab indignatione iræ suæ: & dabit misericordiam tibi: & miserebitur tui, & multiplicabit te si audieris uocem domini dei tui, & obseruaueris præcepta eius. Cujus præcepti, & uigoris memor Matarthias, interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa dominum colendum: & idola spernenda hæc præcepta seruata sunt: quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt: quando ille ueniens non tantum uerbis nos hortatus est, sed etiam factis? ¶ Ex quibus patet, ꝙ inanis est defensio armorum reipu. non correctis

C

Apoc. 21.

Leui. 20.

Auguſt

ctis uitijs in plebe, quibus correctis haud dubium, deus est, qui pugnat pro nobis. Nam sicut negligentia, & correctionis dissimulatione ira prouocatur diuina, ita eorum correctione debita, dei innotescit ira. Sic mitissimus Moyses uindicato idolatriæ peccato in populo occisis. 23. milibus iram domini
Exo. 32. a cæteris amouit multitudine. Exo. 32. Sic phinees filius eleazari per uindictam stupri dominum placauit populo, & sacerdotium promeruit: ut habetur Nume. 25. ubi habetur. Dixit dominus ad Moysem. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam a filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Et ibi præmissum est. Iratus dominus ait ad Moysem. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: ut auertatur furor meus ab Israel. Sic Matathias uolens cõgregare populum prius uindicauit uindictam dominiin Iudæum idolo sacrificantem: & nuncium regis ad id compellentẽ: utrosq; trucidando super altare. 1. Macha. 2. Et filius eius Iudas acturus præ-
1. Mach. 2. lia populi, prius egit prælium domini. Nam persecutus est iniquos persecutans eos, qui perturbabant populum eius: & perambulabant ciuitates Iudæ: & perdidit ipsos ex eis: & auertit iram ab Israel. Et sic post peccatorum uindictam, induit se arma bellica ad pugnandum contra gentes: & gloriosissimis potius, est triumphis domino sibi assistente, ut habetur. 1. Mach. 3. & per totum librum. Multa ad idem colligi possent ex libris iudicum, & regum. Et o utinam hæc attenderent principes nostri ad bella processuri: immo bella præuenturi, prius mucrones suę correctionis exacuerent in transgressiones publicas diuinorum mandatorum per pœnalia statuta, ipsaq; exequerentur. Sic paucis, immo pœnæ nullis expensis, immo cum lucro populum sibi subiectum a peccatis præseruarent: ac sibi placato domino, bella, quę non sine maximis sumptibus, ac populi iactura agi possunt: cauerent. Non sunt hi (negligentes principes in corrigendo peccata) ueri pacis defensores: sed magis pacis turbatores: correctionis negligentia iram, & flagellum contra se, & popolum prouocantes. Nec minus detestandum est: q; ad bella processuri: non prius se per confessionem, ac pœnitentię sacramentum deo reconciliant: sed turpissimos bellatores actui deum sine intermissione ludis, fornicationibus, furtis, adulterijs & cæteris criminibus offendentes: non attendentes, aut forte non credentes: q; non in hominum fortitudine, aut multitudine: sed dumtaxat de cælo uictoria est. Et quomodo illam de cælo sperare
Mach. 3. possunt: qui deum cæli tam grauiter offendunt? Vt ergo potestates seculares pacẽ æternã & tẽporalẽ adipisci ualeant: cõtra peccata subiecti populi dimcent. Nam circa punitionem peccatorum eorum potestas principaliter exercere debet. Vnde Deut. 13. dicitur non solum sacerdotibus: sed generaliter omnibus in potestate constitutis. Fictor somniorum uolens ad idolatriam pertrahere, aut a deo uero auertere, statim interficiatur. Simile habetur Deut. 17. ca. Item ille, qui est minister regni dei: præcipue habet iudicare, ac punire peccata, quæ subditi sui committunt in deum: reges autem sunt ministri regni dei: quibus dicitur. Sap. 6. Cum esseris ministri regni illius: nõ recte iudicastis &c. Maior patet: quia minister regni præcipue habet punire ea, quæ subditi sui committunt contra regem, & regnum: talia autem sunt peccata. Item ad reges pertinet dissipare omne malum secundum illud Prouerb. 20. Rex: qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sed nihil est magis malum, quam peccatum. Pertinet ergo a regis officium dissipare condigna ultione peccatum Item non minorem iurisdictionem habent reges in nouo testamento, quam habuerunt reges in ueteri testamento. Ad reges autem ueteris testamenti pertinebat punire idolatras, & blasphe-

mos

mos. Nam de Rege Asa legitur. 3. Reg. 15. q̃ fecit rectũ ante conspectum domini, sicut Dauid pater eius, & abstulit effeminatos de terra, purgauitq; uniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius, & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris priapi, & subuertit specum eius: & contrigit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. Sic Iehu omnes prophetas Baal occidit. 4. Regum 10. Ergo non minus pertinet ad regis noui testamẽti uindicare offensas dei. Vnde & præceptum est regi Deuteron. 17. ut postquam sederit in solio regni sui, describat sibi Deuteronomium legis in uolumine, legatq; illud omnibus diebus uitæ suæ &c. ut sic discat timere dominum deũ suum, & custodire uerba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt &c. Et quare hoc, nisi ut sciat quid remuneret, & quas legis transgressione puniat. ¶ Ad idem sunt auctoritates sanctorum. Nam beatus Cyprianus in de. 12. abusio ait. Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, periuros non sinere uiuere, filios suos non sinere impie agere. Item Pelagius Papa. Hoc diuinæ & humanæ leges, statuerunt, ut ab ecclesiæ unitate diuersi, & eius pacem iniquissime perturbantes a secularibus etiam potestatibus comprimantur, nec quicquã maius est, unde deo sacrificium possitis offerre quam q̃ si id ordinerissut hi, qui in suam, & aliorum perniciem debachantur, competenti debeant rigore compesci. & habetur 23. q. 5. Quãli nos. Item beatus Chrys. Sicut sacerdos debitor est, ut ueritatem, quã audiuit a deo, licite prædicet, sic laicus debitor est, ut ueritatem, quam audiuit a sacerdotibus, in scripturis esse probatam defendat. Quod si non fecerit perdidit (alias perdit) ueritatem, & habetur 11. q. 3. Nolite. Item August. super Psal. 81. Ostendit propheta nec illos immunes esse a scelere, qui permiserunt Christum, principibus occidere, cum præ multitudine timerentur: & possent illo, a facto, & se a consensu liberare. Qui desinit obuiare peruersis, cum potest, consentit. ut patet 83. dist. c. error. cum 2. c. sequen. & distinctio. 86. culpam. alias incipit. scientia culpam. & 23. q. 3. qui potest. Tenebantur ergo prohibere pontifices, & principes, ne occiderent Christum, ergo ad laicum spectat prohibere criminacum potest. Neq; magis tenetur laicus iudex iniuriam dei repellere, quam iniuriam socij. sed ut dicit Amb. lib 1. de offi. Fortitudo, quæ bello tuetur patriam a barbaris, uel domi defendit infirmos, uel a latronibus socios, plena iustitia est. Item Aug. ad Crescionium grammaticum obijcientem ei. Quisquis Christianus inimicum persequitur, Christi est inimicus. Respondit Aug. Verum dicis, si non persequitur hoc in illo, quod Christo est inimicum. Neq; enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sunt utriq; Christiani, non debent persequi uitia Christianæ contraria ueritati. An uerò si non persequantur; non rei negligentiæ merito teneantur? Vnde debet homo (ut idem dicit ad macedonium) diligere proximum suum sicut seipsum, ut quem potuerit hominẽ beneficientiæ consolatione, uel informatione doctrinæ: uel disciplinæ coertione adducat ad colendum dominum. Nam mali sunt prohibendi a malo: & cogendi ad bonũ, ut idem Augu. ait ad donatum presbyterum. ¶ Idem in libro psalmorum & allegatur. 23. q. 4. c. duo ista. Duo ista nomina cum dicimus homo, peccator, non utiq; frustra dicuntur, quia peccator est, corripe, quia homo, miserere rei nec omnino liberabis hominem, nisi persecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis inuigilet disciplina: sicut cuiq; regẽti apta, & accommodata est: nõ solũ epo regenti plebẽ suã: sed ẽt pauperi regenti domũ suam: diuiti regenti familiã suã, marito regenti coniugẽ suã, patri regenti prolẽ suã, iudici regenti prouinciã suã, regi regenti gentẽ suã. Et paulopost. Ita nulli

3. Reg. 15.

4. Reg. 10.

Deute. 17.

B

Augu.

Augu.

Ambro.

Augu.

Augu.

homini claudenda est misericordia, nulli peccatori relaxãda est impunitas. Et post. Non ergo suscipiamus peccatores, propter quod sunt peccatores: sed tamen eosipsos, quia homines sunt, humana, consideratione tractemus. Persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem naturã. ¶ Et ex illo arguitur. Non minorem iurisdictionem habet potestas seculatis in sibi subditos, quam paterfamilias in suam familiam, quam pater in filium, quam marius in coniugem, sed omnes illi possunt, & tenentur regere suos: & cogere ad obseruantiam mandatorum dei: & honestatem uitæ ergo &c. Item magis spectat ad principem constitutum a deo, a quo est omnis legitima potestas, ulcisci iniuriam dei, quam suorum ciuium, sed omnium peccata iniuriam inferunt domino: ergo magis spectat ad deum ultio peccati, quam ultio iniurię subditorum, & tamen ad secundam tenetur: ergo multò magis ad primam. ¶ Idem probatur tertio ex parte personæ principantis. In qua duo considerantur .s. quia homo est: & quia in potestate est, ut dicit Augu. ad Bonifacium. Aliter domino seruit, quia homo est: ruit leges iusta est. Quia homo est seruit uiuendo fideliter: quia rex est, sealiter, quia rex præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti rigore sanciendo. Inquantum igitur homo fraterna correptione habet proximum admonere, ut præcedenti lectione monstratum est, atq; cauere, ne malis societur. Sed secundum prophetæ admonitionem a malis recedere, inde exire, & in mũdum non tangere, contactu cordis non corporis. Vnde Augu. super Iohannem tractans uerba prædicta. Quid est (inquit) tangere immundum: nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde: nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum? quantum pro uniuscuiusq; gradu, atq; persona salua pace fieri potest. Et paulopost. Ergo fratres mei quotquot habetis inter uos, qui adhuc amore seculi prægrauantur, auaros, perditos adulteros, inspectatores augurũ, consultores mathematicorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos. Quicquid inter uos malorum esse nostis quantum potestis, improbate, ut corde recedatis, & redarguite: exęatis inde: & nolite consentire ut immundum non tangatis. Et li. 2. contra Parmenianum. Quisquis quod potest, arguendo corrigit, uel quod corrigere non potest, saluo pacis uinculo excludit: uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest, æquitate improbat: firmitate supportat: hic est pacificus, & ab illo maledicto immunis, de quo scriptura dicit: Væ his, qui dicunt nequam bonum, & quod bonum est, nequam. Ita plane sociatur quis malis: si mali aliquid committit, aut cõmittentibus fauet. Si autem neutrum faciat: nullo modo sociatur. Porrò si addat tertium, ut non sit uindicando piger: sed corripiat iustus in misericordia, & arguat, & hoc cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi faciat, plenissimum officium castissimæ innocentiæ impleuit. Hæc congruũt personæ in potestate cõstitutæ ut hoium, quia conueniũt oi homini. Sed aliquid plus requiritur ad eius personã, ut regi. i. ut regẽti. Sic .n. et conuenit, ut leges iustas, & edicta pœnalia contra peccata statuatur: transgressores corrigendo puniat. De primo dicit Aug. ad Bonifacium: ut supra allegatum est: quia rex est: leges iusta precipientes: & contraria prohibentes cõuenienti rigori sanciant. ¶ Ad idem loquitur b. Aug. Quoniam imperatores ueritatem tenuere: & pro ista contra errorem iubent, quisquis contẽpserit ipse sibi iudicium acquirit. Idẽ Aug. ad Vincentiũ. 23. q. 4. Non inuenitur. Quis enim uestrum non laudat leges imperatorum datas aduersus sacrificia paganorum? Et ad Bonifacium loquens de imperatoribus ait dist. 9. c. 1. Quando pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges terrentur seuientes, & corriguntur intelligentes. Quicunq; uero legibus impera-

Ex parte personę principantis.

Augu.

Aug.

Aug.

Aug.

torum,

torum,quæ pro dei ueritate feruntur, obtemperare non uult:grande acquirit supplicium. Idem ad Bonifacium. 23. q. 4. Si ecclesia. loquens ad hæreticos ait. Quod autē scilicet hæretici,dicunt: qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terræ apostolos talia: non considerant aliud fuisse tunc tps,& omnia suis conuenire temporibus. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator? quis enim propietate cōtra impietatem leges ferendo sæuiret? Tunc enim adhuc illud propheticum implebatur. Quare fremuerunt gentes,& populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus dominum,& aduersus Christum eius. Nōdum enim agebatur, quod Paulopost in eodem Ps. dr. Et nunc reges intelligite, eruditmini,qui iudicatis terrā. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore:nisi quia ea,quæ contra dominum iussa fuerint; religiosa seueritate prohibendo,atq; plectendo. Et sequitur quod supra allegatum est. Aliter enim seruit:quia homo est;aliter etiam,quia rex est. Quia homo est: seruit uiuendo fideliter. Quia rex est,seruit leges iusta præcipientes,& contraria prohibentes conuenienti rigore sanciendo. ¶ Quod etiam exemplis ostenditur. Nam reges infideles,leges pro fide laudabiliter ediderunt. Nam Nabuchodonosor legem edidit pro fidei ueritate. 23. q. 4. Qñ uult. Quia ut legitur Daniel. 3. ait. A me positum est decretū hoc, ut omnis populus tribus,& lingua,quecunq; locuta fuerit blasphemiam contrā deum Sidrach, Misac,& Abdenago, disperat, & domus eius uastetur. Neq; enim est alius deus,qui possit ita saluare. Rex etiā Artaxerxes. Hester ult. legem edidit dicens. Hoc edictum, quod nunc mittimus,in cunctis urbibus proponatur,ut liceat cunctis iudæis uti legibus suis. Reges etiam fideles leges pro ueritate fidei condiderunt. Quod ēt testatur Aug. in epistola ad Vincētium:ubi corrigit seipsum ꝛ eo ꝙ prius in opinione erat, ꝙ nullus ad ueritatem Christi cogendus esset. Sed illam mutat allegans ad hoc di. Ciuitas mea, quæ cum tota esset in parte donati,ad unitatem catholicam legum imperialium timore conuersa,quam nunc utdemus,ita amositatis uestræ perniciem detestari, ut in eo nunquam fuisse credatur. Hoc etiam ratio probat. Nam ille potest leges pro fide statuere,qui non solū pro contemplatione hominum, sed etiam pro contemplatione dei pōt tus condere:hoc autem competit laicali ptāti, ergo. Minor patet dist. 1. ius ciuile. ubi dicitur. Ius ciuile est, quod quisq; populus:uel quæcunq; ciuitas sibi proprium humana,diuinaq;cā constituit.i.ex cōtēplatione dei,& hoim secūdū glo. ibidē. Item omnis persona, uel cōtras iurisdictionē hñs coactiuam, pōt legē statuere de his,ad quæ alias tenentur,& ad ea obseruanda potest subditos pœna rationabili obligare:sed omnis fidelis tenetur legem diuinam, & eius præcepta seruare, ergo potest ad ea seruanda, habens iurisdictionem,subditos sub certis pœnalis rōnabilibus obligare. Sic habēs iurisdictionem pōt per leges suas subditos suos ad ea obligare,quæ pacem,& tranquillitatem eorum conseruant,& ea prohibere, quę pacem turbant. Sola aūt diuinæ legis transgressio tranquillitatē,& pacē turbat:ut ex prædictis patet,ergo potest has prohibere sub moderatis pœnis. Et ex illis arguitur. Qui habet condere legem, habet eā defendere, & transgressores punire:& secularis potestas pōt legē condere de obseruandis diuinis pceptis, ergo transgressores sibi subditos punire. ¶ Sed hic dicunt hæretici, & cæteri homines moribus perditi,quōd nemo cogendus est ad fidem: neque ad bonum. Nam nemo ad id cogendus est, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autē quis inutiliter cogitur, cum deus aspernet coacta seruitia. Vnde Apostolus cū corinthios ad eleemosynas hortaretur, ait. 2. Cor. 9.

G

I

Reges infideles leges pro fide laudabiliter ediderunt.

Vnusquisq; det, prout destinauit in corde suo, & non ex tristitia, aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Vnde datur intelligi, q̃ qui inuitus dat, & rem perdit, & meritum. Item ad Philemonem ait. Ne uelut ex
1. Ioh. 4. necessitate bonum tuum esset: sed uoluntarium. Item 1. Ioh. 4. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Qui aũt cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate. Sine charitate autem nihil dño
August placet & acceptatur ad præmium sempiternum. His rñdet be. Aug. ostendẽs q̃ mali compellendi sunt ad bonum. Vnde Donato presby. ait 23. q. 4. Di splicet. Displicet (inquit) tibi q̃ traheris ad salutem dei: cũ tamen multos nostros ad perniciem traxeris. Quid enim uolumus, niſi te compræhendi, præsentari & seruari ne pereas? Sed neq; hoc tibi fieri debuisse putas, qui neminem existimas cogendum ad bonum. Attende, quid dixerit apostolus, qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: & tamen multi ut episcopatum suscipiant, tenentur: inuiti perducuntur, includuntur, patiuntur inuiti mala, quæ nolunt: donec eis assit uoluntas sustinendi (alias suscipiendi) operis boni. Quãto magis uos ab errore pernicioso, in quo nobis inimici estis: trahendi estis: & perducendi ad ueritatem, uel cognoscendam, uel eligendã, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiã ne nequissime pereatis.
Am mali sint ad bouũ, & ad diuinæ legis obseruãtiã cogendi.
I Sequitur q̃ Dicis dominum dedisse liberum arbitrium: ideo non debere hominem cogi ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra diximus: coguntur ab bonum? Intende ergo, & considera: q̃ non ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat: nec damnari hominem niſi merito malæ uoluntatis, nec liberari niſi bonam habuerit uoluntatem? non tamen ideo, quia diliguntur, male suę uoluntati impune, & crudeliter permittendi sunt. Sed ubi potestas datur a malo prohibendi, & ad bonum sunt cogendi. Nam si uoluntas mala semper suę permittenda est libertati: quare Israelitę reclamantes, & remurmurantes, tam duris flagellis a malo prohibebantur: & ad terram promissionis compellebantur? Si uoluntas mala suæ permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti sua pessime uoluntate, qua persequebatur ecclesiam, sed prostatus est, ut ceçaretur: cæcatus est, ut mutaretur, mutatus est, ut mitteretur, missus est, ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur. Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati: quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum uerbis corripere, sed etiam latera eius tũderetur ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idem Salomon dicit. Tu percutis eum uirga: animam autem eius liberas a morte. Si autem mala uoluntas semper suæ permittenda est libertati: quare corripiuntur negligentes pastores: & dicitur eis. Errantem non reuocastis: perditum non inquisistis? Et nos oues Christi estis: characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis, sed errastis, & peristis. Non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus uoluntatẽ dñi monentis, ut uos ad ouile eius redire cogamus, quam consentiamus uoluntati errantium, ut perire uos permittamus. Noli ergo iã dicere, quod assidue audio te dixisse. Sic uolo errare: sic uolo perire. Melius hoc oĩno pire nõ pmittimus: quãtũ possumus mõ: Sequit. Quod te in puteũ, quo morereris, misisti, utiq; libera uolũtate fecisti: quam crudeles essent serui dei, si huic male uoluntati tuæ te permitterent, & non te de illa morte liberarent. quis eos non merito culparet, quis impios non recte iudicaret. & tñ tu te uolens in aquam misisti, ut morereris, illi te nolentem leuauerunt de aqua: ne moreris. Tu fecisti secundũ uoluntatem tuam, sed in pernicie tuã: illi cõtra uolũtatẽ tuã, sed cõtra mortẽ tuã. Si ergo salus illa corpalis sic cu

stodien-

stodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetur, quantomagis illa spiritualis, in cuius defectione mors æterna metuitur? Et sequitur. Repetis sicut audio, quod in euangelio scriptum est, recessisse a domino septuaginta discipulos: & arbitrio suæ malæ, & impiæ discessionis fuisse permissos: cæteriſq; duodecim, qui permanserant, fuisse responsum. Nunquid & uos uultis abire? Et non attendis: quia tunc ecclesia nouello germine pullulabat, nondumq; completa fuit illa prophetia. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quod utiq; quantòmagis impletur: tanto maiore utitur ecclesia potestate, ut non solum inuitet: sed etiam cogat ad bonum. Hoc dominus significare uolebat: ꝙ quamuis haberet magnam potestatem, prius tamen eligit commendare humilitatem. Hoc etiam in illa cõuiuij similitudine satis euidenter ostenditur, ubi misit ad inuitatos, & uenire noluerunt. Et ait seruo. Exi cito in uias, & plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait domino seruus. Factum est, ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in uias, & sæpes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Vide nunc quemadmodũ de eis, qui primo uenerant, dictum est: introduc eos, tunc dictum est compelle. Ita significata sunt ecclesiæ primordia, adhuc crescentis, ut essent uiri ẽt compellendi. Et iterum idem Augu. 23. q. 4. Quis nos. Quis nos (inquit) potest amplius amare, quam Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et cum Petrum, & alios apostolos uerbo solo uocasset, Paulum ecclesiæ suę postea magnum ædificatorem: sed horrendum antea uastatorem non solum uoce compescuit: uerum etiam potestate prostrauit: atq; infidelitatis tenebris seuientem: ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret prius cæcitate corporis percussit. Si pœna illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur. Et quando apertis oculis nihil uidebat, ſi eos saluos haberet: non ad impositionem manus ananiæ: ut eorum aperiretur intuitus tanquam squãmæ, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. Vbi est, ubi est, quod illi clamare consueuerunt: liberum est credere uel non credere? Cui uim Christus intulit: quem coegit? Ecce habent Paulum apostolũ. Agiscãt prius in eo cogentẽ Xp̃m: & postea docentẽ, prius feriẽte & postea cõsolãte. Mirũ est. n. quòmodo ille qui pœna corporis ad euãgelium coactus intrauit, plus illis omnibus: qui solo uerbo uocati sunt, in euangelio laborauit. Et quẽ maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foris mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent? Ex his & alijs multis quę breuitas omittere suadet, satis patet etiam malos ad bonum cogendos esse. ¶ Et per hoc a replicas contra hoc inductas simul rñdetur, ꝙ si bonũ, ad qđ mali cogunt, semp inuiti tolerarẽt: & nũquã uoluntarij seruirẽt, inutiliter cogerent ad illud. & hoc quãtũ ad seipsos, licet nõ inutiliterquã tũ ad alios hmõi pœna territos, & a malo cohibitos. Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ueniunt abhorrere: & consueta uelle magna custodiæ diligere: flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo: & prouocandi ad bonum, ut dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur: abhorreatur, bonum uerò ex consuetudine dulcescat. Vnde Augus. in Psalm. 127. Cum per timorem gehennę continet se homo a peccato, fit consuetudo iustitiæ, & incipit (quod durum erat) amari: & incipit timor excludi a charitate: & succedat timor castus, quo timemus ne tardet, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis, sed non permanet in æternum, ut iste. Et per hoc patet solutio primæ, & ultimæ replicę. Ad apostolum Corinthijs, & Philemoni scribentem: ut bonum eorum non necessarium sit, sed uoluntarium. Dicendum, quòd apostolus loquitur de operibus

oluuntur ra
ionis prio-
es.

Auguſt. Pſalm. 127.

misericordię, quæ extra casum necessitatis sunt opera supererogationis: & ad illa nemo debet cogi, cum non sint de necessitate salutis, neq; præcepti, & quantum ad illa, homo stat suo iudicio. Secus de his, quæ præcepta sunt quorũ transgressio inducit mortem sempiternam. ¶ Quartò probatur propositio principalis exemplis ueterum potestatum secularium tam fidelium, quam gentilium. Et quidem de gentilibus Nabuchodonosor: Assuero tam supra dictum est: q̃ laudabiliter leges condiderunt contra blasphemos, & pro cultu dei ueri. Quibus addi potest Cyrus rex persarum: ut habetur. 1. Esdræ, & Darius successor Cyri, qui plures leges statuerunt pro ędificatione templi Hierusalem, & cultu dei: impensas etiam dederunt, ac impedientes corripiebant, ut liber Esdræ, & Neemię clare docent. Deniq; ob quam causam Principes Romani, ac cęteri tyranni tam crudeliter seuiebant in apostolos, ac martyres, qui fuerunt uiri pacifici: nihil contra rempublicam molientes: nec temporalia cuiuscunq; diripientes: quia omnia contemserunt: nec pacem communem turbantes: nemini nocentes, omnibus benefacientes, & infirmos curantes. Nihil enim bono statui reipublicę contrarium, eis tanquã maleficis obiectum est: dumtaxat quia idolis sacrificare contemserunt: ipsaq; contemnendam populum docuerunt, ideo contra eos tyranni tanquam deorum suorum falsorum zelatores: in eorundem uindictam exarserunt. Quid putatis; egissent, si uerum deum cognouissent pro eius cultu conseruando? Docuit exemplo. Constantinus de tyrannidæ, & idolatria ad fidem, & ueri dei cognitionem conuersus. Deniq; ad fideles utriusq; test. principes rediens: quantum pro augendo dei ueri cultu: quantum contra transgressores, & idolatras egere, Dauid, Iosaphat, Ezechias, Helias propheta, Iosias cæteriq; plurimi, qui legitima potestate freti: & leges sanctas pro obseruatione diuinorum mandatorum statuerunt, & transgressores ad eorum emendationem, & cæterorum terrorem, pœnis huiusmodi statutis afflixerunt, ut factis declarant libri regum. Paral. immo tota ueteris testamenti historia. In nouo autem testamento, quod lex est amoris, non timoris, in quo non sicut in priori testamento: ex maiori parte seruientes timore præmebantur: sed maxime dilectione nutriebantur, licet ratius, non tamen omnino defuerunt tales uindictæ. 23. q. 4. ea uindicta. Nam & in principio nascentis ecclesiæ uerbis beati Petri apostoli ananias, & uxor eius, sicut Act. 5. legitur exanimes ceciderunt, nec resuscitati, sed sepulti sunt, ut dicit Aug. in lib. 1. de ser. domini in monte & contra Faustum. 23. q. 4. quid crudele. Sic plane & apostolus non crudeliter, sed amicabiliter, tradidit hominem Sathanę in interitum carnis. 2. Cor. 5. ut spiritus eius salus sit in die domini nostri Iesu Christi. Tradidit & alios; ut discerent non blasphemare, correcti. i. dæmonis uexatione. ¶ Quid dicam de religiosis, ac sanctis Christiani regni imperatoribus, regibusq;, Sancto Karolo magno, Sancto Ludouico, Iustiniano cæteriq; legum conditoribus: quanta statuerunt pro fide catholica: quanta contra hæreticos, blasphemos, ac cæteros mandatorum dei transgressores, quas suas leges non inaniter statuerunt: sed fideliter executi sunt? Quorum edicta imperialium legum codicibus inscripta sunt: & usq; in hodiernum diem, & in uniuersitatibus publicæ leguntur, & in secularibus iudicijs practicantur. Et ex his omnibus satis existimo probatam propositionis sextę partem secundam, quæ dicitur, q̃ secularis potestas tenetur publice delinquentes in legem dei congrua coertione animaduertere. ¶ Sed in his correctionibus ministrandis duo diligenter attendenda sunt. Primum, ne modum peccati correctionis modus excedat. Secundum, ut non uindictæ appetitu: sed charitatis instinctu fiat. De primo loquitur bea. Augu. contra Petilia-

L

Probatio quarta exemplis extenditur.

Act. 5. & August

2. Cor. 5.

M

num.

num. 23. q. 4. Qui peccat. Qui peccat (inquit) nõ peccat legis auctoritate: sed contra legis auctoritatem. Quia uero interrogas, quæ sit ratio persequendi: uicissim te interrogo, cuius sit uox in psal. dicentis. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Quære itaq; causam, & modum persecutionis, & noli tanta imperitia malorum generaliter persecutiones reprehendere. Non enim persequimur uos, nisi quemadmodum uerita persequitur falsitatem. Sed petulianus dixit. Si apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Auguſt. respondet. Possum quidem dicere ipsum Sathanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui tamen tradidit apostolus hominem ad interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Item & alios, de quibus dicit, quos tradidi Sathanæ, ut discant non blasphemare. Et dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores: ubi etiam connexum est testimonium scripturæ dicentis. zelus domus tuæ comedit me. Ecce inuenimus apostolum traditorem, Christum persecutorem, quare per uiolentissimas turbas etiam ultro improbi estis ecclesijs catholicis? Vbi poteritis aduertere, q̃ innumerabilibus exemplis res ipsa indicat. Sed dicitis uos loca uestra defendere, & resistitis fastibus, & cedibus, quibuscunq; poteritis: quare non audistis uocem domini dei dicentis? Ego autem dico uobis non resistere malorum si fieri potest: q̃ aliquando recte per uim corporalem resistatur uiolentis, nec ideo præceptum uioletur, quod audiuimus a domino. Ego autem dico uobis non resistere malo. Cur non etiam hoc fieri potest per ordinatas, & legitimas potestates de sedibus, qua illicite usurpantur: uel ad iniuriam dei retinentur, ut pius expellat impium: & iustus iniustum? Neq; enim eodem modo passi sunt pseudo prophetæ ab Helia, quo ipse Helias a rege nequissimo: scilicet Achab. Aut quia flagellatus est dominus a persecutoribus, passionibus eius comparandi sunt: quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat igiturut nihil aliud requirendum esse fateamini: nisi an iuste, an ipse fecerit is. Non miremini: si non desunt ministri deo, per quos flagellamini, quia persecutionem patimini nõ a nobis, sed sicut scriptum est, ab ipsis factis uestris. Et infra. De persecutione uestra quæ da sedabitur: si cogitetis prius, & intelligatis non omnem persecutionem esse culpabilem, alioquin uerò non laudabiliter diceretur. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Nam quotidie uidemus, & filium de patre tanquam de persecutore suo conquæri, & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, uel prouincialem de duce, uel rege. Cum illi plerumq; ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores æquium pœnarum a grauioribus malis prohibeant, atq; compescant. Plerumq; autem a bona uita, & bonis factis minando, & seuiendo deterreant. Sed cum a malo illic te prohibeant, correctores, & consultores sunt. Cum autem a bono, & licito, persecutores, & oppressores sunt. Sed culpantur etiam, qui prohibent a malo, si modum peccati, modus correctionis excedat. Ecce q̃ excessus correctionis in uitio est corrigentis. Moderata igitur, & temperata debet esse correctio. ¶ De secundo. s. q̃ non uindictæ appetitu sed charitatis affectu correctio fiat, loquitur. b. Aug. ad Vincentiũ donatistã (& allegatur. 23. q. 4 c. nimium) di. Nimiũ sunt inquietis: quos per ordinatas a dño potestates secula resc ohiberi atq; corrigi mihi non uidetur inutile. Nam de multorũ iã correctione gaudemus. Et sequitur. Si enim quisquam inimicum periculosis febribus frenetic um factum currere uideret in præcipitium: nõne tunc potius malũ pro malo redderet: si sic eũ ire permitteret, quam si corrigendũ, curandumq; ligaret; & tamen tunc ei molestissimus & aduersissimus uideretur, quã

Petulian. 23. Psal. 100.

Non uindictæ appetitu sed charitatis affectu correctio fiat.

N

do utilissimus,& misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tanto ei uberius gratias ageret,quãtò minus sibi peperciſſe ſenſiſſet.Et poſt pauca. At quibuſdam iſta non proſunt. Nunquid ideo negligenda eſt medicina: quia nonnullorum inſanabilis eſt peſtilentia? Et ſequitur. Non omnis,qui parcit,amicus eſt,nec omnis, qui uerberat,inimicus. Meliora ſunt uulnera amici,quam blando oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quã cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligit, quam eſurienti panis frangitur,ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Et infra. Putas neminem debere cogi ad iuſtitiam:cum legas patremfamilias dixiſſe ſeruis,quoſcunq; inueneritis,cogite intrare? Cum legas & ipſum primò Saulum:poſtea Paulum:ad ueritatem cognoſcendam,& tenẽdam,magna uiolentia Chriſti cogentis eſſe compulſum. Et infra. Nouerntis ſurem aliquando auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello errantia pecora reuocare. Et poſt pauca. Aliquando & q ui perſecutionem patitur, iniuſtus eſt,& qui eam facit,iuſtus eſt. Sed plane ſepę & mali perſecuti ſunt bonos,& boni malos. Illi nocendo per iniuſtitiã. Iſti conſulendo per diſciplinam. Illi inaniter: iſti cẽpeſantur. Illi ſeuientes: cupiditate: iſti charitate. Nam qui trucidat,non conſiderat,quemadmodum lanier. Qui aũt curat,conſiderat quemadmodum ſecet. Ille perſequitur ſanitatem,iſte putredinem.Occiderunt impij propheras,occiderunt impios & prophete. Flagellauerunt Iudæi Chriſtũ? Iudæos flagellauit & Xps. Traditi ſunt apoſtoli ab hominibus humanæ poteſtati, tradiderunt apoſtoli hoies Sathanæ. In his omnibus quid attenditur,niſi quis eorum pro ueritate:quis pro iniquitate,quis nocendi cã,quis emendandi ſpũ ſeuiat? Non ergo uindictæ appetitu,ſed affectu diligentis ſibi ſubditos corrigere debent ſeculares ptãtes. ¶ Et per hoc ñdendũ eſt ad rationes in principio huius lectionis motas. Ad primam quæ arguit,q ad papam ſpectat de quocunq; mortali crimine corrigere Chriſtianum &c. Dicitur uno mõ q ad eccleſiam ſpectat duplex punitio,ſeu correctio. Vna in foro penitentiali. Alia in foro cõtentioſo. Prima ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum reſpectu cuiuslibet Chriſtiani pro quocunq; peccato. Secunda correctio non ſemper ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum: preſertim in criminibus ſecularibus,ſed in certis caſibus, ut qñ criminoſi ẽt temporali iuriſdictioni eccleſiaſticorũ ſunt ſubtecti. Similiter dũ nõ eſt iudex ſecularis,aut dũ negligens fuerit faciendo iudiciũ, & iuſtitiã uel crimina puniẽdo. Aut quando iudex ſecularis nõ põt delinquenti pœnã inferre, ut qñ crimen eſt manifeſtum:& tamen criminoſus latet, & forte in alijs caſibus, quos ponunt canoniſtæ. Propter quam duplicem correctionẽ caute attendendũ eſt, de qua loquuntur auctoritates ſanctorũ,& canonicis: quæ uidentur ſuperficietenus cõtrariæ. Et cõſequẽter negẽt conſequẽtia:& pctõrũ correctio non pertineat ad iudicem ſecularem: alioquin ſupprimeretur omnis poteſtas puniendi quocunq; crimina ſecularia poteſtatum ſecularium, quod manifeſte ſacris canonibus aduerſatur: ut in eodem allegato cap. Nouit. patet, ubi dicitur. Non putet aliquis: quòd illuſtris regis francorum iuriſdictionem perturbare, aut minuere intendamus, & cum ipſe iuriſdictionem noſtram nec uelit, nec debeat impendire. Et ſequitur. Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium. Ad probationes conſequentiæ. Alioquin ſi eiuſdem peccati correctio &c. Dicitur: quòd eiuſdem peccati correctio in diuerſo foro poteſt ad diuerſos ſpectare, & ad diuerſis corrigi, abſque perturbatione catholicæ pacis, dum pœnæ illatæ ſe non impediunt, nec forus torum. ſicut eſt uidere in multis criminibus, quæ a iudicæ eccleſiaſtico puniuntur pœnam excommunica-

O Soluũtur rõnes tenẽtes, quod correctio poteſtatiue criminũ nõ ptinet ad poteſtatẽ ſecularem.

munications,& a seculari pena mortis,ut crimē hæresis, presbytericidij,sacrilegij &c.Sic etiam in diuersis casibus eiusdem criminis correctio ad diuersos spectare potest absque pacis perturbatione, & hoc eiusdem in numero, uel in specie. Sic dum pœna unius fori contemnitur, suppletur per pœnam alterius fori, quæ ab omnibus timetur. Et per hoc non contingit aliquem publicè pœna sufficienti conteri:cōtra illud, non punit dominus bis in idipsum. Quia pœna totalis,& proportionalis peccato quandoque integratur ex pluribus pœnis partialibus eiusdem fori, uel plurium. Sed quando in uno foro delictum sufficienter punitum esset,cessare debet pœna alterius fori. ¶ Ad secundam,quæ arguit,quod potestas secularis non habet se intromittere de spiritualibus, quæ ad eam non pertinent, ad quod etiam multæ autoritates canonum adduci possunt. ¶ Ideo pro solutione illius, & sequentium est aduertendum, q̄ rem aliquam ad aliquem pertinere dupliciter potest contingere. Primo modo res aliqua ad aliquem pertinet tanquam in potestate eius aliquo mōdo existens,ut scilicet de ea si sibi placuerit (non tamen contra dominum,& rationem rectam,uel leges iustas, seu consuetudines laudabiles) uelit ordinare. Et illo modo spiritualia, & diuina res ēt ecclesiasticæ,ac dignitates ecclesiæ non pertinent ad potestatem secularem: nisi in aliquo casu speciali. Alio modo res aliquæ pertinent ad aliquem tanquam defendendæ ab eo. Et isto modo res ecclesiarum pertinent ad laicos. Sic etiam fides spectat ad laicos,quia eam uiriliter, & potenter defendere tenentur. Et honorem dei tanquam ueri christiani tueri, & offensas eius cohibere. Et per hoc possunt laici statuere arctius suos subditos obligando, ne personas ecclesiasticas, aut res earum offendant, uel molestent iniuste, & contrariūm facientes pœnis debitis coercere. Et multomagis ne deum offendant,fidem persequantur,& impugnent:sacramentis insultent,sacrilegia committant,& similia,sub certis pœnis rationabilibus prohibere. Licet huiusmodi eorum statuta non se extendant, nisi ad suos subditos laicos, non clericos, neque huiusmodi pœnis sic per eos statutis possunt personas a sua iurisdictione exemptas castigare, possunt tamen licitè sibi subiectos, statutis pœnis cohibere. Et secundum hoc omnes autoritates exponendæ sunt, quæ uidentur a laicis tollere autoritatem se quouis modo intromittēdi de spiritualibus,& ecclesiasticis.s. primo modo de eis ordinandi &c. non secundo modo. Quis enim papa non commendaret legem imperatoris statuentis Summum Pōtificem non deberi in suo regimine perturbari nullum laicum res ecclesiasticas contingere, aut ecclesias spoliare &c. Et per hoc correctio peccatorū,sine tamen impedimento ecclesiasticæ iurisdictionis,quātum ad peccatores laicos in foro contentioso,potest potestati laicali conuenire. ¶ Ad tertiam,quæ arguit de criminibus ecclesiasticis, q̄ non pertinēt ad iudicem secularem. Dicendum, quōd crimen diuersimodē dicitur ecclesiasticum, & seculare. Quandoque ratione personæ committentis: quia ecclesiastica,uel secularis. Vel ratione cognitionis, quia eius cognitio tantū spectat ad clericos in sacris literis eruditos, ut crimina in sacramenta matrimonij,ac cetera commissa. Vel ratione obiecti:quia immediatè in deum, sacramenta, uel res ecclesiæ admissum, ut hæresis, blasphemia, sacrilegium. Vel rōne punitionis, seu pœnæ infligendæ. Secundū quorum diuersitatē modorum idem peccatum pōt nunc dici ecclesiasticum, nunc seculare. Et per hoc uario modo respondendū erit. Tñ quantum nunc sufficit,dē q̄ crimen ecclesiasticum primis duobus modis regulariter, & principaliter non spectat ad potestates seculares. Licet in casu etiam utroq; modo ad laicos possit spectare crimen ecclesiasticū, ut dū clerici in eorūpunitione essent negli-

Naum 1. secūdum aliā trāslationē.

P

pūalia qūo ertinēt ad otestatē se ularē quan um ad de- nsionem.

Q

gentes

gentes uiuant etiam malitiosè extrahent in iacturam fidei uel si manifestam hæresim foouerent. Crimen uerò ecclesiasticum tertio & quarto modis, etiam ad potestatem secularem pertinet. Possunt enim laici punire in suis subditis crimina in deum commissa, & in res ecclesiasticas. In omni etiã secta reges etiam distincti a sacerdotibus punierunt illa crimina, quæ putauerunt in deum, uel deos suos: & contra religionem suam commissa: ut supra habitum est. Sic christiani principes licitè puniunt, & occidunt occisores sacerdotum: sures rerum ecclesiasticarum: incendiarios ecclesiarum: effusores sacramenti eucharistiæ: & uasorum eius raptores, etiam non requisiti ad hoc per ecclesiæ prælatos. Ideo multò magis & puniunt crimina in deum commissa, q̃ in sacerdotes, ut res ecclesiasticas, teste B. Aug 23. q. 5. Si propterea. Si propterea (inquit) persecutor non fuit Nabuchodonosor rex: quia scelus in sanctum Danielem commissum uindicauit iustissimè: quomodo uindicandum est a regibus, q̃ Christi sacramenta exufflantur? si prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic uindicati meruerunt. Non ergo uniuersaliter causæ ecclesiasticæ, utputa causa fidei, & dei ad seculares potestates non pertinent. Sicut & defensio fidei non ad solos clericos pertinẽt: sed ad omnes fideles. Non enim clericorum est tantum deus, immo etiam deus est & laicorum, sicut fides æqua est laicorum, & clericorum. alioquin laici nec fidem defendere tenerentur, nec fidem prosequentes opprimere. ¶ Item si iudex secularis sibi subditos pro crimine hæresis (quod ecclesiasticum est, quia immediatè in deum, & fidem catholicam) punire non posset, nec in causa illa eos iudicare, quomodo pater filium pro crimine hæresis coercere posset. Neque etiam iudex laicus clericum ab ecclesia pro hæresi condemnatum, & suo foro traditum, iudicare posset. ¶ Neq; ut quidam dicere uolunt. Iudex secularis in tali casu est merus executor sniæ iudicis ecclesiastici. ¶ Quia sic non posset ei infligere nisi pœnam ab ecclesiastico iudice taxatam. Quod falsum est: quia punit eum secundum leges suas infligendo pœnam mortis per seculares leges taxatam. Sicut ergo facit in clerico suæ curiæ tradito, non minus facere potest de laico hæretico sibi a iudice ecclesiastico non tradito. Quia laicus non minus est semper de foro suo, quam clericus priuilegijs clericalibus exutus, & per hoc suo foro relictus. Et contra hanc solutionem nõ militat Canon Nicolai Papæ allegatus, neque beati Cypriani: quia imperator corrigendo crimina quiq; in suis subditis, limites suæ administrationis non eximunt nec rebus diuinis, aut ecclesiasticis ordinandis, uel disponendis, sed defendendis, & iniurijs uindicandis se implicat. sunt nec pater filium, aut maritus coniugem pro talibus emendando in leges ecclesiasticas impingunt.

R ¶ Ad quartam per idem dicitur, q̃ ad distinctas potestates spectant causæ distinctæ, non quantum ad omnia, sed quantum ad aliqua. Nam eadem causa spectat ad diuersas potestates, ut supra patuit de causa hæresis, qui pertinet ad iudicium ecclesiasticum, quantum ad cognitionem, qua aliquis iudicatur hæreticus secundum communem consuetudinem, & crimen quantum ad punitionem exterminantem non spectat ad potestatẽ ecclesiasticã, sed dũtaxat secularẽ. ¶ Præterea distinctæ potestates pñt de eadẽ causa iudicare. Sicut potestas ecclesiastica iudicat causas seculares propter negligentiam iudicum secularium. Sic etiam potestas secularis facere posset in causa ecclesiastica: dum negligentia clericorum in graue præiudicium fidei uergeret. ¶ Ad quintam: uerum est, quando per se quis iudicat & per alios ueritatem discernere sufficientes. Alioquin necesse foret Papam esse peritissimum theologum, & canonistam, immo & legistam, cum ad ipsum omnes causę in casu sunt referendæ. Similiter & episcopos: cuius oppositum frequenter uidemus. ¶ Item

Augus.

possunt

possunt laici etiam esse utriusq; iuris periti sicut clerici. Possunt denique uti iurisperitorum consilio, sicut in secularibus iudicijs frequenter contingit, dum monetarij ac ceteri artifices contendunt de aliquo suas artes contingente, quarum peritiam iudex ipse non habet, & peritorum in illis artibus consilio, & dictamini acquiescere cogit. ¶ Quod additur, q; commissum est sacerdotibus discernere inter lepram, & non lepram, uerum est generaliter, & maxime in dubijs: quando scilicet dubitari potest de aliquo, an sit peccatum, uel ne. Dum uerò manifestum est actum aliquem esse peccatum, non solum sacerdotibus: sed omni quandoque populo, commissa est punitio, etiam respectu eius, qui dormit in sinu suo, ut habetur Deute. 13. Vnde etsi cognitio inter lepram, & non lepram generaliter commissa sit solis sacerdotibus: non tamen punitio peccatorum iam cognitorum solis clericis commissa est. Patet de hæretico per clericos conuicto. ¶ Per hoc etiam ad textum dicitur, q; contingit diuersos iudices in eadem, uel simili causa uti diuersis legibus: & unum iudicem obligari ad iudicandum secundum aliquas leges: secundum quas non tenetur alius iudex iudicare, ut patet de uno iudice in Gallia: & de alio in Germania. Sic & iudices ecclesiastici iudicant legibus suis: & non imperialibus: & seculares iudicant secundum leges imperiales; & non ecclesiasticas, & hoc quando leges sibi non sunt contrariæ, nec una est alterius impeditiua: sed simul se compatiuntur. Et sicut crimina possunt puniri secundum leges canonicas simul & ciuiles: sicut hæreticus præcellitur excommunicatione per canones, & simul ultimo supplicio per leges, quę pœne simul stant: sic incendiarius ecclesiarum, sic presbytericida, & de multis alijs ita potest iudicari secundum diuersas leges. ¶ Ad ultimum iam responsum est. Nam esto, q; imperatores christiani non haberent aliam potestatem, quam imperatores gentiles, quibus successerunt, quod tamen uerum non est: quoniam ad aliquid tenetur ut imperator christianus, ad quod non tenebatur, ut imperator successor gentilis. Tenetur enim nunc regere imperium secundum legem Christi, ad quod non tenebatur Iulius Cęsar ante Christi aduentum. Sed posito, q; isti non haberent aliã potestatem, quam illi, patuit, q; illi magno zelo uindicauerunt deorum suorum iniurias, licet in hoc peccauerunt, q; falsos deos pro uero deo coluerunt. Spectabat autẽ ad eos nõ inquantum imperatores pagani, sed inquantum imperatores humani colere deum: & derelinquere idola, quia homines. Omnis enim homo ait Grego. in moral. §. 2. ipso, q; homo suum intelligere debet autorem, cui tantò magis seruiat, quanto se de seipso nihil esse cognoscit. Ad hoc data est lex, addita sunt præcepta, non solum fidelium siue sub lege uiuentium, sed etiam eorũ, qui sub lege non fuerunt. i. gentilium legem scriptam non habentium. Qđ uerò imperatores, & reges, spectabat ad eos catholicos defendere, & idolatras, ac blasphemos punire. Licet errauerint, & de facto cõtrarium fecerint. Et ideo ad imperatores, reges & principes, qui eos successerunt in principatu, spectat in sibi subditis dei ueri iniurias uindicare, & ita peccata punire. ¶ Sed adhuc pro plenioti intellectu solutionis primæ rationis replicatur. Nã in tota scriptura non inuenitur aliquid ordinatum de potestate coercendi delinquentes nisi Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum &c. Vbi additur, q; si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Ergo apud ecclesiam est potestas coercendi, uel eius prælatum, & ita non apud laicos. Et huic inniti uidetur constitutio Innocen. de iudicijs noua. Vbi allegat istum textum euangelij. Si peccauerit in te frater tuus &c. Et subdit. Non enim intendimus iudicare de feudo, sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione

Deut. 13.

Grego.

Matth. 18.

censura

censura, quam in quælibet exercere possumus, & debemus. Et sequitur. Nullus, qui sic sanæ mentis, ignorat, quin ad officiū nostrum spectet de quocunque mortali peccato, quemlibet corrigere christianum, & si correctionem contempserit, per districtionem ecclesiasticam coercere. Cum ergo omnis punitio fiat pro mortali crimine, ut plurimum ergo punitio criminum ad eos pertinet ecclesiasticos, non ad iudices seculares. Item Apostolus. 1. Cor. 6. reprehendit Corinthios, pro eo q̄ litigabant apud iudices seculares, & deserebant iudicium ecclesiæ, quæ debuit iudicare inter fratrem, & fratrem, etiam de secularibus dicens. Nescitis, quoniā angelos iudicabimus. Quanto magis secularia &c. Ergo de secularibus spectat ad ecclesiam iudicare, & per consequens per iudicem ecclesiasticum sunt criminosi etiam pro criminibus secularibus puniendi. ¶ Ad istas replicas dicitur. Ad primam uno modo, q̄ per illa uerba saluatoris non tribuitur aliqua potestas iudicibus ecclesiasticis, plus quam secularibus. Nam ibi non accipitur ecclesia pro ecclesiasticis uiris, qui clerici appellantur tantum, sed pro congregatione fidelium uniuersali uel particulari, quæ clericos, & laicos comprehendit. ¶ Dicitur enim: q̄ in tota scriptura diuina utriusque testamenti non accipitur nomen ecclesiæ specialiter pro clericis, licet sic sæpe in canonibus accipiatur. Voluit ergo saluator, q̄ peccatum delinquentis post secretam correptionem, & testium adhibitionem, ultimò diceretur alicui congregationi fidelium clericorum uel laicorum, uel simul utrorumque, ut sic obmurgatio plurimorum eum corrigat, ut qui non potuit pudore saluari, saluaretur opprobrijs, & ut rubore sequestrationis emendetur: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, ut dicit glo. interl. simul & marginal. ¶ Quod si dicis ecclesiæ, a plerisque exponitur. i. prælato ecclesiæ. Dico: q̄ expositio ista non est contraria dictis, quia prælatus ecclesiæ quilibet est, qui perficitur ad regendum fideles, idem siquidem est prælatus, & præsidens. Vnde mos nonnullarum regionum habet officiales, & potestates laicales nominare præpositos, uel præsidentes: & ideo hæc replica magis est ad oppositum. ¶ Ad Innocentium dicitur, ut supra in solutione primæ rationis dictum est, q̄ ad ecclesiam spectat duplex punitio, seu correctio. Vna est in foro pœnitentiali. Alia in foro contentioso. Prima pertinet ad iudicem ecclesiasticum respectu cuiuscunq; christiani pro quocunq; peccato, & de illa loquitur illa decretalis. Nouit. & multæ aliæ in eādem sententiam sonantes. Secunda punitio, seu correctio non spectat uniuersaliter, & quantum ad omnem pœnam infligendam, ad iudicem ecclesiasticum. Sic enim tolleretur omnis potestas corrigendi crimina a laicali potestate: quod est manifeste contra scripturam sacram apostoli Roma. 13. & alias supra allegatas. etiam contra canonicas sanctiones. Nam 23. q. 5. incestuosi. dicitur. Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur sed aliqui ex illis nolunt sacerdotum admonitionibus aurem accommodare, uolētes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentiæ disciplinam a tam praua consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuerti. Et B. Aug. super epistolam ad Ro. e. q. sunt q̄dam. Sunt inquit, quædā enormia flagitia, quæ potius p̄ mundi iudices, quam per antistites, & rectores ecclesiarum uindicantur. Sicut est, cū quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos, reges, & principes mundi damnant, ergo non sine causa gladium portant, quia talia scelera diiudicant. Sunt enim maximè constituti propter homicidas raptores, ut etiam illos damnent & alios suo timore compescant. ¶ Ex quibus uidetur sequi, q̄ illa crimina non sunt per iudicem ecclesiasticum punienda. Neque enim licet fidelibus præiudicare

Ecclesię multiplex acceptio.

imperatori

imperatori,& laicæ potestati,fidelibus, plusquam fidelibus, nec debent magis istis, quam illis præiudicare, usurpando potestatem puniendi reos, qui sunt puniendi per eos,quam in negando eis censum. Cum dixerit dominus Matth.22.Reddite, quæ sunt Cęsaris Cęsari. Nec uoluit, q̃ aliquis fidelis usurparet sibi aliquam dignitatem temporalem in præiudicium imperatoris infidelis. In cuius signum noluit fieri rex. Iohan.6. Ideo multo minus præiudicandum est potestati seculari fidelium. Sic nec Innocentius uoluit iurisdictionem secularis potestatis minuere,uel turbare,ut in princi.eo.c.dicit. Licet sibi conueniat de quolibet mortali iudicare in foro penitentiali, non in foro contentioso de seculari,nisi in casu,quo.f. peccans esset de iurisdictione temporali ecclesiæ,aut quo potestas secularis esset negligẽs in corrigendo,aut dum peccatum quidem notum est: persona uero ignota, quomodo quandoq; excommunicatur quisquis commisit hoc furtum, licet ignoretur. Et in aliis casibus ad hoc reducibilibus,ut supra dictum est. ¶ Ad Y autoritatem beati Pauli.1.ad Cor.6. dicitur:quòd Apostolus prohibet fideles causas contra alios fideles agere coram infidelibus iudicibus, nõ coram secularibus fidelibus. Neque tamen intendit prohibere Corinthios in omni casu apud infideles iudicari,neq; q̃ soli fideles debent secularia iudicare. Sic enim tam uerbis,quam factis esset sibimetipsi contrarius. Sed illos solummodo reprehendit, qui indiscretè, malitiosè & cum scandalo apud infideles,& iniquos iudicari uolebant. Nec facit ad propositum, quia non reprehendit iudicium secularium,sed infidelium. Vnde dicit. Secularia iudicia si habueritis,contemptibiles,qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.Contemptibiles illos non æstimo clericos fuisse,qui altiorem laicis gradum in ecclesia sortiuntur. Hanc materiam latè & profundè prosequitur uenerabilis Guil.Ocham in suo dial. libr. 6.partis primæ. & part.3. tract.2.lib.2.Et tantum de illa materia. 1.ad Cor.4.

DE EXTERIORIBVS SIGNIS dilectionis.

LECTIO LXXVI.

OSTENSO, quomodo iniuriantibus nobis dimittenda sunt debita,ut nostra quoque nobis a deo dimittantur: restant aliqua dubia breuiter dissoluenda. ¶ Primum utrum offensus teneatur offendenti exteriores dilectionis effectus,& signa exhibere? Et uidetur, q̃ sic. Nam offensus tenetur offendentem diligere, ut supra dictum est. Sed dilectio uera non est sine opere, secũdum illud beati Grego.in homel.3.Amor dei ociosus esse non potest,magna ei operatur,si est,aut si operari desinit,amor non est. Vnde probatio dilectionis,exhibitio est operis. ¶ Item nullus debet habere simulatam dilectionem.secundum illud Augusti. Simulata æquitas duplex est iniquitas. Sed dilectio sine opere uera non est,sed simulata. Vnde 1.Ioh.3. Non diligamus uerbo neque lingua,sed opere & ueritate.Hinc Matth.5.dicitur. Diligite inimicos uestros,& benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos,ut sitis filij patris uestri,qui solem suum A Augusti. 1.Iohan.3. Matth.5.

An offensus teneatur dilectionis.

Signa exterius demonstrare.

oriri

oriri facit super bonos,& malos,& pluit super iustos, & iniustos. Vbi Christus affectioni addidit opus,& cum hoc exemplum cœlestis patris:quod imitari oportet. Et Exod. 23. Si occurreris boui inimici tui,aut asino erranti, reduc ad eum. Si uideris asinum odientis te iacentem sub onere,non pertransibis,sed subleuabis cum eo. Ecce non tantum præcepit dominus dilectionem,sed etiam opus exterius. Item abnegare huiusmodi signa familiaritatis,& sua beneficia,quædam uindicta est. Homo autem tenetur non uindicare ut dictum est. Et Rom. 12. ca. Non uosmetipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ. Et Leui. 19. Non quæras ultionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ¶ Sed in oppositum est, quod dicit Aug.& allegat magister in 3. dist. 30. Magnum est erga eum,qui tibi nihil mali fecit,esse beniuolum,& beneficum. Illud multò grandius, & magnificentissimæ bonitatis est,ut tuum inimicum diligas,& ei,qui tibi malum uult,& si potest, facit: tu semper bonum uelis,faciasque,cum possis. Et sequitur. Tamen quis hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est,quantâ credimus exaudiri,cum dicitur in oratione. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Proculdubio uerba huius sponsionis impletur, si homo,qui nondum ira profecit, ut etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine,qui peccauit in eum, ut ei dimittat, dimittat ei ex corde,qui etiam sibi roganti uult dimitti,cum orat,& dicit. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vbi uidetur uelle Augustꝰ non tenetur quis dimittere inimico non petenti. Si autem remissionem inimicus petierit,iam non est inimicus,sed amicus, ut ibidem subdit Augustꝰ. Item glo. Matth. 5. dicit. Benefacere inimicis,& orare pro eis est cumulus perfectionis. Ad illa autem,quæ perfectionis sunt,non omnes tenentur. ¶ Ad dubium dicendum post Scotum in 3. dist. 30. Quia dilectionis inimici præceptum est affirmatiuum:& ideo magis obligat,ne contrarium eius fiat, quàm quod actus positiuus circa inimicum eliciatur. Nam quo ad primum habet uim præcepti negatiui, ideo obligat pro semper. Sed quoad secundum obligat pro tempore, & loco &c. Vnde quoad primum obligat semper,& pro semper,ne inimicus odiatur, & ne quis nolit inimico suo æternam salutem,& bona spiritualia ad hanc ordinantia. Non enim stat cum dilectione charitatiua nolle deũ diligi ab alio,cuius amicitia nescitur ei displicere,& hæc condiligi,siue in ratione boni honesti.ſ.propter deum,siue in ratione boni commodi diligentis,quod nolle esset nolle inimico salutem. Et pari ratione non stat cum dilectione dei nolle inimico illa bona, per quæ inducitur, ac promouetur ad diligendum Deum, & per hoc ad consequendum salutem. Cetera bona indifferentia possum quandoq; nolle inimico, ꝓ quanto ea sunt impeditiua ad bona spiritualia, aut boni communis præponendi bono spirituali, quomodo etiam quilibet sibi ipsi potest illa nolle,& de hoc latius supra lect. 73. Sed quantum ad actum positiuum dicitur, quòd extra casum necessitatis non tenetur elicere actum dilectionis etiam interioris circa inimicum, quia nec tenetur cogitare de inimico. In casu uerò necessitatis: puta quo sine eo habere non posset necessaria sibi ad attingendum ad dilectionem dei: puta si est ignarus, & sine eius doctrina non posset conuerti ad deum,& ueritatis cognitionem, aut si est malus,& sine eius correctione non posset conuerti ad bonum,& similibus, tunc enim tenetur aliquis non solum uelle bonum finale inimico sicut cuilibet proximo, sed etiã bona necessaria ei ad consequendum salutem,& non solum uelle uoluntate interiore, sed etiam prosequendi uoluntate efficaci, & exteriori operatione,si adest facultas. Et idem de bonis exterioribus,sine quibus nõ potest

Exod. 23.

Rom. 12. Leui. 19. Augustꝰ

Augustꝰ.

B

consequi

consequi uitam æternam. Vnde in extrema necessitate constitutò tenetur ministrare alimenta, & a periculo mortis eruere si potest, dum illa fuerint necessaria ad salutem. unde Prouer. 25. & ad Roma. 12 Si esurierit inimicus tuus: ciba illum, si sitit, potum da illi. intelligendũ è in necessitate. Extra autem casum necessitatis, non tenetur ad beneficia inimico exhibenda, sicut nec amico. ¶ Ex illis sequuntur aliqua correlaria, quibus particularius patet solutio dubij moti. Primum. A communibus orationibus, quæ fiunt pro ecclesia, inimicus excludi non debet. Patet, nam qui sic excluderet, nollet ei bona salutaria, quod est contra negatiuum in hoc præcepto inclusum. In illa enim oratione tenetur eam uelle ualere cuilibet, & bono, & malo ad bonum spirituale. Sicut esset malus stomacus, qui nollet sustentationem ualere sustentationi manus. Ita non est bonum membrum in ecclesia, quod nollet bonum actum pro se, & pro tota ecclesia dei, & ita omnibus membris ecclesiæ ualere pro quanto deus illud acceptat pro quãto potest sibi, & alijs ualere. ¶ Secundum correlarium. Effectus, & signa exteriora dilectionis, quæ in communi omnibus exhibentur, inimico negari non debent. Hoc probat B. Thom. secunda secundæ quæst. 29. artico. 9. Quia effectus & signa charitatis, quę ex interiori dilectione procedunt proportionari debent interiori dilectioni. Dilectio autem interior ad inimicum in communi de necessitate præcepti absolutè. In speciali autem non absolutè, sed secundũ præparationem animi, & hoc secundum moderationem supradictam. Sunt autem quædam signa, & beneficia dilectionis, quæ exhibentur proximis in communi, ut cum aliquod beneficium impendit aliquis toti communitati, & talia beneficia, uel signa dilectionis inimicis exhibere est de necessitate salutis, & præcepti. Hoc enim non exhibere inimicis, pertineret ad liuorem uindictæ. Hæc Thom. Ex illo uidetur sequi, quòd communis salutatio, quæ omnibus fidelibus occurrentibus optatur, inimicis occurrentibus non est subtrahenda, nisi inimicus ex his deteriorari timeretur. Et hoc forte ęstimo de necessitate salutis, si uerisimiliter præsumeret quis per hoc inimicum suum domino lucrari, aut scandalum pusillorum ex subtractione signorum charitatis remouere. Quod ex supradictis de fraterna correptione ostendi potest. ¶ Tertium correlarium. Spiritualia familiaritatis signa, & beneficij effectus non tenetur quis impendere inimico, nisi secundum præparationem animi, ut exhibeantur in casu necessitatis. Nam illa extra casum necessitatis exhiberi, pertinet ad perfectionem charitatis tanquam opus superogationis. Patet: quia illi effectus procedunt ex mera liberalitate, & non ex præcepti necessitate, etiam quoad amicos, ergo multò minus quoad inimicos. Illa sunt de intẽtione Alex. de Ales par. 3. q. 67. & Bona. in 3. dist. uigesima. Per hoc ad rationes ante oppositum dicitur, q̃ omnes loquuntur in casu necessitatis. Nam dilectio operatur, ubi est, nec est otiosa, neque ficta, qua præparatur animus ad opus exterius non semper exhibendum: sed dum oportet, hoc est in articulo necessitatis. Vel loquuntur quantum ad communia beneficia charitatis, ad quod facit exemplum patris cœlestis, qui facit solem suum oriri super bonos, & malos &c. Multa tamen spiritualia, & gratuita dona infundit bonis, quæ non infundit malis. Sic subtractio communium beneficiorum pertinere posset ad uindictam, non autem beneficiorum particularium, quæ nonnunquam amicis subtrahuntur. ¶ Ad rationes post oppositum. Ad illud beatus August. dicitur: q̃ loquitur de dilectione affectiua, & effectiua, nedum in tempore necessitatis, sed etiã quotiens opportunitas occurrit. Vnde ait. Ei, qui tibi malũ uult, & si potest facit tamen semper bonum uelis, faciasq; cum possis. Et hoc non est otium in charitate

Prouer. 25.

C

B. Thom.

Thom.

Alexand. S. Bonauen.

D

B. August.

Dilectio affectiua, & effectiua.

ritate existentium, sed tantum præfectorum. Similiter ad glo. dicitur, quòd benefacere inimicis extra casum necessitatis, & in beneficijs particularibus, pertinet ad cumulum perfectionis, non autem in casu necessitatis, sed in beneficijs communibus. Vel dicitur, q̃ est perfectio necessitatis, sine necessaria ad salutem, quæ consistit in obseruantia præceptorum. (Et est perfectio superogationis, quæ consistit in obseruatione consiliorum cum præceptis.) Ad cumulum primæ perfectionis pertinet beneficientiæ effectus in necessarijs salutem, & etiam in communibus. In particularibus autem benefacere pertinet ad cumulum perfectionis secundo modo dictæ. ¶ Secundum dubium est. Vtrum offendens alterũ tenetur petere ueniam ab offenso: ut sibi ignoscat, & in sui amicitiã resumat? Et uidetur, q̃ sic p illud saluatoris. Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, scilicet quia eum lesisti, relinque ibi munus tuum ante altare: & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Ex quibus clarè sequi uidetur: q̃ necessariò præcedat fratris reconciliatio, ut opus bonum deo oblatum, placeat deo. Quilibet autem tenetur offerre deo munus bonæ uoluntatis: secundum illud Prouerb. 23. Fili præbe mihi cor tuum. Cor ponitur pro uoluntate: ergo tenetur reconciliari fratri, quem lesit iniustè. q̃ In oppositum illud esset periculosum, & uergere posset in periculum uitæ eius, qui ueniam peteret atq; famæ. Vt si quis furto aliquid subtraxisset, si ueniam pro furto commisso peteret, posset offensus eum accusare, & ad interitum eius agere, & eum publicè diffamare. Quilibet autem tenetur uitam suam sustentare, & famam suam, dum per hoc alius in fama nõ iniustè læditur, celare, ac conseruare. ¶ Ad hoc dubium uidetur sub distinctione respondendum, quia aut offensa est offenso nota simul cum offendente, aut offendens est incognitus. Si secundum, sic non tenetur offendens uocaliter, & apertè ueniam petere, ac reconciliari offenso, sicut non est apertè offensus: aperte dico quantum ad personam offendentem, quæ sibi incognita est, licet offensio sit nota. Sufficit enim tunc offendenti ad salutem, quòd doleat corde, q̃ proximum iniustè, & contra deum offendit, illud quoq; tempore opportuno uelit confiteri, & omne damnum illatum proximo qualecunq; fuerit in anima, corpore, fama, aut rebus fortunæ quamtocius facultas aderit, refundere modis possibilibus, & congruis. Frustra enim offendens se publicaret offenso in periculum utriusq;. Offensi, quia per hoc ad indignationem, & iram, aut inuidiam accendi posset. Et sui offendentis, famæ. s. & uitæ, ut argutum est post oppositum. Et huic concordat glo. super textu allegato. Si ergo offe[illegible]. Secundum literam inquit, hoc absurdum est. Est ergo in interiore templo altare. fides, cui quodlibet munus. i. psalmus, hymnus, oratio, & huiusmodi nisi sit innixum, non est deo placitum. Et ibi. i. cum in corde, quod est templum interius, tale munus oblaturus es, si in mentem uenerit, q̃ frater tuus habet aliquid aduersum te, quem tu læsisti. Si enim ipse te læsit, non ipse, sed tu habes aduersus eum, nec tunc oportet te ueniam petere, sed dare, sicut uis tibi dimitti. Sequitur. Vade non pedibus, sed animo humiliato, te prosternas in conspectu illius, cui oblaturus est. Et præmisit. Nõ enim munus repellit scilicet deus, sed charitatem proximi quærit, sine qua nemo ad charitatem dei peruenit. Prius charitatem proximo exoluat, qui munus suum deo placere optat. Ecce quomodo tota reconciliatio ista fieri potest intus in corde offendentis coram deo. Si uerò offendens notus est offenso, aut est præsens offenso, aut non. Si non est præsens, nec eius presentia commodè haberi potest, sufficit reconciliatio interior, quæ dicta est. Si uerò præsens fuerit, debet etiam uocaliter ueniam ab eo petendo sibi recon-

Vtrum offendens tenetur petere ueniam offenso.

ciliari.

citari. Et hoc uult etiam glo. al lagata, quæ præmissis addidit, uel petendo ueniam si præsens est. Idem uult Hugo cardinalis, & Nicolaus de Lyra super eodem textu dicens. Hoc scilicet unde prius reconciliari &c. potest intelligi dupliciter. Vno modo pedibus corporis, & hoc debet fieri, si commodè possit haberi fratris offensi præsentia. Si autem non possit, sufficit re ad eum pedibus mentis, quod fit, quando habet propositum satisfaciendi loco, & tempore competenti. Et hoc modo utitur Ecclesia Romana, quæ reum confitentem absoluit, & sibi satisfactionem læso fiendam imponit. Hæc Lyra. Et per hoc patet solutio rationum ante, & post oppositum inductarum. ¶ Tertium dubium. Vtrum, qui oditat, seu rancorem in mente seruat contra proximum dicendo orationem dominicam, dicere debeat hanc quintam particulam. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ¶ Respondetur, quòd talis frustra petit quoad se peccati sui remissionem, qui non dimittit alij, ut patet ex uerbis Christi supra allegatis, immo nocina sibi uidetur hæc petitio, si pro se illam porrigat patricœlesti, pro quanto mendacio inniti uidetur dicens se dimittere suis debitoribus, cum tamen contra eos odium seruat, & rancorem. Pro quo satisfaciunt autoritates supra positæ lectio. septuagesimatertia. Nec tamen propter hoc ab oratione debet abstinere secundum sanctum Bonauen. quia ex hoc amplius peccatum suum aggrauaret arcendo se ab illis saluberrimis petitionibus, quas ipsemet dominus docuit, & nos orare monuit. Vnde orare eam debet in persona ecclesiæ. Et sic eam orando in persona ecclesiæ, non mentit, quia illa, ut pia mater suis persecutoribus, & debitoribus libenter ignoscit, immo ut deus ignoscat: fideliter orat dicens. Oramus pro persequentibus, & calumniantibus nos. Sed nec orando dominicam orationem, hanc particulam. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris omittere debet. Grauius enim peccaret, si orationem a Christo institutam, & nobis traditam restringeret: syncoparet, aut quomodolibet mutaret. Vnde contra tales beatus Iohan. Chrysost. super Matth. ait. Multi nolentes dare ueniam in se peccantibus, refugiunt illam orationem dicere. Et subdit. Stulti sunt, quia qui non sic orat, ut Christus docuit, non est Christi discipulus. Nec etiam pater cœlestis libenter audit orationem, quam filius non dictauit. Cognoscit enim pater filij sui sensum, & uerba, nec suscipit, quæ humana usurpatio cogitauit, sed quæ Christi sapientia exposuit. Et Abbas Isaac collat. de eodem loquens ait. Ideo si clementer uolumus iudicare, nos quoque erga illos, qui in nos deliquerunt, oportet esse clementes. Tantum enim remittetur nobis, quantum nos remiserimus eis, qui nobis quacunque malignitate nocuerunt, quod formidantes nonnulli, cum in ecclesia hæc oratio ab uniuersa plebe cõcinnitur, hunc locum taciti prætermittunt: ne. s. semetipsos obligare potius, quam excusare sua professione iudicentur. Non intelligentes, quòd frustra cauillationes has iudici omnium prætendere moliantur, qui quemadmodum iudicaturus sit, supplicibus suis uoluit demonstrare. Dum enim erga nos non uult immitis, atq; inexorabilis inueniri, formam sui iudicij designauit, ut quemadmodum nos ab illo iudicari cupimus, ita nostros fratres, si quid in nos deliquerint iudicemus: quia iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Hæc ibi. Necessarium itaque est unicuique, ut non retineat fraternum odium, quatenus hæc dominica oratio ad se sortiatur effectum, alioquin deo mentitur dicit. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia si induratus odium seruare statuit, & in eo pertinaciter persistere, orationẽ dñicam non mutet, nec in persona sua, sed ecclesiæ eã dicat. Sic. n. licet sibi inutiliter oret

Dubium tertium an qui oditat dicere debeãt, dimitte nobis & cætera.

G

Iohan.

petendo peccati sui remissionem, quo ipse carere non uult, sed in eo permanere, tamen uitat peccatum mendacij dicendo. Sicut & nos dim. debit. nostris. Quia licet ipse non dimittat: ecclesia tamen, in cuius persona loquitur, debitoribus suis libenter ignoscit, ut dictum est. ¶ Ex his omnibus dicens hanc orationem ex animo ita mentis affectum formet. Pater noster clementissime, qui es in cœlis dominantissima maiestate, & in terris omnibus in tua ditione positis, qui clauem habes Dauid, claudis, & nemo aperit: aperis, & nemo claudit. Solus quippe peccata dimittis, dimitte nobis miseris debita nostra, omnia, & singula, quibus uenialiter, criminaliterq; quotidie super arenam maris propria, & temeraria uoluntate maiestatem tuam offendimus. Dimitte inquam, & quantum ad reatum culpæ, quo iram tuam prouocauimus, & quoad reatum pœnæ, quem te prouocando incidimus, nec soluere possumus, neq; satisfacere. Auferat ergo, atque deleat reatum omnem magna, ac sufficientissima unigeniti tui satisfactio, sacrificium scilicet uespertinum in cruce pro omnium peccatis oblatum. Sic quoque inflixibilem iustitiæ tuæ rigorem nimia tua charitas (qua sic mundum dilexisti, ut filium tuum unigenitum dares, in quo quoque ut nobis parceres, non pepercisti: sed pro nobis in mortem tradidisti) temperet, ut omni debito compensato nos perditos, nostris pœnitentiæ operibus ex æquo respondere non potentes: plene tibi reconciliet, & gratiam restituat augmentatam. Et quia tu pater: princeps pacis, domesticos tuos pacificos concordes, & unanimes in domo tua, quæ est ecclesia, esse præcipis, ut qui filij dei esse cœperint, in dei pace permaneant, & quibus spiritus unus est, unus sit & animus & sensus, unde orandi hanc regulam nobis tradidisti, quia custodita, oratio nostra repudium non pateretur. Quatenus sicut nobis debita nostra a te dimitti uolumus: & ita & nos nostris debitoribus dimittamus. Oramus te pater noster largissime: da ueram cordibus nostris cum omnibus pacem, & dilectionem: ut per te, & propter te, nedum omnibus iniurias nobis irrogantibus, iniurias ipsas dimittamus, uindictam nullam appetendo. Sed eos non minus diligamus, cuncta ad salutem eis pro futura, pro nostra facultate impendendo, beneficijs trahendo: precibus iuuando, instruendo exemplis, monitionibus corripiendo fraternis, debita coertione resistendo ausibus eorum malignis, quatenus idipsum nobis a te misericorditer impendatur, quo dimissis anteactis male peccatis, a futuris præseruari mereamur criminibus, & delictis.

H

Meditatio circa claus. & dimitte nobis debita nostra.

Dimitte quæsumus, o pater misericordiarum, quæ commisimus
quatenus spiritu sancti eruditione perdocti: rubiginem
inuidiæ charitatis igne consumantes: pec-
cata nostra humiliter agnoscen-
do, & aliena fideliter
ignoscendo,
sic utraq;
lugeamus temporaliter: ut
æterna consolatio-
ne pariter gau
deamus.
Amē.

DE ABLATIONE MEdiocris mali.

LECTIO LXXVII.

ET ne nos inducas in tentationem. ¶ Postquam oratum est pro ablatione maximi mali: quod est culpæ reatus, in hac petitione sexta, petitur ablatio mediocris mali in maximum inducentis: quod est tentatio, ad peccandum: quæ est occasio recidiui lapsus. Et quidem congrue, & necessariò præmissæ petitioni, qua nobis peccata dimitti postulauimus: hæc sequens de præseruatione in tentatione ad peccatum inducente, subnectitur, quoniam adeo uita nostra fragilitati, mutabilitatiq; subiecta est, ut nunquam in eodem statu permaneat: fluctuetq; diuersarum tentationum impulsibus huc, illucq; agitata. Sunt enim in hoc mari magno, & spacioso reptilia, quorum non est numerus, & animalia pusilla cum magnis. i. uaria, & multiplicia tentationum genera, quibus quasi quibusdam funiculis, & retibus infirma anima quotidie quæritur irretiri. Hinc rectè petita debitorum remissione, optimo ordine ad potentissimum patrem recurrimus, instanter petentes per humilem orationem. Ne nos inducas in tentationem. ne. i. purgata domo nostra a peccatorum sordibus: ursus tentatione uicti, in eadem, aut maiora recidiuantes, nouissima nostra fiant prioribus peiora. Vndique enim nobis parantur insidiæ, undiq; retia iaciuntur. Insurgit contra nos caro, trahit mundus, insidiatur diabolus. Suggerit caro uoluptatem, mundus uanitatem, diabolus iniquitatem. Caro mollia, mundus inania, diabolus mortifera. Caro infestat per lasciua desideria: mundus per prospera, & aduersa: diabolus per turpitudines, & uitia. Quorsum nos uertimus, tentationum laqueos ad capiendas animas inuenimus. Insidiantur nobis hi nostri inimici: & undiq; nos deijcere festinant. In esu, & potu: in opere, & uerbo: in uigilia, & somno: in cogitatu, & delectatione: in diuitijs, & paupertate. In scientia, & humilitate. In continentia, & parcitate. In patientia, & rigore, & in omni nobis materia occurrente. De quo B. Bernardus in de miseria hominis ita inquit. Inimici animæ meam circumdederunt: corpus, mundus, & diabolus. Corpus fugere non possum nec fugare, circumferre id necesse est, quoniam alligatum est mihi. Petimere non licet, sustentare cogor, cum illud impinguo, hostem aduersum me nutrio. Si enim satis comedo, & illud robustum fuerit: sanitas eius mihi aduersatur. Mundus uerò circumcinxit me undiq;, ac per quinque sensus corporis mei quasi per portas sagittis suis uulnerat me: & mors intrat per fenestras meas. Respicit oculus, & mentis sensum auertit. Audit auris, & intentionem cordis intellectæ. Odoratus cogitationem bonam impedit. Os loquitur, & fallit. Ardor libidinis parua occasione excitatur: & nisi subito respuatur: statim totum corpus occupat, & æstuat, urit, & incendit. Primò carnem tactam titillat. Deinde mentem meam maculæ turpi delectatione, ad extremum per consensum prauitatis sibi mentem subiugat. Porrò diabolus (quem uidere non ualeo: & ideo minus cauere possum) ipse tetendit arcum suum, & in eo parauit sagittas suas, ut sagittet me in auro, & argento, & in omnibus his, quibus abutimur, cum illis male delectamur. His illaqueamur. Nec solum laqueum posuit: sed & uiscum. Viscus est amor possessionis, affectus cognitionis, cupidi-

A

Expositio uerborũ. Et ne nos inducas.

Psal. 103.

De multis laqueis tentationum.

B. Bernar.

tas honoris,& uoluptas carnis,quibus anima inuiscatur,& irretitur,ne pennis contemplationis per plateas supernæ Sion discurrere possit. Sagittæ diaboli sunt,ira,inuidia,luxuria, & cetera uitia, quibus anima uulneratur. Et quis est,qui iacula eius ignea possit extinguere? Prohdolor his telis uulneratur sæpe fidelis anima. Heu mihi misero, undique mihi bella: undique uolant tela, undique tentamenta, undique pericula. Caro suggerit mollia,mundus uana, diabolus amara. Quotiens carnalis tentatio mentem meam importune pulsat de cibo, potu, & somno, cæterisque similibus ad curam carnis pertinentibus,caro mihi loquitur. Cum uerò de ambitione seculi, de iactantia, de arrogantia, cogitatio mala uersatur in corde,de mundo est. Quando autem ad iram,& animi amaritudinem pronocor,suggestio diabolica est,cui non aliter,quam ipsi diabolo resistendum est. Caro mea de luto est,ideo lutosas, & uoluptuosas cogitationes ex illa habeo, uanas,& curiolas de mundo,amaras, & malicioſas a diabolo. Isti tres inimici me impugnant,& persequuntur,nunc occulte, nunc aperte', semper autem maliciose. Considerantes igitur, q̃ non est pax in uita ista, quæ plena est tentationibus,& adeo plena,ut non immerito tentatio debeat appellari, uidentesque defectum nostrum, & uitium nostrarum paruitatem, confugere nos docuit Christus ad patrem cœlestem,& petere, ne nos inducas in tentationem. ¶ Et quoniam sicut in ceteris, quæ oramus, non sufficit ad impetrandum, quod petimus,solum uerba fundere,sed etiam ad obtinẽdum petita pro uiribus laborare. Ita & in hac sexta petitione,cum dicimus. Et ne nos inducas in tentationem,etiam deo,a quo petimus præseruari, collaborandum est sagaciter,& industriosè, ne decepti tentationibus peruertamur. Vnde necessarium est nobis tentationum modos, ac tentantium fraudes nõ ignorare. Pro quorum aliquali apertione quatuor uidenda sunt. Primò,qd nomine tentationis accipitur,ac de eius descriptione. Secundò, de tentationum generalibus modis & eius diuisione. Tertiò,de specialibus diaboli astutijs,& tentationum fraude. Quartò de remediorum inquisitione. Per quæ redeuntes ad textum,huius petitionis intellectus clarius aperietur. Additis quibusdam dubijs pro fundamentaliori dicendorum cognitione. Quantum ad primum,aduertendum,q̃ tentare,ut dicunt doct.circa dist.21. lib.2.sententiarum, nihil aliud est, quam probare aliquid, seu experimentum sumere,ut aliquid de aliquo sciatur. Vnde tentare secundum Thom.part.1.quæst. 114. artic. 2.attribuitur deo,homini, & diabolo propriè. Attribuitur etiam (sed minus proprie) carni,& mundo. Vnde glo.Cassio. super illud psalm. uigesimoquinto. Proba me domine,& tenta me.dicit, tẽtat deus, ut erudiatur homo,ut sciat:diabolus,ut seducat. Et de tentatione carnis, & mundi dicitur Iacob.1.unusquisque tentatur a sua cõcupiscentia,abstractus, & illectus. Concupiscentia utiq; carnis,uel oculorum,quæ simul ad carnẽ,& mundum pertinent. dicente Iohanne. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, uel concupiscentia oculorum, uel superbia uitæ. Et sequitur. Mundus transit, & concupiscentia eius. Vnde sub hac generalitate potest sic describi. Tentare est experimentalem notitiam alicuius in se,uel in alio causare principaliter, uel occasionaliter. ¶ Dicitur experimentalem notitiam,quia secundum Alexand. de Ales. parte. 2. quæstio. 117. & sanctum Thom. par 1. quæstio. 114. Tentare est experiri. Vnde notitia, quæ per rationem acquiritur, non acquiritur tentatione. ¶ Dicitur alicuius.s.non taliter noti. Vnde sciens aliquid per rationem,uel fidẽ, nihilominus tentando potest illud sciri per experientiam. ¶ Dicitur in se,propter hominem,& dæmonem tentantem, qui tentando experimentalẽ notitiã eius,de quo tentant,

B

Tentare qd est descriptiue.

Thom.

Iacob.1.

2. Iohan 2.

Alexand. S. Thom.

tant, in de acquirant. ¶ Dicitur uel in alio, propter deum tentantem, quia deus tentando non causat notitiam in se. Siquidem nihil de nouo cognoscit deus: quia notitia dei incausabilis est, & æterna, est enim immutabilis diuina essentia. Causat autem notitiam experimentalem in illo, quem tentat uel in alijs, quos scire facit de tentato, quod nesciebant. ¶ Et secundum hoc C
intelligenda est omnis scriptura, qua deus dicitur tentare, ut aliquid sciat. non quod de nouo aliquid sciat, quod non nouit, uel nunc aduertat, quod prius non aduertit, cum omnia immutabiliter æternaliter sciat antequam fiant, sed q̃ aliquid tentatum, uel alios de tentato experimentaliter scire faciat: sicut est illud Gen. 22. Tentauit deus Abraam. Et sequitur. Nunc cognoui, quòd timeas dominum, id est cognoscere te feci. ¶ Dicitur principaliter, propter deum hominum uel diabolum, qui ex intentione cognoscendi aliquid de aliquo in se, uel in alio tentat. ¶ Dicitur uel occasionaliter propter carnem, quæ tentare dicitur, inquantum cognosci potest per carnem pulsantem, uel mundum aduersis repellentē, aut prosperis allicientem: qualis sit homo, an uirtute constans, an mobilis. Et talibus: carne. s. & mundo frequenter utitur diabolus, tanquam instrumentis ad tentandum. ¶ Ex hoc patet, q̃ immediatus finis tentationis est scientia experimentalis. Verum quòd ille finis, ut plurimum ordinatur in alium finem bonum, uel malum. Vnde ut dicit sanctus Bonauen. Quandoque tentans intendit probare, uel approbare, aut probatum ostendere. Hoc modo tentat deus: ut tentatum scire faciat, & experimentaliter cognoscere seipsum. Sic dicitur. Deut. 13. Tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat: utrum diligatis eum, an non ex toto corde, & in tota anima uestra. Et Sapien. 3. Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Inuenit eos: inuenire, & cognoscere facit illos a seipsis, & alijs d̃ quos se. Sic nonnunquam tentat magister discipulum in conspectu aliorum de eo, quod nouit discipulum scire, ut sic eius scientia alijs fiat nota. Tentat etiam quandoque homo se, uel alium, ut sciat, quid in eo sit. 1. Reg. 17. de Dauid dicitur. Cepit tentare, si armatus posset incedere. Et 3. Regum 10. Venit Regina Saba tentare Salomonem in enigmatibus. Sic nonnulli tentãt dominum, qui quasi incerti experiri uolunt de ueritate. Sic filij Israel Deum frequenter tentauerunt in deserto: ut dicitur Numer. 14. Tentauerunt me iam per decem uices. Contra quos dicitur. Non tentabis dominum Deum tuum Deut. 6. Tentans etiam quandoque intendit ut tentatum reprobum faciat, & seducat. Sic tentat diabolus, ut ad peccatum inducat. Sic dixit Petr. Actuum 5. Cur tentauit cor tuum sathanas mentiri spiritui sancto, & fraudari de precio agri? Etiam quandoque licet pulsans non intendat, tamen ad eius pulsationem sequitur approbatio, uel reprobatio hominis. Sic caro tentat, quia ad eius stillationem probatur homo, si resistit, aut reprobatur, si consentit. Sic dicitur de carne. Iaco. 1. Vnusquisq; tentatur a sua concupiscentia abstractus & illectus. Et de mũdo habetur ad Heb. 11. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. Hæc enim sancti a tyrannis huius seculi passi sunt. Et Sapien. 14. Creaturæ dei factæ sunt in odium, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. ¶ Quamuis autem tentari sic indifferenter accipitur in bono, & malo: accipitur tamen sæpe tantum in malo. Sic accipitur a beato Iacob. in sua ca. c. 1. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Et sequitur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Et illo modo capiendo in malo tentationem diffinit Cas. Tentatio est assimilatio boni ad fallendũ. Et de tali tentatione hic loquimur. Nõ enim petimus nõ induci in tentationẽ, nisi quatenꝰ tentamur ad

Gen. 22.

Deut. 13.

Sapien. 3.

1. Reg. 17.

3. Reg. 10.

Numer. 14.

Deut. 6.

Actuum 5.

Iacob. 1.

Heb. 11.

Sap. 14.

D

Finis tentationis quis est Dei & diaboli.

Tentatio sumitur qnq; in bono, sæpe tamen in malo.

malum. Sic sic accipiendo tentare, est officium proprium diaboli: sicut dicit glo. inter li. 1. Thess. 3. super illud. Ne forte tentet nos is, qui tentat. si solus diabolus, cuius officium est tentare. Nam etsi homo aliquando sic tentat, hoc agit, inquantum est minister diaboli. Quod unusquisque diligenter attendere, qui uerbis, factis, uestitu, nutibus, & signis alios solicitant ad turpia mala, & peccata, cuius in hoc sunt ministri, cuius uicarij: cognoscerentq; se in hoc agere, & gerere proprium diaboli officium, forsitan si non timore, tamen pudore uel flammæ terroris retraherentur ab opere, & moribus tam peruersis. Sic etiam ad malum tentatur homo ab obiecto delectabili uel tristabili præsente se, uel in phantasia, quod trahit, & mouet sensualitatem sibi naturaliter affectam, & per sensualitatem allicit ipsam uoluntatem ad consensum inordinatum fruendi eo contra dictamen rectæ rationis. Et ita tentant hominem diuitiæ, honores, cetera obiecta delectabilia, etiam quandoque terribilia ad incutiendum inordinatum timorem: licet hoc obiecta non intendant: sunt tamen diaboli instrumenta, qui per hæc intendit hominem decipere, & inducere ad peccandum. ¶ Quantum ad secundum, licet plurimæ ponantur tentationum species, & distinctiones a sanctis, quas collegit Alex. de Ales loco allegato, & diffuse prosequitur: & secundum diuersa causarum genera: sufficiat tamen hic tangere ea, quæ sumuntur a causa efficiente, & formali. Nam de fine iam dictum est: q; quædam tentatio fiat nude ad experiendum scientiam tentati, quæ fit per quæstiones, & argumenta, & sophistrias. Alia ad probandũ uitam, & mores. Tertia ad seducendum: de qua solum in proposito. ¶ Quantum ergo ad causam efficientem ponit magister in 2. distin. 21. duplicem tentationem, exteriorem, & interiorem. Exterior est quando nobis exterius malum sensibiliter suggeritur uerbo, uel signo: ut ad peccati consensum tentatus inclinetur. Quæ nihil aliud est quam ostensio alicuius obiecti sensibilis a uirtute exteriore, ut ad apprehendendum ad peccandum alliciatur. Tentatio interior est motio hominis ad peccati consensum orta ab aliqua uirtute interiore, siue sensibili exteriore, ut cum ipsa oritur ex imaginatione, memoria, aut uirtute motiua. Et illa quandoque fit ab hoste, quandoque a carne. Quandoque enim imaginatiua nostra mouetur ab hoste mouente species, uel habitus in memoria sensitiua, uel intellectiua reseruatas: per illas cogitiuam ad cogitationes impuras blasphemas, aut sordidas: ut affectuam moueat ad consensum. A carne spiritoi propter fomitis infectionem rebellante, dum quosdam bestiales motus, ac illicitos in sensualitate excitat: & facile ad consensum uoluntatem inclinat. Et hæc quandoque fit a carne sola: quandoq; simul ab hoste carnem mouente. Sicut dicit Apostolus. Datus est mihi stimulus carnis angelus sathanę, ut me colaphizet. 2. Corinth. 12. Et secundum hoc non quælibet hominum tentationes, & peccata sunt a dæmone tanquam a causa directa, & immediata: nec omnia peccata committuntur diabolo immediate instigante. Quippe multa fiunt a libero arbitrio, & a carnis corruptione. Vnde dicitur in ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes cogitationes nostræ malæ a diabolo excitantur: sed aliquoties ex arbitrij nostri motu emergunt. Et Orige. Etiam si diabolus nõ esset, homines haberent appetitum ciborum, & uenereorum. Circa quæ multa inordinatio contingit: nisi per rationem talis appetitus refrenetur. Refrenare autem, & ordinare huiusmodi appetitum subiacet libero arbitrio. Quare ex sola arbitrij negligentia in refrenando sine speciali, & immediata instigatione diaboli contingere potest peccatum. Verumtamen omne peccatum hominis mediate, uel immediate oritur ex tentatione dæmonis. Ipse enim instigauit primum hominem ad peccandum: ex

E

Tẽtationum species quæ sunt & quæ.

Tẽtatio interior, exterior quid sit.

2. Cor. 12.

cuius peccato in toto genere humano secuta est quædam pronitas ad peccandum. Etiam omne peccatum oritur ex tentatione aliqua. Nemo enim ad malum aspiciens operatur. secundum Diony. Omnis autem tentatio est a dæmone, uel carne, & tentatio a carne etiam est a dæmone tanquam mouente primò, uel mediato, quia tentatio carnis est ex eius corruptione, quæ orta est ex prima dæmonis tentatione. Et secundum hoc intelligenda est autoritas beati Hieronymi. super illud psalm. Declina a malo & fac bonum. Mala omnia ex instinctu diaboli procedunt; sicut bona ab instinctu dei. Ibi tamen (sicut) non dicit omnimodam similudinem, quia bona omnia procedunt a deo immediatè. Est enim de causa immediata omnium positiuorum effectuum. Mala uerò procedunt ex instinctu diaboli non omnia immediatè, sed quædam tantum mediatè. Similiter & illa Diony. cap. 4. de diuinis no. Multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi, & aliis. Et illud Damascenus. Malitia, & omnis immundicia a diabolo excogitata sunt. Et ad illam distinctionem etiam reducitur illa, quòd omnis tentatio est ab hoste, uel a carne. Quia per tentationem ab hoste, intelligitur omnis tentatio exterior, illa enim fit ab hoste, qui exterioribus utitur sicut suis instrumentis. Non est tamen ita præcisa sicut prior, quia membra magis coincidunt, cum etiam tentatio a carne nonnunquam procedit ab hoste carnem, ac sensualitatem mouente, ut dictum est. ¶ De diuisione tentationis, quę sumitur a causa formali. i. a modo tentandi, consequenter aduertendum, ꝙ omnis tentatio tendens inducere ad peccatum potest (a quocunque fiat) ad duos reduci modos, quia aut fit per blanda, & concupiscibilia, aut per tristia, & timenda. Vnde beatus Augustinus. super illud psalm. 79. Incensa igni, & suffossa ab increpatione uultus tui peribunt, dicit. Omnia peccata duæ res faciunt in homine, scilicet cupiditas, id est amor inordinatus creatarum rerum, & timor. Subdit. Et uidete, utrum possunt esse peccata nisi aut cupiendo, scilicet delectabilia, aut timendo, tristia. [& aspera. Et ponit exemplum. Vult aliquis, ut dicas falsum testimonium, & forte pro illo promittit munera. Attendis deum, & dicis in animo tuo. Quid prodest homini, si un uersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? Certe non abducor lucro: ut perdam animam meam. Ideo ille tentans conuertit se ad metum, qui lucro proficere non potuit, & incipit minari dampnum, expulsionem, cedes, fortassis & mortem, ut si cupiditas non ualuit, fortassis timor ille ualebit, ut preces, & infra. Quæ sunt peccata succensa igni, & quæ suffossa? Respondet, quæ fecerat amor malus, tanquam igne accenderat, & quę fecerat timor malus, tanquam effoderat. Et de hoc glosa super eodem psalmum, ait. Incensa, id est peccata, sed incensa sunt, quæ facit cupiditas amens. Suffossa, quæ timor malè iacens. Et hęc sunt omnia peccata, quia omnia sunt propter cupiditatem, uel timorem. Quæ non capit cupiditas, uincit timor. Sic econtra, amor dei, & timor eius ducit ad omne bonum. Vt bene tibi sit, times. Ne malè tibi sit, hoc age in deo, non in seculo. Vterque amor incendit, uterque timor humiliat. De bono dicitur. Fodiam circa illam, & mittam stercora. Fossa significat piam humilitatem timentis. Stercora utiles sordes pœnitentis. De igne autem boni amoris dicitur. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ardeat? Hæc glo. Licet autem his duobus modis tentatio agitur, nullus tamen timore uincitur, nisi amore capiatur. Qui enim timet damna, iniuriam, uel molestias, ideo timet, quia sibi ipsum amat, & quia se amat, ideo molestias sustinere detractat. Idcirco omnis tentatio, siue fiat per blanda, siue per aduersa, & aspera finaliter uincit per blanda, & amabilia, non quæ tentans offert, sed

Damasc.

F

Tẽtatio sumpta a modo tentandi potest reduci ad duos modos.

Augustin.

Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9.

quæ tentatus diligit, & perdere timet. Siquidem paupertatem non timet, neque exilium, aut mortem nisi qui diuitias diligit, patriam, & uitam. Vnde Augustinus. Nemo frangitur aduersarum rerum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur. ¶ Si forte quæritis si duo æquè intensè, & extensè tentarentur ad lapsum ad idem peccatum, unus per tristia, & aspera, alter per delectabilia, & blanda. Cui illarum tentationum esset difficilius resistere? ¶ Respondetur, quòd quantum ad multa peccata, difficilius esset resistere tentationi per blanda. Hac consideratione, quia uexario dat intellectum: & compellit uexatum auxilium dei quærere. Voluptas, & blandicies excecat mentis oculum, & obliuisci facit dei, & beneficiorum suorum, iuxta illud Deutero. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Impinguatus, & dilatatus dereliquit deum factorem suum, & oblitus est domini creatoris sui. Et Tullius libr. 1. de officijs dicit. In prosperis præcipuè cauenda sunt superbia, fastidium, arrogantia, & ne proprio utamur consilio, & ne adulatoribus de nobis credamus. Ista enim uitia per prospera hominem surripiunt, priusquam homo aduertat. Ideo magis commendat Boet. libro secundo de consol. prosa. 8. fortunam aduersam, quam prosperam, eo quòd illa sagax est, & prouida, ista cæca, & sui semper ignara. ¶ Fit autem, ut supra, tentatio tripliciter secundum Gregor. in Homel. super illud Matth. quarto. Ductus est Iesus in desertum, scilicet suggestione, delectatione, & consensu. Suggestio fit ab extrinseco, scilicet diabolo, uel homine perterso, aut delectabili, uel tristabili obiecto foris oblato, uel etiam interius imaginato, & totum illud genus tentationis est extra tentatum, quando nondum sentit concupiscentiæ motum ad concupiscendum huiusmodi de foris oblatum, ac suggestum. Quo genere tentationis etiam diabolus Christum tentauit, quia exterius suasit illicita, sed intus in CHRISTI anima nulla omnino orta est male suasi concupiscentia. ¶ Secundum genus tentationis est, quando per suggestionem dicto modo factam, sensualitas monetur, & iam intra illa, de qua tentatur bestialiter delectatur, tunc delectatio iam intrat exteriorem hominem. Quicquid enim habemus in animo commune cum bestijs, dicitur ad exteriorem hominem pertinere, secundum beatum Augustinum duodecimo de trinitate. cap. primo. Et hæc tentatio adhuc non coinquinat hominem culpabiliter, nisi prorumpat in interiorem hominem per consensum. Et tunc est tertium genus tentationis, quod procedit usque ad rationem, & uoluntatem: quæ sunt hominis interioris. Per primum, & secundum tentatur quidem homo. Sed per tertium inducitur in tentationem. Nam tertia pertingit usq; ad rationis consensum, quo consummatur in uoluntate peccatum, & quanto consensus huiusmodi est plenior, & maior, tanto peccatum grauius. Et hæc tria genera figurata sunt in primi hominis tentatione, ubi serpens foris mulieri suggessit, mulier condelectando comedit: uir consentiendo peccatum consummauit. ut tangit magister distinct. 24. libr. 2. post beatum Augustinum. Licet non penitus conformiter ad prædicta. Nam secundum eum, pro serpente est sensualis motus animæ. Pro muliere inferior portio rationis. Pro uiro, superior. Inter hunc uirum, & hanc mulierem, est uelut quoddam spirituale coniugium, naturalisq; cõtractus, quo superior rõnis portio quasi uir præesse debet, & dñari. Inferior uerò quasi mulier debet subesse & obedire. Et sicut in cunctis animantibus nõ est repertum hoi adiutoriũ sibi simile, sed de illo est sumptũ, quod ei formaret in coniugiũ. Ita in partibus animæ, quas habemus cum pecoribus communes, nullum mẽti nostræ simile est adiutorium. Sed ex illa rationali mente, qua subhæremus intelligibili, & incommutabili ueritati: tanquam ductum, & inferioribus

Quis illorũ modus difficilius uincitur.

tractandis

ractandis, gubernandisq; deputatum est. Si ergo per sensualitatem intelligimus potentiam sensitiuam, cum suis obiectis mouentibus, pertinet ad tentationem exteriorem illecebram suggerentem, quam serpens significat. Inferior autem portio mulieris nomine designata est, quæ est pars rationis tẽporalibus intendens, & ea sensualitate, & eius obiectis immediate mobilis. Superior uerò, qua cuncta secundum regulas æternas iudicare habet, tanquam uir in homine dominari debet, ac mulierem (inferiorem animæ portionem) regere. Sensualitatem quoq; (quatenus suo subest imperio) ab illecebris cohibere. Cum ergo sensualitas illecebram exteriorum obiectorum, aut male suggestionis apprehensione concepit, serpens mulieri. i. inferioris rationis portioni suggerit. Quæ si mota fuerit sensui con delectando: iam etiam mulier cibum uetitum gustauit. Quod si superior ratio in idem consentit: uir simul cum muliere cibum sumpsit, & peccatum consummauit. De hoc ita magisterait. Etiam in uno quoq; nostrum nihil aliud agitur: cum ad peccatum quisq; delabitur, quam tunc actum est in illis tribus, serpente, muliere, & uiro. Nam primo fit suggestio: siue per cogitationem, siue per sensus corporis, uel uidendo, uel tangendo, uel audiendo, uel gustando, uel olfaciendo. Quæ suggestio cum facta fuerit; si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum: excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Si aliquando ratio uiriliter etiam cõmotam cupiditatem refrenat, & compescit, quod cum fit non labimur in peccatum: sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat & cp libido commouerit: faciendum esse decernat: ab omni beata uita, tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur: etiã si non subsequatur factum, quando rea tenetur in consensione conscientia.

Quæ tẽtatio uincitur difficilio a carne, uel hoste.

q Sed circa prædicta quæri potest: cum tentatio sit aliquando a carne, quandoq; ab hoste: quæ difficilius uincitur. Respondet magister dist. 21. secundi, cp quia tentatio a carne interius impugnans de nostro contra nos roboratur, ideo difficilius uincitur. Quod intelligendum est secundum sanctum Bonane. respectu eiusdem peccati. s. carnalis. Vnde si ad peccatum carnale quis a propria carne (hoc est sensualitate) tentatur, motus bestiales, uel concupiscentias sensuales excitante, ut famem, sitim uel somnum &c. ad consentiendum peccato. Alius ab hoste peccatum suggerente sine sensu carnis: difficilius ea uincitur: quæ est a carne propter coniunctionem carnis ad spiritũ ex qua magis incuruatur anima carni naturaliter inclinata: secũdũ illud Apostoli. Nemo unquam carnem suam odio habuit: sed fouet, & nutrit eã. Item propter carnis continuam molestiam, cui continue adhæret, & quę tenere non cessat. Si autem fiat comparatio respectu diuersorum peccatorum, ut puta carnis tentatio intelligatur respectu peccatorum carnalium, & tentatio hostis respectu spiritualium: sic se habent sicut excedentia, & excessa. Quidã. n. hoies magis proni sunt ad peccata carnalia: puta ad peccata intẽperãtię quam ad superbiã. Et his difficilius est resistere tẽtationi carnis, quã hostis. Quidam ecõuerso proniores sunt ad peccata spũalia: puta superbiã, inuidiã, quã carnalia, ut qui magis desiderant honores, quã uoluptates. His difficilius est uincere spiritualia peccata, quam carnalia. Si quis uerò indifferens fuerit ad utrumq; & æquę promptius quantũ est de se ad hęc, uel illa, illi certo respectu difficilius est uincere carnalia, & alio respectu difficilius est uincere spiritualia. Carnalia quidem propter magis intrinsecam, & continuam adhærentiam. Spũalia propter maiorem boni promissi apparentiam, & latẽtiorẽ instigantis fallaciã, qui multa uitia uirtutis specie palliat. Transfigurat. n. se in angelum lucis. Et licet hostis sit fortior, secundum illud. Non

I

Ephe. 5.

2. Cor. 11.

est

Iob. 41. Ephe. 6. est super terram potestas, quæ comparetur ei. Sic etiam callidior, & occultior, secundum illud apostoli. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Tamē non permittitur tentare secundum totam suam potentiam, & astutiam, sed reprimitur a potestate diuina, quæ non permittit hominem tentari ultra, quam potest, ut dicitur 1. Cor. 10. ¶ Quantum ad tertium: ut cognitis aliquatenus tentatorijs fraudibus, eas cautius uincere ualeamus, enumerandę sunt, & aperiendę quædam speciales tentationum fraudes, quibus cætere innumeræ illius mille artificis insidię possint caueri. Annumerat autem Guil. Paris. in tractatu suo de uirtutibus septem tentationum fraudes, quibus quærit hostis humanæ salutis animas illaqueare, per quas nonnunquam sapientissimi ac fortissimi prosternuntur. ¶ Prima est longa, & perseuerans fatigatio, & uexatio de aliquo uitio, aut aliquibus peccatis. Per quam duo intendit tentator. Primum est desperatio de dei auxilio, ut tentatus desperans se credat ad deum nō pertinere. Secundum est, ut tentatus credat se a deo penitus derelictum: nec de ie curā aliquā esse deo. Cum enim homo diu tentatur, & assidue, instanterq; petit a tentatione liberari, nec tamen quod petit, obtinet, facile ad impulsum diaboli desperat de dei adiutorio, putans se a deo non curari, & traditum oblitioni. ¶ Secunda astutia est extraneitas tentationis, & admirabilis rei enormitas, de qua quis tentaturus cum alios in talibus insuetis tentationibus tentari, aut tentatos fuisse non audiuit, se ad deū non pertinere, aut etiam ueros Christianos non esse formidem. Et addit: q̄ nonnulli ipsum super hac tentatione consuluerint, qui illam maxime abhorrebant ex hoc solo, q̄ suspicabantur se solos istam tentationem pati, qui se ferme derelictos, & quasi inauditis tentationis turpitudinibus expositos uehementer expauescebant. Subdit. Tales profecto non uiderunt oppugnari castra fortissima: contra quæ non solum consuetæ, ac notæ machinæ parantur, sed omniū iaculorum genera, quæcunq; immunda, quæcunq; fœda, quæcunq; uenenata, & noxia in ipsa iaculantur. Ita & in spirituali pugna dę monum, contra castrum animæ nostræ. Totis enim ipse studijs, & uiribus insidiatur nobis. Tota auiditate sanguinem nostrum sitit. Quapropter nihil apud eum interest an stercus, an lapidem menti nostrę inijciat, aut iaculo cōsueto, aut inconsueto oppugnet, dummodo prosternat: dummodo interficiat. ¶ Tertia astutia est, qua molitur; ut quis statum suum, in quo bene stat, & secure uiuit, mutet, adinstar quomodo fit strepitus, ac tumultus in aqua: ut exeant pisces de suis receptaculis, in quibus tuto fuerant constituti: quatenus fugientes incidant in laqueos, & retia piscatorum. Sic diabolus bene se habentibus in aliquo statu, ubi sibi ad eos non patet, aut saltem non facile patet accessus, molitur proprijs suggestionibus, uel alienis, aliquando ēt terroribus, ut se ad alium statum, uel locum transferant, sciens eos in alijs locis aut statu minus tutos, & ad cedēdum tentationibus magis aptos. ¶ Quarta est, qua hominē ad maiora bona, & supra uires penitus exercitia inuitat, & excitat, sicut quandoq; contingit in ieiunijs, & abstinentijs, uigilijs, disciplinis, ac alijs religiosis exercitijs singularibus insolitis, & inconsuetis. Inducit nonnunquam ad memoriā maximorum exemplā sanctorum, factaq;, & operā: quæ tamen illis adhuc imperfectis, & in uirtutibus defectuosis, sunt penitus improportionata: & hoc facit singulari suæ malignitatis studio: ut homines huiusmodi naturalibus suis uiribus per horum improportionatorum indiscretionem exercitiorum destimantur: sic q̄ destructi (alias destituti) sibi fiant inutiles, & alijs onerosi, aut certi, ut totum bonum, quod ceperant,

1. Cor. 10. h

Fraudes septem tentationum.

l

abij-

abijciant,ac reuertentes ad uomitum,fiant deteriores,quam fuerunt. Simile ponit de similarum captura, q eas per calceos magnos,& fotulares, dum uenatores ipsos imitari uolentes sibi alligant, nec tamen eos portare: aut in eis ambulare valentia uenatoribus capiuntur: Calceamenta in scriptura sanctorum exempla significant, quæ sequi, & portare non prævalent homines imbecilles,& in uirtutibus imperfecti. ¶ Quinta fraus,& astutia,qua sub prætexta boni suadet periculum. Et huiusmodi calliditatis sunt multæ species, ut dum sub prætextu pietatis, & dandi eleemosynas,suadet acquiri diuitias. Nouit enim ipse malignus illud apostoli. Qui uolunt diuites fieri, incidũt in tentationem,& laqueum diabolí. Et illud. Fili mi,si diues fueris: non eris immunis a delicto. Similiter dum impugnat per aliquod uitium, suadet bonum oppositum: quod nouit esse maioris occasionem ruinæ,ut cum impugnat aliquem per luxuriam: suadet ieiunium,& abstinentiam,sciens eum in iracundiam, accidiam,uel amentiam facile posse labi,quod per experientiã frequenter accepit. ¶ Sexta astutia est:qua hominibus uitia suadet sub prætextu uirtutum,sicut sub prætextu prouidentiæ, suadet auaritiam:sub prætextu misericordiæ,remissionem indebitam:sub prætextu iustitiæ, crudelitatem:sub prætextu zeli rectitudinis, immanissimum furorem. Talibus igitur diabolus uelut fraudulentissimus mercator,uendit fragmenta fictilia pro lapidibus pretiosis, uitrum uiride pro smaragdo, cuprum pro auro, stannum pro argento. ¶ Et non solum in istis uitijs:sed in omnibus alijs,est quædam umbratica species, & fallax imago uirtutis, quibus se querunt,ne agnoscãtur,colorare,quin potius se diuos mores imitari,ut late deducit Aug. lib. 2. confes. ubi ad deum loquens ait. Nam & superbia celsitudinem immutatur cum tu sis unus super omnia excelsus. Et ambitio quid nisi honores quærit, & gloriam? cũ tu sis præ cunctis honorandus unus, & gloriosus in æternum. Et seuitia potestatum timere uult,quis autem timendus nisi unus deus,cuius potestati eripi, aut subtrahi quid potest, quando,uel ubi,aut quo,uel a quo potest? Et blanditiæ lasciuientium amari uolunt,sed neq; blandius est aliqd tua charitate:nec amatur quicquam salubrius,quam illa præ cũctis formosa, & luminosa ueritas tua. Et curiositas affectare uidetur studium scientiæ: cũ tu omnia summe noueris. Ignorantia quoq; ipsa,atq; stultitia simplicitatis, & innocentiæ nomine tegitur, quia te simplicius quicquam non reperitur. Quid autem te innocentius?quoniam quidem opera tua malis inimica sunt? Et ignauia quasi quietem appetit: quæ uero quies certa præter dominum? Luxuria saciletatem,atq; abũdãtiam se cupit uocari,tu autem es plenitudo, & indeficiens copia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtendit umbram,sed bonorum omnium largitor affluentissimus tu es. Auaritia multa possidere uult:& tu possides omnia. Inuidia de excellentia litigat,quid te excellentius? Ira uindictam quærit:te iustus quis uindicat? Timor insolita, repentina exhorrescit rebus, quæ amantur,aduersaria, dum præcauet securitati:tibi enim quid insolitum,quid repentinum, aut quis a te separat, quos diligis aut ubi nisi apud te summa securitas? Tristitia rebus amicis cõtabescit, quibus se oblectabat cupiditas, quia ita sibi nollet,sicut tibi offerri nihil potest. Ita fornicatur anima abs te, & quærit extra te ea, quæ pura, & liquida non inuenit, nisi cum redit ad te, sed etiam te imitando indicat creatorem:te esse omnis naturę:& ideo non esse,quo a te omnino recedatur. Hæc Augu. Propterea ueritas uirtutum, & puritas diligenter inuestiganda est:ut fallacia diabolica possit in talibus melius ab hominibus deprehendi. Propter quod dicit ueritas. Suadeo tibi a me emere aurum probatum igni,ut locuples fias. Et uulgariter dicitur. Non omne,quod fulget,est aurum.

1. Timo. 6. Eccle 11.

M

rum. Et Aristoteles in elenchis. Auricalcea, & felle tincta uidentur aurea: cum longe aliud sint. Id huiusmodi igitur fidelibus recurrendum est ad unctionem sanctispiritus, quæ de omnibus docet. 1. Iohan. 2. Hinc frequenter orat ecclesia. Veritas tua, quæsumus domine, semper maneat in cordibus nostris: & omnis inimici falsitas destruatur. ¶ Septima diaboli astutia, & omnium periculosissima est ipsa pax. i. cessatio a perceptibilibus tentationibus quam pacem multi imperitorum affectant: & uehemēter concupiscunt. Sed hæc adeo pernicosa est, ut de ea sanctorum ecclesia dicat. In pace amaritudo mea amarissima. Et enumerat doctor ille quattuor mala, quę ad talem pacem consequuntur. Primum est fama securitas, qua negligitur dei timor, qui est electorum uigilantissimus simul & fidelissimus custos. De quo Eccl. 27. dicitur. Nisi instanter te tenueris in timore dei: cito subuertetur domus tua. i. conscientia. Et Prouer. 14. dicitur timor domini fons uitæ: ut declinet a ruina mortis. Illa ergo pax arefacit fontem uitæ: quæ arefactio quanta sit impugnatio: quis non uideat? Hæc enim securitas facit nos seorsum a cura, & solicitudine custodienda: & per hoc exponit nos hostibus totos incautos. Ideo non cessat uersutus ille tentare: ut cum quis æstimat se securum, negligat se tueri: quatenus quos sic per quietem securos reddiderat: repente rediens facilius inopinatus irrumpat. ¶ Secundum malum est desidia, pigritia, siue ignauia. Quia humana tarditas ad proba opera tentationum stimulis excitatur, iuxta illud psal. Multiplicatę sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Desidia enim quasi diaboli dormitorium: humanarum mentium uires turpissima rubigine consumit: quæ continuo deberent exercitio splendescere, quemadmodum ferri exercitium ipsum splendescere facit, ad similitudinem argentei nitoris. Nam cum exercetur, candet: & cum quiescit, rubigo turpis adgignitur. ¶ Tertium malum est ignorantia sui, & propriorum defectuum, ad quam sequitur elatio: quia eo ipso, ꝙ non tentamur: credimus nos fortissimos, & tam sanctos, uel sic angelorum custodia uallatos: ut nos dyabolus non audeat impugnare. Qua credulitate nihil stultius est, quia dum non putamus, in foribus adest: quærens euertere totam conscientiæ domum. ¶ Quartum malum est fraternus contemptus: quia facile, qui huiusmodi pacem in se sentiunt; ac diutius in se senserunt, despicere eos solent, qui grauiter tentantur, dicentes huiusmodi horrendas tentationes cadere non debere in Christianum hominem: & ꝙ uilissimus est: qui talia cogitat: aut cui tales cogitationes immittuntur. Immo tales aliquando ita puros se existimant, ꝙ nec alijs miserendū, qui cū grauibus agitantur tentationum infidijs non esse impijssime putant. Indignantur quoq; his, quibus compati deberent: quod falsæ iustitiæ certum signum est. secundum bea. Greg. in homel. ¶ Istæ sunt septem astutiæ, siue fallaciæ generales, quibus dyabolus ut frequenter utitur in tētando homines: ut ipsos in suæ damnationis laqueum pertrahat. ¶ Plures deniq; tentationum modos enumerat clarissimus doctor Ioh. Gerson: omnium Paris. Cancellarius, in scripto super Magnificat, tract. 8. tractans hunc uersiculum. Deposuit potentes de sede. Addidit & alios. 61. fraudum modos in quodam tractatu in gallico composito: & per alium quendam Tornacen. canonicum in latinum traducto. Ex quibus aliquot ad nostri cautelam non piguit hic annotare. Vnde ait. Depositus iste de sede dyabolus, deorsum fluens, Sathanas satagit homines deponere uiolenter, fraudulenter, & maligne. Violentia cernitur in obsessis, fraus uerò dum specie boni salubris, & uirtuosi consilij, quasi moralis philosophus dolose impellit. Paucos accipe (inquit) modos ex innumeris. Detestatur quandoq; superbiam: sed ut in deteriorem sub uolucro

N

Eccle. 27.

O

Tentationis modi spirituales plures sunt.

fictæ

fictę humilitatis præcipitet. Nam est, qui se nequiter humiliat. Et rursus ait. Noli esse humilis in sapientia tua quatenus insipienter ex alteris. Detestatur presumptionem, & timorem laudat, ut ablata pace cordis, recedat iste, cuius locus est in pace. Detestatur inobedientiam, ut peccati seruitutem inducat, & afininam patientiam, qua fert non ferenda, quales uocabat apostolus esse corinthios. Fefellit innumeros nequam iste, qui sub uelamento obedientiæ nephanda perpetrarunt, quasi peccare non possent, quia non habebant uelle, uel nolle iuxta uerbum suum. Detestatur superstitiones: quandoq; manifestas, sed non occultas, & obumbratas sanctis obseruationibus. Vnde ad superstitiosas, hoc est superfluas quęstiones impellit, & curiosas. Vnde prima malignæ uocis suæ uoxuox fuit interrogationis Cur? Cur isto frequentissime utitur; quatenus homines in curiositatis noxiæ laqueos cadant. Suggerit quæstiones has, & similes. Cur fecit deus rationales creaturas: quas præsciebat fore peccaturas, & damnandas? Cur eas deus tales nō condidit, quę peccare non possent? Cur delectatur in perditione uiuentium, quod inde sibi lucrum crescit? Nunquid melius esset universis; si peccatis omnibus ablatis, remanerent in solo decore uirtutem? Cur indurat aliquos, & aliorum miseretur? Cur acceptio personarum reperitur apud ipsum? Cur non citius uenit ad homines redimendos? Cur tot absq; baptismo innocentes: tot infulis sine lege uiuentes: tot, qui saluarentur si bonis doctrinis, & societatibus instruerentur perire permittit, & permisit? Scit ne quam iste, q̄ perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Sicut hominem prohibitum me in pluribus dei operibus fuerit curiosus. Culpat hypocrisim: sed ut homines absq; honestatis uelo perpetrent mala. Laudat simplicem cū sancta uerecundia, quatenus hypocrises fictionis introducat. Culpat inuidiam, & benignitatem laudat: sed ut malignitas improba nocentium foueatur. Culpat econtrario iniquitates aliorum, ut personale odium contra fraternam charitatem suscitetur. Culpat iratos: sed ut zelum sanctum abijciat. Laudat zelum sanctum: quo præceps ira furiat. Laudat quietem sanctam, sed ut in sterquilinium torpentis inertię deiiciat. Ostendit odibilem auaritiam, & q̄ nihil nequius, quam amare pecuniam: sed ut prodigalitatem consumptione omnium cum rapinis introducat. Pulchram, & amabilem dicit frugalitatem: ut tenacitati locum paret. Ostendit quantas gignit infirmitates gula, sed ut periculosiorem fatuitatem capitis, & corporis absque remedio operetur. Laudat omnia sana esse sanis, & nihil esse reiiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur; ut a temperantię fallax abducat. Ostendit, quam fœda sit luxuria, quam uilis, nec honore digna, ut coniugiorum iura contaminet. Laudat prolificationem, immo iubet per illud Crescite, & multiplicamini, quatenus concubinarum licere demonstret. Ostendit non esse iurandum. Sit inquit sermo uester est, est: non, non, ut detestetur omne iuramentum. Dicit ex aduerso qui bene iurat, bene credit, ut periuria, aut blasphemias diuini nominis multiplicet. Circumit iste Sathan, & terram perambulat, ut circumstantias omnium consideret, quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Tendit laqueos, in quos impellat multos ualde, ut si fuerit aliquis ab uno liberatus cadat in alterum. Itaque considerat, dum circumit, & obseruat uolentes placere deo. ¶ Videt aptum aliquem ad religionis ingressum: impellit ad oppositum sic illudens. Cur ciuilem uis deserere conuersationem? quoniam homo natura ciuile animal est. Homines hominum gratia facti sunt, ut se mutuo iuuent, sibi mutuo seruiant, uæ soli. Cur non poteris sub habitu seculari salutem tuam operari? Sub uno abbate Christo

Eccle. 15. Eiusq. 13.

Prouerb. 25.

Tentatio uolentis intrare religionē.

P

gaudeas lege libertatis, quã tibi dedit deus, & emit Christus. Quid pulchrius? quid eligibilius libertate? Cur tot, & tales uis subire obseruationes, & uota super te inducere, qui non sufficis ad præcepta seruanda? Quid sunt obligationes tot, nisi laquei ad totidem transgressiones. Videas, ne illaqueatus uerbis oris tui cadas. Displicet enim deo stulta, & infidelis promissio. Ecce quot, & quales in religione defecerunt, quod ceciderunt: quod apostatæ retro abierunt? Cur non uis talentum tibi creditum in his, & in alijs gratijs multiplicare? Vt quid perditio hæc esset in religionis ingressu, siue in solitudine? Celat perditus ille laqueos in seculo. Fit iste, qui saluandus fuerat in religione: perditus in seculari conuersatione. Fit secularis: coniungitur uxori. Heu quos illic laqueos tribulationum non inuenit? nascuntur filij. Alia cura, si procax uxor, genere magnifica, si sterilis, si fœda, si lubrica: quale supplicium? Fit de milicia, aut curialium numero, quot illic curis inuoluitur? Primitus erit dulcis inexperto cultura dulcis amicæ: expertus metuet inuidiam non tollerabit. Fit oportet assentator ad omnia: sit miser: dormiens, uigilans comedens &c. ad alterius arbitrium. Fit causidicus, aut practicus in physica. Fraudes mille sparguntur in practicatione. Dum quærit diues fieri incidit in desideria multa, & laqueos, quibus mergitur in interitum. Fit beneficiatus in ecclesia, & celebs, cauendum sibi erit a retibus simoniæ, a negligentia seruitij, a luxuria, a cõuersatione inerti, a lasciuia, a dilapidatione bonorum ecclesiæ. Circumit, & considerat Sathan ille alterum, quem ex instabilitate propria cognoscit ad religionis aut solitudinis uitam ineptum. Vide, ait, quanta sit religionis, quanta solitudinis perfectio uacare soli deo, salutem suam operari. Quid prodest homini: si uniuersum mũdum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Vide, quam totus mundus in maligno positus est, quam breuis uita, quam mors incerta, quæ tormenta inferni, quæ gaudia paradisi. Vide, ne procrastines, ne consilia multorum maxime domestic orum, & secularium quæras, res certa est, de solis incertis consilium habendum est. Dicere: q religionis status non sit perfectionis status, hæresis est. Magna uerò stultitia est nolle esse perfectum. Quid hæsitas? quid expectas? uocat te deus per inspirationem, proijce te in eum, & ipse te enutriet. Dum compungeris corde: fac uotum deo cæli: firmet te iuramentum. Fælix necessitas, quæ ad meliora compellit. Scineris opus cum uoto acceptius esse deo. De totam arborem uoluntatis tuæ cum fructibus suis deo tuo. Quid in te stas, & non stas? proijce te in eum: & ipse te suscipiet, neq; deseret iam susceptum. Silet iste nequam, q ad religionis introitum oportet attendere nedum religionis bonitatem in se, sed & alias circumstantias, maxime autem duas, quarum una se tenet ex parte religiosorum (si perfecte regulam seruant) Altera ex parte suijpsius, si iuxta parabolam Christi dum inchoat, poterit consummare. Silet: q media moderanda sunt secundum uirtutem tam agentis, quam patientis. Nec poterat Dauid cum armis Saul egredi contra goliam. Non possunt simie cum botis latioribus: quas in fraudem eis derelictis, accipiunt, incedere. Silet præterea onera religionis cum moribus inhabitantium, dat bene sentire de omnibus: neminem iudicare. Adiecit præterea, q proficit alija sua eruditio: suum consilium, quia litteras nouit, quia prudens est in agendis. Deniq; dabit exemplum reliquis in seculo: ut ita faciant, quẽadmodum ipse facit, & seculum derelinquant. Quid eandem? Voto se constringit, deserit habita beneficia, dat sua pauperibus, uia unica religionis sibi relicta est. Captus est ait insultans dæmon, euge euge: iam non est silendum, iam in odium religionis exagerandæ sunt omnia, aperiendi sunt oculi, discrimina reuelanda, murmur

De instabilitate existentis in religione.

indu-

inducendum. Dicat ipse sentiens se delusum. Quid mihi feci miser? In quod me malum impuli? nõ potero ferre iugum hoc intolerabile, quæsiui requiem ut in pace fruerer deo, & ecce turbatio: fugi homines, homines inuenio. Cedebam tentationes de seculo, deteriores dæmonis profero. Quid feci? quo me uertam? quid agam? Amicos carnales offendi, spernens eos cũ suis consilijs, nullus mihi ad eos regressus, si uoti dispensationem quæsiero, non dabit ur: aut in dato nunquam constans animus quietabitur. Sed neq; quomodo uiuerem in seculo, relictum est. Si ad aliam migrauero religionem, scandalosus ero meæ, & forsitam intolerabilis alienæ. Quid feci? deuotionem in seculo suauiorem, & crebrius inueniebam, secularibus inuoluor curis. Cogit obedientia pro necessitatibus fratrum currere, discurrere per seculum, quo quietem mihi sperabam obtinere. Sic quotidianis fatigor odijs, & rixis. Delectabat me studium, docebam, & docebar, nunc qui docea tur, aut qui doceat nullus est fratres satis esse respondet occupationes religionis suæ. Non est, inquiunt, religio scola docendi, sed disciplina uiuendi. Si uixero secundum mores fratrum collapsos omnino a regulis patrum, per ditus sum. Si singularis mihi uiuere uolo, nec datur, nec sufficit. ¶ Circumit adhuc ille depositus de sede, quærit, quem deuoret. Inuenit hominem deditum studijs, & scientijs literarum, si potest, auertit, affert occupationes a seculo, aut frustra dicit uerba fieri surdis. Si nequiuerit abducere, quatenus, ocium desideret studiosus, & sibi uacet, & sapientiam scribat in ocio. Subdolus impellit, ut alios, dum docere uult, scribendo se seducat. Laudat iam laborem, sed seducit intentionem. Scribere suadet, quæ legat posteritas, quæ tibi sint nomen in æternum, quoniam, melius est nomen bonum, quam unguenta preciosa. Orabunt alij pro te. Non tibi solus laborabis: talentũ tuum distribues, scribe frustilia, & extranea, turpe est inuentis uti. Sic impellit, ut deserat terminos, quos posuerunt patres sui, ut uane gloriosus dicar. Super me docentes omnes intellexi, ac deserens uias rectas, dicat. Aquæ furtiuæ dulciores, & panis absconditus suauior. Eya scribe ait, aut de tuis uirtutibus, aut celeritatem ostende dictandi. Aut certe in alienis laudibus quære laudem tuam. Scribe: totus insiste laboribus: non des requiem calamo: postpone horas canonicas, aut absq; attentione festinus proferas. Indulge securus lautioribus cibis, utere somno ad satietatem, desere ciuilem aliorum conuersationem, compensabit hæc omnia labor tuus. Sic impellit iste nequam, scit; q̃ inutiliter, immo noxiæ fiunt non iussa, præceptis omissis. Scit; q̃ fauemus ultra modum scriptis nostris: diligimus, ut filios, placent ẽt si deformia sunt, & inculta, & sententijs uacua. Testis est simia fabulosa. Gallina dum nimio clamore prodit ouum, perdit illud. Coruus crocitans; ut a uulpe laudetur, fraudatur cibo suo. Non aliter sæpe perdunt uirtutes suas scribentes doctiue l quæsitas prius, uel acquirendas in tempore. Ratio, q̃ dicunt, & non faciunt, quia de donis dei dum gloriam quærunt, deo rapiunt, quod suum est, quia scit insuper sinistra talium, quid facit dextra. Sed ad quid Sathan ista? quid tibi super aliorum salute. Profecto nihil, sed satagit, ut iste sub hac intentione scribens audiat in iudicio. Recepisti mercedem tuam, accipe, quod tuum est, & uade? Exore tuo, & scriptis tuis te iudico seruc nequam. Fers litteras mortis tuæ Sal infatuatum. Sed o fraudem Sathanæ detestandam, quandoq; tamen ira fallentem. Possunt nihilominus fieri noua scripta meritorie, si modus affuerit, finis, & ordo recti. ¶ Circumit denic; insidiator ille, & inuenit hominem audiendis confessionibus deditum. O quot immissiones facit ibi per angelos suos malos? Venit ad cõfessionem plebeius idiota. Veniunt pueri, & puellæ, iuuenes, & maritati.

Intentatio insistentium studio.

Tentatio cõfessorum.

Suader

Suader inuestigare diligenter de omnibus circumstantijs: ut agnoscat uultū sui pectoris, quia nec aliter solui potest peccator, nisi dixerit oia. Sed hoc suadet in finem, ut deficiat scrutans scrutinio cum scādalo confitentium, cum lapsu proprio, cum suspitionibus infinitis, cum interminabilibus scrupulis, siue remittat non absolutum, siue detineat morosissime, nix tandem absoluendum. Vertitur postea in qualitatem oppositam: quia timet expertus tales facere interrogationes. Dicit, sibijpsi. Saluet se, si uoluerit, non intrabo domū conscientiæ alienæ, nihil interrogabo sciat peccata sua, dicat, si uult. Sic dimittit inscios, sic uerecundos latere in peccatis suis, non utens claue scientiæ, quæ data est ad aperiendum cum discretione secretas conscientiæ plagas. Veniunt alij magni prudentes de seculo, ueniunt prædones, usurarij, simoniaci, rancorosi, violatores ecclesiasticę libertatis, concubinarij notorij, nolunt a peccatis resilire, nolunt restitutiones facere, excommunicati sunt, irregulares sunt. Alij si culpantur, excusant aut defendunt peccatum suū. Dicunt se iusta bella gerere. Fraudem usurarum nituntur fictis uenditionibus palliare &c. Veniunt alij, uel aliæ curiosæ agentes, ad fabulationes uertunt confessiones, miscentur colloquia de profanis, utinam non de nefarijs, utinam quod spiritu cepisse uidentur, non consument in carne. Prohibeat deteriora deus. ¶ Circumit rursus & inuenit declamantem ad populum, seu prædicantem. Cognosce hic quot sunt dęmonis impulsus in sermone dum de omni statu personarum, quæ sunt uitijs contrarijs infectæ clamandum erit. Si culpat auaritiam, prodigus applaudit, & ridet auarum, si prodigalitatem uituperat, auarus libens ad se contrahit, dicens. Tene, quod habes: si loquitur aduersus inertiam, gaudet, qui stulto labore consumitur: & esse subsentibus curarum mordentium delitias computat: zelus laudatus accēdit iracundos: pietas laudata pusillanimos nutrit, & desides. Ecce fructum, quem prędicatio tua parit in adiutoribus. Sed nunc ad ipsos prædicatores reuertor. Sunt qui nolunt præmeditari, nolunt sanctorum allegationibus, uel auctoritatibus (aut certe nesciunt) uti. Garriunt, & effundunt, quicquid in buccam uenerit, cæci cęcos alloquentes. Sunt ex oppositio, qui tot accumulant allegationes super allegationes, rythmos ad rythmos, concordantias cum concordantijs: effluunt usquequaq; non deum: sed se: sed scientiam suam ostentare uolentes. Blandiuntur sibi, quia non propter se, & famam scientiæ: sed ad ędificationem quærunt aliorum. Sunt qui solum inobedientiam, & rebellionem subditorum nutriēdo, uitia culpant superiorum, etiam dum absunt. Nihil plausibilius audit inuidia plebs, quam superiorum uitia prodere, augere, culpare. Et hæc sæpius, & accutatius student aliqui detestari, qui si, uel in modico uitio culparentur, protinus implicabiliter obsisterent uera dicentibus, & capitali clam, & palam persecutione uexarent. ¶ Circumit adhuc demum Sathan ille: & inuenit hominem in solitudine, uel deserti sicut pelicanus: uel domicilii sicut nicticorax: uel tecti sicut passer. Protinus mittit fraudulentus anceps iste laqueos exquisitos: & tota malignitate conatur eum inuoluere infernalibus suis pestibus. Aggreditur eum inertia, ut carens exteriori exercitio, ocio torpeat. Fiatq; tædiosa oratio. Impellit ad impatientiam, qua quies displiceat: ocium ipsum horreat: seipsum ferre non possit. Immittit blasphemas cogitationes desideria pigrum occidentia, ut speret uana, meruet falsa, mereat molestę, gaudeat molestius. Quærat consolatiunculas proprias, uel carnales, uel spirituales, dimissis diuinorum impletionibus mandatorum, in aliis quo spiritualia fingit, delectetur, in omnibus quoq; non deum, sed seipsum quærere sub deuotionis pallio discat. Vnde & tandem tētator fraudulentius derideat sabbata eius uidens

Vtrularum cōfessiones.

Prędicatorū tentatio.

dens ignominiam (alias neomeniam) eius. His alijsq; modis aduersarius noster ut beatus Petrus ait: tanquam leo rugiens: immo tanquam uulpes latenter insidians, tanquam serpens occultis susurrijs sibilans circumit, non quieſcit quærens quem deuoret. Et quis non obstupeſcit: tot laqueos conſiderant, tot concluſus angustijs? quis poteris de uiribus proprijs præſumere: ut omnes hos caueat, nullo horum compræhendatur? Proinde neceſſe eſt nobis omnibus recurrere ad orationem, & deuotius ad deum clamare Pater noſter. ne nos inducas in tentationem. ¶ Nec ſola oratione contenti tempus eſt ut nunc quantum ad quartum præmiſſę diuiſionis membrum: etiam alia quædam remedia quęramus, ut dei adiutorio ſtreti, fortes conualeſcamus tentationibus occurrere, eis reſiſtere, & ualide pugnare. Poſſunt enim uaria remedia colligi ex ſanctorum doctrinis, & exemplis, quibus impugnati, uictoria potiamur glorioſa. Vnde ſecundum prænominatum doctorem Guil. pariſ. ubi ſup. defenſiones ex ſingulis uirtutibus elicere poſſumus, contra quarumlibet tentationum incurſus. Nam quia connexę ſunt uirtutes ſicut promouens unam uirtutem promouet omnes: ita impugnans unam uirtutem impugnat oēs. Hinc & contra tentationem quamlibet a qualibet uirtute auxilium repugnandi ſumere poſſumus. Verbi gratia. Impugnatur aliquis a ſpiritu fornicationis, & tentatur ad concupiſcendum uxorem proximi, conſulat tentatus uirtutes. Dicit fides. Intoxicata, & mortifera eſt uoluptas: auerte oculos tuos, ne intuear eam. Timor dei obijciet ſibi finale iudicium, & infernale ſupplicium. Spes dicit, quid mihi offers in terris miſera caro, uel demum, qui expecto tanta gaudia in cælo? Charitas dicit, charū habeo dominum deum meum, & proximum meum, nō propter te uoluptas miſerrima offendā eum. Caſtitas dicit, in uacuum laboras, puritatem mihi deſponſaui. An neſcis, quia cum Chriſto rege regum matrimonium contraxi? Fortitudo dicit, non timeo ferra, & ignes propter deum ſuſtinere, & uis me in plumaribus (alias plumarijs) ſuperare. Magnanimites dicit: quænam es tam puſilla, & fęda uoluptas, ut me ad te ſtudeas prouocare. Iuſtitia dicit: iniquum eſt a iuſtiſſima dei uoluntate ad te peruerſiſſimam uoluptatem declinare. Sanctitas dicit. Hęc mulier templum dei eſt in baptiſmo conſecratum, quod uiolare non licet. Sapientia dicit, gaudio ego ſapore mundiſſimo, exi a me fœtulentiſſima luxuria. Et ita fieri poteſt in alijs tentationibus quorumcunq; uitiorum, conſiderando cuiuſlibet uirtutis proprias operationes, effectus, cauſas, & modos, ac fines earum, per quæ reperitur in qualibet uirtute quædam repugnantia ad quodlibet uitium, quæ opponi debet tentatori, ſiue mundo, ſiue carni, ſiue diabolo. Et præter hoc quilibet uirtus tripliciter contra uitium pugnare habet. Primo proprio gladio, contemplando, ſcilicet ſuipſius nobilitatem, præcioſitatem, & utilitatem, quam tentans ad uitium uelare nititur & abſcondere. Secundo gladio alieno, ſumendo ipſum a uitio. Obijciendo uitio, ſuam turpitudinem horrendam, conſiderando omnia nocumenta, quæ hoc uitium inducere conſueuit, ſiue in rebus exterioribus, in corporibus, ſiue in animabus, ut exempli gratia. Luxurię qua mentem effœminat, corpus eneruat, maculat animam, fœdat perſonam, euacuat burſam, & ita ſimiliter de alijs uitijs. Tertio pugnat fugiendo iacula uitiorum, ut cōtra luxuriam ſe abſtrahendo, ab aſpectu laſciuorū, ſpectaculorum a conſortio fœminarum, petulantium iuuenum, a laſciuis carnibus, a uino, & ocio & alijs ſimilibus, quibus primo illicite ſagitationes immittuntur, quas ſequitur praua delectatio. Hinc oritur conſenſus, & tandē opis cōſummatio. Simili modo quælibet alia uirtus pugnat contra uitia, fugiendo occaſiones, quæ nate ſunt inducere uitiū, ſiue ad ipſum inclinare. ¶ Ponunt

Tentationū remedia.

1. Pet. 5.

S

& præter hæc septemdecem iuuamenta, ac defensiuæ considerationes contra tentationum fallacias: ad quas recurrere habet homo ab impulsu tentationum agitatus. ¶ Primum consideratio summi & benignissimi dei a quo postquam non fuit homo, factus est aliquid, nec creatura quælibet irrationalis, sed rationalis, dei capax, & beatitudinis. Pro cuius redemptione, post lapsum, quo sua spōte deum offendit: filium in carne misit, ac in mortem turpissimam pariter, & amarissimam tradidit, ut morte dignissimos a morte perpetua liberaret, quare merito amari debet: & ad defensionem sui honoris, & reuerentiæ, & ne aliquid iniuriæ, aut displicens irrogetur, aut committatur: seu ne aliquod castrum eius (quod est homo) expugnetur a quocunq; aduersario: qui libet homo redemptus promptissime laborare, & zelare debet, seq; totum exponere. ¶ Secundum est consideratio q̄ in conspectu tantorum clarissimorum pugnamus, qui victoriam nostram optant, & expectant: sicut ipsemet deus gloriosus, & angelicæ uirtutes opem ferentes, ut uincamus. Vnde & Boetius. Magna nobis indicta est necessitas probitatis: cum ante oculos agimus iudicis cuncta cernentis. ¶ Tertium est imitatio regis ad pugnam: qui ut Aug. super Ps. ait. Imitatur pugnes, adiuuatur uincas. ¶ Quartum est consideratio magnitudinis præmij repromissi uictoribus in spiritualibus bellis: quia ipse deus deficientem subleuat, & uincentem coronat. Hęc Aug. ubi supra. ¶ Quintum: deuota imploratio diuini auxilij: quod præsto est deus, pro quo certatur, cum requiritur impertiri. ¶ Sextum est declinatio incentiuorum tentationis: fuga scilicet occasionū, ut supra habitum est de luxuria. ¶ Septimum: consideratio nobilitatis, siue dignitatis humanæ conditionis: propter quam uerecundum uideri debet homini descendere ad opera uitiorum, & non potius ascendere ad contemplationem supernorum gaudeorum. ¶ Octauum est consideratio, qualis erit, quam horrenda caro propria, & aliena mortua, ad quam tantum quis uitium afficiuntur eam nutriat in delitijs & operibus bestialibus. ¶ Nonum est diuinorum eloquiorum recordatio, in quibus inueniuntur uerba medicinalia contra omnem morbum, & uexationem spiritualem atq; exēplaria in his, quæ similia passi sunt, qui adiuti diuino auxilio, tentationes quaslibet superarunt. ¶ Decimum consideratio uilitatis, & indignitatis eorum, qui uincere nos fatagunt. Opprobriosum enim uidetur, & confusibile uilissimis rebus uinci. ¶ Vndecimum est consideratio, q̄ consecrati sumus in baptismo: & q̄ characterem Christi, & imaginem uiuam sanctæ trinitatis gerimus. Vnde uerēdum est homini, illam per aliquam deordinationem, & turpitudinem maculare, quia hoc quilibet facere, aut permittere refugit in ecclesia materiali, propter eius consecrationem, & sanctorum imaginem præsentiam Christi, & sanctorum. ¶ Duodecimum consideratio: q̄ homo singulos actus suos facit interiores, & exteriores, motus, & gestus in clarissimo conspectu dei, & sanctorum angelorum. Propter quod plus habet uereri consentire tentationi uitiosæ, ac turpiter agere, quam coram homine aliquo sapientiæ, uirtuoso, aut in magnis dignitatibus constituto. ¶ Tredecimum est consideratio infernalium cruciatuum, qui infallibiliter consequentur nec aliquando finiētur. ¶ Decimum quartum: iugis memoria mortis, & horę eius incertitudinis. Nā, Facile cōtemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. aut Hiero. ad Paulinum presbyterum. ¶ Quintumdecimum: adhibitio alicuius corporalis afflictionis, uel laboriosæ disciplinæ, cilicij, ieiunij, aut similis exercitij carnis lasciuiā castigantis. ¶ Sextūdecimū est consideratio gloriosę memoriæ, famæ, & honoris: quos uictores in spirituali prælio consequuntur nedum in alio seculo, sed etiam post mortem in isto mundo: ubi maximis celebrita-

Decemsept& iuuaméta cōtra tentationes.

Prima consideratio dei.

Augustul. De consola.

tibus

tibus coluntur, non solum ipsi: sed eorum ossa, capilli, uestes, & cætera eorũ instrumenta: qui prius macerationibus, & cilitijs præmebantur: nunc, auro, & præciosis lapidibus adornantur. ¶ Decimum septimum est consideratio: quomodo gloria carnalium, & mundanorum quantumcunq; delitiosi fuerint, potentes, diuites, pulchri, honorari, perijt cum sonitu, relicto æternæ dãnationis timore, multiplici detractione ab his, quos in sua superbia oppresserunt, aut quibus alias quomodolibet nocuerunt. Hęc breuiter commemorata sunt: quæ possunt per scripturas latius deduci. ¶ Potest & addi hoc contra omnes tẽtationes efficax remedium ex ipsa tentatione tanquam ex scorpione medela: ut inde oriatur antidotum: unde infunditur uenenum Quia enim omnis tentatio per bonum aliquod apparens (licet falsum) obtinendum seducere nititur. Nemo enim ad malum aspiciens operatur: ut ait Dionysius. Nemo etiam nisi per boni speciem (in quo delectatur: quod ut appetit) allicitur. Si quidem nunquam uitium persuaderi posset homini: nisi sub specie aliqua bona, in qua deum puer sę imitatur, ut supra deducit be. Aug. Omne uitium peruerse deum imitari. Cur ergo tentator per boni appetibilis, speciem, uitium suggerit (& quidem nemo unlc decipi) est hoc remedium peruticile non auertere appetitum a bono, quod naturaliter concupiscit. Sed sapienter inquirere: ubi hoc bonum inueniri possit, & possideri: & ut sic uere acquiratur, laborare. Gratia exempli: tentatur aliquis ad concupiscendam gloriam, & laudem: & quidem gloria, laus, honor, uel excellentia appetibilis est, bonum quoddam est: quia naturaliter homines cupiunt. ut dicit Bernardus. ser. de ascensione domini. Non oportet despicere, nec appetitum eius extinguere: hoc dulce, quod offertur: sed uide, ubi quæras. In mundo in tuis operibus, in rebus uanis? Hic uenenum, hic falleris, & quidẽ nemo nisi falli, nemo appetit decipi. Quæras igitur, ubi sit gloria, ubi laus uera nunquam peritura. Doceat te fides uera, quam scriptura manifestat, & non inuenies nisi in deo summo glorioso, & laudabili in secula. Ibi si quę 2. Cor. 10. rirur, inuenitur: secundum illud apostoli. Qui gloriatur, in domino gloriet- 1. Cor. 4. cur. Item erit unicuiq; laus a deo. Sic si tentaris ad appetendum blanda, quæ delectant, pulchra, abondantia, non culpandus est appetitus hæc concupiscens. Sed cauendum est, ne ibi quærantur, ubi uere inueniri non possunt. Quærantur ergo, sed in deo, nihil deo pulchrius, amabilius, sufficientius, & ita de alijs secundum deductionem Augustini supra. Hoc scutum solidissimum contra omnes tentationes, quod sola fides præstat. Ad quod beatus Petrus hortatur, dum post auisationem cauendi crudelem tentatorem addit. Cui resistite fortes in fide 1. Pet. 5. Et ad Eph. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Fide namq; cognoscitur in transitorijs uerum bonum non esse, omnis autem boni plenitudine in solo deo consistere, ac per hoc extinguitur in nobis appetitus falsi, & apparentis boni, & accenditur appetitus ueri, & æterni boni. Quæ enim sunt ignea tela nequissimi, nisi obiecto falsorum bonorum, quibus appetitum de uitio in uitium accendere nititur? ¶ Hoc remedio usus est uenerabilis Boetius pro totum lib. de consolatione: ubi ostendit naturalem hominis appetitum desiderare sufficientiam, reuerentiam, potentiam, celebritatem, lætitiam, tanquam uere beatitudinis conditiones, & proprietates, eosq; errare qui hæc de causa terrenas diuitias, dignitates, regna, gloriã, uoluptatesq; desiderant. Ostendit quoq; ab illis ista uacua fore. Et quod appetitur bonum in temporalibus diuitijs, honore, potestate, fama, uoluptate, non esse, sed in solo deo uera nostra bona plenissime, & æternaliter consistere. Ac per hoc docet extinguere appetitum in igneis diaboli telis attactum,

ctum, eumq; accendere ad deum summum perfectissimum totius boni fontem. Hoc remedio qui utitur, nedum diaboli tentationes uincit, uitia declinando, sed etiam uirtutes acquirit, & maxime charitatem dei: in quo bona cuncta sore cognoscit: & per hoc spem in eum dirigit: seq; totum in eum fiducialiter proijcere non cessabit. Et tantum de quarto, remediorum scilicet inquisitione.

DE TENTATIONIBVS.

LECTIO LXXVIII.

A REDEVNDVM nobis est ad textus declarationem, quo cælestis magister noster docuit petere per deuotam affectionem. Ne nos inducas in tentationem. Vbi ut ex præmissis, aliquantulum liquære potest: hac petitione nõ petimus, ut non tentemur: nec hoc affectandum est uiatori: quia uita ista: ut Aug. ait: sine tentatione duci non potest. Neq; nobis utile foret non tentari. (Si enim oramus ut non tentemur, unde erit nobis uirtus constantiæ?) Si tentationes, & tribulationes non essent: fortitudo, constantia, patientia, ac uirtutes cæteræ: quæ sunt circa difficilia: quomodo in nobis generarentur, conseruarentur, & augerentur? Virtutes enim morales moderatrices sunt passionum, tristitię & delectationis secundum rectam rationem. Sublatis itaq; passionibus per tentationem excitatis: sublata esset materia exercitij uirtutum. Hinc dicit Augu. Dum huius uitæ infirmitatem gerimus: si tentationes, & passiones omnino nullas habemus, non recte uiuimus. Hinc apostolus. Gloriamur in tribulationibus scientes, q̃ tribulatio patientiam operatur. Et Thobię. 12. Raphael ad Thobiam. Et quia acceptus eras deo: necesse fuit, ut tentatio probare te. Et Iacobus: Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes uarias incideritis: scientes q̃ probatio fidei uestræ patientiã operatur. Non ergo oramus, ut non tentemur: quoniam etsi tentare cum intentione fallendi malum est in tentatore, tamen in tentatis malum non est, si consensus non accedit: immo sæpius fructuosum est dicente August. super Psal. 60. Per tentationem perfectus noster utiq; fit. Non enim sibi quisquam innotescit nisi tentatus. Nec potest quisquam coronari, nisi uicerit, nec uincere nisi certauerit: nec potest certare nisi inimicos, & tentatores habuerit. Fructuosum est, dico: si uictoria subsequitur. Et quamquam multæ sunt utilitates, & fructus tentationum: inter cæteras tamen beatus Greg. singulares quasdam tangit. 23. moral. cap. 27. di. Aliquando autem post profectum uirium: non solum tentant uitia: sed etiam flagella castigant. Cum tentamur uitijs: pia dispensatione nobiscum agitur, ne his uirtutibus, quibus proficimus, extollamur. Cum flagellis atterimur, admonemur ne mundo blandiente seducamur. Vitia dum nos tentant, proficientes uirtutes humiliant. Flagella dum nos tentant, surgentes in corde huius mundi uoluptates eradicant. Per tentantia uitia discimus, quid de nobis sentiamus. Per ferientia flagella cognoscimus, quod de

Tentationũ utilitas.

14. De ciuita. dei.

Rom. 5.

Thobię. 12.

Iacob. 1.

hoc

hoc mundo fugiamus. Per ista comprimimur; ne quid extrinsecus appetamus: per illa restringimur; ne intrinsecus extollamur. In hac igitur uita dum sumus, & aliquando uitijs tentari, & flagellis atteri, necesse est. Siue enim laboribus flagellorum, siue in certamine uitiorum, non solum nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam in quanta uirtute profecerimus cognoscimus. Nemo enim uires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt: uirtutum signa non prodeunt. Improuidus miles est; qui se fortem in pace gloriatur. Nemo quippe inquantum proficit, sibi imminere aduersa cognoscit. Cum enim adsunt prospera, ceroi uirium documenta non possunt. ¶ In B
Per tentatio nē humilia-mur.
qua auctoritate beatus Greg. tangit, q per tentationem humiliamur, & ducimur in cognitionem propriæ infirmitatis: unde cauti reddimur, purgamur, erudimur, probamur, & exercitamur. Vnde & glo. super illud Gen. 22. Nunc cognoui, q timeas dominum. Sicut uasa non cognoscuntur esse integra ad plenum, nisi fuerint percussa, ut sonus audiatur, nec cognoscuntur perfecte cocta nisi membribus exposita. Si percussa non clarum reddunt sonum, sed obtusum, fracta alicui perpenduntur, licet fractura tactu, aut uisu non discernatur. Sic & homines non perfecte cognoscuntur, donec pulsari terroribus tribulationibus, aut delectationibus expositi non superentur. Hos fructus a nobis excluderemus, si omnino non tentari peteremus. Quapropter etiam electi tentari desiderant, ut ait be. Gregorius. Electus 3. Moral. c. 10.
quisq; inquit, cum peccati summo premitur, ad iustitiæ uigilias exurgere conatur. Sed ipse cum resurrexerit, ipsa se extolli uirtutum magnitudine sentit, unde & tentari se præsentis uitæ aduersitatibus post uirtutes desiderat, ne peius ex uirtutum confidentia cadat. Si enim seruari melius per tentationem non cognosceret, nequaquam psalmista dr. Proba me domine, & tenta me. Idcirco Christus non docuit nos petere, ut non tentemur, sed ut in tentationem non inducamur. Ecce tentatus est Iob, non tamen inductus est in tentationem. Non enim ad illam, ad quam trahebatur tentatoris uoluptatem, ore impio blasphemus intrauit. Tentatus est Ioseph turpi illecebra, sed non illatus in tentationem. Tentata est Susanna, sed non inducta, quia non præbuit consensum tentatori. Ita & nos petimus non induci in tentatione, id est non consentire tentationi. Vnde dicit Ber. Aliud est tentari, aliud in tentationem duci. Tentatur quilibet, quando in anima, aut corpore in delectatione alicuius uitij titillatur. Inducitur in tentationem; si suæ ceperit delectationi consentire. Et be. Cyprianus. Non petimus, ne ducamur in tentationem, sed ne inducamur. Aliud quidem est in tentationem duci, aliud induci. In tentationem ducitur, qui tentatione pulsatur. In tentationem inducitur, qui tentationi succumbit, & ab ea superatur. Induci etiam est intus duci & succumbere, & tentationi præbere cōsensum. ¶ Vel aliter petimus non induci in tentationem, hoc est, non permittas patrē cælestis inimicos nostros fortes nimis sup nos inducere. Etenim si duci nos permittas in tentationes, ut exercitemur, petimus in tentationibus exitum, ne nimium inuoluamur, & ipsis præbeamus assensum. Quia in parte ostenditur, dicit Cyprianus, nihil contra nos aduersarium posse, nisi illud ante permiserit deus, quia petimus, ne patiatur nos intentationem induci. Quod si non permiserit, nulla tentatio poterit aduersum C
Differunt tē tari, & in tē-tationem in-duci.
nos concitari. ¶ Vel tertiò petimus, ne nos inducas in tentationem. hoc est non subtrahas a nobis auxilium tuum, donum scilicet, gratiæ tuæ, quo roboramur ad fortiter tentationibus resistendum. Non enim tantum gratia, operaq; nostra deo reddit acceptos, sed cum hoc fortificat ad concupiscentias malas, & tentationes reprimendas. Vnde Augustinus in de

baptismo paruul. Vt concupiscentijs,& desiderijs carnis non consentiamus: deprecamur adiutorium .i. gratiam tuam, quam si iusto iudicio tuo a nobis subtrahis,nos quasi priuatiue in tentationem ducis. Quia nihil in nobis manet,quo ualide possimus contra tentationes dimicare. Inducis quidem sicut ducit nauem in naufragium, & periculum,qui tollit remum, & gubernaculum,quibus fluctus aquæ compescuntur. Similiter & equum ducit in præcipitium, qui frenum tollit, quo regitur:ne inordinatus motus exequatur:secundum Ansel. in de concepto uirginali . Dicitur autem deus per subtractionem sui auxilij nos inducere in tentationem : ad similitudinem,quo dicit scriptura,eum corda multorum indurare . Non quidem positiue efficiēdo indurationem cordis cuiuscunq; sed deserendo , quia suam gratiam non infundit:quæ cor habet a peccato emundare,& ipsum emolire . Sic in proposito cum gratiam subtrahit,quæ a consensu tentationis custodit,& præter natin tentationem inducit. ¶ Vel quarto petimus:ne nos inducas in tentationem : permittendo,q̄ beneficiorum alijs impensorum occasione nos peiores efficiamur. Sic enim sæpe quis ex bono proximi in tentationem uelut ex illo cadit in odium, & in inuidiam eius. Vnde dicit Aug. super illud Psal. Conuertit cor eorum:ut odirēt (alias ut erudirent) populum eius. Mali,& impij erant . In eo autem: q̄ populum suum multiplicauit,hoc beneficio suo per accidens ad inuidendum conuertit: quia inuidia est odium fælicitatis alienæ. Sic igitur conuertit cor eorum:non illud malum in eis faciendo,sed populo suo benefaciendo:ob quod ipsi sponte cor suum praui conuerterunt ad odium populi sui. Non sic petimus:ne nos ind. in tentationē: sed præseruari,ne tuum qualecunq; beneficium,quod cui tibi placet,communicās,nos occasionaliter tenter,ut ex hoc contra remurmuremus,& odium, & inuidiam contra quamcunq; tuam creaturam concipiamus. Specialius tamen fundimus preces ad deum patrem dicentes : Ne nos indu. in tenta. scilicet carnis:ut nos absorbeat per uoluptatem . In tentationem mundi: ne nos peruertat per cupiditatem. In tentationem diaboli : ne nos perdat per iniquitatem. Caro namq; nimium nos infestat: & nunquam quietum patitur esse affectum nocte feruet,die anhelat. unde Greg. Nos gestamus laqueū nostrum, nobiscum ferimus inimicum carnem.s.nostram de peccato natam: in peccato nutritam : nimis ipsa origine corruptam: sed multo amplius prauæ consuetudine uitiatam. Hinc tam acriter aduersus spiritum concupiscit, & assidue murmurat. Impatiens disciplinæ illicita suggerit, nec rationi obtemperat,nec ullo timore inhibetur . Vt ergo huius inimici repellamus suggestionem : oramus:ne nos inducas in tentationem. Rursus mundus acriter nos inuadit tentando : nunc allicit per prosperā:nunc minatur per aduersa. Vnde Aug. Mundus duplicem aciem producit contra Christi milites . Blanditur enim,ut decipiat:terret,ut frangat. Ne igitur huius hostis incurramus deceptionem,oramus ad patrem nostrum cælestem. Ne nos inducas in tentationem. Demum tertius hostis diabolus mendacij pater mille suis fraudibus secundum naturam cuiuslibet aggredi non cessat,& ubi magis pronum nouit ad lapsum : ibi ut præmissum est:astutias suas multiplicat: nec fatigatur , nec cessat , si forte interficiat sibi quandoque cedentem . Contra cuius astutias,& calliditatem oramus ad patrem . Ne nos inducas in tēta

D rionē . ¶ Circa præmissa sunt quædam dubia. Primum,quia dictum est tērationes in nobis plurima bona operari. Dubitatur : utrum tentatio sit a nobis appetenda? Et uidetur:q̄ sic,per illud Greg.sup.allega ū Elatus tētari se post uirtutes desiderat , ne peius ex uirtutibus cadat. Ite apperendum est illud, quo a periculo pseruamur: hoc aūt est tentatio. Nā secūdū supradicta in se-

ptima

Augustin. Psal. 104.

Augustin. In quodam ser.

An tentatio sit nobis appetenda.

prima astutia, periculosissimum est non tentari. Item appetendum est illud quo nobis plurimus fructus accrescit, talis est tentatio: ut habitum est, igitur tentatio a nobis appetenda est. Item illud est appetendum, quo beatificamur talis est tentatio: teste Iaco. Beatus uir, qui suffert tentationem. Item omnis Christi actio nostra est instructio Greg. in prolog. sui dial. Christus uoluit tentari, quia ductus est a spiritu sancto in desertum, ut tentaretur a dyabolo. Sed quod uoluit, appetijt: siquidem idem est uoluntati appetere, & uelle, ergo & nobis appetenda est tentatio. ¶ In oppositum est illud Hugonis. Tentatio est actus, uel motus inclinatiuus hominis in aliquod malum, uel illicitum. Sed non est nobis appetendus motus ad malum, & illicita: cum, & ipse talis malus est, quia a fine quodlibet habet denominari. Nam cuius finis bonus, ipsum quoq; bonum: & cuius finis malus, ipsum quoq; malũ: Præterea peccatũ non est a nobis appetendum etiam propter quodcũq; bonum, quod consequeretur, secũdũ illud apostoli damnatis eos, qui dicunt: faciamus mala, ut ueniant bona. Sed tentatio non est sine peccato, quia siue exterior sit, siue interior, habet semper peccatum annexum. Exterior.n. quę fit a dæmone, uel homini malo, fit cum intentione fallendi. Velle autẽ fallere peccare est. Interior autem fit a carne, & hæc similiter fieri non põt sine peccato, quia non sine motu illicito: omnis aũt motus illicitus est peccatũ, ut dicit magister in 2 dist. 2. ¶ Dubium illud cum suis rationibus aliud dubium affert: uidelicet: Vtrum omnis tentatio sit peccatum. Sed uidebimus de primo: deinde de secundo. Et loquimur hic de tentatione tertio mõ accepta, quæ. s. fit ad malũ inducendũ: quo ẽt in toto illo tractatu accipitur. ¶ Notandũ igitur est: q̃ res pro tanto est appetibilis, pro quanto participat rõnẽ boni, quia bonũ cõmuniter ponitur obiectũ appetitus. Est aũt, quãtũ hic sufficit aliquid appetibile dupliciter secundũ philoso. s. ꝓpter se ẽt si nullũ aliud bonum inde sequeretur. Tale bonum est felicitas. Similiter & uirtutes, quæ sunt honesta, & delectabilia. Aliud est bonum appetibile non propter se, sed propter aliud sibi adiunctum per se appetibile: seu propter bonum, ad quod ordinatur, sicut medicina amara bona est, quia inductiua est sanitatis. Et ad propositum, tentatio non est bonum primo mõ, quia quod est inductiuum ad malum, nõ est per se bonum. Itẽ aliqua est tentatio, quæ nõ põt fieri sine peccato, ut illa, quæ fit intentione fallendi, & in peccatum inducendi, qualis est, quæ fit ab homine malo, aut spiritu maligno, qui per tentationem satagit tentatum ad peccatum pertrahere. Non enim quis delinquit dumtaxat in se malum operando, sed etiam delinquit malũ alterius procurãdo. Quod aũt fieri nõ põt sine peccato, nequaquam habet rõnem per se appetibilis: patet ergo: q̃ tentatio non est appetibilis per se, seu propter se. ¶ Vtrum autem sit appetibilis propter aliud, puta propter uictoriam, quæ consequi potest tentationem, aut propter ueritatem, quę ex tentatione augeri põt, & roborari, magis dubium est. Et uidetur probabilius, q̃ tentatio non est appetenda propter alterum bonum. Quod sic ostenditur: quia quod non est per se causa alterius, sed omnino habet se ad illud per accidens, non est appetendum propter aliud. (Nunquam enim medicina amara appeteretur nisi posset causare sanitatem.) Tentatio aũt nõ est inductiua uictoriæ, neq; ad uictoriã promotiua quantũ est ex se, sed magis inductiua casus. Et si uictoria quãdoq; tentationẽ subsequitur, non tñ ꝓcedit ex tentatione tanquã a causa efficiente uictoriã, sed prouenit a tentato tentationẽ uiriliter cõculcante. Per quod contingit uirtutem q̃q; augmentari, aut etiam nasci, per actum. s. resistendi tentationi nõ per ipsam tentationẽ. Et licet tentatio quandoq; est occasio uictoriæ, pro quanto inuitat ad pugnam, & nemo uincit, qui non pugnat: nõ

Iacob. 5. Mat. 4.

Rom. 3.

1. Ethichor. ca. 7.

B

Tentatio quid.

An tentatio appetẽda sit ꝓpter aliud.

tamen ideo appetenda: alioquin etiam peccatum esset appetendum, quod est erroneum. Nam & peccatum quandoq; est occasio maioris gratiæ: ut si quis peccatum suum recogitans, surgit ardenter in magnam eius displicentiã: petens a deo sibi remitti: ad quod sequitur q̃q; maior gratia, quã si peccatũ nõ præcessisset, dicente scriptura. Vbi superabundauit delictũ, superabundauit gratia. Rom. 5. Sic & nonnunquam peccatum sequitur maior humiliatio: sic dicit apostolus. Scimus, quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonũ: ita omnia ẽt peccata cõmissa, & remissa. Ex quorũ memoria cõuersi assurgũt ad propensiores gratiarum actiones: immo ad intensiorem dilectionẽ iuxta parabolam saluatoris de duobus debitoribus. Rom. 8. Luc. 7. Non tamen propter hoc peccatum est perpetrandum, seu appetendum: quia aliqñ sequitur maior gratia. Incerta est præterea victoria: quia incertum est, an tentatus tentationem superet: an a tentatione superetur. Ideo uidetur magis declinãda, quã appetenda. Nam qui amat periculum, in illo peribit. Est autem periculosa tentatio: quia communiter proniores sumus ad malum, quam ad bonum. Et nemo uirtutes suas perfecte nouit. Sed neq; quantum uelit deus permittere augeri tẽtationem: ut tentatum deijciat de merito præcedentium delictorum. Hinc est communis doctrina, non solum uitia esse declinanda: sed etiam occasiones peccatorum, quæ peccata inducere possunt quamuis per accidens, & occasionaliter. Quæ igitur tentatio occasio est in plurimus ruinę, & casus in malũ: quandoq; ex intentione tentantis, & sæpius ex infirmitate tentati: nõ uidetur q̃ ipsa sit appetenda. Verum ubi certa esset uictoria de tentatione, tentatio appeti posset cum uictoria: quia tentari secundum prædicta, nõ est de se malum, licet ad malũ prouocatiuum: ideo non omnino refugit tõnem appetibilis: quia inclinationi eius quis laudabiliter resistere põt, & eam superare. Et hoc est uerum: dum tentatio ipsa non est peccatum: dum scilicet non fit intentione fallendi. Quoniam in nullo casu peccatum appeti potest licite: sicut non proprium, sic nec alienum. Nemo enim debet bonum suum cum alterius peccato; immo cum dei offensa procurare. ¶ Per hoc ad rationes in principio dubio inductas. Ad primum de bea. Greg. dicitur q̃ electi iam multis uictorijs uitiorum potiti, ne extollantur desiderant aduersitatibus, & superbia præseruari. Non ergo desiderant tentari aduersitatibus simpliciter, sed aduersitatibus tentari cum uictoria, & magis uictoriam. Et hoc innuit cum addit. Ne peius ex uirtutum confidentia cadãt. Vnde aliud est appetere tentationem propter uictoriam, aliud appetere tentationem cum uictoria. Secundum licet: non primum, ut supra patet ex declaratis. Ad secũdum dicitur: q̃ aliquo dupliciter præseruamur a periculo. Aut per se: quõ uirtutes præseruant a periculo lapsus in uitium, & per se inclinant ad actum uirtuosum peccato cõtrarium, ut fortitudo, ac sanitas membrorum, a periculo casus corporum, & illa sunt appetenda. Alio modo aliquid præseruat a periculo per accidens, pro quanto ad cauendum, seu uincendum illud requiritur maior uigilantia, & solicitudo. Sic uia lubrica quandoq; per accidens præseruat a lapsu, pro quanto excitat in uiatore maiorem prouidentiam locandi pedes, & maiorem solicitudinem, & curam caute ambulandi. Sic nonnunquam peccatum ueniale, aut etiam mortale minus præseruat per accidẽs a maiore. Et talia non sunt appetenda, nec agenda secundum regulam apostoli. Non sunt facienda mala, ut ueniant bona. Tentatio aũt per se non præseruat a periculo peccati, sed magis inducit ad peccatum, & ideo appetenda non est. Quod uero additur de septima astutia dicitur, quia doc. ille non solum in illis astutijs eas annumerat, qui per se inducunt ad casum, sed etiam quæ per accidens inducunt, quia utroque modo per se, & per

Fregor. Soluitur rationes in oppositum.

accidens

accidens diabolus quærit hominis interitum. Per idem ad tertium, q̃ illud, ex quo per se plurimus sequitur fructus, non autem si per accidens sequitur, & non per se appetendum est. Ad quartum: quòd nemo beatus est, quia tentatur, sed quia fortiter sustinet tentationem, atque uincit non consentiendo. Vnde beatus Iacobus: q̃ beatus est in spe, non qui tentatur, sed qui sustinet tentationem. Hoc est, qui non cedit tentationi ei consentiendo: sed utiliter sustinet eius impetum, fortiter repugnando, ne cadat. Quia cum probatus fuerit per tentationem, de fortitudine, & constantia animi, accipiet coronam uitæ, non quia tentatus, sed quia resistit, & uincit. Non ergo intelligenda est ista sufferentia sic, q̃ nemo debet contra tentationem insurgere, ut expugner, quoniam sancti exhortãtur, ut quàm citò exurgit tentatio repugnatio assit. Vnde B. Hiero. Dum paruus (ait) est hostis, interfice, ut elidatur in semine. Et B. Grego. Si tentationi in corde nascenti festinè non resistitur, eadem qua nutritur, mora roboratur. B. Hiero. B. Grego. Sunt etiam sufferendæ sic, ut nemo propter eas surgat in murmur contra deum, & cadat in impatientiã. Sed repugnandum est cũ mentis hilaritate. Vnde & B. Iacobus. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes, quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur. Quasi dicit existimate omne gaudium, id est gaudium cœleste, quod excellit omne gaudium, consequi cum incideritis in uarias tentationes, & hoc si fortiter resistendo uincitis. Scientes, q̃ probatio fidei uestræ (quę per hoc declaratur quòd non superamini, sed magis omnes tribulationes per patientiam uincitis, quę habet opus perfectum) æterna est gloria remuneranda. Ad quintum de tentatione Christi. Verum est, quòd uoluit tentari, quia de victoria certissimus: & propter utilitatem nostram, ut suo exemplo instrueremur, quemadmodũ tentatoris astutias uinceremus. Et quantum ad hoc, hæc Christi tentatio fuit nostra instructio. Siquidem. Omnis Christi actio nostra est instructio, non ut eadem agamus, sed ut ex sua actione spiritualem doctrinam accipiamus. Sicut mortuorum suscitatio non instruxit, quomodo & nos mortuos corporaliter suscitemus, sed quomodo a morte animæ resurgamus.

Cur tam'callide diabolus homini insidiatur.

¶ Dubij annexi solutio, ad finem dubiorum reseruatur. ¶ Secundò dubitatur, cur tam callidè diabolus hominibus insidiator, undiq; insidias suas tendens, & laqueos, quatenus ad peccati consensum pertrahat perituros. Respondetur, quòd inter alias quatuor causæ poterunt assignari. Prima sumitur ex magna eius inuidia. Secunda ex ingenti eius superbia. Tertia ex inueterato dei odio. Quarta ex eius ambitione nimia, & inani gloria. ¶ Ex inuidia quoad primum. Nam licet ipse creatus fuit bonus sicut & aliæ rationales creaturæ, ut dei essentiam beatificè contemplaretur, ipsaq; cum summo gaudio, & delectatione frueretur, factus tamen est malus sua propria uoluntate. Siquidem cecidit ab illa summa perfectione, & beatitudine, nõ quã accepit, sed quam accepturus erat, si in sua innocentia perstitisset. Propter quem uoluntarium suum lapsum, a deo in sua malitia perpetuo desertus est: & a loco beatitudinis ad infernales pœnas detrusus. Deus autem sua sapientia, & misericordia immensa hominem condidit, ut per ipsum ruinam in cœlis factam repararet. Videns igitur diabolus, ut ait magister distin. 21. lib. 2. sententiarum: hominẽ per obedientiæ humilitatem posse ascendere, uñ ipse per superbiam corruerat, inuidit ei, & ut ipsum ab adeptione talis boni impediret, tentationum iacula præparauit: ut habetur Gen. 3. de primi hominis tentatione. Ex eadem inuidia, qua primum hominem prosternere studuit, & uicit: adhuc nos quotidie infestare non cessat. Torquetur enim ex nostro bono, & nostra felicitate. Hoc enim malũ habet inuidia, ut ex alterius ꝓspe

ritate

ritate doleat, ex alterius malo gaudeat. Vnde dicit Alanus in de planctu naturæ Inuidis aliena prosperitas aduersa est. Aliena aduersitas prospera est.
Sap. 2. In aliena gratulatione tristantur. In aliena tristitia gratulantur. Et quia diabolus summè inuidus est, cuius inuidentia mors intrauit in orbẽ terrarũ. Hinc bonum nostrum ubicunque poterit, satagit impedire, ac diuersis uarijsque tentationibus malum nostrum procurare. ¶ Secunda ratio sumitur ex eius superbia. Vnde superbia neminem sibi patitur anteferri: sed omnibus nititur dominari. In signum huius dixit lucifer.
Esa. 14. In cœlum conscendam: super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti: in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium: & similis ero altissimo.
Grego. Quid est, quærit Grego. Similis ero altissimo, quam super alios optare principatum? Impedit igitur diabolus bonum hominum, quantum potest: ne propter bonum, quod operari conantur, sibi præferantur. Procurat malum per tentationem, ut ipse nobis dominetur.
Iob. 41. Omnes siquidem mali ei subsunt. Quia res est super omnes filios superbiæ.
August. Quales sunt omnes maledicente Aug. Nullum peccatum potuit, aut pót, aut poterit esse sine superbia.
Eccl. 10. Quia dicit scriptura. Radix (alias initium) omnium malorum est superbia. ¶ Tertia ratio sumitur ex dei odio. Qui enim aliquod bonum odit: omnes affectat idipsum odire, & neminem illud diligere. Sicut e regione qui rectè diligit ipsum, ab omnibus diligi cupit.
8. Ethi. Vnde dicit philosophus: quòd communicantes in bono honesto se diligunt: quia in quibus communicamus, in his nos diligimus. Et ẽcontrario odientes aliquod bonum honestũ, diligunt alios idem odientes, quia in odio participant. Quia igitur diabolus summè deum odit: quia ipsum a loco uoluptatis expulit, & in locum tenebrarum, & caliginis relegauit: idcirco quantum potest, odium dei in omnibus procurare conatur. Hoc autem aliunde facere non potest nisi per tentationem, & suggestionem in peccatum, quibus cum homines consentiunt, iam deum odiunt: præcepta uiolando, & suam uoluntatem uoluntati Dei præponendo: plus quoque dei aduersario, quam deo consentiendo. ¶ Quarta ratio sumitur ex inani gloria, & ambitione. Vane gloriosus enim alios sibi cupit adhærere, ãb alijs uult uideri, reuereri, & honorari.
Phil. 2. Vnde Apostolus uolens Philippenses inducere ad humilitatem: suadet cauere inanem gloriam. Superiores inquit, sibi inuicem arbitrantes. s. per æstimationem, non quæ sua sunt singuli considerantes: sed & ea, quæ sunt aliorum. Quorum certe oppositi inducit inanis gloria, quæ quærit uideri, eminere, & multorum habere comitatum. Diabolus autem cum maximè sit honoris cupidus, quærés & diuinos sibi exhibere honores. Vnde nec erubuit Christum dominum
Matth. 4. ad se orandum inducere di. Hæc omnia dabo tibi: si cadens adoraueris me. Hinc & frequenter responsa dabat in idolis, ut ipse pro deo coleretur. Ex eadem igitur radice nos tentationum laqueis quærit inuoluere, ut nos inducat ad sibi seruiendum tanquam maiori, & digniori: quod est opus inanis gloriæ secundum
B. Hiero. B. Hiero. in quadam Epistola. Inanis gloria inquit, est inordinatus animi motus, quo aliquis propriam desiderat excellentiam: ut alios honore præcellat. Cetere rationes, quæ assignari possent, ad aliquam illarũ
H redaci possunt. ¶ Tertium dubium est. Vtrum diabolus ab aliquo in tentatione uictus, tentandi potestatem perdat? ¶ Ad hoc respondetur q̃ de mente
Orige. Origẽ. est ut allegat magister lib. 2. dist. 6. quòd diaboli, qui a sanctis iustè, & pudicè uiuentibus superantur, potestatem tentandi alios ultra non habent. Vnde ait. Puto sanè, q̃ sancti repugnantes aduersus illos incentores, & uincentes, minuant exercitum dæmonum, uelut quam plurimos eorum interimant, ne ultra fas sit illi spiritui, qui ab aliquo sancto castè, & pudicè uiuen-

Tertium dubium. si diabolus uictus ab aliquo tẽtandi potestatem perdat.

do

do uictus est:alium hominem iterum impugnare. In cuius signum quidam dicunt:q̃ lucifer,qui dominum in deserto tentauerat,quia uictor fissimè a Christo superatus est relegatus est in inferno, ut neminem tentet usq; ad tẽpus Antichristi. Vnde legitur in Apoc. 20. Cum consummati fuerint mille ann,isoluetur sathanas de carcere suo,& exibit,& seducet gentes. quod fiet in nouissimo tpe Antichristi. Vnde erit tanta persecutio, ut etiã si fieri. possit:in errorem ducantur electi. Probant idem & alio signo:quia Asmodeus uictus a Tobia relegatus est in desertum,ne alium tẽtaret. Item quia in Vitis Patrum legitur, q̃ dæmones fortius expugnabãt primos patres, quã sequentes,uix enim poterant primi,& multi simul habitare propter dæmones eos infestantes:immò & uerberantes. Quia primi eis uiriliter restiterant,& ualide eos expugnabant: idcirco posteriores maiori pace fruebantur. Hoc tamen dictum Orige. ut in uerbis sonat plerique ueritatem habere non æstimant. Quod probant a signo de dæmone tentante Christum,qui quamuis superatus fuit ab eodem in prima tentatione,qua fugge ſlit, ut de lapidibus panes faceret: nihilominus processit ipsum iterum, & tertio in alijs tentando uitijs:superbia.ſ.& auaritia. Suggerens quoad primum:si filius dei es,mitte te deorsum. Quoad secundum ostendens eoim omnia regna ait. Hæc omnia dabo tibi &c. Quapropter dicunt alij magis specificantes dictum Orige. quòd diabolus perfecte ab aliquo uictus de hoc uitio, ad quod impellit, & uictus est,non tentat amplius eundem, & hoc propter meritum uictoriæ,& triumphi. Iustum equidem uidetur: q̃ prouocans quemquam ad bellũ iniuste, & superatus, amplius non permittatur eo eadem causa eundem iterum ad bellum prouocare. Tum quia occubuit,tum quia iniuste prouocauit. Cuius dicti ratio etiam ex alio sumi potest.ſ. ex ratione diaboli uicti: Quia.n. summè superbus est,ideoq; ubi semel a quoquam prosternitur:ab eo in simili causa timet iterum superari. Vnde non finit ipsius superbia contra illum iterato bellum concitare. Et hæc ratio trahitur a beato Ambrosi. super illud. Consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo. Vbi Ambro. Instare diabolus formidat, quia frequentius refugit triumphari. Et addunt ad hæc alij. Si quis diabolum uincens de certo uitio, inuictus usque in finem perseueret,q̃ neq; quẽcunq; alium tentet de eodem uitio. Si autem uincens in peccatum ceciderit,de quo prius diabolum superauit:audaciam capit iterato eum,aut alium de eodem uitio impugnandi, adeo facere permittatur. Et esto, quòd diabolus uictus ab aliquo in uno uitio ab ipso in eodem amplius uictor non tentetur: conceditur tamen ipsum posse ab eodem tentari in alio uitio,sicut supra tactum est de diabolo Christum successiuè in tribus uitijs impugnante,quia ibi inductæ congruentiæ cessant. Et pro illo facit, quod scribit B. Grego. 1. moral. Antiquus hostis ex primo certamine dum se succumbere considerauit,ad alia tentationum bella restaurat. Verumtamẽ,q̃ succrescentibus uictorijs continuo,& cõtinuo sibi potestas tentãdi minuitur:& tentãdo deficit:& infirmatur. De quo etiã Chryſ. In primis grauis est & insufferibilis diaboli impetus, q̃ si quis forti animo ipsum sustinuerit: in secundo inueniet eum infirmiorem. Quantò enim plus percussus fuerit: tantò magis refrigescit, & deficit. Quod si quis eius tentationi aliqualiter resistit:nec ipsam perfecte repellit, & conculcat; non cessat diabolus a tentatione sed procedit. exemplum huius, legitur de S. Benedicto, quem cum diabolus tentauit in specie auis nigræ:cruce se signabat. Sed quia uires ad uincendum non exercuit,diabolus in tentatione processit. Quod intelligens uir sanctus,in uepres nudum se proiecit,& uulneribus carnis, carnem,& hostem uicit:& tentationem penitus extinxit. Similia de pluribus sanctis le-

Apoc. 20.

Matth. 24. Thob. 8.

Ambro.

Luc. 4.

Chryſoſt.

guntur

guntur. ¶ Conceditur insuper hominem uincentem diabolum inferiorem de aliquo uitio tentantem, posse tentari a diabolo superiorem de eodem. Sic enim uidemus in congressibus, & mundanis uictoriis, q uincés militem non ex hoc eximitur a potestate regis. Ita & uidetur in bello, & uictoria spiritualibus. Cum prælatio inferioritas & superioritas concedatur esse in dæmonibus, non uidetur quin deuicto inferiore, potestatem habeat superior tentandi aliquius inferioris uictorem. Idcirco & deus fidelis prædicatur, qui non permittit nos tentari super illud, quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Sic cum uidet nos fortes ad uincendum tentatores, permittit aggredi fortiores, ut meritum crescat, & gloria augeat. Ideoq; & nunc dicit religiosos, & alios uiros uirtute stabilitos fortiores impugnationes dæmonum sustinere, quam ceteros homines seculares in peccatis tempora deducentes. Maior enim requiritur potestas ad prosternendum stantem, quam continuo decidentem. Fortem, quam debilem. unde B. Grego. Hostis noster inquit, quantò magis sibi rebellare conspicit, tantò amplius expugnare contendit. Et subdit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Et per hoc ad dubium responderi potest, q etsi uerum sit diabolum in una tentatione perfectè superatum amplius eundem hominem de eodem uitio infestare non posse, potest tamen ab aliis uitiis spargere laqueos, quæ quia multi sunt (contingit enim pene infinitis modis deficere, ut uult Philosophus 2. Ethi.) & sic multis modis potest hominem in tentationibus impugnare. Præterea, quia ualde magnus est diabolorum tentantium numerus, quia draco cadens tertiam stellarum partem secum traxit. Idcirco etsi unus uictus tentare desistit: succedũ alij septem nequiores. Verum illud dictum Orige. ualde dubium esse dicit S. Bona. Vnde 2. lib. sententiarum dist. 6. in dubijs literalibus aitr loquens de dubio moto difficile est ueritatem determinare, q enim fiat diminutio in illo exercitu dæmonum non uidetur improbabile, cum ita uideamus contingere uirtute bellicus qui superatur, amoueatur a bello. Quantum tamen quando difficile est determinare. Vnde quicquid dicat Origenes melius est dubitare: quam super hoc quicquam definire. Hæc ille. ¶ Dubitatur quartò: Vtrum homo uiator ex libertate suæ uoluntatis sine speciali dei gratia omnes uincere possit diabolicas tentationes? Dubium hoc tangit facultatem liberi arbitrij. ac necessitatem gratiæ diuinæ, quæ materia lata est, & per hoc doctores tractatur abundanter a tentantium dist. 28. Sed breuius hic exponendo, pro responsione ad dubium præmittendum, q secundum sanctum Bonauen. in secundo suo scripto dist. 27. Aliud est resistere tentationi diaboli, aliud uincere tentationem eius. Nam resistere tentationi, est non consentiri tentationi. Vincere autem tentationem, est assequi oppositum illi, quod intendit diabolus sua tentatione. Intendit autem diabolus hominem reddere inimicum deo, & dignum æterno supplicio. Vincitur ergo quando homo oppositum assequitur, quando homo tentationi resistendo fit amicus deo, æterno dignus præmio: & hoc sine gratia fieri non potest. Sola gratia est, quæ hominem dignum facit, & acceptum deo ad uitam: & opera eius, ut meritoria præmij æterni beatifici. Et ideo manifestum est, q nemo potest uincere tentationem diabol. sine gratia gratum faciente. Oppositum enim sentire esset errori pelagij consentire. Verum quia frequenter uincere largius capiturus extendit se ad resistere, ut etiam uincere dicitur, qui tentationi non succumbit, nec uincitur, ut cedens ei mortaliter peccet, licet sic resistendo non mereatur. Respondendum est secundum hanc acceptionem ad dubium, & ideo pro eodem habentur resistere, & uincere. Sic ergo accipiendo uincere pro resistere, uincere tenta-

1. Cor. 10.

Grego.

Apoc. 12. Orige.

S. Bonauen.

K

S. Bona.

Hominẽ uincentem diabolũ de aliquo uitio posse tentari a diabolo superiori de eodem.

tionem

tionem nihil aliud est, quã tentationi nõ cõsentire, hoc est nolle uel non uelle id, ad quod tentatio impellit. ¶ Est hæc propositio ad dubium responsiua. Singulas tentationes potest homo ex suis naturalibus per uoluntatis libertatem uincere, licet non sine magna difficultate. Primum patet, quia homo ex sua libertate potest cuilibet tentationi non consentire, ergo potest eam uincere. Tenet consequentia ex quid nominis huius, quod est uincere. Antecedens patet de quolibet genere tentationum. Et primò de tentatione diaboli. Nam diabolus nulla tentatione potest uoluntatem hominis ad consentiendum necessitare, nec consensum in uoluntate efficere, ergo semper est in uoluntatis libera potestate tentationi non consentire. Antecedens patet, quia consentire est quoddam uelle. Velle autem est actus uoluntatis in plena eius facultate consistens, ad quem nulla creata potentia necessitari potest. Nihil enim tam est in potestate uoluntatis, quam uoluntas ipsa, ait Augustinus. Quod intelligendum est de actu secundo uoluntatis, uelle. s. & nolle. Cui concordat Philosophus 3. Ethi. c. 13. di. Domini sumus nostrarum operationum a principio usq; in finem. Quod uerum est quantum ad actum interiorem uoluntatis elicitum, qui est uelle, & nolle. Propter quod uoluntas dicitur potentia rõnalis, quia ceteris eodem modo se habẽtibus potest in opposita contradictorie. s. uelle, & non uelle nolle, & nolle. Hinc Chryso. super Matth. loquens de diabolo tentante Christum ait. Non impulit, non tetigit, sed tantum, mitte te deorsum, ut intelligamus, q̃ qui obedit diabolo, ipse se deponit. Diabolus enim suggerere potest, cogere non potest. Concordat B. Bernar. dicens. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est si uolueris dare, uel negare consensum. ¶ Probatur idem de tentatione carnis, quia quamtumcunq; eato inclinet uoluntatem ad illecebras, nõ tamen cogit neq; necessitat. Quoniam etsi uoluntas propter coniunctionem eius cum carne naturaliter ad ea, quæ carnis sunt, inclinatur, ac carnem suam diligit, secundum illud apostoli. Nemo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam: retinet tamen dominium, & libertatem quantum ad consentire, & non consentire. Habet nihilominus & potestatem tentationes carnis extinguendi, uel saltem infirmandi, per discretas abstinentias, disciplinas, labores, ceteraque asperitates. Item per bona opera continuata in se generare uirtutes morales huiusmodi inclinationibus contrarias, quibus uoluntas fortificatur, & animus ad contraria uitijs inclinatur, & ita inclinatio carnalis debilitatur. Sic enim se periuntur quidam colerici mansueti: sanguinei continentes. Propter quod Philosophus in fine primi Ethi. dicit appetitum sensitiuum participare rationem, quia imperio rationis, & uoluntatis aliquãtũ subiacet, & suasionibus refrenat. Hinc & in politicis ponit rõnẽ corpori principati principatu dispotico. i. tanq̃ nõs seruo, & appetitui sensitiuo tãq̃ principatu ciuili, seu politico. Probat et de tẽtatione mũdi: q̃ nec illa uoluntatẽ necessitat ad consensum. Mũdus. n. uel obiecta delectabilia, aut tristabilia mũdi nõ uident tẽtare hoiem, nisi obiectue, p quãto ingerunt spẽm suã sensibus, unde allicit appetitus ad ea affectãda concupiscenda, uel fugienda. Appetitus aũt sensitiuus (qui mediante cognitione intellectiua uoluntatem mouere potest ad eadẽ obiecta acceptãda, uel fugienda) si contra rõnem appetit, & uoluntas cõsentit tentationi, cũ assensum præstat, uincit. Sed quoad hoc non necessitat: cum (ut dictũ est) in sua sit potestate actum consentiendi elicere, uel non elicere, & per hoc consentire uel non consentire. Alioquin si ad contentum necessitaretur consentiendo nõ peccaret: cũ nemo peccet in eo, quod uitare non potest: ut uult Aug. & Hiero. Præterea si tentationi resistere non posset maxime propter peccatũ præcedẽs, aut dispositionẽ dere-

Aliud est tentationi resistere & aliud tẽtationem uincere.

Augus.

9. meta.

Chryso.

In quodam ser.

Ephe. 5.

fictam post peccatum. Hoc autem non videtur quia sicut ex actu bono præcedente, vel dispositione derelicta post actum bonum, non immobilitatur voluntas ad bonum, ita nec ex peccato immobilitatur ad malum. Habitus enim derelictus, etsi inclinat, non tamen necessitat. Præterea intellectus circa quodlibet agibile potest recte iudicare, aut non. Si non, habet errorem inuincibilem, & ille excusat a peccato. Si potest, & omni iudicio rationis voluntas ex sua libertate potest se conformare; conformando autem se rectæ rationi non peccat. Potest ergo non peccare tentata, & ita tentationem uincere. ¶ Dicitur notanter in propositione, singulas tentationes, quia forte secundum communem opinionem doct. loquendo de tentatione ad peccatum inducente, non potest omnes simul uincere: sicut nec omnia uenialia cauere, licet quodlibet seorsum cauere possit. Quia dum circa unum cauendum uigilat, in aliud corruit. ¶ Secunda pars propositionis, scilicet q̄ homo non potest tentationes singulas uincere sine magna difficultate: p̄ probatur. Quoniam licet uoluntas humana realiter libera q̄ cogi non potest: potest tamen modis uarijs ad uaria uolenda, & nolenda inclinari, trahi, ac persuaderi, quibus non nisi cum difficultate non minima valet resistere. Nam etsi naturaliter ad bonum inclinetur siquidē secundum philos. ratio deprecatur ad optima: ratio autem includit utranque potentiam, intellectum, & uoluntatem, frequenter tamen seducitur: nunc errore intellectus operante malorum fautore diabolo, nunc illecebra sensus, cui quia naturaliter cōiuncta est: naturaliter est inclinata ad condelectandum, & contristandum et: difficile autem est delectationi repugnare. Nunc blandimentis, & terroribus secundum circunstantias ad mala pertrahitur. Quis autem fraudes, laqueosq; spiritualium nequitiarum deprehendere, & eius occultissimas tentationes? Quis se in pugna sensualitatis continua sustineret, & a carnis inclinationibus semper auerteret? Quis torquibus mundi laqueos euadere posset? Huc accedit, quod peccato originali uulnerata est uoluntatis potentia: ita q̄ licet simpliciter sit libera, tamen ad malum prona est ab adolescentia. Propter quod secundum Bernard. in ser. 7. de aduentu. Proni sumus, & faciles ad seducendum: debiles ad uperandum, fragiles ad resistendum. Si discernere uolumus inter bonum, & malum, decipimur. Si tentamus facere bonum deficimus. Si conamur resistere malo, deijcimur, & superamur. Propter quod et si, ut dictū est: uoluntas simpliciter sit libera, raro tamen bonum uellet, raro se ad deum conuerteret, raro se a delectationibus carnis & mentis inordinatis auerteret, sed multo magis ad se ecruciata, suum commodum quæreret, seq; finem suum in omnibus constitueret, tot difficultatibus, & laqueis conuoluta, nisi dei fide, ac speciali iuuentis auxilio fulcentata, quoniam secundum Apost. 1. Cor. 10. Fidelis est deus, qui non permittit hominem tentari super id, quod potest, sed faciet cum tentatione proventum, ut possit sustinere. Orandus igitur est deus, ut omnibus operibus nostris assistat: rationemque illuminet ne erret, uoluntatem refrenet ne dissentiat, executiuam potentiam confortet, ut imperata opere perficiat: fraudes inimicorum submoueat, ne irrepat auctoritatem cohibeat, ne præualeat: omnia remoueat mala, cunctaq; tribuat bona. Nemo quippe sua industria tot corporis pericula euaderet: quanto minus animæ. Ideo ad imperrandum diuinam ab insidijs defensionem: orandum est, ne nos inducas in tentationem. Denique etsi multa potest lib. ar. sine gratia: raro tamen agit secundum uelimum posse suæ potentiæ propter difficultates, & impedimenta prætacta. Et si ingagetur, nihil tamen potest operari meritorie sine gratia, & ita non potest uincere salubriter tentationes sine gratia. Ideo orat ecclesia, orant pphetæ, orant Apostoli, orauit &

I.

2. Eth.

10. Ethi.

Gen. 8.

2. Cor. 10.

Christus

Christus patrem in cœlis. Pater sancte seruа eos in nomine tuo &c. Docuitq; nos salubriter orare patris clementiam, & bonitatem. Ne nos inducas in tentationem. Neq; sic orando fingimus, aut ficte oramus, sicut hi faciunt, de quibus Augustin Epistola contra Vitalem hæreticum. Prorsus inquit, non oramus deum: sed orare fingimus, si nosipsos, non illum credimus facere, quod oramus. Prorsus non deo gratias agimus: sed agere nos fingimus, si unde illi gratias agimus, ipsum facere non putamus. Quod intelligendum est quantum ad meritum uitæ æternæ, quia ipse solus dat merendi facultatem. f. gratiam. Etiam quia etsi cooperamur, ipse tamen substantiam actus principaliter operatur, sicut prima, & uniuersalis omnium causa. Denique non suauiter, nec faciliter tentationi resistimus, nisi deo specialiter per suam gratiam assistente. Vnde utiliter fundimus ad deum orationem, ne nos inducas in tentationem. ¶ Vltimò respondendum est a dubium primo dubio annexum. Vtrum omnis tentatio sit peccatum. Quod non intelligendum est de peccato tentantis, puta dæmonis, uel hominis: de quo dictum est: q; qui tentat cum intentione fallendi (quomodo hic accipitur tentare) utiq; peccat, cum uelle decipere, & ad peccatum inducere, sit peccare. Sed intelligendum est de peccato tentati. Et quidem certum est, q; tentatio dæmonis, aut mundi potest fieri sine peccato, immo cum merito tentari. Nam & Christus tentatus est a diabolo, & sancti martyres a mundo, qui in tentatione coronas perpetuas meruerunt. Loquendum ergo solum est de tentatione carnis, an illa potest fieri sine peccato tentati? Et uidetur, q; non: quia tentatio carnis sit per primos motus sensualitatis: sed omnes hi sunt peccata: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur secundum Augustin. 19. de Ciui. Dei. Nonnullum uitium est, cum caro concupiscit aduersus spiritum. Primis autem motibus caro aduersus spiritum concupiscit. Item magister dist. 24. lib 2. Sensualis motus cum illecebram concepit: quasi serpens suggerit mulieri, inferiori rationis parti. Sequitur. Si autem motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur: uenialis, & leuissimum est peccatum. Motus autem sensualitatis sunt motus primi: igitur motus primi sunt peccata. Item al quod peccatum est necessarium, quod caueri non potest secundum illud Augustin. Sunt inquit, quædam necessitate facta improbando, ut qui uult recte facere, & non potest. Vnde est illud Apostoli Roma. 7. Non quod uolo bonum, hoc ago: sed quod odio habeo malum, illud facio. Item glo. super illud. Septies in die cadit iustus. ait. Singulis diebus per necessitatem, uel fragilitatem carnis, uel uolentes, uel inuiti peccamus. Illud autem peccatum, quod inuiti, & nolentes incidimus: non est nisi primus motus. Hic enim non est in potestate uoluntatis. Primus igitur motus est peccatum. ¶ In oppositum. Primi motus non sunt in potestate uoluntatis: ergo non sunt peccata. Tenet consequentia. Quia secundum beatum Augustin. in de correp. & gratia. Nullus peccat in eo, quod uitare non potest. Et antecedens habetur in glo. super illud Psal. Irascimini, & nolite peccare. Dicit enim Cassiod. Motus animi in potestate nostra non est. Et iterum. Si motus surgit animi, qui non est in potestate nostra, non est consentiat ratio. Item motus sensualitatis potest esse absq; hoc q; ratio inferior moueatur ad consensum, & tunc non est peccatum. Nam ut dicit magister dist. 24. lib. 2. & allegatum est supra lectio. 77. Si cupiditas nostra non mouetur ad peccandum, excluditur serpentis astutia. Et sequitur. Cum cupiditatem refrenat, & compescit ratio, non labimur in peccatum: ergo motus sensualitatis (qui per serpentem intelligitur) non imputatur ad peccatum, dum cupiditas i. inferior ratio (quæ per mulierem figuratur) non consentit. Et per consequens primi motus, qui sunt mo-

Ioh. 17.

M

Vtrum omnis tentatio carnis sit peccatum.

Auguſt.

Roma. 7.

Prouer. 24.

Auguſt.

Caſſiodo.

tus

Nius sensualitatis, non sunt peccatum, nisi accedat rationis consensus. ¶ Pro huius dubij solutione primò uidendum est: quid sit primus motus. Deinde in quo actu consistat peccatum, & sic respondebitur ad dubium. De primo

Alex. Alex. de Ales par. 2. q. 125. mēb. 1. sic diffinit primū motū. Est motus sensualitati secūdū ipulsum fomitis, tēdēs impetuose ad fruitionē creaturę delectabilis. Dī primo motus sensualitatis: & p hoc excludit ois motus partis rōnalis, quorum licet plerique sint surrepitij, & deliberationem prævenientes, ac primi in illa potentia rationali, non tamen dicuntur primi motus, quia primi motus sunt, qui oriuntur ex lege carnis, quæ immediatè conuncta est sensualitati. Dicitur secundum impulsum fomitis, ad excludendum motum illum sensualitatis: qui potest per rationem ordinari ad sustentationem naturæ, ut fames, sitis, talis enim motus potest esse non inordinatus. Motus autem primus, quia est secundum impulsum fomitis, improbus est, ut impetus libidinis, & hoc notatur, cum additur, tendens impetuosè ad fruitionem creaturæ, in quo etiam tangitur causa finalis. Et accipitur ibi fruitio largè pro delectatione. Ex hac diffinitione patet, q̄ in ratione primi motus includitur uitium, siue quædam deordinatio, quia dicitur secundum impulsum fomitis tendens impetuosè. Fomes autem est qualitas morbida inclinans ad malum. Secundò sequitur, q̄ motus cognitiuus potentiæ sensitiuæ non dicitur primus motiuus. Patet: quia motus primus est motus delectationis in creatura, qui pertinet ad appetitum non ad cognitionem: ut talis est. Tertiò sequitur, q̄ per primum motum non intelligitur primus actus potentiæ sensitiuæ simpliciter, sed primus actus appetitus, quem præcedit actus cognitiuus. Et quia non est certum omnes doctores ita accipere primos motus: ideo in responsione largius loquendum erit de motibus potentiæ sensitiuæ, siue dicantur primi, siue non primi, nec est cura de nomine, cum constat de re. ¶ Distinguunt etiam quidam ut idem doct. membro secundo dictæ quæstionis innuit de primis motibus. Quoniam quidam dicuntur primo primi, qui scilicet statim, seu repente surgunt. Quidam dicūtur secundo primi, qui tales sequuntur. Exemplificat quidam alius doctor de motu primo, ut titillatio carnis excitās ad libidinem. Item appetitus sensitiui delectatio circa illud, quod sensus suggerit. Aut desiderium improuisum sensus prosequendi in opere. Sed de motu secundo primo, ut motus delectationis uoluntatis, ut natura, non libere condelectantis appetitui sensitiuo. Item consensus subitus uoluntatis in delectationem. Item desiderium subitum uoluntatis prosequendi opus. Sed secundum illos accipitur motus primus largè, pro quolibet motu in homine præveniente rationis iudicium. ¶ Circa secundum aduertendum, q̄ sicut actus uirtuosus ad laudem imputabilis, ita & uitium, seu culpa imputabilis ad uituperium, primò est in uoluntate. In innoluntarijs enim nec laudamur, neq; uituperamur. Vnde tamen aliquid dicitur uoluntarium dupliciter secundum Alex. ubi supra. & sanctum Bonauē. in secundo dist. 42. q. 4. l. 5 mpliciter, & secundum quid, seu interpretatiuè. Voluntarium simpliciter est: quod est a uoluntate. Secundum quid, seu interpretatiuè est illud, quod oritur uoluntate concomitante, non prohibente, uel præcauente, dum præcauere potuit. Sicut submersio nauis ex negligentia nautæ dicitur quodammodo & interpretatiuè uoluntaria. similiter quædam peccata omissionis purè: pro eo, q̄ talia uoluntati imputantur. Et hoc modo multa uenialia sunt uoluntaria. Omne enim peccatum actuale est uoluntium. Mortale est uoluntarium simpliciter. Veniale autem uel est uoluntarium simpliciter, sicut illud, quod fit ex deliberatione, ut mendacium iocosum. Aut secundum quid, & interpretatiuè, sicut quod fit ex surreptione.

Primus motus quid.

O

Volūtarium aliquid dicitur dupliciter.

potentiæ

Hæc Bona. Ex illo sequitur primo: q nullus actus cuiuscunque alterius potentiæ a uoluntate est essentialiter uirtuosus, uel culpabilis: sed duntaxat accipitur per denominationem extrinsecam: pro quanto, scilicet habet ordinem ad uoluntatem. Probatur: quia ubi non est uoluntatis usus: ibi neq; est meritum: neque actuale peccatum: ut in pueris, fatuis, furiosis. Secundò sequitur: q uoluntate non peccante nulla potentia peccat: neque actus aliquis peccatum dici potest. Patet: quia sublato eo, a quo aliquid denominatur: tollitur & denominatio: sed a uoluntate peccante cetera ab ea dependentia dicuntur peccare, uel peccata ergo. ¶ Notandum etiam: q differentia est inter uitium, & peccatum. Nam uitium generalius est peccato. Dicitur nanque uitium omnis inordinatio potentiæ respectu actus sibi debiti secundum suam naturalem institutionem. Sic uitium ponitur in natura: ut in effectibus monstruosis. Similiter in brutis: in furiosis: in infirmitatibus corporis. Sic generaliter omnis defectus debiti ordinis, uitium dicitur. Peccatum autem est uitium imputabile ad uituperium. Duo enim hæc dicit peccatum, scilicet uitium, seu inordinationem quandam, & imputabilitatem. Primum est quasi materiale, secundum quod inuenitur in actu cuiuslibet potentiæ. Secundū quasi formale: secundū hoc est primo in uoluntate: & propter uoluntatē denominat actus aliarū potentiarum: pro quanto subsunt regimini uoluntatis. ¶ His præmissis rādetur ad dubiū pro quinq; propositiones. Prima. Omnis primus motus uitium est: sicut & quilibet actus surrepticius. Probatur: quia ois motus a lege fomitis ortus: & ois actus surreptitius est contra ordinem primęuæ institutionis humanæ naturæ: igitur est uitiosus Consequentia nota ex quid nominis uitijs statim suprapositi. Antecedens patet: quia secundum ordinem primæ institutionis: rō hois, quæ est suprema hois potentia: tōē inferiores potentias regendo præuenire, & dirigere habet: & eius imperio, ac regimini cetera oia debent subijci: nec aliquis motus cognitiuæ potētiæ præuenire. Sed cōtra hunc ordinē est primus motus, & omnis actus surreptitius: pro quanto præuenit rationis iudicium: ergo &c. ¶ Secunda propositio. Neq; primus motus: neq; alius actus in sensualitate est peccatum essentialiter, & intrinsece. Patet: quia illo modo peccatum est in sola uoluntate: cuius est libe. arb. ut deductum est in correlario primi secundi notabilis præmissi. ¶ Tertia propositio. Aliquis motus primus neq; mortaliter, neq; uenialiter est culpādus. Probatur auto. & ratione. Auto. beati Aug. 1. de Ciuit. Dei. c. 25. loquentis de corruptis uiolenter contra eos, uel eas, qui proprij peccati deuitandi causa: me sub alterius libidine eriā fuæ concitatæ forte consentāt: uim sibi, qua moriantur, inferre putant, ait. Absit a mente christiana, quæ deo suo fidit: in eōq; spe posita; eius adiutorio nititur. Absit inquam ut mens talis cuiuslibet carnis uoluptatibus ad consensum turpitudinis cedat. Et sequitur ad propositum. Quia si illa concupiscētialis inobedientia, quæ adhuc in membris morbundis habitat: præter nostræ uoluntatis legem quasi sua lege mouetur: quanto magis absq; culpa est in corpore non consentientis: si absque culpa est in corpore dormientis? Hæc August. Ecce quamuis uiolenter corrupta delectationes sentiat: nequaquam tamen peccat: si non mente consentiat. Nullus ergo carnis motus peccatū inducit: si omnino uolūtas nō consentit. Ex illo infert S. Bona. dist. 41. secundi. q. 4. Si uenialia rationem culpæ habent: hoc est: quia a uoluntate in particulari, & diuisim uitari, & præcaueri possunt. Itē B. Lucia ad Paschasium tyrannum inquit. Non inquinatur corpus nisi de cōsensu mentis. Nam si me inuitam uiolari feceris: castitas mihi duplicabitur ad coronam. Faciūt ad idem allegata supra ad oppositum dubij. Item beatus Anselm. in de cōcep-

Peccatum & uitium quo differunt.

Motus primus quādo est uitiosus.

P

August.

S. Bonauen.

uirginali. Nec enim ipsi appetitus (quos Apostolus carnem uocat, quæ concupiscit aduersus spiritum, & legem peccati, quæ repugnat legi mentis) iusti, uel iniusti sunt per se considerandi. Non enim iustum, uel iniustum faciunt sentientem, sed iniustum tantum uoluntate, cum non debet, consentientem. Dicit enim Apostolus nihil damnationis esse his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, id est non carnis uoluntati consentiunt. Nam si sentientem sine consensu iniustum faceret: sequeretur damnatio. Quare non eis sentire, sed eis consentire peccatum est. Hæc Anselmus.

Quando uel quando est mortale peccatum uel ueniale.

Q ¶ Ratione probatur: Nullus motus, qui per lib. arbi. caueri non potest est peccatum, sed aliqui primi motus sunt huiusmodi, igitur. Consequentia nota. Maior probata est in notabili. & etiam ex eo patet. Alioquin primi motus in bestijs, ac hominibus rationis usu carentibus essent peccata: puta in infantibus, furiosis, dormientibus. Consequens falsum. Et probatur consequentia, quia nulla alia causa assignari potest, cur non in illis sunt peccata, nisi quia non procedunt a lib. ar. uere, uel interpretatiue. Minor probatur: quia multi sunt primi motus, qui per uoluntatem caueri, aut prohiberi non possunt, ut in coniuge debitum reddente, in infirmis seminiffluis omnimodis passionem suam horrentibus, & nolentibus. Item in prædicatoribus, & confessoribus materias lubricas audire, aut imaginari compulsis: unde nonnunquam obsceni sorgunt motus. & ita in multis aliis. Item quis statim cum motus primus sentitur, potest ex charitate resistere, & ad eius repressionem possetenus conari, & ita mereri, & per consequens potest primo motu non peccare. Tenet consequentia, quia circa idem obiectum non contingit simul mereri, & peccare. Et antecedens est manifestum, & patet in beato Paulo, qui ter dominum rogauit, ut auferretur stimulus carnis, nec tamen obtinuit, sed audiuit, sufficit tibi gratia mea. Nec tamen hunc patiendo peccauit, qui resistitit, quantum in eo fuit, & augmentum gratiæ meruit. Item nullus actus præcedens actum uoluntatis non negligentis cohibere est peccatum, ut dicit Ockam q. 4. li. 3. sententiarum, talis enim nullo modo est uoluntarius. Sed primi motus frequenter præcedunt actum uoluntatis &c. ergo tales sic præcedentes non sunt peccata. Item quodlibet peccatum ueniale seorsum uitari potest: licet non omnia simul secundum doc. communiter. Sed aliqui motus primi uitari non possunt: ergo aliqui non sunt peccata uenialia. Consequentia est in quarto secundæ baroco. & antecedens ostensum est &c. Ex hac conclusione sequitur q non solum primus motus in sensu, sed naturalis condelectatio, uel contristatio in appetitu intellectiuo (si ponitur) non est peccatum. Patet, quia sicut nec motus sensus, ita nec condelectatio, uel contristatio naturalis est in potestate uoluntatis. ¶ Quarta propositio. Primorum motuum illi tantum imputantur ad ueniale peccatum, qui sunt uoluntarij per lib. arbitrij uetum, uel interpretatiuum consensum. Patet, quia simpliciter inuoluntarium non est peccatum secundum beatum Augustinum & sanctum Bonauen. dist. 41. q. 5. li. 2. Si tollatur liberum arbitrium nullo modo erit peccatum. Tollitur autem respectu illius motus, qui nec simpliciter, nec interpretatiue est uoluntarius igitur. ¶ Quinta propositio, & responsiua ad dubium. Carnalis tentatio fieri potest sine actuali peccato. Patet, quia illa fit per primos motus. Hi autem fieri possunt non concurrente lib. ar. uere, uel interpretatiue, ut deductum est, & per consequens sine peccato. ¶ Ad rationes ad partem negatiuam dubij inductas. Ad primam dicitur, negando minorem. Et ad beatum Augustinum dicitur q concupiscentia carnis aduersus spiritum nō est sine uitio, sed potest esse sine peccato, nec aliud uult B. Augustinus. Ad secundam dicitur ad magistrum q in sensualitate quan-

Impossibile, necessarium quid est utrumq;

doque

doque motus est peccatum quando scilicet est uoluntarius interpretatiue, ut dum cauere potuit. Quandoque non est peccatum, quando cauere non potuit, ut patet per magistrum eadem di. in auto. ad oppositum dubij allegata. Quando ergo illecebra peccati in sensualitate concipitur, leuissimum est peccatum, si non ultra progreditur. Sed non oportet, quòd omnis motus sit illecebra peccati, alioquin magister sibijpsi contradiceret. Ad tertiam respondet sanctus Bonauen. q̃ sanctus August. loquitur, de necessitate uenialium, non quantum ad hoc ueniale, uel illud determinate: sed generaliter quantum ad uenialia, quia simul cauere nõ possunt: licet quodlibet seorsum saltem pro toto tempore. Vel potest dici, sicut impossibile, quandoque dicitur, quod est ualde difficile: ita eius oppositum necessarium aliquando dicitur: scilicet quod uix est fugibile. & illo modo large loquitur de necessitate August. Similiter q̃ Apostolus dicit, quod nolo malum hoc ago. Dicit sanctus Bonauen. q̃ nolo, ibi non priuat omnimodam uoluntatem: sed uoluntatem principaliter mouentem. Quia in illis motibus uoluntas non prouenit excitando: sed motioni accedit non reprimendo, uel aliquando consentiendo. Ad quartam de glosa super illud. Septies in die cadit &c. Respondet Bonauentura ubi supra. q̃ in glosa illa dicitur aliquis inuitus peccare, non per priuationem uoluntatis omnimodam, sed per priuationem uoluntatis plenæ, siue complacentiæ. Et hoc quidem uerum est, quia frequenter sic inuiti peccamus, & displicet q̃ sic inordinate mouemur. Si tamen bene præcauissemus, in hunc motum, uel actum non incidissemus. De necessitate dicitur ut supra in solutione proxima. Et tantum de hoc dubio, & expositione huius sextæ petitionis: ¶ Circa quam ita poterit orantis deuotio colligi. Pater noster, qui es in cœlis: ne nos inducas in tentationem. Nihil contra nos prævaleant aduersæ potestates, quarum etsi uoluntas mala: potestas tamen nisi quantum tu dederis ad nostri exercitium, penitus est adempta. Et quoniam non expedit omnino non tentari: oramus, ut tentatio ipsa, quam nos ferre disponis, sit peccatorum nostrorum purgatio. Sit nostræ infirmitatis certa cognitio, ac per hoc uera nostri humiliatio. Sit per tui assistentem gratiam meritorum, & uictoriæ cumulatio. Tu enim es fidelis ille dominus & pater, qui non permittis nos tentari supra, quam possumus. Da ergo cum tentatione prouentum: ut possimus sustinere. Non est in nobis pater clementissime: unde tantis oppugnatoribus resistamus. Vnde laqueos tam multiplices, & latentes deprehendamus, & euadamus. Siquidem (propheta tuo teste) inuasit timor nocturnus afflictionis carnis aduersus spiritum repugnantis, aduersitatis quoq; temporalis nos undiq; affligentis. Nox siquidem afflictio est, nec modo afflictio: sed multo magis afflictionis timor a concepto boni proposito deijcere collaborat. Appetit nos sagitta inanis gloriæ uolans in die prosperitatis, aut profectus spiritualis magis insidians spiritualibus, uicto timore nocturno. Leuiter quidem uolat, licet non leuiter uulnerat. Deniq; insidiatur nobis negocium perambulans in tenebris: cupiditas ipsa ambitionis, & diuitiarum tenebrarum harum radix iniquitatis, cordium excæcatrix ex remedij morbos creans, generans ex medicina languorem. Heu quantos hoc negocium perambulans in tenebris trudi fecit in tenebras exteriores: ueste spolians nuptiali, & uirtutum exercita fructu euacuat pietatis. Nec abest dæmonum meridianum: iniquitatem pallians uirtutum imagine: angelus satanæ se in lucis angelum transfigurans. Tu ergo clementissime pater, qui nos orare monuisti pariter, & docuisti. Ne nos inducas in tentationem. Ad te sunt oculi nostri: fer auxilium, ut latentes insidias cognoscere, ut hostium feritatem uincere ualeamus. Circundet nos

S. Bona uen.

August.

Meditatio circa clauſ. & ne nos inducas in tentationem.

T

Psal. 90.

scutum ueritatis tuæ, quo igneæ tentationum tela turbò possimus excipere eaſque reſellere, & extinguere. Doceat nos ueritas tua contra nocturnum afflictionis timorem. Ingerat oculis cordis noſtri nunc peccata, quæ fecimus, his tentationum flagellis purganda. Nunc qui meruimus æterna ſupplicia, in quorum comparatione, ut eas euadamus uniuerſa, quæ patimur, delitias computemus. Nunc quoque cœleſtia præmia, ad quæ tendimus ſuggerat. Quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nunc etiam ea, quæ pro nobis prouulit tuus unigenitus dominus noſter Chriſtus, ut crebrò cogitantes, quanta ſuſtinuit illa maieſtas pro inutilibus ſeruis, erubeſcamus non ſuſtinere, uel parua pro nobiſipſis. ℣. Doceat eadem tua ueritas contra uanæ gloriæ ſagittam in die uolantem animam noſtram ſemetipſam cognoſcere, de ſe ueritatem tenere, & non facile laudantium ora aduertat: nec altum ſapiat: dum ſe intus ad lucem ueritatis ſolicita conſideratione diſcutiet. Si enim homo ueritate ipſa illuſtrante, propriam conſideret conditionem dicturus eſt ſibi. Quid ſuperbis terra, & cinis? Si propriam attendat corruptionem, fateatur, neceſſe eſt: quoniam non eſt in eo bonũ: & ſi forte aliquod habere uiderur: defendet illud apoſtoli rememoratum. Quid habes, quod non accepiſti? Et iterum. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat, ne cadat. Sed & fideliter compunabit: facile aduertet: & nec cum decem milibus poſſit occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad ſe: qui omnes iuſtitias ſuas tanquam pannum inueniet menſtruatæ. Hæc ipſa ueritas tua domine: a negocio perambulante in tenebris: tenebroſa honoris, diuitiarumq; cupiditate: ſuo circundet nos ſcuto nobiſque dicat. Quid prodeſt hominis ſi uniuerſum mundum lucretur animæ uerò ſuæ detrimentum faciat? Et item potentes potenter tormenta patientur. Reducat in mentem: quam ſit in ambitu friuola conſolatio: graue iudicium, uſus breuis: finis ignotus. Quanquam ſit neceſſe cum pereunte, ei adhærentem perire. Poſtremo dæmonium meredianum falſa ueris ſucans, ipſa ueritas prodat: quæ ſola palliatam detegit falſitatem. Ipſa nos pater doceat probare ſpiritus: ſi ex deo ſint: reueler paruulis, quæ ſapientibus mũdi abſcondunturs: quo omnia probemus: ſolum quod uere bonum eſt: teneamus. Eliminet carnis prudentiam, quæ mors eſt, infundat prudentiam ſpiritus, quæ uita eſt, & pax. Reformet nos ueritas tua in nouitate ſenſus noſtri, ut probemus, quæ ſit uoluntas tua deus bona beneplacens, & perfecta, & non ſinat nos plus ſapere, quam oportet: ſed ſapere ad ſobrietatem. Quatenus ſic undique ſcuto ueritatis tam multiplicis circundati: omnes aſtutias caliditſimæ inimici, & agnoſcere, & per te uincere ualeamus.

Rom. 8.

V

Eccleſ. 10.

1. Cor. 4. ibidem c. 10.

Oramus benigniſſime pater: ſcuto ueritatis adde, & ſcutum patientiæ: quatenus ſpiritu pietatis ſuentis mãſueti ad oẽs, in patientia animas noſtras poſſideamus in præſenti: & terram uiuentium poſſidere mereamur in futuro ab omnibus tentationibus perpetuò liberati.

DE

DE LIBERATIONE a malis minimis.

LECTIO LXXIX.

Expositio uerborum. Sed libera nos a malo.

ED libera nos a malo. ¶ Ista est tertia, & ultima pars secundæ partis principalis continens septimam, & ultimam petitionem dominicę orationis, qua petimus liberationem a malis minimis, scilicet malis pęnę secundum diuisionem supra lectione 72. factam. Quamuis nonnulli hanc clausulam, pro eo, q̃ eam Lucas non ponit, dicunt esse unam petitionem cum priore. Ne nos inducas in tentationem. Vt esset sensus, ne nos inducas in tentationē, malo, ad quod tentatio inducere nititur consentiendo, sed magis ab ipso malo liberando. de quo supra lect. 66. habitum est. Et quia malum pęnæ minus est malum, q̃ malum culpæ, ut dicit Albertus. Et inter hæc tria mala, culpam, culpæ occasionem, & pœnam, minimum malum est malum pœnę. Quippe quod est ordinatiuum culpæ. Ideo petitio illa a nonnullis exponitur de malo pœnæ ad bonum non promouente indifferenter tam præsenti, quam futuro. Vnde Christus cœlestis noster magister scient nos a primeua nostra origine cum peccatis concipi, in peccatis generari, nostramq; naturam in sui exordio in suis naturalibus esse uulneratam, & donis gratuitis, quibus ornata fuerat, spoliatam, & uitiosis inclinationibus fomitis ad malū pronam, ac per hoc nos ad æternę damnationis pœnas addictos: propter peccati originalis, & additorum personalium turpitudinem. Nos etiam inhabiles ad uirtutum exercitia ęternæ uitæ meritoria propter gratuitorum spoliationem. Pronos uerò ad uitia, propter naturę uulnerationem, & fomitis inclinationem, quodque ex nostra potestate resurgere non possumus, ex nostra arte, & industria dona perdita recuperare non ualeamus, ex nostro studio, & opera uulnera nostra, & inclinationes malas, nec curare, nec tollere sufficimus. Ne damnaremur ex peccatorum onere. Ne succumberemus ex donorum gratuitorum spoliatione. Ne suffocaremur ex insulto uulnere, & deprimeremur ex mala inclinatione, docuit nos confugere ad medicinam spiritualem, patrem misericordiarum deum omnipotentem, & postulare deuotius ab illo medico, ut liberet nos a malo. Hoc orare docuit, quia non ille (ut ceteri medici) placatur pecunia, sed oratione deuota secundum Chrysost. super illud Matth. Ostende te sacerdoti, & offer munus tuum. ¶ Oramus igitur Christi instituti documento. Sed libera nos a malo, tam præsenti, quam futuro. Tanta siquidem, & tot sunt mala miseriæ in utroque seculo, ut non immerito incessanter clamare cogamur, libera nos a malo. Vnde Ambrosi. in quodam sermone. Tantis malis inquit, hęc uita repleta est, ut comparatione eius mors remedium esse putetur, non pœna. Nam ideo breuem illā fecit deus, ut mœstitiam eius, quę prosperitate uinci uel tolli non poterat, temporis exiguitate finiretur. Dubia quidem est ait August. tractans illud. Quæ enim est uita nostra? uapor ad modicum parens. Cæca est, erumnosa est, quam humores tum dant, dolores extenuant, ardores exiccant, aera morbidant, escę inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiæ iactant, paupertas

A

De miseriis huius uitæ mundialis.

Matth. 8. B

Ambros.

August.

deijcit:inuentus extollit.senectus incuruat:infirmitas frangit: mœror deprimit:& post hæc omnia mors intermittit: & uniuersis gaudijs finem imponit. Ita ut cum esse desierit,nec fuisse putetur. Hinc B. Iob de præsentis status miserijs sic ait. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur,& conteritur, & fugit uelut umbra: & nunquam in eodem statu permanet. Super quo beatus Greg. 11. moralium. §. 97. Si subtiliter consideretur omne,quod hic agitur,pœna miseriæ est. Ipsi enim corruptioni carnis seruire ad necessaria,& concessa,miseria est,ut contra frigus uestimenta, contra famen alimenta, contra æstum frigora requirantur:quòd multa cautela custoditur salus corporis,quæ custodita faciliter amittitur, amissa,cum graui labore reparatur, & tamen reparata semper in dubio est. Quid hoc aliud,nisi mortalis uitæ miseria est? Hoc idem deduxit quoad extrinseca amicos,& inimicos,dicens. Quod amamus amicos:suspecti,ne offendi ualeant:formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus, utique formidamus. Quod plerunque inimicis confidenter quasi amicis loquimur, & nunquam pura uerba proximorum, & multum nos fortasse diligentium,quasi uerba suscipimus inimicorum. Et qui falli nunquam,uel fallere uolumus,cautela nostra grauius erramus. Quid itaque hoc ita,nisi humanæ uitæ miseria est? Quod amissa cœlesti patria, repulsus homo delectatur exilio,grauatur curis, & tamen cogitare dissimulat, quam graue sit, quia multa cogitantur. Quod priuatus est interno lumine,& tamen in hac uita diu uult perpeti cœcitatem suam. Quid hoc aliud,nisi quam de pœna nostra nata miseria est? Et quo amuis hic diu stare desideret, ipso tamen cursu mortalis uitæ impellitur,ut egrediatur. Vnde. Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. ¶ De hac etiam uitæ præsentis miseria loquitur beatus Augustinus.serm. 17. de uerbis euangelij. Quam breuis,& laboriosa est uita præsens,in qua falsa uoluptas nulla gaudij securitas,timor torquens,cupiditas auida,tristitia arida,ubi diu uiuere non est, nisi diu torqueri, & tamen hanc uitam nemo uult finire.& cetera multa ibidem, Innumera sunt sanctorum scripta, huius uitæ miserias deflentia, quæ quotidiana experientia declarat, & afflictione continua sentire facit certius,quam codices prædicent. Quis denique si specialius cõsideret pœnales miserias in nobis, quas primorum parentum culpa traduxit in posteros,annumerabit? Quarum aliquæ spirituales sunt,aliquæ corporales. Spirituales sunt,quæ se tenent ex parte potentiarum animæ, quæ sunt memoria, intellectus, uoluntas. Quarum quælibet suis grauatur miserijs. Memoria quidem ineptitudine,& labilitate. Intellectus hebetudine,& excitate. Voluntas pronitate ad uitia, ad seipsam recuruatione. Ex quibus oriuntur in anima quantum ad memoriam, fœdæ imagines, & utilium obliviones. Quantum ad intellectum ignorantia,& errores. Quantum ad effectum,timores,tristitiæ,& solicitudines,& similia. Similiter respectu uirtutis sensitiuæ interioris multiplicantur miseriæ pœnales. Quantum ad apprehensiones:ut uanitas:uaga facilitas. Quantum ad appetitum,uitiosæ inclinationes causatæ a fomite: & ceteræ malæ impressiones, ab inferioribus, aut superioribus exortæ,quibus inflammatur appetitus sensitiuus contra iudicium rationis, & imperium uoluntatis. Ex quibus in homine grauis illa pugna oritur, & implacabilis controuersia, qua homo sibijpsi non est consentaneus,sed aduersus,quod magna est miseria. Sed & corporales insuper multiplicantur miseriæ,tam animales,quam naturales. Animales ut discrasiæ,peruersiones,& defectus sensitiuarũ uirium, interiorum, & exteriorum. Interiorum:ut species maniæ,melancholiæ, furiæ, frenesis. Exteriorum:ut

Vita præsens breuis & laboriosa.

organorum indispositio: quales sunt oculorum lippitudo, luscedo, cęcitas, auriũ surditas, odoratus, & gustus tarditas, tactus grossa terrestreitas. Naturales, ut innumerę ægritudines, malæ complexiones, naturalium uirium deordinationes, monstruositates, & inexplicabiles ceteræ calamitates, inquietudines & labores: quæ non nisi quadam uicissitudine releuari possunt. Quid enim hic (ait Bernard. ser. 12. de diuersis) nisi labor, & dolor, & afflictio spiritus? Sic enim se habent universa sub sole, ut nihil sit in eis uere iocundum, sed ab uno semper uelit homo transire ad aliud: solaque uicissitudine releuetur utcunque ac si prosiliat ab aqua in ignem: & idem rursus in aquam: utpote qui neutrum ferre possit. Comedere appetis, quia fames te cruciat, utrumq; labor est. Sed quia fames grauior magis: comedere nescis esse laborem. Denique postquam fames depulsa fuerit: uide, si non gratius ducis comedere, quam esurire. Sic omnis laboris remedium, alterius laboris initium est. Hæc ille. Hinc Apostolus 2. Corinth. 7. Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores. Et iterum. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ne uelut desperatus exclamasse uideatur: addit unde liberatio speranda sit, cum ait. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum: quam ut nos accipere possimus in dono, orandum est. Sed libera nos a malo. ¶ Nec tamen sic petenda est liberatio ab his malis: ut omnino non permaneãt in hoc seculo, a quibus nemo liber reperitur. Quoniam etiam deo dilecti, & sancti ab his miseriis non præseruantur: sed nonnunquam magis, & magis eis atteruntur. Feliciter tamen ut ex his commoniti, se infirmos, & fragiles existiment: ut coram deo se humilient: quatenus sic omnis eorum deuotio, & refugium ad deum conuertatur. Habeant præclaræ uirtutis patientiæ, constantiæ, & fortitudinis perfectionale exercitium. Nam uirtus in infirmitate perficitur. 2. Corinth 12. Vterq; considerent nihil aliud esse hoc seculũ, quam horroris, & meroris locum: & miserabile exilium ad perwansecundum hominibus constitutum. Atque ut feruentius quærant, appetantq; cęlestem patriam in qua abstergit deus ab oculis immorãtium omnem lachrymam, ut in eis amplius neq; sit luctus, neq; labor, nec mors, nec ullus dolor. De quo B. Grego. 23. moral. Solent nonnulli uiatores cum amena fortassis prata conspiciunt in itinere pergendi mortis innectere: & arrepti itineris rectitudinem declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se dominus pergentibus, huius mundi iter asperum facit, ne dũ quisq; præsentis uitæ requie, quasi uiæ amęnitate pascitur, magis eum diu pergere, quam citius uenire delectet, ne dũ oblectatur in uia, obliuiscatur eius, quod desiderat in patria. ¶ Secundum hoc igitur: non oramus præsenti oraculo liberari sic nos a malo ut dominus omnes istas tribulationes, & pœnales miserias a nobis penitus auferat, quia nec id conditio naturæ nostræ patitur, nec status huius seculi exigit, nec id nobis esset proficuum, & salutare. Sed oramus harum pœnalitatum moderationem, siue mitigationem: ne ipsis pressi, & nimium fatigati in maius malum, s. culpæ declinemus. Hoc nanque solum malum habent pœnales miseriæ huius seculi: quod in malum deterius quandoque præcipitant suos possessores, a quo si ob nostram orationem a patre cęlesti præseruemur: satis a malo, quod pœnę istæ inferunt, liberamur. etiam si incessanter nos crucient, & infestent. ¶ Petimus ẽt in hac petitione liberari a malo pœnæ futuri seculi, quæ duplex est. Purgatorij, & æternæ damnationis infernique malorum omnium finis est & consummatio: in se uirtuali

1. Cor. 7.

Rom. 7.

D

2 Cor. 12.

Apoc. 21.

B. Grego.

ter includens omnia mala: sicut beatitudo in se includit omnia bona. Petimus igitur secundò liberari a malo pœnę purgatorij futuro, quia ignis ille purgatorius: & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est: superans omnes huius uitæ pœnas: ut uult Augustin. in ser. de igne purgatorij. & habetur 25. distinct. qui in aliud. Libera igitur nos petimus tu pater æternæ ab hoc malo tam pœnali. Quod si totaliter nos ab igne ipso non eripis: quia in nobis peccata nostra non satis punuimus: & fructum conuersionis, & pœnitentiæ in hoc seculo distulimus: ea propter tua iustitia exigente, omnem pœnam euadere non ualemus, saltem libera nos a parte, & miseratione tua multa, pœnam istam mitiges: & non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Vel libera nos ab hoc malo: per inspirationem fructuosæ pœnitentiæ quatenus in hac uita pœnam pro peccatis subeamus: & satisfactionem in aliud seculum non differamus: quod si fecerimus: per misericordiã domini ab illo futuro malo liberamur: dicente Augustin. super psal. 83. Quia peccator conuersus est ad puniendum peccatum suum: conuertar & ego ad liberandum illum. Vel libera nos ab hoc malo purgatorij, per immissionem tribulationis, & flagelli in uita præsenti: ne pœnę subiciamur ignis futuri. Sic orauit Augustin. Domine hic seca: hic ure: ut in æternum parcas. Ista enim patienter tolerata qualiacunq; fuerint: siue infirmitates, siue aduersitates, siue flagella aliaq; malo isto futuro purgatorij liberant, & absoluunt. Siquidem misericors est dominus, non puniens idem peccatum bis in idipsum Ideo quod punit in præsenti: non punit in futuro. ¶ Petimus tertio liberari a malo pœnæ damnationis æternæ: non ut ab illa intacta eruamur, quia ab illa nullius est exitus, neq; reditus: ut dicit Greg. Quisquis ad toleranda mala inferni descenderit: nequaquã ulterius ad lucẽ redibit: quia nequaquam ulterius misericordia parcentis: liberat quos in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat. Petimus igitur ab illo malo liberari: hoc est ab illo malo præseruatiue illo inuoluamur. Et quia ab hoc malo non liberabimur nisi per dimissionem peccatorum criminalium in præsenti, & quoniam horum dimissionem orauimus in petitione sexta. Dimitte nobis debita nostra: ideo de huius expositione ulteriori prosecutione supersedeo. Nam sicut in petitione sexta petimus dimitti nobis omnia mala culpæ. Ita per hanc oramus nos liberari ab omni malo pœnæ præsentis, & futuræ secundum moderationes in præmissis expositionibus re
F citatas. ¶ Potest igitur mens deuota circa hanc petitionem sic meditando orare. Tu pater cœlestis benignissime: sciens nos malis, & periculis, tribulationibus, & flagellis præsentibus subsistere non posse: sed nec futura ex nobis cauere: oramus. Libera nos a malo a foris affligente, intus nos ad malum culpę propellente, & ad bonum non promouente. Libera nos a malis omnibus, quę contra nos in hoc mundo mollitur inimicus. Sic enim erit nobis fida, & summa tutela, si tu nos liberaueris, si nobis deprecantibus, & implorantibus opem tuam præstiteris. Quis enim ei de seculo metus est, cui in seculo deus tutor est? Libera nos pater nihilominus ab omni malo intus ex nobis orto, ab ignorantia sciendorum, ab infirmitate agendorum: a pusillanimitate obseruantiæ tuorum mandatorum, a tarditate bonorum, a pronitate malorum, a rebellione uirium inferiorum, a uana solicitudine temporaliũ: a radicibus pessimis uitiorum. Da domine pater omnipotens, & misericors spiritum timoris tui, ut eius magisterio confirmati mortiferum superbiæ tumorem, salutifera humilitatis cura præmentes, pauperes spiritu efficiamur, quatenus in humilitate cordis, & omnimodo terrenorum contemptu perseuerantes, regnum cœlorum nostrum esse sine fine gaudeamus.

Duplex malum pœnæ futuri seculi.

Meditatio circa clausulã sed libera nos a ma

Auter

Amen accipitur multis modis.

Auferra nobis domine accidiam spiritu fortitudinis: quia Beati, qui esuriūt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Remoue inīquitatem carnis: luxuriosamq; petulantiam spiritu sapientiæ, quia Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Repelle sædantem uentris ingluuiem spiritu intellectus: quia Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Elimina auaritiam spiritu consilij, quia Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Extirpa inuidiam spiritu scientiæ, quia Beati, qui lugēt: quoniam ipsi consolabuntur. Excludе iram spiritu pietatis: quia Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Ab his enim malis liberati, cælum libera. mente audebimus poscere. Eaq; nobis futuris pessimis, & æternis sperabimus magna fiducia præsentari. ¶ Amen. ¶ Hæc est pars tertia, & ultima principalis dominicæ orationis: eiusq; conclusio, quæ optatur orationis efficacia, & exaudicio in isto unico uerbulo. Amen hebraico. Est enim amen secundum bea. Augu. dictio nec græca, nec latina, sed hebraica, quæ sicut quædam aliæ dictiones hebraicæ in libris interpretate non sunt: quales sunt, alleluya, osanna, racha. Non quidem ut ait, ipse secundo de doctrina Christiana, quia illud fieri non potuit, sed propter sanctiorem auctoritatē: ut seruaretur antiquitas. Et hoc quoad illas duas dictiones amen, alleluya. Quoad alias autem racha, & osanna, dicit: translatio fieri non potuit. Sunt enim (ait) quædam uerba cæterarum linguarum, quæ in usum alterius linguæ per interpretationem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, quæ potius motum animi significant, quam sententiæ conceptæ ullam particulam, & talia prohibentur esse hæc duo. Dicunt enim racha indignantis esse uocem, osanna lætantis. Hęc Augu. ¶ Sumitur autem hæc dictio amen tripliciter. Primo nominaliter, & hic tantum ualet sicut uerax uel ueritas. Hoc modo accipitur in Apocal. cap. 3. ubi dicitur. Hæc dicit amen, testis fidelis, & uerus. Amen. i. ueritas. ¶ Secundo accipitur uerbaliter, ut est uerbum hebraicum, ualens tantum. i. fiat, & ita capitur communiter in fine orationum, ubi exprimit desiderium orantis, quia optatiuum est respectu bonorum præcedentium, ut optatio impletionis respectu omnium petitorum. ¶ Tertiò accipitur aduerbialiter, & ita frequenter accipitur in euangelio cum dicitur, Amen dico uobis, ualet tantum. i. uere, uel fideliter. Et est aduerbium affirmandi, ideſt ita est, uel uerum est secundum Amb. de conse. dist. 2. reuera. in fine. Et dicit magister in Rationali, q; ultimo modo accipitur in proposito, ut scilicet exprimat plus conclusionem affirmantis, quam affectum optantis. Et pro illo uidetur sonare glo. Mat. 6. dicens. Amen significat in his omnibus petitionibus indubitanter tribui, quod petitur, si ultimę conditionis pactum seruauerimus. Et Raba. Per hoc, quod dixit dominus, amen, significat indubitanter conferri a domino (his scilicet, qui rite postulant) qui conditionis additę pactum seruare non negligunt, qua quidem est dimittere debitoribus nostris. Et sic sensus est, cum dicitur Amen. i. ita est, uel uerum est, q; dominus nobis concedit, quod per orationem rogauimus. Et ex hoc reddit Guil. in rationali rōnem, quare sacerdos dicit hic. Amen, & non populus, uel astans clerus, sicut in alijs orationibus, quia ipse mediator est inter dominum, & populum, & populi uota deo offert. Idcirco magis congruit, ut ipse affirmet petita esse concessa, quam populus. Hoc quidem est mediatoris pronunciare, si admissa sit petitio, quam porrigit. In alijs autem petitionibus ubi amen exprimit affectū optantis, congruit tamē a populo dici, quia ab illo optatur, ut præstetur, quod mediante sacerdote petitur. Sensus igitur in illis est, fiat nobis, sicut pro nobis orasti. ¶ Ex eodem sumit rationem, cur sub silentio dicit amen, H

Exod. 19.

ipſe ſacerdos in præſenti oratione. Primò in ſigmum, q̃ dominus latere uult orantes, q̃ ab ipſo exaudiri ſunt: ne poſtmodum in oratione tepeſcant. Secundo: quia ſi alte proferret amen, quo affirmatur orationem eſſe exauditam, iudicati poſſet præſumptio, & oſtentatio ſacerdotis. Iſtis tamen non obſtantibus, poteſt hæc dictio amen, etiam in propoſito accipi uerbaliter: ut tantum ualet, i. fiat: ut ita ſacerdos ultima petitione porrecta per populum tanquam infirmum, qui malum pœnę timet: ipſe ſubmiſſe dicat. Amen coram deo: qui ſolus conſcius eſt ſecretorum: oſtendens illi compaſſionis affectum, & opſãs eius dictam liberationem: ac ſi dicat cum Apoſtolo. Voluntas cordis mei, & obſecratio ad deum eſt pro illis in ſalutem. Teſtimonium enim perhibeo illis, q̃ æmulationem dei habent. Idcirco dico fiat. i. opto: q̃ conſequantur, quod deſiderant. Et hæc eſt ſententia domini Alberti. ¶ Cui ea hanc concluſionis dictionem ita mens contempletur. Amen ſo, ut dicas tu pater cæleſtis. Parum eſt enim, q̃ ſacerdos dicit amen, i. fiat optando: niſi tu dicas amen, fiat imperando. Magnum quippe eſt, & efficaciſſimum uerbũ eſt: fiat: a te prolatum. Ho: uerbo tu pater ſumme. in principio, in uerbo tuo ex te genito omnia creaſti. Dixiſti namq; fiat, & facta ſunt. Hoc etiam uerbo nos perditos reparaſti: dicẽte illa intemerata repatratrice noſtra ad angelum. Fiat mihi ſecundum uerbum tuum, quo uerbo prolato, uerbum tuũ factum eſt caro. Hoc deniq; uerbo opus noſtræ redemptionis conſummaſti: dum in horto patrem deuotiſſime exorans: te paternę uoluntati pro nobis obtuliſti, dicens. Si non poteſt tranſire calix iſte: niſi bibam illum; fiat uoluntas tua. Eia igitur Chriſte uerbum patris: amen patris: fiat patris: comple tu orationem noſtram. Dic fiat. Perfice uerba tua per te inſtituta, & dictata: & ori noſtro cõmendata. Dic amen; & fiat: ſicut dixiſti mulieri chananeę. Fiat tibi ſicut uis. Et ut hoc audire digni efficiamur, præpara nos: quemadmodũ mulierculam hanc præparaſti. Da fidem firmam, qua mereamur exaudiri. Perſeuerantiam fortem, qua non contingat ab oratione fatigari. Charitatẽ perfectam: qua non poteſt a te charitate ſumma repulſam pati. Humilitatẽ ueram: qua mereatur releuari. Hæc enim ſunt, quæ in chananea attendimus: quibus dono tuo tibi placuit: & plenum ſuę petitionis effectũ obtinuit. ¶ Huius mulieris exemplum omnes conſiderent pie orantes. Hoc corrigantur inertes male orantes, qui dicunt. Oramus, & non impetramus. Diſcant huius exemplo recte orare, ut cum ea mereantur petita impetrare. Et quid fecit oratura hęc mulier? Magnam certe fidem tenuit, perſeueranter orauit: repulſa importunius obſecrabat. Siquidem clamauit. Miſerere mei fili Dauid: filia mea male uexatur a dæmonio: & non reſpondit ei dominus uerbũ Sed quid? a domino non receſſit, perſtitit in clamore: procidit ad pedes eius dicens. Adiuua me domine. Repulſa eſt dicente domino. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Non erubuit cani cõparata, nec uelut iniuriam in animam reuocauit. Sed uocem exprobrantis exaggerans, dominum conatur uincere, dicens. Vtiq; domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Eapropter audire meruit. O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut uis. Sic diſcamus inſtanter orare, importune obſecrare, perſeueranter pulſare. Siquidem & aperietur nobis. ¶ Sed forſitan dicis ait Chryſ. in homel. Deprecatus ſum ſemel, & iterum, ter, quater, ſepties, decies, uigeſies, & non exaudiuit me dominus. Reſpondet Chryſ. O ſtulta inuentio: & quid nunc, quia non es exauditus, iam recedis a domino: & differs petere? An non uides perſeuerantiam mulieris, quæ non ante ceſſauit, quam quod quæſiuit, inuenit. Sunt multi, qui labijs mugiunt: & corde non concipiunt. Si tu ipſe dicta tua, & preces igno-

Meditatio circa Amen.

ras:

tas:quomodo te exaudiet deus? Sed dicis. Inclinaui genua mea,& orauí. Genua tua inclinasti in terram: & mens tua foris per diuersa discurrit. Corpus quidem tuum in ecclesia est:sed cogitatio tua foris uagatur. Lingua tua orat & mens pecunias numerat. Oremus igitur fiducialiter ad patrem cęlestem: sicut hæc mulier orauit ad Christum saluatorem,quæ non petiuit Iacobum: non roganit Iohannem, non accessit ad Petrum:sed magna fiducia cucurrit ad dominum. Oremus fideliter ad patrē misericordiarum: largitorem beatitudinis: sicut hæc mulier orauit Christum datorem gratiarum,fontem totius consolationis. Non enim iuit ad homines seductores, non secuta est uates fallaces,non quæsiuit inanes ligaturas,non quæsiuit falsa præsidia.Sed uenit ad dominum Iesum Christum omnium saluatorem. Oremus & perseueranter ad summum regem omnium: sicut hæc mulier orauit ad inclyti regis Dauid filium,quæ non repercussa ad primum sonitum. Non sum missus nisi ad oues,quæ perierant domus Israel. Nec territa ad secundum uerbulum. Non est bonum sumere panem filiorum,& dare canibus. Sed perseuerantia armata: iterum,atq; iterum,irripuit in uerba: miserere mei fili Dauid:adiuua me domine, quousque consolata pijssimi medici uerbis,hat ribi sicut uis. Tanta & nos orationis instantia animemur:ut non desistamus petere, donec exeamus ex defectibili mundo,ut mereamur liberari a malo, & audire orationis huius finem, Amen.i.fiat uobis, quod petistis. ¶ Ve autem hoc ipsum mereamur,præter ea,quæ supra dicta sunt:duo a nobis orantibus obseruentur,quæ be. Cyprianus ponit prope finem libelli de dominica oratione. Primum,ut oremus uigilanter:non tantum uoce: sed magis mente. Secundum,ut oratio nostra non sit nuda,sed uestita bono opere. De primo dicit beat. Cyprianus: Quando stamus ad orationem fratres dilectissimi,uigilare, & incumbere ad orationem toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis,& carnalis abscedat,nec quicquam tunc animus,quam id solum cogitet,quod precatur: Ideo & sacerdos ante orationem,præfatione præmissa parat fratrum mentes,dicendo. Sursum corda,ut dum respondet plebs.Habemus ad dominum, admoneat nihil aliud se, quam dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli deo pateat, nec ad se hostem dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequenter penetrat,& subtiliter fallēs,preces nostras a deo auocat, ut aliud habeamus in corde,aliud in uoce:quando intentione sincera dominum debeat,non uocis sonos, sed animus, & sensus orare. Quę autem segnitia est alienari,& capi ineptis cogitationibus,& profanis,cum dominum deprecaris:quasi sit aliud quod magis debeas cogitare: quam cum deo loquaris? Et sequitur,quod etiam supra lectione. 63. allegatum est. Quomodo te a deo audiri postulas,cum te ipse non audias? Vis esse deum memorem tui,cum rogas,cū tuip se memor tui non sis? hoc est ab hoste in totum non cauere,hoc est,quando oras dominum,maiestatem dei negligentia orationis offendere:hoc est uigilare oculis,& corde dormire:cum debeat Christianus: & cum dormit oculis, corde uigilare:sicut scriptum est. Ego dormio,& cor meum uigilat. Quapropter solicite,& caute apostolus ammonet dicens. Orationi instate uigilantes in ea. Docens, scilicet eos impetrare, quod postulant a deo posse; quos deus uider in oratione uigilare. ¶ De secundo idem ait. Orantes autem non infructuosi:nec nudis precibus ad deum ueniamus Inefficax petitio est,cum precatur deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum, excidatur, & in ignem mittatur, uiq; & sermo non habens fructum,deum promereri non potest,qui nulla operatione fœcundus est. Et ideo scriptura diuina dicit. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosina. Nā

Ad orationē ut sit exaudibilis duo requiruntur. I.

Can. 5. Coloss. 4.

Thob. 12.

qui

qui in die iudicij præmium pro opibus, & eleemosynis redditurus est: hodie quoq; ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. Sic Cornelius centurio cum orauit, meruit audiri: cui angelus testimonium reddidit dicens. Corneli orationes tuæ, & eleemosinæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Cito orationes ad deum descendunt, quas ad deum merita nostri opis imponunt. Sic & Raphael angelus Thobiæ oranti testis fuit cū oratione commemorans opus sepulturæ. Sic Esai. postquam præmisit. Dissolue colligationes impietatis. solue fasciculos deprimentes &c. Frange esurienti panem tuum &c. subdit. Tunc inuocabis: & dominus exaudiet. clamabis, & dicet, ecce adsum. Adesse se repromittit, audire, & protegere se eos dicit: qui iniusticiæ nodos de corde soluentes, & eleemosynas circa domesticos dei secundum eius præcepta, facientes, dum audiuit quod deus præcepit fieri: ipsi quoq; a deo merentur audiri. ¶ Circa petitionem ultimam mouetur hoc dubium. Vtrum præscitus exaudibiliter petere possit a domino. Sed libera nos ab æternæ dānationis malo? Pro huius dubij solutione, notandum q̄ dupliciter quis dici potest præscitus. Similiter & prædestinatus. s. uel secundum præsentem iustitiam: uel secundum æternam dei præuidentiā seu prænotionem. Præscitus secundum præsentem iustitiam, dicitur ille: qui est in tali statu in quo si decederet: æternæ pœnę deputaretur. Talis est quilibet uiator existens in peccato mortali. Nam quilibet talis si in peccato mortali decederet: æternæ damnationis sententia plecteretur. Qualis enim quisq; in termino uiæ inuenitur, taliter iudicatur. ad regnum, si amicus fuerit per gratiam, uel ad inferni carcerem, si inimicus extiterit per mortalem culpam. Et hoc modo multi ad æternam beatitudinem prædestinati: secundum præsentem iustitiam sunt præsciti. Cadunt enim nonnunquam electi a gratia habituali per mortale peccatum. De quibus dicit saluator. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Alias oues habuit secundum æternam prædestinationem, quæ non erant de hoc ouili. de ecclesia secūdum præsentem iustitiam, quas adduxit ad ouile ecclesiæ per fidem & gratiam: quæ infideles isto tempore erant, & inter gentes numerate. Talis fuit olim Dauid adulter. talis paulus Christi persecutor. & multi similes. Qui quamuis ad æternam beatitudinem fuere prædordinati: tamen pro certo tempore in peccata mortalia sunt prolapsi. Præscitus secundū æternam dei scientiam, est ille, qui secundum prædordinationem, & determinationem diuinæ uoluntatis propter peccata sua similiter præuisa æternæ subiacebit damnationi. Talis est quilibet, & solus ille, qui in peccato finaliter moritur. Quilibet enim talis, & solum talis æternaliter condemnatur. Isto modo multi præsciti pro certo tempore sunt prædestinati secundum præsentem iustitiam. De talibus intelligi potest illud. Nunc Antichristi multi facti sunt. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: permansissent utiq; nobiscum Glo. ex nobis prodierunt. i. ex nostra societate recesserunt. nostra societate utiq; fideli, & gratiosa. Sed non erant ex nobis secundum prædestinationis gratiam. Talis fuit Iudas Scarioth, qui sorte electionis tempore in apostolum fuit in gratia, & ita prædestinatus secundum præsentem iustitiam, finaliter tamen condemnandus secundum æternam dei præscientiam. ¶ Per hæc respondetur ad dubium, q̄ præscitus secundum præsentem iustitiam tantum exaudibiliter petere potest a domino, Sed libera nos a malo: quia nunquam damnabitur, neq; ad tale malum a deo est præuisus, quamquam pro certo tempore sit in tali statu: in quo si decederet, damnaretur, non tamen in tali statu morietur, sed de peccatis suis ante exitum pœnitebit. Et quia se emendando uitam mutabit dolens

de

de peccato: ideo deus præseruabit illum ab æternę damnationis malo. Sic enim dicit Ambro. Si tu noueris mutare uitam: deus nouit mutare sententiam. Et Hiere. 18. Si penitentiam egerit gens illa de peccato suo: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem ei. Non quidem, ut deus in se mutetur: dum mutat sententiam: aut dum spondet de malo agere pœnitentiam, sed quia malum non infligit quod comminatus est: propter emendationem hominum: sententiam dicitur mutare: & agere pœnitentiam de malo quod locutus est, ideſt quod comminatus est. De præscito uero secundum æternam dei præscientiam, dicendum est: q licet talis possit exaudibiliter orare. Libera nos a malo, interim q est in statu illo uie: quia potest de peccatis suis omnibus penitere: quia nemo in statu isto est immobiliter obstinatus in malo: nunquam tamen finaliter merebitur exaudiri. Non propter præscientiam dei: quę neminem necessitat ad malum, sed propter suam peruersam uoluntatem: in qua libere usq; in uitæ suæ finem permanebit. Quod deus ab æterno pręuidens: modo nobis ineffabili infallibiliter illum malo æternæ damnationis cruciandum prænoscit: & tandem in uitæ eius termino iustitia exigente, damnationis in eam sententiam promulgabit. ¶ Hæc de dominicæ orationis expositione: & si dispendioso collecta fine stilo, pro materię tamen amplissima dignitate breui, inculto, rudiq; digesta eloquio, sufficiant. Qua licet non ualui: uolui tamen, & optaui prodesse auditorio. Quod si prolixitatis arguor: accipe breuissimam cuiusdam expositionem, materiam plurimam succincta uerborum paucitate complexantem. ¶ Pater noster, excelse increatione: suauis in amore: diues in hereditate. Qui es in cœlis: speculum æternitatis: corona iocunditatis, thesaurus felicitatis. Sanctificetur nomen tuum: ut sit nobis mel in ore: cithara in aure: iubilus in corde. Adueniat regnum tuum: iocundum sine perturbatione: tranquillum sine permixtione: securum sine perditione. Fiat uoluntas tua sicut in cęlo, & in terra, ut quæ odis, odiamus: & quæ diligis, diligamus: & qui consulis, ac præcipis, impleamus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: panem materialem, doctrinalem, pœnitentialem, sacramentalem, spiritualem, cælestem, & æternalem. Et dimitte nobis debita nostra: quę commisimus contra te deum: contra nosipsos: & contra proximum. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: iniuriam uerborum, scilicet uerberum, & rerum. Et ne nos inducas in tentationem, carnis, mundi & dyaboli. Sed libera nos a malo, præsenti, præterito, & futuro. Amen: fiat, & indeficienter perseueret.

DE-

DE EXCRESCENTIA orationis Dominicę.

LECTIO LXXX.

A

IBERA nos quæsumus domine ab omnibus malis: præteritis:præsentibus,& futuris:& intercedente beata, & gloriosa semper virgine dei genitrice Maria: & beatis apostolis tuis Petro,& Paulo,atq; Andrea cum omnibus sanctis:da propitius pacē in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adiuti: & a peccato semper simus liberi:& ab omni perturbatione securi. ¶ Finita oratione dominica: cuius finali particula,populus tanquam infirmus petijt a malo liberari,cui sacerdos compatiens dixit, Amen:desiderans dicti populi liberationem secundum unam, aut petitionis susceptionem affirmans secundum aliam eius expositionem:additur oratio alia, quæ emboliſmus, siue superexcrescens dicitur secundum Alex. & magistrum in Rationali. Tum quia in ea nihil petitur, quod in superioribus petitionibus petitum non est: nec tamen hoc ipso superfluit:quia priores petitiones magis declarat, specificat, & explanat,& præsertim tres ultimas:quibus mali remotio flagitatur. Tum quia petitionum repetitione petentium desiderium magis excitatur: & per hoc ad obtinendum effectum amplius disponit. Potest etiam dici excrescentia, quia longo tempore in primitiua ecclesia non dicebatur. ¶ Et potest diuidi oratio hæc in tres partes, quoniam conclusio eius.s. Per eundem dominum nostrum &c. quæ posset poni pars quarta, principium est alterius partis principalis secundum prohibitam diuisionem. In prima petitur liberatio a malo, pacis, & tranquillitatis impeditiuo. In secunda recurritur ad intercessores sanctos: ut sint nobis impetrationis præsidio:ibi. Et intercedente. In tertia fit petitionis maior specificatio,ibi:ut ope misericordiæ. Et quia partes simul compendent, ideo simul expediantur. ¶ Quoad primum dicit sacerdos. Libera nos quæsumus,tu pater omnipotens:quia in te potentia est,qua potes nos ab omni aduersitate tueri, & malum,cui subiacemus,removere. Libera nos Ab omnibus malis:ad bonum meritum nostram infirmitatem non promouentibus. Præteritis.s. culpis quibus te offendimus,ut be per cordis compunctionem; oris confessionem; & operis satisfactionem deleantur. Præsentibus:angustijs & tribulationibus a mundo insurgentibus: ut instantiam eorum tua protectione uincere possimus. Et futuris, infidijs, & laqueis ad culpam præcipitare conantibus: immo quibuslibet malis culpæ,& pœnę,ut ea tua munitione cauere ualeamus. Sic enim olim prophetauit in Ps. Libera deus Israel ex omnibus angustijs suis. Et 2. Macha. 1. oratum est. Concedat nobis salutem, & redimat nos a malis. Sed cum nemo liberetur proprie ab aliquo nisi ipso afficiatur,teneatur aut inuoluatur, quomodo petimus liberari a malo præterito:cum ipsum non sit, sed transierit. Aut quomodo a malo futuro:cum nec ipsum angit:nec sit. Respondetur,q quamuis malum præteritum: puta peccatum transiuit desijtq; secundum actum, manet tantum quantum ad reatum. Dum enim quis peccat contra deum: eoipso quo peccat,ad pœnam obligatur,quę obligatio manet; donec deus eam remittat. Perimus igitur liberari a peccato præterito: petendo,ut obligatio illa præsens,quam per actum peccati præteritum incurrimus:

Expositio libera, nos quæsumus.

Alexand.

B

2. Mach. 1.

timus, extinguatur. Petimus autem liberari a malo futuro. Liberari. i. præseruari, ne ipsum incidamus. Nullum enim malum futurum incurrimus: nisi quod deus in nobis efficit & hoc quantum ad malum pœnæ positiuum, uel in quod nos deus cadere permittit, quantum ad malum culpæ. Sicut dicitur Amos. 3. Si est malum in ciuitate, quod ego non feci. Feci efficiendo, uel permittendo. Cum ergo ab utroq; malo a deo præseruamur, a malo pœnæ ne illud super nos inducat: & a malo culpæ ne in istud cadere nos permittat: satis per ipsum a futuro malo liberamur. Ita enim ait Aug. 2. lib. confes. Gratiæ tuæ deputo: q; quædam peccata non perpetraui. Gratiæ tuæ deputo, & misericordiæ tuæ: q; peccata mea tanquam glaciem solusti. Gratiæ tuæ deputo, q; quæcunq; non feci malè. Hæc Aug. q Rursus petimus hac oratione, pacis præsidium. Et quoniam hoc nostris meritis impetrare non possumus: nec præsumimus: quia Nostræ iustitiæ ante deum tanquam pannus menstruatæ. Idcirco ad hoc impetrandum recurrimus in secunda huius orationis parte, ad sanctorum suorum suffragia, quos in curia regni sui nostros constituit mediatores sibi acceptissimos, quorum preces sua dilectio non repellit. Confugimus autem primò ad beatissimam uirginem cœlorũ reginam: cui rex regum, pater cælestis dimidium regni sui dedit. Quod significatum est in Hester regina, quæ cum ad placandum Assuerum regem accessisset, dixit ei rex, etiam si dimidiam partem regni mei petieritis: dabitur tibi. Sic pater cælestis, cum habeat iustitiam & misericordiam tanquam potiora regni sui bona: iustitia sibi retenta, misericordiam matri uirg ni concessit. Petimus igitur pacem intercedente beata, & gloriosa uirgine Maria. Intercedente: iuxta suum officium uehementia desiderij: feruore deuotionis, & puritate orationis, ostendens ut Bern. ait patri filium, quem genuit, filio ubera, quæ suxit, pro nobis interpellans. Beata, quia Christum sanctum sanctorum in utero suo baiulauit. Hinc beatus uenter, ait mulier euangelica domino, qui te portauit: & ubera quæ suxisti. Vel beata in generationibus cœli, & terræ. Cœli, quibus genuit suum restauratorem. Terræ, quibus genuit redemptorem. Ecce (inquit hæc uirgo) beatam me dicent omnes generationes. Quod uerbum tractans bea. Ber. ait. Operabatur salutem nostram Christus in medio terræ: in utero uidelicet uirginis, quæ mirabili proprietate terræ medium appellatur. Ad illam enim sicut ad medium: sicut ad archam dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negocium seculorum respiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur: & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in cælo, ut refartian tur, & qui in inferno, ut eripiantur, & qui præcesserunt, ut prophetę fideles inueniantur, qui sequuntur, ut glorificentur. Et sequitur ad propositum. Ergo beatam te dicent omnes generationes genitrix dei, domina mundi: regina cœli. Omnes inquam generationes. Sunt enim generationes cœli, & terræ. Pater spirituum (ait apostolus) Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus uitam, & gloriam genuisti. In te enim angeli lętitiam, iusti gratiam, peccatores ueniam inuenĩt in æternum. Merito in te respiciunt oculi uniuersæ creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis quicquid creauerat, recreauit. Hęc Bern. Et gloriosa. quæ regis glorię est solium, quem carne induit, in qua quasi in solio resedit. Vel gloriosa, quia in altissimis habitat, ubi ipsi & reginæ thronus positus est, in quo gloriosæ residet ad dexteram summi regis. Vel gloriosa, quia in corpore, & anima gloriosę est assumpta, & super omnes uirtutes humanas, & angelicas inæstimabiliter sublimata. Semper

Pacis præsidium petit.

Augus

Augus C Esa. 64.

Hester. 5.

Luc. 11. Nomine marcilla.

ante partum,in partu,& post partum. Virgine, corpore & mente. Virgine professione:virgine obseruatione. Dei genitrice.i.matre filij dei:& ideo communem filium cum deo patre habente. Lucæ. 1. Quod ex re nascetur sanctum,uocabitur filius dei Maria.i. illuminante cœlum & terram. Ipsa quidé fecit ut in cœlis oriretur lumen indeficiens : & in terris lumen in tenebris lucẽs,propter quod speciosior est sole:& super omnem dispositionem stellarum, luci cõparata, inuenitur prior. ¶ Sequitur. Et beatis apostolis tuis. per te patrem ante mundi constitutionem electis,& per Christum in tempore uocatis, ut mundo fidem tuam sanctam prædicarent. Petro,& Paulo,atq; Andrea. Et ita hic ad pacem impetrandam quattuor personæ introducuntur:quæ passioni domini (cuius memoria in missa agitur) magis fuerunt cõfiguratæ:in cuius uirtute pax nobis est donata. Prima uirgo Maria:cuius animam pertransiuit doloris gladius:cum steterat iuxta filij sui crucem. Secundo Petrus, qui crucifixus est corpore transuerso,& erectis sursum pedibus. Paulus tertio,qui & stigmata Christi in corpore suo tulit. Quarto Andreas qui crucifixi amore, crucem, qua passus est : tanquam amatam suam,uidens a longe salutauit. Tres hi apostoli dumtaxat nominantur tanquam testes pacis:pacem mundo prædicantes:quia in ore duorum,uel trium stat omne testimoniũ. Nominantur aũt isti tres singulariter pręter rationes datas, propter quasdã singulares eorũ eminẽtias. Petrus propter dignitatẽ prælationis:quia summus, & caput apostolorum fuit a domino constitutus. Paulus propter priuilegium prædicationis: quia doctor fuit gentium a domino electus plus alijs laborans, sicut de se ipso testatur. Andreas propter feruens crucifixionis desiderium. ¶ Vel secundum Albertum:quia Petrum ad Christum adduxit,ut haberur Ioh.1. Hinc & principis apostolorum apostolus fuit. Item quia benignissimus fuit,& mitissimus,ob quod de eo canitur:quod de Hieremia scribitur. 2. Mach. 15. Hic est fratrum amator:& populi dei Israel. Hic est,qui multũ orat pro populo:& pro uniuersa sancta ciuitate dei. ¶ Vel nominantur hi tres:quia in ipsis omnes alij sancti repræsentantur. Omnes enim sancti,uel sunt : aut fuerunt in statu coniugali:& hi per beatum Petrũ significentur, qui uxorem habuit, filiam sanctam Petronellam:& socrum a domino a febribus curatam. Aut fuerunt in statu uidualis continentiæ, qui per beatum Andream denotantur. Hic enim secundum beatum Chrysostomum uxore mortua in statu uiduali creditur permansisse:Aut fuerunt in statu uirginali:& hi per Paulum figurantur, qui uirgo fuit,& permansit. Et secũdum hoc subditur. Et cum omnibus sanctis. in tribus apostolis generaliter nominatis. Et quoad tertiam orationis huius partem,additur petitionis specificatio cũ dicitur. Da propitius pacem:ne populus in tanti sacramenti communione per insurgentia mala perturbetur. Da pacem pectoris,ut conscientię remorsum tollens,& in uera charitate,& amicitia nos tibi iungens:tibi perfecte reconciliet. Da pacem temporis, in diebus nostris : ut ea pro illius temporis miseria perfruamur. Et ab omni perturbatione exterioti te pacem donante uiuamus. Non enim nisi te donante eam habere possumus: quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster : celestis pater. Omnis siquidem potestas tuę potentię comparata, infirmitas est, non potentia. Vt ope misericordię tuę adiuti. Misericordiam tuam pater clementissime imploramus: non iusticiam quæ nostris demeriti magis tribulationem & aduersitatẽ rectitudinis zelo inducere quam pacem. Hoc enim exigunt nostra peccata. Potius namq; puniri meruimus, quam tranquillitate foueri. Plus a tua iustitia declinantes meruimus: ut super nos regnent pacis emuli ac tyranni: quam pacis zelatores & beniuoli. Da igitur nobis adhuc infirmis quibus no

Sap. 7.

D

Quare tres apostoli in hac oratione præsertim nominantur.

Gala. 6.

1. Cor. 15.

Ioh. 1.

2. Mach. 15

cet

De ritibus & mysticationib⁹, quæ fiunt cũ legitur hæc oratio.

cet perturbatio propitius pacem. Et a peccato, uoluntatis & actionis. Semper simus liberi per pacem pectoris, deleto reatus nostri chirographo. Et ab omni perturbatione securi, per pacem temporis tumultu & inquietudinæ seculi mitigata: quo peruenire mereamur ad pacem æternitatis: omnis mali suspitione penitus sublata. ¶ Hæc autem oratio dicitur sub silentio: quo secundum Inno. & Alexandrum significatur quies dominicæ sepulturæ: qua in triduo mortis Christus secundũ corpus in sepulcro quieuit, quieuerunt & mulieres unguenta præparantes die sabbatisue habetur Luc. 23. Siluerunt secundũ mandatum. secundũ animã uerò descendit ad inferos, ut fortior superueniens fortem spoliaret armatum. Tunc enim momordit infernum. Oseæ. 13. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne: cum totũ infernũ destruxit (Non enim damnatos inimicos, qui uiuentes dixere, Nolumus hunc regnare super nos eduxit) sed momordit partem abrumpens suos amicos liberans a malis præteritis, præsentibus & futuris, dans eis perpetuam pacem: & æternam beatitudinem, in qua ab omni peccato, & inquinamẽto sunt liberi, & ab omni uiolentia, & perturbatione securi. Quod & dominus pharisæis prædixit. Sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consumor. Quasi dicat secundum Inno. Prima die mortis meæ intrans infernum, auferam dæmoni tyrannidem suam, in crastino educam captiuitatem sanitate, & libertati donatam: dum portam paradisi eis aperiam: liberans eos a malis præteritis, præsentibus & futuris. Dans eis pacem, in qua semper sint a peccato liberi, & ab omni perturbatione securi. Tertia die resurgam consummatus. Hoc ergo ecclesia commemorans in isto silentio petit similiter a perturbatione liberari: & perpetua pace frui. Et propter hoc in quibusdam ecclesijs in die parasceues profertur illa oratio alta uoce: quia eadẽ die, qua fuit mortuus dominus ad inferna descendit pro patribus liberandis. ¶ Aduertendũ etiã, q̃ sacerdos dicens hanc orationẽ. Libera nos, quas &c. accipit patenã, quam facta oblatione absconderat. Ad cuius significationis manifestationẽ attendendum secundũ Alex. de ales. q. 37. parte, 4. q̃ patena dicitur a patendo: & significat cor latum, & altum charitate: secundum illud. Viã mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti. s. charitate cor meum. Et iterum. Latum mandatum tuum nimis. Super hanc patenam. i. charitatis latitudinem, sacrificium iustitiæ debet offerri, ut holocaustum uere pingue fiat. Hanc cordis latitudinem habebat dominus offerendo seipsum pro nobis. 1. Ioh. 3. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit. Habebat & ipsam Petrus, cum ait. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt, propter quod dominus intulit, dicens. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Sed latitudo cordis ab eis fugit: cum discipuli omnes ab eo fugerunt, & latuerunt. Et ideo post oblationem hostiæ mediante patena, per quam hostia altari præsentata est, sacerdos abscondit sub corporali patenã, uel subdiaconus ab altari remotam, retro continet inuolutam, per quod discipulorum fuga uel latibulum signatur: quod dñs ipse prædixerat. Oẽs uos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est. n. Percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Et ideo sacerdos dũicæ resurrectionis eulogiũ annũciaturus, resumit patenã a diacono uel subdiacono præsentatã quo significanter q̃ post resurrectionẽ apostoli ad dominum redierunt. Osculatur eam sacerdos in signum charitatis, quam habere debet ad omnes: & signũ crucis facit in facie cum ipsa, secundũ dñm Albertũ in signum, q̃ uirtus cõtionis in oẽs deriuatur per uirtutẽ charitatis. ¶ Aliter mysticat Inno. & magister in Rationali, secundum quos subdiaconus, diaconus, & sacerdos, tam numero, quam obsequio representant tres

E

Incocen.

Luc. 23.

Mat. 12.
Lucę 11.
Luc. 19.

Luc. 13.

Inno.

Alexand.

Psal. 118.

Mat. 26.

1. Ioh. 3.

F

illas mulieres Marias, de quibus Mar. vlti. dicit, & cæteri euangelistæ, q̃ uenerunt cum aromatibus uidere sepulchrum, & corpus domini mortuum unguentis optimis condiendo honorare. Hæ enim patenam mysticam præsentarunt domino in obsequium sepulturæ, dum (ut dictum est) emerunt aromata ut uenientes ungerent Iesum. Subdiaconus igitur (cum sacerdos procedit ad hanc orationem) patenam inuoluram tradit diacono: qui eam recipiens detegit: & reuelatam sacerdoti porrigit: cuius humeros, aut manum dexteram osculatur: per quod significatur, q̃ mulieres illæ læto corde deum in sepulchro quæsierunt, obsequia funeri exhibere cupientes. Nam ualde mane una sabbatorum uenerunt ad monumentum orto iam sole ut dicit Marcus. Osculantes humerum, uel manum dexteram sacerdotis: Christum significantis, quia desiderabant, participes fieri laborum eius, & sociæ tribulationis æternæ: secundum illud Apostoli. Si commortui sumus, & conuiuemus: Si sustinebimus, & conregnabimus. 2. ad Tim. 2. Osculum enim signum est unitiuum mutuo se osculantium. Sacerdos patenam recipiens traditam a subdiacono, & diacono, significat q̃ Christus filij, & charitatis latitudinem sanctarum mulierum acceptauit. Quod uero sacerdos patenam de manu diaconi recipit, eamq; osculatur, & cum ea signo crucis se signat, inuitis q̃ per passionem filij, quæ per crucem significatur, reconciliamur deo patri (quæ reconciliatio per osculum intelligitur) erimus, & hæredes regni, cuius nullus terminus est, nec finis, quod per patenæ rotunditatem denotatur. q̃ Vel ut Innocen. dicit, per hoc sacerdos ostendit, q̃ Christus crucifixus, & resurgens statim, desiderium mulierum impleuit. Nã occurrens illis a monumento regredientibus dixit eis: Auete, & procidentes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Quidam q̃ etiam cum patena summitatem calicis, & pedem eius tangunt, signi beatæ q̃ illæ fœminæ sanctæ integro, ac feruenti cordis affectu, quasi uestigium domini sepulchrum: quod per calicem repræsentatur, amplexatæ sunt. Proprium quippe amantium est, q̃ non saciantur tactu dilecti in omnibus corporis partibus; nisi & res dilecti contrectent. Quod ostendit Maria Magdalena, quæ iuxta monumentum stans alijs recedentibus non recedebat, donec dominum uidere meretur. q̃ Deniq; subdiaconus mapulam, qua patenam operuerat: non super altaris palla, sed aliunde deponit, significans q̃ petrus monumentum intrans, uidit sudarium non cum linteaminibus positum, sed separatum in unum locum inuolutum. Deinde deponitur corporale de calice, ad signandum, q̃ mulieribus Iesum quærentibus sepulchrum patefactum est. Viderunt namq; lapidem magnum ualde reuolutum ab ostio monumenti, ministerio angeli de cælo descendentis. Os quidem calicis, ostium significat monumenti. Sequitur. q̃ Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. q̃ Hæc est secunda pars partis tertiæ principalis totius canonis, in qua post præparationem populi ad sacram communionem per orationẽ dominicam, eiusq; embolismum, incipit sacratissima communio, ac dispensatio, qua ecclesia consequitur tanti mysterij uitalem, & fructum. Et subdiuiditur pars illa in tres partes. In prima aptatus sacramentum communioni per eius diuisionem. In secunda communicaturi uniuntur per pacis impetrationem, ibi Pax domini sit &c. Tertio procedit ad plãm sumptionem, ibi. Domine Iesu Christe fili dei uiui. q̃ Circa primum, quia eucharistiæ sumptio non tantum sacerdoti celebranti, sed toti proficit, & fructificat ecclesiæ: cuius tres sunt partes seu status: ut statim dicetur: ideo ut singulis partibus prodesse ostendatur, ipsum sacramentum in tres partes diuiditur: sub horum

Incocen.

Mat. vl.

Patena rotũditas quid.

G

prola-

prolatione uerborum. Per eundem dominum nostrum. Quę uerba licet sint conclusio præcedentis orationis, quia tamen hic fit sacramenti diuisio: quæ pertinet ad sacramenti communionem & dispensationem, ideo magis in eis sequentis initium sumitur partis. Vnde ait. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum cuius sacrosanctum corpus, & sanguinem contrectamus uenerabiliter in sacramento illatim sumpturi, per quem ut per mediatorem & pontificem bona omnia adipiscimur: & ab omnibus malis liberamur, tanquam per dominum nostrum, cui data est potestas in cœlo, & in terra. Iesum. i. saluatorem nostrū. Venit enim, ut saluum faceret populum suū a peccatis eorum. Christum, præ omnibus suis consortibus spiritussancti oleo unctū. Filium tuū, naturalem, & unigenitum, cui paterna uox perhibuit testimonium. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Qui tecum uiuit, in æternitate indefectibiliter. Et regnat imperiose, & potenter. In unitate. i. identitate essentiali. Spiritussancti, tertiæ in diuinis personæ, qui amor est, & nexus patris, & filij, in quo amorose nectuntur, ut in communi productio, sibi consubstantiali deo. Et non concludit sacerdos hanc orationē per uerbum Amen: sed exaltans uocem dicit. Per omnia secula seculorum. i. omnium cōputū successiones ueras, uel imaginarias. i. ęternaliter, requirens populi consensum in petitissut dicit Alber. ut ipse populus: uel aliquis eius nomine dicat Amen. i. fiat nobis, quod petisti. Sub his uerbis (ut dictum est) fit hostiæ fractio, ideo primo de causa, & modo fractionis, & eius significatione aliquid dicemus, deinde de ipsa fractione cuius sit, & in quo fiat. ¶ Causam fractionis duplicē assignat dominus Alber. in de officio missæ par. 2. Vna est significationis: altera necessitatis. Causa significationis ut partes ecclesiæ: pro quibus offertur, figurentur. Vnde ipsa ecclesię habet, ꝙ in tria frangatur, quia pars corporis Christi mystici in cœlis triumphat: & pro illa sacramentū offertur ad laudem, & gratiarū actionē, quia illi iam beati sunt. Alia pars corporis mystici in labore adhuc uiuit in fide cōuersans, & merito in terris, & pro illa sacramentum offertur in pignus redemptionis. Tertia pars in purgatorio afflicta purgatur: & pro illa sacramentum offertur in supplerionem pro afflictis. Isti sunt tres panes, quos nobis accommodat amicus noster Christus: ut ponamus ante illum, qui de uia uenit, amicum proximum scilicet nostrū, qñ uenit, uel ad laudādum, uel ad pro sua redemptione sacrificium, aut pro captiuis, & afflictis supplicandum. De uia enim uenit, quando de negocio occupationis terrenorum ad cultū dei se conuertit. Necessitatis autem causa frangitur, quia integrum sine periculo propter gutturis arctitudinē a multis non sumeretur. Hęc Alb. in genere. De quibus infra dicetur latius in specie. ¶ De modo autem frangendi hoc præmitto, quoniam in modo frangendi, & cæteris, quæ sequuntur, non idem modus per omnia in diuersis ecclesijs seruatur, sed nonnulla ex moleta consuetudine uariantur. Ideo in processu usq; in finem huius operis modum hunc prosequar, qui in metropoli nostra, in insigni moguntinensi ecclesia seruatur, & in eius missalibus continetur. In huius enim prouincia, alma nostra Tubingensis uniuersitas, in qua hæc utcunq; collecta sunt, constituta dignoscitur. Metropolitanæ enim ecclesiæ, eiusq; cerimonijs cæterę ecclesiæ singulæ totius prouincię secundum canonicas patrum sanctiones, conformare se habent. Vnde in concilio gerundensi ita statutum est, ut habetur de consc. distin. 2. Institutio. Institutio missarum sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in dei nomine, in omnibus prouincijs eius ipsius missæ ordo psallendi, uel ministrandi consueto seruetur. Sacerdos procedens ad fractionem hostiæ, ipsam leuat de altari: superpatenam collocat, & inde eam tollens super calicem per medium fran-

Mat. ul. Matth. 1. Ps. 44.

Marc. 2. & 17.

Causa fractionis hostię duplex.

gir, dicens. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum. & partem, quæ in dextera mansit super patenam ponit. Partem uero, quæ in sinistra permansit manu: iterum per medium frangit dicens. Qui tecum uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti deus: Qua diuisa, partem, quam sinistra manu tenet, super patenam ponit priori parti coniungens. Alteram uerò particulam in dextera manu remanentem, tenet super calicem duobus digitis: pollice scilicet & indice: & erectus parum exaltans uocem dicit. Per omnia secula seculorum. Eleuans modicum calicem cum particula, quam tenet manu dextera, & accepto responso a circumstantibus dicit. Pax domini &c. ¶ Horum quantum ad aliqua magister in rationali ponit rationem. Primò hostia leuatur de altari, ad significandum ꝙ Christus fuit de terra ad crucem exaltatus, & mortem ibidem perpessus. Dehinc hostiæ frangendæ patena supponitur, ad significandum ꝙ Christus ex latitudine charitatis, quæ per amplitudinem patenæ significatur, sponte quaslibet passiones sustinuit, per nullam aliam potentiam necessitatus, quas passiones fractio hostiæ repræsentat. Inde hostia in manus accepta frangitur, quia Christus conficiens hoc sacramentum, panem in manu accepit, & fregit: rursus frangitur in memoriâ passionis dñicæ. Hinc prosp. de cõs. di. 2. Dũ frãgit. Dum frangitur hostia: dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam dominici corporis in cruce immolatio, eiusq; sanguinis de latere effusio designatur? ¶ Et nota, ꝙ aliud significat fractio: & aliud partes in quas fit fractæ hostiæ diuisio. Nam fractio passionem domini, partes eos, pro quibus passus, & quibus sacrificium illud proficit, repræsentat. Frangitur autem supra calicem propter reuerentiam sacramẽti, ne aliqua eius particula alior sum profiliat. Sed si qua ceciderit, in calice recipiatur, & sic honorifice a celebrante sumatur. Frãgitur præterea supra calicem, ad significandum ꝙ in fractione, hoc est in uulneratione corporis Christi: sanguis, qui in calice continetur, continue fluxit de corpore. Hęc de fractione. ¶ Sed de partibus fractionis considerandum, ꝙ frangitur in duas medietates, ad significandum duplicem prædestinatorum statum, quorum unus est in æterna gloria. Alius adhuc in temporali miseria. s. præsentis seculi atq; ipsius purgatorij: ideoq; ista medietas hostiæ, quæ nondum beatos significat, subdiuiditur in duas particulas: quarum una repręsentat eos, qui purgantur in purgatorio. Alia representat illos, qui in hoc seculo adhuc uiuunt. Harum medietatum illa, quæ in manu dextera tenebatur, & supra patenam indiuisa collocabatur, significat prędestinatos, qui iam adepti sunt beatitudinem, & tenent rectitudinem: ac bona potiora per dexteram significata, quibus nulla admiscẽri põt curuitas, aduersitas, uel afflictio, siue pœna. Et quia illorũ status stabilis, & uniformis est: & una beatitudine sine intermissione fruuntur: idcirco hæc medietas manet indiuisa. Alia aũt medietas manus sinistrę, diuiditur in duas partes secũdum duplicem eorum statũ, quos repræsentant: quia illorum aut dictũ est, aliqui iam mundũ exierunt: & in purgatorio puniuntur, aliqui adhuc in corpe degunt, & mundi pœnalitatibus affliguntur. Harum partiũ, ea, quę medietati hostiæ in patena ex prima diuisione collocatæ cõiungit, significat illos, qui sunt in purgatorio, quos respicit sinistra manus dei. hoc est dei iustitia, secũdũ quã pro peccatis in hoc mũdo nõ satisfactis puniunt: & satispatiunt. ubi merẽdi remissionẽ pœnę amplius nõ est locus. Cõiũgit aũt priori particulę, quę beatos significat: quia existentes in purgatorio certitudinẽ habẽt de sua beatitudine cõsequẽda infallibilẽ, iõ ei particulę iũgit, qui brtitudine adepta, de eius certitudine inamissibili secure gloriantur: cui, & ipsi pari securitate coniungentur. Quia uero prædestinati in mundo existentes egent meritis

De partium fractionis significatiõe.

passionis

passionis Christi, quę illis adhuc viuentibus, eorumq; actibus possunt suffragari ad meritum, idcirco particula manus dextræ, quę viuentes in hoc seculo significat, calici immittitur & sanguini Christi immiscetur, ad significandum q̃ hunc fructum effusionis sanguinis Christi consequi possunt. Tenetur tamen duobus digitis ante commixtionem, pollice s. & indice. Pollice vigor virtutis signatur. Indice discretio mentis intelligitur. Datur igitur p hoc intelligi, q̃ cum fidei vigore, & mentis discretione nos in mundo viuentes imitari debemus, q̃ sanguis Christi pro statu isto fructus multos, si volumus, ferre potest. Hanc autem particulã sacerdos tenens se erigit, & eleuat uoce. Per omnia secula seculorum dicit. Primò se erigit, quia parat se cũ domino perpetuam pacem habere. Et quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens. Sursum se erigit, sperans desuper exaudiri. Eleuat & calicem de altari, ad ostendendum, q̃ Christus, qui per passionem (quæ per calicem designatur) descendit ad inferos: per omnem potentiam autem patris immo propria potestate de tumulo a morte resurrexit. Pacem daturus discipulis eleuat uocem ut populus pacem desideráſ, intelligat q̃ sacerdos pro pace petiturus est, dicit Amen. i. nobis sic donetur. ¶ Alij aliter applicant significationem partium hostiæ, dicentes, q̃ hostia diuiditur in tres partes, secundum q̃ sunt tres partes corporis Christi mystici, hoc est ecclesiæ secundum suam generalitatem acceptæ. Est enim una pars ecclesiæ, quę dicitur militans, & hæc est numerus fidelium hic in mundo peregrinantium, quæ uidelicet exercet militiam aduersus carnem, mundum, & diabolum. Alia est pars ecclesiæ, quæ secundum aliquos dicitur dormiens. s. numerus eorum, qui in purgatorio puniuntur. Et dicitur dormiens, quia nondum æternam beatitudinem, ad quam prædestinati sunt, sunt consecuti. Nec tamen illi ibidem merendi possunt, & nec per demeritum ab illa in æternum separabuntur. Tertia pars ecclesiæ dicitur triumphás, & est numerus beatorum iam in cœlo gloriosæ triumphantium. Et dicitur triumphans, quia aduersus inimicos Christi militiam strenue exercuerunt, & finaliter victoriose triumpharunt. ¶ In signum triplicis huius partis universalis ecclesiæ hostia in tres partes diuiditur. Prima pars secundum illos quę sanguini immittitur, significat ecclesiam triumphantem, quæ iam inebriata est uino letitiæ, intuitionẽ. s. diuinæ essentiæ ac amore perfecto, siue fruitione eiusdem, quibus dicitur. Cantic. 5. Inebriemini charissimi. Aliæ autem duæ partes ecclesiæ significantur reliquis duabus partibus hostiæ extra calicem, quarum maior suppositæ minori in patena, significat ecclesiam militantem: & minor innixa suppositæ, significat ecclesiam in purgatorio expectantem, illa enim innititur suffragijs militantis ecclesiæ. Et pro istis duabus geminamus preces agno, qui est caput ecclesiæ ut misereatur nobis. Sed pro tertia parte, ad cuius locum & requiem aspiramus, petimus, ut idem agnus triplicis naturæ donet nobis pacem. Hinc & Christus tria illa loca ecclesiæ secũdum suam humanitatem secundum quam, est caput ecclesiæ, peragrauit. Primò locum nostræ terræ habitabilis 33. annis in iudæa, & Hierusalem conuersando. Secundo limbum, in quo patres tenebãtur, ipsos secundũ animas inde extrahendo. Tertiò & finaliter, ascendens in cœlum captiuitatem, quã post triumphum coronauit, ad regnum patris indefectibile collocando. Et huic concordat canon de consec. dist. 2. Triforme. & est. Sergij papæ ita sonans. Triforme est corpus domini. Pars oblatæ in calicem missa, corpus Christi, quod iam resurrexit monstrat pars comesta, ambulans adhuc super terrã pars in altari usq; a fine missæ remanẽs, corpus in sepulchro: qa usq; ad finẽ seculi corpa sctorũ in sepulchris etũr. Corpus dñi nbiq; in hoc accipiẽ

Ecclesia triũphans, militãs, dormiẽs quid est.

pro corpore mystico.i. fidelibus Christo incorporatis. Verum hoc vltimū, scilicet reseruatio particulę in finem missę hodie non seruatur: vt dicit glo. Nam diminutam fidelium deuotione, & crescente, circa altare indeuotionē frequentantium. Etiam propter periculum, quod contingere posset in reseruatione, sumuntur simul a sacerdote: & pars, quę significat triumphantes: & pars, quæ significat in sepulchris quiescentes: ac in purgatorio spe felici liberationem expectantes. Hæc eadem est sententia magistri in 4. dist. 12. ponentis ea, Iergij. supra allegatum. ¶ Secundum dominum Alber. Pars hostiæ quæ a sacerdote statim post diuisionem sumitur: significat partem ecclesię in cœlis triumphantem. Pars quæ in calicem mittitur: significat partem ecclesiæ in terris militantem, in angustijs & pœnis laborantem. Pars reseruata, eos qui sunt in purgatorio. Vnde ait Alber. Fractio hæc a Iergio papa instituta, a quo & ter cantandum esse. Agnus dei, inter communicandum est statutum. Sequitur. In tres autem partes frangi institutum est quia corpus Christi mysticum triforme est. Quædam enim pars regnat cum capite suo & triumphat in cœlo, & quædam adhuc in laboribus militat in terris: quædam est in purgatorij pœnis. Instituit ergo Sergius papa, ut pars una statim acciperetur a sacerdote, quem ipse frequenter nominat perfectorem sanctificatis, qui loco Christi stat in altari, quę significat partem in cœlis iā triumphantem, quæ iam plane in Christum transiuit. Statuit etiam ut secunda mitteretur in calicē, quia calix significat huius uitæ passionis: quæ significat partem in laboribus, & pœnis huius uitæ adhuc laborantem, & idem in calicem missum. Statuit etiam: q; tertia pars hostiæ maneret in finem in altari post omnia mysteria sumendaque significat eos, qui in sepulcris sunt, & in purgatorio in fine cum Christo uniendos fore per spiritualem incorporationem.

¶ Non dissimilem sententiam ponit Inno. tertius: ut refert Alexand. licet uerba discrepent Corpus inquit Christi est uniuersalis ecclesia, caput Christus membris. Vnus enim panis, & unum corpus multi sumus: omnes, qui de uno pane: & de uno calice participamus. Et inueniuntur in isto corpore quasi tres partes, ex quibus totum corpus constitit. Vna pars est ipsum caput Christus, qui caput est, & pars corporis. Et secunda pars animæ sanctorum, quæ cum Christo regnant. Hi scilicet Christus, & sanctorum animæ extra passionem sunt, quasi simul: sicut scriptum est Matth. 24. Vbicunq; fuerit corpus: illuc congregabuntur & aquilæ. Prædictę partes duæ seorsum extra calicē seruantur, quasi extra passionem: quæ per calicem designatur. Christus enim resurgens ex mortuis iam non moritur Roma. 6. Et qui cū ipso sunt, neq; esurient, neq; sitient amplius. Neq; cadit super ipsos sol: neq; ullus æstus, quæ prima abierunt Apocal. 7. partim. & 20. Tertia pars in calice ponitur signans eos, qui adhuc in passione consistunt, donec ab hac uita migrantes, ad suum caput tranleant, ubi non morientur amplius, nec uallabimus patientur. Hic non fit mentio de parte in purgatorio existentis, sed comprehendi potest in tertia parte, quia & ipsi adhuc in pœnis sunt, sicut hi, qui peregrinantur in hoc mundo. ¶ Modus Inno. papæ communior est, de quo ponuntur hęc metra. Frangitur in partes tres hostia: prima beatos. Plene secunda notat uiuos: sensata sepultos. Vel secundum alios. Pars tinctā uino prouehis sanctificatur. Altera pro sanctis, pars tertia pro redimendis Bea. Augu. Innocentio concordat. unde ait. In tribus partibus trinitas una continetur. Vna pars de fide sumitur ad laudem, & gloriam dei pro animabus sanctorum cum Christo regnantium. Altera pro illis, qui in purgatorio sunt. Tertia pro uiuentibus, qui uoluuntur in sanguine.i. peccato. Et licet diuersę recitatæ sunt opiniones, & sententiæ de significatione partium

K

Alber.

A quo fit instituta fractio hostię.

Inno. Alexand.

1. Cor. 10.

Matth. 24.

Roma. 6.

Apocal. 7.

Inno.

Augusti.

fractæ

fractæ hostiæ, non tamen sunt aduersæ. Nihil enim prohibet idem plura mistice designare. ¶ Viso de fractionis ac partium significatione uidendum est de fractionis ueritate, ubi duo occurrunt indaganda. Primum, an ibi sit uera fractio, & cuius sit. hoc est, quid ibi frangatur. Secundum an sub qualibet fractionis particula totus Christus contineatur? ¶ Circa primum ponit magister in 4. quattuor opiniones. Vna est, q̃ ibi non est uera fractio: sed tantum apparens: sicut multa apparent in hoc sacramento, quæ tamen ita non sunt: sicut apparetiq̃ accidentia sint in subiecto & ita non est. Et si obijcitur illud Amb. Nihil falsi putandum est in sacramento ueritatis: sicut fit in magorum præstigijs, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut uideatur esse, quod non est. Ad quod dicunt, q̃ non fallit nos ipsus nec fallitur, quod contingeret, si crederetur ita frangi sicut uidetur, nec illusio est, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit. Sicut & Christus ostendens se duobus discipulis in alia specie peregrini. Nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur, ne agnoscerent eum. Sed hæc omnino non accipiatur, quia contrariatur uerbis Christi. Accepit panem, gratias agens fregit. Hæc autem falsa esse non possunt, nisi diceretur q̃ prius fregit & postea benedixit. Item si nõ esset uera fractio, nõ esset uera manducatio, nec uera comestio, quæ uidentur absurda. ¶ Item fundamentum, in quo fundatur, falsum est. Nihil enim apparet in hoc sacramento, quod non uere, & realiter est ibi. Vnde dicitur in legenda corporis Christi. Accidentia sine subiecto in eodem sacramento existunt, ut fides locum habeat, dum inuisibile inuisibiliter sumitur alienæ speciei occultatum. Sequitur ad propositum. Ut sensus a deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Si autem sensus iudicarent de aliquo accidente pura fractione, quæ ibi non esset, deciperentur. ¶ Nec uerum est, quod multa apparent in sacramento, quæ ibi non sunt. Nam quicquid apparet, ibi est, licet multa ibi sint, quæ non apparent, scilicet quæ sola fide creduntur. Et quod additur ibi. apparent accidentia esse in subiecto, falsum est, ibi apparent accidentia sensibilia, sed an sint in subiecto, an extra subiectum hoc excedit apprehensionem sensus, hoc autem solum apparet, quod intuitiue cognoscitur. Et nihil tale a nobis sic cognoscitur (saltem existentium extra nos) nisi quod sensus intuetur. Accidentia autem esse in subiecto ratione inuestigamus. Vnde & apud doctos, dubium est an accidentia materialia, qualitas. (sensibilis) sint in quantitate, tanquam in subiecto immediato, an in materia immediate. Sunt enim de hoc utiq; hodie aduersæ opiniones. Et ideo simpliciter uera est illa sonat auctoritas beati Amb. Nec ualet, quod adducitor de Christo. Non enim decepti sunt ex inisione, quia quod uiderunt, in ueritate fuit, uerum non quicquid ibi fuit uisibile, in Christo uiderunt. Tenebantur enim oculi eorum &c. Non enim uiderunt totam Christi faciem quantum ad omnia accidentia, quæ in eo fuere. Et ideo errabant in iudicio rationis, iudicantes non esse Christum, qui fuit Christus. ¶ Secunda opinio fuit, q̃ ibi est uera fractio, sed illa non est in aliquo subiecto; sicut nec cætera accidentia. Ipsa enim stant sine subiecto, quia sicut ibi est caliditas, & tamẽ nihil calidum, ita est ibi uera fractio, sed non est in re aliqua, propter quod nihil frangitur, & sic licet homo frangat, tamen nihil frangitur. Sed hæc opinio similiter stare non potest, quia sequitur, aliquid frangit, ergo aliquid frangitur. Semper enim actiuum infert passiuum. ¶ Præterea fractio non dicit aliquid realiter distinctum a frangente, & frangibili, sed dicit frangibile, & partes eius prius continuas postea distare, ergo intelligi non potest sine frangibili. ¶ Tertia opinio fuit, quod ibi est uera fractio corporis Christi, licet cor-

De mõ fractionis, & qd frangatur.

L

Ambro.

pus manear integrum, incorruptibile: Sicut Christus dedit discipulis in cœna corpus suum passibile: & tamen non est dentibus discipulorum passum: agente hoc uirtute supernaturali, ergo multò magis hoc fieri potest eadem uirtute in corpore impassibili. Asserunt pro se auctoritatem beati August. ex sermone de uerbis domini; & habetur de conse. distin. 2. Qui manducant, ubi inquit. Norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi? unusquisq; accipit partem suam. Per partes manducatur: & manet integer totus. Per partes manducatur in sacramento: & manet integer totus in cœlo: & manet integer totus in corde tuo. Ité idem colligere nituntur ex confessione berengarij, ubi confessus est corpus Christi uerum: non solũ sacramentum: sed in ueritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Sed hæc opinio similiter erronea est: quoniam cum corpus Christi sit animatum, & organicum, si frangeretur, & diuideretur, corrumperetur, quod est impossibile: cũ sit gloriosum, & impassibile. Præterea beatus Aug. in ser. de uerbis euangelij. Nec quando manducamus partes de illo facimus. ¶ Præterea: Frequenter supra dictum est tale corpus Christi esse sub sacramento: quale est in sua existentia naturali. Constat autem in hac sua existentia post suam resurrectionem esse immortale, & incorruptibile, ac impassibile, & per hoc extra sacramentũ, dividi nõ posse: quia illud repugnat impassibilitati: ideo nec sic diuidi põt in sacramẽto. ¶ Præterea: Id nõ diuiditur ad diuisionem sacramenti: quod sacramento non coextenditur: sed corpus Christi non coextenditur sacramento: quia non est pars unx corporis Christi sub parte sacramenti: & alia sub alia, ut dictum est sup. lec 53. & dicetur statim. Quia ergo non est commensuratio primum corporis Xpi ad partes sacri, siue hostiæ, ideo non sequitur corpus Xpi frangi a fractione hostiæ. Sicut nec diuideretur anima hominis diuiso corpore: quia ipsa corpori non coextenditur: sed tota est in toto: & tota in quilibet corporis parte. ¶ Ideo est quarta opinio uera, quam magister approbat, & docet cõtentq; fractio illa, & partitio non est in substantia corporis Christi, quia incorruptibile est: sed in ipsa forma panis sacramẽti. i. in speciebus sacramentalibus, quæ post consecrationem sunt sine subiecto, quamuis ante fuerant in pane. Et hoc sensu dicit apostolus. Panis quem frangimus, quia forma panis ibi frangitur, & in partes diuiditur. Christus integer manet, & totus in singulis. unde & Aug. ubi supra de uerbis euangelij. Quando Christus manducatur: uita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? & tamen ueritas inuitans nos ad manducandum ait. Qui manducat me: uiuit propter me. Nec occiditur Christus: ut manducetur, non deficit, uiuit manducatus: quia surrexit occisus. Nec quando manducamus: partes de illo facimus: & quidem in sacramento sic fit. ¶ Ac per hoc ad rationes opinionis tertiæ. Ad similitudinem corporis passibilis a discipulis in cœna manducati dicitur: q in illa manducatione corpus Xpi nõ fuit diuisum, nec fractũ: sicut nec mõ in sumptione sacramenti, & sic nihil facit pro eis: sed pro ueritate, & ideo impertinenter adducunt pro se. Si enim hoc intenderunt, q discipuli corpus Xpi tunc passibile dentibus diuidebant: & tamen uiuum permanebat: falsum implicat: quia nequaquam corpus Xpi dentibus diuiserunt, aut fregerunt: immo implicat corpus aliquod frangi in eodem loco: & integrum permanere. ¶ Ad auctoritatem Aug. dicendum, q non uult, q unusquisq; accipit partẽ suam corporis Christi: sed partem suam sacri. Vnde statim præmisit istis uerbis. Nec qñ mãducamus, partes de illo facimus, & quidem in sacro sic fit ut supra allegatum est: & continuo subdit. Norunt fideles &c. Inquitur igitur de partibus sacramenti non corporis Christi. Vnde & subdit. Per partes mã-

Augustin.

Augustin

N

Rñdetur ad rationes in oppositũ, & determinatur ueritas.

ducatur

ducatur in sacramento, & manet integer in cœlo. ¶ Ad confessionem berengarij dicitur, ¶ berengarius diaconus sancti Mauricij andegauensis incidit in hæresim dicentium, ¶ post consecrationem panis, & uini in altari, non est ibi uerum corpus, & sanguis Christi: sed tantum est ibi sacramentum. i. signum corporis Christi significatiuum, de qua hæresi supra tractatum est lect. 39 Et quoniam in sua confessione, quæ habetur de consec. dist. 2. Ego berengarius illam hæresim expresse damnat, asserens corpus Christi non solum tractari a sacerdote in sacramento, uel in signo tantum: sed uere & realiter suam confessionem ecclesiæ recepit. & Nicolaus Papa, sub quo facta est iam ad urbes Italiæ, Germaniæ & Galliæ, ad quas peruersi dogmatis sui fama peruenerat, misit, licet in explicando, & detestando errorem suum in uerbis excesserit, plus ad alterum extremum declinans in uerbis, quam oportuit. Vnde ueritatem illam confitens, ¶ in sacramento altaris non solum signatur, sed uere, & realiter continetur corpus Christi uerum & naturale & manibus sacerdotis tractatur, addit. Frangitur, & dentibus fidelium atteritur. Per quæ uerba satis quidem damnat hæresim suam, licet in ultimis uerbis ad illum sensum frangi, atteri, excesserit uerba explicando. Sicut & illud improprie dictum est, ¶ dixit panem & uinum post consecrationem uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Quæ oratio de rigore uerborum uera non est: quia nonquam panis est corpus Christi: sed ex pane fit corpus Xp̃i, ut lect. 49. latius est ostensum. & c. n. frequenter oblentes errore aliquo damnabiliter excessisse locuti sunt, ut penitus recederet ab errore quasi declinare uiderētur in alterum extremum, errorem. s. sibi oppositum. Vñ secundum glosam ca. allegato, berengarius dicēs corpus Xpi frāgi & dēbus atteri, intellexit per hoc corpus Xp̃i sub fractis & tritissimis sacramenti particulis ueraciter contineri, & sub illis realiter, & ueritissime manducari. unde addit glosa. Nisi sane intelligas uerba berengarij, in maiorem incides hæresim, quam ipse habuit. Ideo omnia quæ. s. fractionem & attritionē sonant, ad species ipsas referas. Nam de Xpi corpore partes nō facimus iuxta ca. Qui manducat. c. Imitat. dist. allegata. Hæc glo. ¶ Sed quæritur, utrum concedendum sit, quod ibi est uera manducatio corporis Christi, & si sic, erit uera eius masticatio, & sic diuisio, & fractio. Respondetur, est uera manducatio corporis Christi: quia eius sumptio in os, & traiectio ad stomachum. Sed non digeritur, nec conuertitur in substantiam sumentis: nec hoc est de ratione manducationis. Nec tamen est ibi masticatio corporis Christi, nec diuisio, ut satis lect. 45. ostensum est. Sed est ibi masticatio, fractio, & diuisio specierum siue sacramenti, non contenti. Nec illud de ratione est comestionis: quia multa, quæ comeduntur, integra glutiuntur: Nonnulla etiā manducantur, quæ nō digeruntur, sicut ea quæ stomachus reijcit per uomitum, sicut ea, quæ Christus post resurrectionem comedit &c. ¶ Ad secundam quæstionem. i. an sub quilibet fractionis parti ula totus Christus contineatur, certa est resp̃sio de particulis post consecrationem diuisis. Vnde de talibus secundū catholicā ueritatē nō tenetur, ¶ post consecrationem panis sub qualibet particula sacramenti diuisi est totus Christus, sicut in toto fuit prius, quam fuerat diuisum. Patet autoritate beati Hier. in sermone dominicæ 5. post Epiphaniā, & habetur de consec. dist. 2. Singuli. ubi ait. Singuli autem totum accipiunt Christum dominum, in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur sed integrū se singulis p̃bet. Item Hilarius Papa, & habetur ubi supra. Vbi pars: dicit. Vbi pars est corporis Xp̃i, est & totum. Eadem ratio est in corpore domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit, de quo dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius, neq; qui minus parauerat,

habuit

Manducare quid dicit.

An sub qualiber particula fractionis tot⁹ Christus contineatur.

habuit minus. Non enim quantitas uisibilis in hoc est æstimanda mysterio: sed uirtus spiritualis. De quo latius supra habitum est lectio. 43. per totum.

S. Thom. Alex. ¶ Sed utrum sub qualibet parte sacramenti indiuisi sit totus Christus? rectè dicit doctor S. Tho. & S. Bonauen. opiniones in scriptis dist. 10. quarti, & clarius Alexan. par. 4. q. 40. arti. 5. Vna est, quòd Christus totus est sub tota hostia, non tamen sub qualibet hostiæ parte totus. Sed hostia diuisa Christus totus remanet sub qualibet parte. Ponunt exemplum de speculo, quia Aug. dicit, q̃ sicut fracto speculo multiplicantur imagines: sic post fractionem sacramenti quot sunt partes, toties est ibi Christus. Constat autem, q̃ ante fractionem speculi non erat ibi nisi una imago. Quod autem sub qualibet parte hostiæ diuisæ est totus Christus, & non indiuisè, dicunt non uenire ex unitate hostiæ conuertendæ, sed ex partium corporis Christi in separabili unione. Sicut enim ibi corpus Christi, ibi anima propter coniunctionem. Sic cum una pars hostiæ contineat unam partem corporis Christi inseparabiliter, & illa pars non possit diuidi ab aliis, quia corpus Christi incorruptibile est, trahit secum totum corpus. Ratio, qua mouetur, est: quia nihil est ponendum in hoc sacramento, nisi quod necesse est, & ratio cogit, quòd post fractionem sit totum in qualibet partium diuisarum hostiæ, quia non potest esse pars corporis Christi diuisa ab altera, sed ratio ante fractionem non probat, nisi q̃ totum corpus sit in tota hostia. Soluunt etiam multas rationes, & autoritates Hiero. & Hila. exponunt de portionibus diuisis, quas dicunt partes actu, & non coniunctis, quæ sunt partes potentia, de quo satis diffuse tractat Alex. loco allegato. ¶ Sed ista opinio stare non potest, qua a signo partem hostiæ indiuisæ gratia exempli, decimam, in illa est aliquid corporis Christi, uel nihil. Si nihil, tunc non est corpus Christi totum in tota hostia quod est contra eos, & contra ueritatem. Item qua ratione nihil corporis Christi esset in illa parte, eadem etiam nihil esset in alia parte, & ita nihil corporis Christi esset in aliqua parte hostiæ, & per consequens nec in tota. Nihil enim potest esse in toto, quin sit in parte uel partibus. Si primum, uel ergo totum corpus Christi est in illa decima, uel pars eius, puta decima pars corporis Christi in decima parte hostiæ. Si primum, habetur propositum contra opinionem. Si secundum, tunc erit ibi commensuratiuè, seu circumscriptiuè, quia pars una corporis Christi in una parte hostiæ, & alia in alia, quod est impossibile, quia corpus Christi maius est hostia. Maius autem non potest circumscribi a minori. ¶ Item, quæro fracta hostia in partes, aut pars corporis Christi, quæ prius replebat decimam partem hostiæ, adhuc replet, aut non? Si primum, tunc potest sibi iungi reliqua pars corporis Christi, nisi essent simul confusæ, quæ prius fuerunt extra se distinctè. Si secundum, tunc migrat pars corporis Christi, de loco ad locum, & per diuisionem incipit esse, ubi prius non fuit, & desinit esse, ubi prius fuit, quæ omnia falsa sunt, & absurda. Non enim potest corpus Christi totum, uel pars de nouo esse alicubi sacramentaliter, nisi per conuersionem alicuius in ipsum, quæ non fit nisi uirtute uerborum sacramentalium. Nec facit ad propositum exemplum speculi integri, & fracti, quia non est aliqua imago realiter in speculo, sed uidetur imago uerius res extra speculum per lineam reflexam a superficie speculi. Et multiplicatis superficiebus per fractionem speculi, multiplicantur lineæ reflexæ. Et per hoc repræsentant rem ipsam unam in diuersis sitibus, & per hoc sensus decipitur. Corpus autem Christi uerè, & realiter est in hostia, incipiens ibi esse ad prolationem formæ consecrationis, q̃ quia non profertur denuo fracto sacramento, non incipit esse de nouo, ubi prius non fuit. ¶ Ideo illa opinione dimissa, est alia opinio uera communiter

Sine hostia diuidatur & ne non.

Hiero.

P

Alen.

An sub qualibet parte sacramẽti indiuisi & non fracti sit totus Christus

Q

omnium

pannium doctorum, secundum quam supra lect. 43. dictum est, quòd corpus Christi est totum in tota hostia, & totum in qualibet parte hostiæ, in qua fuit prius substantia panis, siue hostia sit integra, siue diuisa. Nec per diuisionem aliquid mutatur circa inexistentiam corporis Christi. Non enim per fractionem incipit esse de nouo, ubi prius non fuit, nec desinit esse, ubi fuit, quamdiu species manent in ea dispositione, in qua sub eis conseruata fuisset substantia panis, si facta non fuisset conuersio. Vnde sicut miraculosè per diuinam potentiam totum corpus Christi sub tam parua hostia concluditur, ita per eandem potentiam, & miraculosè etiam in singulis partibus totum continetur. Et hoc est de intentione domini Innoc. tertij, sic dicentis. Reor (ita fide maiestatis, q ubi est panis consecratus, totum in singulis partibus continetur. Quod inde conijcio, quoniam in quotcunq; partes species diuidamur, in singulis est totus Christus. Totus in magno, totus in paruo, totus in integro, totus in fracto, non minor in parte, quam in toto. Nec mireris, opus deest hoc. Si in diuersis locis potest esse unus, quare non etiam in singulis partibus potest esse totus. Et addit Innocentius pro confirmatione rationum suarum positarum. Porrò cum deus illam uirtutem uerbis contulit, ut ad prolationem illorum corpus dominj incipiat esse sub specie sacramenti, nec illa uerba proferantur in fractione, diligenter attendant, & ipsi respondeant, unde corpus, quod ante fractionem non erat in singulis partibus totum, sed sub totali specie totaliter existebat, post fractionem in singulas partes quodammodo secedit, & incipit esse sigillatim in singulis, quod integraliter erat in integro. ¶ Sed forte ibi dicerent, ut tangit Alex. quòd post diuisionem nó est totum corpus Christi in singulis portionibus per nouam conuersionem, sed uirtute conuersionis primæ factæ hostia non diuisa. Vnde dicunt, quòd hostia una actu, plures potentia, & uirtus consecrationis habet efficaciam, inquantum est una actu, & plures potentia. Secundo mergo, quòd est una actu ex cõsecratione, accepit uirtutem actualem, qua actualiter conuertitur hostia totalis in corpus totale Christi. Secundum autem, quòd est plures potentia, accipit uirtutem potentionalẽ, qua partibus hostiæ existentibus pluribus actu, etiam actu est Christus totus sub singulis. Vnde non est ponenda causa ex parte fractionis, qua corpus totale est sub partibus, nisi sicut causa sine qua non, quia scilicet partes, quæ erant potentia, sunt actu per ipsam fractionem. Sed ex uirtute diuina uerbi habet panis, quod quocunque modo, & quandocunque aliquid illius habet esse distinctum actu, sub ipso est totus Christus. Sic ergo cum forma panis est una actu, sub illa forma totali est corpus Christi actu, ita quòd non actu sub partibus. Cum autem forma illa effecta est plura actu, iam est actu Christus in singulis partibus. Quia enim durante specie panis, nunquã euacuatur a contento, facta fractione aliquid continetur sub portione fractionis, aliquid. s. corporis Christi. Et cum corpus Christi sit impartibile, requiritur, quòd corpus totale continetur. Vnde ratione consecrationis, & inseparabilitatis contenti a continente, & indiuisibilitatis corporis Christi, necesse est, q totum corpus continetur sub qualibet particula fractionis. ¶ Sed contra hanc solutionem stat ratio supra posita, quia quæritur, quæ pars corporis Christi sit sub hac parte hostiæ nondum fractæ? an decima pars corporis sub decima parte hostiæ, & quarta sub quarta, centesima sub centesima? & sequitur, q ibi est corpus commensurative. ¶ Præterea, signo duas hostias, quarum una sit de culpa ad aliam, tunc decima pars minoris erit centesima maioris. Quæro tunc, cur decima pars corporis Christi est in decima parte hostiæ maioris, cum tota illa pars decima corporis possit

esse

Quæ pars corpus Christi & sub par te hostiæ nõ dum fractæ.

esse in centesima parte hostiæ, quia est in decima minoris, quæ est centesima minoris? An forte decima pars corporis est minor in maiori hostia, & eadem decima minor in minori, aut aliquid decimæ partis hostiæ maioris est iuxtum a corpore: quorum nullum dici potest sine absurditate. ¶ Item cum panis sit totum homogeneum, non est maior ratio, quare una pars panis conuertatur in illam partem corporis, quam in aliam partem, immo quare magis in partem, quam in totum corpus, cum uerba consecrationis simpliciter nominent corpus, & non partem corporis. ¶ Præterea illa distinctio de parte actuali, & potentiali caret fundamento, ut infra probabitur. Ideo dicitur cum secunda opinione, quòd Christus est totus in tota hostia, totus in qualibet parte hostiæ, etiam integræ, & non diuisæ, ui unicæ conuersionis a deo, prolata uerborum forma, suo signo per ipsum institutо efficaciter assistenti, manetq; corpus totum sub singulis partibus formæ, seu speciei siue coniunctis, siue separatis. Nec tamen fracta hostia in partes, corpus diuiditur in partes, quia nec manibus tangi potest, nec digitis frangi, nec oculis corporalibus uideri, nec dentibus atteri, nec aliquo sensu percipi, quia non habet modum existendi corporis sub hostia, quamuis sit uere corpus sub hostia, sed modum quodammodo spiritus quantum ad coexistere indiuisibiliter alicui quanto, & secundum locum extensio: secundum se. Sed quodlibet sui. de quo latius supra disputatum est. Et ratio, quare sic dicere congruit, dicta est nunc, & in reprobatione opinionis oppositæ. ¶ Sed circa hoc est dubium, an concedi debet, quòd corpus Christi sit multoties in sacramento? Et uidetur, q̃ sic, quia si in qualibet parte, & cum multæ sint partes, erit multoties in hostia. ¶ In oppositum est, quia cum sint partes infinitæ. Siquidem infinitæ sunt partes eiusdem proportionis distinctæ continuè, quarum nulla est pars alterius, igitur corpus Christi esset infinities sub qualibet hostia, qd uidetur inconueniens. Item unius hostiæ est tantum una consecratio, igitur uidetur quòd tantũ semel sit sub qualibet hostia una. Item si totũ corpus est sub qualibet parte hostiæ, erit etiam sub parte punctuali. Sed infinita sunt puncta etiam cuiuslibet partis extensæ, cũ infinita puncta non faciũt extensionem, igitur infinities erit sub hostia. ¶ Secundò dubitatur. Vtrum partes hostiæ fractæ sunt eædem, uel diuersę? Non primum, quia cuiuslibet totius partes etiam coniunctæ sunt distinctę, igitur multo magis diuisæ. Nec secundum, quia diuersi accipientes huiusmodi particulas idem recipiunt, nec unus plus, nec minus, aut aliud, quam alter: igitur sunt indistinctæ. ¶ Ad primum respondet beat. Thom. in 4. dist. 10. q. 3. art. 3. q. corpus Christi quãuis ante diuisionem hostiæ sit totum sub qualibet parte hostiæ, non est tamen pluries actu sub partibus illis, sed tantum potentia. Ad cuius intellectum præmitti: q̃ unitas rei consequitur suum esse. Partes autem alicuius homogenei continui ante diuisionem non habent esse actu, sed potentia tantum, & ideo nulla illarum habet unitatem propriam in actu. Vnde actu nõ est accipere earum numerum, sed potentia tantum, sed post diuisionem multiplicantur secundum actum. ¶ Sed responsio hæc uidetur obscura: quia etsi unitas rei consequitur suum esse, uerius est suum esse, tamen partes homogenei ita habent esse actu coniunctę in toto, sicut abinuicem separatę. Si enim coniunctæ non essent actu (cum ex eis totum componitur) sequitur, quòd totum componitur ex non ente, quia quicquid est, actu est: & quod actu nõ est: simpliciter non est. Quælibet ergo pars totius est actu, & habet esse proprium distinctum ab esse cuiuslibet alterius partis. Prima enim medietas actu distincta est a secunda medietate, & per consequens habet propriam unitatem. Item duæ medietates sunt duæ res, ergo quælibet earum est una.

§ An corpus Christi sit multoties in sacramẽto.

Thom.

Num

Nam omnis dualitas componitur ex duabus unitatibus. Præterea in partibus est numerus, ergo etiam umtas. Nam in toto sunt tres tertiæ, ergo una, una, & una tertia. Si uerò per ens actu intelligeretur ens totale separatum a quolibet alio, responsio ad dubium tantum ualet, quòd corpus ante diuisionem, non est sub pluribus partibus hostiæ actu diuisis. Quod nihil aliud est dictu, quam quòd ante diuisionem non sunt partes diuersæ, quod non satisfacit dubio. Cum enim esse prædicatur de quolibet, quod non est nihil, & partes hostiæ indiuisæ non sunt nihil, & per consequens habent uerum esse, stat adhuc dubium, an simpliciter loquendo corpus Christi sit multoties in hostia, siue in sacramento, ideo uerior uidetur responsio Alexand. ubi supra, quòd corpus Christi est semel in hostia, secundum quòd est totum in toto, & est ibi pluries, secundum quòd ibi continetur a singulis partibus. Si quæritur sub quot partibus: & sub quibus continetur corpus Christi totum? Respondet ipse sub quot, & quibus esset substãtia panis, si essent distinctæ, & diuisæ. Vnde sub minimis est, non secundum quantitatem, sed secundum speciem. Quod sic intelligo: non sub mimmis secundum quantitatem, quia non sunt dabiles minime secundum quantitatẽ: quia quæcunq; dantur, sunt ultra diuisibiles in minores, sed in minimis secundum speciem. Imaginantur enim quidam: q quælibet forma specifica determinata est ad minimum, quod sic, uel saltem ad maximum, quod non propter nimiam paruitatem. Vnde si subiectum ultra diuideretur, desineret ipsum informare forma. Signando igitur illã partẽ, in qua põt stare forma panis, & in nulla minore, illa erit minima secundum speciem, quia in nulla minore saluari potest species panis. Et ad rationem, q tunc infinities esset sub hostia, quia infinitæ sunt partes sincategorimatice, conceditur: quia non tot, quin plures, non autem cathegorematice: quia nullæ partes continui sunt infinitæ, quia nullæ sunt omnes partes proportionabiles. Quod additur unius hostiæ &c. negetur consequentia, quia per unam consecrationem, quicquid est substantiã panis in hostia, quæ conficeratur siue totalis siue partialis conuertitur in totum corpus Xpi: ideo toties est ibi totũ corpus, quot sunt substãtiæ totales, & partiales conuersæ. ¶ Ad tertiũ, qđ quærit an corpus Xpi sit sub parte punctuali. Dicitur breuiter, q pars punctualis. i. indiuisibilis, nulla est. Et si per possibile, uel impossibile poneret esse: & partes continui indiuisibiles, si tũc teneret opinio: q substantia panis non esset in puncto indiuisibili eo quod forma substantialis panis requiritur ad tam extensionem in materia, tunc post consecrationem corpus Christi non est in parte sacramenti punctuali. Si uerò ponens puncta, consequenter poneret illa in materia, & forma substantiali, & in composito, ex his haberet consequenter dicere, quòd in quolibet puncto sacramenti esset totum corpus Christi: secundũm regulam Alexandri supra positam, ubicunque fuit substantia panis ante consecrationem, ibi est totum corpus Christi post consecrationem. Nec est inconueniens, si ponantur infinitæ partes substantiæ punctualis panis ante consecrationem, quòd infinities corpus Christi est sub speciebus panis post consecrationem. ¶ Ob secundo dubio dicitur post Alexand. quæst. 42. part. quarta, membro tertio, quòd sicut habetur a beato Augustino. Quicquid est indignum corpore Christi: conuenienti tamen hostiæ consecratæ, conuenit ipsi speciei. Vnde partialis diuisio ipsius hostiæ speciei tantum conuenit, non corpori Christi. Vnde hæc non est uera, hæc pars est ista. Diuisio enim in partes conuenit speciebus, non corpori Christi. Verum tamen est, quòd iste accipit idem, quod ille. Accipere enim bene conuenire põt corpori Christi. Est tñ uerũ particulariter nõ uniuersaliter, quia non quicquid accipit

Alex.

An corpus Christi sit sub parte punctuali.

V

X

Augustin.

ille

ille accipit istæ. Nam species, quas ille accipit, non accipit iste. Et ita ambæ istæ veræ sunt, illi accipiunt idem, & illi accipiunt non idem. Prima uera est de corpore Christi. Secunda est uera de speciebus, seu sacramento. ¶ Sed circa hoc quæritur an illa concedenda sit, quòd eadem hostia est in hoc altari, & in illo? Ad quod breuiter respondemus, quòd hostia tripliciter accipitur. Quandoque pro pane conuertendo in corpus Christi, ut in principio ante canonis initium, cum dicitur. Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, seu hostiam, ubi demonstratur panis, & uinum in altari posita, quæ etsi non offeruntur in se, offeruntur tamen secundum illud, in quod conuertuntur. Secundò accipitur pro speciebus panis, & uini, sic accipitur cum dicitur, hostia frangitur, uel diuiditur: & ita idem est sacramentum, & hostia & sic accipitur in prioribus dictis. Sic etiam accipitur, cum dicitur. Hostia consecratur, ut dicit Alex. quia consecratio proprie loquendo respicit speciem continentem, non corpus contentum. Nil enim consecrationis corpori Christi additum est, uel sanctificationis. Tertio modo accipitur pro contento sub speciebus. s. corpore Christi. Sic dicit apostolus ad Ephe. 5. Qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suauitatis. & Ambr. & hf de cons. d. 2 in Christo. In Christo Iesu semel oblata est hostia ad salutem potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius, & una est hostia, & non multæ. Et secundum hoc respondetur ¶ primis duobus modis alia est hostia in uno altari, & alia in alio: quia alius panis ante consecrationem in hoc, & in illo. Similiter & aliæ species post consecrationem. Tertio modo est eadem hostia: quia idem Christus ubiq; offertur: quocunq; loco mysterium illud ritè celebratur.

Vtrum eadē hostia sit in diuersis altaribus.

Alex.

DE VNIONE COMmunicandorum.

LECTIO LXXXI.

A PAX domini sit semper uobiscum. ¶ Aptato eucharistiæ sacramento ad sui participationem per hostiæ diuisionem, in hac parte communicaturi uniuntur, ac unione ad fructuosam tanti sacramenti perceptionem aptantur per pacis impetrationem. Et diuiditur in tres particulas. In prima sacerdos communicaturis pacem optat: ac particulam, quam manu tenet, sacramento sanguinis in calicem locat. In secunda, ut optatio sua effectum sortiatur, suppliciter orat. In tertia orationem ipsam magis specificat, & explanat. Secunda ibi Agnus dei. Tertia ibi. Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis. ¶ Circa has partes aduertendum, quòd pax necessaria est fidelium cordibus, ut fructuosè eucharistiam participent. teste propheta. In pace factus est locus eius. Ipse quoque deus pacis, & dilectionis ab apostolo denominatur. Quoniam ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ipse denique mundum ingrediens per angelum pacem nunciuit. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Conuersatus in terris, & populo prædicans, pacem habere docuit. Pacem inquit, habete inter uos Matt. 9. & ad Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem uobis

Expositio pax sit semper.

Psal. 75.

2. Cor. 13.

Ephes. 2.

Luc. 2.

uobis qui longe fuistis,& his qui prope. Mittens quoque apostolos ad prædicandum pacem offerre hominibus demandauit. In quacunque domum intraueritis primum dicite. Pax huic domui Lucæ 10. item & Matth. 10. Recedens pacem eis relinquo. Iohan. 14. Pacem meam inquit do uobis. Pacem relinquo uobis. Moriens pacem perditam reformauit, soluens inimicitias in carne sua Ephe. 2. & ad Colos. 1. In ipso pacificauit omnia, sive quæ in terra, sive quæ in cœlis per sanguinem crucis eius. Resurgens pacem discipulis dedit, cum in eorum stans medio eis ait. Pax uobis. Spiritumsanctum post ascensionem mittens, pacem in eis confirmauit. Hinc horratur Apostolus. Solliciti seruare unitatem spiritus, in uinculo pacis. Nec mirum, quoniam tantum est pacis bonum, ut in rebus terrenis, atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concipisci, nihil postremo possit melius inueniri, & sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Nam & pacis intentione geruntur bella, & pacem constat bellì operabilem esse finem. ait Aug. 19. de ciui. dei. c. 11. & 12. Vnde & finis noster pax est in uitâ æternâ in pace. Congruè igitur in pace locus præparatur ei, qui est alpha, & o, principium, & finis omnium Christus dominus. In hoc sacramento uere, realiterque contentus. Quâ ut habere possimus nos, qs, illi coaptare, opere precium est nosse pacis descriptionem, eiusque diuisionem. q Definitur a beato Aug. 19. de ciui. dei. c. 13. Pax est tranquillitas ordinis. i. quies, & suauis concordia, debitum ordinem seruans. Vbi enim nõ est ordo, ibi confusio: ubi cõfusio, ibi pacis perturbatio. Est aũt ordo pariũ, dispariũq; rerum sua cuiq, loca distribuens dispositio. Et qm inter malos, ordo quidam est, licet peruersus, est quædã pax malorum, quæ opponitur pacibonorum. Pax autem hominis uera est ordinata hominis ad deum in fide sub æterna lege obedientia. Et hæc est pax hominis ad Deum. Et quæ oritur pax hominis ad seipsum, & proximum. Est enim pax hominis ad seipsum ordinata cognitionis, actionisque consensio, ut quod recte ratio dictat, efficaciter uoluntas imperet. Vnde sequitur actio ordinata. Pax ad proximum est cum omni homine ordinata concordia: ut nulli noceat, & cum possit, prosit. Neque esse potest ordinata rationis, & actionis concordia, ubi nec staret ordinata sub æterna lege obedientia. Quisquis ab hac lege declinat: recta nec ordinatè proximo concordat, qui contra legem proximo sauet. Eside o ut dicit Aug. ubi supra ca. 14. Ad hoc tendere debet rationalis animæ intentio, ut utile aliquid cognoscat, & secundum eam cognitionem uitam, moresq; componat. Et hac intentione debet nolle dolore molestari: nec desiderio perturbari, nec morte dissolui. Sed ne ipso studio cognitionis propter humanæ mentis infirmitatem, in pestem alicuius erroris incurrat: opus habet magisterio diuino, cui certius obtẽperet, adiutorioque ut liber incumbat. Et quia quamdiu sumus in hoc mortali corpore, peregrinamur a domino, per fidem ambulamus nõ per speciem, omnem pacem, uel corporis, uel animæ ad se, uel ad proximum referre habemus ad illam pacem, quæ est hominis mortalis, cum immortali dei, ut. s. sit nobis ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Et quia duo præcipue præcepta, hoc est dilectionem dei, & dilectionem proximi docet magister deus, in quibus tria inuenit homo, quæ diligat, deum, seipsum, & proximum, atque ille in se diligendo non errat, qui diligit deum, consequens est, ut etiam in proximo diligendo deum consulat, quem iubetur sicut seipsum diligere. Sic qui diligit eam pacem seruat. Et quia dilectio dei ratio est dilectionis sui, & proximi, sequitur, quòd omnis pax hominis bona (quæ ex dilectione pendet) in dilectione dei fundatur. Hinc prophet a. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Matth. 10.

Ephes. 2. Luc. ult.

Ephes. 4.

August.

B

Pacis cõmẽdatio utilitas, necessitas descriptio diuisio.

dalum.¶ Non hoc ignorauit antiquus ille pacis turbator diabolus, ideo conatus est hanc triplicem pacem auferre, quod ut præualeret, primo quæsiuit auferre pacem hominis ad deum, dum transgressionem primis parentibus persuasit, qua ablata, perit ea, quæ est ad seipsum, & quæ est ad proximum. Dum enim parens primus male suadenti consensit serpenti, dei præceptum transgrediens, iam bellū intra se sensit, & pudore proprio cōfusus ad folia (uocatus a domino) confugit. Rupta est etiam pax fratrum, quorum alter fratrem inuidens ipsum occidit. Induxit denique detestabilius pacem triplicem periculosam, & malam, uerę paci oppositam, scilicet pacem cum diabolo, pacem cum carne, & corpore proprio, pacem cum mundo, & peccatorum cōsortio. De prima dicitur. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt omnia, quæ possidet. De secunda apostolus. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Sapere secundum carnem, est carni consentire, & ita pacem cum carne habere. De tertia ait Dauid. Zelatus sum super iniquos, pacem peccatorum uidens. Hanc triplicem pacem non uenit saluator dare, sed tollere ut ipse testatur di. Non ueni mittere pacem in terram, sed gladium. i. separationem. Et quantum ad pacem huius mundi, quæ est cōcordia peccatorum in malo, ueni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. Qui enim amat patrem, aut matrem, aut hunc, aut filiam plus quam me, non est me dignus. Et quantum ad pacem cum carne subdit. Et qui non accepit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Crux ista afflictio est carnis, ut dicit apostolus. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs eius. Sed quantum ad pacem cum diabolo, ait. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Hanc pacem, quæ damnat uenit Christus tollere, & hanc pacem, quæ saluat, testimere. Pacem cum deo reparauit, peccata nobis relaxando, quæ diuiserunt inter nos, & deum. Pacem cum seipso reparauit gratiam largiendo, per quam coboratur uoluntas ad uincendum carnem legi mentis repugnantem. Vnde apostolus cum difficultatem uincendi carnem sentiens, exclamasset. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Statim se consolans, Respondit. Gratia dei, quæ est per Iesum Christum. Pacem cum proximo docuit per suam mitissimam conuersationem ad rectas iustitię actiones illuminando. Vnde ait. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ex his igitur patet pacis descriptio, & quædam pacis diuisio. s. ad deum, & seipsum & proximum. ¶ Diuiditur & aliter pax in pacem spiritualem, ac internam pectoris: ac pacem externam, & terrenam temporis: & pacem supernam, & cęlestem æternitatis. Quæ diuisio non multum differt a priori. Nam pax temporis requiritur pacem cum proximo. Pax interna spiritualis, aut pectoris exigit pacem cum seipso. Pax cœlestis, ac æternitatis complectitur pacem perfectam cum deo. Hæc enim est, de qua apostolus dicit. Pax dei, quæ exuperat omnem sensum. Et his pacis differentias tangit propheta in psal. 84. Loquetur pacem in plebem suam, quantum ad pacem temporis, quam dat deus plebi, dum sua est per uoluntatis subiectionem. Et super sanctos suos, quoad pacem æternitatis, qua fruuntur sancti in patria. Et in eos, qui conuertuntur ad cor, quoad spiritualem. Quælibet harum bona est, & appetibilis, sic tamen ad illam æternam quæ non erit impijs, reseratur. Vnde de temporali pace quæ minima est, loquitur beatus August. 19. de ciui. dei. c. 17. Vtitur cœlestis ciuitas in hac sua peregrinatione, pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus humanarum uoluntatum compositionem, quantum salua pietate, ac religione concedituretur, atq; appe-

Qūo diabolus hāc pacem turbare studuit.

Gen. 3.

Luce. 11. Rom. 8. Psal. 72.

Matth. 10.

Gal. 5.

Ioh. 12.

Esa. 59.

Rom. 7.

Ioh. 8.

Phil. 4. Psal. 84.

August.

rit. Eamque terrenam pacem refert ad cœlestem pacem, quæ uere ita pax est, ut rationalis domita rat creaturæ sola pax habenda, & dicenda sit, ordinatissima scilicet, & concordissima societas fruẽdi in deo, & inuicem in deo. Quo cum uentum fuerit, non erit uita mortalis, sed planè certeque uitalis, nec corpus animale, quod dum corrumpitur, aggrauat animam, sed spirituale sine ulla indigentia ex omni parte subditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrinatur, in fide habet, atque ex hac fide ille uiuit, cum ad illam pacem adipiscendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga deum, & proximum. Hæc August. ¶ Hanc ergo pacem triplicem optat sacerdos, tertiam hostiæ particulam sanguini immergendam (electos in tribulationibus huius mundi militantes significantem) in manu tenens, & dicens. Pax domini sit semper uobiscum. Pax conscientiæ, & pectoris, quæ est a dei uoluntate non diuidi, & ab his, qui dei sunt uitiosè non impediri. Pax temporalis tranquillitatis, quæ est ab aduersis non opprimi, prosperis temperate frui, & delectari. Pax æternitatis, quæ est ab omni pœnalitate liberari, & summo bono perpetuò satiari, sit semper uobiscum. Vt per primam ad tantæ communionis participationem digni iudicemini. Per secundam ab ipsa participatione non impediamini. Ac per ipsam sacramenti participationẽ pacem tertiam, & summam consequamini. ¶ Vel secundum alios expositores, qui dicunt particulam sanguini immergendam significare iam beatos, qui cellam sponsi uinariam ingressi, inebriantur uino lætitiæ in diuinæ essentiæ usione, ac delitiosissima fruitione. Dicit sacerdos fidelibus adhuc in corpore pugnantibus. Pax domini sit semper uobiscum. Pax pectoris, quæ est concordare cum moribus proborum, & litigare cum uitijs, ut sic sit cognitionis rectæ, actionisq; iustæ consensio. Cognitio nanque recta, & uera, mores probos approbat, & uitia damnat, quibus consentit uoluntas, iusta eligendo, & improba expugnando. Qua quidem pugna, hi qui per hostiæ partem, quam manu teneo, designantur: beati. s. qui culmen gloriæ tenent liberati, triumphi palmam tenent. Ibi enim ut August. ait ca. 27. lib. decimo nono de Ciui. Dei. In illa. s. pace finali, sanata in mortalitate, & incorruptione, natura uitia non habebit, nec alicui quippiam repugnabit. Non opus erit, ut ratio uitijs (quæ nulla erunt) imperet. Sed imperabit deus hoi, aius corpori. Tantaq; obediendi ibi erit suauitas, & facilitas, quanta uiuendi, regnandiq; felicitas. Pax temporis, quæ est obedienter uiuere sub superioribus, non tyrannicè dominari inferioribus, quam beati feliciter transierunt. Pax æternitatis, ubi quietissima felicitas æternaæerit in singulis, æternumq; esse certum erit. Et ideo pax beatitudinis huius, uel beatitudo pacis huius, quæ summum bonum erit, semper sit uobiscum. Hic quidem in spe, quoad hanc pacem tertiam, & ibi in perceptione. Sed quoad primam, & secundam hic in iusta, & perseueranti uictoria: qua peruenire possit, ad beatam resurrectionem, quam nobis dominus resurgendo reparauit. Et propter hoc sacerdos hæc dicens, uocem exaltat, ut non solum per uerba, sed etiam uocis sonoritate resurrectionis lætitiam designet, atque ad repræsentandum, quòd una sabbatorum: qua CHRISTVS resurrexit: stans in medio discipulorum, uoce clara dixit. Pax uobis. Et propter hoc hæc dicens, tres cruces cum particula, quam manu tenet sacerdos, super os calicis signat. Et est hæc nona, & ultima crucis signatio, quæ pertinet ad dominicæ resurrectionis commemorationem, sicut superiores ad Christi passionem. Fiunt autem tres cruces, ad significandum, q̃ uirtus trinitatis animam crucifixi: quæ per uinũ in calice designatur, reduxit ad carnẽ, ne relinqueretur in inferno, neq; caro eius daretur uidere corruptionem

A uguſt.

E

A uguſt.

¶ Vel secundum Alber. sunt tres cruces ad significandum triplicem pacem, quæ data fuit, quam dominus ter post resurrectionem suis discipulis nunciauit: ut habetur Iohan. 20. & 21. ¶ Vel ad significandum, q̃ pax illa æternitatis, quæ principaliter optatur: donatur a tota trinitate in uirtute passionis crucifixi. ad quam disponunt pax pectoris, & pax temporis. ¶ Vel ut etiã uult Innocentes dies, quibus quieuit dominus in sepulcro, designãtur: quod per os calicis repræsentatur. ¶ Vel etiam secundum eundem, tres mulieres commemorantur, quærentes die tertia crucifixum ad ostium monumenti: quod per os calicis, ut dictum est, designatur. De quo diaconus remouens corporale, significat, q̃ angelus descendẽs de cælo, lapidem remouit ab ostio monumenti. ¶ Vel posse hoc eius dici secundum S. Thom. part. 3. q. 83. artic. 3. q̃ consecratio huius sacramenti & acceptio huius sacrificij, & fructus eius procedit ex uirtute crucis Christi. Et ideo ubicunq; fit mentio de aliquo horum: sacerdos crucis signatione utitur. Respondet autem chorus, aut minister in persona circunstãtium. Et cum spiritu tuo. Quod uerbum originaliter sumptum est ex secunda epistola ad Timoth. vlti. ubi dicit Apostolus. Dominus noster Iesu Christus sit cum spiritu tuo. Ita & hic respondet chor⁹. Et cum spiritu tuo: sit. s. pax, quam nobis nunciasti. Hoc enim piarum, ac religiosarum mentium est, ut pacifice⁹ salutantes, pie⁹ resalutent. Bona optantibus, bona similiter reoptent. Sit igitur pax domini cum spiritu tuo, o sacerdos, ut sis idoneus hoc sacrosanctum sacrificium pro salute totius mundi immolare, & nos deo patri reconciliare, pacemq; cõstituere inter deum, & homines peccatores. Sit pax domini, non cum carne, sed cum spiritu. Pax inquam, temporis: ne cor tuum aduersitatibus distractum non possit deuote salubriterque sacrificium pacis consumere. Sit cum spiritu tuo pax conscientiæ, & pectoris, quia si spiritus tuus a dei uoluntate discordat, quomodo placabiliter pro nobis pacem, quam optas, impetrabis? Sit pax cum spiritu tuo: ut te pro nobis immolante, nihil sentias in spiritu de corpore fragili, quantum ad carnales concupiscentias, nihil de solicitudine seculi quantum ad superuacuas curas mente pertractes, sed attentus totus assistas diuino huic mysterio: ut sereno, & pacifico spiritu filium offeras in conspectu patris, ut illi sit acceptum sacrificium tuum, ac preces tuas exorabiles efficiat, & acceptas. Sic sit cum spiritu tuo pax, cum offeres hanc hostiam salutarem: quẽadmodum fuit cum spiritu Patriarchæ Abraæ, qui immolaturus reliquit seruos cum asino: solus cum filio ad immolationis locum perrexit. Serui exteriores sunt solicitudines, & curę seculi, & necessitates huius uitę. Asinus animal pigrum, indisciplinabile, & oneriferum pondus est corporis, quod aggrauat animam. Puer Isaac, spiritus purus est. Patriarcha typum prænotat sacerdotis. Ita & sacerdos ad immolationem filij patris unigeniti præcedens segregatus esse debet spiritu, ut postpositis seculi tumultibus mortificet curam carnalium delectationum. Sic ergo optat circunstans populus pacẽ spiritui sacerdotis: quatenus pacis uinculo connexi, & concordi uoluntate uniti, deum pacis, qui per hostiam sanctam in medio est, spiritualiter, non tantum sacramentaliter sumentes, simul perduci mereantur ad pacis æternæ perpetuam fœlicitatem. Ministro igitur, aut choro respondente. Et cum spiritu tuo: sacerdos particulam, quam usque hùc manu dextera tenet: mittit in calicem simul dicens hanc orationem. De responsione chori.

¶ Hæc sacrosancta commixtio, & consecratio corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, fiat nobis sumentibus salus mentis, & corporis, & ad uitam æternam capescendam præparatio salutaris. ¶ Sacrosancta commixtio, id est præ aliis sancta commixtio, propter ineffabilem sanctificatem

eorum,

Expositio verborum. Hęc sacrosancta commixtio, & cōsecratio.

corum, quæ commiscentur: quæ sunt corpus Christi superexcellenti diuinitati non admirabili unitum, propter quod a propheta Antonomastice dictum est sanctum. Non dabis inquit, sanctum tuum uidere corruptionem. PSAL. 15
sanctum. s. corpus, & sanguis ille purissimus ab omni inquinamento, & immundicia alienus, in cuius effusione redempti sumus mundi. ¶ Sed statim incidit dubium, quomodo dicuntur commisceri corpus, & sanguis in calice, cum tamen iam in calice non fuit solus sanguis Christi: sed simul etiam corpus eius, & similiter sub speciebus panis non est tantum caro Christi, sed etiam sanguis. Respondetur, q̄ per hanc commixtionem non incipit corpus Christi esse in calice: nec sanguis sub panis specie, quia ut supra dictum est lect. 40. prolata forma consecrationis semper panem, & dehinc super uinum, utrobiq; incipit esse uerum corpus Christi: & anima deitati coniuncta simul, & sanguis, ac cetera corpori Christi in naturali sua consistentia inexistentia. Non ergo in hac commixtione corpus Christi, & sanguis commiscētur, quasi prius separata nunc uniantur. Neq; est hic commixtio corporis, & sanguinis quasi corpus Christi per hanc commixtionem in sua superficie sanguine tingatur, sicut aliud corpus sanguini animalis immissum: aut lana, uel spongia sanguine tincta, & colorata, per sanguinis contactum, quia secundum supra latius dicta, sanguis Christi in calice non est modo fluido tangens latera calicis, sicut liquor aliquis in uase tangit immediatē superficiem concauam, siue interiorem uasis. Non enim ibi est extra uenas corporis Christi: sed intra uenas, & corpus: sicut est in corpore Christi extra sacramentum in cœlo. Vnde sanguis ille, ut in sacramento nullum corpus potest humectare, uel tingere: sed neque ab aliquo corpore tangi, sicut nec sanguis alicuius hominis in uenis existens, & non separatus. Etiam quia sanguis Xpi non est in sacro modo quantitatiuo, & commensurabili, qui requiritur ad tactum corporum, propter quod etiam si sanguis Christi esset sub speciebus uini extra uenas: nihilominus tangi non posset, sicut nec corpus Christi sub speciebus panis, aut uini tangi potest, eo q̄ non habent ibi localem situm ad contactum corporum requisitum. Est igitur hic commixtio corporis, & sanguinis non secundum suas ueras, ac reales essentias, sed secundum formas, siue species sacramentales, sub quibus corpus, & sanguis Christi ueraciter continetur. Hoc est dictu, q̄ in immissione particulæ in calicem non fit commixtio corporis, & sanguinis Christi, quæ sunt, & manent sub speciebus sacramentalibus omnimodis sicut ante immissionem. ¶ Fit autem commixtio, hoc est contactus, & coniunctio accidentium, quæ fuerunt in pane, & uino ante consecrationem, & accidentia sacramenti panis. s. color, calor, pondus, quantitas, si ponatur accidens distinctum a substantia, humectantur ab humore qui fuit in uino: & ab alijs tāguntur, eisdem modis quibus fieret, si adhuc inhærerent substantijs panis, & uini, si consecratio facta non fuisset. Fiunt enim eædem mutationes motus, & contactus accidentium facta conuersione substantiarum, quæ fieret, si nulla facta fuisset conuersio, & hoc ut fides suum habeat meritum, dum humana ratio nullum de conuersione facta recipit experimētum. Quia ergo specierum sacramentalium adinuicem fit commixtio, sub quibus uerum corpus Christi, & sanguis continetur, dicitur hic fieri commixtio rerum contentarum. Multa enim, quæ ad solas species pertinent, usus loquendi attribuit contentis sub speciebus, sicut corpus Christi, siue Christus dicitur uideri, cum tamen solum sacramentum uidetur, sub quo latet Christus. De quo supra lect. 45. ¶ Et pari ratione hæc commixtio dicitur sacrosancta, propter excellentissimam sanctitatem contentorum. Etiam sic dī propter species ipsas sacramentales, quæ sacrosan

Quō, & quales debet fieri cōmixtio & consecratio.

ctæ dicuntur, non per sanctitatis gratiam sibi formaliter inhærentem (sic enim sanctitas soli rationali naturæ conuenit) sed propter specialissimam diuinorum applicationem significationem, & continentiam rerum sanctissimarum longe uerius, excellentiusq;, quam pars illa tabernaculi, & templi arcam fœderis continens in lege, sancta sanctorum dicebatur, tãto utiq; uerius,
H quanto ueritas uincit figuram, & excedit. ¶ Sequitur Et consecratio. Ita habet ordo romanus, nõ ꝙ hac immissione sacramentũ cõficiatur, aut cõsecretur, sed consecratio prius uirtute formarum sacramentalium facta, nunc suũ effectum sortiatur in anima sumentis. Ideo sequitur. Fiat nobis sumentibus, Nobis scilicet sacerdoti sumenti, & in sacrificium offerenti, & omnibus spiritualiter uoto, & desiderio in fide sumentibus per sacerdotem, qui est uelut os corporis Christi mystici, per quod trahitur nutrimentum omnibus membris totius corporis nutriendis roborandis, & spiritualiter augmentandis. Sicut os materialis corporis comedit, non solum pro se, sed pro salute omnium membrorum sumit cibum, qui per totum corpus diffunditur, & membris singulis incorporatur, ut saluetur in sua subsistentia naturali. Sic sacerdos sumæ sacramentum cuius uirtus transit in omnia ecclesiæ membra huius spiritualiter susceptiua. Et singulariter in eos, qui missæ intersunt officio, qui cibum hunc esuriunt, & uoto, ac desiderio sumunt. Hos nanq; spiritualiter nutrit, & confortat, gratiam in eis augmentando, & uirtutes, quo fortiores reddãtur ad uitalium operationum exercitium, & cumulationem plurium meritorum. Et ideo petit sacerdos ut fiat sumentibus salus mentis, & corporis Salus mentis per morbi fugationem, quod fit per uenialium extinctionem peccatorum, quæ hominem retardant, ipsumq; tepescere faciũt in exercitijs, & orationibus spiritualibus, profectu quoq; uirtutum. Sit & salus mentis per conseruationem uitæ spiritualis, quæ fit per gratiæ augmentum, qua anima sustentatur in uita spirituali, ne continua decidat per praua desideria, & optationes noxias, tandemq; uitam spiritualem penitus amittat. Sit & salus corporis, ut fomes peccatorum, & inclinationes peruersæ carnis, ac sensualitatis mitigentur, ne potenter, insurgant contra iudicium rectæ rationis, sed magis corpus fiat aptum, ac idoneum instrumentum animæ ad exequendum uirtuosas operationes, quas lex præcipit, & ratio, quæ ad optima deprecat, consulit faciendas, ut sic quilibet sumentiũ dicere possit cũ propheta. Cor meũ, & caro mea exultauerunt in deũ uiuum. Et iterum. Sitiuit in te anima mea q̃ multipliciter tibi caro mea. ¶ Sequit Et ad æternam uitã capescendam ꝑparatio salutaris. Sic tibi cõmixtio sacrosancta salutaris præparatio, ad sumendũ sacrũ, qua capere possumus uitã sempiternã, i. æternam beatitudinem. Ipsa enim sumptio efficax est ꝑparatio ad capescendam uitam æternam ꝑ collationẽ gratiæ in præsenti, quæ est dispositio necessitans ad introductionẽ in gloriam secundũ legem dei statutam, qui est pignus gloriæ, & arra percipiendæ hereditatis futuræ. Vnde canit ecclesia. O sacrũ conuiuiũ &c. & futuræ gloriæ nobis pignus datur. De quo latius infra, dũ de fractibus huius communionis tractabitur. ¶ Et notandum, ꝙ præter causas supra tactas cur fiat sacramenti fractio, & unius particulæ in calicem missio, huius commixtionis etiã alix rationes assignant. Vna est etiam innocentij dicentis. Commixtio corporis, & sanguinis significat unionem corporis & animæ Christi, quæ in resurrectione eiusdem denuo unitæ sunt, & ideo signum crucis ter producitur cum hostia super calicem: quia uirtus trinitatis animam crucifixi reduxit ad carnem. ¶ Alia fit hæc commixtio ad denotandum huius sacramenti unitatem. Vnitatem dico non indiuisibilitatis, quia diuersa sunt signa abinuicem distincta, scilicet species panis, &

Quæ commisceatur.

Cur fiat sacramẽti fractio & particulæ unius in calicem missio.

uini.

uini. Diuersa sunt etiam primò signata, scilicet corpus, & sanguis Christi secundum unitatem integritatis in significando, quia unum illorum perfecte significat signatum sine alio. Siquidem signatum est plena refectio animæ, quę fit per hoc sacramentum. Sed quia neque panis plenè reficit corpus sine potu, nec potus perfecte sine pane, uel cibo, sed ambo simul unũ constituunt perfectum nutrimentum, sic & species panis, & uini integrant unum signum perfectè repræsentans refectionem animæ, & per consequens unum sacramentum, de quo supra lectione quinquagesimatertia. Ad hoc autem signandum, hæc signa adinuicem sua mixtione uniuntur. Sed parum facit hæc ratio, & uidetur magis ad oppositum, quia in plena refectione corporali non simul, & commixtim sumitur cibus, & potus: sed quodlibet seorsum, & ideo plenitudo refectionis magis ex eo significatur, quòd consecratur eucharistia, & sumitur sub duplici specie cibi, & potus. cibi de patena, uel manibus, quo sumuntur partes siccæ, & potus, quo sumitur de calice sub specie uini. Sufficiant ergo rationes aliæ hic, & supra allegatæ. ¶ Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. ¶ Hæc est particula secunda, in qua suppliciter oratur, ut pax per sacerdotem oblata effectùm in communicaturis sortiatur. Quia enim pacem hanc sine peccatorum remissione nemo consequitur, dei misericordia, qua peccata remittuntur suppliciter postulatur, tanquam necessar ò prę ueniens pacem perfectam, quę ultimò exprimitur. Quod etiam ex eo patet, quia Christus saluator noster postquã post sua resurrectionem apostolis pacem restauratam nuncians, dixerat. Pax uobis. Insufflauit, dans eis potestatem remittendi peccata, dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Significans sine peccatorum remissione non constare pacem pectoris, qua amissa, nec erit pax temporis, nec expectatur pax æternitatis. ¶ Petuntur ergo in hac oratione tria ab agno dei Christo. duo paci prævia, quæ sunt misericordia dei in peccati remissione. Item misericordia dei in gratiæ largitione, & tertiò pax ipsa, quæ est bonum finale omnium desideriorum impletiua. Ex illo patet diuisio huius orationculæ. ¶ Clamat ergo sacerdos cum populo ad mediatorem Christum statim in eucharistia sumendum. Agnus dei &c. In qua oratione Christus unicus patris filius tripliciter commendatur. Primò de puritate innocentiæ naturalis, quia agnus dei. unde Ambros. Si agnus: ergo innocens. Secundò de benignitate ueniæ salutaris ibi. Qui tollis peccata mundi. benigne s. paternè, & salubriter. Tertiò de affectuositate misericordiæ liberalis, ibi. Miserere nobis. ¶ Quantum ad primum Christus dicitur agnus: non secundum rei proprietatem, quia agnus uerus animal est fragile, stolidum, lacte matris indigens, quæ Christo deo omnipotenti, in quo habitat plenitudo diuinitatis, & thesauri sapientiæ, & scientiæ dei sunt absconditi: minimè nõscuntur competere. Dicitur igitur agnus secundum metaphoram, & symbolicè, ac transsumptiue, sicut dicitur petra, leo, lapis angularis, sol, pastor, ostium, quæ omnia dicitur, non secundum proprietatem: sed significatiue per similitudinem: hoc est per ista, uelut per signa quædam significatur. Sicut declarat beatus August. super Iohan. dicens. Petra non est, quia durus, & sine sensu non est, nec ostium est, quia non eum faber fecit, nec lapis angularis, quia non est a structore compositus, nec pastor est, quia custos ouium quadrupedum non est. Omnia igitur ista per similitudinem CHRISTO attribuuntur. Dicitur igitur agnus per similitudinem: ad quod signandũ addit hic, dei, qui tollis &c. q̃ nõ conuenit

Expositio agnus.

Christi dicitur agnus multiplicatione.

Ioh. 20.

Ambrosi.

Col. 2.

August.

agno uero reali. Dicitur autem agnus (ut dicit Alexand.) ab agnon, quod græce sonat pium: eo quòd agnus animal pium sit, & mansuetum. Vel dicitur latinè ab agnóscendo, eo q agnus in multo grege matrem suam solo balatu agnoscit. Secundum hoc Christus similitudinariè agnus dicitur, propter pietatem ad ignoscendum, & mansuetudinem ad patiendum. Pissimus siquidem est ad ignoscēdum, quoniam pro suis crucifixoribus patrem exorauit dicens. Ignosce illis pater, quia nesciunt, quid faciunt. Mansuetissimus
Esa. 53. fuit ad passionem, dum iuxta uaticinium Esa. 53. quasi ouis ductus est ad occisionem, non aperiens os suum. Rursus agnus est propter ipsius simplicitatem, innocentiam, & sinceram cognitionem. Simplex fuit Christus, quia
1. Pet. 2. peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Cognouit matrem suam in uita sibi tanquam agnellus matri obediendo. Erat enim subditus illis: Ioseph scilicet, & matri. Cognouit eam in morte sua, eam discipulo,
Luce 2. quem diligebat, commendando: unde pendens in cruce inquit ad discipulum. Ecce mater tua. Cognouit eam resurgens primò omnium se sibi manifestando, ut dicit Ambro. Cognouit eam post spiritussancti missionem, eam
Ioh. 19. Ambrosi. ad æternam pacem deducendo; & ad suam dexteram collocando, dicens. Veni de libano, ueni coronaberis. Can 4. ¶ Oramus igitur. O agnus dei, qui pro nobis es occisus ab origine mundi in æternitate. Ductus ad mortem quasi
L Apocal. 13. Hiere. 12. Esa 53. agnus mansuetus ductus ad uictimam. Mactatus in crucis ara, obmutescens quasi ouis coram tondente. Qui tollis peccata mundi. Autoritatiuè per tuam potentiam, cui nihil potest obsistere. Dispositiuè per tuam ineffabilem sapientiam, qua ab æterno disposuisti mundum redimere. Executiuè per tuam infinitam misericordiam, qua nasci dignatus es de uirgine, & mortem sponte suscipere. Miserere nobis, tuis fidelibus per tuam potentiam auferendo peccati maculam. Miserere nobis errantibus, per tuam sapientiam reducendo ad rectitudinis normam. Miserere nobis indigentibus, tuam gratiam largiēdo per tuam misericordiam. ¶ Iteramus autem hanc orationem, ut ex perseuerantia orandi celerius exaudiamur repetentes iterum. O agnus dei, qui fuxisti matrem in diuersorio, secutus eam fugientem in ægyptum, eius balatum audiens te quærentem in templo. Qui tollis peccata mundi, contracta per originem ex primorum parentum transgressione: per institutionem baptismi sacramentorum iamæ, peccata contracta commissa, a prauа nostra uoluntate, mortalis. f. per institutionem sacramenti pœnitentiæ, peccata nos impedientia, in feruida dilectione, ex nostra fragilitate, quæ sunt uenialia, per institutionem sacrosanctæ eucharistiæ. Miserere nobis ad te confugientibus, concedendo peccatorum ueniam, præseruando a lapsu in peccatorum foueam, dando in bono perseuerantiam. ¶ Replicamus & terorantes. Agnus dei Iesu bone, qui nos redemisti sanguine tuo immaculato, qui uictoriosè resurrexisti de clauso monumento, qui ut lucerna luces, gloriosus resides in patris regno. Qui tollis peccata mundi, pœnas nostris peccatis debitas patientissime exoluendo. Patriarchas, & prophetas de mansione pœnarum uictoriosissimè educendo. Regnum cœlorum nostris peccatis obseratum aperiendo. Dona nobis pacem, ut sine noua perturbatione pertranseamus concessa nobis tempora, ut puri, & sereni in nostra conscientia, tandem securi recum uiuamus in cœlesti patria. ¶ Vel breuiter correspondenter ad prædictam textus continuationem. Agnus dei innocens, qui tollis peccata mundi ipsa sanguinis tui effusione delendo, miserere nobis, peccati reatum simul, & pœnam relaxando. Agnus dei, patrem per obedientiam agnoscens, qui tollis peccata mundi: ipsum patri reconciliando, miserere nobis, gratiam, sine qua regni exteriores præscribuntur, largiendo. Agnus dei,

agnoscens

agnoscens perditum hominem: secundum illud Iohan. 10. Agnosco oues meas, & cognoscunt me meę. Qui tollis peccata mundi, a damnatione perpetua redimendo. Dona nobis pacem, ab omnibus desideratam æternis bonis opulentam. ¶ Instituit autem Sergius Papa hanc orationem, sicut & priorem, ut dum sacerdos procedit ad immolandum, & sumendum uerum, & naturale corpus Christi ut profiteamur nos huius immaculati agni carnē sumere in altaris sacramento: qui se sponte pro nobis obtulit in crucis patibulo. Hinc & obsecramus, ut nostri misereatis in hoc sacramentali immolatione, qui prius misertus es nobis in personali tua in ara crucis oblatione. Et secundum antiquam ecclesiæ obseruationem, ac primæuam institutionē, ter dicebatur miserere nobis, quod & hodie dicitur in ecclesia sancti Iohannis in Laudano, alias Lateranensi, ut refert Albertus, & in Capella Papę, ut dicit Durandus in rationali. ¶ Quod & ter dicitur secundum Albert. ut auferatur a nobis triplex malum, scilicet perpetratum, quod dolebamus commissum: tentatum, quod timebamus committendum: & subordinatum ad meritum impediendum. Vel secundum alios, dicitur ter propter triplicis peccati remotionem, quam petimus, originalis, mortalis, uenialis. Vel propter peccatum cogitationis in mente, locutionis in ore, actionis in opere. Vel ad designandum, q propter tria uenit ille agnus dei in mundum, scilicet ut nos liberaret ab onere culpæ, ut nos quietaret a miseria pœnæ, ut nobis remoueret rompheam a ianua uitæ. ¶ Postmodum tamen irruentibus nauis persecutionibus, & erroribus pestiferis in ecclesia inualescentibus, cepe-runt multæ ecclesiæ particulares sine statuto ecclesiæ generalis, aut somm pontificis petere in ultimo agnus dei, dona nobis pacem, ut sedatis nimijs tribulationibus, pacifica, & fideli gubernatione fruerētur. Et ita adhuc de bis miserere nobis propter duplex malum: culpæ & pœnæ, quo non nisi per misericordiam agni dei liberamur. Vnde psalmista. Misericordia tua præueniet me, a peccato præseruando ne incidamus. Et misericordia tua subsequetur me, a pœna post commissum liberando. ¶ In missa pro defunctis non dicitur miserere nobis, nec dona nobis pacem, cuius rationem quidam assignant: quia defuncti exierunt statum meriti, eapropter neque possunt mereri neq; demereri, neq; per proprium meritum tunc elicitum a pœnis liberari. Neq; optatur eis pax, quia de pace æterna adipiscenda sunt securi, neque ab exterioribus mundi persecutionibus possunt turbari. Verum cum in missa sacrificium offertur pro uiuis, & defunctis, & misericordia dei necessaria est defunctis in purgatorio: etsi non ad remissionem culpę, tamen ad remissionem pœnæ, licet illam per proprium meritum assequi non possunt, ideo non uidetur quinetiam ad eos aptē referi possit miserere nobis, & dona nobis pacem. Ideo Alexander aliam assignat rationem, illam scilicet: quia in missa pro defunctis specialiter celebratur, ut defunctis requies impetretur, ideo dicitur dona eis requiem, quia eis fructus missæ specialiter applicatur pro requie a pœnis impetranda. Additur autem communiter in ecclesijs ad tertium agnus, sempiternam, & non in primis duobus, ad designandum, quòd eis requiem impetramus triplicis afflictionis, scilicet a pœna ardoris, a corporalibus tenebris, ab afflictione expectationis, ac dilationis perpetuæ beatitudinis, afflictio autem pœnæ ardoris similiter, & tenebrarum est temporalis: beatitudo, cuius expectatio sperata est animi afflictiua, est æterna, & ideo in tertio agnus addnr sempiternam. ¶ Vel etiam ideo ter dicitur requiem: quia optatur animabus triplex requies. Vna ab afflictione pœnæ, alia beatificationis animæ, tertia glorificationis utriusque. Et quia tertia sequitur primam, & secundam, & terciam uerò nulla alia sequitur: ideo in tertio ad-

M

N

Quis hanc oratione instituit.

Cur in missa defunctorum non dicitur miserere nobis.

ditur æternam. Primæ duæ requies ii cum præcisione intelliguntur, ut excludant tertiam, sunt temporales, tertia sola æterna. ¶ Aliæ ecclesiæ attendentes, quòd de nulla trium requie eum contingit regredi ad inquietudinem & per hoc omnes æternæ, licet non cum præcisione ad quodlibet agnus addunt æternam. quasi dicerent. Dona eis requiem æternã ab affli ctione ut cesset æternaliter omnis afflictio ardoris tenebrarum, & dilationis. Iterum dona eis requiem æternam ab omni miseria animæ per collationem beatitudinis. Iterum da eis requiem sempiternam per collationem gloriæ perpetuæ tollentis miseriam utriusque, carnis, & animæ. Et hunc modum tenet ecclesia Moguntinen. ¶ Si quæritur, quare magis dicitur agnus dei, quam Iesu Christe, uel aliquo alio modo. Respondet Alexander, quòd hoc fit conuenienter, tum propter ueritatis repræsentationem, quæ in lege figurabatur in immolatione agni typici. Tum propter ueritatis prænunciationem, quæ facta est prophetice Esaiæ decimosexto. Emitte agnum dominatorem de petra deserti ad montem filiæ sion. Tum propter ueri agni ostensionem digito præcursoris dicentis: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quia enim in hoc sacramento repræsentatur immolatio ueri agni, quæ fuit per agnum in lege figurata, sub nomine agni prophetis prænunciata, sub agni uocabulo a Iohanne demonstrata, conuenienter ad horum rememorationem, & fidei testificationem dirigitur oratio ad Christum sub nomine agni, sub quo eum totupliciter nouimus figuraliter, prophetice, & manifestè expressum, ac demonstratum. ¶ Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis. Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesiæ tuæ. Eamque secundum uoluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui uiuis, & regnas cũ patre in unitate spiritusancti deus. Per omnia secula seculorũ. Amen. ¶ Hæc est particula tertia, in qua postquam sacerdos cum populo, ut pacis optatio effectum sortiatur, orauit suppliciter, nunc orationem ipsam pro pace factam, magis specificat, & explanat particulariter. Specificat enim effectus, & finem propter quem pro pace orauit suppliciter. In qua oratione benuolentiam primò captat eius, qui oratur, ex eo, quòd ipse est, qui pacem suis tribuit. Secundò ibi. Ne respicias, impedimentum exauditionis remouet. Tertio ibi. Eamque secundum petitionem suam fundit. ¶ Quoad primum dicitur. Domine Iesu Christe, saluator benignissime. Qui dixisti, ex hoc mundo per passionem migraturus, apostolis tuis, a te uocatis ad fidei cognitionem, a te missis ad fidei prædicationem, pro te passis ad fidei corroborationem. Pacem meam do uobis, & pacem meam ueram, & saluificam, ne essent de illis, qui loquũtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Pacem relinquo uobis, ut in pace firmiter permanerent, ne mundi pressi miseriis territi declinarent, aut illecti blandiciis, ut incraffati recalcitrarent. Vel secundum Aug. super Iohannem. Qui dixisti apostolis tuis. Pacem relinquo uobis, ad patrem iturus: pacem meam do uobis, in fine uenturus. Pacem meam relinquo uobis in hoc seculo, pacem meam do uobis in futuro seculo, pacem meam relinquo uobis, in qua manentes hostem potestis deuincere. Pacem meam do uobis, ut perpetuò possitis sine hoste regnare. Pacem meam relinquo uobis, ut mutuò diligatis. Pacem meam do uobis, ut nunquam dissentire possitis. ¶ Deinde impedimenta remouet. s. peccata propria, dicens. Ne respicias peccata mea, scilicet personalia, quibus offendi tuam altissimam maiestatem, quo indignus sum ad pacem ecclesiæ impetrandam, ad corpus tuum sacratissimum deo patri offerendum, & ad peccatores eidem reconciliandum.

Exod. 12. bis. 13.

Expositio orationis. Domine Iesu Christe

O

Augus.

landum. Sed fidem ecclesiæ tuæ, benignus respice, in qua eam tibi in sponsam (prophetæ Ozea teste) desponsasti Ozeæ. 2. In qua eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut apostolus ait ad Ephesios. 5. sanctificasti. In qua eam ne deficeret (ut Ieuas ait. c. 22) confirmasti. Ecclesiæ tuę sponsæ tibi gratę: sponsæ sine macula, & crimine, sponse secundum sui partem unã te amplexantem in patria beatifice. ¶ Sequitur petitio. Eamq; secundum sui alteram partẽ adhuc in ualle lachrymarum peregrinantem, uarias persecutiones ab infidelibus, & hæreticis sustinentem: in tuo tamen semper auxilio respirantem. Pacificare, ab infidelibus perfidis, & coadunare, in fidei, & charitatis uinculis, digneris, tu domine Iesu Christe secundum tuam uoluntatem ptissimam, ex qua in ipsa dignatus es carnem fragilem assumere secundum tuam uoluntatem amorosissimam, ex qua dignatus es pro ipsa mortem tollerare secundum uoluntatem tuam magnificentissimã, qua dignatus es teipsum in cibum sub hac sacramentali specie condonare: per eumq; tanquam per uiaticum, ut te in cœlum ascendentem sequi ualeat, roborare. Addunt aliqui. Custodire a maculis, & uitijs. Regere, in prosperis, & aduersis, sed ordo romanus non habet. Quatenus in bonis pacificata, & in malis custodita in charitate coadunata, intus, foriſq; a te recta, tanti communione edulij habeatur digna. Qui uiuis potenter, & regnas sapienter. Cum patre tibi consubstantiali, & coæterno. In unitate spiritus sancti, qui nexus est amorosus. Deus in essentia unus, in personis trinus. Per omnia secula seculorum æternaliter. Amen. fiat. ¶ Et notandum, q̃ hæc oratio non dicitur, cum legitur officiũ pro defunctis. Quia illi leges mundi transierunt, & requiescunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Vnde nec possunt ab infidelibus infestari: nec peccatis amplius irretiri, nec extolli in prosperis: nec frangi in aduersis: quemadmodum nos, qui adhuc mundi legibus gubernamur. Ideoq; non illi egent custodia, & regimine: sed nec exteriori pace ab aduersariorum impugnationes, quæ in oratione præsenti attentius postulamus. ¶ Et nota, q̃ sub hac oratione sacerdos osculatur altare, uel calicem, uel corpus domini, ut dicit Albertus. Vel secundum ritum quarundam ecclesiarum, primo osculatur altare: secundo librum, & tertio diaconum siue ministrum, aut loco tertij oculi imaginem, uel tabulam sibi per ministrum porrectam. Ad cuius mysterij intellectum præmitto, quod in scriptura inuenitur sextuplex osculum, scilicet.

Eph. 5.

De osculo pacis, quod datur in missa.

P

Alber.

Multiplex osculum in scriptura.

Osculum
- Vnionis.
- Amoris.
- Reuerentiæ & honoris.
- Reconciliationis, & pacis.
- Impię proditionis.
- Lasciuiæ, & procacitatis.

¶ De primo dicitur Can. 1. Osculetur me osculo oris sui. Vbi ad litteram loquitur de unione uerbi cum natura humana. De secundo dicitur Gen. 27. Accede ad me, & da mihi osculum fili mi, ait Isaac ad filium suum Iacob. De tertio scilicet osculo reuerentiæ dicitur Luc. 7. Osculum mihi non dedisti. Hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. De quarto osculo pacis 1. ad Tessal. ultimo. Salutate fratres omnes in osculo sancto. De quinto proditionis Matthæ. uigesimosexto. Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. dixit Iudas dans signum turbis suæ proditionis. De sexto lasciuiæ, & procacitatis dicitur Prouerbi. 7.

Can. 1. Gene. 27. Luc. 7. 1. ad Tessal. Math. 26. Prouerb. 7.

de

de muliere uaga,& iuuene uecordi. Apprehensum deosculatur iuuenem,& procaci uultu blanditur. Hic autem tantum de osculo unionis,reconciliationis, & pacis dicenda intelliguntur. Hæc nanq; unio,pacis, & charitatis esse debet membrorum ecclesiæ ad caput,& adinuicem. Ideoq; in principio nascentis ecclesiæ fideles se salutantes, sibi oscula impressere:quod usq; hodie in quibusdam regionibus approbat consuetudo. Hinc Paulus ait. Salutate uos in osculo sancto. ubi supra & in utraq; epistola ad Corinth. ulti. ¶ Est autem secundum prædicta pax triplex hominis:scilicet ad deum:ad seipsum: & ad proximum. Pacem ad deum perdidimus, dum per peccatum longe a deo,& a regno cœlesti fuimus separati:ut Esaias loquitur, ac gehennali discordiæ & turbulentissimæ confusioni obnoxij tenebamur. Quam pacem dominus sua morte,& sanguinis effusione restauravit. ad Col. i. Complacuit pat. cum reconciliari omnia in ipso pacificando per sanguinem crucis eius siue quæ in terris:siue quæ in cœlis sunt. Qua Christi mors,& passio in isto sacrificio repræsentatur,& quantum ad fructum eius,& effectum renouatur. Pacem ad seipsum unusquisq; amittendum repulsa gratia, & spiritu pacis per peccatum conscientiæ suæ simul perturbatur. Quam gratiam,& per gratiam pacem internam eucharistia, quæ in missa conficitur, digne sumpta restituit: quia ibi gratiarum autor fons,& originis plenitudo manducatur,inde & nomen obtinuit, eucharistia.i. bona gratia. Pacem ad proximum non habet quisquis proximi bonis per inuidiam torqueturiaut iniuria lætatur:nec illatam sibi iniuriam remittit:nec eius,quam ipse irrogauit ueniam petit. Hæc pax fidelibus restituitur:dum fideles unius panis,& calicis participatione sibi in domino uniuntur. Vel si magis placet,pax illa huius sacramenti communioni prærequiritur:secundum illud Math. 5. Si offers munus tuum ad altare:& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid aduersum te,relinque ibi munus tuum ante altare,& uade prius reconciliari fratri tuo,& tunc ueniens offeres munus tuum. Verum & si pax hæc,uel illa præexigitur:ramen per sacramenti communionem firmius stabilitur. Vnde de consec. dist. 2. Hoc est sacramentũ. dic. Hoc est sacramentum pietatis,& est signum unitatis,uinculum charitatis. Qui nult uiuere,accedat, & credat:& incorporet hunc cibum, & potum. ¶ Hanc itaq; pacem cum sacerdos populo optauerat,dicens. Pax domini sit semper uobiscum. Interposito agnus dei, quo similiter hãc pacẽ reparari a dño deprecatur, orans: miserere nobis peccata remittendo:ut reparetur pax interna. Iterum miserere nobis amissam charitatem restituendo,ut renouetur pax æterna. Concludit, Dona nobis pacem:summam,& principalem,quæ est æterna. Et hæc quasi expressius orãdo subdit orationem. Domine Iesu Christe,qui dixisti &c. In qua commorans pacis auctorem Christum discipulis pacem dedisse, hanc; ecclesiæ suæ uelut speciale signum suæ familiæ,& characterem reliquisset suppliciter pro hac triplici pace,deprecatur expressius,uerbo scilicet & signo. Verbo pro pace pectoris,cum dicit. Ne respicias peccata mea. Pro pace beatitudinis,quæ est pax perfecta cum deo,cum subdit. Eamq; secundum uoluntatem tuam pacificare. Pacis enim nomen seorsum positum pro principaliore pace (quæ est cum deo in beatitudine) congrue accipitur. Pro pace temporis dum addit. Regere,& coadunare digneris. Hæc enim pax temporis, qua temus bona est: ex diuino regimine & unione corporum in Christo rectore resultat. Signo dum osculum, pacis signum ter imprimit. Primo altari, quod Christum significat:deinde libro,quod conscientiam prænotat,secundum illud Danielis. 7. Libri aperti sunt. Libri conscientiarum, secundum glo. ibidem. 7. Diacono ut similiter offerat populo,quo signo se,& populum

Coriath.ult. Q

Triplex pax hois ad deũ, adhoiem,ad seipsum.

Col. 1.

Math. 5.

R

Deuiel. 7.

lum hãc pacem petere,& desiderare manifestat:hoc ipsum populus per oscu
lum approbat, & protestatur. Osculando enim exteriori signo manifestat
se hanc triplicem pacem,& desiderare,& tam in propositio habere, & ut ro
boretur hoc pacis sacramento toto corde concupiscere. Nam unico osculo
quo proximum,uel tabulam crucifixi imaginem continentem de altari sum
ptam osculatur (osculatur imaginẽ dei) uel nuã,uel in imagine pictã, pacẽ
cum deo reformat:& uelut renouata antiqua pactione in eum se consentire
ostendit. Conscientiæ quoq; suę pacem per propositi sancti renouationem
seruare se significat. Neq; enim labia osculari possunt imaginem nisi sese
primò osculentur. Cum proximo quoq; quem osculatur, uel qui eandem
imaginem osculatur, concordiam per rancoris depositionem, passæ iniuriæ
remissionem,illatę offensę reconciliationem professione publica manifestat.
Et quoniam sacramentum illud nos sanctificando unit Christo nobis, & ec
clesiæ: propter quod communio dicitur. Ideo pro quadam præparatione
cordis ad dignam eius cam sacramentalem, quam spiritualem participatio
nem,osculum communioni præmittitur:quo prius nos deo nobis, & proxi
mo pacificari affectamus,secundum prædictum Christi præceptum, Si of
fers munus tuum ad alta. &c. ¶ Nec dubium,quin ad huius pacis consecutio §
nem,quam hic communio perfecte tribuit,deuota osculatio,multum confe
rat:& gratiam obtineat:sicut uniuersa alia,quæ secundum ecclesiæ ritum,ec
clesiæ filij deuotione debita exequuntur. Et licet olim, & hodie in plerisq;
locis fideles sibi mutuo pacis osculum sibi a sacerdote per ministrum porre
ctum imprimant: ne tamen sub specie boni, aliquid carnalitatis diabolico
afflatu subintret:honestiore cautela tabula Christi imaginem,aut sanctorum
reliquias continens, offertur singulis osculanda. Vnde manifestum est:q
quicunq; hoc sanctum osculum spernit, se demonstrat esse separatum, alie
numq; tam ab ecclesia, quam a Christo. ¶ Hoc tamen diligentius cauen
dum,ne dum pacis signum ore proferimus, a pace mentis longe sit animus:
& dum foris pacem simulamus,intus proditionis osculo dominum cum iuda
tradamus. De quo bea. Chrys. super Matheum. Osculum pacis porrigere
tempore,quo sacramenta celebrantur: in usu ecclesiæ est:sed uereor,ne plu
res ex uobis labijs tantũ pacem faciant cum tamen Christus nõ ore,sed cor
de uelit proximum salutari. De hoc pacis osculo mentio fit per Innocen
tium papam de consecratione dist. 2. Pacem. ubi glosa reddit causam, cur
in defunctorum officio,pacis osculum non datur,quæ supra tacta est. Simi
liter quare monachis non datur,quia illi mundo mortui sunt,deo uiuunt,ut
dicitur. 16. qu. 1. Placuit communi. ¶ De hoc pacis osculo magister in ra
tionali ait. Osculatur se populus recepto osculo a ministro sacerdotis,ut se
coniunctos esse profiteantur in unitate fidei per Christum in ara crucis im
molatum,cuius immolationis memoria per sumptionem sacramẽti, ad quã
sacerdos accedit,celebratur. Autur gratuletur se gratiam per corporis Chri
sti immolationem, cuius memoria peraguntur, maxime per manducationem
hostiæ recepisse. ¶ Est & alia ratio huius osculationis. Pro quo aduertẽ
dum: q in primitiua ecclesia,cum adhuc magna erat fidelium deuotio, pro
pter uicinitatem passionis Christi,statuit Anacletus papa, ut singuli peracta
consecratione corpus Christi manducarent, ut de consecra. dist. 1. Eps &
dist. 2. Peracta. Postquam uerò tepescente deuotione, indictum fuit,ut sal
tem singulis diebus dominicis communicarent. Ad quod Aug. hortatur, ut Augus
in c. quotidie. de consecra. dist. 2. Processu uero temporis magis frigescen
te charitate,sancitum est,ut saltem ter in anno,in pascha, in penthecoste, &
natali domini communicarent,per papam Fabianum ut in ca. Et si non fre-

quentius.

Pax quare non datur monachis.

quentius ea. dist. Extincto autem penè in fidelibus charitatis feruore: in his nouissimis temporibus præceptum est in concilio lateranensi, q̃ ad minus semel in anno, quilibet fidelis discretionis annos habens, scilicet in pascha communicet, ut in ca. Omnis de pœni. & remiss. Porrexit igitur in primitiua ecclesia sacerdos osculum pacis ministro cæteris impertiendum, ut per hoc significaret, q̃ tunc communicaturi omnem rancorem, & cordis amaritudinem contra quoscunq; deberent extinguere, & se mutuo vinculo pacis unire, qui mutuo proponebant Christum pacis donatorem manducare. Hodie uerò id in capella papę, & quibusdam ecclesijs osculum continuari cernitur: ut qui tunc sacramentum non participant sacramentaliter: saltem in una fide sacramenti se communicare ostendant spiritualiter. Tepiditati ergo nostræ hoc inuentum est remedium: ut ait Innocentius, ut omni die osculum daretur pacis pro mysterio unitatis. Quod cum sacerdos ministro porrigit populis offerendum, dicit. ¶ Pax tecum, quam osculo pacis signo repræsento. sit qui a me osculum quasi pacis signum accipiat. Ad quam uocem respondet minister. Et cum spiritu tuo: sit pax Christi uera. ¶ Sequentem orationem quidam non legunt: quidam uero eam legunt: ideo eam exponere placuit. Dicit itaq; rursus sacerdos. ¶ Habete uinculum pacis: & charitatis. Quia pax oritur ex uinculo charitatis: & accipitur ab illo, ad Ephe. 4. Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Expositio pax tecum.

¶ Vt apti sitis. Per pacem, & charitatem.

¶ Sacrosanctis mysterijs Christi. Quia nemo his dignus esse potest: nisi per charitatem. unde Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriemini charissimi. ¶ Rursus dicit secundum morem aliquorum. ¶ Pax Christi. Qui hic sumitur, & est autor pacis ad Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui facit utraque unum medium inimicitiæ parietem soluens in carne sua, ut duos condat in semetipsos populos, iudeorum scilicet & gentilium, ambos reconcilians, & faciens pacem. ¶ Et ecclesiæ. Sicut eius, cui data est pax per Christum: qui ueniens euangelizauit pacem his, qui longe, & his, qui prope. Longe fuerũt gentiles idolatræ. Prope iudæi unius dei cultores. ¶ Abundet in cordibus uestris. Quia pax illa non temporis est tantum: sed cordis. In quo abundant, dum usq; ad inimicos se extendit: de facili quidem usq; ad amicum geritur. Sed ut ad inimicum profluat, necesse est ut in corde abundet. psal. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Vel abundet, ut usq; in finem in cordibus uestris perseueret: ut tunc ueniat super uos pax super pacẽ, pax. s. æternitatis super pacem cordis. Vel abundet in cordibus uestris: ut uitæ influxum a spiritu sancto recipere sint idonea. Sicut enim spiritus humanus non uiuificat membra: nisi fuerint unita, ita nec spiritus sanctus uiuificat ecclesiæ membra: nisi in pace fuerint copulata: secundum beatum Aug. in de ciuita. dei: quem copulę nexum, necesse est, ut spiritus sanctus, qui nexus est patris, & filij, retribuat. Ideo sequitur. ¶ Per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vnde apostolus ad Roma. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. unde per columbam significatur, cuius est osculum columbinum: quę cum signo pacis ramo uiuentis oliuæ reuersa est ad archam: hoc est ad ecclesiam.

DE SVMPTIONE SACRAMENTI.

LECTIO LXXXII.

Expositio orois dñe Ie su Xpe, fili dei uiui.

OMINE Iesu Christe fili dei uiui: qui ex uoluntate patris, cooperante spiritusancto, per mortem tuam mundum uiuificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinem tuū ab omnibus iniquitatibus meis, & uniuersis malis: & fac me tuis semper obedire mandatis, & a te nunquam separari permittas. Qui cum deo patre in unitate eiusdem spiritussancti uiuis, & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Hęc est tertia pars principalis participationis communionis, in qua post aptatione sacramenti ad suam participationem per sui diuisionē: postquā cōcātium unionē per pacis triplicis impetrationē: procedit sacerdos ad principalissimæ in sacro missæ officio intētū: tremēdi uidelicet sacrificij sumptionē. Et quia ipsa sumptio uita bonis est: mors malis: ut tactū est sup. lect. 7. & 8. sacerdos in periculo grādi indignæ sūptionis se cōstitutū aduertens non immerito cōtremiscit, ne quod optimū est: & ad pariendum uitæ fructum institutum, ex propria sui indispositionem fiat sibi cibus ad mortem. Contremuit sanctissimus præcursor domini prius sanctus, quam natus, tangere sanctum dei uerticem. Cur non contremisceret miser peccator sumpturus eundem suum, & uniuersitatis iudicem, memoria tenens apostolicę comminationis tonitruum: Quicunq; manducauerit panem: & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Qui enim manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus domini. Et iuxta eiusdem apostoli consilium. Probans semetipsum: & non inueniens ex se: unde tanto mysterio dignus habeatur, ad ipsum deum pietatis, & misericordię fontem, se conuertit, & prēter præmissas orationes generales, precibus magis proprie ad rem pertinentibus, sui dignificationē a domino nititur impetrare, quatenus sibi, & ceteris, pro quibus sacrificat: proficiat sancta communio ad uitam, quę ad salutē omniū noscitur instituta. Premittit igit aliquas orationes cōmunioni interserit, aliquas communioni subiungit. Et secundum hoc pars illa subdiuidit̄ in tres partes. Secunda, ibi. Corpus domini nostri Iesu Christi. Tertia, ibi. Sanguis domini nostri. Prima pars diuiditur in quattuor particulas secundum quattuor orationes communioni præmissas. In prima pro sui iustificatione, ut digne possit sumere, deuotius sumendum implorat. In secunda, ut fructuosa fiat commupio exorat, ibi. Perceptio corporis, & sanguinis. In tertia, suam indignitatem recognoscens simul, & diuinam omnipotentiam profunde se humiliat, ibi. Domine non sum dignus. In quarta sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij ad sumendum angustissimum mysterium (ut Dionysius loquitur) se erigit, ipsumq; sumendo participat. ¶ Prima oratio diuiditur in partes quattuor. Primo satagit sacerdos captare beni uolentiam Christi per mortis, & passionis suæ rememorationem. In secunda petit a peccatis, & uniuersis malis liberationem, ibi. Libera me. In tertia petit suę uoluntatis plenam diuinis mandatis subiectionem, ibi. Et fac me. In quarta petit sui cum Christo perpetuam coniunctionem, ibi.

A

1. Cor. 11.

Et

Et a te nunquam. Quibus addit solitam orationis conclusionem, ibi. Qui
B cum eodem. ¶ Circa primum oculos cum intentione ad sacramentum dirigēs, ad Christum in speciebus uisibilibus uere, & realiter præsentem dicit. Domine, dominator totius uniuersitatis Iesu, saluator humani generis. Christe, uncte a patre plenitudine spiritus præ consortibus tuis. Fili dei uiui, patris naturalis, & consubstantialis, diuinam tibi naturam æterna generatione communicantis. Qui ex uoluntate patris, liberali, & misericordissima, te ad nostram redemptionem ueniente temporis plenitudine mittentis. Cooperante spiritusancto, cuius sicut cum patre, tecumq; una est essentialita & uoluntas, atq; operatio indiuisa. Quapropter & tui sacratissimi corporis fabricatio in utero uirginali specialiter sibi appropriatur, dicente angelico paranympho ad uirginem. Luca. 1. Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et iterum ad sanctum Ioseph sponsum eius. Quod in ea natum est, de spiritusancto est. Per mortem, quam patiendo factus es obediens patri usq; ad mortem: mortem autem crucis probrosam, & amarā. Phil. 2. Tuam, in tua potestate positam. Solus quippe potestatem habes ponendi animam tuam, & resumendi eam, te dicente. Nemo tollet a me animā meam: sed ego pono eam a meipso, & iterum sumam eam. Tu enim solus uitæ, & mortis habes dominium. Nam omnia dedit in manu tua pater. Dedit q; potestatem omnis carnis: tibi. ut des eis uitam æternam. Nam & nos serui tui, tuo dono animas nostras possumus pro fratribus ponere. Nequaquam tamen nostrę est facultatis eam iterum sumere. Mundum uiuificasti, spiritualiter. Nam tu panis uerus es (Ioh. 6.) qui descendisti: ut dares uitam mūdo. Totus enim mundus extra dei amicitiam positus propter peccatum primi nostri parentis uitam perdidit. Ianua uitæ, cœlorum regno obsecrato, ac decreti mortis chirographo obsignato: ita ut filio Adæ nullus pateret ingressus. Sed per mortem suam chirographum illud decreti, quod erat aduersum nos, deleuit. Illudq; de medio tulit affigens illud cruci: conuiuificauit nos sibi: donans nobis omnia delicta. Mortem namq; suam tota trinitas in satisfactionem pro omnibus nostris delictis acceptauit, quam sic ex uoluntate patris cooperāte spiritusancto, sustinuit. Sustinuit inquam, uolūtate patris, & spiritussancti, atq; sua, quia tota trinitas eum in mortem tradidit, eāq; pro uiuificatione totius mundi acceptauit. Pater enim eum in carnem misit filius se obtulit, spiritussanctus, qui amor est, oblationem concremando acceptissimam reddidit. Hinc apostolus. Christus per spiritumsanctum seipsum obtulit deo patri hostiam immaculatam. Dicitur autem pater ipsum misisse propter auctoritatem principij: a quo cætere personæ originantur. Filius dicitur se obtulisse secundum assumptam humanitatem: quæ sibi soli in unitatem personæ est copulata. Spiritussanctus dicitur mortem illam acceptasse, propter benignitatem, quæ sibi sicut cætera ad uoluntatem pertinentia appropriantur: quamuis & hoc commune sit trinitatis sicut & ipsa uoluntas, quę est principium omnium operationum contingenter a deo procedētium.
C ¶ Sequitur. Libera me. Captata beniuolentia, sequitur petitio, qua primo petit liberationem a malo, dicens. Libera me, hoc sacrificium offerentem, & omnes alios fideles, pro quibus offertur, ut omnes liberari efficiamur. Si. n. tū fili, nos liberauerimus uere liberi erimus. Per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinem tuum. Sacrosanctum, prę omnibus sanctum, quia per summum artificem spiritumsanctum sacratissime in uirgine fabricatum, ac sacratissime uerbo dei copulatum: & tandem sacratissime in hoc sacramento nobis donatum, & nunc a me indigno (tua sola pietate, & misericordia ad sacerdotij gradum assumpto) sumendum. Ab omnibus iniquitatibus meis, hoc

est

Mat. 1.
Ioh. 10.
Ioh. 3.
Ioh. 19.
1. Ioh. 3.
Col. 2.
Hebr. 9.
Ioh. 8.

est peccatis: quæ animam ad summe trinitatis imaginem factam, maculant & deturpant. Et uniuersis malis, corporis, & animæ præsentibus, & futuris. Deinde petens conferri bona, subdit. Et fac me, meosq; pro quibus offero: nis semper obedire mandatis. In quo consistit tota uitæ perfectio, & patriæ beatitudo. Hinc ait. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. In uoluntatum quoq; unione beatorum cum deo tota consistit fruitio, quę est essentialis beatitudo. Dicit autem semper obedire: hoc est, nullo tempore transgredi. Sũt enim mandata, quæ semper obligant, & pro semper, ut negatiua. Sunt mandata, quæ semper quidem: ô autem pro semper obligant ad faciendũ quod præcipitur: pro semper autem obligant ad non transgrediẽdum, qualia sunt præcepta affirmatiua. Iterum semper obedire. i. uniuersaliter omnibus mandatis: ne in uno offendens omnium reus efficiar: ut docet Iacobus. Demum orando petit in bono perseuerantiam: quia qui perseuerauerit usq; in finem: hic salus erit. Vnde addit. Et a te nunquã separari permittas, neq; in hoc seculo per peccatum, quod separat a te deo, neq; in futuro per horrendam reproborum sententiam. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Concludens adiungit: Qui per diuinam essentiam tuam. Cum eodem deo patre, a quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. In unitate, subsũtiali. Eiusdem spiritus sancti, charitatis nexus. Viuis, uitam habens in teipso. Et regnas, in terris, & in cœlo, deus, uerus naturalis unus, & indiuisus. Per omnia secula, seculorum, sine fine. Amen, uere, & indefectibiliter. ¶ Circa primam patrem huius orationis, incidit dubium. Vtrum Christus ex uoluntate patris mundum uiuificans per mortem suam sua potestate animam suã posuit, an sua permissione mortem uulnerum uiolentia a iudæis inflictorum illatam sustinuit. ¶ Ad hoc probabiliter dici potest: ꝙ Christus in cruce sua potestate animam posuit, præueniendo mortem, quam durissimi uulnerum cruciatus intulissent: ut sic euidentissime constaret, non nisi propria uoluntate nos sua morte redemisse. Potest autem illud signis ostendi, & scriptis. Signis. Nam ob hoc Pilatus: dum peteretur dare corpus sepeliendum; mirabatur, si iam mortuus esset, quasi illatę pœnę licet lætales fuerant, non tamen uitam in tam breui tempore extorsissent. Sicut nec in latronibus cum domino crucifixis, quorum crura: quia domino mortuo, uixerant, fracta sunt ut eorum mors accelleraretur. Aliud signum: quia cum clamore ualido expirauit, quod non est hominis morte naturali ut illata morientis, sed eius tantum, qui propria potestate, & uoluntate animam suam ponit. Hinc centurio uidens, quia sic clamans expirasset ait. Vere hic homo filius dei erat. ubi glo. Ostendit ira: quare centurio miratur, quia uidit eum sic expirasse. i. spiritum emisisse, nullus enim habet potestatem emittendi spiritum, nisi conditor animarum. Et alia glo. Hic. Infirmata etenim carne, mox uirtus diuina inualuit: quæ dicit. Aperite mihi portas iustitię. Nos autem cum nulla, aut ima uoce morimur, qui de terra sumus. Ille enim cum exaltata uoce expirauit: qui de cœlo descendit. Ex quibus satis patet: ꝙ non uiolentia coactus: sed potestate functus mortem aduocauit. Patet idem auctoritate scripturæ supra allegata. Nemo tollet animam meam a me: sed ego ponam eam a me ipso. Ad idem multæ scripturæ concordant, ut illud. Oblatus est: quia uoluit, sed quacunq; uoluit, fecit. Item Tradidit semetipsum pro nobis. Et similia multa. Oblatio autem, & traditio facta est in effectu: dum animam suam obtulit patri sacrificium uespertinum. Hinc propheta. Voluntarie sacrificabo tibi. Præterea uolens suspendit redundantiam beatitudinis portionis superioris, ne redundaret in corpus, quam nisi suspendisset, corpus: quia gloriosum fuisset: nec mori, nec lædi potuisset. Christus enim ab instanti suæ

Vtrũ Xps ex potestate sua in cruce mortẽ aduocauit.

D

Mat. 19.

Iaco. 2.

Mat. 24.

Mat. 25.

Ioh. 19.

Mat. 27. Marc. 15.

Ioh. 10.

con-

conceptionis secundum animæ portionem superiorem, perfecte beatus fuit clare uidendo diuinam essentiam, eaq; perfecte fruendo. Vnde nisi per miraculum suspensa fuisset beatitudo in parte superiori mentis: redundasset in uires inferiores usq; in corpus ipsum doribus gloriæ perficiendo: claritate, impassibilitate, agilitate, & subtilitate. Et ita penitus pati non potuisset: siue dotes illas deus immediate in corpore beati efficeret: siue ex ipsa beatitudine naturaliter redundarent. Saltem secundum legem statutam, non potest anima in corpore esse beata: & corpus non esse gloriosum. Miraculum ergo suspensionis gloriæ corporis in potestate fuit Christi: quod exhibendo corpus suum reddidit passibile, & mortale. Ipse ergo mortem aduocauit: qui miraculose gloriam mortem penitus excludentem, suspendit. Sed tunc est dubium. Quomodo iudæi eum occiderunt. Respondetur: q iudæi primo uoluntate eum crucifixerunt, etiam uerbis, & factis nihil omittentes per se, & milites, quantum in eis fuit: ut Christus moreretur. Secundo uulnera, & pœnas intulerunt, & sanguinem fuderunt: quibus stante miraculo suspensionis gloriæ, tandem mortuus in cruce fuisset. Præuentio autem, qua dominus præuenit mortem, ut uoluntarie seipsum pro nobis offerret; non excusat iudæos ab homicidio, quod fecerunt malicioſe, unde dominus: si non præuenisset, moreretur. Sequitur. ¶ Perceptio corporis tui domine Iesu Christe: quod indignus sumere propono, non mihi proueniat in iudicium, & condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis, & corporis & ad medelam percipiendam. Qui uiuis, & regnas deus: per omnia secula seculorum Amen. ¶ Postquam in priori oratione sacerdos orauit pro sua iustificatione, ut digne possit tanto mysterio participare in illa oratione petit pro salute consequenda ex sacramenti perceptione: unde dicit. Perceptio corporis tui domine Iesu Christe, quod indignus, propter plurima commissa peccata: propter que deuotionis, de feruoris neglecta exercitia. Sumere propono aliter præsumo. Non utiq; confidens in mea iustitia: sed de tua benignitate, ac misericordia multa, qua linum fumigans non extinguis, nec quassatum calamum confringis. Non mihi proueniat in iudicium, & condemnationem, quas apostolus comminatur omnibus indigne accedentibus corpus domini non dijudicantibus, discretionis iudicio hunc cibum ab alijs materialibus, & corporalibus cibis non discernentibus, per diligentem, & præuiam suijpsius probationem ne mortui cibum sumant uitæ. De qua dispositione tam de necessario, quam de congruo prærequisita, superius dictum est lectionibus. 6. 7. 8. & 9. ideo hic rescinditur. Sed pro tua pietate ineffabili, qua me sola tua bonitate nullis meis meritis adhunc gradum uocasti: & hactenus sustinuisti: & misericorditer ad pœnitentiam expectasti. Prosit mihi ad mihi ad tutamentum mentis, & corporis. Hæc sumptio tui corporis, & sanguinis, ut scilicet præseruet in futurum: ne mente peccato consentiam. Aut pernitiem corporis, & sensuum mortem animæ intromittam, qua a te separatus utriusq; mortem, animæ, & corporis tuæ offensionis demerito, mortem peccatorum incidam pessimam, & æternam. Sit mihi ad tutamentum mentis, ne tuam præsentiam gratiosam quam sumere festino, unquam peccatorum sordibus repellam, & corporis membra tibi consecrata armata peccati efficiam. Sed mentem dulcedinem tuam degustans: in te semper delecter: & corpore tibi famulans, nulla lassitudine fatiger. Et ad medelam corporis, & animæ percipiendam, quod præstare uelis o Iesu Christe. Qui uiuis, & regnas &c. Sequitur oratio tertia sumptioni præmittenda. ¶ Domine non sum dignus: ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur anima mea. ¶ In præcedenti oratione petiuit sacerdos, ut manducatio dignissimi

Alij habent præsumo.

Expositio orationis & captio corporis tue.

gnissimi sacramenti sibi non proueniat ad iudicium, & condemnationem, sed magis ad mentis corporisq; salutem. Hic sciens summam sumendi dignitatem eius, scilicet qui in altis habitat, & tamen non alta, sed humilia respicit, ad quem non nisi humilitate peruenitur ipso dicente per propheram. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremente sermones meos. Nimirum superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Sequens quoq; consilium principis apostolorũ. Humiliamini (inquit) sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Vt ad tam dignam sumptionem exaltari mereatur, seipsum humiliat, & omnipotenti manui: ut saluet se subijciens, orat. Domine non sum dignus &c. Verbum hoc sumptum est ex euangelistis Matthæo, & Luca referentibus factum centurionis hominis gentilis, qui cum magnus esset seculari potentia, utputa Romanorum officialis ad custodiam galileę in capharnaum delegatus: qui uolens puero suo corporis sanitatem impetrare a domino, cuius miracula audierat, ac per hoc potentiam crediderat, se humiliauit, & indignum domini corporali præsentia iudicauit. Vnde nuncijs suis pro eo dominum interpellantibus, ut seruum suum sanare dignaretur, cum dominus respondisset. Ego ueniam, & curabo eum. Statim ipso iter arripienti, & domui suæ appropinquanti per amicos suos remandauit, ut Luc. c. 7. scribit. Domine noli uexari. Non enim sum dignus ut subtectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut uenirem ad te, sed dic uerbum, & sanabitur puer meus. Nam & ego sum homo sub potestate &c. Hinc sumptum est uerbum illud: ut sacerdos Christum inuitaturus, & sumpturus ad sanandum animam suam, suam indignitatem recognoscens: dicat magna fide pariter, & humilitate. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Non sum dignus, ut sumante in interiora mea, multis peccatorum sordibus abominabilium. Dicat uoce, & humilia de se sentiat corde. Est enim, qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Tales non exaltat dominus: quia humilem spiritu saluum faciet, & oculos superborum humiliabit. Ideo ut digne sumere dominum mereatur in hoc sacramentali conuiuio, recumbat mente in nouissimo loco, se omnibus inferiorem recognoscens, & tanto conuiuio indignum, ut tandem audire mereatur. Amice, ascende superius, & tunc obtinebit gloriam coram simul discumbentibus. ¶ Nec difficile erit in ueritate se indignum recognoscere tanti ministerij (alias mysterij) participationis, si maiores se, diligenter consideret seipsos ualde humiliantes. Consideret inquam Iohannem Baptistam, cuius supra habita est memoria, quòd ab angelo prænunciatus in utero sanctificatus est, a puericia extra tumultum hominum in heremo conuersatus: a Christo super cunctos mulierum natos commendatus, nihilominus timuit baptizare dominum, dicens. Ego a te debeo baptizari. Vnde de ipso ait ecclesia. Baptista contremuit, & non audet tangere sanctum dei uerticem, sed clamat cum tremore, dicens. Sanctifica me saluator. Attendat Mariam Magdalenam, quæ tanto feruore Christum diligebat, ut non erubesceret inter epulas conuiuantium lachrymosam se ingerere pedes domini lachrymis irrigare, ac capillis tergere, propter quod a domino audire meruit. Dimissa sunt tibi peccata multa, quoniam dilexit multum. & iterum Remittuntur tibi peccata. Nec tamen post Christi resurrectionem pedes ipsius tangere permissa est. Quid igitur magnum, si sacerdos, qui testimonium de diligendo deum non habuit, qui non sibi remissa peccata a deo audiuit, qui ad fundendum lachrymas est aridus, in diligendo tepidus, in obsequio tardus, non modo tu-

Esa. 66.

Iacob. 4. 1. Pet. 5.

Eccle. 19.

Quo in ueritate se quis indignũ cognoscat.

G

ctatus pedes domini, sed totum eius corpus complectatur, dicat cum uilitatis, suæ recognitione. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ecce Petrus, cui dominus totius gregis sui curam committere dignatus est: ad piscium capturam stupuit, & indignum se domini præsentia exclamauit, dicens. Exi a me domine, quia homo peccator sum. Beatus quoq; Marcus euangelista, qui præ cæteris Christi resurrectionem, & regnum spiritus sancti inspirantem descripsit, tamen indignum tanto mysterio (alias ministerio) sentiens, pollicem abscidit: ut reprobus sacerdotio haberetur, timens tractare corpus domini in altaris sacramento. Merito igitur sacerdos Iohanne Baptista imperior, Magdalena amando tepidior, Petro apostolo dignitate inferior, euangelista Marco indoctior dominicum corpus sumpturus, dicat corde, & ore, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Nō (inquā) sum dignus ex mea iustitia, ex mea præparatione, ex mea operatione, sciens a te dictum. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, quia inutiles serui sumus. Quod facere debuimus, fecimus. Et qui nec feci, quæ facere debui, sed in multis cui sanctissima præcepta transgrediens uiolauiquomodo dignus esse potero: ut tu domine creator totius mundialis Machinæ, intres sub tectum meum: domum conscientiæ meæ peccatis obscurantibus tenebrosum, uirtutum carentia ruinosum, ubi tuæ mansionis non est locus. Nō enim delectaris habitare in tabernaculis peccatorum, sed in tuis dilectoribus, patris beneplacita semper operantibus, uerbisq; tuis obedientibus: talibus enim tui patrisq; aduentum polliceri dignatus es: & apud eos facere mansionem. Item. Qui te pulsantem audiunt: tibi cordis sui portas aperiunt, ad hos intrare, ac cum eis cenare promisisti. Sed quia heu talis non sum, uere indignus sum ut intres sub tectum meum. Sed quia peccatores non spernis cum his enim cum in terra ambulares, ut sanares, manducasti. Nec ad te confugientes repellis, sed & parulos finere ad te accedere præcepisti. Me peccatorem, me parulum, quia indignum, ne a facie tua projicias, sed tātum dic uerbo, qui uerbum es patris coæternum. Dic uerbo uirtutis tuæ: quo dixisti paralytico. Surge, & ambula, & continuò surrexit sanus, & ambulauit. Ita dic uerbo, & sanabitur anima mea, a morbis spiritualibus uitiorum. Tuum namq; dicere, facere est, dicente scriptura. Dixit, & facta sunt omnia. Sana me domine, (orauit propheta) & sanabor. Sed dic uerbo, & sanabitur anima mea per te cibum salutiferum, quia cibus es spiritus, non carnis: cibus mentis, non uenteris. ¶ Sed forte dicis. Nunquid super se exaggerat iudicium: qui profitens se indignum, nihilominus accedit ad corpus domini sumendum, cū apostolus terribiliter clamet. Qui manducat panem hunc, & calicem bibit indigne, iudicium sibi manducat? Aut ergo falso profitetur se indignum, & ita professione falsificatis uere indignus redditur. Aut uere dicit, & credit se indignum, & sic indigne manducat, perplexos ergo est manducando, euadere non potens iudicium domini. Sed absit: ut cibus, qui dat uitam æternam mundo, in omnem euentum mortem afferat accessuro. Ad huius igitur replicæ solutionem, rememoranda sunt supra lect. 7. & 8. exarata. Refert. n. nec idem est, esse indignum hac refectione, & indigne eam sumere. Similiter refert esse indignum in oculis suis, & esse indignum in oculis dei nos diligentis. De primo simpliciter indignus est: qui gratie dei caret. Nō qui gratia caret, inimicus dei est, mortuus est, sed inimicus nō est dignus pane filiorum, ipso dicente. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Neq; mortuus deo dignus est pane uitæ, neq; cibus est mortuorum, sed uiuentium. Potest autem non habens gratiam, & per hoc indignus, sumere nō indigne, si post discussionē, ac sui ipsius probationē, quā præcedere hāc sumptionem

Beatus Marcus Pollice abscidit se tanto ministerio indignū putans.

Luc. 17.

Apoc. 3.

Mat. 19.

Hierem. 17.

H

Matth. 15.

nem debere apostolus docet, manere aliquod peccatum mortale nondū dimissum, nec tamen a sumente cognitum. Cum ergo nemo delictorum suorū perfectam habet cognitionē, nec memoriam, dicente propheta. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Hinc quilibet se indignum æstimare habet, tanquam nescius se dignum, & tamen de misericordia dei præsumens potest non indigne accedere, sic q; accedendo nouum mortale non committat. Et per hoc utiliter, & non ficte orare. Domine non sum dignus &c. De secundo. Nemo filiorum captiuitatis adæ ex suis dignus est pane angelorum, de quo Ber. ser. 5. de dedicatione ecclesiæ late differit, di. Nonnunquam de anima mea cogitans, uideor mihi in ea (fateor) uelut deo contraria inuenire. Si ipsam animam prout in se est & ex se est intueor, nihil de ea uerius sentire possum, quam ad nihilum esse redactam, cū sit onerata peccatis, obfuscata tenebris, irretita illecebris, pruriēs concupiscentijs, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum, in uirtum omne proclivis. Postremo totius confusionis, & ignominiæ impleta. Nimirum si ipse quoq; iustitiæ nostræ omnes ad lumen ueritatis inspectæ, uelut pannus menstruatæ inueniuntur. Iustitiæ deinceps quales reputabuntur? Si lumen, quod in nobis est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quæ erunt? Facile est cuiq; nostrum, si sua plenius uniuersa, & sine dissimulatione uestiget, & iudicet sine acceptione personæ, attestari per omnia apostolicæ ueritati, & libere proclamare. Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Gal. 6. Quid est homo, quia magnificas eum, ait fidelis, & denota confessio, aut quid apponis erga eum cor tuum? Quid? sine dubio uanitatis similis factus est homo. Ad nihilum redactus est homo. Nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat deus? Quomodo nihil, erga quē appositum est cor diuinum? Et infra. Tanquam nihil reputatur homo in iudicio ueritatis tuæ, sed non sic in affectu pietatis tuæ. Nimirum uocas ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt, & non sunt ergo quia uocas ea, quæ non sunt, & sunt, quia uocas. Licet enim non sint quantum apud se, apud te sunt utiq; iuxta apostolum. Non ex operibus, sed ex uocante. Sic nimirum si consolaris in tua pietate, quem in ueritate tua humiliasti, ut magnifice dilatetur in tuis, qui meritō angustiatur in suis. Siquidem uniuersę uiæ domini misericordia, & ueritas, requirentibus testamentum tuum, & testimonia tua. Testamentū utiq; pietatis, & testimonia ueritatis. Et sequitur ad propositum. Lege homo in corde tuo, lege intra teipsum de teipso testimonia ueritatis, etiam hac communi luce indicabis in te indignum. Lege in corde dei testamentū, quod firmatum est in sanguine mediatoris, & inuenies, quam longe aliud ipe possideres, quam te tenere uideris. Hæc Ber. Sic ergo sacerdos considerans se secundum se, in corde suo uerissime indignum se proclamabit. Sed attendens, quid in corde dei, qui se magnificauit, redemit, dilexit, se dignum sperare poterit, non dignitate sua, sed illius dignatione. Verumq; sit prophetæ uerbum. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Denique be. Iob. c. 25. ait. Numquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Quæ exponens be. Greg. 17. moral. §. 25. Nonnulli per donum spiritus adiuti contra infirmitatem suæ carnis eriguntur, uirtutibus emicant, signorumq; miraculis coruscant, nullus tamen est, qui sine culpa uitam transeat, quousq; carnem corruptionis portat. Et sequitur. Nec sancta ecclesia per lunam signata, uirtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc superuenientis gratiæ dona profundant. Nec singulorū bene uiuentiū stellarum nomine designatorum, mentes a peccatorū ma-

Gal. 6.
Iob. 7.
Rom. 4.
Rom. 9.
Psal. 24.
Osee. 13.

culis mundæ sunt, si remota pietate iudicentur: quia apud districti iudicis oculos, sua unumquemq; corruptibilitas inquinat, nisi hanc quotidie gratia parcens tergat. Electorum quippe animus prodire ad libertatem iustitiæ nititur: sed adhuc compede infirmitatis tenetur. Et culpas quidem subigere perfecte desiderat, sed quousq; corruptione carnis astringitur, eiusq; uinculis etiam, cum non uult, ligatur. Hinc itaq; colligat quanto peccatorum pondere præssi sunt, qui contra hæc decertare negligunt, si plene culpam nec illi superant: qui contra hanc utiliter pugnãt. Vnde postquam dictum est. Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, ptorinus additur. Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis?

Grego.

I Hæc Greg. ¶ Considerans itaq; sacerdos se esse creaturam, & uas luteum figuli, eumq; qui in sacramento oculis subiecto (quem & nunc sumpturus est) continetur, esse creatorem, & figulum se se esse finitum, & pene nihilum, illum uerò simpliciter infinitum, & omnibus incomparabiliter puriorem. Etiã si Seraphica puritate arderet, uerissimè dicet, domine non sum dignus, ut intres &c. Rogatq; attentius, quod sequitur, Sed tantum dic uerbo, & sanabitur, spiritus meus. Tantum dic uerbo, hoc est, ipse, qui uerbum es patri æterno coæternum: per quod facta sunt omnia. Vel dic uerbo uirtutis tuæ, quemadmodum dixisti paralytico. Surge, colle grabatum tuum, & ambula. & continuo surrexit, & ambulauit. Sic dic uerbo, & sanabitur spiritus meus a morbis spiritualibus peccatorum. Tuum namq; dicere facere est. Dixit, & facta sunt: ait propheta regius, ut supra. Verum ad mundiciam cordis, qua mens digna fiat habitatio huius sacrificij sanctæ, non sufficit hæc orare, sed & necesse est se purgare, & posserenus ad eam regis susceptionem, mentis domicilium adornare, secundum illud Ecclesiæ. Adorna thalamum tuum sion, speculatrix anima, & suscipe regem Christum. Quod quomodo fieri habeat prope principium huius operis lectionibus. 7. & 8. 9. & alibi diffusius declaratur. Præter quas adhuc addi possunt manuductiones figurales, ad bonam dispositionem communicaturum informantes, quæ latius supra lectio. ¶ 5. tacta sunt, ibi requirantur. Possumus ponere exemplariter unam: & ad huius similitudinem cætera mysticentur. Inter cæteras figuras satis expressa fuerat eius agni paschalis de quo scribitur Exo. 12. cum suo ritu. Vnde ait dominus Moysi, & Aaron, ut præciperent populo de esu paschalis agni: unde & ait Moyses. Sument de sanguine agni & ponẽt super utrũq; postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illũ. Et edent carnes nocte illas assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum, quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cũ pedibus eius, & intestinis uorabitis, nec remanebit quicquam ex eo usq; mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Vbi & additur. Sic autem comedetis illum. Renes uestros accingetis. Calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Et infra Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circumcidetur & sic comedet. Aduena, & mercenarius non edent ex eo. In una domo comedetis: nec efferetis de carnibus eius foras. Nec os illius confringetis. ¶ Hæc exponendo prosequitur be. Grego. in Homel. sabbati in hebdo. paschali di. Hæc omnia magnam nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Agnus ille paschalis Christus est secundũ illud apostoli. Pascha nostrum Christus est: itaq; epulemur non in fermẽto ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & ueritatis. Ab huius agni esu arcetur alienigena, i. a fide extraneus, uel in fide hæsitans. Admittitur seruus emptus præcioso huius agni sangui-

Iob. 5.

Exo. 12.

Grego. 1. Cor. 5.

K

ne:

Sacerdos scā dalosos inue ctiua.

ne: dum tamen fuerit circumcisus, hoc est, a carne peccati emundatus per ueram contritionem, & confessionem peccatorum. Præcluditur rursus aduena, & mercenarius. Aduena.i. nouiter ad fidem conuersus, nondum potens capere altissima huius sacramenti, & nec potens discernere corpus domini. Vel aduena nouiter peccare desinens, qui nec digni sunt cibum istum suauissimum degustare. Quod maxime attendere habēt sacerdotes illi, quorum uita scandalosa est populo. Vespere ebrij, uitio carnis, aut alterius peccati macula irretiti, mane superficiali confessione præmissa, currunt ad altare: agnum dei immaculatum deonoraturi, deum inhonorantes, populū celebrando scandalizantes, & seipsos misere in laqueos perditionis præcipitantes, non attendentes, q̄ secundum doctrinam diuini Dionisij de ecclesiastica hierar. ca. 3. eos, qui in pœnitentia sunt.i. nondum congruam commissis peccatis satisfactionem impleuerunt: ab hoc ministerio arcendi sunt, qui licet a contraria uita discesserint: nondum tamen imaginum ipsius habitu altius impresso caruere: & necdum amore diuino atq; purissimo purgati sunt. Non illi de sanguine agni postes liniunt. Nam tunc in utroq; poste agni sanguis ponitur, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur. Ad imitationem, quoq; intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptionis sacramentum accipit: ut imitari passionem illius nedum uelit: in uno poste sanguinem ponit. Qui tamen etiam in superliminaribus domus ponendus est: quæ intentio cogitationis ad imitationem passionis dominicæ est dirigenda. Siquidem domus habitationis nostræ mens est: in qua per cogitationes habitamus. Intentio uerò superliminare est: quæ cum in dominica passione figitur: superliminare agni sanguine tingitur. Carnes autē crudæ comedendæ non sunt per malā fidem de sacramento: nec coctæ aqua per inanem philosophiam secularis, & curiosę sapientiæ. Sed assē tantum igne.i. affectu feruido spiritussancti igne accenso. Caput cum pedibus uoratis, profitendo diuinitatem in Christo altissimam, quæ locum capitis tenet, secundum illud apostoli. Caput Christi deus, & ipsius terrenam humanitatem. Hi pedes calceati: quorum corrigiam Iohannes soluere se clamauit indignum. Os non confringetis ex eo uiolentia perscrutationis, & superuacuę inquisitionis. Totum, quod comedi non potest per intelligentiā: igne spiritussancti comburetis per uenerationem amorosam. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramenta, ad ueram solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis & bona opera adiungantur. Quid enim prodest corpus, & sanguinem illius ore percipere (ait Greg.) & eis peruersis moribus contraire? Vnde subditur. Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes azymos sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione uanæ glorię exercet: qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati adhibet: ne peruerse diripiat: quod quasi recte dispensat. Lactucę uerò agrestes ualde amaræ sunt: cum quibus sumendus ille est agnus. Amara.s. compunctione: qua nos pro peccatis nostris affligimus: quatenus ipsa amaritudo pœnitentię abstergat a mentis stomacho peruersæ humorem uitæ. Sed & intestina manducari debent: hoc est, uerborum illius mistica, & occulta mandata, quæ tunc uoramus cum uerba uitę cū auiditate sumimus. In quo deuorationis uerbo, quid aliud (ait Greg.) quā pigritiæ nostræ torpor reprehenditur: qui eius uerba, ac mysteria per nosipsos non requirimus, & ab alijs audimus inuiti? Nō remanebit ex ipso aliquid usq; mane: quia eius dicta sunt magna solicitudine discutienda, quatenus prius, quam dies resurrectionis appareat: in hac præsentis uitæ nocte omuino illius mandata intelligendo, & operando penetrentur. ¶ Sed quia ualde est difficile: ut omne possit sacrū eloquiū intelligi: & oē eius my-

1. Cor. 11. Ioh 1.

Grego.

Grego.

L

sterium penetrari, recte subiungitur. Si quid autē remanserit, igne combu
retis: quod tunc facimus, cum ea, quæ de incarnationis eius misterio intellige
re non possumus: protestati spiritussancti humiliter reseruamus: ut non super
be quis audeat, uel contemnere, uel denunciare, quod non intelligit: sed hoc
igni tradit, cum spiritui sancto reseruat. Sequitur. Sic autem comederis.
Renes uestros accingetis per castitatē. Nam qui pascha comedit, corruptio-
ni carnis per uitia nulla subiaceat, uoluptatem edomet, carnem a luxuria re-
stringat. Calceamenta habebitis in pedibus exempla præcedentium, ac de
functorum patrum, opera nostra, quibus ad uitam currimus, instruamus, &
mortuorum uitam conspicientes, nostras uestigia a peccati uulnere custodia
mus Tenentes baculos in manibus, sanctæ. i. spei: confidentes in protectione
altissimi. Et comederis festinantes. i. cum auiditate ad patriam anhelantes.
Nemo in huius uitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo ad
appetenda studia moras innectat: sed cepta perficiat: ne minime liceat imple
re, quod inchoat, quia pascha. i. transitus domini est. Est enim sacramentum
illud uiaticum, in cuius fortitudine ambulatur in terram promissionis. Sic
ergo manducaturus sit dispositus, ut transire sit paratus: exire non formidet
ab huius exilij carcere: in quo detinetur ut captiuus, sed amore cœlestis pa-
triæ animo anhelet ad gloriam cælestis Hierusalem nobis certissime repro-
missam. Sic suo modo aliæ, huius sacramenti figuræ mysticari possunt ad ac
cendendum affectum ad huius sacramenti reuerentiam & honorem. Verum
hic aliqua tanguntur, quæ requiruntur de necessitate ad dignam sumptionem, quædam de congruo: quorum discretionem supra lect. 7. 8. & 9. inue-
M nies distinctam Panem celestem accipiam & nomē domini inuocabo. ¶ Post
Ioh. 14. sui humiliationem ac indignitatis recognitionem, sacerdos non uelut despe
Mat. 3. rans, sed spe diuini adiutorij, per subiunctam petitionem inuocat: qui hoc sa
lutis sacramentum in remedium, & nutrimentum peccatoribus conuertere
se cupientibus disposuit, se erigens ad sumendum hostiā salutarem, dicit hāc
orationem quartam. Panem cœlestem accipiam. Panem cælestem non fa
ctum de terræ frumento, sed de sanguine uitgineo, non pistum in fornace
per ardorem ignis: sed coctum per feruorem dilectionis in ara crucis. Panē
cœlestem reficientem angelos in beatitudine. Panem de cœlo descenden
tem: ut nutriat mentes pauperum suorum in hac miseria ad cœlos aspiran-
tium. Accipiam, sperans in bonitate domini: confidens in ipsius dignificatio
ne, qui solus potest facere mundum de immundo conceptum semine, & de
lapidibus filios suscitare Abrahæ, qui paruulos in oculis suis magnificat, eos
utiq; paruulos, qui non in sua uirtute confidunt, sed se totos in sui adiutorij
præiciunt. Nam & bea. Aug. de centurione (cuius supra habita est men-
tio) loquitur. Dum (inquit) se centurio tantum uilificaret, ut diceret se indi
gnum Christum sub tectum sum suscipere, confidētiam suam in Christū ia-
ciens, ut salutem suo seruo præstare absens potuisset, Christus eum dignifica
uit, & sub tectum sui cordis introiuit, ipsum in fide illuminans, & inflammans
Cur ita? ut latius crederet Christum fanasse infirmos, mundasse leprosos, quos
non uidit, quam iudæi, qui diuersa miracula ab ipso facta experimentaliter
didicerunt. Accipiam & ego sacerdos a domino adhuc in mundo peregri-
nus, panem cælestem: ut in ipsius fortitudine ambulē usq; ad dei montē. Ac
cipiam ego egrotus, & infirmus panem cælestem, cor hominis roborāns: ut
a morbis cunctis merear præseruari. Accipiam panē cælestem ego famescēs
& esuriens, quem qui gustauerit, nō esuriet in æternū. Accipiā ego inquietus,
& anxius panē cælestem: qui cor stabilitat, & turbidos fluctus sedat. Accipiā
claudus, & debilis panem cælestem: inuitatus a rege magno ad cænā, ad quā

debiles,

debiles,& claudi sunt introducti. Et nomen domini inuocabo,cum Christo cenã in pane isto cælesti faciens,ut misericordiam mihi exhibeat nunc habitans in cælis, quemadmodum exhibuit secum cenantibus habitans in terris. Apoc. 3.
Hoc ipsum enim ut faciat,quærit. Ego (inquit) sto ad ostium foris pulsans si quis audierit uocem meam,& aperuerit mihi ianuam,intrabo ad illũ,& cenabo cum illo:& ipse mecum. Cenabat Christus apud Petrum,& Iohannẽ, Mat. 8.
& Iacobũ, ubi socrus Petri tenebat magnis febribus. Imperauit febri Xps, Marc. 1.
& surrexit continuo socrus,& ministrabat eis. Inuocabo & ego nomen ũm Luc. 4.
super me:ut Christus,cũ quo cæno,immo quem mãduco, pellat a me febres spirituales:ôpescat a me ardorem innaturalem carnalium delectationum: fugetcalorem amoris mundani:ut cor meum reformetur ad calorem naturalem amoris dei. Conuiua fuit Christus in hoc sacramento contentus apud Matthæum,murmurabat iustitia falsa pharisæorum:uidens misericordię sontem cum peccatoribus manducantem. Sed confusa est uera domini iustitia, Mat. 9.
dicente. Non ueni uocare iustos:sed peccatores. Inuocabo & ego nomen Luc. 7.
domini:ut me peccatorem inter suos electos uocet:& patri reconciliet. Manducauit item cum Simone pharisæo Christus hic sub specie panis uelatus, & ecce mulier,quæ eratin ciuitate peccatrix,attulit alabastrum unguenti, & cepit lachrimis rigare pedes eius:capillisq; suis tergere,& perungere. Iudicatus est a pharisæo dominus:quasi ignorans,quę & qualis esset mulier,quę tãgebat eum;quoniam peccatrix erat. Sed contempto pharisæo,mulieri dominus dixit. Mulier fides tua te saluã fecit. Nihil ego contra dominũ in sacramento ad me peccatorem uenientem infideliter murmurabo, sed nomen ipsius intra me inuocabo:ut in fide,qua panem cœlestem accipio: saluum me faciat nunc,& in futuro. Intrauit Christus sub his speciebus corporaliter Luc. 19.
contentus in domum Zachæi,eum uidere cupientis. Et ob hoc arborem sycomorum ascendentis; murmurantibus nonnullis:q; ad hominem peccatorem diuerti set. Sed ait dominus Zachæo. Quia hodie huic domui salus facta est. Et ego de aduentu domini gaudens,nomenq; eius inuocabo:ut fiat salus animę meę per ipsum,qui uenit quærere,& saluum facere,quod perierat. Cenauit tandem exiens ex hoc mundo cum discipulis suis, quibus & dixit. Luc.22.
Dispono uobis,sicut & disposuit mihi pater meus regnum,commitens ut sacramenti huius consecrationem,& communionem in sui memoriam frequẽtarent di. Hoc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis. Non me Math. 26.
cum iuda traditore a discipulorum consortio exeunte a domino separabo, sed nomen domini inuocabo,ut hæc sacratissimi corporis sui manducatio sit
Meditatio ante sũptionẽ eucharistiæ. mihi ad regnum suum præparatio salutaris. ¶ His itaq; a sacerdote prolatis,siccas particulas duas in patena collocatas,immediate,uel mediante patena in manus ad prolationẽ statim præmissæ orationis. Panẽ cœlestẽ accipiã, receptis,inclinato paulis p corpe,sacerdos sub sistit,& oẽs suas cogitationes quãtũ possibile est unitẽdo,deuote se recolligit. Et sicut corporales oculos ad spẽs, & formas sacramenti exteriores dirigit. Sic oculos fidei interiores,ad dominũ nostrũ Iesum Christũ sub uisibilibus spẽbus cõtentũ,eiusq; sacratissimã passionis,& redẽptionis nostræ mysteria;cuius in hac sũptione memoria principalissime recollitur (ut dictum est Sect. 36.) conuertat, prout deuotio propria,& sanctispiritus unctio docuerit meditando. Cuius exemplũ aliquod ponere non æstimo omnino inutile. Poterit ergo sacerdos intra se nulla uoce emissa cogitando dicere. Eya misericordissime domine Iesu Christe, æterni patris unigenite fili: unus cum eodem patre, & spiritusancto uerus consubstantialis,& naturalis deus: qui pro peccatorum salute ex infinita charitate tua carnem sumere,inter homines apparere, & triginta tri-

bus annis grauiter laborare,& multipliciter fatigari dignatus es: & tandem amariſſima paſſione, præcioſiſſimi ſanguinis effuſione,ac morte turpiſſima, nos a morte perpetua peccatis,& pœnis liberare. In cuius ſaluberrimæ paſſionis memoriam, te præſentem his ſpeciebus exhibere, teq; cibum animæ noſtræ,ac pignus ſalutis æternæ tradere uoluiſti. Reſpice in hac hora in me peccatorem indignum:purga,& ſanctifica me,ut te deum meum creatorem, & redemptorem merear digne ſumere. Breuius quidem, uel longius prout gratia miniſtrabit. Et more quorundam pectus tundens, addat. Deus propitius eſto mihi peccatori. Quo uerbo publicanus oculos ad cœlum leuare non audens, remiſsionem ſuorum meruit peccatorum. Dicens autem deus, intentionem dirigat ad contentum in ſacramento Chriſtum: & latria eum adorans cum magna reuerentia,deuotione,timore,& charitate,mentiſq; affectione,ac deſiderio, ſacroſanctum domini corpus ſub duabus illis particulis contentum:pro ſua ac totius eccleſiæ ſalute ſumat. Sumat autem nō maſticando dentibus:propter euitandum periculum,& ſacramenti irreuerentiā ne forte aliquid ſacramenti hærens dentibus, poſt incaute expuatur,uel alijs communibus cibis miſceatur,ſed humectatis in ore ſpeciebus reuerēter gluriendo tranſciat. Ipſo uerò in ore pro ſua humectatione manente,ſic poterit meditari. Veni in animam ſerui tui deus meus, & dominus meus, meq; tibi incorporare digneris,ut mihi moriri:tibi ſoli merear uiuere. Hæc autem non dico quaſi neceſſariò ſic fieri debeat ex eccleſiæ ordinatione,uel ſtatuto,neque per hæc contemplationis,ac deuotionis exercitia in promptu habentes informare præſumens,ſed pro quodam exemplo groſſo pro rudibus, & nōdum in ſpiritualibus deuotionibus affluetis interſerere curaui.

Luc. 18.

DE ORATIONIBVS INTER communicandum.

LECTIO LXXXIII.

A SVMPTO uenerabili ſacramento ſub ſpeciebus panis de manibus uel patena,ſacerdos dicit. ¶ Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in uitā æternam. ¶ Præmiſſis orationibus communionem præcedentibus,ſequuntur duę inter communicandum dici ſolitæ. Quarum prima reſpicit perceptionem ſacramenti panis. Alia perceptionem ſacramenti ſanguinis,& ſecundū hoc diuiditur illā pars. Quia enim primo ſumitur Chriſtus ſub ſpeciebus panis: ideo præmittitur primo oratio ſpecialiter pro ſalute obtinenda ex perceptione dominici corporis. Secundo idem ſumitur ſub ſpeciebus uini, ideo premittitur ſecunda oratio pro obtinenda ſalute ex perceptione ſanguinis, ibi. Quid retribuam. ¶ Quoad primum orat ſacerdos. Corpus domini noſtri &c. Corpus domini pro expiatione peccatorum totius mundi in ara crucis immolatum. Corpus domini ex dignatiſſima bonitate dei, pro uiuificatione mundi ſub ſacramento altaris Chriſti fidelibus miniſtratum. Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, a me pro æterna beatitudine capeſcenda fideliter,& ſacramentaliter manducatum. Cuſtodiat,in unitate fidei catholicæ,ne myſteria altiſſima huius ueri corporis Chriſti cogitans

Expoſitio uerborū corpus domini noſtri Ieſu.

gitans,& non capiens,ab unitate corporis Christi mystici per infidelitatem recedam. Quemadmodum quædam ex Christi discipulis, dum sacratissima quædam, & ardua de corpore Christi ab ipso dei patris sapientia increata audierunt,ab eius magisterij doctrina retro abierunt,dicentes. Durus est hic sermo.Quomodo potest nobis hic dare carnem suam ad mãducandum? Per quod certè ab unitate ecclesiæ se præsciderunt, quia in hæresim ex uerbis saluatoris scandalizati prolapsi sunt, ut dicit beatus August. in expositione psal.Custodiat(inquam)rursus corpus domini manducatum, animam meã, a prolapsu in peccatum, ne in detestandã ingratitudinem abeam de mensa domini,inferendo contumeliam Christo cum Iuda proditore nequissimo. Custodiat demum corpus domini nostri Iesu Christi, a me sumptum, in uita,& robore spirituali animam meam,ut cibatus, & roboratus hoc cibo nobilissimo,continuo robustior,& potentior fiam ad exercendum opera uitæ: ut quoq; in me extinguatur fames,& sitis carnalium desideriorum, & exterum concupiscentia gaudiorum æternorum, per prægustationem dulcedinis,quæ conceditur corpus illud digne sumentibus. Subditur ab aliquibus. Et perducat animam meam.Perducat potenter præleuando ab incursione malignorum spirituum,quo exeuntes de hoc mundo consueuerũt in acrius infestare. Animam meam in hora exitus mei ex hoc seculo. Animam meã, cuius est cibus spiritualis eam nutriens,roborans,& confortans,non secundum suam essentiam, siue substantiam, sed secundum dona spiritualia & gratiæ, quæ donatur animæ in digna corporis Christi manducatione. In uitam æternam,hoc est,in æternam beatitudinem,quemadmodum Heliã panis ministratus ab angelo confortauit,in cuius fortitudine ambulauit usque ad montem dei. Quemadmodum & panis,qui de cœlo descendit,perduxit populum Israel per desertum usq; ad terram promissionis. Ita oro o domine, ut hæc esca cœlestis sit meum uerum uiaticum ducens me per desertum huius seculi,ad supernam patriam fidelibus repromissam.¶ Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi.Calicem salutaris accipiam, & nomen domini innocabo. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. ¶ Ista est secunda oratio, qua præmittitur calicis sumptioni. Scut enim sacerdos uolens suscipere corpus domini sub panis specie, præmisit orationem pro sua humilitione:recognoscendo suam indignitatem ad dignissimi corporis perceptionem, dicens. Domine non sum dignus &c. Ita procedens ad sumptionem sacratissimi sanguinis Christi sub speciebus uini, pro sui humiliatione indignitatem suam iterum recognoscit, fatendo se nihil habere ex proprijs, quod domino possit pro tanto beneficio præstito retribuere,dicens:Quid retribuam domino. Et diuiditur in tres particulas. In prima recognoscit sacerdos suam insufficientiam retribuendi pro acceptorum beneficiorum collatione. In secunda ostendit gratitudinem in accipiendo domini beneficium, cum sui nominis laude & inuocatione, ibi. Calicem salutaris. In tertia ostendit suam confidentiam quam habet ex uirtute dati beneficij in nociuorum præleuatione, ibi. Et ab inimicis meis. ¶ Quoad primum dicit. Quid retribuam domino. quasi di. Quid ego cinis, & puluis, plasma, & figmentum conditoris, homo uilis, & fragilis, nacuus uitijs, plenus uitijs. Quid retribuam mercedis, & præmij de meis uitijs,de meis bonis, de meis possessionibus, domino uniuersorum, cuius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo. Qui bonorum meorum non indiget, qui diues est in omnes: qui nec ditior ex per me sibi oblatis constituitur: nec si omnia sibi subtraxero, pauperior efficitur. Immo uerò cui sicut nihil subtra-

Expositio oratio nis ante sumptionem calicis.

Ioh.6.

Auguſt.

3.Reg.19.

B

hi pot est

donatore. Omne nanque datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Si sibi seruiendo, mandata sua exercuus sum, nullum profectum sibi attulit, ipso teste. Cum feceritis, quæcunq; præcepta sunt vobis: dicite. Inutiles serui sumus. Et breuiter quæcunq; bona obtuli, ab eo recepi non ipse donaui. Quid habes, quod non accepisti, ait apostolus: Quid igitur dedi domino pro his, quæ retribuit mihi? Nihil profecto ex me, nihil meum reperi, nihil proprium possedi. Vnum est, quod præter te habeo o domine, scilicet peccatum. Huius tu non es autor, sed ego peccator. Tu mihi id non tribuisti: sed ego sine te id perfeci. Sine te factum est nihil. ait Iohannes. Nihil. i. peccatum: secundum glo. beati Aug. Retribuisti igitur mihi hęc, & alia innumerabilia bona pro eis malis: pro meis peccatis. Nihil eram, quod est malum entis priuatio. Et me bonum aliquod, ens aliquod fecit tua potentissima creatio. Peccaui in Adam tui mandati præuaricatore, & me redemisti in Christo perditorum saluatore. Peccaui in meipso ex peruersa mea uoluntate, nec statim me perdidisti ex tua benignitate. Peccaui, & malum coram te feci, & tu ignouisti, ac pœnitentiam inspirasti. Defeci, esuriui, & sitiui ex uirium mearum tenuitate: tu me pauisti, & potasti proprio corpore, & sacratissimo tuo sanguine. Ecce soli in me defectus inueniuntur, & non nisi bona excellentissima retribuuntur: bona ergo pro malis, quę meruimus, tribuuntur, quos pro malis punire poterat, bonis suis obruebat, non tamen bona ista nostra mala meruerunt. Sed quomodo retribuuntur, aut cui merito, si non meo. Meis enim meritis non bona debentur, sed pœna. Certe meritò domini mei, qui prior dilexit nos, & quia dilexit, male meritis nostris suo merito bona cuncta compensauit. Sic retribuit. iterum tribuit gratiã p gratia. Gratiã iustificationis gratis oi notribuit, qua mereri poteramus, & pro gratia, qua iustificati sumus, & opera meritoria egimus, gratiam uberiorem, qua creſceremus, roboraremur, magnificaremur, retribuit. Quid igitur? Nunquid hos defectus meos iterabo, tanta recipiens bona? Absit. Impię, & iniquæ uoluntatis est, mala pro bonis retribuere. Quid igitur retribuam, quo nil proprij nisi defectus habeo? Certe ne laqueis ingratitudinis irretiar: beneficium a te gratis præstitum, gratus recipiam, & ad dandum beneficia ampliora te prouocabo. Nam Cassio. teste. Specie de futuris beneficijs recipit, qui transacta beneficia recognoscit. Inuitatur ad magna, qui grataníter accipit modica. Accipiam igitur beneficium domini magnum cum magna gratitudine, quod accipiendum instituit ex magna charitate. Hic sequitur secunda pars præsentis orationis. ¶ Calicem saluaris accipiam. Accipiam, sitibundus & ex defectu humoris gratiæ, & roris benedictionis diuinæ. Calicem, ut inde refocillationem capiam, ne ambulans iuxta fontem huius liquoris saluberrimi, peream ex negligentia, & desidia accidendi. Accipiam ego aridus ad fructificandum calicem salutaris, ex quo sentiat aqua, quam qui bibit, non sitiet in æternum. Accipiam ego immundus, & peccatorum sordibus maculatus, calicem salutaris, ut ipsius puritate fœces peccatorum abstergantur, unusq; esse merear eorum, qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Accipiam ego ambulaturus per uiam grandem, quæ restat ad cœlestem patriam, calicem salutaris, ne in via deficiam cum filijs Israel profectis ad terram promissionis, quibus nisi aqua meritis Moyſi fuisset ministrata, de petra deserti, quã percussit, sui miserabiliter perijssent. Accipiam ego cęcitate peccatorum percussus, calicem salutaris, ut oculi rationis meæ illuminentur: quemadmodum Lõgino latus Domini perforanti, sanguis de pectore domini decurrens uisum, ut historiæ referunt, restituit oculorum, & mentem eius fide, ut Christum dei filium crederet, illustrauit. Accipiam calicem

Luc. 17.

1. Cor. 4.

Cassi od.

Calicem salutaris accipiam. Expositio.

D

salutaris:

salutaris, id est Christi sanguinem, quem discipulis suis in cena ultima ministrauit, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est calix sanguinis mei: sanguinis quem in cruce pendens largiter effudit, dum unus militum latus eius lancea perforauit, ex quo continuo sanguis, & aqua exiit. Sanguis quem in sua gloriosa resurrectione pro integritate naturæ suæ mirifice reassumpsit. Sanguis, quem in memoriam suæ passionis sumendum nobis commendauit, dicens. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Salutaris. i. Christi nostri saluatoris: qui quia est nostræ salutis reparator & autor, merè salutare nostrum appellatur. Vnde Symeon. Viderunt oculi mei salutare tuum. i. Christum saluatorem. Et Luc. 3 dicitur. Videbit omnis caro salutare dei. Salutaris nanque dicitur, quasi salutem optans, uel desiderans, quod de nemine dici potest sicut de Christo, qui tantum nostram salutem desiderauit, ut pro ea passionem subijt, ac sanguinem proprium fudit. ¶ Vel potest aliter exponi. Accipiam calicem salutaris. i. sanguinem saluaris intransitiuè. i. sanguinem Christi, qui est salutaris: quia salutem nostram effecit, dum in cruce fusus nos deo patri reconciliauit. ¶ Sequitur tertia pars. Et nomen domini inuocabo: ut sanguis ille salutaris in se, fiat mihi salutaris, me liberando a peccatis: qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. Nomen domini inuocabo, calicem salutaris accipiens, ut ueniat super me sanguis ille sacratissimus cum benedictione, quem super se spargi insani iudæi postulabant. Sanguis eius inquiunt, super nos, & super filios nostros. ¶ Sequitur. Laudans inuocabo dominum. Laudans Christum de tanta beneficentia exhibita, quæ nedum hunc sanguinem fudit, sed & ipsum in potum salutarem nobis dedit. Et quis nisi ingratissimus, & irreligiosus pro tanto beneficio non laudaret Christum dominum? Seuerus dominus seruum suum iudicat, qui beneficia eius suscipiens, dominum non extollit, aut se beneficijs indignum indicat: beneficentiam domini laudibus non agnoscens. Laudans igitur inuocabo dominum, fumendo hoc magnificum beneficium. Et ab inimicis meis saluus ero ex uirtute dati beneficij. Habet enim uirtutem magnificam sanguis ille salutaris. Extinguit quidē ardorem carnalis concupiscentiæ: remittit fomitem peccati, cuius est motus inordinatos excitare: & per hoc ualet contra inimicum intraneum, qui est propria caro. Rursus inebriat mentem sanguis ille potatus calica dulcedine, recolligit uires animæ, & in Christi uulnera potantem transmittit, ut illa contempletur, ex quibus tanquam fontibus ubertimis sanguis ille profluxit, & per hoc ualet contra inimicum extraneum: mundum uidelicet, qui mentem dispergit per uana desideria, per caducos honores, & potentatus, quibus inhærens a Christo sanguinem fundente elongatur. ¶ Demum accendit cor, & inflammat affectum, ut beneficio per amorem, & dilectionem iungat, qui non nostris meritis, sed sua gratuita uoluntate sanguinem illum potabilem sub speciebus uini ministrauit: & per hoc ualet contra inimicum pessimum, diabolum. s. qui mentem ab amore Christi reuocat, eamq; facit superbire, ut sicut ipse superbiendo a beatitudine corruit: sic & illa ab eadem per superbiam separetur. Sic igitur laudans inuocabo domine in sumptione præclari huius calicis, & uiuifici Christi sanguinis, ut saluus fiam ab omnibus inimicis meis per domini singularem protectionem: cuius nomen magnificum cum laudibus inuoco, & per uirtutem sanguinis domini, quem bibam, per quem facti sumus propinqui domino, qui ab eodem longè distabamus, dicente Apostolo. Nunc autem in Christo Iesu uos, qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi. Dum autem sacerdos orationem hāc profert, dicens. Calicem domini accipiam. Calicem ipsum detectum: facta prius

Luc. 3.

B

Ephe. 2.

deuota

deuota inclinatione, tota cum deuotione reuerenter in manus sumit, summa & omni, quæ valet mentis puritate, semotis peregrinis cogitatibus, soli domini sanguinis effusioni in cruce pro se, & toto genere humano factæ intentus, ipsum Christi sanguinem pretiosum sub uini specie latentem, fideliter, & caute una cum particula sanguini commixta sumat. Hæc aut similia animo meditando. Refice domine Iesu animam meam perfecta refectione præciosissimi cibi, & potus, ut per eam ad perfectissimam illam regni tui refectionem peruenire merear, ubi te non iam sub misteriorum symbolis, sed clarè facie ad faciem, & uidere, & frui merear in æternum. Sumpto autem calice caute, ut nihil in eo permaneat, dicit orationem quæ sequitur.

¶ Sanguis domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in uitam æternam. Amen. F

¶ Post orationes, quas communioni interseruit, sequuntur aliæ orationes, quas sumptæ communioni sub utraq; specie superaddit. Et diuiditur in duo. Nam primò facit orationem sumptionem sacramenti sub speciebus uini specialiter respicientem. Secundò addit orationes sacramentum sub utriq; speciebus sumptum concernentem, ibi. Corpus tuum domine, quod sumpsimus. ¶ Circa primum. Sicut post sumptionem corporis, facta est oratio pro salute impetranda ex eiusdem corporis manducatione, ita post potationem sanguinis domini, subiungitur oratio pro salute percipienda, ex eiusdem sanguinis sumptione. Vnde dicit. Sanguis dñi, qui est fons, & lauacrum nostræ emundationis, & sanctificationis, ut dicit Paulus. Sanguis domini, qui est precium nostræ redemptionis, ac reparationis; ut ait Petrus. Sanguis domini nunc a me potatus, ut calix benedictionis. Custodiatur in uitæ innocentia, & cordis puritate, ne post ipsius sumptionem recedam a discipulatu Christi, sanguinem istum purissimum per mortalia peccata inhonorans, sicut fecit Iudas proditor post huius cibi refectionem: & sanguinis potationem: a cõsortio Christi discipulorumq; eius se separãs; quem sumpsit in mysterio: tradidit pro uili precio, ipso infeliciter confitente. Peccaui tradens sanguinem iustum. Custodiat ab illa percussione, & plaga domini, ne primogenita mea, bona. s. opera præterita per superueniens malum extinguantur. Sicut olim sanguis figuralis agni paschalis immolati postibus, & superlimnaribus domorum illius filios Israel custodiuit ab angelo ægyptiorum primogenita percutiente. Dignum rebellibus iudicium domino faciente Exod. 12. Custodiat in fortitudine, & robore spirituali, ut intrepidus aggrediar uirtute huius sanguinis, ad pugnandum contra uitia, & bestias infernales: quemadmodum olim elephantes, per ostensionem sanguinis excitabantur ad congrediendum formaliter in acie bella contra aduersarios: ut legitur. 1. Machab. 6. Sequitur. Animam meam, de hoc lacu miseriæ & tribulationis. In uitam æternam, sicut patres sancti de limbo uirtute huius sanguinis educti sunt in gaudium sempiternum. Zach. teste. ca. nono. Tu uerò in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua, consolationis uidelicet salutaris. Perducat inquam, & custodiat me bibentem in uitam æternam, iuxta promissum saluatoris. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. In hanc. n. Christus per hunc suũ proprium sanguinem semel introiuit eterna redemptione inuenta. Et nobis fiduciam ad introeundum per sanguinem eundem contulit, teste apostolo. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem Christi: Amen. G

¶ Corpus tuum domine, quod sumpsi, & sanguis, quem potaui, adhæreat uisceribus meis: & præsta, ut in me non remaneat scelerum macula, quem sancta, & pura refecerunt sacramenta. Qui uiuis, & regnas deus per oia secula seculorũ: Amẽ. ¶ Post ora-

Ad Tit. 3.
1. Pet. 1.
Matth. 27.
Exod. 12.
1. Macha. 6.
Zach 9.
Iohan. 6.
Heb. 9.
Heb. 10.

tione m,

anguis do
ini &c. Ex
ositio.

tionem, communionem sacramenti sub speciebus uini specialiter respicientem: orationes subdit communionem eiusdem sacramenti sub utraque specie concernentem. Et subdiuiditur pars illa in duas, secundum duas orationes. In quarum prima petit per sacramenti corporis, & sanguinis sumptionem, ab omni peccati macula purgari, qua impediretur ab ingressu regni. In secunda petit per eadem sibi remedium conferri, quo adiuuetur ad consecutionem gaudij sempiterni. Petit ergo in prima remoueri mala. In secunda concedi bona, ibi. Quod ore. ¶ Circa primum dicit. Corpus tuum domine, uerum, & naturale, quod sumpsi, sub speciebus panis. Et calix. i. sanguis tuus uerus, & proprius, quem potaui, sub speciebus uini de tua benignitate, & clementia, adhæreat uisceribus meis, non corporalibus, quæ uiæ sunt superfluitatum post digestionem relictarum: sed uisceribus spiritualibus, quæ sunt uoluntas, & intellectus quæ uiæ sunt uitæ animæ, cuius spiritualis cibus est operatio bona, & meritoria: affectio sancta, & cogitatio munda. His enim anima spiritualiter nutritur, & uegetatur. Sunt & uiæ per quas intrat in animam cibus ille sacramentalis, corpus. s. Christi, & sanguis, qui cibus sunt animæ, non corporis, ut dicit Ambro: Nam per intellectum intrant secundum fidem, & cognitionem per uoluntatem secundum dilectionem, & deuotionem. His uisceribus, potentijs. s. & uiribus animæ, petit sacerdos, ut corpus, & sanguis domini adhæreant, non secundum substantiam ut cibus corporalis adhæret stomacho: sed adhæreat per uirtutem, & efficaciã: refouendo, & relinquendo in ea post sumptionem spiritualem quandam lætitiam, & iocunditatem: ut sic fiat prægustatio illius diuinæ dulcedinis, quæ in patria deum diligentibus est parata, qua confortatus in uia ardentius ad patriã aspirem, nec quasi desertus deficiam, aut oberrem. Adhæreat & meis uisceribus animæ, corpus tuum o domine, quod sumpsi, ut non pertranseat mentem celeriter, quemadmodum quidam cibi corporales liquidi transeunt per stomachum, nihil nutrimenti, & liquoris post se relinquentes. Sed adhæreat moram faciens in anima, ut cibus solidus, & nutritiuus in stomacho, confortans, & corroborans animam in uiribus, & donis spiritualibus. Adhæreat eisdem uisceribus sanguis tuus præciosissimus, quem potaui: non ut torrens uelocis impetu percurrens: ea, quæ tangit uix superficietenus humectans: sed adhæreat ut oleum effusum quod undiq; penetrat mestiglum suæ post se pinguedinis diuinæ derelinquens. Sic adhæreat, ut liquefacere faciat animam in eius amore, & spiritu sancti pinguedinem, diuinamq; bonitatem diutius post sumptionem percipere, & sentire. Sequitur Et præsta, quia nisi tu præstiteris, ex nobis id perficere non possumus: ut in me: id est in uisceribus animæ meæ, non remaneat, in uiribus. s. & potentijs: post sumptionem, & potationem istius medicinalis cibi & potus. Vlla scelerum macula, deturpans, & deordinans animam factam ad superbenedictæ trinitatis imaginem, per dona, & beneficia spiritualia mirifice exornatam, quibus peccatum dum inest, animam priuat. Et per hoc dicitur ipsam maculare: quia ornatum animæ tollit, sicut auferens colorem pulchrum, & uitiosum a facie hominis, ipsam deturpare dicitur: licet nihil deformans in faciem introducat. Præsta igitur (orat sacerdos:) ut non remaneat ulla scelerum macula in anima, quantum ad omnes partes imaginis, neq; error in intellectu, & ratione: quo obscuratur prima pars imaginis, ne in puro, & sincero lumine conspicere possit alta, & secreta huius sacramenti mysteria. Neq; remaneat aliqua culpa, & dei offensa in uoluntate, quæ est alia pars imaginis: quæ similiter per peccatum deordinatur, pro quanto per peccatum tollitur donum charitatis, & gratiæ, quæ uestis est nuptialis: per cuius carentiam impe-

dicitur:

diuur,ne charitatiue, & amorosè, ut debitum est, feratur in deum omnium creatorem, & huius sacramenti autorem. Neque remaneat aliqua peccati macula in memoria,quæ est tertia pars imaginis,pura obliuio beneficiorum dei, per quam anima retardatur, ne ex eorum recordatione assurgat in laudem dei,& gratiarum actiones. ¶Vel aliter orat sacerdos,ut non remaneat aliqua macula,id est peccatus reatus in anima,eiusque potentijs,ut uidelicet quietetur ab omni obligatione ad pœnam, quæ obligatio dici potest macula,quia ipsa existête in anima, nequaquam admittitur ad gaudia beatorum, etiam si charitate, & gratia adornetur. Necesse quidem est omnem peccati pœnam, qua anima debitrix tenetur, ante beatitudinis ingressum solutam fore, sicut dixit Christus. Nisi efficiamini sicut paruuli (qui nullius pœnæ sunt debitores,nec aliquibus peccatis obnoxij)non intrabitis in regnum cœlorum. Vel(uel ut dominus Albertus exponit) non remaneat ulla peccati macula,talis & tanta : sicut dominus per Ezech.ca 23. dicit de exasperatrice domo Israel:q; amatores.s.dæmones præscindunt nasum, & aures, & effodiunt oculos, quia priuant animam misso luminis spiritualis, & discretione diuinæ bonitatis, & auditu uerborum spiritussancti in allocutione cordis. Has autem maculas delet, & pulchritudinem reparat huius sacramenti cibus, & potus spiritualis. Vnde beatus Ambro.in persona S. Agnetis. Iam corpus(inquit)eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas.S.ergo nulla remaneat peccati macula.Quem sancta,& pura refecerunt sacramenta.Pura:per priuationem omnis contagionis,& maculæ peccatorum.Siquidem corpus,& sanguis Christi, quæ sunt res huius sacramenti,formata sunt de puriſſimis sanguinibus Mariæ immediata summi artificis spiritussancti operatione, qui nihil nisi purum efficere potest. Sancta eium uirtutum,& gratiarum plenitudine, nedum in se, sed etiam causaliter quoad nos,quia nos sanctificat, & gratia, ac sanctitate replet,nam de plenitudine eius omnes accepimus. Dicitur autem sacramenta pluraliter, licet sit unum sacramentum unitate integritatis, & ordinis, ut dictum est supra lectio.53. propter diuersitatem signorum,contentorum,& significatorum. Signorum, quia signa sacramentalia, species.s.panis, & uini : sub quibus uerum Christi corpus,& sanguis uerus continetur:sunt realiter diuersa.Siquidem aliæ sunt species uini,& aliæ panis. Contentorum,quia corpus Christi aliud est & differens realiter a sanguine eius,immo nec alterum alterius pars est. Corpus enim animatum est, & uiuit:sanguis neque uiuit formaliter per animam sibi inhærentem,neq; est animatus.Ideo nec corpus pars sanguinis, nec sanguis est pars corporis,licet tamen utrumque sub utriusq; speciebus realiter & diuersimodè,continetur,ut dictum est supra lectio.42.& 53. Significatorum, quæ sunt corpus Christi mysticum ut in capitulum cum Matthæ. de celebratione missi. Quid corpus mysticum ex multis membris diuersorum statuum integratur,sicut corpus Christi uerum ex multis membris diuersorum officiorum compaginatur. Sequitur. ¶Refecerunt,non quidem uiscera animæ secundum suas substantias,non enim corpus, sanguisque Christi sumpta in sacramento,ultra transierunt secundum suas substantias,quam species sacramentales,in quibus continentur.Hæ autem partes animæ intellectualis,quæ in proposito uiscera animæ nominantur,non attingunt,sed in corpus intrâ species,quod nutriunt,& reficiunt, uirtute animæ uegetatiuæ, non intellectiuæ,ut sic. Refecerunt igitur hæc animæ uiscera quantum ad effectum ab eis causatum,& derelictum ex digna eorum sumptione.Sic enim refecerunt rationem,& intellectum ipsum in sinceritate cognitionis illuminando. Voluntatem per amorem,& dilectionem inflammando. Memoriam ad passio-

Quæ macule, orent sacerdos, ne remaneatur. H

Matth. 18.

Albertus. Ezech.23.

B. Ambro.

Iohan.1.

I

nis

nis rememorationem excitando,& iuuuitatem quandam, & lætitiam spiritualem in toto homine efficiendo. Concluditur oratio. Qui viuis,& regnas quod frequenter expositum est. ¶ Finita hac oratione, sacerdos ad cornu altaris accedit,ut calicē abluat,ac ablutionem calicis, & digitorum sumat. Calicem enim,& digitos lauat,ne humor aliquis in calice remanens,aut panis particula aliqua digitis adhærens, si qua foret, a digitis per ablutionem in calicem descenderet. Et sic simul cum ablutione reuerenter sumeretur. Sumit autem ablutionem post sacramenti sumptionem,quia uinum ratione suæ humiditatis est ablutiuum, ideo sumitur ne aliquæ reliquiæ in ore, uel uia ad stomachum remaneant, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. Vnde de celebratione missarum.c.ex parte.dicit Innocen.tertius,q̄ semper sacerdos uino os perfundere debet, postquam eorum perceperit eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare. Ne si forte uinum perfusionis acciperet,celebrationem aliam impediret. Hæc ibi. Et simili ratione perfundit digitos uino, quod postea sumit, quibus Christi sacramentum tetigit, ut.s.si aliquæ casu adhæreat minutissima sacramenti particula, ablutione huiusmodi in calicem descendat, & sumatur. Sumpta ablutione adhuc digitos lauant quidam in altari, quidam post officium completum,quæ est tertia lotio digitorum. Prima facta est in principio missæ.Secunda in medio ante canonem. Tertia,quæ fit post sacramenti sumptionem, aut missæ finem. Quæ tres lotiones secundum magistrum in rationali,fiunt ad designandum lotionem, seu mundationem cogitationis, locutionis & actionis. Vel ad designandam purgationem peccati originalis,& actualis criminalis,& uenialis,siue peccati, quod agitur per ignorantiam, negligentiā, & induſtriam,siue per ignorantiam,infirmitatem,& malitiam. Ad quorum peccatorum expiationem offertur sacrificium salutare. ¶ Fiunt hæc etiam in cornu altaris dextro secundum eundem, quia hoc cornu populum iudaicum significat,de quo Christus assumpsit naturam humanam,quam ab omnibus defectibus, & pœnalitatibus fecit immunem in sua gloriosa resurrectione. Sic sacerdos Christum repræsentans purgat manus, quibus corpus domini sub sacramento contentum tractauit in dextero altaris cornu, ut sic corporis Christi gloriam ex iudæorum progenie sumpti, per dextrum altaris designatorum repræsentaret. Fit etiam hæc ablutio secundum Innoc. quia indignum esset q̄ manus quæ corpus incorruptibile tractauerunt,corruptibile corpus tangant,nisi studiosè lauentur. Ablutionis autem aqua debet in locum mundum,& honestum diffundi:ut altitudo sacramenti reuerentius honoretur. ¶ Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus,& de munere temporali hat nobis remedium sempiternum Amen. ¶ Postquā sacerdos in præcedenti oratione respiciente communionem sub utraq; specie,petiuit remoueri mala, in hac oratione ad idem postulat conferri bona. Petit enim,ut manducatio illa,atq; potatio sacramentalis corporis, & sanguinis domini spiritualem inferat refectionem,& salutem tandem sempiternam. Vnde ait. Quod ore sumpsimus.s.corporis,& sanguinis domini sacramentum:non ut corporalem cibum dentibus tritum,ac masticatum. Nec ut corporalem potum per guttur in uentrem descendentem digestum, & in corpus alitui conuersum,quemadmodum quidam discipulorum retro abeuntium Christum intellexerunt, dum carnem suam manducandam,& sanguinem suum potandum, sub æternæ damnationis pœna docens astruebat,dicens. Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem,non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meā carnem,& bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Non in illo in-

Quod ore sumpsimus. Expositio.

Iohan. 6.

telle-

tu

telle&u carnali petit sacerdos corpus domini sumptum, & sanguinem potatum nobis suffragari. Sed petit, ut corpus, & sanguis domini sub corporalibus speciebus panis, & uini esibilibus, & potabilibus sacramentaliter sumpti, nobis spiritualiter suffragentur. Et dicit sacerdos, sumpsimus pluraliter, per hoc signans non pro se tantum sacrificium hoc obtuisse, & sumpsisse, sed pro toto corpore Christi mystico, cuius ipse pars est, & uelut ps huius corporis. Sacramentum igitur inquit, quod sumpsimus in persona ecclesiæ, & fidelium, totius scilicet cleri & populi, ore corporali manducatione sacramentali, fac o Domine, ut ipsum Capiamus mente pura, ab omni sorde, & inquinamento peccatorum, sequestrata a torpore, & desidia tepidorum. Plena fide, amore, ac deuotione feruidorum, spiritualiter capiamus ad robur animæ, & sustentamentum spiritualium actionum. Sequitur. Et de munere, quod ex tuo dono & benignissima largitate accepimus, tēporali quantum ad species uisibiles, & temporaliter mutabiles. Fiat nobis, fidelibus, temporalibus mysterijs subie&is. Remedium contra morbos spirituales, non ad uirtuosarum operationum exercitium roborans, & confortans. Sempiternum, ne pro nostro euo morbis & peccatis spiritualibus prosternamur, sed ad bene operandum ualidi, & robusti, in finem uite nostræ usq; persistamus, utque hoc uiatico munere & remedio temporali, in extremo exitus nostri percepto, ad ueram, beatificamq; sempiternitatem perducamur, quia nutrit, & uegetat ad gratiam animæ uitam, qua redditur digna, ad uitam ueram, & sempiternam. Vnde. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Johan. 6. M Amen. ¶ Quidam quia legendo has orationes calicem inuoluunt post eius ablutionem corporalis pallam sacculo imponunt, quod tamen ad ministros diaconum, & subdiaconum pertinet, si assunt. Et quia huius inuolutio maius tempus requirit, quam orationum præmissarum prolatio, ne ab orationibus uacantes locum distractioni aliorsum præstent, commemorant incarnationis mysterium di. Verbum caro factum est &c. Et rursus tangentes digitis ablutis oculos, miraculum Christi commemorant, quo cæcum quendam illuminauit, dicentes. Latum fecit dominus ex sputo &c. Desiderantes & ipsi mente illuminari sumptione hu us sacramenti, sicut cæcus ille illuminatus est, restituto uisu corporali. Alij legunt canticum Symeonis. Nunc dimittis, quod Symeon senior cecinit, dum Christum a uirgine matre præsentatum in ulnas suscepit, desiderantes hoc sibi in uitæ huius termino contingere, quod senior iste spiritusancto plenus in dicto cantico supliciter postulabat. Addentes in fine ad uirginis honorem hunc diuinum cibum nobis generantem, antiphonam. Benedicta filia tua domino, quia per te fructum uitæ communicauimus, prout quemq; sua deuotio trahit.

Mos quorūdā sacerdotū post cōiunctiōē nec improbandus, nec laudandus.

Quæ licet ecclesiæ ordinatione non sint instituta, quia tamen in nullo sunt eius ordinationi contraria, nec deuotionis impeditiua, sed magis promotiua, ac præseruatiua a distractione noxia, ideo non sunt simpliciter reprobanda.

DE MATERIA COMmunionis.

LECTIO LXXXIIII.

CIRCA hanc materiam sacratissimæ communionis sacramenti eucharistiæ, occurrunt aliqua dubia, non inutiliter ut reor prope finem huius operis pertractanda. Primum sumpto sacramento quid fit de speciebus continentibus, & corpore, & sanguine Christi contento. Secundū de ritu cōicandi sub utraq; specie. Tertium de effecto & fructu consequente communionem tam sacramentalem, quam spiritualem. Quartum de pœna indigne sumentium. Quintum de frequentatione huius sacratissimi ministerij. Sextū de negligentijs, q̄ contingunt in huius officij celebratione. ¶ Circa primum est dubiū duplex. Primum: quamdiu manet Christus corporaliter p̄s sub speciebus. Secundū cum desinit esse sub speciebus, ubi maneat: seu quo perueniat. Qūo de speciebus, quid fiat: quomodo nutriant dictum est supra lect 45. De prima parte dubij dimissa opinione illa tanquā pharmaceutica, & nullis soliditatis fundamento innixa, quā recitat Rich. de Mediauilla in 4. dist. 9. q. 2. ubi dicit, q̄ aliqui negant species in stomachum descendere. Sed hi dicunt contra sensibilē experientiam. Alij dicūt: q̄ emittunt̄ per sudorē: non p̄ secessum. Quæstio tangitur de cons. dist. 2. tanta in glo. Sed uaricinia sunt, cū. n. cibus non emittitur p̄ secessum, nisi prius fit a forma propria transmutatus, non indignum uſq; aliquid impurū ſi in illis speciebus fuit, per secessum emittat. Nec illud quoūs modo concernerer corpus Xp̄i. ¶ Illis ergo tanquam improbabilibus dimissis, de dicto dubio Alex. de Ales part. 4. q. 53. recitat quinq; opiniones. Prima eorum, qui dixerunt, q̄ corpus Christi uunquā intrat in uentrem, sed cum est in ore, tunc est sub spē: sed q̄n glutit, tunc non intrat in uentrem. Ad hoc allegatur Aug. dicens. Quādiu habes in ore, tādiu est in re, & non ducit̄ in secessum: sed rapit̄ in excessum, sed specie panis dicunt transire in uētrem. Sed hanc opinionē improbat dicens. Hoc patet nihil esse, cū nihil nisi solus deus possit intrare substantiā animæ. Vnde corpus Xp̄i aiam intrare nō pōt. Ideo ad Aug. dici pōt: q̄ intrāre specie in uentrē, & corpus Xp̄i intrat in uētrem sicut in os uel pixidem. Intrare aūt in uentrem, dupliciter dr̄quia uel quantū ad substantiam, uel quantū ad efficaciā. Primo modo descēdit aliqd̄ corpus in uentrem, etiā si non sit cibus. Secundo modo dum aliquid efficit in uentrem, ut unguentum aliquod foris uentri applicatū. Similiter aliquid intrare in animam contingit dupliciter. Vel quantū ad substantiā, uel quantum ad cibandi efficaciā. Primo modo intrat animā solū, quod illabitur aīæ, scilicet solus deus. Secundo modo ēt corpus Xp̄i dr̄ intrare animam, quia ipsam reficit sacramentaliter & spiritualiter sumptum per gratiā, & illo modo corpus Christi non intrat in uentrem, sed in mentem, sicut dicunt sancti. Et ad 2. to. Augustt. dicitur, q̄ Aug. di. quamdiu est in ore, a parte accipit totum, id est quamdiu est corporaliter in homine ipsum sumente in sacro substantialiter. tādiu est in mente non p̄ substantiā, sed efficaciam. Vnde non uadit in secessum, qd̄ certum est, quia prius species deficiūt a propria natura, q̄ celebretur emissio superfluitatū ciborū sumptorū; sed rapit̄ in excessum effecti-

Quādiu manet Christus sub speciebus sacramētalibus, & cum desinit esse, quo per ueniat.

ue', faciens animam sic rapi supra se in deum per cognitionem & amorem. S. Bonauen.
B ¶ Alias recitat quatuor opiniones, & post ipsum S. Bona. quas omnes Alex. aliquantulum siue quantū ad aliqua saluat. Prima est, q̄ post consecrationē ubicūq; manent spēs salua earū natura. i. in tali dispositione in qua possent afficere panē, si non esset conuersus, ibi manet corpus Xp̄i siue spēs intrent in uentrem animalis bruti, siue hominis, siue custodiant in loco mundo, siue proijciant in locum immūdū. Virtus. n. consecrationis respicit species illas: ideo non desinit eas quamdiu sunt, quod est de actu. Corpus Xp̄i diuina uirtute, & maxima eius dignatione, ex cōsecratione hostiæ cepit esse sub speciebus panis, nec illas desinit quamdiu manet in sua dispositione naturali, in qua affecerunt panem, cū; afficerent, si conuersio facta non esset. Sic enim corpus Xp̄i sub illis speciebus esse cepit p̄ consecrationis uirtutē: hoc est, per uirtutē dei ad prolationem uerborū consecrationis: quemadmodū substantia panis sub illis præfuit, excepto q̄ corpus Xp̄i illis non afficit, nec est ibi secundum dimensiones proprias circumscriptiue, sed totum in toto & c. quia est ibi per conuersionem panis in ipsum, ut supra habitum est. Et ideo quamdiu maneret panis, si conuersus non esset, tādiu manet uerum corpus Xp̄i, in quod conuersus est panis. Interim ergo: q̄ non alterantur species, in tantum q̄ panem sub se non conseruarent, manet corpus Xp̄i, ubicunq; fuerint. Dum uerò intantum alteranē: q̄ desineret panis substantia, si usq; tunc fuisset, desinit & sub eis esse corpus Xp̄i. Vnde concedunt illi, si mus, uel porcus traijcit species in uentrem: etiam corpus Xp̄i sub speciebus descendit, & manet donec manet forma panis, nec tamen ex hoc corpus Xp̄i polluitur, aut digeritur, seu in partes dilcerpitur, sicut nec in sumptione eius ab homine, quia corpus Christi nec attingi potest, quia est sub speciebus non dimensiue: nec lædi, aut inquinari, quia est gloriosum. Verum autem mus debet dici in casu, q̄ manducet corpus Xp̄i, alia quæstio est: & ut Alex. dicere, q̄ non Alex.
manducat corpus Xp̄i sacraliter, qđ uerum est, nec proprie carnaliter quia non attingit corpus: sed tantū species. Mādueat tamen eo modo carnaliter, quia manducat, id sub quo ueraciter cōtinet, de quo supra cū ageretur de fractione lect. 80. ¶ Secunda opi. di. q̄ corpus Christi sumptū ab homine non solū C
ibi manet, quousq; in stomachū spēs traiiciūt, quādiu spēs manēt in forma, quali possent conseruasse substantiā panis, sed ultra manet, donec refectionis operatio cōpleatur. Allegāt ad hoc dictū Bedæ, & hī de consec. d. 2. Si quis 3. ubi dicit. Si quis per ebrietatem, & uoracitatem eucharistiam euomuerit quadraginta diebus pœniteat, ergo corpus Christi pōt euomi: quòd uerò euomitur, in uentrem ad tps fuit, & non statim sumptum desinit esse. ¶ Tertia opinio tenet q̄ corpus domini traijcitur, & in uentrem uadit, sed manet tantum quousq; est in sumpto esse. i. quandiu est in motu descensionis ad stomachum, & receptum in stomachum, statim desinit esse sub illis speciebꝰ, priusquam transmutenē, mouetur: quia si maneret in uentre usq; ad completam refectionem, aut speciē plenam alterationem, deberet adorari in uentre sumentis, quod non dī. ¶ Quarta opinio est, quæ ponit, q̄ solū tādiu manet corpus Xp̄i sub illis spēbus, q̄diu aliquo sensu percipiatur, uisu. i. uel gustu, uel et tactu. Cū autē ipsa hostia sumit, & per guttur in uētrē traijcit corpus Xp̄i ibi desinit esse: nec sub ipsa amplius continet. Huius sententiæ dicit fuit se Hugo. lib. 1. de sacra. par. 8. c. 13. qui de hac materia ita scribit. Sed forta- Hugo.
sis dicit tibi cogitatio tua, quid fiet de corpore Christi, postq̄ sumptū fuerit & comestū? Et sequit. Audi ergo. Corporalē p̄sentiā Xp̄i q̄ris? In cœlo quære, ibi Xp̄s est in dextera p̄tis sedens, tecū ad tps esse uoluit, q̄si, aut quamdiu necessarium fuit. Exhibuit tibi ad tempus corporalem p̄sentiam suam, ut per illam

te ad spiritualem excitaret. Ideo corporaliter ad te uenit, & exhibuit tibi ad tempus corporalem præsentiam suam, ut per illam spiritualis innotesceret, quæ non auferretur. Ita per carnem assumptam olim in mundum uenit, & secundū præsentiam corporalē ad tps cū hominibus cōuersatus est, ut eos ad spūalē pñtiam querendā, & inueniēdā excitaret. Postea cōpleta dispēsatione secundū corporalē pñtiā recessit, & secundū spūalem pñtiam remansit. Vñ ait. Ecce ego uobiscū sum oībus diebus usq; ad cōsummationē seculi. Sic ergo in sacro suo tpaliter uenit ad te, & est corporaliter tecū, ut tu per corporalē pñtiam ad spūalem quærendā exciteris, & inueniendā adiuueris. Qñ in manibus sacrm tenes corporaliter tecū est, qñ ore suscipis, corporaliter tecū est, quando manducas, & qñ gustas, corporaliter tecum est. Denique in usu, in tactu, in sapore, corporaliter tecum est. Quandiu sensus corporaliter afficitur, pñtia eius corporalis non auferē. Postq aūt sensus corporalis in perceptione eius deficit, deinceps corpalis pñtia eius q̄renda non est: sed spūalis retinenda. Dispensatio cōpleta est, perfectū sacramentū intus manet, Christus de ore ad cor transit. Melius est tibi, ut eat in mentem tuam, quam in uentrem tuum. Cibus iste animæ non corporis est, noli in ipso q̄rere consuetudinem cibi corporalis. Venit ad te, ut comedatur, nō ut consumatur. Venit ad te, ut gusteturn, nō ut incorporetur. Ore cōedit, stomacho non digeritur. ¶ Augustinus uocem de cœlo audiuit, quia hoc illa terrenis dici, aut responderi non potuit. Cibus sum grandium, crescē, & manducabis me, non ut me mutes in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Itaq; prudenter discerne quid in sacramento dei sensibus exhibitū sit, quid spiritui accommodatū. Etiam ut solet, si post cōpletā perceptionem aliquid iterato sentiri sim hoc quoq; species ad proprietatem sensui simulant, ut ueritas similitudinis ubiq; conseruet. Nā si in aliquo, qua nō. Sensui exhibendum est similitudo deficeret: illic proculdubio sacrm non esset, sed res ipsa prodiretur euidēti miraculo, qđ non conuenit, q̄diu fides locum habet. Post hoc ergo si corporalem pñtiam Christi quæris, in cœlo quære. Ibi quære, ubi & prius fuit, q̄ per sacrm suū corporaliter tecum esse inciperet, & unde nō discessit, qñ ad te uenit. Hæc Hugo. Omnes illæ quatuor opiniones (ait Alex.) in hoc conueniunt, q̄ tādiu est corpus Christi in illis speciebus, quādiu est rō sacri. In rōne autem sacri alteranē. Primi dicunt, q̄ spēs panis consecrati tādiu est sacrm, q̄diu est spēs panis, cum uirtus consecrationis ipsam respiciat secundum, q̄ est ipsius panis, & ubi manet q̄diu spēs illæ sunt ordinabiles ad refectionem. Vnde dixerunt, q̄ in uentrē uadit, & nunquam desinit ibi esse illa proprietate salua. ¶ Secunda opinio dicit, q̄ rō sacramenti tandiu saluaē, q̄diu species habilis est ad manducationem humanam. Ideo enim instituta est species, ut sit sacrm, & ad hoc ordinatur. Habet aūt hoc qñ est extra & in stomacho. ¶ Tertia opinio dicit, q̄ tandiu saluatur rō sacramenti, quousq; recipiatur in usum manducationis, & quando manducatio completa est, tunc sacramentum non est, sed fuit. Manducatio autem completa est: quando descendit in stomachum. ¶ Quarta opinio dicit, q̄ quia sacrm est signum, & signum est, quod se offert sensibus: q̄ tādiu spēs est sacrm, q̄diu nata est sentiri ab aliquo sensu, & ideo cum deficit perceptio sensuū, deficit ratio sacri, & præsentia corporalis Christi. ¶ Et per hoc dicit Alex. q̄ prima opinio sit simpliciter uera, quia manentibus spēbus quocūq; deferuntur, siue ad os muris, siue fuis, uel ad alium locū immundū, manet rō sacri, & sic nō desinit Xps subesse. ¶ Secunda opinio dicit Alex. quoad hoc uera est, quia dum species sunt in suo uero esse, & ordinabiles ad refectionem, non desinit esse sacramentum. Sed q̄ ubi sit corpus Christi quousque sit completa refe-

D Augustinus de cœlo uocem audiuit de sacramēto.

Alex.

E Rō sacramēti tādiu saluatur quādiu spēs est habilis ad manducationē humanā.

Alex.

ctionis

se sacramentum. Sed q ibi sit corpus Christi quousque sit completa refectionis operatio, uel non existentibus speciebus, in uero esse suo permanet operatio refectionis, non uidetur uerum nec uerisimile. ¶ Tertia opinio uera est secundum, quod tunc dicitur esse assumptio completa, quando speciebus consumptis Christus trãsit in animam, secundum autem q sumptio dicitur completa facta degustatione siue deglutione, non est uera. ¶ Quarta opinio uera est, si intelligatur perceptio sensuum quantum ad aptitudinem. i. manentibus speciebus in ea dispositione, in qua possent deprehendi ab aliquo sensuum esse species panis. Et ad hunc sensum uidentur tendere uerba Hugonis, si bene intelligantur, alioquin si actualem sensus perceptionem intelligeret, species reseruatæ in pixide non essent sacramentum, dum nullus sensus hominis adest. Et sic intelligendo illa quarta opinio non differret a prima. ¶ Huic opinioni primæ quæ est Alexandri, concordat sanctus Thomas & Richar. Duran & communiter Modernio es doctores. Vnde dicit sanctus Thomas in quarto scripto. q. 2. dist. 9. ubi quærit, utrum peccator manducet corpus Christi sacramentaliter & consequenter. Vtrum creatura irrationalis sumat aliqualiter corpus Christi, puta mus uel porcus. Respondet in primo ar. Quidam dixerunt corpus Christi secundum rei ueritatem a peccatoribus non sumi, quia quamcito labijs peccatoris tangitur, desinit sub speciebus esse corpus Christi inantum dignitati sacramenti deferentes, q derogabant ueritati. Si enim uere corpus Christi sub specebus erat, per conuersionem panis & uini in substantiam corporis Christi, speciebus manentibus, non potest esse, q definat ibi esse corpus Christi, nisi per aliquam contrariam mutationem eius, quod prius conuertebatur in corpus Christi. Et quia ibi non manent nisi species, quæ ad utrumq; naturam communiter se habent, sicut subiectum in naturalibus mutationibus duabus formis, quas successiue suscipit. Ideo quamdiu species non mutantur, nullo modo desinit ibi esse corpus Christi. Sicut nec mutationibus formalibus, forma introducta desinit esse in subiecto, donec subiectum ad formam aliam transmutetur. Species autem non sic transmutantur, nisi ab eo quod transmutaret substantiam panis, & uini, si ibi esset, quod solus tactus labiorum, uel diuisio, quæ est per dentes, uel traiectio in uentrem non faceret, sed sola digestio, quæ est a calore naturali conuertente cibum. Vnde patet, q ueritati sacramenti derogat, qui dicit, q ad solum tactum labiorum desinit esse corpus Christi a peccatore sumptum. Et ideo hac opinione de medio tanquam hæretica sublata, eius contrarium ab omnibus tenetur. Ex eodem fundamento dicit in 3 arti. ea. q. Dicendum, q uerum corpus Christi manet adhuc sub speciebus a bruti ore acceptis, & in uentrem traiectis. Richar. simul ea. dist. q. 1. Corpus Christi uerum sub specie realiter contentum sumitur, sed sic sumptum corporaliter non masticatur, tamen nisi species tandiu in ore masticentur, q per digestionem ibi factam corrumpatur in eis forma propria, sed descendat in propria forma in stomachum, corpus Christi in stomachum descendit per descensum speciei, sub qua continetur quamdiu in ea speciei forma propria saluatur. Sed per uirtutem manducantis non unitur manducanti, sed per ipsum manducans unitur spiritualiter Christo capiti, si digne manducat. Hæc Richar. q Satis concordat Bona. excepto: q uidetur sibi derogare sacramenti dignitati, etiam pias autes abhorrere audire, q corpus Christi sit in uentre muris, aut in cloaca, ideo opinionem tenentem, q corpus Christi nõ descendit in uentrẽ muris, sed sumptũ a mure desinit esse, & substantia panis redit, tanquam honestiorem præfert, & rationabiliorem. Rationem addens, quia Christus non est sub sacramento nisi eatenus quo est or-

F S. Thom.

Richar.

G Bonauen.

dinabile ad usum humanum.s.ad manducationem:sed cum fuerit in ore uel uentre muris,non est ordinabile ad usum manducationis humanæ, & sic desinit ibi esse sacramentum, & corpus Christi. Sed rationem hanc soluit beatus Thom. per hoc. Primo quia præsupponit falsum. Cum enim non statim species conuertuntur in aliud traiecte in uentrem: possunt adhuc de uentre extrahi animalia,& in usum uenire hominis. Secundò,quia quamuis aliquid ordinetur ad usum aliquem,non tamen oportet, q̃ esse deficiat:quãdo quis eo uti non potest. ¶ Inter omnes has opiniones opinio Alexandri, Thomæ,Richardi uidetur uerior,& communior. Et secundum illam respondetur ad rationes aliarum opinionum. ¶ Ad rationem secundę opi.qua adducitur Beda de sacramento,quod per uomitum est emissum, dicitur,q̃ argumentum illud est pro responsione: quia arguit q̃ sacramentum etiam non solum intrat uentrem,sed etiam manet in uentre ad tempus. Si uero extenditur,q̃ etiam manet post specierũ alterationem &c.nihil arguit argumẽtũ. Vnde si ejiciatur per uomitum, & discerni possunt species panis ab aliis cibis simul sumptis,& sumi põt sine nausea, & periculo uomitus iterum,tũs debent sumi sicut uerum sacramentum, ne amplior fiat irreuerentia sacramẽto per incinerationem.s. si autem sunt nauseatæ, honorificè recondi debent cum alijs reliquijs. ¶ Ad illud tertiæ opi.de adoratione in uentre dicitur,q̃ ante sumptionem a sumente est adorandum: post sumptionem grauarum actionibus est uacandum pro beneficio accepto. Vbicunq; autem creditur esse siue in uentre suis:siue in ore uiri,uel mulieris, ibi est uenerandum, & adorandum intus in anima,licet non exterius in opere:maximè dum non constat quandiu sit in uentre. Et si replicaretur. Omne,quod intrat in os,in uentrem uadit,& in secessum emittitur: sed corpus Christi non emittitur in secessum, ergo nec intrat in uentrem. Dicitur, quòd per idem probaretur,q̃ non intraret in os,& sic a nullo sumeretur, nec comederetur:contra illud. Accipite,& comedite. Item. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Ideo dicitur q̃ dominus (Mat. 15.) loquitur de cibo corporali,qui accipitur ad refectionem corporis, ille intrat in os & uentrem & secundum partem emittitur in secessum. Corpus autem Christi licet sumatur in uentrem, nõ tamen manet usq; ad compleram digestionem,per quam cibi sumpti (quantum ad ea, quæ impura fuerunt) in secessum mittantur. quia prius species a sua naturali forma & proprietatibus, sub quibus stare potuisset substantia panis,alterantur. Et secundum hoc uerum est uerbum Ambro. lib. de sacra. & ponitur de consecra.dist.2.non steterit ait. Non iste panis est,qui uadit in corpus:sed panis uitæ æternæ,qui animæ substantiam fulcit. Non enim uadit in corpus per conuertionem eius in substantiam alicui corporis. Sic quidam uadunt species secundum modum tactum, supra fol. 45. sed fulcit substantiam animæ,non intrando, per corporalem unionem,sed per effectum. ut supra dictum est. Hæc de prima parte dubij. ¶ Ad secundum eius partem qua quęritur,dum Christi corpus species reliquit,ipsos uidelicet alteratas,ubi maneat:aut quo moueatur. Dicitur primò,q̃ definent hus speciebus,non desinit esse corpus Christi. Siquidem gloriosum est, & incorruptibile:secundum illud apostoli frequenter allegatum. Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur &c. Nec secundum dicta in responsione ad primam dubij partem manet in stomacho corruptis speciebus: quia iuxta statuta legẽ corpus dñi nullibi esse creditur,nisi in cœlo manifestè secundum dimensiones proprias,& formam propriã, & gloriosam. Et in sacro uelatis speciebus accidentibus secundum dimensiones panis, & uini:hoc est,in loco quo fuit substantia panis,& uini,non tamen dimensiuè:licet ibi fuit panis, & uinum.

B. Thom.

Matth. 5.

Iohan. 6. Matth 15.

Ambro.

H

Vtrũ definẽtibus speciebus dicatur corpus Christi ioceliter moueri.

Et

Et dr secundum legē statutam, quia prætet legem cōem, posset se personaliter ostendere alicui, ut dū occurrit Petro quærenti. Domine, quo uadis? Sic & alijs nonnullis sanctis affuisse in extremis legitur, ut scribit B. Hiero. ad Paulā de trāsitu uirginis gloriosæ. Nec etiā dimittēdo species mouet ad alium locum: quia in nullo alio loco est nisi in cœlo. Non autem euolat de loco specierum alteratarum ad cœlum, quia in cœlo manſit, quando sub sacramento esse incepit. Incipiens.n. esse in sacramento, non deseruit cœlū: ut dictum est lect. 46 prope finem. Etiam secundum uerbum Hugonis statim supra allegatum. Ita corrupto sacramento non redit ad cœlū. Non.n. redit ad cœlū, in quo prius est, a quo non recessit. Vbi ergo manet. Manet in cœlo, ubi præfuit antequam ad sacramentū uenit, a quo non recessit, dum ad sacramentum uenit. Vbi quæso manet anima rationalis, cum amputat manus hois. Non corrumpitur, quia perpetua est. Non manet in manu abscissa: qa anima secundum propriam naturam, nō pōt informare materias seu corpora discontinuatas, uel discontinuata. Nec pari ratione transit ad aliud corpus. Nec redit ad corpus cuius manus fuit pars: quia ab illo corpore nō recessit. Vbi igitur manet. Manet in corpore, in quo fuit ante abscissionem manus. Sic corpus Christi corrupto sacro, manet in cœlo, in quo fuit, antequā corrumperetur sacrm per specierum alterationē. Et licet contradictoria uerificentur successiue de corpore Christi: quia de pñte speciebus fit non pñs speciebus: nō tñ hoc fit p mutationē aliquam acquisitiuā, uel deperditiuam formæ alicuius corporis Xpi inhærentis: sed per mutationē corruptiuā specierum. Sicut si manente Iohanne in loco suo immobili, musca moriatur capiti suo insidens. Iohannes primò fuit contiguus muscæ: secundo nō fuit contiguus muscæ sine mutatione Iohannis. Nisi diceret, q pñtia localis cēs accidēs respectiuum in eo, q pñs est alicui, q pñtia corrumperet per corruptionem specierū. Sed illam opinionē hactenus secuti non sumus. Verū corpus Xpi per corruptionem specierum mutatur localiter, quia deserit locū, quem habuit. Locum continentē species, qui manet in speciebus corruptis, sine tamen acquisitione noui loci. Sicut in consecratione mutatum est localiter acquirendo nouum locum sine deperditione loci prioris. Et ista mutatio localis non est præcise ex corruptione specierum, sed quia non manet in loco specierum, qui locus manet speciebus corruptis, & ista mutatio est p propriam mutationē localem corporis Xpi, quo mutari potuisset etiā manentibus sacrā speciebus. sicut haberi potest ex lect. 45. prius allegata. Quod si hæc ab oībus capi non possunt, quasi agm reliquæ ignis potestati, & omnipotentiæ spiritus sancti tradantur, & quæ intellectu capere non possumus, simplici fide credamus, altiora nostrum intellectum excedentia, ne quæramus, ne se ut scrutatores maiestatis opprimamur a gloria. Tantum de primo dubio. q Quantum ad secundum dubiū, utrum populus fidelis participaturus eucharistiam, teneat eam sumere sub utraq; specie. Et uidetur: q sic. Nam dñs sacramentum hoc instituens præcepit post traditionem calicis. Hoc facite, quotiēscunq; biberis in meam commemorationem. Item Ioh. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Item hic fuit mos, & ritus in ecclesia primitiua, ut patet ex epistola Pauli ubi dicit. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. In oppositum est communis ritus Ecclesiæ Romanæ. Olim q̄stio illa poterat esse dubia, sed nunc post determinationē Concilij Constantien. ueritatem catholicā determinātis, dicere cōionem sub utraq; specie esse de necessitate salutis omni fideli, est hæresis ibidē publicē condemnata, & ideo superfluū est, immò nunc uelle ad probationem opositum

Quid est mutatio localis.

Vtrum populus uolēs communicari teneatur sacramentā sub utraque specie sumere.

B. Hiero.

I

1. Cor. 11.

positæ ueritatis multum niti, cum omni humana probatione maior sit ecclesiæ autoritas, in cuius fidei obsequium, intellectum nostrum captiuare tenemur. Verum ad intellectum huius ueritatis, sicut & ceterorũ fide creditorum, non inutile est, neque præsumptuosum aliqua differere, nel uerius per alios luculenter elaborata comportare. Pro quorum deductione suppono, quod in principio huius collecturæ deductum est, uidelicet q̃ circa sacramentorum ministrationem, quædam sunt de necessitate sacramentorum, & de iure diuino, sic q̃ nulla autoritate, nel consuetudine oppositum induci possit. Quædam uerò de necessitate præcepti iuris humani, & positiui, ut in pto posito forma consecrationis certa a Christo est præscripta, & materia certa ab eo determinata, panis. s. & uinum. Similiter & minister, pũta sacerdos ordinatus. In quibus ecclesia nihil habet immutare, nec aliud consuetudo potest inducere. Multa uerò per sacramenti reuerẽtia commisit dominus suis discipulis, & eorum successoribus determinanda, quæ pro diuersitate tẽporum, & causarum, circunstantiarumq; mutationem accipiunt. Sicut q̃ ad tempus ecclesia primò confecit in azymo pane, post causa emergente celebrauit in fermẽtato, & demum iterum in azymo: ut supra lect. 34. ostensum est. Sic q̃ celebretur in ecclesia, & altari, ac uasis, uestibusq; consecratis, ieiuno stomacho, & cum ceteris cerimonijs, & orationibus ex ecclesiæ institutione ordinatum est. Quæ ex rationabilibus causis ecclesia mutare posset in toto, uel in parte, & mutata sub præcepto tradere, sic q̃ tunc homo peccaret faciendo illud, in quo nunc meretur. Videndum ergo est, utrum cõio sub utraq; specie emanauerit a præcepto diuino indispensabiliter an non. Si prima certum est, q̃ per nullam ecclesiæ constitutionem, aut contrariam consuetudinem (quæ magis corruptela foret) tolli posset. Si secundum, tunc in dubium noq uenit, quin ex rationabilibus causis mutari posset. ¶ Est ergo circa hoc, hæc propositio. Cõicatio Eucharistiæ sub utraq; specie a Christo nõ est p̃cepta generaliter oibus fidelibus indispensabiliter. Patet hæc propositio: quia hoc præceptum uel colligeret ex institutione huius sacramẽti, q̃ sub duplici specie ipsum instituit. Aut ex eius dispensatione, qua suis discipulis dispensauit. Aut ex manifesto præcepto, quod uel ante institutionem, aut in ipsa cena, aut post cenam dedit. Sed nullum horum dici potest. Ergo propositio uera. Consequentia nota, & antecedens est sufficiens diuisio. Nam alius modus ab illis non est dabilis. Minor probatur. Non tertium, quia nullum tale præceptum legitur dominus dedisse neq; per se, neq; per apostolos. Nec primum, aut secundũ, quia licet sub utraq; specie instituit, & dispẽsauit discipulis (quos iam in sacerdotes ordinauerat dñs) eucharistiæ sacrm, ex illo tñ conuinci non põt, q̃ sic ab omnibus sumi debere omnibus demandauerit. Multa quippe in institutione eius, & in dispensatione, qua discipulis suis sumendum tradidit, obseruauit, quæ per hoc nec eis uniuersaliter, nec alijs generaliter obseruari mandauit, ut ex deducendis apparebit, sicut & quædam discipulis, & eorum successoribus specialiter, & non omnibus fidelibus tradidit. Nã solos discipulos tunc præsentes sacerdotes ordinauit, dicens. Hoc facite &c. de quo supra lect. 4. Ipsi deniq; discipuli, sacerdotes, & eorum successores, præsbyteri, non ex facto Christi, sed mandato ecclesiæ ad sumendum sub utraq; specie sunt obligati. Soli enim sacerdotes hodie in ecclesia (saltem latina) corpus, & sanguinem participant sub distinctis speciebus. Non tãtum inducti ad rememorandum Christi passionem, cuius ipsi sunt ministri specialiter in ecclesia deputati, sed ob p̃ceptum ecclesiæ ipsos ad hoc faciendum obligans: iuxta ea. comperimus. de confect. dist. 2. ubi dicitur. Cõperimus q̃ quidã sumpta tm̃modo corporis sacra portiõe, a calice

Conc. Trid. Sess. 21.

Can. 1. & 2.

Conc. Trid. Sess. 22.

K

+

An cõicatio sub utraque specie sit a Christo præceptum.

sacri cruoris abstineant: qui proculdubio (quia nescio, qua doceantur superstitione astringi) aut integra sacramenta participant, aut ab integris arceantur, quia diuisio unius, eiusdemq; mysterij, sine sacrilegio grādi non potest prouenire. Hic autem canon secundum glo. & doct. communiter, tantum sacerdotes respicit. Quod etiam patet ex rubrica quæ præmittitur, quæ est hæc. Corpus Christi sine eius sanguine sacerdos non debet accipere. Vnde & sacerdotes ut eo expressius, & distinctius memoriam agant passionis dominicæ, pro cuius distinctione memoria sub duabus speciebus eucharistia instituta est, etiam cum ad offerendum, & manducandum accedunt, uarijs utuntur cerimonijs, in replicando cruces ante, & post consecrationem, quę Christum crucifixum representant. Vtuntur quoq; sacratis uestibus, ad significandum quędam gesta, & passa per Christum, ut patet ex eorundem expositionibus supra factis, quæ non fiunt per laicos sacramentum sumentes de sacerdotum manibus. ¶ Sic nec dominus alijs, quam suis discipulis, quos sacerdotes ordinauit, legitur sacramentum sub duplici specie porrexisse. Quomodo autem deinceps, & quo ordine a fidelibus sumendum foret, etiq; ministrā dum, ut ū sub una, uel sub duplici specie apostolis reliquit ordinandum, sicut beatus Aug. in c. liquido. de conse. dist. 2. in simili dicit de ieiunio. Neq; quia dominus post cibos discipulis dedit, propterea pransi, aut cenati fideles ad illud sacramentum percipiendum debent conuenire. Et post modicum. Nam si ille hoc monuisset, ut post cibos acciperetur, credo: q illum morem nemo immutasset. Ideoq; non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis, per quos dispositurus erat ecclesias, seruaret hunc locum. Ita & in proposito dicitur, q Christus distribuit discipulis suis sub utraq; specie corpus, & sanguinem, non tamen ordinauit, & præcepit, q ipsi cæteris quibuscunq; sic ministrarent. Vnde nec de aliquo ipsorum legitur: q huiusmodi cōmunionem sub duplici specie practicauerit quoad laicos: uel q ipsis præceptum de sic communicando sit traditum. Vnde Act. 2. legitur de conuersis, ad fidem per apostolos. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorū, & communicatione fractionis panis. In fractione dicitur panis secundum gl. ut exponit mag. histo. in scholastica historia. 1. eucharistiæ, ubi nulla fit mentio de sumptione calicis. Verumtamen apostulus Paulus narrat corinthijs qualiter sub duplici specie Christus hoc sacramentum instituit, di. Ego .n. accepi a dño, quod & tradidi uobis, quoniam dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens &c. Et post. Similiter & calicem postquam cœnauit. Deinde quia usus fuerat corinthijs sub duplici specie cōicare, quē ritū ipse nō interdixit, sed permisit: cū in nullo erat contrarius euāgelio, ipsos exhortando: ut cōicent in memoriam passionis dominicæ subiūxit. Quotiēscunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē dñi annunciabitis, donec ueniat. s. ad iudiciū, quasi di. Cū uolueritis corpus dñi manducare, & calicē dñi bibere, tunc facite in memoriam dñicæ passionis, qa sic Christus in cena ministrās discipulis ipsos hortabatur, ut in memoriā sui hoc ipsum, quod ipse fecerat, peragent. Nec ex toto illo processu Pauli elici pōt, q de sumptione corporis, & sanguinis sub duplici spē dñs dederit præceptū omnibus sic manducandi, & bibendi. Nec etiam trahi pōt, q ipsemet Paulus hoc præceperit, sed (ut dictū est) narrans factū Christi in cena, hortatur, ut dū ipsi manducant, & bibunt de morte, & passione Xpi recordentur. Quod si apostolus ipse cōicationē corporis, & sanguinis sub utraq; spē necessariā esse fidelibus ad salutē ex præcepto reputasset, nō uidet, quin expressius hoc scripsisset tam corinthijs, quam alijs fidelibus, quibus suas transmisit epistolas, & maxime romanis, qui caput mundi erant. Ipse ȳ & si ritum hunc

In sacro eucharistię aliqua a solo Christo aliqua ab ecclesia sunt immediate instituta.

L Conc. Trid. Sess. 21. August

obserua

obseruauit, non quia de præcepto debuit, sed quia ex facto Christi, hunc obseruare potuit. Vnde & græci hunc ritum communicandi ab apostolo fuisse perum, quem seruare dicuntur his diebus. ¶ Et ita etiam dato: ꝙ cæteri apostoli & fideles in primitiua ecclesia cõmunicauerint sub utraq; specie, quod tamen non legitur, sed neq; constat hunc ritum fuisse totius ecclesiæ universaliter, licet legatur in multis particularibus ecclesijs obseruatus, tamen tũc sic communicabant propter Christi factum non propter Christi præceptum quasi ad hoc de necessitate salutis fuerint obligati. Non enim (ut dictũ est) factum Christi obligationem semper inducit ad similiter faciendum, sicut in multis est uidere. Ipse multa operatus est miracula, in quo eum imitari nec obligamur, nec possumus. Similiter opera supererogationis, & perfectionis in gradu summo, & puncturali uirtutis exercuit. In altissima paupertate: in uirginali, & clarissima castitate, in qua dragina dierum omnimoda abstinentia, & ieiunio uitam duxit. In pascha. Pascha cum discipulis manducauit, & post cenam discipulos communicauit. Ad quorum, aliorumq; plurimorum imitationem minime obligamur. Vnde & ait discipulis. Qui potest capere, capiat. Vnde ecclesia ex rationabilibus causis aliqua horum statuere potest. Similiter ab huiusmodi obseruantijs cessare, & potuit, & debuit, ex nouis causis, & casibus. Sic in primitiua ecclesia omnes fideles uixerunt cõmuniter: ut habetur Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Nec possessiones habebant, sed habitas uendebant, offerentes, & ponentes precia eorum ante pedes apostolorum. Nec tamen ex hoc facto primitiuæ ecclesiæ, omnes fideles ad similia obligantur. Item in primitiua ecclesia sacerdotes, & leuitæ uxoribus utebantur. Vnde & Paulus in regula episcopali. Oportet episcopum irreprehensibilem esse. unius uxoris uirum &c. filios habentem subditos. Et infra. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint. In quo tamen non solum nostri temporis episcopi, sacerdotes, & diaconi nõ imitantur, sed nec licite possunt. ¶ Et ita dato in nostro proposito, ꝙ ritus ille communionis sub utraq; specie fuerit in primitiua ecclesia uniuersaliter obseruatus, quod tamen probari non potest, ecclesia tamen ad hoc obseruandum nullatenus fuisset astricta, sed laudabiliter cessare potuit propter diuersa pericula, quæ multiplicato fidelium numero, contigerunt. Et ita cessasse creditur, & usus communicandi sub una specie pane ad laicos, & sacerdotes non celebrantes introductus. Et taliter hodie a cunctis fidelibus obseruatur per totam ecclesiam occidentalem, exceptis paucis scismaticis, qui se ab huiusmodi generali obseruantia subtrahunt in periculum, & damnationem suarum animarum, maxime si dum frequentant huiusmodi communionem sub utraq; specie tanquã ne cessariam ad salutem, contra generales ecclesiæ determinationes factas in nouissimis concilijs uniuersalibus Constan. & Basi. Neq; usus ille sub una specie communicandi nouus est, sed antiquus, & tanti temporis, ꝙ ipsius initium neq; est in memorijs hominum, neq; in scriptis doctorum, nec in annalibus scribentium reperitur. Ea propter merito ut decens, utilis, congruus, & rationabilis obseruabitur, quia impium est cogitare, ꝙ Christus, qui ecclesiã sibi in sponsam suo proprio sanguine copulauit, permiserit tam periculose errasse per tanta spacia temporum, & annorum ¶ Assignant aut doc. Alex. de Ales parte. 4. q. 53. sanctus Tho. Bona. & post eos Cancel. paris. Gerson in tractatu suo, quem de hac materia in concilio Constantien. scripsit, causas quam plurimas sicut sancta ecclesia hunc ritum introduxit, & laudabiliter continuat, & continuabit. Vna ut euitetur periculum distillationis,

M

N

O

Vsus cõmunicandi sub una spẽ uetustissimus est.

Quare sic introductus.

& effu-

& effusionis sanguinis Christi, qui non nisi cum maxima cautela, & prouidē tia est tractandus propter fluxibilitatem speciērum uini, sub quibus continetur, quæ de facili possunt effundi, præsertim in tanta pressura, & multitudine communicantium, cum ad communicandum persæpe conueniunt homines tremuli, barbati, infirmi, paruuli, qui satis prouide sanguinem sumere non P possunt, quin de facili peccata, & pericula grauia sequerentur. ¶ Quantum autem peccatum, & quam graue sit stillatio, uel effusio sanguinis Christi satis declarat penitentia sacerdoti iniungenda, per cuius negligentiam gutta sanguinis cadit in terram, uel in pallam altaris. iuxta decre. pij papę, quod ponitur de conse. dist. 2. Si per negligentiam. Vbi præcipitur: ꝙ cum de sanguine aliquid stillauerit per negligentiam sacerdotis super terram, lingua labetur, tabula radetur, & rasura igne consumetur &c. & ut infra dicitur, sacerdos quadraginta diebus pœniteat, tot diebus ieiunando, & a celebratione abstinendo, ut dicit glo. Si ergo tali negligentia accidente, terra debet lambi, radi, & post rasuram in ignem proijci, & comburi &c. Nunquid pepla mulierum, & barbæ, uirorum Christi sanguine mandibata, ignibus uenunt tradenda. Pœnitentiam deniq; talem laici non sine grauamine, murmure, & cō tradictione susciperent, & ferrent. Rationabiliter igitur, & caute ordinauit ecclesia communionem sub speciebus panis tantum percipi debere quoad laicos, & ut irreuerentia, & periculum euitetur, & populus tam graui pœnitētiæ non exponeretur, maxime cum omnem fructum interiorem consequantur ex sumptione corporis & sanguinis sub una specie, sicut sub duabus. Ex ista etiā constitutione pij Papę uehementer coniecturari potest, ꝙ consuetudo communicandi sub una specie est uetustissima, & ab antiquo in ecclesia obseruata. Nam Pius, decimus fuit papa post beatum petrum, ut refert beat. Aug. in epistola ad generosum. Et sedit in cathedra petri circa annum centesimum quinquagesimum tertium. Quod si suo tempore fuisset consuetudo communicandi populum laicalem sub utraq; specie, uerisimiliter prouidisset de effusione sanguinis, quæ contingere posset in communione laicorū, sicut fecit, de ecclesiæ ministris, cum minus prouidi sint laici in sumptione, quam ecclesiæ ministri. Item periculum fuisset in conseruatione speciērum uini pro infirmis: pro quibus semper parata haberi debet eucharistia, ut dicitur de conse. dist. 2. præsbiter. De eoius cauta custodia habetur in ca. qui bene ea. dist. Periculum quidam in conseruando ne perterentur in acetum, & ita definerēt esse sacramentum. Ne congelarentur in hyeme. Ne bibiones, & muscæ generarentur in æstate: aut alias species corrumperentur, quā tumcunq; uas obstrueretur, & ita aut redderentur ad sumendum abominabiles, aut si species uini corrumperentur, daretur infirmo occasio idolatrandi & sumendi pro sacramento, quod non esset sacramentum. Periculum deferendi quandoq; etiam in equis ad loca remotiora: ubi cadere posset sacerdos siue eques, siue pedes. Item quæritur, in quo uale fieret tanti uini consecratio, quod sufficeret pro decem, aut uiginti milibus personarum. Quomodo de his uasis consecrandis, lauandis, tangendis nihil statuisset ecclesia, quæ tam solicite de altari, pallis, uestibus sacerdotalibus, cahce & cæteris ordinauit, & prędictis periculis non subuenisset. Esset nihilominus sumptuosum in his regionibus, in quibus uix inuenitur uinum pro celebratione, de longinquo pręcio charo deportatum. Quomodo ergo non de his omnibus disposuisset ecclesia. Dato ergo: ꝙ in principio nascentis ecclesiæ communis fuisset ritus communicare sub utraq; specie: propter euasionem tantorū periculorum rationabiliter ab illa communione laicorum sub utraq; specie Q cessasset. ¶ Alia causa cessationis ab huiusmodi ritu, ut tollerentur errores,

qui

qui ex communione sub utraq; specie orti fuerunt, & oriri potuerunt. Credere enim poterat cōmunis populus ex tali communione Christum nō esse eorum uerum, & perfectum hominem sub una specie, nec tātum esse sub una specie, quantum sub duabus, sicut multi hæreticorum de facto astruxerunt. Nestorius enim sub specie panis tantum corpus Christi esse dogmatizabat sine sanguine, & sub speciebus uini sanguinem tantum sine corpore, pro eo, q̄ in paraſceue corpus fuit separatum a sanguine. Quæ ratio nil arguit, cum talis sit Christus in sacramento, qualis est in sua naturali consistentia. Et idem. Si apostolus aliquis in paraſceue consecraſſet, sub speciebus panis fuisset corpus sine anima, & sanguine, præsertim post expirationem in cruce. Nunc autem quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: si consecratur, utrobiq; est uiuus, ergo sanguis utrobiq;, & corpus. Item ad tollendū errorem, q̄ communio sub utraq; specie sit laicis de salutis necessitate quē quidam deducere nisi sunt ex uerbis Christi. Nisi manducaueritis, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, ut in principio argutum est. Ex quibus elicere uolunt, q̄ sit necessarium cuilibet homini ad uitam etiam sacramentaliter communicare sub utraq; specie. Sic refertur de Pelagio, qui occasione horum uerborum paruulis statim post baptismum corpus, & sanguinem sub utraq; specie ministrauit, q̄ & si speciem panis deglutire non poterant, dixit ipsam cum speciebus uini esse permiscendam ut ita funderentur in ora puerorum. Et si forte ſis quispiam eiecisset, dicebat id esse comburendum, innitens illi in Exodo. Si quid residuum fuerit, comburetis. Multi præterea ultra pelagianos errantes occasione præfati textus (Ioh. 6.) non solum uiuis sub utraq; specie corpus, & sanguinem domini ministrabant, sed etiam defunctis, ut refert Beda in quadam Homel. super Matthæum. ¶ Ad horum ergo errorum extirpationem, & similium laudabiliter ecclesia cessauit a præfato modo communicandi sub utraq; specie, etiam si ad tempora continuaſſet eundem. Sicut in simili quandoq; ceſſauit ad tempus consecrare in azymo, propter errorem eorum, qui dixerunt legalia cum euangelio esse obseruanda, & necessarium esse in hoc Christianos iudaizare, quales fuerunt Ebionitæ. Et ut hunc errorem tolleret, præcepit tēpore Leonis papæ consecrare in fermentato, ad ostendendam libertatem euangelij, non obstante, q̄ Christus confecit in azymo, ut habitum est supra lect. 34. Nec obstat, q̄ in epistola quadam beatus Cyprianus. Ad hoc conficitur eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos igitur tutos esse uolumus contra aduersarios, munimento dominicæ securitatis armamus. Sed quomodo armamus? quomodo prouocamus in confessione fidei sanguinem suum fundere, si eis militantibus Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia domini poculum admittamus? Et loquitur ille sanctus contra quosdam, qui simpliciter denegabant sacramentum eucharistiæ, in quo certe erant reprehensibiles, cum hoc sacramentum armet contra tentationes, & quilibet alia pericula. Vel loquitur iuxta morum suæ ecclesiæ, cui ipse præcedit, in qua forte tempore suo particulariter uigebat communio sub utraq; specie, quam sub nomine calicis, & sanguinis expressit, quia sub illa specie fit manifestior repræsentatio effusionis sanguinis Christi, ex cuius memoria animatur homo ad martyrium. Neq; tamen illam communionem sub utraq; specie simpliciter necessariam docuit, quasi esset de præcepto Christi. ¶ Licet ergo in primitiua ecclesia illa communio generaliter in usu fuisset, ubi non erat tanta multitudo fidelium sicut modo, & sic poterat sumi sanguis sub specie uini, quod periculum multiplicatis fidelibus ecclesia crebro est ex

Vſus cōicādi sub utraque ſpē potuit rationabiliter ab eccleſia ſic inſtitui.

perta.

perta. Et quia in primitiua ecclesia propter passionis dominicæ uicinitatem maior uiguit charitas, & deuotio, ea propter tunc cum magna reuerentia, deuotione, & cautela accesserũt, & biberunt de sanguine Christi ex calice, pro cuius nomine etiam proprium sanguinem fundere siciebant, secũdum illud apostoli. Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed Phil. 1. etiam pro illo patiamini. Cum uero in processu temporis charitas refriguit & tepuit in fidelibus, potuit ecclesia rationabiliter subtrahere laicis calicẽ sanguinis Christi maxime cum nullum profectum per hoc auferat ecclesia a fidelibus, quoniam uirtus & efficacia huius sacramenti non dependet a speciebus illis uisibilibus, nec una, nec ambabus, sed a rebus contentis sub speciebus, quæ ita sunt sub qualibet specie seorsum, sicut sub ambabus, nec plus sub ambabus, quam sub una. Efficacia etiam, & profectus proueniẽs ex sumptione sacramenti sub una specie tantus est: sicut ex sumptione sub utraq;. Sacerdos uerò, qui offert in persona totius ecclesiæ pro se & clericis & laicis, & manducat atq; bibit, ut sic repræsentatio perfectæ refectionis expresse significetur futura, pro cuius adeptione sacrificatur in uia, & si quandoq; desit ecclesiæ personalis deuotio in sacerdote celebrante, nunquam tamen deficit deuotio sponsę ecclesiæ, in cuius persona agit officium. Caueri etiã possunt a sacerdote celebrante facilitèr cæteri defectus supra notati. Sacerdos igitur in conficiendo, & offerendo, ac manducando hoc sacramentum pro omnibus fidelibus in persona ecclesię, tenet ritum quem Christus in cœna in persona propria exemplauit. Cui ex officio, & ordine suscepto in ecclesia conuenit hoc sacrificium conficere, ipsum confectum pro salute omnium in reconciliationem, & remissionem peccatorum patri offerre, quod neq; laico, neq; sacerdoti, dum extra missam de manu alterius communicat, concessum est. ¶ Ex illo autem errore, q̃ cõio sub utraq; specie esset de necessitate salutis, sequuntur alij non minus periculosi errores, ut recitat Gerson. I. primò, q̃ tanta esset dignitas laicorum, circa sumptionem corporis Christi, sicut sacerdotum. Secundo cum hoc semper fuit de necessitate salutis, ut dicit hæresis illa, q̃ perierunt omnes, & pereunt aliter sentientes facientes, aut docentes. Omnes quoq; generaliter tam clerici, quam doctores, & prælati, qui nõ posteriores oppositi fuerunt se tali consuetudini, uerbis, scriptis, aut sententijs, & q̃ sacram scripturam omnes illi peruerterunt. Item q̃ ecclesia Romana non ritę sentit de sacramentis, nec in hoc esset imitanda. Item q̃ concilia generalia, & specialiter Constantien. & Basilien. errauerunt in fide, & bonis moribus. Et plures alij errores, ac seditiones grauissimæ. Nec ualet si opponatur, q̃ saltem discretis, & bene utentibus ratione, deberet sub utraq; specie dispensari, quia nimis esset hoc in ecclesia seditiosum. Nullus quippe uellet in ecclesia indiscretus, nullus incautus reputari. Esset q; hoc aliquos de peccato, uel indiscretione infamare, quod fieri non debere, Christus suo docuit exemplo, dum suo proditori iudæ corpus suum, & sanguinem non negauit, nec eum repulit, quem nouit indigne accipere, licet sua indignitas occulta fuit. Nec per hoc omnes supradicti errores, seu eorum occasiones cauerentur. ¶ Et per hoc ad rationes in principio dubij motas. Ad primam, quæ allegat illud apostoli. Hoc facite, quotiescunq; &c. iam solutum est, q̃ apostolus ibi recitat factum Christi, non imponit præceptum, sicut nec Christus imposuit de cõmunione sub utraq; specie, sed ad passionis memoriã cõicantes, & conficientes horrabatur. Ad secundam (Ioh. 6. Nisi manducaueritis &c.) Ioh. 6. dicitur, q̃ in toto illo ca. dñs loquitur de mãducatione, & bibitione spũali, quę nõ distinguunt, quia q mãducat spũaliter, bibit spũaliter, & ecõuerso, & nõ carnaliter neq; sacramentaliter sicut carnaliter uerba Xpi intelligẽtes, abierũt retrorsum.

Quare sacerdos cõicat sub utraque specie, non laicus.

T

V

sum Vnde Christus sua uerba manentibus discipulis exponens, dixit. Spiritus est, qui uiuificat, caro non prodest quicquam. i. sine spiritu. Verba, quæ ego locutus sum uobis, spiritus, & uita sunt. Sic & sacramentalis communio nō est simpliciter necessaria: sed spūalis, de qua sup. lec. 36. & inf. lec. 87. dicet.

Alexand. Ad tertiū similiter responsum est. Et si dicat Alex. loco alleg. dicit, q̄ licet sumptio, quæ est in accipiendo sub una specie, sufficiat, illa tamen, quæ est sub duabus speciebus, maioris est meriti. Tum ratione augmentationis deuotionis: tum ratione fidei dilationis actualis: tum ratione sumptionis complectionis. Potest dici, q̄ loquitur comparando sumptionem celebrantis, qui officium missæ perficit, eucharistiam conficit, offert, & sumit pro se, & uniuersa ecclesia, in quo officio sub utraq; specie conficit, offert, & sumit, ad sumptionem, qua ut a persona singulari sumitur sub una specie de manu sacerdotis. Illa quippe est maioris meriti. Maius enim est meritum celebrare, quam solum sumere. Ibi concurrit maior deuotio propter orationes, quas facit, & actus plures a domino, & ecclesia ordinatos. Ibi etiam fides actualiter dilatatur per uestes sacras, cerimonias, cruces, luminaria & cætera, quæ omnia rectę fidei attestantur, & ad multa actualiter considerauda & credenda excitant, quod sumptio simplex nō facit. Ibi etiam est cōpleta sumptio, non ratione rei contentæ, ut ipse ibidem declarat, sed ratione repræsentationis, tam passionis dominicæ quæ facta est per sanguinis effusionem, quam perfectæ refectionis, quæ nedum in cibo consistit tantum aut potu, sed simul in utroq;. Vnde & ipse recitat factum bene memorandum di. Quibusdam religiosis petentibus, & instantibus, ut sub utraq; specie sumerent sacramentū sacerdote quodam pio cantante. Cum faceret hostiæ fractionem, concauū patenæ totum uisum est repleti sanguine. Ad quod ostupuerunt ipse, & circumstantes. Sed cum contingeret, partes hostiæ totum uisum est reintrare: & sic perturbationi, & tentationi illorum fuit penitus satisfactum. Hæc Alexan. Ex quo patet q̄ mentis suę non fuit loqui de communione sub utraq; specie extra sumptionem celebrantis missam. E tantum de illo dubio.

Alexand.

DE FRVCTIBVS ET EFFECTV Eucharistiæ.

LECTIO LXXXV.

A



VNC de tertio dubio, scilicet de effectu, & fructu huius sacramenti, quos consequuntur ipsum sumentes. Et quoniam duplices sunt hunc cibum sumentes, quidam digne, alij indigne, alium illi, alium isti consequuntur effectum. Nam illi gratiam, & gloriam, isti mortem consequuntur, & pœnam. Hinc canitur in prosa. Mors est malis, uita bonis, uide, paris sumptionis, quam sit dispar exitus. De quo be. Ber. in ser. de sacramento ait. In cena domini de uno pane consecrato petrus, & iudas accepit. Bonus in uitam, pessimus in pœnā. Bonus in beneficium, pessimus in testimonium. Bonus in salutem, pessimus in mortem. Quod totum usq; huc completur in sacramento altaris. Bonis quidem in bonum sumentibus, canibus uerò non sic. Canes sunt, qui irreuerenter accedunt, & ideo iudicati recedunt. Quod in arca dei figuratū

Conc. Trid. Sess. 13. c. 2. & can. 5. eiusd. sess.

est,

quæ allophylos occidit, & israel saluauit. Et in manna, quod bonis omnis delectamenti, & suauitatis saporem, malis uero nauseam præstitit. Similiter in Babylonico igne, qui nouit pueros in fornace conseruare, & ministros regis caminum incedentes incendere, & cremare. Vnde Chrisſ. Homil. 9. Sicut corporalis cibus dum inuenerit uenterem aduersis humoribus occupatū, amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium. Ita & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, nō sua natura, sed accipientis ultio. Hæc ille. Primo tamen de effectibus, quos operatur indignæ sumentibus dicendum. Deinde dubio sequenti de his, quæ sequuntur in sumentibus irreuerenter, & indigne. De fructibus tamen eius, quos consequuntur ex eius oblatione, & sumptione, qui digne accedunt, seu offerunt, eorumq; magnitudine neminem puto mortalium differere plene posse. Nam cum nec solium cadit de arbore sine parre, sine causa, sine fructu, quia sine diuinæ bonitatis, quę causa est omnium influxu. Indubitabile apud fideles manet, q̄ opus dei pariter, & munificentissimum, & magnificentissimum, quo scilicet diuina sapientia, nec maius, nec magnificentius dare potest, inæstimabiles fructus salutis pariat in anima sumētis bene dispo sita, & ordinata. Nam in hoc sacratissimo cibo digne sumpto, corpus Christi uerum, mystico corpori suo in hoc sacramento signato, singulari unione connectitur. unde omnis beatæ uitę influxus in membra derivatur. Coniungitur Christus ecclesiæ sponsę suæ sponsus, a quo suscipit perfectionis ornatum secundum mensuram uniuscuiusq; membri, quousq; perueniat ad mensuram plenitudinis Christi. Laborauerunt plurimi doctores, & sancti ex his, quæ spiritussancti calamus scripturæ sanctæ impinxit, fructus salutis colligere, scriptisq; tradere ad ecclesiæ ędificationem. Ex eorum itaq; quibusdam cō mendatis carpere aliqua desideras, nō fugientes spicas, quas Ruth illa moabitis ad litteram feciſſe legitur, quę uidens, & festinans interpretatur. Absit, ut hanc ingenij celeritatem mihi arrogem, sed quæ illi clarissime de semine scripturarum messuerunt, & horreo ecclesiæ obtulerunt, aliqua pię furari ab breuiando transcribere sufficiat. ¶ Sunt itaq;, qui fructus huius sacramenti ad numerum duodenarium, secūdum numerum fructuum ligni uitæ (de quo Apo. ulti.) reduxere. Sic Rich. in suo. 4. dist. 8. q. 2. metro ludens, insinuat. Inflammat, memorat, sustentat, roborat, auget. Hostia speciem, purgat, reficit, uitam dat, & unit. Confirmatq; fidem, munit, somitemq; remittit. Inflammat charitatem, memorat dominicam passionem, sustentat ad operationem boni, roborat ad perseuerātiam propositi sancti, auget speciem, purgat ueniale peccatum, & quandoq; mortale, reficit manducantem spiritualiter æterna consolatione, uitam dat gratiæ, unit Christo solide, confirmat fidem sine errore, munit contra casum proueniemtem ex propria infirmitate, somitemq; remittit ardorem. s. carnalis concupiscentiæ, contra dæmonis impulsum. Sunt, qui sub eisdem figura, & numero, sed non eodem modo, fructus eucharistiæ colligunt. Per oppositum enim ad damna, quæ fructus ligni mortis, arboris. s. interdictæ ex ueteris adæ culpa intulit, fructus ligni uitę (quod Christus est) ordinauit. Primi namq; parentes per esum pomi uetiti multas miserias toti humano generi arcuerunt. Vnde congruum fuit, immo necessarium per esum alterius cibi salutaris, & fructiferi, ab illatis miseriis idem genus hominum subleuari, nē perpetuo miseriis illis subiectum laboraret, & tandem præssum morbis totaliter depereret. Miseriæ istæ reperiuntur in genere. s. uincula culpæ, defectus gratiæ, plaga mortis, & gehēnę. Partitæ singulę in quatuor faciunt duodenarium numerum miseriarum a ligno mortis decerptarum. Vnde in miseria culpæ sunt, dæmonis tentatio, somi

Ruth. 2.

B

tis

tis rebellio, cordis macula, creatoris offensa. In miseria defectus gratiæ, quadruplex inuenitur languor. s. in cognitione nostri, in dilectione proximi, in sapore spirituali, in consummatione boni. In tertia miseria. s. mortis plaga sunt, debitum mortis æternæ, defluxus bonæ uitæ, exilium mundanæ miseriæ, incineratio corporalis materiæ. Contra has miserias, fructus salubres, & totidem remedia, affert eucharistia digne sumpta. Nam contra tres generales miserias, affert remissionem culpæ, augmentum gratiæ, & collationem uitæ. Sic contra singulas duodecim miserias, singulos fructus, & utilitates. Nam contra primam miseriam, tentationem. s. dæmonis, dæmonem fugat. Contra secundam, fomitem mitigat. Maculam cordis mundat, contra tertiam. Contra quartam, iram dei placat. Contra medias quattuor miserias illuminat intellectum, inflammat affectum, mentem delectat, & ad operandum roborat. Contra miserias quattuor ultimas, ab æterna morte liberat, uitâ restaurat, ad patriam reuocat, corpus ad uitam resuscitat. Dimitto scripturæ con-

C cordantias ad singula. ¶ Sunt & alij, qui fructus huius sacramenti digne susceptj, reducunt ad numerum senarium, secundum eius sextuplicem denominationem, quæ sibi attribuuntur, eo ꝙ in sextuplici genere bonorum inuenitur, propter innumerabiles gratias, quarum est contentiuum. Dicitur, n. quandoq; gratia, quandoq; donum siue munus, quandoq; cibus, quãdoq; cõmunio, quandoq; sacrificium, quandoq; sacramentum. Et secundum quodlibet nomẽ, innumerabilia continet & affert dona, fructus, & gratias. De quibus dominus Alber. librum edidit perutilem, diffuse prosequens singula. Sũt, qui fructus eucharistiæ reducunt ad quattuor generales, secundum ꝙ est edultium uegetans ad uitam æternam. Viaticum confortans nos ad perficiendũ huius exilij uitam. Pignus æternæ salutis. Et communicatio omnis sanctitatis. Et secundum hæc effectus eius assignari possunt, uegetare, confortare, certificare, & perficere. Quos similiter tangit Alber. in principio libelli prænotati. Sunt, qui innumerabiles fructus eucharistiæ reducunt ad numerum ternarium, scilicet ad bonum oblationis sacrificij, bonum communicationis conuiuij, bonum refectionis uiatici. Primum quoad deum. Secundum quoad proximum. Tertium cuiuslibet quoad seipsum. Hanc sequitur Cancel. parisien. in suo super Magnificat. trac. 9. exponens uersum. Esurientes imple. bonis. Varij sunt uariorum modi summam fructuum assignantium, secũdm numerum septenarium donorum uirtutum, beatitudinum, ac petitionũ dominicæ orationis, quæ omnia prosequi longum esset pariter, & laboriosũ.

D ¶ Ideo breuitati studens, primò, fructus ipsos bimembras, deinde membrum quodlibet subdiuidendo in ramusculos fructus afferentes dulcissimos procedam. Pro quo rememorandum, ꝙ sacrosancta eucharistia principaliter institutа est in sacrificium, & in sacramentum, seu cibum, ideo omnem fructũ sacrificij omnemq; fructum spiritualis cibi influit, atq; gignit. Pro intellectu primi, quomodo. s. eucharistia nobis est instituta in sacrificium, aduertendũ est, ꝙ secundum be. Aug. 10. de ciui. dei ca. 4. Sacrificium cultus quidam est soli deo debitus, secundum ꝙ scribitur. Sacrificans dijs eradicabitur nisi domino soli. Siue (ut alij dicunt) est oblatio facta deo in recognitionem supremi dominij, & redit in idem, si tamẽ oblatio generaliter accipitur pro omni actu interiori, uel exteriori facto ad honorem dei, tanquam supremi omnium domini. Est autem duplex sacrificium. s. interius inuisibile, & exterius uisibile. Inuisibile sacrificium, cor nostrum. i. uoluntas nostra est, cum dona dei, & seipsam deo uouet, & reddit. Vnde ait. Huic scilicet deo seruitutem (quæ latria græcè dicitur) siue in quibusdam sacramentis, siue in nobismetipsis debemus. Per latriam sacrificium intelligit. Vnde & subdit. Huius

Alia diuisio secundũ numerũ senarium.

Conc. Trid. loco sup. allegato.

enim-

enim templum simul omnes, & singuli templa sumus, quia & omnium concordiam, & singulos inhabitare dignatur, non in omnibus, quam in singulis maior, quoniam nec mole distenditur, nec participatione minuitur. Cũ ad illũ sursum est, eius est altare cor nostrum, eius unigenito cum sacerdote placamur. Ei, cruentas uictimas cedimus, quando usq; ad sanguinem pro eius ueritate certamus. Ei suauissimum adolemus incensum, cum in eius conspectu pio, sanctoq; amore flagramus. Ei dona eius in nobis, nosq; ipsos uouemus, & reddimus. Ei beneficiorum eius solemnitatibus festis, & diebus statutis dicamus, sacramusq; memoriam, ne uolumine temporum ingrata subrepat obliuio. Et sacrificamus hostiam humilitatis, & laudis in ara cordis, igne feruidæ charitatis. Ad hunc uidendum sicut uideri poterit, eiq; cohærendum, ab omni peccatorum, & malarum cupiditatum labe mundamur, & eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, uel potius reeligentes, ad eum dilectione tendimus, ut perueniendo quiescamus, ideo beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum nullum est aliud, quam illi cohærere. Et hoc quidem. s. cohærere illi uoluntate, & amore, est sacrificium interius, & inuisibile. Sacrificium autem uisibile, ut idem ca. 5. eo. lib. (& habetur de conse. dist. 2. sacrificium) dicit, est inuisibilis sacrificij sacramentum. i. sacrum signum. Vnde omne opus, quod agitur ut sancta societate inhereamus deo, relatum. s. ad illum finem boni, quo ueraciter beati esse possimus, sacrificium est, ut dicit idẽ ca. 6. lib. 10. ¶ Indiget autem homo sacrificio propter tria, ut dicit b. Tho. parte 3. q. 22. ar. 2. s. pro remissione peccati, per quod a deo auersus fuerat. Vnde ait apostolus. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Secundo, ut homo in statu gratiæ conseruetur, & semper deo adhæreat, in quo eius pax & salus consistit. Ad Roma. 12. Exhibeatis corpora uestra hostiam sanctam uiuentem, deo placentem. Tertiò, ut spiritus hominis deo totaliter uniatur, quantum uiæ status admittit. 1. Pet. 2. Offerentes spirituales hostias acceptabiles deo. Et secundum hoc triplices fuerunt in testa. ueteri sacrificium, & oblationes, uidelicet sacrificium pro peccatorum expiatione, cuius ritus describitur Leui. 4. Secunda fuit hostia pacifica, quæ offerebatur tanquam petitio pro beneficio impetrando, uel tanquam gratiarum actio pro beneficio accepto, cuius ritus describitur Leui. 3. Tertiũ fuit holocaustum, quod ex deuotione pro perfecta unione hominis cum deo offerebatur, quod etiam totum incẽdebatur, ut habetur Leui. 1. ad significandũ totum hominem transformari, & uniri debere deo. Vnde holocaustũ dicitur ab holon, quod est totum, & cauma, quod est incendium, quasi totum incensum, quamuis supra lect. 55. plures hostiarum differentię sunt assignatæ. Omnia autem illa sacrificia, quamuis multa, fuerunt tamen figuræ unius ueri, & perfecti sacrificij nouæ legis. s. Christi in ara crucis immolatio. Vnde orat ecclesia. Deus qui legaliũ differentias hostiarũ, unius sacrificij perfectione sanxisti &c. Illud uero, quod est perfectum per unũ, uel pauca imperfecta nõ pót sufficienter repræsentari. Et ideo sicut perfectio diuina unica existens, in perfectionibus creaturarum uarie, & multipliciter repræsentatur, sic decẽs fuit, ut sacrificium nostrũ perfectissimũ, per multa & uaria sacrificia ante, & in lege ueteri repræsentaretur. De imperfectione sacrificiorũ uete. leg. sup. dictũ est lec. 21. & satis dictũ reor, satis bene ad propositũ. In hac ergo unica oblatione & perfectissimo sacrificio Christi in cruce habemus perfecte quæcũq; lex, uel naturę, uel Moysaica, uel figurabat, uel cõtulit imperfecte. Per hãc. n. nostra peccata deleta sunt Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra. Per

E Thom. Heb. 5.

Rom. 12.

1. Pe. 2.

Leui. 4.

Leui. 3.

Leui. 1.

Rom 4.

Heb. 5.

Heb. 10.

1. Pet. 3.

ipſam recepimus gratiam nos ſaluantem. ad Heb. 5. Conſummatus. ſ. in paſſione, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Per ipſam adipiſcimur perfectionem glorię ad Heb. 10. Habemus fiduciam per ſanguinem Chriſti in introitum ſanctorum, ubi cœleſtis eſt gloria. Et 1. Pet. 3. Deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur. De hoc etiam loquitur Gerſon Cancel. ſuper Magnificat. Sacrificium ſicut, & uerbũ abbreuiatum fecit dominus ſuper terram. Hoſtiam uiuam, unicam, mundam, plenam bonis, plenam effectibus omnibus illis, pro quibus hoſtia legalis ſolebat offerri. Si delerionem peccatorum petis. Ecce agnus dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Si gratiarum actionem, gratias agit Chriſtus patri. Si malorum euitationem, ſanat ipſe nos, & liberat, quia uere languores noſtros ipſe tulit. Si bonorum conſecutionem celerem, interrogatus latro docebit, qui tempore huius ſacrificij neſpertini audire meruit cum iuramento, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Et ſequitur in ſacrificio corporis, & ſanguinis ſui noua fecit omnia. Paſchalem agnum, manna deſerti, panem cœli, tauros, uitulos immolationis, hircum emiſſarium, paſſerem, turtures, & columbas, uinum, & libamina, ſal in omni ſacrificio, candam cum capite, neq; mel, neq; fermentum. Deniq; quotidianum bis ſacrificium, cũ matutino, ueſpertinum, quicquid in his figuraliter ſignificatur, & myſtice per hoc unicum ſacrificium impletum eſt, & nobis per ipſum conferrur in ueritate. ¶ Quamuis autem ſemel oblatus eſt Chriſtus in aperta carnis effigie, offertur nihilominus quotidie in altari, uelatus in panis uiniq; ſpecie. Non quidem quantum ad ea, quæ pœnam important. Non enim Chriſtus quotidie uulneratur, patitur, & moritur, ſed ex alijs duabus cauſis euchariſtiæ conſecratio, & ſumptio, ſacrificium dicitur, & oblatio. Tum quia illius ſacrificij ueri, & immolationis ſanctæ factæ in cruce, repræſentatiua eſt, & memoriale. Tum quia ſimilium effectuum operatiua, & principium cauſale. Solent autem (ait be. Aug. ad Simplicianum) imagines illarum rerum nominibus appellari, quarum ſunt imagines, ſicut cum intuentes tabulam, aut parietem pictum, dicimus. Ille Cicero eſt, ille Saluſtius. Celebratio autem huius ſacrificij imago quędã eſt paſſionis Chriſti repræſentatiua, quę eſt uera eius immolatio, ideo & ipſa immolatio nominatur. De hoc quoque beatus Bern. in ſer. de ſacramento altaris ita ait. Chriſtus pro ſalute mundi ſemel factus eſt hoſtia ſalutaris, rei reconciliatio generalis, omnibus ſacramentis tam præcedentibus, quam ſequentibus uirtutem dedit, & efficaciam, ut tanta, & tali hoſtia ſanctificarentur omnes liberandi per ipſam. Vnde legitur. Quia agnus occiſus eſt ab initio ſęculi. His uidelicet, qui fuerunt ab initio ſeculi: ita ut per hoc, q̃ dicitur ab initio, determines non tempus occiſionis, ſed ſalutis. Prius enim mors eius profuit, quam fuit: prius promiſſio, ac demum exhibitio. Nec eius profectus in paſſionis exhibitione terminatur, ſed multo magis in poſteros deriuatur memorata, quam profuit futura. Vnde ſubdit Bern. Benigniſſime Ieſu, nobiliſſimæ ſponſæ tuæ dotalitium indulſiſti, ut uel ſic teneret columba tua memoriale dilecti ſui. De hoc habes ſupra lectio. 53 Quibus & addo ſequentia. Nam de huius memorialis excellentia ſubdit ubi ſupra Bern. tractans illud apoſtoli. Hoc facite in meam commemorationem dicit. O ſumme, pia, & ſuauis memoria, annunciare mortem domini, donec ueniat. Mors Chriſti opus ſine exemplo, humilitas ſine modo, donum ſine pretio, gratia ſine merito. Hanc propter nos ſubire noluit, qui peccata noſtra tulit in lignum ſuſtinuit, in cruce ſua, ſcilicet pœnam peccatorum, cuius liuore ſanati ſumus. Quid facis o homo ingrate? Adora deuotius, recole fre-

Euchariſtiæ ſumptio quare dicitur ſacrificium, & oblatio.

quentius

quentius in sacramento altaris, salutem mundi pro te, passam, uitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. Sequitur. Cæterum, ut amplius moueariſ, immo ut magis incalescas in amorem tui redemptoris, uoluit Christus, ut iugiter coleretur per mysterium, quod semel offerebatur in precium & illa perennis uicti ma uiueret in memoria, & præsens esset semper in gratia. Hæc Bernardus. ¶ Ecce quale nobis prouidit dominus sacrificium: omnia sacrificia alia excellens, habens in se, quæ in nullo alio sacrificio simul inueniuntur. Est enim (ut dicit Alber. lib. 2. de sacramen. alta.) antiquitate ueneratum, auctoritate diuina sanctum, iuramento confirmatum, & sua perfectione perpetuatum, in se sanctissimum, & omnium sanctificatiuum. Veneratum antiquitate, quia ab eo, qui uerus sacerdos erat dei summi sine patre, sine matre, sine genealogia, assimilatus filio dei, ut dicitur ad Heb. 7. ante omnem sacrificiorum institutionem præsignatur. Auctoritate dei sanctum, quia ab ipso deo patre collatum est huiusmodi sacrificij sacerdotium, ut habetur ad Heb. 5. Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum. Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. Iuramento autem confirmatum, sicut dicitur in Psal. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sa. in æternum. Sua autem perfectione est perpetuum, quia propter perfectionem huius sacrificij omnia uete. legis cum lege; & sacerdotio sunt abolita, ut istud in perpetuum statuatur obseruandum. Vnde ad Heb. 7. Hic autem eo, q̃ maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, unde & saluare in perpetuū potest, accedens per seipsum ad deum, semper uiuens ad interpellandū pro nobis. Et de abolitione ue. le. ut illud unici sacrificij statuatur sacerdotium dicitur Heb. 7. Si ergo consummatio per sacerdotium leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinē Aaron dici. Translato enim sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat, Et sequitur. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Habet & præ omnibus sacrificijs sanctitatem, & sanctificationis operationem, quia est in omnibus significatum, quia omnibus alijs resutatis, uoluntati diuinæ acceptissimum, quia ualore excellentissimum, & quia pro omnibus hominibus redimendis, ipsum solum est oblatum, tot in se continens gratias, quot in omnibus alijs poterant significari. ¶ De huius sacrificij acceptabilitate loquitur bea. Auguſt. 4. de tri. ca. 14. q̃ quattuor cõsiderantur in omni sacrificio, scilicet cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur. Omnibus his respectibus sacrificium illud acceptabilissimum esse conuincitur. Offertur enim patri summo. Offertur a nostro pontifice eiusdem patri unigenito. Offertur Christus in humana natura corporis, & sanguinis. Offertur pro omnibus mundis, & mundandis. Quis tam misericors, & pius sicut pater cœlestis, misericordiarum pater summus? Offert autem filius. Quis tam iustus, & sanctus sacerdos, & pontifex sicut unicus dei filius, qui non opus haberet per sacrificia purgare sua peccata, nec originalia, nec ex humana addita uita? Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre; deinde pro populi. ad Heb. 7. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi ueri, quod fixit deus, & non homo. Minister inquam sanctorum, quibus ministrat gra-

Sacrificium missę omnia alia excessit sacrificia.

G

Alber.

Heb. 7.

Heb. 5.

Heb. 7.

Heb. 7.

H

Auguſt.

Heb. 7. Conc. Trid. Sess. 22. c. 2.

Heb. 7.

tiam in terris, & gloriam in cœlis. Huius magni pontificis, & sacerdotis, nostri pontifices, & sacerdotes uicarij sunt, in quorum uerbis pronunciatis, uerbum increatum operatur oblationem, secundum illud Esa. 61. Vos autem sacerdotes uocabimini, ministri dei nostri, dicetur uobis. Hoc enim sacrificio sacerdos ex hominibus assumptus, ministerium exhibet, inuisibilis autem & principalis adest sacerdos Christus, qui panem, & uinum in sui corporis, & sanguinis, substantiam conuertit. Hic ergo sacerdos patri, cui offertur, non potest non esse acceptus. Et ideo effectum huius sacrificij malicia sacerdotis ministerialis impedire, & tollere non potest. ¶ Sacrificium denique ad mundandum, & placandum sufficientissimum. Quid enim tam mundum pro mundandis uitijs mortalium, quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero, & ex utero uirginali? Quid tam grate offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri? Idem ipse unus, uerusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos deo, quæ unum cum illo maneret, cui offerebat. Vnum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat. Hęc August. ubi supra 4. de tri. Ex quibus & hoc elucescit, quòd ex parte eorum, pro quibus offertur, similiter acceptum est, qui etsi immundi sunt, tamen per hoc sacrificium mundantur, & reconciliantur, ac acceptissimo offerenti uniuntur. Hoc est, quod idem August. dicit 10. de ciuita. dei. cap. 6. Hoc est sacrificium Christianorum, multi unum corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclesia, ubi ei demonstratur, quòd in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur. ¶ Ecce quantum est sacrificium nostrum, nedum memoriale magni illius unici & & perfectissimi sacrificij semel in cruce oblati, sed idipsum, & semper idipsum. Memoriale dignissimum, sed nobis peregrinantibus nimis necessarium: cum enim nulli speranda est salus, nisi qui dei charitate accęsus, Christo conformatur. ut deducit apostolus. 1. Cor. 13. Illa autem nullo in nobis fomento ita conseruari, & augmentari poterit, quantum memoria dominicæ passionis, quæ merito sibi omnem nostrum amorem uendicat: Ad hanc enim nos scriptura Eccli. 29. hortatur. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, dedit enim per te animam suam. Pro te, ideſt pro hæreditate regni cœlestis a te uelut impignorata dominus fideiussit, & se totum ad soluendum in cruce debitum tuum dedit. Huius gratiam non obliuiscaris, quin pro ea uicem reddendo diligas nedum lingua, sed opere, & ueritate. Hoc ipsum quasi deprecando petit Can. 5. Aperi mihi inquit, soror mea, amica mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Aperi mihi me in mentem suscipiendo, in memoriam, in dilectionem, quia caput meum, scilicet diuinitas, iuxta illud. Caput Christi deus, plenum est rore misericordiæ, ad remittendum peccatum. Et cincinni mei: id est humanitas diuinitatem uelans guttis, id est effusione sudoris, lachrymarum, & sanguinis, ac amaritudine passionis, ad redimendam hęreditatem tuam, pro satisfactione tuorum peccatorum impignoratam. Oportuit itaque omni tempore apud homines esse memoriale repręsentatiuum passionis dominicæ: cuius tot figuræ in testamenti ueteri præcessere. Ideo dominus ut apud fideles ingis, ac immortalis uigeret passionis suę sacratissimæ memoria, hoc ineffabile sacramentum in perennem memoriam instituit, ! ut non deficeret exhibitæ redemptionis signum salubre, efficax; quo salus tot laboribus acquisita influeret redemptis, cuius tot figuræ mysticæ datæ

De eius acceptabilitate, & de eius fructu, ut est memoria passionis.

sunt

sunt redimendis. De hoc memoriali. Vrbanus papa sic exclamat. O digna, & nunquam terminanda memoria, qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumq; interitum uitæ obitu interisse, lignumq; uiuificum cruci affixum, fructum nobis salutis, & gratiæ attulisse. Hæc est commemoratio gloriosa, quæ fidelium animas replet gaudio salutari, & cum infusione lætitiæ deuotionis lachrymas subministrat. Hęc ille. Ex quibus aliquantulum apparet fructus huius sacrificij, ut est memoriale crucifixionis Christi, qui est accedere ad amorem, gratitudinem, deuotionem, compassionem. ¶ Est etiam sacrificium illud similium effectuum operatiuum, quos operatum est idipsum sacrificium in cruce: quosq; operata sunt figuralia uete. testa. sacrificia in eius præuisa uirtute. Ipsa autem, ut tactum est, oblata sunt ad peccati expiationem, ad pacis stabilitatem, ad cordis cum deo unionem, ad gratiarum actionem. Primum ad hostiam pro peccatis. Secundum ad hostiam pacificorum. Tertium ad holocaustum. Quartum si placet, respiciat iuge sacrificium. Hos quidem effectus plenius operatur nostrum sacrificium, nedum in sumentibus ipsum, sed in his omnibus, pro quibus offertur. Sumentibus quidem dupliciter proficit, ut dicit beatus Thomas parte. 3. quæstio. 79. articul. 7. per modum sacramenti, & per modum sacrificij, quia etsi pro omnibus, specialiter tamen pro sumentibus offertur, unde dicitur in canone. Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus, & sanguinem sumpserimus, omni benedictione &c. Sed alijs, qui non sumunt, prodest per modum sacrificij inquantum pro salute eorum offertur. Vnde & orat sacerdos. Memento domine famulorum, famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ &c. Et utrunque hunc modum proficiendi dominus exprimit Matth. 26. Qui pro uobis, idest sumentibus, & pro multis alijs effundetur in remissionem peccatorum. Hæc Thom. ¶ In primis sacramentum eucharistiæ, uelut sacrificium summo patri oblatum, nedum ueniale, sed & mortale, non dico sumentium, sed omnium eorum, pro quibus offertur, & quantum ad reatum culpæ, & pœnæ, plus, uel minus secundum dispositionem eorum, pro quibus offertur, tollit. Vnde ut dicit beatus Thom. in 4. sen. 13. distinct. 12. quæst. 5. articu. 2. Eucharistia inquantum est sacrificium, habet effectum etiam in alijs, pro quibus offertur, in quibus non præexigit uitam spiritualem in actu, sed in potentia. Et ideo si eos dispositos inueniat, eis gratiam obtinet, uirtute illius ueri sacrificij, a quo omnis gratia in nos fluxit, & per consequens peccata mortalia in eis delet: non sicut causa proxima, sed inquantum gratiam contritionis eis impetrat. Nec contra illud est, quod Augustinus ad renatos dicit. Quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi. Intelligitur enim pro membris Christi offerri: quando offertur pro aliquibus, ut sint membra Christi. Sic etiam inquantum est sacrificium, accipit rationem satisfactionis, & secundum hoc in parte, uel in toto pœnam tollit: sicut & alię satisfactiones secundum mensuram pœnę debitæ pro peccatis, & deuotionis, qua sacramentum offertur, & uirtutis sacrificij his, pro quibus offertur ab offerente applicatur, & ita non semper uirtute huius sacrificij tota pœna tollitur, & ideo officium illud offertur pro uiuis, & defunctis. De quo late supra dictum est lectione. 26. & 27. Vbi & tractatum est quantum, & quibus ualeat missę celebratio quantum ad remotionem mali, & collationem boni, tam ex opere operato, quam ex opere operãte, & similiter lect. 56. & pene per totã

K

Matth. 26.

L Thom.

canonis expositionem. ¶ Deniq; quo unquam sacrificio efficacius impetrari posset pax,& omne bonum, ipsaq; conseruari,quam cum is offertur, qui est pax nostra,qui fecit utraq; unum. Et quo sacrificio perfecta unio animæ nostræ cum deo nobis conceδi posset,quam cum ille in holocaustũ offertur qui se totum obtulit pro nobis patri,se totum dedit humano generi,mediator dei, & hominum, Christus uerus deus,uerus homo? Si demum agendæ sunt gratiæ deo patri, per quem acceptabilius, quam per filium,in quo sibi bene complacuit,fontem totius boni,& omnium gratiarum? Et quid conor innumera numero comprehendere? Quicquid Christus saluatuor noster meruit se offerens in cruce pro omnibus generaliter, tam in remotione mali,quam in collatione boni uiatoribus,purgandis beatis,hoc sacrificio applicatur particulariter singulis. Vnde orat ecclesia hoc sacrificium celebrans, ut omnes ipsum participantes omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Non autem orat ecclesia pro aliquo,quod huius sacrificij uirtute conferri non potest. Habet quippe spiritum sponsi sui,per quem quid petat,nouit. Hinc tam uaria ordinauit officia pro necessitatibus diuersis, pro spiritualibus, ac temporalibus bonis impetrandis, ac malis remouendis,pro defunctis,& uiuis,& uiuorum statibus uarijs,pro beatis, & sanctis, etiam nunc beatium obtinentibus. ¶ Narrat beatus Gregor. cap. ulti. libro. 4. dialo. quomodo uirtute hostiæ salutaris in missæ sacrificio oblatæ, quotiens hoc agebatur, captus quidam, & ligatus,corporalibus uinculis soluebatur. Et de alio quodam Varaca nomine; cui in maris fluctibus laboranti, ac deficienti, cibus corporalis per uirtutem angelicam allatus est, dum pro eo missa celebrabatur. Per quæ sic corporaliter exhibita,misericors dominus: M quid in anima operetur, ut sacrificium, uoluit declarare. ¶ Sed dicis,quòd sacrificium illud uiuis proficiat,credo: quo; suffragetur defunctis adhuc purgatorio igne detentis. supra late ostensum est, quomodo autem proficiat beatis, nondum capio. ¶ Responsio, q; sacrificium illud proficiat beatis, ex eo q; manifestum est, quia offertur pro eis. Nam una particula inquam, frangitur, repræsentat beatos, ut dictum est lect. 80. Non autem offertur pro aliquibus, quibus non creditur proficere. Quomodo autem proficiat beatis: de hoc dictum est supra lect. 56. quòd hostia salutaris non offertur pro beatis per modum suffragij, nihilominus pro sanctis offertur: ut gratiarum actio. Quippe congaudendo eis,eorumq; felicitati gratias deo referimus, solemnem hostiam offerentes, qui tanta eos gloria sui sublimauit. Hinc canit ecclesia. Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes in honore &c. Per quod non mediocriter gloria eorum accidentalis augetur. ¶ Duplex quidem gaudium sancti possident in beatitudine, essentiale, scilicet,& accidentale. Essentiale, quod habent de deo,& perfectionibus diuinis,quod excedit omne aliud gaudium,sicut,& amor dei excedit amorem suiipsius, & omnium creaturarum in sanctis. Illud inquam, secundum probabiliorem doctorum opinionem,non augetur in beatis,sicut nec diuina perfectio,de qua gaudent;eadem immutabiliter perseuerat, & in se, & in beatorum cognitione. Gaudium uero accidentale, quod habent de quocunq; bono sui, & cuiuscunq; creaturæ, usq; ad diem iudicij augeri potest, secundum quòd bonum creaturæ, potest augeri. Sic enim crescet eorum gaudium de gloria corporis, quam consequuntur in resurrectione. Sic ergo de omnibus benefactis gloria eis accrescit. Nam & gaudium Luc. 15. est angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Sic etiam gaudent de his,quæ in honore dei fiunt, & maxime de his, in quibus de eorum gloria deo gratias agimus. Gaudent etiam de honore sibi impenso, & eis

Quo hoc sacrificiũ misse uiuis proficiat.

Beatorũ gaudiũ est duplex.

debito

debito, quoniam digni sunt. Hinc sanctus Gamaliel ad Lucianum presbyterum. Isti maximo honore digni sunt venerari in terris, quos in cœlo, rex regum immensa cumulauit gloria. Vnde nihil dubij esse puto beatum Gamalielem, sanctos Stepanum, Nicodemum & Abibon de reuelatione reliquiarum corporum, ac honore in terris eis impenso, nouo accidentali exultasse tripudio. De quorum translatione a loco humili ad honorabiliorem se fuisse solicitum idem Gamaliel contestatur. Et sic intelligi potest illud, quod de sancto Leone papa secundum antiqua exemplaria orat ecclesia, Annue nobis domine, ut animæ famuli tui Leonis hęc prosit oblatio &c. Sed constat sanctum Leonem in gloria esse. Prosit secundum Inno. ut a fidelibus magis, ac magis glorificetur in terris. Prosit ergo ad gloriæ accidentalis augmentum, non essentialis. ¶ Simile aliquid legitur de pluribus sanctis ℣ complacuerunt sibi in honoribus sibi debitis ab hominibus impensis, sic de sanctis Iohanne, & Paulo recitat beatus Grego. ¶ Sed di. Si gloria, & gaudium accidentale sanctorum augetur ex cultu, & honore, quo festinantur ab hominibus terrenis; consequens uidetur, ℣ etiam tristentur ex blasphemijs malorum, eos inhonorantibus in terris. Consequens falsum, cum beatitudo nullam secum compatiatur tristitiam. Consequens tamen ex eo sequi uidetur, quia sicut sibi complacent in bonis nostris, ita eis displicent mala, & sicut bonum desideratum, dum accidit, infert gaudium, ita malum oditum tristitiam, secundum beatum August. 14. de ciuit. dei. Tristitia est dissentio animę ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. ¶ Dicitur breuiter, ℣ quia tristitia, & dolor repugnant beatitudini, quam deus conseruat in beatis, nullæ causæ naturales generare possunt tristitiam in beati animo, nec dolorem. Non enim deus, ut causa prima concurrit cum naturalibus causis generare potentibus in animo beati tristitiam, uel dolorem. Sed quia gaudium accidētale non repugnat beatitudini, & gaudio essentiali, deus respectu illius non suspendit causarum naturalium actionem. Multiplices fructus eucharistiæ, ut est sacrificium, colligi possunt particularius ex supradictis per totam canonis expositionem. ¶ Sed nunc aliquid superaddendū est de fructibus eius, ut est cibus animę, & sacramentum. Et quidem de effectibus eius, ut sacramentum est, & animæ cibus: sanctorum plurimi plurima tradiderunt, sed ex plurimis aliqua ad compendium reducendo, attendo, ℣ effectus huius sacramenti considerari possunt.

Ex eo
- ℣ sumitur, qui est principium uitæ.
- ℣ est passionis Christi memoriale.
- quia cibus, & potus spiritualis animæ.
- quia sacramentum sub panis, & uini specie.
- quia antidotum medicinale.
- quia datum peregrinantibus in statu uiæ.

¶ Quæcunq; his attribuuntur, operatur eucharistia in sumente. Quia enim sumitur Christus, qui est omnis uitę autor, & principium, ideo sumentis animā uiuificat, & peccata spirituali uitæ contraria relaxat. Quia eucharistia est passionis memoriale, ideo mentem inflammat, & patientiam firmat. Quia cibus est, & potus spiritualis animæ, ideo sumentem nutriendo alterat. Et deperditum restaurat. Quia sacramentum sub panis, & uini specie, quę ex multis, quæ ad unum aliquod rediguntur. Ideo per unionem Christo intimat. Per communionem proximo copulat. Quia antidotum medicinale, ideo ab infirmitate sanat, & in sanitate conseruat. Quia uiaticum in sta-

tu uitæ, ideo in itinere roborat, & ad beatitudinis terminum subleuat, & reportat. ¶ Ecce iterum duodecim fructus ligni uitæ, quos parit cœleste hoc edulum, ut cibus est, & sacramentum. Hi sunt.

duodecim fructus ligni uitę
- Viuificare.
- Relaxare.
- Inflammare.
- Patientiam dare.
- Nutrire.
- Restaurare.
- Vnire.
- Copulare.
- Sanare.
- Conseruare.
- Roborare.
- Perducere.

Thom. ¶ De quibus singulis aliquid est dicendum. De primo dicit B. Tho. par. 3. q. 79. ar. 1. q effectus huius sacri primo, & principaliter cõsideratur ex eo, quia in hoc sacramento continetur Xps, qui sicut in mundum uisibiliter ueniens
Ioh. 1. contulit mundo uitã gratiæ secundũ illud. Gratia, & ueritas per Iesum Xpm facta est. Ita in hominem sacramentaliter ueniens, uitam animæ operatur,
Ioh. 6. secundũ illud. Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Vnde Cyrillus dicit. Viuificati uum dei uerbum ueniens in carne, fecit ipsam uiuificatiuã. Decebat.n. eum nostris quodammodó uniri corporibus per sanctam eius carnem, & preciosum eius sanguinẽ, quæ accipimus in benedictionem uiuificatiuã in pane, & uino. Hinc iterũ dns ait. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Et in ps. Edent pauperes, & saturabuntur, & uiuent corda eorũ in seculũ seculi. In ipso enim sunt uitæ nostræ principia. Hinc dicitur Ioh.
Ioh. ubi sup. 6. Ego sum panis uitæ. Glo. qui pasco donec iungam pastos uitæ. Vnde sequitur. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic
Ioh. 6. est panis de cœlo descendens, ut si quis, ex ipso manducauerit, non moriatur. Et sequitur. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et multa ibidem in hãc sententiam. Siquidem dominus in omnibus nobis condescendens, & nutrimẽtum cibi spiritualis, oõnaturaliter cibo naturali perficiens, ut magis hunc cibum desideremus, posuit se in ipso, in quo est uita, sicut in patre, a quo fluit omnis uita, ut nos intus uiuificet seipso, qui est uitę nostræ in gratia, &
Ioh. 6. gloria principium. Hinc ubi supra Ioh. 6. Sicut me misit uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Sic ergo nobis hoc nutrimentum uitæ influit uitam gratiæ, & beatis uitam gloriæ.
Gen. 2. Quod significatum est. Gen. 2. Lignum uitæ plantauit deus in medio paradisi. Quia dominus Iesus Christus in hoc sacramento uiuifico, omnibus se exhibet in medio ecclesię, qui nutriti ab ipso eandem, qua ipse uiuit, uitam
Augusti. ab eo percipiũt. Sic ergo cibus ille nutrit ex principijs uitæ, hoc est eo Christo, qui in eo continetur, in uitam diuinam. Vnde beatus Augu. super Iohannem. Cum cibum, & potum ideo appetant homines, ut non esuriant, neq; sitiant, hoc ueracites non præstat nisi iste cibus, & potus, qui eos, a quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, in societate sanctorum,
P ubi pax erit, & unitas plena, atq; perfecta. ¶ De secundo effectu, qui est relaxare peccata hic sequitur ex primo. Nam quia uiuificat etiam contraria uitæ remouet. Eiusdem namque uirtutis est inducere effectum suum, & expellere contrarium, ut patet de calefacientem, quod nedum inducit

calorem:

caloré, sed etiam remouet contrariam frigiditatem. Est autem peccatum omne contrarium spūali uitæ, quam operatur hoc sacramentum in suscipiēte. Contrarium dico simpliciter, uel dispositiuè. Mortale quidem simpliciter, quia uitam gratiæ tollit. Veniale uerò dispositiue, quia ad mortem disponit spiritualem, sicut infirmitas ad corporalem. Sacramentum illud utrumque tollit. Tollit.n. quantum est de se oē mortale præteritum, inexistens & futurum. Pro cuius intellectu aduertendum, quod secundum beatus Thomas parte tertia, quæstio. 79. articu. tertio, quod uirtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & sic habet virtutem ad remittendum quęque peccata ex passione Christi, quæ est fons, & causa remissionis peccatorum. Alio modo potest comparari ad eum, qui recipit hoc sacramentum, prout in eo inueniuntur impedimenta percipiendi huius sacramenti effectum. Quicumque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectum huius sacramenti. Tum quia non uiuit spūaliter, & ita non debet spirituale nutrimentum suscipere, quod non est nisi uiuentis. Tum quia non potest uniri Christo, dum est in affectu peccandi mortaliter, qui est fons uitæ, & remissor peccatorum. Et ideo ut dicitur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Si mens in affectu peccandi est, grauatur magis eucharistiæ perceptione, quam purificetur. Vnde hoc sacramentum in eo, qui ipsum recipit in conscientia peccat mortalis, & per consequens indigne, non operatur remissionē peccati propter uoluntarium recipientis impedimentum. Post tamen sacramentum hoc nihilominus operari remissionem peccati mortalis, præteriti quidem quantum ad quasdam eius reliquias culpæ, & pœnæ. Culpæ sunt dispositio mala relicta ex peccato, pronitas. s. ad recidiuam, aut habitus uitiosus: quos remittit eucharistia digne sumpta, ut infra dicetur. Reliquiæ etiam pœnę non tamen semper totalis, sed maioris, uel minoris secundum diuersam dispositionem sumentis, scilicet secundum modum feruoris, & deuotionis. Sacramentum enim illud, ut sacramentum & cibus, est principaliter institutum, ut spūale nutrimentum per unionem ad Xpm, & ad membra eius, & non principaliter ad satisfaciendum. Quia aūt unio fit per charitatem, ex cuius feruore quis consequitur remissionem, non solum culpæ, sed ēt pœnæ: hinc est, q homo per quandam concomitantiam ad principalem effectū cōsequitur remissionem pœnę. Vnde ut dicit Alex. par. 4. q. 41. remittitur pena frequenter in susceptione huius sacri, sed hoc magis ex dispositione suscipientis, quia ut habetur Exo. 12. Agnus paschalis comedi debet cum lactucis agrestibus. i. In amaritudine doloris pro peccatis propriis, & compassionis mortis Xpi, ex quibus mereretur remissionem pœnę. Auget aūt hanc contritionem charitatis feruor, quem augmentat susceptio sacri. Quid autem remittat sacramentum illud, inquantū est sacrificium dicūm est supra. q Operatur etiā sacramentū illud remissionē peccati mortal sinexistētis in suscipiente, non autē in conscientia. Remittit enim mortale, cuius non habemus conscientiā, neq; affectum, secundū illud. psal. Ab occultis meis munda me. Similiter peccatum displicēs per attritionē, nondū per contritionē perfectā in suscipiente deuo ē remittit, p quanto attritio plicitur. Vnde B. Tho. Fotte enim primò non fuit sufficiens contritus, sed deuote, & reuerenter accedens consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis, qua contritionem perficiet, & remissionem peccati. q Operatur & remissionem peccati mortalis futuri, pro quanto tollur tribuit ad scelera deuitanda, & mortalia cauenda, ut uult Inno. Vnde præmittitur oratio. Panē nostrum supersubstantialem da nobis hodie, & statim adiungimus. Dimitte nobis debita

B. Thom. Conc. Trid. Sess. 13. c. 2. Can. 5. Et 22. c. 2.

Quo operatur remissionem mortalis futuri.

Q

nostra:

nostrum, & ne nos inducas in tentationem: sed libera &c. Quia per panem
sumus liberamur a malis præteritis, præsibus, & futuris. Augmento enim gra-
tiæ, quod præstat hoc sacramentum, roboratus homo contra prioritatem ad
maximum, ut redditur cautus circa negligentiam, siue ignorantiam, quibus exi-
stentibus labitur in peccatum mortale. Vnde dicitur peccatum deleri, quia
delentur promouentia ad mortale. Etiam quia in consummatione in bono
omnia mala perfecte delentur, quia & reliquiæ malorum, & reatus. Cum
ergo consummatio hæc habeatur uirtute huius sacramenti, non incongrue
dicitur omne peccatum hoc sacramento deleri. Bo. enim est perfecta dele-
tio, quæ est in bono consummatio. De hoc effectu huius sacramenti dicit
beatus Bernus. in quodam sermo. Sacramentum illud duo operatur in no-
bis, cui uidelicet & sensum mimuit, & in grauioribus peccatis tollat omnino
consensum. Si quis uestrum non eam sæpe modo, nec tam acerbos sentit mo-
tus inundiæ, luxuriæ, inuidiæ, aut cæterorum huiusmodi: gratias agat corpori,
& sanguini domini, quorum uirtus operatur in eo sacramenti. Et se-
cundum illud intelligi debent dicta sanctorum, ut cum orat ecclesia. Sit hoc
sacramentum ablutio scelerum. Similiter Iulius Papa in cap. Cum omne
de consecrat. dist. 2. dicit. Cum omne crimen, atq; peccatum oblatis deo sacrifi-
cijs deleatur, quid de cæteto pro delictorum expiatione deo dabitur, quando
in ipsa sacrificij oblatione errator? Ecce plane dicit, q; omne crimen, &
omne peccatum hoc sacrificio deletur. Item Hilar. 3. de tri. Hæc accepta,
atq; exhausta, faciunt, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. Item Dam.
Corpus Christi omnis læsionis est unctio, omnis sordis est purgatio: & simi-
lia: q; scilicet mortalia delentur modis dictis, non q; primò infint in con-
scientia, & per sumptionem huius sacramenti deleantur, sed uel quia prius
imperfecte contrita, aut ignorata, aut per huius uirtutem sacramenti cau
tam: & sic ut dictum est, remissa, quia non admissa. Verum duæ primæ autori-
tates loquuntur de eucharistia, ut est sacrificium, non ut sacramentum, ut sa-
tis patet intuenti. ¶ Et si quis di. Sacramentum illud est signum passionis
Christi, sicut & baptismus: & ita expresse signat sicut baptismus. Si ergo
baptismus uirtute passionis Christi delet omnia mortalia, immo simpliciter
omnia peccata, originale. s. & actuale, multò magis hoc uidetur facere hoc
sacramentū maximè quia in hoc sacramento realiter continetur ipse Chri
stus passus, autor gratiæ, & indultor peccatorū, quod de baptismo non con
cedituꝛ. ¶ Respondet Alexꝛ licet utrumq; sacramentum significet passio-
nem Christi: tamen differenter, quia baptismus primò passionem, hoc sacra-
mentum passum signat. Panis enim, & uinum significant primo Christum,
qui fuit ex purissimis guttis sanguinis beatæ Virginis secundum carnem ge-
nitus. Vnde oblatio ista in altari repræsentat Christum oblatum in ara cru-
cis. Sed sacramentum baptismi significat primò ablutionem, qua fuit homo
purgatus uirtute passionis Christi. Illa enim ablutio aquæ repræsentat ablu
tionem, quæ fiebat in effusione sanguinis: de qua Iohannes. Lauit nos a pec-
catis nostris in sanguine suo. Item immersio in baptismate significat immer-
sionem Christi in mortem secundum illud. Quicunq; baptizati sumus in
Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. Glo. in similitudine mortis ip-
sius: sicut Christus semel mortuꝰ est carne, & semper uiuit, ita, & nos mor
tui malo, semper uiuimus per baptismum bono. Sacramentum uero eu-
charistiæ significat Christum passum. Nam sacramentum eucharistiæ consi-
stit in facto esse. Sacramentum baptismi in fieri tantum, scilicet in ablutio-
ne. Sic Christus est permanens. Passio uerò transiuit sicut res successiua. Vn-
de expressius baptismus signat passionem Christi, quæ immediatius fuit cau

Quo relaxet peccata differēter a baptismo.

sa sa-

Hilar. Damasc.

Alexand.

Apoc. 1. Rom. 6.

sa salutis, & remissionis peccatorum. Eucharistia uerò expressius signauit Christum, qui fuit causa salutis, & remissionis peccatorum per passionem. Et ex illa representatione magis congruebat, q̃ baptismo daretur efficacia plena purgandi quam sacramento eucharistiæ. Vel aliter dicitur, quòd baptismus est spiritualis regeneratio, quæ est mutatio de non esse spirituali, ad esse spirituale, & datur per modum ablutionis, quæ signat ablutionem animæ. Et quantum ad utrumque conuenienter accedit ad baptisma, qui habet conscientiam mortalis peccati, ut regeneretur, & lauetur. Sed eucharistiæ sacramentum datur per modum spiritualis nutritionis, quod non competit mortuo in peccatis, & ita non est similis ratio. Vltima tamen, & principalis ratio diuersitatis est institutio diuina, quæ ad diuersas significationes, & efficacias instituit hęc duo sacramenta. ¶ Et si dicitur. Per sacramentum eucharistiæ confertur gratia gratum faciens, & quælibet talis sufficiens est causa remissionis cuiuscunq; peccati mortalis, quælibet enim gratia gratum faciens iustificat, & repugnat omni mortali. secundum illud Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius: ergo eucharistia in sumente delet omnia peccata mortalia. Respondetur, q̃ licet omnis gratia huiusmodi sit sufficiens causa remittendi peccatum mortale, non tamen semper remittit, quia non semper actu remittit, quia non semper mortale in subiecto inuenit, quod remittat. Datur enim aliquando habenti prius gratiam, ut magis habeat, ut dicitur Matth. 25. Habenti dabitur, & abundabit: iustificare enim impium, est primæ gratiæ, non gratiæ superadditæ. Nunc autem per eucharistiam non datur prima gratia regulariter, nisi in casu supradicto: sed gratia superaddita iam uiuenti per gratiam, quia est cibus uiuentium non mortuorum. Nec hoc est in præiudicium nobilitatis huius sacramenti, sed magis attestatur eius excellentiæ, quia cibus est tam excellens, & nobilis, quòd nõ debet dari canibus: sed tantum filijs. Nam qui canis est, indigne sumit, & in iudicium, & est reus corporis, & sanguinis domini. Et ideo illi non adijcitur gratia ex sumptione sed pœna. Hæc de remissione mortalium uirtute huius sacramenti. ¶ De uenialibus autem peccatis, q̃ illa remittit satis ostendit magister in quarto distinct. 12. ca. ult. allegans ad hoc Ambr. Si quotiens effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Et idem dicit lib. de sacramentis, q̃ iste cibus quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Quotidianæ infirmitates sunt peccata uenialia. Item August. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus, quia quotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mystice immolatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus: & ille iam mori non potest, per hoc sacramentum remissionem consequamur. Ad idem dicit Innocentius. Venialia delet, & cauet mortalia. Rationem assignat beatus Thom. in 4 script. dist. 12. q. 1. arti. 1. Quia uirtute huius sacramenti, fit quędam trãsformatio hominis ad Christum per amoris unionem, & hic est prius eius effectus: & quia ex feruore charitatis peccata uenialia dimittuntur propter hoc, q̃ dicto feruori contrariantur, licet non charitati, ideo ex consequenti uirtute huius sacramenti uenialia dimittuntur. Et potest esse tantus feruor deuotionis, quòd omnia uenialia dimittuntur: preterita. s. & præsentia. Præterita quidem semper dimittit, & post tantus esse feruor, q̃ actu non peccat uenialiter, quamuis hoc diu durare non possit propter difficultatem uitandi peccata uenialia. Nec est inconueniens, q̃ homo pro certa hora sit absq; omni peccato etiam ueniali. Nam quòd Iohannes ait. Si

Rom. 3.

Ad Cor. epist. 1. c. 11.

De uenialiũ relaxatione.

De cõsec. dist. si quotiens.

August. Ead. dist. ca. utrũ sub figura. Ibidẽ c. quid sit sanguis.

Innocen. B. Thom.

dixerimus:

dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, quia non mult dicere, ꝙ pro nulla hora non possit esse sine ueniali, sed ꝙ sancti, & iusti nõ ducunt uitam istam sine ueniali, quin sæpe, & frequenter peccent uenialiter. Non tamen semper delet uenialia, quæ actu committuntur, sed secundũ mensuram deuotionis: quia deletio uenialium non est proximus effectus eius, sed quasi consequens alium, scilicet feruorem charitatis. Potest enim quis habens in se aliquam delectationem in aliqua deordinatione ueniali: puta in delectatione carnali uxoris suæ, uel cibo aliquo delicato, aut uerbo iocoso citra transgressionẽ præcepti, non indigne sumere eucharistiã, & tãtali sumptione illud peccatum ueniale, quo actu delectatur, aut delectari proponit, non deletur, cum illud uelle sic delectari sit realiter ipsum peccatum ueniale. Potest autem uirtute sacramenti crescere deuotio intantum, ꝙ mutet illud uelle, & magis eligit gaudere in deo, & sacramento sumpto, quam in uerbo iocoso, uxore, uel cibo delicato. Et tunc propter feruorem deuotionis, quem sumptum induxit sacramentum, dimittitur huiusmodi ueniale. Patet ergo, ꝙ per hoc sacramentum non semper omnia uenialia dimittuntur. Immo nonnunquam uenialia impediunt aliquem effectum huius sacramenti. s. refectionem spũalem actualis dulcedinis. Hæc enim impeditur si aliquis accedit ad hoc sacramentum per peccata uenialia mente distractus, nõ tamen impediunt augmentum gratiæ habitualis, siue charitatis. Hæc Tho. parte 3. q. 79. artic. 8. Peccata tamen uenialia præterita non impediunt, sed delentur per huius sacramenti susceptionem. Cum enim hæc deleantur per opus charitatis ordinatum ad eorum deletionem, uel a deo acceptatum ad huiusmodi deletionem operatore nihil de uenialibus peccatis cogitante, multò magis hæc delet susceptio eucharistiæ. Vnde sanctus Bonauen. in suo 4. dist. 2 1. q. 2. Credendum est, inquit, ꝙ aliquo nihil de peccatis suis cogitante, sed tantum passionem Christi recolente in sacramento eucharistiæ peccata uenialia, uel omnia, uel aliqua remittantur per gratiam sic adiutam. s. sumptione sacramenti. Et omnia illa, siue sacramentalia ut eucharistia, & unctio, & baptismus, siue sacramentalia, ut asperso aquæ, episcopalis benedictio, contritio, misericordiæ exhibitio, orationis dominicæ, deuota oratio, faciunt ad deletionem, non per propriam naturam, sed per ea, quæ gratiam gratum facientem ad hunc actum adiuuant, & uigorant. ꝙ Si quæris, quomodo adiuuant? Respondet, dicendum: quòd in talibus plurimum est humiliatio, & deuotio, quæ est actus gratia informatus repugnans ipsi ueniali peccato, quod feruorem charitatis, & deuotionis, quantum est de se, diminuit. Vel ea ratione, qua est in eis pœnalitas, quæ repugnat inordinatæ delectationi. Vel prouidẽtia pœna iuncta est ordini gratiæ. Tenendum igitur est ꝙ etsi uenialia deleantur per pœnitentiam, possunt tamẽ per gratiam taliter adiutam deleri. Nec obest illud magistri dist. 16. 4. c. ulti. dicentis, ꝙ ad remissionem uenialium sufficit oratio dominica cum ieiunio, & eleemosynis, sic tamen ut præcedat contritio, quia magister non determinat præcisẽ modum delendi uenialia, sed modum perfecte satisfaciendi. Nemo autem perfecte satisfacit: nisi in corde doleat, quantumcunq; se exterius puniat, & hoc dico uel in generali, uel in speciali. Venialia aũt non solum per uim pœnitentiæ, sed etiam alijs modis deleri possunt, ut tactũ est. Hæc Bona. ꝙ Quid aũt in ueniali transeunte actu deleatur, an reatus culpæ, an reatꝰ pœnæ alterius inquisitionis opus est. Potest tamẽ dici, quòd omnino reatus culpæ deletur, & reatus pœnæ in toto, uel in parte. ꝙ Terrius effectus est inflammare, seu accendere mentem in eo, quod est dominicæ passionis memoriale. Super omnia quippe ad dei amorem accendit dominicæ passionis, tanquam summi nobis

An omnia uenialia deleantur.

Qualiterpeccatum ueniale dicitur eucharistiæ sacramentum remittere.

exhibiti

exhibiti memoria beneficij. Nã ut hanc in nobis accenderet & dilectionem, dominus & carnem sumere, & mortem subire dignatus est. De quo beatus Augustinus in de catechizandis rudibus ait. Quæ maior causa est aduentus domini, nisi ut ostenderet deus dilectionem suam in nobis, commendãs eam uehementer. Quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et sequitur. Maximè propter hoc Christus aduenit, ut cognoscat homo, quantum eum diligat deus. Et ideo cognosceret, ut in eius dilectionem, qua prior dilectus est, inardesceret. Et beatus Grego. 2. Moral. §. 108. Mediator inquit dei, & hominum posset nobis etiam non moriendo succurrere, subuenire tamen moriendo hominibus noluit, quia nos uidelicet minus amasset, nisi & uulnera nostra susciperet. Nec uim nobis suæ dilectionis ostenderet, nisi hoc, quod a nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. Et beatus Bernard. Sufficeret inquit ad redemptionem orbis una pretiosissimi sanguinis Christi gutta, sed data est copiosa ut uirtus diligentis in beneficij redundantia claresceret. ¶ Fuit autem hæc diuinæ charitatis ostensio nobis ualde necessaria, ut per hoc ad dilectionem dei accenderemur. Cum enim dominus decreuit nullum beatificare nisi dilectione adhæreret Christo redemptori, teste apostolo, quem diligebat Iesus. Qui non diligit, manet in morte. Et Paulo. Si linguis hominum loquar &c. charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Per nullum autem alium modum, ita uoluntas nostra ad dei amorem allici potuit, & accendi, sicut per ostensionem tantæ suæ dilectionis præuiæ, nullis nostris præcedentibus meritis debitæ. De quo beatus Augustinus. 13. de trini. c. 10. late, & pulchrè loquitur. Quid enim ait, tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentesq; mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis desperatione liberandas, quã ut demonstraretur nobis, quanti nos pẽderet deus, quantumque diligeret. Quid uerò huius rei tanto iudicio isto manifestius, atque præclarius, quam ut dei filius immutabiliter bonus, in se manens, qđ erat, & a nobis pro nobis accipiens, quod non erat, præter suæ naturæ detrimentum, nostrum dignatus est inire consortium. Prius sine ullo malo suo merito mala nostra perferret. Ac suam credentibus quantum diligeret nos deus Et quod desperabamus, iam sperantibus, dona in nos sua sine ullis bonis meritis nostris, immo præcedentibus, & malis nostris meritis in debita largitate conferret. Et idem de cathe. ru. postquam dixerat hanc maiorem causam esse aduentus domini, ut ostenderet deus dilectionem suam nobis, causam huius ostensionis subinfert. Hoc autem inquit ideo, quia finis præcepti, & plenitudo legis charitas est, ut & nos inuicem diligamus, & ipsum deum, qui prior dilexit nos, & filio suo unigenito non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, si amare pigebat, saltem redamare non pigeat. Nulla est enim ad amorem maior inuitatio, quam præuenire amando. Et nimis durus est animus, qui dilectionem etsi non libeat impendere, nolit & rependere. Et si etiam superiores uelint se ab inferioribus diligi, quanto amore inardesceret inferior: cum a superiore se diligi senserit. Ibi enim gratior amor est, ubi non æstuat indigentiæ siccitate, sed ubertate beneficentiæ profluit. Quid autem superius deo iudicante? Et quid desperatius homine peccante? Huius ergo passionis, huius inæstimabilis dilectionis memoriale perpetuum, ac nobilissimum dedit nobis dominus corpus suum & sanguinem in sacramentum cibi, & potus, in quo non minus nobis beneficium ostendit, quam in ipsa sua passione memoranda. Quis non stupeat? quis non miretur tam incomprehensibilem dilectionẽ? Cui non satis fuit seipsum nobis impendere in redẽptionis preciũ, nisi etiam se daret in cibũ,

S. Auguſt.

S. Grego.

S. Bernar.

1. Iohan. 3.
1. Cor. 13.

Auguſt.

in

in memoriale perpetuum. Memo iale inquam, non minus re ipsa memoranda. Sed ad ipsum, ut non deficeret in nobis uicarij amoris incendium, ut uel sic a summo cœlo egressio eius ad nos in hoc sacramento, & occursus eius usq; ad summum eius, nos secum traducendo ad cœlestia non inuenirentur inter huius sacramenti dignos perceptores, qui se absconderent a calore eius. ℣ Hunc fructum sequitur quartus, data, ſ patientia. In eo siquidem, ℣ sacramentum illud memoriale est patientis domini ſummam nobis in sua passione patientiam exemplantis, nos ad tantæ exemplum patientiæ instruat, & confortat. Patientię utiq; nobis ualde necessarię teste apostolo. Heb. 10. Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes, reportetis promissionem. ſ. uitam promissam secundum glo. Nimirum, quia in patientia uestra possidebitis animas uestras, ait saluator. Luc. 21. Hinc Petrus ad clarissimum patientiæ exemplum nos dirigens ait. 1. Pet. 2. Hæc est gratia apud deum. ſ. ut patiamini. Glo. In hoc enim uocati estis. Quia Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, nõ comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuſtè. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum. Pastorem illum, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Magnum patientiæ exemplum, quod rememoratum sufficit omnes impatientię nostræ motus sedare. Quis enim tam iustus, quis tam delicatus, ut per impatientiam refugiat, aut remurmuret pro peccatis proprijs pati, cum dominũ suum, caput suum, tanta passum recogitat pro peccatis ipsi suo domino alienis? Pudeat inquit Bernar. sub spinato capite membrũ fieri delicatum. Hinc & apostolus Paulus patientiam in nobis plantare satagens, ad idem Christi exemplum in nostro sacramento contenti, & significati mittit, ad Hebr. 12. Bernar. Heb. 12. ita docens. Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Quæ ponens beatus Aug. in glo. ibidem. Omnia inquit terrena bona contempsit Christus, ut in illis non quæreretur felicitas. Omnia terrena mala sustinuit, ut in his nõ timeretur infelicitas. Natus enim de matre, quæ quamuis a uiro intacta conceperit, semper intacta permanserit: fabro tamen desponsata fuit, in quo & omnis carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus est etiam in ciuitate Betheleem, quæ inter omnes iudæ ciuitates erat exigua. Noluit igitur quẽquam de terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est, cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitijs quisquam extolleretur. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis uiam ostẽderat miseris. Esuriuit, qui omnes pascit. Sitiuit, qui est fons sitientium. Fatigatus ex itinere, qui uiam fecit nobis in cœlum. Obmutuit, & obsurduit, per quem mutus locutus est, & surdus audiuit. Vinctus est, qui infirmitatum uincula soluit. Mortuus est, qui mortuum suscitauit. Amorẽ itaq; eius similia patiamur, tunc enim lex implebitur, cum non cupiditate rerum temporalium: sed charitate illius, qui præcepit, fiunt, quæcunq; præcepit. Hæc Augustꝰ. Et quidem flagella euadere non possumus, si ijsse uolumus. Quem enim diligit deus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quæ tractans Augustꝰ. Omnem filium etiam ait unicum sine peccato. Et subdit. Exceptus es a passione flagellorũ; exceptus es a numero filiorum. Vnicus ille de patris substantia natus, æqua-

Augustꝰ. Heb. 12.

Quando dat patientiã & ut sic habet ducs fructꝰ.

lis

lis patri in forma dei: uerbum quo facta sunt omnia, non habebat, ubi flagellaretur. Ad hoc autem carne indutus est, ut sine flagello non esset. Qui flagellat unicum sine peccato, relinquit adoptatum, qui est cum peccato. Vnicus sine peccato, non tamen sine flagello exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Non ergo turbari debemus, cum aliquit sanctus grauia, & indigna perpetitur, si obliti non sumus, quæ pertulerit iustus iustorum, sanctusq; sanctorum. Ecce nihil ita in nobis patientiam gignit, sicut memoria patientissimæ passionis dominicæ nobis in exemplum præmonstratæ. Manifestum est eucharistia eiusdem passionis memoriale efficacissimum, patientiam uirtute propria, & memorialis signi efficacia operari, in his, qui digne' suscipiunt & deuote'.

DE ALIIS FRVCTIBVS.

LECTIO LXXXVI.

DIXIMVS aliquid de fructibus eucharistię considerate in ordine ad Christum in ea uere' contentum, eiusq; passionem, cuius est memoriale a Christo institutum. Dicamus breuiter de reliquis supra nominatis eius fructibus secundum alias eucharistiæ considerationes. Ergo. Quintus fructus est, q̃ nutriendo alterat, cibarum uidelicet conuertendo in cibum. Et hic sequitur eucharistiæ sumptionem, inquantum est cibus, & potus animæ spiritualis. Hinc q̃ cibus est, nutrit suscipientem. Spiritualiter quidem spiritum, sicut corporaliter cibus carnis corpus. Longe' tamen aliter, & excellentius cibat, & nutrit cibus ille animam. Cibat enim uirtute cœlesti excellenter uincens cibatum: & ipsum conuertens in se cibum. Neq; est cibus ille terrenus, sed cœlestis, cœlesti uirtute nutriens, nobilior omni uirtute humana. Vnde dicitur. Non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Et iterum. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Hac cœlesti, immo supercœlesti, & diuina uirtute uincit cibatum, se. s. digne' suscipientem, & conuertit in seipsum. Cuius rationem Albertus lib. 2. de offi. misse reddit. Huius ratio est. Quia cibus carnis a corpore nostro accipit cibandi potestatem. s. ab anima cibatiua, seu nutritiua: quæ ipsam alterat, & conuertit in corporis cibati similitudinem. Et quia corpus cibatum corruptibile est & dissolubile, ideo cibus in ipso corpore corrumpitur, & dissoluitur, & utrunq; cibus, & corpus ad putredinem rediguntur. Hoc autem corpus diuinum, si in nos mutaretur, nihil nobis proficeret, sed nobiscum periret Quoniam autem uirtus eius nostram uincit infirmitatem, & nos in se commutat, oportet, q̃ nostra infirmitas in suam transeat diuinam uirtutem, & sic firmamur, & perire non possumus ab ipso firmati in æternum. Hinc beatus Augustinus refert ad se dictum lib 7. confes. suarum. Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me, non tu me in te mutabis sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Cui non dissonat illud saluatoris. Omnia trahã ad meipsum. Sicut enim in unam personam assumpsit naturam humanam, non consumens eam in seipso, sed unitatem personæ traxit, ut in ipso esse diuinum perciperet, sic conuertit nos ad se, non consumendo, sed ut esse suum diuinum in

A

Quintus fructus.

Eucharistia ut cibus, & potus spiritualis aiæ nutriendo alterat cibatum conuertendo in cibum.

Iohan. 6.

Albertus.

Augustin.

Iohan. 12.

sui

Can.1. sui sumptione perciperemus. Sic orat sponsa. Trahe me post te,ut in esse tuo,& uirtute feliciter sim,quæ mihi displiceo in meipsa. Huius cibi uirtutem sensit apostolus, cum dixit. Viuo autem iam non ego,uiuit uerò in me Christus. Hæc ergo est conuersio alterans manducantem,qui conuertitur in Christum,quem manducat, quia uirtutem accipit a Christo manducato, per quam iam non uiuit secundum carnem, sed uiuit secundum Christum. 1.Cor.12. Hæc enim sumptione incorporatur sumens Christo. de qua incorporatione loquitur apostolus. Vos estis corpus Christi,& membrum de membro. id est membra estis spũalia Christi de membro capite,quod est Christus,qui uobis influit hanc uirtutem,quæ uos in ipsum conuertit,ut membra eius efficiamini. Nullus inuenitur illapsus intimior in corporalibus,quam ut cibus conuertat in cibatum.Manet enim iam non in se,sed in cibato. Viuit uita eius non sua.Sic in sumptione huius cibi fit conuersio,& illapsus intimus qua cibus Christus illabitur animæ sumentis,ipsamq; conuertit in se, ut anIoh. 6. ma non sibi uiuat sed Christo. Hoc est,quod Christus ipse ait. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hanc conuersionem animæ in Christũ,figurat ipsa conuersio panis in Christi carnem,sed ordine conuerso. Sicut & nutritio corporalis spiritualem repræsentat,conuerso ordine,cum ibi cibus in cibatum, hic cibatus conuertitur in cibum.Nam in consecratione eucharistiæ, fit transformatio, seu conuersio panis in essentia sua remanentibus accidentibus. In sumptione dum mens in deum trãsformatur, remanet quidem essentia mentis, quæ est anima,sed accidentia noua succedunt,non phantastica, inania, mundana, sed deiforma. Et ideo sicut de hominibus uoluptuosis, & brutalibus concludit philosophia apud Boetium.q deformantur in bestias. Ita de sapientibus elicit,q transformantur in deum. Verè sapientes sunt hunc cibum manducantes,saporem eius percipiunt. Sicut ergo primi beluæ sunt,aut pecora in effigie humana. Ita de secundis dici potest, q sunt dij sub humana specie transformati. B q Sextus fructus est deperditi restauratio, qui & ipse sequitur sumQuintus fructus deperditum restauratio. ptionem eucharistiæ,ut est cibus a nobis manducatus. Vita spiritualis animæ suo modo,sicut corporalis conseruatur in calido & humido debitè commensuratis. Vita dico secunda quæ consistit in actione, prouenitque a uita prima.Sicut enim non perditur uita essentialis animæ,quia incorruptibilis ita nec restauratur. Vicem calidi tenet charitas, intelligendo sub nomine charitatis eius feruorem in agendo. Vicè humidi quasi passiuam,accipimus affectionem bonam uoluntatis. Vita enim animæ christianæ uita amoris est. Amor tuus uita tua,loquitur ad animam suam Hugo. Amorem intelligo non cuiuscunq;,sed dei. Nam amor aduersus,qui libido dicitur, siue cupiditas,non uita, sed mors dicendus est. Luc.10. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo iubet deus. Subiungit huius amoris effectum,& uiues. Crescente uerò libidine,siue cupiditate,minuitur,& obtunditur actus,& feruor charitatis etiam si habitus permaneat. Item minuitur feruor ille charitatis,& repescit per longam inediam,sicut corporis uires euanescunt per longam abstinentiam,dum cibo nõ reficitur. Illo autem saluari eucharistiæ cibo fit deperditi huius restauratio. Nam de eo dicitur in cantico uirginis. Esurientes implenit bonis,per quæ reuertuntur pristine uires,& homo reuertitur ad statum debitum,& uigorem. Nam dignè sumptus illuminat intellectum,affectum inflammat,mentem delectat, & totum hominem ad bene operandum promouet,& reformat. Hinc regius Proph. Accedite ad eum,& illuminamini. Psal. 33. Auget enim fidem corporalis præsentia Christi in dignè sumente, dum hoc fideliter credit,ad quod ratio naturalis nõ pertingit. Hinc dicitur.

Esaia septimo. Butyrum,& mel manducabit omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ,ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Mel diuinitatem,butyrum humanitatem CHRISTI significat, quæ qui manducat, scientiam acquirit reprobandi malum, & eligendi bonum. Hoc quoad primum. Esa. 7.

De secundo dicit Damasce. Caro CHRISTI est tanquam carbo ignitus,cuius est inflammare & calefacere. Quisnam ad amorem non excitatur,dum tanquam edulium suum; CHRISTVM, qui ex inaffabili charitate se pro nobis in ara crucis obtulit, & in cibum se nobis tribuit,cum deuotione sumit? Damasc.

Sicut ergo ad præsentiam carbonis ignitu expellitur frigus, & corpus calet,sic ad præsentiam Christi fugatur frigiditas,& repor animę: & igne diuini amoris ipsa inflammatur. De tertio dicitur in Psalmus, statim allegato. Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus. Et ecclesia canit de hoc sacramento. O quam suauis est domine spiritus tuus; qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cœlo præstito, esurientes reples bonis,fastidiosos diuites dimittis inanes. Eapropter figuratus est in manna,ut supra habitum est. Vnde & de eo uerius dicitur id,quod de manna ad literam scriptum est. Sap.16.

Angelorum esca nutriuisti populum tuum,& paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam,quam in filios habes, ostendebas: & deseruiens uniuscuiusque uoluntati,ad quod quisque volebat,conuertebatur. Glo. Manna significat panem,qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo, qui ait. Panis,quem ego dedero,caro mea est pro mundi uita. Cruciantur reprobi spirituali fame, & saturantur electi cœlesti pane. Illi diuersis laboribus præparantur ad pœnam, isti diuina ope quotidie nutriuntur ad uitam. Sua ergo delectatione cibus ille cœlestis restaurat uirtutem operandi. Nam delectatio in opere conseruat operantem,quod suiquartum. C

Eucharistia consideratur ut sacramentum panis, & uini unitur Deo trãsformãdo in Deum.

¶Sequentes duos fructus, unionis scilicet,& communionis,parit hoc cœleste edulium consideratum,ut sacramentum,nam ut dicit beatus Augustinus super Iohannes. Dominus noster Iesus Christus corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur. Ex multis namque granis unus panis conficitur, & ex multis racemis uinum confluit. Ad hoc igitur sub specie panis, & uini dominus sacramentum instituit: ut unionem hominum eum Deo significaret per panem, & uinum: qui ex multis in unum collecti sunt. Vnde & sacramentum unitatis dicitur, non tantum quia unionem hanc significat, sed etiam quia eam efficit. Augustin.

Tribuit enim suscipientibus charitatem, aut præhabitam augmentat, quæ uinculum est huius unionis, & perfectionis. Vnde & charitas dicitur quasi chara unitas. Colossen. tertio. Est ergo sacramentum illud, sacramentum charitatis, quia maxima charitate est exhibitum: in qua charitate dixit Prouerbiorum octauo. Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Ac per hoc sacramentum est unitatis, siue unionis. Colos.3.

Voluit enim CHRISTVS (ut dicit Augustinus) ut homo participans huic cœnæ in Deum ascenderet, & incorporatus sibi efficeretur, participesque suæ diuinitatis & humanitatis, sicut uerbum patris in carne descenderat, & factum est omnium particeps, quæ uere sunt nostræ humanitatis. Et hoc ipsum fuit maximæ charitatis. Hic autem ascensus in uerbum patris per incorporationem, directe fit per sacramenti istius participationem. Vnde & Apostolus. Vnus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus. Et gl. super illud. Et uerbum caro factum est: Augustin. 1.Cor.10. Ioh. 1.

& habitauit in nobis dicit. Vt secure credantur homines nasci ex Deo. Hoc enim præmisit, qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Subdit deum nasci ex homine. Ex hac susceptione infirmitatis, qua uerbum nostram infirmitatem assumpsit, sanatur nostra infirmitas, ut possumus dij, uel filij dei fieri. Et hoc est. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. ac si dicat. Quod superius fuerat, inferius descenderat, quid mirum, si quod inferius erat, in id, quod superius est, ascendit. Ex hac ergo charitate ueniente Deum cum homine, & cum Deo hominem dicitur sacramentum charitatis, & unitatis. Et ideo non nisi in charitate ecclesiasticæ unitatis cœna, hęc sumenda est. Quod egregiè

Exod. 25. signatum est Exod. 25. & Leuitic. 24. ubi dicitur, quòd panes propositionis qui in mensa singulis sabbatis ponebantur, caliqi coram domino proponebantur. Hoc signante spiritusancto, q̃ panis sacramenti noui, qui in mensa altaris cunctis fidelibus proponitur sumẽdus, in calore charitatis debeat sumi. In mensa altaris ecclesiæ, de quo solo licet communionem accipere, quia extra ecclesiam panis communionis ad salutem non inuenitur. sicut

Psal. 83. dicitur in Psalm. 83. Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos suos. Altaria tua domine uirtutum rex meus, & deus meus. Beati, qui habitant in domo tua domine. Quę exponit Alber. non penitus dis-

Albert. formiter ad glosam. Passer mobilis secularibus negocijs continuè morum fidelem significat laicum. Turtur autem castus, gemens pro cantu, clericum significat, castitatis, & mũdiciæ officijs mancipatum, pro suis, & aliorum peccatis gementem. Hi pullos, quos nutriunt carnales filios, uel spirituales, nonnisi ad altare ecclesiæ portant, pane sacramenti nutriendos, scienter, q̃ beati sunt, qui habitant in domo domini, quæ est ecclesia. Alij autem miseri, & abiecti conuenticula faciunt hæreticorum. Solum enim, ut dictum est, in charitate ecclesiastice unitatis accipi debet hoc sacramentum, non apud scismaticos uel hæreticos. Hinc in Psal. de ascendentibus ad pasthalis agni celebrationem dicitur. Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel: ad confitendum nomini domini. Ecclesia enim per Hierusalem uisionem pacis designatur, quæ ut ciuitas. i. ciuium unitas ædificatur. Huius ecclesiæ participatio est in idipsum unitatis ecclesiæ sacramentum, quia ecclesia unica corpus Christi tam mysticum, quam uerum ex multis membris cõpositum, sub speciebus panis, & uini contentum, & signatũ repręsentat, q̃ri & ipsa fidelium ecclesia ex multis membris una constat, diuersis quidẽ officijs, sed in unitate fidei, & charitatis sacramentorum, ac spũs adunatis, ut tũ-

1. Cor. 12. git Apostolus 1. Cor. 12. & Ephe. 4. Vbi annumerationi diuersorum statuum

Ephes. 4. ecclesiæ. Apostolorum, euangelistarum, pastorum, doctorum, præmisit. Vnũ corpus, & unus spũs, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnus deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Hanc unionem & corporis, ac membrorum cum capite Christo, sacramentum hoc & significat, & effici. Hinc enim in primitiua ecclesia dum fideles omnes diebus singulis eucharistiã participarunt. Erat multitudinis credentium cor unum & anima una Act 4.

Act 4. D ¶ Alter cęlestis edulij fructus, ut sacramẽtum, considerati in ordine octauus, est communio. Nam omnium ore fidelium sacramentum hoc communio uocitatur. A grȩcis etiam doctoribus sancta synaxeos, quæ sanctã communionem significat, appellatur. Hoc enim facit in nobis communionẽ omnis boni, & grȩ. Nam per ipsum cõicamus fonti omnis gratiæ, angelorũ gloriæ, sanctorum meritis, passionibus mystici corporis. Siquidem oĩa facit commo

Eucharistiæ sacramẽtũ operatur in nobis cõmunionem totius meritj Christi.

nia diuina pariter,& humana. Communicamus in hoc sacamẽto fonti omnis gratiæ,quia communicamus Christo, sic ut ipse sit in nobis,& nos in ipso, ut omnia sua influat nobis. Hic fons est,cuius aquæ foris deriuantur,ac in plateis diuidũtur. In hoc fonte multæ sunt uenæ ingibus gratiarum aquis manantes,quos pater in hoc sacramento foras in communione ecclesiæ tam triumphantis,q̃ militantis præcipit deriuari, ut relegata inuidia priuatæ possessionis,gratiarum,quæ sunt in filio per quem Veritas,& gratia facta est, omnes in communione participes bonorum eius fiant,& in plateis latè participationis bonum filij omnes participent. Hic fons, de quo mystice scribitur in libro Hester. Fons paruus creuit in fluuium maximum: & in aquas plurimas redundauit. Paruus enim fons dicitur Christus in hoc sacramento, nõ ariditate, & fluxus gratiarum paruitate: sed humilitate, quæ quantõ profundior, tantõ plures continet aquas gratiarum. Hic fons licet multis effusionibus redundet in dons, uirtutibus,& sacramentis, tamẽ se in unum colligẽs in sacramento communionis, creuit in fluuium maximum. Ex isto uno fluẽs totum; quod in alijs fuit diuisum. Hic redundat in aquas plurimas omnis generis gratiarum. Hic enim est fons uitæ fluens ea, quæ uitã perficiunt. Nam Qui bibit ex hac aqua, fiet in eo fons saliens in uitam ætẽrnam Ioh. 4 ¶ In isto fonte, qui in fluuium maximum creuit, commoditates fluuiorum sunt. Nam sordida lauat, arida rigat, quæ apud nos sunt, nauibus deportatur: ubi rara sunt, magno commutentur precio. Et ea, quæ alibi abundant, & apud nos deficiunt, reuehit, ut defectus nostri ex illis suppleantur. Omnia hæc facit Christus in hoc sacramento. Nam gẽa sanguinis sui lauat sordes peccatorum, ut supra dictum est. Dilexit.n. nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Qui certissimè operatur in hoc sacramento. Rigat arida nostra. Exiuit.n. de latere Christi in hoc sacramento sumpti aqua expians, & purgans omnia nostra, ut plantæ diuinę in nobis conualescant. De hoc fonte accipi potest illud. Fons de domo domini egredietur: & irrigabit torrentem spinarum. Quod exponens Alber. loco frequenter allegato. Domus domini, hoc est deitatis habitaculum, est corpus domini, a quo fons fluxus uiolentissimi egreditur,& irrigat totum torrẽtem uanitatis mundi: hoc est locum, per quem uanitas mundi consueuit ante decurrere ad spinas peccatorum nutrientias. de quo clamat Aug. O torrens uanitatis, quousq; non siccaberis, quousq; inundaberis. Hoc autem fluxu dominicę gratię exsiccatis spinis, modo rigatur cor fumentis ad fecunditatem frugum iustitiæ & aromatum omnium uirtutum. Euehit etiam hic torrens gratiarum apud nos abundantiam: ut ubi deficiunt, magno precio commutentur, quæ sunt paupertas spiritus genitus pro peccatis, fletus, ieiunium, afflictiones, & castigationes corporis, quæ apud nos abundant,& in cœlis deficiunt, sed ibi cõmutantur: quia ibi nobis magna horum precia tribuuntur. Nauis autem hæc portans, dominicum corpus est, cui per hoc sacramentum incorporamur. Hodie ascendens in cœlum nobis locum præparat: ut iterum ueniens accipiat nos ad seipsum in cœlum: ubi mercedes suas nobis dabit: pro temporalibus æterna, pro miseria beatitudinem, pro paupertate diuitias, pro laboribus castigationibus,& afflictionibus gaudium,& requiem sine fine. Hinc Ecclesiastes undecimo. Mitte panem tuum super transeuntes aquas,& post multa tempora inuenies eum, quia fluxu longo aquæ illæ redeunt, & incomparabiles diuitias reportant. Hoc enim agit fluxus gratiæ, quæ fluit a Christo, qui dat gratiam, unde mereri possumus. Et iterum reuehit meritum in deum, ut superabundanti præmio meritum nostrum commutet. Hoc quidem facit, dum per huius sacramenti sumptionem, meritum nostrum suo merito

Prouer.

Iohan. 1.

Hester 11.

Ioh. 4.

Apoc. 1.

Iohel. 3.

Albert.

August.

Ioh. 4.

Eccl. 11.

coniungit,& ita ad patrem ducit. Nullum enim foret nostrum meritum, si non per Christi meritum fieret premio dignum. Et per hoc quæ in nobis deficiunt, & in cœlis abundant, gaudium scilicet cordis, spiritus consolationem, ac dulcedinem gustus diuinorum reportat. Vnde in laudem ecclesiæ Prouerb. ultimo, dicitur. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Ecclesia enim facta est nauis institoris, qua gubernatione sancti spiritus mens nostra in cœlum nauigat, & deinde panis noui in dulcedine delectantis refectionem reportat. ¶ Has ergo quatuor utilissimas commutationes operatur in nobis fons misericordiæ CHRISTVS: cum ei in sacramento communicamur. Sordes nostræ lauantur, & defluunt. Arida nostra rigantur, & fœcunda fiunt. Labores nostri ad ipsum referuntur, quæ sua merita premio dignos efficiunt. Deliciæ cœlestes nobis aduehuntur, quæ omnia nostra in dulcedinem uertunt. Hinc dicit saluator. Qui credit in me: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant in ipsum credentes. Quod si spiritus sanctus in hoc sacramento, quo filius sumitur, non recipitur, ubi quæso, accipietur? Nec enim a filio spiritus separari potest. Et si spiritus accipitur, omnium bonorum communio sequitur. Vnde summarie in sumptione digna huius sacramenti particeps fit anima sumentis omnium bonorum meritorum CHRISTI, quæ nobis meruit sua passione in cruce, cuius propter hoc nobis datum est in eiusdem passionis efficacissimum memoriale. Hæc ergo est prima communio, qua fonti gratiarum in sacramento fœcundissimo communicamus. ¶ Præstat, & nobis hoc sacramentum communionem gloriæ angelorum, pro quanto per huius sacramenti perceptionem ruina angelorum restauratur. Ministerium quoque angelorum debitum effectum lortitur. Vnde gloria augetur in angelis, & iterum in nos redundat. Ruina enim angelorum non reparatur nisi ex his, qui incorporantur Christo, sicut ipse dixit. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Nemo ergo ascendit in cœlum, nisi membrum filij hominis ipsi incorporatum. Siquidem non ascendit filius hominis diuisus a membris, sed totus ascendit cum omnibus suis membris sibi incorporatis, ut dicit glo. ibidem. Incorporamur autem Christo per dignam huius sacramenti sumptionem, ut frequenter dictum est, & ita per huius sacramenti perceptionem ruina angelica reparatur. Et per idem sui ministerij effectus sequitur. Sunt enim ait Apostolus, omnes administratorij spūs in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Cū ergo p hoc sacramentum Xpo incorporati cœlos ascendimus, ubi est filius hominis sedens ad dexteram patris, ad finē suum peruenit angelorum ministeriū. Non autem modicum gloriæ habent de impletione sui effectus custodiæ, cum de eis scriptum est. Gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Et econtra. Isa. 33. Angeli pacis amare flebunt. i. ad modū sentium se habent, quia desiderant, ut Christo sibi ad custodiam commissi incorporentur, & sic redeant, ac sic veniā ad communionem gloriæ angelorum. Hinc & hunc ministerio gaudentes assistunt, ut dicit B. Greg. cauit. hb. 4. dial & allegatur de conse. dist. 2. ca. quid sit sanguis. Quis (dic) fidelium hæsitare dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cœlos aperiri. In illo Ielu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis infima sociari, terrena cœlestibus iungi, unumque ex uisibilibus & inuisibilibus fieri? ¶ Communionem quoq; omnium sanctorum hoc sacramento consequimur, ut quod deficit in singulis, ex cōi abundantia sanctorū omniū supplearur. Per hoc n. participamus uirtutes patriarchaū illuminatiões apostolorū,

Nos communicat cū gloria angelorum.

Hoc sacramento consequimur cōmunione totius boni sanctorum.

iustitias

iustitias legislatorum, præconia Christi præconum, dignitatem apostolorum, victorias martyrum, sanctitatem confessorum, religionem monachorum, puritatem anachoritarum, doctrinas doctorum, munditiam uirginum, luctum uiduarum, eleemosynæ curam domesticam gerentium, splendorem innocentium, & omnia merita sanctorum. Hæc enim omnia a Christo in corpus eius mysticum fluxerunt, & in efficacia corporis eius, & sanguinis consistunt, & de quolibet in quemlibet per charitatem spiritus Christi referuntur, & redundant. Vnde Apostolus. Gratias agentes deo, & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Per communionem enim Christi, sortem omnis gratiæ communicamus cum omnibus sanctis in lumine. i. in notitia dei, secundum glo. uel in lumine. i. in operibus luminosis, de quibus dicitur. Sic luceat lux uestra coram hominibus &c. Et lucernæ ardentes in manibus uestris. Translati in regnum dilectionis filij, quod est regnum omnium sanctorum, per hoc, q̃ corpori, & sanguini eius communicamus, quia unitas membrorum suorum ad cor, & caput, & una participatio spũs Christi in omnibus membris eis naturalibus signat, & causat totius corporis mystici communionem, & sanctispũs communicationẽ. Et sic sors gr̃æ, & gloriæ uniuscuiusque sancti communicatur alijs, ut spũaliter impleatur in nobis, quod de ecclesia primitiua dictum est. Gratia magna erat in oĩbus eis, neq; enim quisquã egens fuit inter eos. Quotquot. n. erant possessiones agrorum, aut domorum uẽdebant, & ponebant precia eorũ ante pedes apostolorũ. Diuidebatur aũt unicuiq;, prout cuiq; opus erat. Sic n. ad uniuscuiusq; necessitatem, & idoneitatem diuidit spũssanctus, spũs. s. corporis Christi bona sanctorum, ut omnes abundent, & nullus egens inueniatur. Vnde. Hæc omnia (inquit Apostolus) operatur unus, atq; idem spũs: diuidens singulis prout uult. Quæ tamen diuisio singulis facta per spũm, non tantum singulis proficit, sed singulorum dona ad communem utilitatẽ corporis (quod est ecclesia, ad quam donata sunt) proficit. Vnde ibidem dicit Apostolus. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, scilicet ecclesiæ. Nam & sequitur. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, & omnes in uno spiritu potati sumus. Et subdit. Sed deus temperauit corpus ei, cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, ut non sit scisma in corpore, sed in idipsum pro se inuicem solicita sint membra. Vbi glo. beati Ambrosij. Ostendit per similitudinem humani corporis unitatem corporis CHRISTI, id est ecclesiæ habere uarietatem officiorum, & diuersitatem hanc non tollere unitatem, sicut humani corporis unitas non in singularitate consistit: sed in multis membris, ut sibi præstent, quod debent. De hac unitate ac bonorum communione gaudebat Propheta, cum dicebat. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. ubi. Cassiodorus. Ita Prophetæ portio est dominus, ut particeps sit non unius, sed omniũ ecclesiarum, tanta uirtus unitatis, ut cum particeps sit CHRISTI humiliter, dicitur particeps famulorum, quod est & CHRISTI esse participem. In hoc ergo sacramento: quia CHRISTI participes efficimur, quem sumimus omnium famulorum CHRISTI, omnium scilicet sanctorum participationem sortimur. Ex CHRISTO enim capite fluit gratia in membra, & ex uno membro redundat in aliud propter unam sui corporis communionem. Sicut enim in uno corpore naturali, unum membrum spiritum, & sanguinem influit in aliud

Coloss. 1.

Matth. 5. Luc. 12.

Act. 4.

1. Cor. 12.

p Psal. 118.

Cassiod.

ita multò magis in spūalibus membris, & corporis mystici, unum membrū spiritus communionem transmittit in aliud. Hæc est communio sanctorum, de qua dicitur in symbolo. Credo ꝛc spiritum sanctum sanctorum communionem. Quia sicut secundum naturam unius corporis unus est spūs, ita unius corporis Christi unus est spūs sanctus, qui in totum corpus nehit uitā, & uirtutem, & omnia, quæ sunt membris propria, facit esse communia. Vnde & dictum est de primitiuis ecclesiæ membris. Multitudinis credentium Act. 4. erat cor unum, & anima una. Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant omnia illis communia. ¶ Sic & participatio dominici corporis communicationem contribuit in passionibus mystici corporis Christi. Vnde & Apostolus. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. 1. Cor. 12. Ideo passio unius membri per communionem redundat in alia per misericordiam, & miserationes, quibus fluunt in membra deficientia compassiones cordis consolationes oris, subuentiones facultatum in eleemosinis, & supportationes infirmitatum in adiutorijs diuersis. Compatiendo enim assimilamur, capiti huius corporis, quod ex compassione, quam habuit ad nos, multis se dedit passionibus, ut nobis per effectum subueniret. Roma. 8. Cui si compatimur, & glorificabimur. unde. Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere. Quamdiu enim Christus patitur in membris, nos oportet compati, si tamen corporis uolumus esse membra (ad Rom. 12.) necessitatibus sanctorum communicantes. Rom. 12. 1. Iohan. 3. Hoc est enim communicare necessitatibus membrorum Christi, suscipere eorum necessitatem corde per compassionem, gaudendo cum gaudentibus, flendo cum flentibus, idipsum sciences. Multa ad idem docet, horteturq; scriptura. Hanc autem commiserationem, unde uerius accipere possumus, nisi in hoc sacramento, ubi illum sumimus in memoria ineffabilis misericordiæ, qua nostræ perditioni compatiens, se totum impendit nobis in acerrimis doloribus, quibus nostram miseriam sublenauit? Sic ergo in hoc sacramento cum omnibus bonis communicationem sortimur in quo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ dei sunt absconditi. Collos. 2. In quo & principium omnis meriti omnium sanctorum. Hæc communitas thesaurus ille est, qui iuxta euangelium absconditus est in agro dominici corporis, quem qui inuenit abscondit & præ gaudio illius uadit & uendit omnia quæ habet, & emit agrum istum. Matth. 13. Hic est thesaurus sapientiæ, de qua philo. Sap. 7. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Infinitus enim est thesaurus hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ dei. ¶ Facit etiam (ait Albert.) hæc sacramenti participatio ueritissimam humanorum, & diuinorum communionem. Albert. Per hanc enim deus cum omnibus bonis suis est in homine, & homo in deo. Deus enim, qui est omnia in omnibus, in hac communione suam altitudinem ad nos inclinat, & nostram humilitatem in se exaltat. Hinc de omnibus credentibus dr. Erant perseuerantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & oratione, quia communicatio fractionis panis, omnium bonorum diuinorum, & humanorum conferebat cōmunicationem. Propter quæ & similia recte, & uere ab omnibus sacramenti huius participatio communio nominatur. ¶ Sunt præterea duo huius sacramenti fructus inquantum est antidotum, & medicina animæ, quæ sunt sanare ab infirmitate, & conseruare in sanitate. Operatur quippe hoc sacramentum in homine ipsum communicando sumente, sanitatem ab infirmitate preseruando, causam infirmitatis expellendo, & sanitatem pditam reparando. Hæc est medicina de qua Eccl. 38. Altissimus de terra creauit medicinam, & uir pru-

Act. 2.

I

Eccles. 38.

Participes ſt nos facit diuinorū, & humanorū.

Eucharistia ut antidotū & medicina aīæ ſanat ab infirmitate cauſamo uendo.

dens

dens non abhorrebit illam. De terra enim illa benedicta dominici corporis, creauit nobis dominus medicinam gratiæ, præseruantem nos ab omni peccati infirmitate. Vir ergo prudens, qui de futuris habet prouidentiam: q. d. sine hac medicina non præseruatur homo ab hac infirmitate, non abhorret eam, quia licet sit apud imperitos horribile sumere humanam carnem, & humanum sanguinem, tamen in hoc sacramento medicina est supra modum amplectenda. Sunt enim infirmitates septem capitales ex malo fomitis semine, nisi præueniantur pullulantes, de quibus accipit illud. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Sunt. n. sex quæ causantur ab infirmitate corporis & mentis. A corpore quidem gula, luxuria, auaritia. Ab anima tria, secundum q. est in corpore corrupto. Ira & sanguinis accensione, accidia ex corporis ponderositate, inuidia ex cordis prauitate, qa. timet, ne alterius prosperitate ipse impediatur. Septimũ uerò. s. superbia causatur ex sola spũs altitudinem qua nos non tanget malum: quia ab his nos corpus Christi indigne sumptum præseruat. Si. n. sumentes corpus domini, ipsum (secundum apostoli consilium) dijudicantes, discretionis iudicio discernimus, quis est, quem in sacramento sumimus, quia Christus patris filius pro nostra salute homo factus, mortemq; eius annunciamus, cõsiderando quid pro nobis egerit, quidve passus sit: quemadmodum nobis in exemplum imitationis mortuus sit, nedum in crucem ponẽs animam suam: sed ẽ toto uitæ mortalis tempore, mundo, peccato, & uniuersis uitijs. Sicq; deuotè manducauerimus, masticantes Christi humilitatem, qua seipsum humiliauit formam serui accipiens, factus obediens patri usq; ad mortem, mortem autem crucis, humilem quoque eius ingressum in hunc mundum, atque progressum, non tanget nos malum superbiæ. ¶ Si meditati fuerimus Christi charitatem, qua se totum nobis in hoc corporis, & sanguinis sui sacramento in pignus ęternæ salutis promisse donat, non tanget nos malum inuidiæ. ¶ Si ruminauerimus, quemadmodũ impiger fuerit ad labores omnia faciendo, & sustinendo, quæ ad nostram salutem profecerẽt. Pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo, ut ait Petrus. Non tanget nos malum accidiæ. ¶ Si eius mansuetudinem & patientiam cogitauerimus, quibus exprobationes, irrisiones, blasphemias, crucem, & flagella sustinuit, uelut agnus ductus ad uictimam non aperiens os suum. Et Petro teste. Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Non tanget nos malum iræ. ¶ Si aduerterimus, quam liberaliter se, & sua nobis impendit, carnem in cibum, sanguinem in potum, animam in precium, daturus diuinitatem suam in præmium, sicut canit ecclesia. Se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in precium, se regnans dat in præmium. Non tanget nos malum auaritiæ. ¶ Si in mentem reducimus uitæ eius sobrietatem, ieiunia, parsimoniam. Non tanget nos malum gulæ. ¶ Si puritatem (quã de uirgine nasci uoluit) gaudijs mundi, ac carnis uoluptati passionis amaritudinem opposuit, liberabimur a malo luxuriæ. Hæc signata sunt Thobiæ 6. ubi. Raphael, qui medicina dei interpretatur, ait Tobiæ iumori. Cordis eius particulã si super carbones ponas, fumus eius extricat oẽ genus dæmoniorum. Omne dęmoniorum genus in his septem uitijs, quibus præsunt, accipitur. Hæc est illa optima particula inter omnia sacramenta, quæ nobis saluator exhibuit, ideo posita super carbones igniti cordis, statim fumat in affectu ad deum, & omnem uim inimici expellit a nobis. Fel autem ualet ad ungendos oculos, in quibus est albugo, & sanabuntur. Fel enim sua amaritudine passionem Christi significat, de qua in Threnis dicitur ca. 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, ab-

Iob 5.

1. Cor. 11.

Act. 10.

1. Pet. 2.

Thobiæ 6.

finthij, & fellis. Hæc fellea amaritudo patientis Christi extergit albuginem spissam, quam nobis ante oculos uanitas mundi posuit, ut non uideamus lumen cœli, quia Christi amaritudo reducit oculos nostros a uanitate mundi, quæ oculos nostros obtexit, ad ueritatem contemplandam. Sic ergo cibus iste in nobis operatur sanitatem, causas infirmitatum, eradicando, & per hoc ab infirmitate præseruando. Contractam etiam infirmitatem per peccatum, quod incidimus, sanat, eisdem modis, quibus peccatum tollit, de quo supra dictum est. Nec mirum, cum in hoc sacramento sumitur medicus ipse, qui uenit quærere, & saluum facere, quod perierat. Qui omnes laborantes uocat, dicens. Venite a me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Miro enim modo studuit (ait Albertus) quomodo nobis gratiam nos sanantem præpararet, & inuenit sacramentum, quo ipse medicus, ipse & medicina semper haberetur. Misit itaque uerbum suum in hoc sacramento, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum, ut dicitur in psalmo centesimosexto. ¶ Conseruat etiam sanitatem recuperatam, ac restitutam eisdem modis, quibus præseruat. Hinc in psalmus dicit. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Locus pascuæ, locus refectionis est, quo ab inedia in bono corporis robore conseruatur pascendi, confortanturque uires per cibum conuenientem. De qua confortatione in sequenti fructu superest dicendum, de hoc exponit Albertus illud psalmus. Collocauit illic, hoc est in terra fructifera esurientes, & sitientes, & constituerunt ciuitatem habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum nativitatis. Psalm. centesimosexto. Esurientes sunt cibum corporis Christi desiderantes, & sitientes sunt, qui desiderant sanguinem Christi, hi constituerunt se in hoc loco, ubi est habitatio ciuitatis dei; hoc est in ecclesia, & ibi semine iustitiæ seminauerunt agros ab augendo dictos in quibus crescit frumentum panis corporis Christi, & plantauerunt uineas, in quibus crescit potus sanguinis Christi, & in his fecerunt fructum dulcissimum gratiæ sacramenti, quo cibamur, qui dicitur fructus nativitatis, quia ex eisdem & corporaliter, & spiritualiter nascimur, & nutrimur. Gratia enim Christi nascimur, & gratia Christi in sacramento nutrimur, ac eadem gratia nutriti conseruamur, ne iterum defluamus in corruptionem peccati, qua anima nostra in malis contabescat, & abominetur omnem escam salutarem, appropinquans usque ad portas mortis. ¶ Supersunt ultimi duo fructus, quos in nobis parit salutaris eucharistiæ cibus, quia nostrum uiaticum est, hinc enim roborat uiatorem in itinere, & ad terminū beatitudinis subleuat, & perducit. ¶ Roborat quidem secundum illud. Et panis cor hominis confirmat. Hoc panem angelorum in figura confortatus Helias, dum in fortitudine cibi illius totum desertum transiit, & ambulauit usque ad montem Dei Oreb, quod mensa interpretatur, in quo Deo coniunctus est. Mensa hæc societas est æternæ gloriæ. Panis igitur corporis CHRISTI confortat nos in uita bona quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, obseruantia scilicet præceptorum Decalogi secundum perfectionem euangelicam, usque ad montem Dei Oreb, usque ad mensam Dei, & conuiuas patriæ ad quam cum sedebimus, satiabimur, secundum illud. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et secundum beatum Ambrosium. Dominici corpori figura præcessit, quando Deus in deserto patribus manna pluit, quia sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis duxit, ita hæc cœlestis esca fideles huius seculi desertum transeuntes,

Luc. 19.
Matth. 11.
K
Conseruat sanitatē recuperatam.
Psal. 106.
L
Eucharistia ut est uiaticum roborat uiatorē in itinere.
Psal. 103.
3. Reg. 19.
Psal. 16.
Ambro.

in cœlum sursum trahit. Propter quod recte uiaticum appellatur, quia in uia nos reficit, & ad patriam usque perducit. Corroborat etiam contra aduersariorum impugnationem. Vnde. Psalmo. 22. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. quod de mensa dominici corporis, & sanguinis exponit glo. Eo ipso enim, quo gratiam augmentat, & omnes uirtutes perficit, arma tribuit omnes aduersarios debellandi. Quem enim timebit, qui domino uniuersorum, in cuius ditione cuncta posita sunt qui fortem armatum fortior uicit, per hunc cibum incorporatus est. Hic est panis subcinericius Hieroboal, qui descendens in castra madian, tabernacula eius terræ funditus coequauit. Iudic. 7. Panis subcinericius Hieroboal humanitas Christi est, in cinere nostræ mortalitatis coctus, qui iudicium habet. sic quippe interpretatur Hieroboal. Est enim constitutus a patre iudex uiuorum, & mortuorum. Hic descendens in castra Madian iniquitatis, & contradictionis, omnia subuertit, & terræ coequauit, dum deuote sumptus sedem iniquitatis subuertit in anima prius diabolo subiugata, & eum expellens thronum suum ibidem collocans, ipsam ab omni aduersariorum detentione liberat, & conseruat. ¶ Hunc, fructus finalis sequitur, qui est productio ad terminum beatitudinis, quę est uita æterna. Confert enim cibus ille immortalitatem, secundum illud. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternã. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et in hoc dissimilitudinem habet iste cibus ad cibum corporalem. Cibus enim corporalis non nutrit nisi mortaliter, & corruptibiliter. 1. Cor. 6. Esca uentri, & uenter escis, deus autem hunc, & has destruet. Iste autem cibus radix est immortalitatis, quia in eo, qui eum sumit, principium est uitę perpetuæ. Vnde Ioh. 6. Non sicut manducauerunt patres uestri manna in deserto, & mortui sunt? Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. De quo in figura dixit Moyses Deute. 29. ad filios Israel. Adduxit uos quadraginta annis per desertum, non sunt attrita uestimenta uestra, nec calciamenta pedum uestrorum uetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, uinum, & siceram non bibistis, ut sciretis, quia ipse est dominus deus uester, & uenistis ad hunc locum. Ac si dicat secundum Alber. per desertum huius mortalis uitę quadraginta annis, qui est numerus pœnitentiæ, adduxit uos dominus ad immortalitatem perpetuæ uitæ, ita quod uirtutum uestimenta non sunt uetustate peccati contrita, & calciamenta, quæ sunt duorum pedum animę munimenta, quia ueritas munit intellectum, & charitas munit effectum non sunt aliqua uetustate uanitatis, uel frigiditatis cordis consumpta. Et hoc ideo, quia panem mundanæ refectionis non comedistis, nec uinum, & siceram inebriantia, in quibus est luxuria, bibistis, & tamen dominus suæ immortalitatis alimonia adduxit uos per sui cibum manna supercœleste ad hunc locum solidum promissionis, qui moueri non potest, æternæ, scilicet immortalitatis. Sic ergo cibus ille cibat cœlesti uirtute principijs uitæ, & immortalitatis radice. Hinc recte dicitur cibus iste, arra sponsæ, pignus futuræ gloriæ. Dederat olim dominus animę rationali pignora suæ dilectionis pulchras arras suę desponsationis, cœlum, & terram ad eius obsequium simul, & solatium: ut late prosequitur uenerabilis Hugo de sancto uicto. in libello de arra animæ. Contempserunt has arras plurimi, atq; eis omnia uiluerunt. Dedit ad extremum seipsum pariter in arram, & precium, dum in hoc sacro conuiuio iuxta canticum ecclesiæ futurę gloriæ nobis pignus datur. de quo bea. Ber. in ser. de sacro air, alloquens ecclesiã, & quamlibet animam fidelem. Gratulare inquit, sponsa, gaude incõparabiliter

Psalmo. 22.

Iudic. 7.

Act. 10.

Perducit uiatore ad terminum.

M

Ioh. 6.

1. Cor. 6.

Ioh. 6.

biliter; præsidentem habes, & rectorem sponsum in præsentis exilij militia pignus habes arram tenes, quibus fæliciter, sponso uniaris in patria. Gloriosa, & amabilis sponsa, in terra sponsum habes in sacramento, in cælis habitura es sine uelamento. Hic & ibi ueritas, sed hic palliata, ibi manifesta. Hic utiq; sponsum habet ecclesia suo ordine, hic quasi dulce præludium, & iocúda dispensatio, ibi nuptiale conuiuium, & beata fiet coniunctio, cum fide ad speciem, de mense ad mensem, de sabbato ad sabbatum, de calore panum ad æternalis caloris conuiuium transibimus. Et infra cibus ille non est uentris, sed mentis, non est datus ad ruinas huius uitæ, quæ uapor est ad modicum parens, sed ad æternam uitam animæ conferendam. Iste est panis angelorum, qui nescit putrescere, non uadit in secessum, sed tendit in excelsum illuc reducit hominem, unde traxit imaginem. ¶ Ecce patent uel breuiter duodecim fructus ligni uitæ. Siquidem considerando eucharistiam in ordine ad Christum in ea contentum, sic uiuificat animam, & relaxat peccata. In eo uero, quòd est memoriale passionis Christi, inflammat mentem, & patientiam præstat. Inquantum est cibus, nutrit & restaurat, quia sacramentum unit, & copulat, quia antidotum medicinale, sanat ab infirmitate, & in sanitate conseruat. Quia uiaticum, roborat uiatorẽ, & perducit ad terminum beatitudinis. ¶ Quos sub alijs uerbis ita be. Bern. assignat dicens: eucharistia medicina est ęgrotis, peregrinantibus dieta, debiles cofortat, ualentes delectat, languorem sanat, suauitatem seruat. ¶ Fit homo manfuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagatior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum actiones deuotior. ¶ Et licet plura de huius sacramenti fructibus dicta sunt, nequaquam tamen uelut tanto sacramento digna, uel sufficientia æstimanda sunt. Excedit enim eius dignitas simul, & utilitas, omnem humanam æstimationem. Hinc Ber. secundum supra allegata. Potes ne æstimare quale, uel quantum est hoc sanctum sanctorum, & sacramentum sacramentorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum? Hæc sunt uera festa paschalia, hæc sunt gaudia, & fercula uitalia iustorum, hæc sunt spirituales delitiæ sanctorum, hic bibuntur in loco uberi torrentis lactis, pluuia melis, liquor balsami cœlestis. Hic efficitur una caro sponsa cum sponso, sancta anima cum Christo. Experientia horum, & similium spiritus, & uita est, nec animalis homo horum sensu fruitur, uel accessu. Amissi sponsi, uiri timorati, & religiosi gustauerunt, & N plenissime, quæ dicimus, sunt experti. Hæc Bern. ¶ Sed circa hęc quæri potest, quomodo hos fructus efficit corpus Christi in hoc sacramento sumptum? ¶ Pro responsione rememorandum est, quod supra lect. 4. habetur, q̃ tripliciter aliquid dicitur fieri, uel effici ab alio. s. operatione, & uirtute naturali, quo modo calor fit ab igne. Secundo modo non ex eius uirtute, sed ex eius merito, quo modo dicimus, q̃ præmium in beatis est ex operibus meritorijs præcedentibus. Tertio modo est ex aliqua uirtute occulta assistente. Sic sacramenta operari dicuntur. ¶ Ad propositum. Corpus Christi in sacramento cibus est non corporis, sed mentis. Non utiq; secundum sui substantiam nutriens, ac cibans animam, quemadmodum cibus corporalis secundum substantiam cibat, & nutrit corpus, quia anima secundum sui substantiam, additionem non recipit. hinc secundum sui substantiam corpus Christi nec cibat, nec restaurat, nec roborat animam, nec unitur animæ tanquam forma. Ideoq; nec per suam essentiam inflammat animã, sicut calor ignem, nec secundum suam substantiam illuminat sicut lumen aerem, nec sic uiuificat sicut anima corpus. Cum etiam secundum se sit res creata, per suam naturam propriam non liberat a morte, nec ad patriam re-

Eucharistia quo dicitur hos fructus, efficere in sumente ipsã.

Aliquid dicitur effici ab

uocat,

aliquo tripliciter.

uocat, aut peccatum expellit, nec resuscitat. Nec breuiter aliquis prædictorum effectuum causaliter effectiue procedit ex naturali uirtute illius corporis. Restat ergo, ut fiat uel ipsius merito, uel uirtute occulta. Merito autem eius non fit, ut principaliter merentis, quia mereri est naturæ intellectualis, & rationalis, corpus autem Christi acceptum pro altera parte compositi substantialis, quod ex ui consecrationis est in sacramento altaris non est natura intellectualis, aut rationalis, sed est pars talis naturæ ex ipso, & anima rationali compositę. Vnde mereri est ipsius animæ non corporis, licet anima per corpus hoc est per operationes, & passiones corporales uoluntariæ exhibitas, uel passas mereatur. Etiam fructus hi non prouenient præcisæ, & adequate ex merito sumentium, quia sic non prouenirent ex applicatione sacramenti, seu usu eius, & plus sacramentum sanctificaretur a sumentibus, quam sumentes a sacramento, quoniam sumentium merito ipsi per hoc sacramentum sanctificarentur. Relinquitur ergo, q̃ diuina uirtute, & uolũtate, quæ ex suo beneplacito, hos fructus efficit indigne hoc corpus sumente. Vnde sicut in baptismate superfusioni aquæ, seu immersioni, aut ablutioni exteriori, quæ fit per aquam, cum certe uerborum formæ prolatione & baptizantis intentione, adest uirtus omnipotentis dei, ad efficiendum interiorem, uel spiritualem ablutionem a peccatis. Sic refectioni corporali, & exteriori, quæ fit per sumptionem huius uenerabilis sacramenti, adest uirtus diuina ad perficiendam internam, & spiritualem refectionem, quam exterior significat, & cæteros fructus numeratos, & hoc in subiecto disposito, hoc est in uiuente uita gratiæ, quia cibari, & reficĩ non est mortuorum. Statuit itaq; deus, q̃ ad dignam huius sacramenti sumptionem, hos fructus efficere uolt in anima huiusmodi uiuentis. ¶ Sed dã. quomodo tunc dicit saluator. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Si non ipsa nec ipse huius refectionis effectus operatur. Respondetur, q̃ uere ibi affertiue ponitur, ut sit sensus. Caro mea uere. i. indubitanter est cibus reficiens, seu refectiuus. Et sanguis meus uere .i. indubitanter est potus, potans, uel inebrians spiritualiter, licet non sua natura, sed uirtute diuina. Sicut aqua baptismalis uere est aqua regenerans, & unda purificans non sua natura, sed uirtute diuina cui accedens elementum, & uerbum efficitur sacramentum. i. sacrationis, seu sanctificationis instrumentum. Et quid mirum, si deus omnipotens, & misericors ad sumptionem huius sacramenti corporis, cui inseparabiliter unita est excellentissima deitas, fructus, & dona multiplicet in sumentibus, cum & rebus longe inferioribus in gradu entitatis assistat ad effectuum mirabilium productionem? Si enim uestis beati Iohannis euangelistæ hoc obtinuit, ut per tactum manuum Aristoboli tunc increduli tres mortuos suscitaret, quid de hoc corpore, quod uestimentum est deitatis, pia fides suggerit sentiendũ? Si Petri apostoli baculus ex suo contactu beatum Maternum a morte ipsertauit, diuina assistente uirtute, quid mirum si attactu huius corporis diuinissimi, uirtus assistens diuina hos fructus, & his maiora faciat? Sic argui potest de sudarijs, & semicinctijs Pauli, de quibus in actibus apostolorum dicitur, q̃ delata, & posita super infirmos curabantur, & super dæmoniacos, spiritus immundi ejciebantur. Si igitur Christus tantas uirtutes contulit sanctorum suorum ossibus aridis, capillis eorum, aut puluueribus, sepulcris, & uestibus, ut eorum attactu fugarentur dæmones ab obsessis corporibus, sanarentur corpora a diuersis morbis, & languoribus, quomodo nõ incomparabiliter multo maiores scarni suę propriæ sibi suppositaliter unitę, & iam uitæ gloriæ fulgenti, quæ & pro nostra, omniumq; salute passa est, uirtutes tribueret? ¶ Amplius si fimbria uestimenti sui hoc præstitit ut eius, tactu emoroissa sanaretur a

Quõ uerum est, quod dicit saluator, caro mea uere est cibus.

O

Act. 19.

sangui

Matth. 9. sanguinis profluuio. Haud dubium carnis suæ, quam induit, qua inuentus est ut homo, matora tribuit. ¶ Item si lignum uitæ in medio paradisi hac uirtute prædium esse uoluit, ut uitam corporalem utentibus fructu eius perpetuaret, quomodo non potius carni, & sanguini suo hoc tribuit, ut perpetuare posset in digne utentibus uitam animarum? ¶ Demum si hanc uirtutem dedit uerbis quorundam exorcistarum, ut eis arceantur, & ligentur dæmones, quomodo uerbum, per quod facta sunt omnia, carnem suam, quam pro animarum salute assumpsit, non omnibus præfatis uirtutibus, gloriæ, & magnificentiæ suæ congruentibus, & animarum saluti expedientibus insignuit? Reuera, uoluit, decuit, & fecit suæ carni has, maioresq; uirtutes tribuere, quam de purissimis uirginis sanguinibus formauit, quã suo naturali filio in unitatem suppositi copulauit, in qua a morte triumphauit, qua diaboli potestatem superauit, & abstulit, quam super omnes angelicas uirtutes ad dexteram suam collocauit. Cui unitæ animæ Christi sanctissimæ eandem iudicandi potestatem uiuos, & mortuos tribuit, & donauit. ¶ Ex quibus & hoc sequitur, q̃ licet sacramentum hoc spiritualiter tantum sumptum effectus prędictos operetur, multo tamen plenius, & perfectius hoc facit in sumentibus etiam sacramentaliter hoc est simul sacramentaliter, & spiritualiter, ut ex solutione alterius dubij deducetur. Sit tantum de fructibus huius uiuifici sacramenti. ¶ Sed adhuc quis diceret. Si hos fructus operatur hoc sacramentũ P indigne sumẽti, quicunq; hos fructus non experiuntur, nec sentiunt, sed cum pauci hos fructus sentiant, etiam eorum, qui sine mortalis peccati conscientia, post debitam sui ipsorum probationem accedunt sequeretur, q̃ tales indigne sumerent, quod durum nimis foret, & a communione plurimos reuocaret. ¶ Ad hoc respondetur, q̃ plurimi ex dictis fructibus licet indigne sumẽte oriuntur, minime tamen experimentaliter cognoscuntur. Hi sunt omnes fructus gratiam, & charitatem eiusq; augmentum inseparabiliter comitantes, sicut mentem uiuificare, peccata relaxare, nutrire augmentando, unire Christo, copulare per communionem proximo. &c. Sicut enim charitas & cæterę uirtutes infusæ a nobis experimentaliter cognosci non possunt, nec intuitiue uideri, ut tradunt doc. distinctio. 17. primi, quia omnem actum quem producere possumus quantum ad genus actus mediante habitu infuso, producere possumus ex habitu acquisito, siue ex uoluntatis libertate, licet non quoad circumstantiam meriti, quæ nisi per reuelationem, in hac nostra peregrinatione euidenter sciri non potest. Nescit enim homo, an odio, uel amore dignus sit, quod nedum de supposito hominis uerum est, sed etiam de actu eius uirtuoso. Simillimi enim sunt effectus procedentes ex habitibus infusis, & acquisitis, in tantum q̃ habitus infusos esse ponẽdos nulla ratio euidens conuincit, sed sola fidei, & ecclesię auctoritas uerissima eos nobis credendos prodit. Deniq; inflammatio affectus per deuotionem, & spiritualis dulcedinis sentimẽtum, delectatio quoq; in spiritualibus, atq; operandi promptitudo sensibilis, & si frequenter sequuntur charitatem, tamen non inseparabiliter ei unguntur. Nonnunquam etiam in charitate maiori, minor sentitur deuotio, & in minori, maior. Nihil deniq; prohibet, quandoq; etiam ubi nulla est charitas, & gratia deuotionem, & dulcedinem senti ri etiam usq; ad lachrymarum effusionem, sicut est uidere in nõnullis peccatoribus ex uerbo dei usq; ad lachrymas compunctis, qui tamen nondum exposuerunt peccata, in quibus uoluntate tenentur cauere, & ab eis recedere, quæ deuotio, seu dulcedinis sentimentum esse potest a deo paruulos sic ad se attrahere uolente, quandoq; ab habitu acquisito, quandoq; a complexione, quandoq; a spiritu maligno, ut sic a debitis operibus retrahat, ut huiusmodi

Vtrum indigne sumat euch. q̃ hos fructus in se non experit.

dele-

delectationem spiritualem finaliter quærere doceat, ut dum eam subtrahit, in desperationem mittat, propterq; alias causas plurimas. Quapropter admonet scriptura probare spiritus, si ex deo sunt. ¶ Primi fructus, qui inseparabiliter consequuntur charitatem, & eius augmentum, illi infallibiliter concomitantur dignam huius sacramenti communionem: sed hi, ut dictum est, sentiri non possunt. Hi enim consequuntur ex opere operato, non ex opere operantis, dum tamen non assit obex, uel impedimentum. Hoc enim proprium sacramentis nouæ legis gratiam infundere, aut infusam augmentare obice remoto, alioquin quomodo essent signa gratiæ efficacia, atq; certa? Cætera uero, quæ nomine deuotionis generaliter sumpto intelligo, quandoq; dantur digne sumentibus, quandoq; digne sumentibus subtrahuntur, immo nonnunquam indignis præstantur. Vnde Iohan. Cancella. in de mystica theologia practice consideratione 6. ait loquens de contemplationis, ac deuotionis gratia. Sunt filij infideles, & alieni, sunt serui nequam, quos aliquãdo cibari sustinet pater cœlestis ex adipe frumenti, & de petra melle saturari, quemadmodum apud aliquos ex principibus uidere est, qui condemnãdis paulo post ad mortem mittunt aliquotiens in carcerem de præciosis mensæ suæ reliquijs. Namq; has gratias reperire est apud maledictionis, reprobationisq; filios, uel in augmentum suæ damnationis, pro abusu ingratissimo doni dei, uel ad aliorum eruditionem, uel pro qualicunq; laborum suorum uelut florum, uel inutilium premio transitorio. Pro tali nummismate tales merces, dicit prouerbium uulgare. Fornicari tantummodo quæsierunt in donis dei per improbam delectationem, uel præsumptionem. Quid igitur? Desiderium eorum asser eis deus, sed iratus, audiunt illud euãgelij. Tolle quod tuum est, & uade. Difficillimum igitur est cognoscere, unde & ad quid huiusmodi deuotio, ac dulcedinis sentimentum conceditur. Datur denisq; quandoq; digne suscipientibus, atq; supererogatur a liberalissima dei clementia. Quandoq; in bonum sumentium ab eadem clementi moderate subtrahitur, sed non ad insipientiam eorum. ¶ Huius autem dispensationis misericordiæ dei, qua etiam electis huiusmodi gratiam subtrahit, dictus Cancell. ubi supra aliquas colligit causas. Prima propter humiliationem. unde ait. Fit hoc quandoq;, & sepius, ad humiliationem, ut redundatur superbia, uel quæ præsuit, uel ut ne subrepat, prouideatur. Propterea testatur B. Bern. uere nihil esse efficacius ad gratiam hanc, uel inueniendã, uel retinendã, uel recuperandã, quam si semper inueniaris non alium sapere, sed sapere ad sobrietatem. Deniq; beatus est uir, qui semper est pauidus, & super custodiã suam stat. ¶ Secundo, fit hoc aliquando ad desiderium uehementius ignicdũ, quã admodũ ignis, ictu cõpressus erumpit ardentior, & ut discamus grandia granditer, quærere. ¶ Fit hoc tertio, ut ab homine suæ fragilitas, & abyssus miseriarum profundius, ac clarius sentiatur, quatenus uilescat ipse sibi, recogitans qualis ex se sit, & qualis ex dei munere esse possit. ¶ Quarto, fit hoc aliquando, ad inuendum piscem misericordiæ, & pietatis super aliorum desolatione, quibus hæc consolatio uel non conceditur, uel concessa subtrahitur. ¶ Fit hoc quinto ad satisfaciendum interim pro se, uel alijs per dolorem sensibilem, ex tali carnis derelictum, quemadmodum humanitas Christi derelicta est, & torrenti pœnalitatum tota immersa, quatenus ita satisfaceret pro peccatis non suis, sed alienis. ¶ Fit sexto, ne quis idoneus in doctrina alios iuuare, aut in re aliqua uelit assidue sic ociari sibi, sic inter amplexus Rachelis hærere, quòd negocium charitatis spernat, & Lyę fœcundationi nequaquam inuigilet. ¶ Fit septimo, ut homo per multa tentatus discat ex his, quæ patitur obedientiam, cæte-

Nec sentiunt dulcedinem sanctis ad Xpm post perceptionẽ eucharistiæ.

Q

1. Ioh. 4.

Deuotionis gratia cur sæpe iustis subtrahit a deo.

R

Mat. 20.

Prouerb. 28.

rasq;

rasq; uirtutes, quatenus eas postmodum edoceat efficacies. ¶ Fit octauo, ne deserat homo per contemplationis suæ supererogationem, obligationem debitæ actionis. ¶ Fit nono, ad punitionem uenialium peccatorum tanquam si pater indulgentissimus uel aduertat interim faciem a filio lasciuiore, uel tristiorem ostendat, quatenus exinde studiosior sit in omni modestiæ custodia. Fit ne minima negligens paulatim decidat. ¶ Fit hoc decimo, ut cognoscatur illud apostoli. Rom. 9. Non est uolentis, neq; currentis, s. per industriã propriam, sed dei miserentis. ¶ Fit hoc undecimo, ad purgationem maris spiritualis magni, & spacios, quod ex nimia quiete solet sordes contrahere, sicut & materiale, quæ exagitatio, cõmotioq; depellit. ¶ Fit hoc duodecimo, ut innotescat, si gratis anima timet deum, si parata est sobsequi propriis expẽsis dolorum, & tribulationum, quemadmodum si stipendia consolationum, & suauitatum ab imperatore suo reciperet, contra illos, qui orationem suã uti effundere nolunt, uel inefficacem credunt, nisi consolationum sentimenta meruerint, quasi non fingeret aliquam deus laborem in præcepto. ¶ Fit tertiodecimo, quatenus ablactetur homo, ne semper putrescat, aut fornicetur in domibus dei, & propter se diligens, his adhærens, his sese oblectans, aut ne premium hoc temporale recipiat ille futuro carnutus. ¶ Fit hoc quartodecimo, ut dissimulet uenire tantus hospes ad animam, ne grauetur expẽsis, sicut Dauid ad filium. Sed quibus expensis? Lachrymis pijs, gemitibus, ieiunijs, uigilijs, & cæteris corpora grauantibus. Quia anima iunior nõ posset sustinere ebrietatem spiritus, si iugiter introduceret eam in cellam uinariam suam. Propterea clauem gerit, nunc claudens, nunc aperiens. ¶ Fit hoc quintodecimo, ut prouocet te deus, sicut aquila pullos suos ad uolandum, & mater filium ad ambulandum. Deserit enim mater filium suum aliquando hac industria, ut desertus clamet, utq; regrediens cautior sit adhærere sibi. Cautior etiam ne cadat prospicere, & quæriam matrem ipsior suscipiat inuentam, blanditijs, & oscula suauius addat. ¶ Fit demum sextodecimo ad exercẽdum patientiam, quę perfectum opus habet nam quę est acerbior tribulatio, quæ materia patientiæ copiosior apud animam, quæ a prægustatione deliciarum paradisi relabitur, & corruit ad dolores inferni ad similitudinem umbræ mortis, ad æruminas huius seculi. ¶ Sumitur hinc coniectura quantæ futura esset amaritudinis separatio perpetua. Hæc Cancel. Quilicet in genere loquitur de dulcedine contemplationis, habet tamen in proposito locum. Quia sicut aliquando contemplatiuo conceditur huius consolationis experientia, quandoq; subtrahitur. Sic digne sumenti eucharistiam quandoq; gustus diuinæ dulcedinis creditur (alias conceditur) quandoq; negatur ex causis prænarratis, & dispositione sumentis. Igitur pro ea obtinenda impigriter laborandum est oratione, & cordis purificatione, ita ut accedens paratus sit ea humiliter uti cum gratiarum actione, si detur, paratus nihilominus ea carere bono animo, si non detur, recogitans assidue, quia non in sentimento huius dulcedinis, sed in charitate est regnum dei. Patet ergo responsio ad dubium, q. neq; indigne, neq; inutiliter sumunt alias dispositi, qui huiusmodi consolationis dulcedinem non sentiant, nec propter hoc ab eius communione se studeant cohibere.

Carentia sentiendi dulcedinis cuiusdam nõ est causa abstinendi.

DE POENA INDIGNE sumentium.

LECTIO LXXXVII.

DICTO de huius sacramenti fructu, dicendum est quoad dubium quartum, de indigne sumentium pœna, & periculo. Verum intellecta peccati grauitate, grauitas pœnæ conijci potest, quoniam scriptum est. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. & Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in deliti's fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, & Hiere. 50. Iuxta omnia quæ fecit, facite illi. Iob quoq; 20. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. Igitur uidendum est de grauitate peccati indigne sumptionis. Verum quæ digna sumptio, quæ ue indigna, late supra ostensum est lect. 6. & 7. Vnde loquor nunc de his, qui celebrando, aut sumendo hoc sacramentum, nouo mortali peccato se onerant, de quibus apostolus ait. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bi. non dijudicans corpus domini. Iudicium manducant damnationis. i. secundum glo. sua manducatione se dignos damnatione efficiunt. Non quia malum est, quod accipiunt. Accipiunt etiam indigne accedentes uerum corpus Christi, & sanguinem, dum sacramenta dentibus præmunt, licet sine fructu. Sicut Grego. 4. dial. ait. Est quidem inquit, in peccatoribus, & indigne sumentibus uera Christi caro, & uerus sanguis secundum essentiam non salubre efficientia. Ad idem Aug. lib. 3. de unico baptismo. Quia aliquis non ad salutem, non ideo minus est corpus, & sanguis, quod accipit. Bonum est ergo, quod accipiunt, sed bonum factum est eis malum, dum male accipiunt bonum. ut ait Aug. in de uerbis euangelij. Sicut econuerso, factum est bonum apostolo, cum bene accipitur malum, scilicet dum stimulus Sathanæ patienter portatur. sic ad Rom. 8. inquit. Scimus, quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Vbi glo. Prosunt enim mala, quæ fideles perferunt, uel ad emendanda, uel demenda peccata, uel ad exercendam, probadamq; iustitiam, uel ad demonstrandam huius uitæ miseriam: quamuis enim mors carnis de peccato primi hominis originaliter uenit, tamen bonus eius usus glorioſissimos martyres fecit. & Nico. de ly. super eundem locum. Istis scilicet sanctis secundum propositum. i. secundum prædestinationem etiam peccata in bonum proueniunt, quia fortiores, & cautiores resurgunt. Et etiam in gloria ad bonum eorum facit peccatorum memoria, sicut cicatrices ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphauit. Sicut ergo mala bonis cooperantur in bonum, ita sancta obsunt malis non quia res illa mala sit, sed quia malus male accipit, quod bonum est. Quod in arca domini, quæ alophilos occidit, & Israel saluauit. Et in manna, quod bonis omnis delectamenti, & suauitatis saporem, malis autem nauseam præstitit, figuratum est. Hinc Chryso. Homel. 10. Sacrificium hoc inquit, cibus spiritualis est, sicut corporalis cibus, dum uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium, ita & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet non sui natura, sed accipientis, uitio. Sumunt ergo indigne accedentes iudicium damnationis magnæ, damnationis profundæ, secundū

A

Deut. 25.

Apoc. 18.

Hiere. 50. Iob. 20.

1. Cor. 11.

Augu.

2. Cor. 12.

Rom. 8.

pe. cati

peccati huius grauitatem. ¶ Possumus autem grauitatem huius peccati indigni accessus intelligere ex culparum ponderę, quibus comparatur. Comparatur autem indigne sumptionis culpa peccato proditionis iudæ, iudeorũq; ingratitudini & blasphemię, & effusioni pretiosi sanguinis de Christi corpore. Quoad primum, qui indigne sumit, Christum cum Iuda prodit. de quo be. Hieron. in epistola quadam ait, loquens specialiter ad sacerdotes. Quid tibi cum feminis qui in altari cum deo fabularis? dic sacerdos, dic clerice, dic quisquis fueris, qui sacramenta sumis, qualiter cum eisdem labijs filium dei osculaberis, quibus osculatus es labia meretricis? O Iuda, filium hominis osculo tradis? Et simile est de his, qui in alijs peccatis superbiæ, inuidiæ, auaritiæ, infidelitatis, & cæteris fornicatione non minoribus accedunt. Item beatus Aug. Non minus peccant, qui tradunt Christum peccatoribus membris, quam qui Christum crucifigentibus iudęis. Traijciunt enim hi Christũ in peccati locum, qui est in potestate dæmonum, sicut Iudas tradidit ipsum manibus iniquis iudæorum. Et bea. Remigius, super illud Mat. 26. Vę illi per quem filius hominis tradetur. Væ inquit tradentibus Christum ad crucifigendum. Sed & uæ cum maligna conscientia sub sacramento sumentibus illum. Hi etsi non tradunt iudæis ad crucifigendum, tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum. Glosa quoq; Bedæ. In sempiternum uę homini illi, qui ad mensam domini indigne accedit. Ille enim exemplũ iudę filium hominis tradit, non iudæis quidem peccatoribus tamen peccatoribus, membris scilicet suis, qui dominici corporis sacramentum accipere temerarie præsumunt. Illi dominum uendunt, qui eius timore, & amore neglecto, terrena, caduca, immo & criminosa pro eo diligere, & curare non metuunt. Hæc Beda. Tales autem sunt, quicunq; indigne celebrant, uel accedunt. Simile in glo. Lucæ 22. Exemplo iudæ filium hominis tradit, qui illud inuiolabile dominici corporis sacramentum uiolare præsumit. Ad idẽ be. Bern. Qui secundum carnem uiuunt ait, & post carnalia euagantur, catheną uitiorum compediti cum proditore uenenum accipiunt, & spiritualis suspendij laqueum incurrunt grauissime damnandi. Tum multiplici reatu. Tum pro sacramenti contemptu. An non discerneret inter glebas, qui discernit inter stellas? Examinabit certe argentum, quæ ipsum quoq; aurum probauit, & reprobauit. Hæc ille. ¶ Et recte comparatur proditori iudæ, qui indigne sacramentum sumit, quoniam sicut signum manifestum pacis & amicitiæ est osculum, ita spiritualis unionis & diuinę dilectionis, panis iste est sacramentum. Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Sicut ergo iudas signũ extrinsecum pacis, osculum ferebat, quod in peccatore non habebat, & ipso signo inimicum, & traditorem tegebat? Ita qui indigne accedunt, foris sacramentum charitatis maxime signum sumunt, & intus per peccandi uoluntatem inimici, & contemptores sunt. Cur enim qui peccata deserere nolũt, sacramenta in sui perniciem sumunt, nisi uel ut per hypocrisim se foris sanctos simulent, nec tamen intus esse uolunt? Volunt reputari sacerdotes deuoti, uolunt iudicari Christiani ueri, probi, honesti, bonis similes, esse tamen nolunt. Hinc tantus strepitus, & oblatratio, dum indignis prohibetur accessus. Currunt, promittunt, minantur, & si non, aliter in alienis parochijs furtiue accipiunt, mentiuntur se esse absolutos a sententijs, a censuris, a peccatis. Vt quid tanta instantia mortem sibi procurant, nisi quia uideri uolunt, quod esse nolunt? Si enim uellent esse amici Christi, ejicerent concubinas, redderent male quæsita, deponerent odia, repellerent uitia, uitam emendarent, & reconciliati deo ecclesię, & proximo, communionem

Peccatũ indigne sumentiũ euchariſtiã cõparatur proditioni Iudę.

Sup mar. 14.

In ser. de sacramento.

1. Cor. 10.

munionem humiliter a suis sacerdotibus peterent, & salubrius obtinerent. Aut forte temporale lucrum quærunt, quæstum existimant pietatem, & isti manifestius cum iuda dominum nedum osculantur, sed etiam pro pecunia sceleratissime uendunt, longe peiores simoniacis. Nam isti uendunt, aut mercantur spiritualia, illi patrem, & dominum spirituum in quæstum auariciæ ponunt. Hinc per Hieremiam dominus causatur. Hiere. 11.
Quid est, quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ offerent a te malicias tuas, in quibus gloriata es. Hi pœnas iudæ excipiunt, cui assimilantur in crimine. Iudas, qui sanctitatem simulabat, & auaritiam occultabat, precium sanguinis retulit, & suspendio seipsum interemit, sicque seipsum fama, rebus, & uita pariter priuauit. Ita indigne sumentes mysterium unitatis, & non tenentes uinculum pacis, non accipiunt mysterium pro se, sed contra se ait August. in de sacramentis fidelium. Quodetiam experientia declarat, nam sæpe in diffamiam, sæpe in paupertatem, sæpe in uitæ abbreuiationem, iusto dei iudicio incidunt. Inde enim lites, inde infirmitates, pestilentiæ, & mortes, ut satis ostendit apostolus. 1. Corint. 11. & hoc est, quod dicitur Ecclesiast. 1. Ne sis incredulus timori domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne sueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizaueris in labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ confusionem & reuelet deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te. Quoniam accessisti maligne ad dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. August. 1. Cor. 11. Eccle. 1.

Comparatur ingratitudini, & blasphemiæ iudæorum.

¶ Secundò, indigna sumptio huius sacramenti comparatur ingratitudini, & blasphemiæ iudæorum. Iudæi namque magna, & multiplicia dona a domino acceperunt, sed ingrati nimis ante aduentum Christi sæpius per idolatriam uerum deum deseruerunt. Aduenientè uerò Christo, quem summis patres expectauerunt desiderijs, maioris reddiderunt uicem ingratitudinis, dum multiplicia eis exhibita beneficia in infirmorum curationibus, ac ueritatis doctrinationibus diuinitatis opera non sibi, sed dæmonibus attribuerunt, superaddentes blasphemias in uerbis, & factis irridendo, conspuendo, collaphizando, flagellando, ad ultimum morte turpissima condemnando. Non aliter decipit, qui in sacramento Christum indigne accipit. Ingratissimus enim est, qui maxima dona non ponderat, sed uilipendit. Nullum unquam tantum consecuti sunt Iudęi beneficium, quantum in sacramento quotidiano nostri cibi præstitit nobis dominus, ut patet transcurrendo per singula. Nam ut alia taceam, panem angelorum dedit illis manna, scilicet in deserto, quibus pauis illos quadraginta annis. Sed dignior est panis, quem nobis in sacramento dominus præparauit. Hic est uere panis angelorum. Non ab angelis factus, sed angelorum factor beatitudo, gaudium, & totum eorum bonum. Vnde de hoc pane uerius dicitur. Panem angelorum manducauit homo. Quod exponens beatus Bernar. in fine sermonis de sacramento, inquit. O stupenda dei miseratio, uerbum carnem, deus cinerem, figulus lutum, uita morticinum induit, ut iumenta manducarent panem angelorum. Homines iumenta erant, sicut ait propheta. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Eapropter cibus supercælestis mutauit se in pabulum pecoris. Panis enim angelorum factus est fœnum. Vnicus patris, filius hominis. Verbum quippe caro factum est. Et iuxta prophetam. Omnis caro fœnum. Co- Psal. 77. Psal. 48. Esa. 40.

medunt ergo angeli uerbum de deo natum, comedunt homines uerbum caro factum. Nullum huiusmodi beneficium excogitari potuit nec maius aliquod dari. Vere itaq; ingratissimus est, qui hoc beneficium uilipendit, & indigna sumptione blasphemat, non uerbo, sed detestabilius opere, & facto. Hinc per propheram Malachiam dominus improperat sacerdotibus, & in
Malach. c.1. eis omnibus indigne sumentibus, ait enim, Malach. c. 1. Si pater uester ego sum, ubi est honor meus? Et si dominus ego sum, ubi est timor meus, ad uos o sacerdotes dicit dominus exercituum, qui despicitis nomen meum, & dicitis, in quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? Glo. Corripit sermo diuinus episcopos, & ministros ecclesiæ negligentes, & omnes, qui in Christo baptizati, Christi nomine censentur, cur nomen eius despiciant, quibus aperit causam offensæ, quia panem pollutum offerunt. Polluit enim panem, idest corpus Christi qui indignus accedit ad altare, & mensam domini, si non sceIndigne sumentes amplius faciũt qui iudæi.
B lerata uoce, scelerato tamen opere despicit. Et sequitur? Dum sacramenta uiolantur, ipse, cuius est sacramentum, uiolatur. ¶ Videamus nunc, si
1. Pet. 1. non aliquid amplius faciunt illi, quam iudei. Iudæi faciem, in quam angeli prospicere desiderant, sputis immundis fædauerunt. Sed hi ingratissimi nedum faciem, sed totum corpus dominicum oris polluti immundicijs inuoluunt, & in latrinã fædissimam facinorosę conscientiæ trajciunt. Quid minus ingratissimis iudæis rogo faciunt, nisi q hi scienter, illi iudæi egerunt ignoranter. hi spiritualiter polluunt, illi corporaliter fædauerunt. Constat dominum spiritualem magis abominari immundiciam, quam corporalem, & ideo non immerito in iudicium cadunt iudæorum, secundum apostolum. Iudicium sibi manducant, & bibunt. Quale iudicium. Desertionis certæ & excæcationis. Deseruntur enim amplius a gratia, & ideo magis obdurantur. Perdũt lumen cognitionis, & ideo profundius excæcantur. Quod recte in manna significatum est, nam a calore solis liquefiebat, & a calore
Exo. 16. ignis obdurauit. Exo. 16. Ita cibus salutaris, qui per calorem amoris diuini solis continue liquefieri debuit per effectum, idest resoluere animam in deum per calorem ignis concupiscentiæ induratur, idest cor indurat per desertionem. ad quod sequitur excæcatio, secundum illud ps. Supercecidit
Psal. 57. ignis, & non uiderunt solem. Ignis haud dubium, quin concupiscentiæ, &
F non uiderunt solem iustitię. ¶ Comparatur tertio peccatum indigne sumCõparatur peccato crucifigentium. ptionis peccato crucifigentium. Crucifixores quippe innocentem dominum, qui sponte se obtulit pro salute omnium ipsi malicioſe occiderunt ad proprium interitum. Et sanguinem, quem dominus sulturus erat ex charitate nimia, in precium redemptionis, ipsi effuderunt per inuidiam in pœnam suæ damnationis. Ita & indigne communicantes passionis Christi, & mortis suæ memoriale, quod ipse ut medicina salutarem, peccatorum expiationem, nimio amore reliquerat, ac frequentare præceperat, quantum ad seipsos frustrantur, & euacuant, non diligentes nec passionis mysteria, uirtutes, & exempla rememorando imitantes, sed contemnentes in perniciem suam sumunt. Hinc plane apostolus inquit. Quæcunq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini Glo. interli. Mortis Christi pœnas dabit, uel de bonis male sumptis maculas trahit. Clamãt hi sanguis eius super nos. Vere super se, idest contra se sanguinem Christi aduocant, qui eiusdem sanguinis præciosa mysteria polluto cordi infundunt. De iudæis crucifixoribus dicitur. 1. Cor. 2. Si
1. Cor. 2. regem gloriæ cognouissent, cum utiq; non crucifixissent. Hi autem quamquã Christum in fide recte, intelligant, ipsum tamen indigna sumptione cru-

cifigere

cifigere non erubescunt. Vnde nec illud benignitatis uerbum audire merentur. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. De his per prophetam dominus conquæritur. Super dolorem uulnerum meorum addiderũt, quia de die in diem irreuerentiam irreuerentiæ superaddunt. Vnde & recte de eis dici potest uerbum illud lamentantis patriarchæ Iacob ex persona patris. Fera pessima deuorauit filium meum. Gen. 37. Non manducant, sed deuorant, dum sine discretione, sine reuerentia, sine amore, & sine sapore uelut canes rabidi deglutiunt. ¶ Sed quę pœna crucifixores domini secuta est. Siquidem Herodes, & Pylatus mala morte interierunt. Ille namq; percussus a domino consumptus a uermibus expirauit. Iste uero referentibus historijs, seipsum interemit. Quanti deniq; iudæorum impij dati sunt pro sepultura, & diuites pro morte sua, secundum Esaiæ uaticinium. Iosephus late describit de iudaico bello. Sic & indigne sumentium pœnas apostolus exprimit. Ideo inquit, inter uos dormiunt multi, morte, scilicet, subitanea percussi, ut dicit lyra. Ita enim frequenter puniti fuerant in primitiua ecclesia, quòd si hodie non uidemus tam frequenter accidere, nihil inde gaudendum, sed multo magis timendum, ne temporales pœnas dominus retrahat, ut æternis acrius puniat. unde 2. Machab. 6. dicitur. Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficij indicium est, ut non eos, cum dies iudicij aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. ¶ Et quantum ad omnia hæc, propheta non optando, sed prophetando ait. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum &c. Eorum, quorum eorum? Eorum certe, qui dederunt in escam domini fel, in eucharistia secundum glo. & in siti sua dominum potauerunt aceto. Sitiuit in cruce. sitit adhuc nostram iustitiam conuersionem, amorem, salutem. Vnde & conuiuium, & refectionem nobis præparauit, cibum dans suauissimum proprij corporis, potum omnis languoris sanatiuum sui præciosi sanguinis. Sed indigne sumentes miscent cibo, uel fraternę amaritudinis, ac uitiorum, & acetum frigidi reperis obstupefcere faciens dentes meditationum sanctarum. ¶ Contra quos pœnas, & maledictiones duodecim indigne sumentium prenuncians enumerat per suum prophetam, quæ sequuntur eos, nisi per dignam pœnitentiam resipiscant, conformiter ad numerum duodecim fructuum, qui consequuntur dignam sacramenti sumptionem. Qui sunt peccatorum illaqueatio, damnationis præparatio, scandali suscitatio, mentis excæcatio, tentationis immersio, iræ dei prouocatio, uitæ præsentis abbreuiatio, gratuitorum spoliatio, peccatorum cumulatio, in peccatis obstinatio, perpetua desertio, finalis ab electis separatio. Hęc omnia suo ordine propheta prosequitur, postquam in persona domini contra aduersarios lamentatus est. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Retributionem, quam ex hoc meruerunt, subiungit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, scilicet peccati, quoad primum. Et in retributiones, scilicet damnationis quoad secundum. Et in scandalum, quo impingentes irruant in peccatum, quoad tertium. Obscurentur oculi eorum, ne uideant, scilicet uerum solem illuminantem ad uiam uitæ, quo ad quartum. Et dorsum eorum semper incurua, pondere uidelicet tentationum, quoad quintum. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuę comprehendat eos, ad accipiendum de eis uindictam, quoad sextum. Fiat habitatio eorum deserta, per uitæ præsentis ablationem, mortemq; subitam quoad septimum. Et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet, id est templo, & regio palatio inhabitet deuorio mentis affectu per gratuitorum

Pſal. 58.

Gen. 37.

Iſa. 53.

G

Pſal. 68.

Duodecim mala enumerantur a prophetа cõtra indigna sumptione.

spoliationem, quoad octauum. Et sequitur. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, ut peccatum indigne sumptionis suo pondere trahat ad aliud, ad aggregandum cumulum peccatorum. quoad nonum. Et non intrent iniustitiam tuam relinquendo suam, sic ꝙ maneant obstinati in sua iustitia apparente: quæ est maxima iniustitia, ex communione iustos se ostendunt, quamuis per eam, quia indigne accedunt, magis in peccatis obfirmentur, & portas uerę iustitię sibi claudunt, quoad decimum. Deleantur de libro uiuentium, per eorum perpetuam desertionem in peccatis, quoad undecimum. Et cum iustis non scribantur, per eorum perpetuam separationem a iustis ad uitam æternam prædestinatis, in finali ouium, & hædorum separatione, quoad duodecimum. ¶ Ex his aliquatenus potest conijci peccatum indigne sumptionis per peccatorum grauitatem, ad quæ H comparatur. ¶ Sed si quęris an peccata, ad quæ comparatur, sint simpliciter grauiora; uel æque grauia, gratia exempli. Vtrum peccatum traditionis Iudę simpliciter sit grauius indigna sumptione, uel econuerso. Pro cuius solutione aduertendum post sanctum Thom. parte. 3. quęstio. 80. ar. 5. Peccatum unum potest dici graue, seu grauius, uel ex obiecto, uel ex circumstantia. Prima grauitas dicitur grauitas peccati ex genere, siue per se. Secunda dicitur grauitas peccati per accidens, siue ex circumstantia. Loquendo de grauitate peccati ex genere, hic est ordo grauitatis peccatorum, quia omne peccatum aut committitur in deum, aut in creaturam, siue proximum. Nunc ergo ex parte obiecti, omnia peccata in deum commissa grauiora sunt peccatis commissis in creaturam. Peccata commissa in deū sunt duplicia, quia aut committuntur in naturam diuinam, ut infidelitas, blasphemia, odium dei in se, idolatria, & similia, & illa sunt simpliciter maxima peccata ex parte obiecti. Aut committuntur in humanitatem Christi. Et hoc dupliciter, aut in humanitatē Christi manifestam, ut crucifixio Christi, eius flagellatio &c. Aut tectam specie sacramentali, ut indigna sumptio, uel celebratio contra ordinem institutum. Peccata ergo commissa in humanitatem Christi manifestam, ut uisibilis ambulauit in terris, sunt grauiora, quam ea, quæ committuntur in sacramento latentem. ¶ Patet ergo, ꝙ simpliciter, & quantum ad genus peccati, grauius est hoc peccatum indigne sumptionis omni peccato commisso in proximum, ut grauius homicidio, spoliatione, adulterio, sacrilegio, incestu, traditione personæ, ciuitatis &c. Sed peccata commissa in deitatem similiter, & in humanitatem Christi aperte, & manifeste sunt grauiora. ¶ Ex circumstantia uero peccatum est grauius altero ex parte ipsius peccantis, ut quia ex ignorantia, uel infirmitate, aut certa malitia. Ex contemptu, uel ex surreptione, ex magna, uel modica libidine, & ita de alijs circumstantijs. Et secundum hoc potest peccatum in proximum ut latrocinium esse grauius, quam indigna sumptio, ut si non hę ex temeritate, sed timore confusionis, aut pœnę. Sic etiam stat, ꝙ indigna sumptio sit magis peccatū, quā infidelitas, aut blasphemia; ut quando ex maiori contemptu, & infidelitas, non sit pertinax, sed contingit ex alia deceptione. Et ita patet responsio ad quæstum. Et tantum de illo dubio quarto. ¶ De dubio quinto tangente frequentationem huius sacra- I menti, uidelicet utrum expedit frequenter communicare. Et ut specialius quæretur, potest esse dubium, utrum existenti in statu, in quo potest laudabiliter celebrare, uel communicare, in quo etiam potest laudabiliter abstinere, melius sit abstinere, quam accedere, uel celebrare. ¶ Et arguitur primo, quod neutrum sit alio melius. Nam dicit August. lib. de eccle. dogmatibus, & habetur de consecr. distinctio. secunda. Quotidie. Quoti-

Vtrū peccatū traditionis Iudæ sit simpliciter sic grauius indigna sumptione.

Vnde grauitas peccati.

Vtrum expedit frequentes cōicare.

die

die eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec uitupero. Sequitur. Si dixerit quispiam non quotidie accipiendum eucharistiam, alius affirmat quotidie, faciat unusquisq;, quod secundum fidem suam pie credit faciendum. Neq; enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri proposuit Zachæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domũ suam susceperit dominum. Alter dixit. O domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ambo saluatorem honorificantes, quamuis non uno modo. Ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc ualet, q; manna secundum propriam uoluntatem in ore cuiuscunq; sapiebat. Ex hac auctoritate colligitur, q; neutrum alteri præfertur in casu posito, accedere. s. & abstinere. ¶ Præterea multi sanctorum spiritum dei habentium refugerunt sacerdotium, ne cogerentur celebrare, ut beatus Marcus Euangelista, qui sibi pollicem amputasse dicitur, ut sacerdotio reprobus inueniretur, ut dicit Hiero. in prologo super Marcum. similiter beatus. Franciscus, beatus Benedictus, & plerisq; alij ad sacerdotium promoueri recusabant. Quidem etiam uocati humiliter paruerunt, officium sacerdotale amplectentes, & hostiam sacratissimam quotidie offerentes. Nam & beatus Cassio. Narnensis episcopus, qui quotidianum deo sacrificium offerre consueuerat, seq; in lachrymis inter ipsa sacrificiorum arcana mactabat, mandatum domini suscepit dicentis. Operare, quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua natali apostolorum uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post septem annos ipso apostolorum natalicio, cum missarum solemnia peregisset, e corpore exiuit, ut testatur bea. Greg. 4. dial. ca. ulti. Sancti autem in utroq; creduntur placuisse deo, & non erasse, neq; in uirtutibus dispares fuisse, ut dicit Chrys. In sanctis aut, fuere pares uirtutes, dissimiles pugnę, glorioſæ uictorię, ideo uidentur utrunq; æque fore commendabile. ¶ Deinde arguitur, q; melius sit propter accedentis humilitatem, & sacramenti reuerentiam, & dignitatem abstinere, quam accedere. Veritas respondere debet figuræ, ergo sicut agnus paschalis non debuit nisi semel in anno immolari, ergo non debet uerus agnus Christus in sacramento, nisi semel in anno immolari & sumi. ¶ Item sicut baptismus qui significat mortem domini (ut supdictum est) non nisi semel accipitur in uita; ita & eucharistia, qua similiter mors domini secundum apostolum annunciatur, non nisi semel accipienda est in uita eadem ratione. ¶ Præterea in manducatione spirituali nullum est periculum, in sacramentali, aũt periculum est, nisi homo sit bene paratus. Sed uia securior est eligenda, ergo raro est cõicandũ sacramentaliter, & frequenter spũaliter, & per consequens frequenter abstinere est melius, quã frequenter accedere. ¶ Præterea. Qui accedit, considerat effectum, & fructũ sacramenti, & ita commodum proprium. Qui uero non accedit, attẽdit gloriã dei, & dignitatẽ maiestatis eius. Sed magis bonum est considerare, & quærere gloriam dei, quã commodum propriũ, ergo &c. Cõsequentia nota cũ maiore. Et minor probatur, quia accedere modo dicto, procedit ex amore concupiscentiæ. abstinere ratione præfata procedit ex amore amicitiæ, nunc autẽ perfectior, & excellentior est amor dei amicitiæ, quã amor dei cõcupiscẽtię, ergo & actus procedens ex illo amore amicitiæ, est perfectior actu procedente ex amore concupiscentiæ. Siquidem nobiliorum uirtutum nobiliores sunt actus amor autem amicitiæ ad charitatem pertinet, amor concupiscentiæ ad spem. ¶ Quod autem melius sit accedere, arguitur. Primo, quia quotidie est accedendum, & ita nullo die abstinendum. Antecedens est beati Amb. lib. 1. de sacra. Panis iste quotidianus est, accipe quotidie, quod quotidie, tibi prosit. Sic uiue, ut quotidie merearis accipere. de consecratione

Grego.

K

Arguitur P & contra.

dist. 2. Non iste. Præterea semper est accedendum, igitur non abstinendū. Consequentia nota. Antecedens est beati Amb. & habetur de conse. dist. 2. Si quotienscunq; Si quotienscunq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo merito semper accipere, qui semper pecco, semper accipere debeo medicinam. ¶ Item Calixtus papa de cōs. dist. 2. Peracta. dicit. Peracta consecratione, omnes cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. ¶ Item Hilarius eadem dis. Si non ait. Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis. i. ut dignus sit excommunicatione (ná oē mortale est dignū excōicatione) non debet se a medicina corporis, & sanguinis dñi separare. His auctoritatibus uel præcipitur, uel consulitur fidelibus quotidie cōicare, sed præceptū similiter, & consilium est de meliori, ergo melius est accedere, quam abstinere. ¶ Præterea quanto homo frequentius accedit, tanto magis dignificatur, & deo approximat, sed melius est dignificari, & deo approximare, ergo. Antecedēs patet, quia per unū dignū accessum accedens dignificatur, & deo unitur, ac gratia augetur, ergo quanto frequētius id agiē, tanto magis dignificatur, & deo appropinquat. Quia cum frequenta tione mysterij, crescit nostræ salutis effectus, ut dicitur in collecta. ¶ Præterea ex accessu multiplex provenit commodum, & accedenti, & alijs ecclesiæ membris. Ex abstinentia autem a bono operæ nullum provenit commodū, licet si præceptū nō fuerit, nullū sequatur peccatū. Sed melius est id, quo cō modū procuratur sibi, & ecclesiæ, quam quo illa negliguntur. Ad hoc facit parabola de seruo inutili, qui talētum sibi traditum abscondit in sudario. Auctoritas autem celebrandi pro uiuis, & mortuis talentum est magnum, sacerdoti commissum ad profectum totius ecclesiæ, ideo abscondendo illud, & nō offerendo ad utilitatem uiuorum, & mortuorum, uidetur incurrere sugillationem serui negligentis talentum sibi commissum absconditis. Ad hoc facit illud Bedæ in quodam trac. q sacerdos non legitime impeditus celebrare omittens quantum in eo est, priuat sanctam trinitatem laude & gloria, angelos lætitia, peccatores uenia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, ecclesiam speciali Christi beneficio, & seipsum medicina & remedio. ¶ Pro solutione huius dubij, aduertendum, q ut patet ex forma dubij, dubium non loquitur de indignis, & indispositis, qui indigna sumptione incurrunt maledictiones superiore lectione recitatas. His enim etsi non sit bonum accedere, malum tamen est simpliciter abstinere. Contra illos loquitur bea. Bern. in ser. de festo paschæ, cuius principium est. Vicit leo. Deprehensi estis inter angustias prævaricatores, non quia prævaricatores estis, sed quia perstatis in prævaricatione, addētes prævaricationem, aut penitus impœnitentes, aut tepide pœnitentes. Nec periculosa fugientes, uel post miseram experientiam incentiua peccati. Irretiuit uos inimicus, perplexis, ut ait (Iob. 40.) scriptura nervis testiculorum. Si hac conscientia Christi sacramenta refugitis, nihil uobis commune cum Christo, nō habetis uitam in uobis. Ipsum audite dicentem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Si indigne suscipitis iudicium uobis manducatis, sanctum corpus domini non dijudicātes. Redite ergo prævaricatores ad cor, & in toto corde quærite dominum, & odite malum, pœnitentes non uerbo tantum, & lingua, sed spiritu, & ueritate. Hæc Bern. Neq; attendunt isti, quantum sibijpsis nocent abstinendo a communione, & celebratione, si fuerint sacerdotes, dicentes sibijpsis, melius est corpus Christi non sumere, missam non celebrare, quam indigne accedere, quod utiq; uerum est. Melius, ideſt minus malum. Nam

Inuectiua in eos, qui fine cā a celebratione, & cōmunione abstinent.

dicit

dicit scriptura. Non est bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus. Sed hæc scientes non erubescunt miseri esse canes impudentissimi, qui uocati sunt in partem filiorum dei. Nec timent esse uasa mortis factis in interitum, & receptacula immundiciæ, qui esse deberent locus,& hospitium,atq; uasa munda uitæ, & gratiæ,immo fontis, & uitæ gloriæ. O quanta eos manent tormenta,qui domino hospitium negant,si maiora sodomitis præparata sunt his,qui Christi seruos non recipiunt. Si qui minimum Christi discipulum hospitio non colligunt, audituri sunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum,quia hospes fui, & non collegistis me. Quid audituri sunt qui Christũ in propria uenientẽ,cum sint sui,substantia, & officio non recipiunt? Sodomitę,qui angelos uenientes non collegerunt, igne, & sulphure puniti sunt. Haud dubium,qui dñm angelorum pulsantem ad fores cordis, ut cænet cum eis, suscipere contemnunt,ut suis libidinibus uacent,quin mittendi sint in stagnum ardentem sulphureum, nunquam inde liberandi. De his ergo dubiũ nostrũ non quærit.Sed de illis, qui sibi bene sunt conscij, quorum quidam accedunt,quidam ex reuerentia sacramenti abstinent. Non tamen de illis,qui aliquo debito ratione officij religionis,aut beneficij tenentur communicare, uel celebrare. Hi enim non sunt in statu, in quo possunt laudabiliter abstinere. Siquidem omnis debens non soluens debitum cũ potest, non soluendo peccat. ¶ Vnde consequenter aduertendum,q; colligendo quę doctores scribunt de uaria sumptione huius sacramenti, potest distingui quadruplex manducatio huius sacramenti,scilicet.

Matth. 15.

Eiusd. 25.

Gen. 19.

Conc. Trid. Sess. 23. cap. 14.

Quadruplex sumptio huius sacramẽti.

M

Manducatio
- Pure corporalis.
- Sacramentalis tantum.
- Spiritualis tantum.
- Sacramentalis,& spiritualis simul.

¶ Manducatio corporalis tantum,est comestio specierũ sacramentaliũ, ut cibi corporalis,nullo habito respectu ad rationẽ sacramenti:quo modo manducat sacramẽtũ animal brutum mus,uel porcus,non potens cognoscere rationẽ sacri. Hoc ẽt modo sumit fidelis,uel infidelis,dum species illas accipit, ut aliũ corporis cibũ nihil cogitans de sacramento. Est tamẽ & alius modus corporalem intelligendi manducationẽ,siue carnalẽ,qũo iudæi intellexerũt uerba Xpi,de quo supra dictũ est lec. 36. ¶ Manducatio sacramentalis tantũ est actualis susceptio sacramẽti cũ intentione sumendi,ut sacramẽtũ, sine fide formata charitate.Dicitur.n.cum intentione sumendi,ut sacramentũ.i.ut alicuius rei significatiuũ, uel contentiuum. Requiritur.n.intentio sumendi sacrm secundũ fidẽ sacramẽti:quæ fides sit in ipso sumente,uel in alio.In ipso,ut in fideli credente in sacramento contineri Xpm. Vel in alio,ut in hæretico, seu infideli uolenti tñ sumere eodẽ modo,quo fideles sumunt,ad eundẽ.s.effectum. Vt exempli causa,si talis sumeret hostiã cõsecratam cogitãs, & intendens, uolo sumere ad eundem effectum, ad quem Christiani, fiat, quod fieri potest,licet non crederet aliquid sacrm contineri sub hostia. Ille quidem sic sumens sumeret sacramentaliter, quia non ut alium cibum corporalẽ,nec spũaliter,ergo sacrmaliter,alioquin oporteret ponere quintũ mẽbrũ.Hæc est intentio Alex.par.4.q.43.mẽbr.4.Quod.n.intentio sumendi,ut sacramentũ requiratur ad sumptionẽ sacramentaliter,declarat per simile de adulto: si ab alio lauaretur in aqua proferente formam baptizandi, ipse tñ non intenderet baptizari,sed simpliciter lauari uelut in alia aqua, nõ lauaretur sacramentaliter,nec baptizaretur.Si uero intenderet baptizari, siue lauari, ut Christiani intendunt, dicens sibi. Volo hoc fieri circa me eodem mõ quo Christiani credũt,licet nõ crederet lotionẽ illã esse alicuius efficacig,

Conc. Trid. Sess. 13. c.8. Ioh. 6.

ciz,uere baptizaretur. Ex illo patet, ꝙ aliud est manducare sacramentum, & manducare sacramentaliter, quia mus,& infidelis, mãducat sacramẽtum, sumens species panis sicut alium cibum,& tamen non sacramentaliter.¶ Mãducatio spiritualis tantum est fide formata in Christum actu uel habitu credendo ei,ut capiti membrum incorporari, sine actuali specierũ sacrãlũ sumptione. Dicitur fide formata,propter angelos,qui non manducant spiritualiter hoc sacramentũ,licet Christo fruantur in gloria,quia nõ habent fidẽ, sed uisionem clarã.idẽ est de beatis. Dicitur credendo actu,propter adultos in Christũ credẽtes. Dicitur,habitu:propter paruulos baptizatos, qui habẽt fidem infusam,similiter & charitatem. De hoc latius uide supra lec. 36. Dicitur sine actuali &c. ad excludendum manducationem sacramentalem. ¶ Mãducatio sacramentalis, & spiritualis simul, est actualis sumptio sacramenti cum fide formata charitate,sumentem sumpto incorporante. Et patet declaratio ex præcedentibus. ¶ Consequenter suppono cum magistro lib. 4. sententiarum dist. 1.& doctoribus ibidem scribentibus, ꝙ sacramenta no. le. uirtute operis operati conferunt gratiam,ita ꝙ non requiritur bonus motus interior,qui mereatur gratiam,sed sufficit,ꝙ suscipiens non ponat obicem.Sicut in sacramẽtis, & in sacrificijs uetẽ. test.non conferebatur gratia ex hoc solo,ꝙ suscipiens sacramento utebatur non ponens obicem:sed tantum conferebatur ex uirtute boni motus interioris tanquam meriti. ut dicit Sco. in scrip. 4. dist. 1.q. 5.quod dictum sic intelligo, ꝙ suscipiens sacramentum nõ solum consequitur gratiam tantam, quantam meretur bonus motus interior,quo suscipiens conuertitur in deum,siue de condigno,siue de congruo. Sed ultra hoc consequitur gratiam,uel gratiæ augmentum ex sacramenti efficacia,quam operaretur in non ponente obicem,non ratione actualis deuotionis,u el dispositionis,quod est proprium sacramentis no. le. alioquin frustra susciperetur sacrm,ubi de susc piendo non obligat præceptum.Nil enim adderet personalis dispositio merito,quod haberetur ẽt sine sacramento. Et hoc est,quod dicit be. Aug. & allegat magister ubi supra uolens aperire differentiã inter sacramenta uer. test.& sacra no. le. Illa inquit, promittebant tm̃, & significabãt,hæc aũt dant salutẽ. Si aũt sacramenta no. le. non darent gratiã,nisi quantum exigit accipientis dispositio,non aliter darent salutem, quã sacra ue.test.In quorum usu ẽt iudæi ipsis ex deuotione,& præcepti diuini obedientia utentes gratiam acceperunt,quantum eorum præparatio exigebat,sed quia non acceperunt ex efficatia sacrorũ dicuntur non dare,sed significare,& promittere salutem. Nec certe no. le. sacramenta darent salutem. Nunc autem dant salutem, quia post meritum dispositionis utentiũ ex efficacia,quã sortiuntur ex institutione Christi,& merito passionis eius, cõferunt gratiam,qua saluamur. Hinc ait Gerson in trac. de pollutionibus nocturnis. Celebratio habet efficaciam,magnam uirtute operis operati,propter quam non tantundem ualet uoluntas sola celebrandi,sicut pars uoluntas actu celebrans. Addit itaq; opus hoc exterius aliquid bonitatis ad bonitatem uolũtatis,propter meritum passionis Christi,ideo dici solet opus priuilegiatum. ¶ His præmissis, respondeo ad dubium per tres propositiones.

N Sacramenta no.le. gratiã cõferbt nec requritur bonus motus interior.

O Prima. Vtrumq; scilicet accedere ad eucharistiæ sacramentalem communionem,& ab eadem abstinere, in casu dubij potest esse meritorium, & laudabile, Probatur pro prima parte,quia qui digne accedit,ut ponit casus dubij, accedendo meretur fructus eis percipere, ut deductum est sup. lectio. 85. Item per dignam sumptionem meretur sumens uitam æternam secundum illud. Qui manducat me, & ipse uiuet propter me. ¶ Secunda pars probatur, quia potest aliquis ad sumptionem sufficienter dispositus (puta

Augũst. Super ps. 73.

Ioh. 6.

non

non existens in mortali) attendere sacramenti dignitatem , & tremendam excellentiam, suamq; fragilitatem, & ex humilitate propter sacramenti reuerentiam abstinere, se reputando indignum. Et ille actus,quo elicit velle abstinere , est actus procedens a virtute fidei , & humilitatis , ordinabilis in Deum,quia dei magnificatiuus,& per consequens potest esse meritorius. Ad hoc est autoritas Aug. supra allegata, vbi dicit de Zachæo , & Centurione, ambo saluatorem honorificantes, honorificare aũ saluatorem est meritoriũ. ¶ Secũda propositio. In casu dubij,quo.s.põt quis laudabiliter abstinere, & laudabiliter accedere,fructuosius est melius,& laudabilius accedere sumẽdo eucharistiã sacraliter,& spiritualiter, quam abstinẽdo a sumptione sacramentali,sumere tantum spiritualiter. Probatur multipliciter.primo,quia maiorem fructum consequitur primus,quam secundus, ergo. Consequentia nota. Antecedens probatur. Quia omnem fructum,quem consequitur secundus;consequitur & primus,quoniam ambo manducant spiritualiter,& pono,q̃ sint æquè disposiri:& vltra hoc consequitur fructum, quẽ dat sumptio sacramenti ex opere operato,quem non consequitur non sumens sacramentaliter,ut patet ex notabili vltimo. Præterea : quia accedere procedit a nobiliore virtute,quam abstinere,ergo est actus nobilior. Tenet consequentia,quia quantò virtus perfectior,tantò actus eius nobilior. Antecedẽs patet,qnia actus accedendi procedit a charitate & dilectione huius sacramẽti,& in eo contenti,sed actus abstinendi elicitus, hoc est velle abstinere,procedit a timore : sed perfectior est virtus charitatis & dilectionis,quam timoris. Præterea : actus accedendi procedit ex pluribus virtutibus , vel saltem compatitur secum plures virtutes , quam actus abstinendi : ergo est melior. Antecedens probatur. Quia accedens non minus se humiliat , quam abstinens:& vltra hoc habet virtutem diuinæ confidentiæ . Nam quis considerans excellentissimam magnitudinem huius sacramenti : ex quo mouetur motu reuerentiæ . Considerans etiam suam imperfectionem,ex quo mouetur motu profundæ humilitatis.Cõsiderans deniq; periculum in indigno accessu, & per hoc mouetur motu timoris , ac sic abstinet iudicans se minus dignum tali cibo supercœlesti. Alius verò eadem considerans, eisdem virtutum motibus mouetur : & vltra hoc considerans ineffabilem dei bonitatem,misericordiam dilectionem, qua nobis in hoc sacramento seipsum in cibum dedit,volens, ut eo vteremur : & per hũc mouetur motu confidentiæ in diuinam misericordiam, nihil in se, aut in suis meritis,sed in sola dei misericordia confidens,& desiderat deo vniri:quod dilectionis est,habet virtutes omnes , quas habet abstinens, & vltra confidentiam, quæ valde deo placet,ad quam frequenter adhortatus est dicens,confide fili &c. Item non vti sacramento cum potest , & proficit vtenti , est quidam gradus ingratitudinis,ex opposito vti beneficio : quod est quædam recognitio beneficiati gradus est gratitudinis,ergo præter virtutes prædictas,sumptio sacramenti procedit etiam ex gratitudine. Faciunt ad idem rationes supra pro illa parte adductæ. ¶ Tertia propositio est. Et si non peccent:imprudenter tamen agunt & stulte, qui disponi abstinent a sacramentali communione . Primum:quòd non peccent : patet ex propositione prima. Quod imprudenter agunt,& stulte abstinendo:probatur post Gers. super magnificat tracta. nono. Nam imprudenter agit quoad ceteros. Stulte quoad se. Nam per hoc sacrificium datur gloria deo in altissimis. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ipsum lætificat angelos : liberat in purgatorio detentos , ut eorum pœna breuior sit , & leuior. Viatoribus impetrat nunc conuersionem ad gratiam,nunc conseruationẽ in gratia,nunc contra mun-

Aug&o

Non peccẽt sed imprudenter agũt qui disposiri abstinent.

P

di pericula firmamentum, nunc angelorum custodiam, & refrænationē tentationum. Tanta autem bona negligere imprudentiæ, ne dicam impietatis. Stulte agunt quoad se, tum quia se magnis, & multis bonis priuant, quæ consequerentur ex opere operato. Tum quia stultus est timor ille, uel reuerentia minus prudens, qui ad dominum se uocantem, & inuitantem non accedit, sed procrastinat, & coruina voce dicit, cras cras. Vnde sæpe venit illud Nasonis. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Deniq; talibus, qui nolunt accedere, nisi sint actualiter deuoti, & feruidi, contingit similiter agere quasi frigidis nolentibus igni appropinquare, nisi prius calidi sint, & infirmis nolentibus consulere medicum, nisi prius sani sint, quod quam stultum sit, nemo est, qui ignorat. ¶ Et si quis dicat uacationem a celebratione ideo fieri, vt ipsa postea reuerentius, & deuotius quanto rarius fiat. Respondet Cancellarius Gerson loco tractatus de celebrationibus allegato. Fatemur inquit, posset sic euenire. Sed ex aduerso contingere potest, quòd talis subtractio ire mouebit habitum ad bonum, cuius effectus secundum philosophum est delectare. Signum inquit, acquisiti habitus, est in opere delectari. 2 Ethico. Subdit. Distraheris hodie, parum deuotus es: parum recollectus plurimum tentatus a carne, mundo, dæmone. Credo equidem, sed agnoueris q; non dormiant, qui te persequuntur, cras ijdem erunt aduersantes tibi hostes, tuæq; deuotioni insidiantes, quales sunt hodie. Quo circa non irrationabiliter consulit sapiens. quodcunq; potest manus tua instanter operare. Nescis enim, quando tale tempus ad laudabiliter celebrandum tibi concederetur, quale modo habes. Et si utrumq; habeas, vtrumque melius est. Esto, quòd fueris in hac, uel illa die defectuosus: cur nouum defectum in non celebrando superinducis? Sed frigidus sum, dicis, aut tepidus. Sæpe sustinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem in fine dimittit calidum, & feruidum. Corpus Christi ignis est spiritualis, accede fiducialiter ad hunc ignem, calesces facilius. ¶ Audiamus Ambrosi. orantem. Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non uenimus, sed grauius est, si quia peccata metuimus, sacrificium non reddimus. Et subdit. Licet igitur per obedientia assistere, & pro indulgentia petere, pro officio ministrare, pro remedio immolare, & pro populo obsecrare. Præterea aut sic timens celebrare abstinet, quia confidens de industria sua sperat se alio in tempore magis aptum futurum, aut quia maiorem dei gratiam se præparantem expectat. Si primum, stulta est præsumptio. Neq; enim toto tempore vitæ suæ quantumlibet in longum protractæ quis sua industria dignum se reddere potest tanta communione autoris omnium, boni infiniti. ¶ Vnde & hoc omni accedere uolenti ignorandum non est, quòd præcipuè ex diuino munere, & non ex nostra industria, seu præparatione reddimur digni participatione sacramenti. Hoc cogitatum, & masticatum humiliabit nos vehementer: & profecto humilitas sola est, quæ disponit pro digna tanti hospitis in animæ cenaculo susceptione. Si secundum, satua est hæc expectatio a domino, qui semper sublato impedimento, præsto est, nec nouit tarda molimina spiritussancti gratia, vt ait Ambrosi. Nec abbreuiata est manus domini, ut saluare non possit, neq; aggranata auris eius vt non exaudiat. Esa. 59. Stat pulsans ad ostium, petit introitum, vt cœnet tecum, tantum aperi ianuam cordis, remoue mortalis peccati gratiæ repagula: fac, quod in te est secūdum modum supra lect. 7. & 8 expositum, & secure suscipe Christum & in promissionum eius veritate, non in tua vanitate fidens, noluntarie sibi sacrifica. Immunda es o anima? accede inquit Cancellarius, mundanda, ad fontem puritatis incontaminabilem.

Eccle. 9.

In quadam homelia.

Esa. 59.

Esuris?

Esuris? accede pascenda ad panem viuificum, & indefectibilem, esurientem bonis implentem. Ægrotas? erit hoc efficacissimum tuæ inualitudinis medicamentum. Fluxum pateris? nec sanari poteris a medicis tuis. s. exercitijs, tange plena fide cum emorroissa fimbriam vestimenti Iesu sacrosanctam. s. hostiam, vt restringaris. Si percussam te sentis a serpentibus peruersarum tentationum, quid restat nisi vt serpentem Christum æneum sine veneno eleuatum inspicias? Si dicis cum Prophera. Quoniam vnica, & pauper sum ego, particeps esto huius sacrosancti mysterij, habebis Christum comitem fidum, & hospitem dulcissimum. Cecam te forta ssis debilem, & claudam conquereris, meminieris, quoniam tales ad cænam magni regis inuitantur, & intrare compelluntur. Lubrica sum inquis, & instabilis, sed hic panis confirmat cor. Tristis es, & anxia? sed hoc vinum hominem interiorem lætificat. Inquietant te, & turbant plurima? adhære ei, qui turbidos fluctus sedat, qui est pax nostra. Insuper qui ait in mundo pressuram, in me pacem habebitis. Peregrinaris a domino, sed in fortitudine cibi illius ambulabis usq; ad montem Dei. Non ergo formidandum: sed in domino sperandum, & ipse enutriet, & non confunder. Non in multitudine virtutis suæ, & sua præparatione, seu propria deuotione, sed in se deficiendum, in solo domino confidendum. Euenit nonnunquam vt turbationes, pugnæ deordinationes, & ęditates inferius sensualiter agitatæ, succrescere faciant superius meritum nostrum, sicut econtra magna vtrobique serenitas, superbiæ ventum omnia funditus euertentem, repente quandoq; inducit (alias indicat.) ¶ Sed dicetes. Si tantus est fructus frequentis sumptionis, tunc non solum quotidie sed etiam eodem die frequentius esset sumendum, sicut eodem die frequenter orandum, & meritorie est operandum. Consequens est contra illud decretum Alex. Papæ de consecra. distinct. 1. sufficit. Respondetur secundum Alexand. de Ales parte 4. quæst. 52. q pluries vno die sumere eucharistiam extra casus in iure expressos, in quibus. s. licet pluries vna die celebrare, non est concessum propter plures rationes, quæ sunt, defectus debitæ reuerentiæ, præsumptio dignitatis propriæ, & insufficientia gratitudinis reddendæ. ¶ Ad dignam sumptionem dominici corporis, requiritur meditatio excellentiæ tanti sacramenti, ut sic mens excitetur ad sumendum cum reuerentia, & deuotione. Requiritur etiam consideratio propriæ indignitatis, ut excitetur animus ad sumendum cum timore. Requiritur quoque memoratio, aut æstimatio beneficentiæ Dei, quæ magna, & multiplex apparet in beneficio huius sacramenti, ut excitetur homo ad sumendum cum gratiarum actione. Hæc autem difficulter digne exhibentur pluries una die, unde tandem in consuetudinem ueniret sine hac præparatione sumere, & per hoc minus reuerenter. Præterea sacramentum illud sumitur in memoriam mortis Christi secundum apostolum. Vno ergo die non nisi semel sumendum est sine necessitate, sicut Christus tantum semel mortuus est. His de causis dicitur in decreto supra allegato. Sufficit sacerdoti unam missam in die una celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam missam facere, & valde felix est, qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, alteram de die, si necesse fuerit. Qui uerò pro pecuniis, uel adulationibus secularium una die præsumunt plures facere missas, non existimo euadere damnationem. Hæc ibi. ¶ Sunt autem casus, in quibus licet plures missas uno die celebrare, quatuor, quos ponunt summistæ. Primus in die natiuitatis domini, ut habetur de cele. mis. consuluisti. licet tres missas cantare. Secundus, qui statim supra positus est. Tertius propter necessitatem peregrinorum

Cur nō uno die pluries cōicandum.

R.

Alex.

1. Cor. 11.

Quando liceat pluries in uno die celebrare.

rum infirmorum, aut forte nuptiarum. Quartus, dum propter raritatem sacerdotum, uel paupertatem ecclesiarum vni sacerdoti plures ecclesiæ commendantur. In illis ultimis tribus casibus, vltra duas celebrare non licet, ut in glo. c. sufficit. allegati. Quoties autem sacerdos voluerit secundam missam celebrare, in prima ablutionem sumere non debet, vrielunus veniat ad secundam, ut habetur de cele. mis. ex parte. ¶ Per hoc ad rationes in principio motas. Ad primam de Centatione, & Zacheo dicitur, q̃ beatus Aug. volt, q̃ dum aliquis est sine peccati mortalis conscientia, non obligatus celebrare ex officio, nec aliter impeditus, habet utrumque in sua potestate licenter facere, & laudabiliter, accedere videlicet aut abstinere, vt dixit propositio prima. Nec vnum alteri vniuersaliter, & in omni casu præferendum. Vnde quotidie celebrare respectu cuiuscunque non est generaliter laudandum, vel reprehendendum, quia datur casus, in quo illud, & alius casus, in quo aliud est præferendum. Stat enim aliquem non esse quotidie dispositum etiam sine sui culpa, stat alium nihil habere impedimenti. Secundò laudabile est quotidie accedere, non sic primò. Vnde q̃ simpliciter sit laudabilius accedere, concludit, cum addit. Sic viue, vt semper merearis accedere. Et in de verbis domini. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit. ¶ Ad secundam de sanctis patribus abstinentibus, respondet Cancellarius dicens. Facta quorundam veneranda magis sunt pia interpretatione, quam in exemplum agendi trahenda. Deniq; diuersa sunt dona, & vocationes in diuersis, prout spiritus sanctus voluerit. Varia enim operatus est dominus in sanctis suis, in quibus semper, & ubiq; est mirabilis, ad commendationem diuersatum virtutum. Vnde in primis, de quibus arguitur, commendatur humilitas, in altero deuotionis, ac charitatis feruor, hec omnibus omnia data sunt. Et quod additur, q̃ sancti non fuerint dispares virtutibus, non est simpliciter verum, quoniam alter altero sanctior, sicut in mansionibus alter est altero sublimior. Chrys. verò loquitur de paritate uirtutum, quantum ad genus virtutis ad salutem necessariæ. Sic enim pares fuerunt propter earum connexionem, non autem quantum ad virtutis intentionem. ¶ Ad illas, quæ arguunt, quòd melius sit abstinere &c. Ad primam de agno paschali dicitur secundum Alex. quòd sacramentum hoc fuit pluribus figuris præfiguratum diuersis respectibus, quarum figurarum aliquæ fuerunt frequenter iteratæ, aliæ semel tantum, vel rarius exhibitæ. Agnus paschalis figura est huius sacramenti, inquantum est memoriale passionis, & ita principaliter passionis Christi, & ex consequenti eucharistiæ. Christus autem semel tantum immolatus est in cruce, ergo agnus tantum semel in anno edebatur. Manna verò fuit figura huius sacramenti in ratione cibi, ideo diebus singulis manducabant. ¶ Ad aliud de baptismo, dicitur q̃ baptismus est figura mortis Christi, inquantum in baptismo morimur peccato, præsertim originali. Hoc autem non contingit nisi semel, quia peccatum originale dimissum non redit. Eucharistia est memoria passionis, ut nostri refectiua in donis virtutibus, & gratijs, quæ refectio iteratur. Item baptismus characterem imprimit, ideo iterari non debet, secus de sacramento eucharistiæ. ¶ Ad tertium dicitur, q̃ omnis præparatio interior requisita ad digne spiritualiter communicandum, sufficit ad digne sacramentaliter sumendum, & ideo est æqua securitas. Nam quilibet non dignus spirituali manducatione est in periculo mortis æternæ, quia in mortali, quod maximum est periculum, in quo quisquis non fuerit, sine periculo manducat sacramentaliter. Dispositio autem exterior, vt ieiunium naturæ, & similia satis certa sunt, & ita sine periculo caueri possunt. ¶ Ad aliud iam patuit ex probatio-

ne

ne secundæ propositionis, & accedens non tantum commodum suum quæritsed magis gloriam, & reuerentiam dei. Nam accedendo repræsentat summam dei charitatẽ, qua pro nobis passus est in cruce, secundũ illud. Hoc facite in meam commemorationem. Repræsentat infinitam eius potentiam, qua Christus deus, & homo tam mirabiliter nobiscum esse voluit in tantilla sacramenti specie. Repræsentat infinitam dei bonitatem, qua se sic in refectionem animæ dare voluit nobis indignis cibum uitæ. Repræsentat ineffabilem eius sapientiam, ut eo ordine non repararet, quo cecideramus a statu innocentiæ, unde Innoc. Panem angelorum manducauit homo, quatenus Innoc. unde mors oriebatur, inde uita resurgeret. Dictum est quippe de illo. Quacunque die comederis: morte morieris. Dicitur autem de isto. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. unde secundum Inn. magis redundat in gloriam dei accessus, quam abstinentia ab eo dicit. Vnde patet, q̃ qui digne accedit, non tantum ex amore concupiscentiæ, sed magis ex amore amicitiæ accedit. Ad illa, quæ arguunt pro parte opposita, si intelliguntur de acceptationibus digne, sunt pro secunda propositione: si autẽ loquuntur generaliter, dicendum: q̃ autoritas inducta intelligatur ceteris paribus, cessante impedimento, & de consilio, non de necessitate p̃cepti. ¶ Ad illa de cõmodis, & utilitatibus, quæ sequuntur accessum: dicitur, q̃ & si commendabile est, quòd huiusmodi commoda, & fructus acquirantur accedenti, & alijs non, tamen est in p̃cepto, & ideo sine peccato p̃nt omitti. Non. n. tenemur omnia impendere deo nobis, & proximo, quæ possumus: sed illa duntaxat, ad quæ præcepta nos obligant. Parabola etiam de talento loquitur de his, qui in officium acceperunt bona domini, ut ea dispensarent. Si quis ex officio celebrare teneretur, & non celebrat, incurrit fugillationem serui nequam. Bernar. ¶ Ad autoritatem Ber. dicitur, q̃ meritò mouere debet exhortando sacerdotes ad frequenter celebrandum, quod qui non faciunt, priuant &c. non aliquid auferendo, sed non impendendo, quod impendere possent. Et hoc extra casum necessitatis, aut præcepti nõ inducit peccatum, licet exhibitio magnum habeat meritum. ¶ Sed circa hoc quæritur, utrum sacerdos possit a celebratione huius mysterij perpetuò cessare ex reuerentia sine mortali peccato. V

Verũ sacerdos possit a celebratiõe perpetuo cessare sine peccato mortali.

Ad hoc uidetur dicere Alexand. parte 4 quæstio. 51. membro secundo, quòd sic. Vnde ait. Æstimo tamen, si quis sacerdos non habens curam animarum, nec officium, nec beneficium, propter quod haberet necesse celebrare, & ob reuerentiam sacramenti, & timorem suæ indignitatis, cessaret semper, nisi iniungeretur sibi contrarium a superiore, quòd non peccaret mortaliter. Alex. Et satis concordat sanctus Bonauen. in 4. distinctio. 12. quæstio. 4. dicens, q̃ sacerdos, si non uiuit de altari, sed in sua libertate manet, non tenetur magis, quam alius homo, nisi de bono & æquo. S. Bonauen. Et notentur singulæ clausulæ, quas ponit Alexand. ¶ Beatus uerò Thomas illud dictum reputat irrationabile. unde ait parte 3. quæstio. 82. articulo decimo, & in quarto distin. 13. quæstio. 2. articulo primo. Thomas. Vnusquisque teneatur uti gratia sibi data cum fuerit oportunum. secundum illud. 2. Cor. 6. Hortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis. 2. Cor. 6. Opportunitas autem offerendi non solum attenditur ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrare, sed principaliter per comparationem ad deum, cui in consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. Vnde sacerdoti etiam, si non habet curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare. Facit ad idem illud Grego. Dum crescunt dona, etiam rationes crescunt donorum: & prima Petr. quarto. Grego. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ad administrantes. 1. Pet. 4. Reus ergo erit negligentiæ, si cui data est potestas nobilissima, il-

la non

la non veatur ad honorem dei,& salutem suam,& aliorum viuorum,& mortuorum. Sed saltem videtur,quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maximè in illis diebus, quibus fideles communicare consueuerunt. Grauius autem peccant,qui non ex reuerentia sacramenti, sed sua lasciuia, aut
2. Macha. 2. secularium negociorum cura,omittunt. quibus dici potest illud. 2. Macha. 4. ¶ iam non circa altaris officium dediti erant, sed contempto templo,& sacrificijs neglectis,festinarunt participes fieri palestræ,& patrios honores nihil habentes, græcas glorias optimas arbitrabantur. ¶ Et licet opinio beati Thomæ uideatur probabilis, ratio tamen sua ex uerbis Apostoli sumpta, non uidetur sufficere. Tum quia Apostolus in verbis suis non uidetur imponere præceptum. Dicit enim. Fratres hortamur. Exhortatio autem non insinuat præceptum. Tum, quia sic probaretur,& teneretur quilibet sacerdos quotidie cessante legitimo impedimento celebrare, ut nullo die
X gratiam dei in vacuum proferretur accepisse. ¶ De communione laicorum:
Conc. Trid. sess. 13. can. 3. immo generaliter fidelium rationis usum habêtium dicitur secundum Alex. & non tenentur nisi ex mandato ecclesiæ semel in anno.secundum. c.omnis.de pe.& re. Et in articulo mortis.de quo Innoc. Necessariò quippe sumêdus est agnus, ut a uastatore protegamur, nec exire possumus de ægypto:
Iohan. 6. nisi celebrando phase paschalem agnum edamus. Verba uerò Christi, quæ
Iohan. 3. in præceptum sonare uidentur. Nisi manducaueritis &c.intelliguntur de manducatione spirituali:ut supra dictum est. Vnde non habent efficaciam præcepti quoad sacramentalem sumptionem, sicut habent illa. Nisi quis
Ioh. 4. renatus fuerit ex aqua,& spiritu, non poterit introire in regnum dei. Nam Christus priora sua uerba declarando dicit. Caro non prodest quicquam, scilicet sine spiritu. Verba quæ ego locutus sum uobis: spiritus, & uita sunt. Et tantum de illo dubio.

DE NEGLIGENTIIS IN CONsecratione, & officio missæ.

LECTIO LXXXVIII.

A HVNC de sexto dubio,scilicet de negligentijs circa consecrationem,& missæ officium contingentibus,quę quoniam innumeræ sunt. Errare enim, & deuiare infinitis
Diony. modis contingit secundum illud Diony. de diuinis nominibus.c.4. Bonum est ex causa integra,malum autem
2.Ethi.c.7. omnifariam. Et 2.Ethi.c.7. Dirigere contingit uno modo,deuiare infinitis, ideo de omnibus defectibus regula dari non potest. Possunt tamen directiones circa aliquos contingentes defectus dari, ex quibus in alijs a simili directorum potest sumi. Vbi autem nec illæ sufficiunt,recurrendum est ad superiorum consultationes. Et quoniam in diuersis superioribus lectionibus,de uarijs particularibus defectibus tractatum est,idcirco ad illa remittam, ne idem sæpius scriptum fastidio sit lectori. ¶ Possunt autem defectus contingere circa substantialia sacramentis:puta circa materiam,aut formam, circa ministrum, aut eius intentionem. Possunt etiam secundo contingere circa cerimonialia, quæ non sunt de ne-

cessitate

ce ſſitate ſacramenti, ut ſunt locus, tempus, veſtes, uaſa, luminaria, orationes tam ante miſſam, quam in miſſa. Tertio circa ſacramenti reuerentiam, ut ſi fundatur calix, uel gutta ſanguinis domini ſtillauerit &c. Quartò circa miniſtrum celebrantem, aut ſumentem, ut ſi memoratur ſe non ieiunum, excommunicatum, non rite ordinatum, non baptizatum, aut ſi ante finem miſſæ deficiat &c. Singula breuiter perſtringam ſecundum doctorum ſententias. ¶ Quoad primum, ſi fuerit defectus in materia neceſſariò requiſita, quæ eſt panis, & uinum aqua mixtum. De pane non de facili deprehendi poteſt, in ſit triticeus, an de ſpelta, uel alio grano, nec ibi neceſſe eſt non procedere; maximè quia non eſt certum de pane triticeo, an ſit neceſſarius conſecrationi; ita ꝙ in ſolo triticeo, fiat conſecratio, de quo ſupra lect. 35. latius diſputatum eſt. ¶ De uino uerò contingere poteſt, ꝙ ex miniſtri negligentia loco uini alius liquor, ut aqua pura, aut oleum calici infuſum ſit; quod ne fiat, ſacerdos primò miniſtrum guſtare faciat, dum calicem præparat, qui uaſa uinaria, & aquaria offert. Ipſe quoq; odorando experiatur uini odorem in calice, ſi ſanum habet olfactum, quod maxime faciendum conſulo, dum calix præparatus & infuſus offertur per diaconum. Proſpiciat etiam in calicem: dum primò poſiturus eſt eum in medio altaris, an ſit infuſus, an uacuus, ne procedat calice uacuo, & dum conſecrare uoluerit, aut ſumere uacuum inueniat calicem. Si tamen per quacunq; negligentiam uel miniſtri, uel ſacerdotis uinum in calice non fuerit, ſed alius liquor. Si id deprehenderit ante conſecrationem calicis, effuſo tali liquore, de nouo imponat uinum, & aquam, & procedat ad calicis conſecrationem, nihil repetens de prius lectis. Si uerò poſt ſumptionem, ſeu in ſumendo perceperit uinum non fuiſſe, faciat ut ſupra dictum eſt lectione 10. Idem ſi calicem uacuum inuenerit. Primum eſt de mente ſancti Thomæ parte 3. q. 83. ¶ Circa ſecundum, ſcilicet dū poſt ſumptionem corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis aut uini perceperit, alium tradit modum: ſed qui ſupradictus eſt ſufficiat. Si uerò deprehenderit aquam non fuiſſe admixtam ante conſecrationem calicis, ſtatim dum apprehenderit, apponat, & procedat. Si uerò poſt conſecrationem ſanguinis deprehenderit, nullo modo debet aquam uino iam cōſecrato miſcere, quia ſequeretur corruptio ſacramenti in aliqua parte ut ſupra habitū eſt lect. 35. ſed procedat ſine admixtione aquæ. Non enim admixtio aquæ eſt de neceſſitate conſecrationis, ſed conſecrantis, ut ibi patet. Concordat Thom. ubi ſupra in ſolu. quarte rationis. Videantur plura de qualitate uini conſecrandi lect. 35. Laudabilis deniq; eſt conſuetudo quarundam eccleſiarum, quæ ad miſſæ officium ordinant uinum rubeum, ut ſic de uini ueritate, & guſtus certificetur, & uiſus. ¶ Si defectus contingeret circa miniſtrum. ſ. ſacerdotem, qui neceſſarius eſt conſecrationi, aut quia non eſt ſacerdos, puta quia uel non baptizatus, aut non rite ordinatus, uel quia deficit ante officij perfectionem. Si primum, hoc quidem, difficile conſtare poterit niſi per reuelationem, aut certam relationem. Si tamen ſibi conſtituerit legitimè, dū in officio miſſæ fuerit, cum totum officium irritum ſit, & inane, nullumque ibi conficiatur ſacramentum, ceſſare debet, in quacunq; parte fuerit. Neque ſi ante ſumptionem conſtiterit, ſumere debet, ut ſacramentum, alioquin idolatriam committeret. A qua prius quam conſtiterit, & ipſum, & populum ab idolatria inuincibilis ignorantia excuſat, ut habetur de presby. non bap. apoſtolicam. Et conditio habitualis, quæ ineſſe debet, de quo ſupra lect. 50. ¶ Si autem ſacerdos morte, uel graui infirmitate defecerit ante conſecrationem panis, non oportet, ut per alium ſuppleatur, niſi in eccleſijs conuentualibus, uel quando ſufficiunt facultates eccleſiæ ad plures ſacerdotes nu-

De negligentijs commiſſis in materia.

Quid ſi loco uini alius liquor calici eſſet infuſus.

Quid ſi ſacerdos cognoſceret ſe nō eſſet baptizatum.

trendos: ut in c. illud diuini. 7. q. 1. Si uero deficeret incepta consecratione, puta consecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam consecrato utroq;, debet missæ celebritas per alium expleri. hæc Thom. Et hoc verum, si haberi potest sacerdos ieiunus. Nam prandius explere non potest, vt dicit glo. 7. q. 1. nihil. ubi casus ille ponitur in textu. Sed ubi incipiet suppleus, dicitur in sum. confes. q ibi sequens incipiat, vbi prior dimisit, quòd si nescitur, debet a capite incipere. Et sic etiam patet: q licet non sit necessarium deficiente sacerdote ante consecrationem missam suppleri, potest tamen suppleri. & ad hoc est. c. allega. 7. q. 1. illud diuini Secundum Alber. uero. lib. 2. de missa prope finem. Si sacerdos ante canonem in missa deficiat, tunc pro cetero alius sacerdos debet reincipere, & totum rite peragere, quia ea, quæ ante canonem in missa sunt, non sunt de sacramẽti confectione, sed potius de populi instructione. q Si autem in canone deficiat factis aliquibus signis super hostias oblatas, ante tamen transubstantiationem, uidetur mihi, ait Albert. q alius sacerdos non ab initio debeat missam incipere, sed potius ubi ille dimisit, debet, quod omissum est: supplere. Et hoc propter duas causas. Prima ex parte sacramenti, quia quamuis ex illis signis substantia panis, & uini non transubstantientur, tamen ipsa materia ex uerbis, & signis recipit sanctitatem, ex qua efficitur magis idonea, q in corpus Christi transubstantientur. Et hoc non est reperendum super illam hostiam, ne iniuria fiat uirtuti uerborum, quæ tanquam nihil haberẽtur, quando iterum uerba eadem super eandem hostiam iterarentur, tanquam priora uerba, a priore sacerdote dicta nullam virtutem habuissent. Secunda causa est ex parte populi, quia populus, ex hoc minus uerba, & signa canonis appreciaret, si videret ea tam facile repeti, quasi prius dicta uiderentur annullata. Licet etiam signa illa non transubstantiarent, tamen passio Christi nunquam irrita debet reputari. q Si autem sacerdos in ipsa prolatione uerborum, quæ sunt forma sacramenti, deficiat uerbis iam in parte pronunciatis: saluo inquit iudicio sententiæ maiorum, q illa hostia pro reliquijs in altari conseruaretur, & missa alia celebraretur. Sed hic Innoc. in ca. presbyter. de sacra. non ite dicit, q in hoc casu alius sacerdos debet incipere ibi. Qui pridie. Dicit enim, q si quis inter conficiendum eucharistiæ sacramentum, dum est in verbis illis, hoc est corpus meum, deficiat, alius incipiat a capite. s. ibi. Qui pridie. Et idem dicimus, si dubitaretur, vtrum prius sacerdos compleuerit verba consecrationis, ut etiam tunc incipiatur ibi. Qui pridie, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, ut dicitur de presbyter, non bap. veniens. q Sequitur in Alberto. Si autem deficit, quando iam corpus consecratum est, & non calix, vel etiam si usq; in finem missæ de præparando calicem, cum vino oblitus fuerit, vel aliqua de causa neglexit. Iam ab antiquo consilium est doctorum, q hostia corporis, si sumpta non est, in corporali mundo reponatur, & calix rite præparetur. & ab illo loco, Simili modo postquam &c. canon super calicem peragatur, quia tunc non iteratur, eo quòd nihil anteriorum dictum est super calicem, & tunc in fine missæ corpus, & sanguis accipiantur. q Si autem sacerdos pronunciando verba formæ calicis, deficiat ante perfectionem: tunc dicendum videtur sicut de hostia, q in uase mũdo cum reliquijs seruetur, & cum alio vino calix uitæ præparetur. Et ab illo loco. Simili modo postquam. ab alio sacerdote sacramentum sanguinis cum missa perficiatur. hæc Albertus. q Videtur tamen saluo meliori iudicio: q cautius ageretur, in casu quo panis, & vinum cum reliquijs ponendum esset: secundum dicta domini Alberti. si tunc a sacerdote supplente, post sumptionem corporis, & sanguinis, quos ipse consecrauit,

Thom.

Albert.

Innoc.

Albertus.

ante

Si aliqua particula in altari inueniatur quã ignorauit sacerdos.

ante ablutionem sumereretur, sic non cum reliquijs putresceret. ¶ Circa intentionem necessariò requiritur similiter defectus aliqui contingere. Nam qualem sacerdos habere debet intentionem: dictum est supra lectione sexta. ¶ Quæritur ergo, quid si particula aliqua inuenta fuerit in altari, quam sacerdos tempore consecrationis non aduertit: similiter de guttulis foris, calicis pedi, uel lateribus adhærentibus. ¶ Respondetur secundum Albertum, quòd ea, quæ in altari remanserant, aut foris calici adhærent, quæ sacerdos non intendit consecrare, consecrata non sunt, quia intentio sacerdotis lata supra materiam consecrandam, necessaria est, ut patuit lectione sexta. Vnde debet sacerdos intentionem suam dirigere ad hostias, quæ sunt in prospectu super pallam corporalis, & ad uinum, quod est in calice, & non extra, nec ad alia. Et sic certus erit, quòd si casus prædictus occurrit, quòd reliqua consecrata non sunt. Vnde nonnunquam hostiæ in pixide, & uinum in uasculis manent in altari per totam missam: non tamen per hoc consecrantur, licet cautius sit ea ab altaris mensa remouere. ¶ Sed quid, si quis apponeret plures particulas pro populo communicando consecrandas. Et in ipsa consecratione prolatis uerbis formalibus: tunc non recordetur particularum appositarum, & intentionem diuisit actualiter tantum ad eam particulam, quam manu tenet: nunquid reliquæ sunt consecratæ? Respondeo salua iantore sententia, sub distinctione, quia aut habet intentionem uirtualem ad consecrandum omnes: hoc est, aut dum posuit particulas, intendebat actualiter eas consecrare, & ex illa intentione processit in officio, & in consecrando particulam, quam manu tenebat: non habuit intentionem actualem illam solam, quam manu tenebat, cum exclusione omnium aliarum consecrandi. Dico, quod omnes sunt consecratæ, sufficit enim uirtualis intentio, dum non interuenerit contraria actualis. Sicut enim uolens consecrare unam solam particulam: & in uerbis consecrationis distrahitur, ut tunc non actualiter intendat, nihilominus propter uirtualem intentionem uerè consecrat. Si autem in consecratione unius particulæ, omnes alias actualiter per intentionem excluderet, intendens illam solam consecrare, haud dubium quin aliæ non sunt consecratæ. ¶ Sed diceres, quid si certum numerum consecrare intendit: puta decem, & facta consecratione inuenit undecim particulas, quæ harum non est consecrata? Potest dici, licet in numero errauerit, putans decem, quæ sunt undecim, non tamen errat in intentione, quæ est ad consecrandum omnes illas numeratas, siue in loco consecrandarum particularum ponitur, ideo omnes censeo consecratas. Nullus enim ita intendit consecrare numeratas, quòd si plures essent, uel pauciores, uellet eas non consecrare. Quod si aliquis expresè, & distinctè intenderet præcisè decem consecrare cum exclusione pauciorum uel plurium, puto, quod tunc nullam consecraret. Ratio, quia ad consecrandum requiritur intentio super determinatam materiam, quam distinctè cognoscit, & potest discernere ab alijs, sed cum sint ibi undecim particulæ simul positæ, nec decem discernit ab undecim, secundum habet confusam intentionem decem consecrandi ex illis undecim, & non discernit, quas decem, non habet intentionem sufficientem ad consecrandum requisitam. Sicut si præpositis mille particulis, ex illis intenderet consecrare decem tantum confusè, nec discerneret, quas decem, nullam consecraret. ¶ Idcirco considerentur duæ cautelæ. Prima si plures particulæ sunt consecrandæ, ponatur maior particula cum minoribus, ut dum consecrare uoluerit, simul offerantur oculis hæc, & illæ. sic non obliuiscetur mi-

Quid si sacerdos uolens consecrare plures particulas profert uerba super particulam maiorem.

Duę cautelę in consecratione.

norum, quod etiã propter signa conuenit ita fieri, ut sic omnes simul signentur. Secunda cautela, q̃ presbyter intentionem suam nunquam dirigat ad numerum determinatum, particularum intendendo tot, uel tot consecrare, sed ad multitudinem particularum positarum cuiuslibet sint numeri; & forte bonum esset numerum ignorare, & sic liberabitur celebrans a dubijs, & scrupulis. ¶ Nunc de defectibus contingentibus circa cerimonialia, hoc est circa exteriora ab ecclesia ordinata loca, tempora, uestes, uasa, orationes, gestus, ministros &c. quæ non sunt de necessitate consecrationis, quia etsi non seruatis nihilominus uere consecrat sacerdos, si habuerit materiam debitam, & intentionem conficiendi, licet grauiter peccet prætermittens aliquod horum, & quandoq; incidat excommunicationem, quandoq; irregularitatem propter constitutionem ecclesiæ, de quibus ordinate supra dictum est dist. 7. & sequentibus, ideo superfluum foret hic repetere. Vnde in omnibus talibus, si aliquid neglectum fuerit, procedendum est, quia per huiusmodi negligentiam sacrificij perfectio non impeditur, pœnitentiam tñ agere debet ex cuius negligentia defectus noscitur contigisse. Non tamen omnis omissio dummodo temeraria non fuerit & sine contemptu inducit culpam. Sicut etiam si ante fractionem sacramenti aut in fractione, sacramentum aut pars eius dilaberetur in calicem propter frigus manuum sacerdotis, uel aliam causam, quo minus postea posset seruare ritum ecclesiæ, nõ est propter hoc necessariũ aliquid iterare. Hæc enim respiciunt corpus Christi mysticum, ideo in sacrificio ueri corporis Christi nihil uariat. ¶ Consequenter de negligentijs redundantibus ad irreuerentiam sacramenti, ut si aranea, uel musca ceciderit in calicem, aut uenenum deprehendatur immissum, aut si sanguis effusus fuerit in terram, uel super altare in toto, uel in parte, aut hostia in terram ceciderit, aut eam perdiderit, aut mus comederit, aut in reseruatorio quo custoditur propter infirmos computruit. ¶ De primo dicit Sanctus Thomas ubi supra in solutione tertij argumenti. Si musca uel aranea in calicem ante cõsecrationem ceciderit, aut etiam uenenum deprehensum fuerit immissum, debet effundi, & abluto calice denuo aliud uinum poni consecrandum. Si uerò aliquod horum post consecrationem acciderit, debet animal caute capi, & diligenter lauari, & comburi, & ablutio cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si uenenum ibi deprehenderit immissum, nullo modo debet sumere, nec alij dare, ne calix uitæ uertatur in mortem, sed diligenter in aliquo uasculo ad hoc apto cum reliquijs conseruari. Et ne sacramentum maneat imperfectum, debet aliud uinum apponere in calicem, & denuo resumere a consecratione sanguinis, & sacrificium perficeret hæc Thom. Nihil enim abominabile sumi debet occasione huius sacramenti, ut notat glo. Bernard in c. si per negligentiam. de consec. distin. 2. ¶ Si uerò sanguis fusus fuerit, aut de calice stillauerit, sic disposuit decretum Pij Papæ in cano. statim allegato ubi dicitur. Si super negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulã, quæ terræ adhæret. Glosa de sanguine. i. de sacramento. Sanguinis enim est in corpore Christi, & in uenit eius, a quo separari non potest, nec fluendo stillare: ut supra dictum est lectio. 53. Sed si stillæ sacramenti fluxerint, in qualibet stilla, seu gutta est totus Christus, & totus sanguis in corpore cum anima unita deitati. Sequitur. Lingua lambetur, & radetur tabula. Si uerò non fuerit tabula ut nõ conculcetur, locus tamen radatur, & igne consumatur, & cinis intra altare condatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Glo. Hæc pœnitentia erit, ut tot diebus ieiunet, & tot diebus abstineat a sacramentorum communione. Sequitur. Si super altare stillauerit calix, forbeat minister stillam: &

tribus

G De defectibus circa cerimonias.

H Quid si sanguis effunderetur, aut stillaret.

2. Thom.

tribus diebus pœniteat. Si super lintheum altaris, & ad aliud lintheum peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, nouem diebus pœniteat, si usque ad quartum, uiginti diebus pœniteat. Et linthearmina, quæ tetigit stilla, tribus uicibus minister abluat calice suppositio, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Hæc Pius Papa. ¶ Addit Thomas. Quidam autem alterius partem illam linthearminum incidunt, & comburunt: & cineres in altari uel in sacrario reponunt. Si autem hostia in terram ceciderit, puto terram radendam fore: & ut supra rasura incineretur, & in sacrario ponatur. Secus si super pallam altaris, aut pannum mundum ceciderit, si tamen inuenta fuerit. Si uerò inuenta, non fuerit, aut mus comederit: dicit ea. Qui non bene de consecra. distinct. 2. Qui non bene custodierit sacrificium, & mus, uel aliud aliquod animal comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat. Addit Thom. Eadem pœnitentia uidetur dignus sacerdos per cuius negligentiam hostiæ consecratæ putrescunt. ¶ De uomitu uerò eucharistię habetur eadem distinct. Si quis 2. ex pœnitentiali Bedę. Si quis per ebrietatem, uel uoracitatem eucharistiam euomuerit quadraginta diebus pœniteat, si laicus est. Clerici uerò uel monachi, presbyteri, uel diaconi septuaginta diebus pœniteant, episcopi 90. Si uerò causa infirmitatis euomuerint, septem diebus pœniteant. Et debet uomitus cremari, & cineres iuxta altare recondi: ut supra dicit Pisanus in summ. Verum de his pœnitentijs dicit Sanctus Tho. pensatis tamen condicionibus negocij, & personæ, potest minui, uel addi ad pœnitentiam prædictam. Sed dum infirmitas est in causa: dicit glo. in c. Si quis. alleg. quòd hoc ad cautelam positum est, uel quia non debuit sumere cum esset infirmus, & ratio fuit in culpa, uel quia nō debuit statim sumere cibum uulgarem, alias infirmitas excusat. Et addit beatus Thom. Hoc tamen obseruandum est, quòd ubicunque species integræ inueniuntur, sunt reuerenter obseruándę, uel etiā cumendæ, quia manentibus speciebus, manet ibi corpus Christi ut supra lect. 84. Demum si negligentia acciderit ex parte ministri, de his partim, supra dictum est, ut in his, quæ sunt de necessitate sacramenti, uel respiciunt reuerentiam sacramenti. Quibus duo casus addendi sunt. Vnus, si sacerdos celebrans recordatur se aliquid comedisse, & non esse ieiunum, aut excommunicatum, uel irregularem, aut mortale commisisse, quod nondum confessus est. Dicit beatus Thom. si hæc post consecrationem recordatur, debet procedere, ac perficere sacrificium, & sumere sacramentum. Debet tamen pœnitere cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuosè sumit sacramentum. Eadem ratio est, si meminerit se excommunicationi cuiuscunque subiacere. Debet enim assumere propositum humiliter absolutionem petendi, & sic per indiuisibilem pontificem Christum absolutionem consequitur. Si uerò ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputaretur maximè in casu manducationis, & excommunicationis, ℘ missam inceptam desereret, nisi graue scandalum timeretur. Hæc Thom. ¶ Alter casus: Quid si sacerdos non recolit se omnia dixisse, quæ in missa, uel ex ordine institutionis Christi, uel ecclesiæ dicenda sunt? Respondet sanctus Thom. ubi supra ℘ non debet ex hoc sacerdos mente perturbari. Non enim qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixerat, nisi forte in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti. i. apprehenderit se dicere, sic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde si quis attente cogitat illud, quod dicit, non tamen cogitat se dicere illud, non multum recolit postea se dixisse. Si tamen sacerdoti probabiliter constat se aliqua omisisse, si qui-

Quid si mus panem comederet.

De uomitu eucharistię.

Thomas.

Thom.

K

3. Thom.

Quid si sacerdos recordatur se aliquid comedisse.

dem non sunt de necessitate sacramenti, non æstimo inquit, q̃ propter hoc debeat resumere immutando ordinem sacrificij, sed ulterius procedere. Si uerò certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramẽti, scilicet formas consecrationis, idem faciendum est, quod dictum est de defectu materiæ, ut scilicet resumatur a forma consecrationis, & cetera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificij hæc Thom. Vel potest seruari ordo qui supra lectione decima, tactus est secundum opinionem Scoti. Hoc autem fieri potest cum minori scandalo. Et tantum de illis defectibus, & negligentijs, ex quibus prudens lector informari potest, quid agendum in alijs hic non positis, non penitus dissimilibus. Et hæc de dubijs textualibus supra motis.

Thom.

DE POST COMMVNIONE.

LECTIO LXXXIX.

A POST sacramenti sumptionem, & ablutionem prædictas, sequitur, cantus: qui cum quodam iubilo, & lętitia canitur, qui communio dicitur. Olim (ut dominus Albert. dicit) antiphona dicebatur, id est circularis sonus: quia sicut introitus, ita & communio supra psal. iterabatur in signum lętitiæ, & gaudij spiritualis suscepti dei intra uiscera: & ideo cum lętitia cantabant illum cantũ unus ad alium, quasi nuncians qualiter deus susceptus sit ab eo. iuxta illud propheticum. In uoce exultationis, & confessionis, sonm epulantis, quod etiam signatum est. Lucæ 15. ubi cum pater occideret uitulum saginatum, fecit chorum, & symphoniam, in signum lætitiæ, quia dulcedine diuinę pinguedinis infusa sunt communicuntium intima. Hinc iterum in psal. dicitur. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. in refectione. s. sacramentali, & labijs exultationis laudabit os meum, in cantu. s. lętitiæ post communionem. Cui consonat & illud. In omni ore quasi mel indulcabitur memoria eius, & ut musica in conuiuio uini. Ipse directus est diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. Quod etsi ad literam dictum est de Iosia Rege Iuda: uerius tamen est de Iesu Christo rege regum, qui pro nobis agere pœnitentiam missus est a summo patre, qui tulit abominationes impietatis totius humani generis, cuius memoria in hoc sacrificio digne fomentibus melle dulcior est, atq; fauo. Modo autem cantus iste non iteratur, excepto officio pro defunctis, in quo mos ille adhuc obseruatur, nec ex prolixitate populo tedium generetur. Et ideo nunc communio, & non antiphona nominatur. Dicitur enim antiphona, quasi contra psalmum sonans, uel quia pars una ab uno choro, pars altera ab alio choro canitur. Ab anti quod est contra, & phonos sonus, quasi uox reciproca per choros alternatim sonans, secundum Papiam. Significat etiam cantus ille secundum Innocent. & Alexand. gaudium apostolorum, quod habuerunt de CHRISTI resurrectione, iuxta illud Iohan. uigesimo. Gauisi sunt discipuli uiso domino. Quod autem reciprocatio cantabatur, insinuat, quòd resurrectionis gaudium discipuli sibi mutuò nunciabãt. Vnde

De cantu finali missæ, quæ cõio dicitur.

Pſal. 41.
Luc. 15.
Pſal. 2.
Eccl. 49.
Innoc.
Iohan. 20.
Antiphona quid.

duo

duo discipuli uenientes de Emaus, cum inuenissent undecim congregatos, & eos, qui cum ipsis erant dicentes. Surrexit dominus uere, & apparuit Simoni Petro, & ipsi narrauerunt, quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. ¶ Sed Albertus hanc rationem mysticam reprobans dicens. Hoc ego non puto esse uerum, quia nec nomen hoc ostendit, quo cantus ille communio uocatur, quia in gaudio, & sensu infusæ dulcedinis in communicando cantatur. Et quia nulla in plerisque missis in cantu isto de resurrectione mentio habetur. Verum tamen, quòd antiqui quidam monachi hoc tradiderunt. Huius aliam non puto esse causam, nisi quia melius aliquid tradere nescierunt. Hæc Albert. ¶ Sed admirari uix sufficio, cur tantarum uir literarum huiusmodi mysticationes per totam canonis expositionem uelut spernendo derideat, cum tamen a uiris peritissimis, & omnium scientiarum genere doctissimis (Innocentium loquor prius Lotharium, & Alexand. de Ales) expositiones huiusmodi fideliter tractentur: ex quorum fontibus, & ipse Albert. & posteri pene quicquid scripserunt hauserant. Quod si illi a monachis antiquis receperunt, tanto magis amplectendum puto. Hi enim antiqui monachi anachoritæ, & cenobitæ ægyptij, & si uita, ut columbæ simplices fuerunt: tamen spiritu sancti illuminatione prudentissimi extiterunt, contra quos nec uniuersæ antiqui serpentis doli, & uersutiæ conualescere potuerunt. Quorum uitam, & doctrinam miratur magnus ille Hiero. miratur, atq; Cassianus scholasticus, qui ipsorum dogmata & collationes stilo egregio, & sensu profundissimo descripsit, ad quorum capiendum intelligentiam uix humanum sufficit ingenium. ¶ Nec arguit: q̃ in ipso communionis cantu, non semper fit mentio de resurrectione dominica, quia sicut Christus dñs uerbis docuit, & factis, & nonnunq̃ aliud, uerbis, aliud factis: ita in missæ officio aliud uerbis, & aliud gestibus corporis, & factis designat. Vnde & uisum est, quia officiũ missæ in memoriã X̃pi celebratur, p̃sertim passionis, resurrectionis, & ascensionis. Nam & in canone orat sacerdos. Hanc igitur oblationẽ, quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, & ascensionis dñi nostri Iesu X̃pi &c. Ipsa domini passio, resurrectio, ascẽsio & cetera ad humani generis salutẽ acta, non modo uerbis: sed gestu, & signis repr̃sentant. Quod irridere, est catholicam simplicitatẽ, immo profundissimam misteriorũ additã intelligentiam despicere. Variatur autem hic communionis cantus secundum diuersitatem temporum, & festorum, correspondenter ad totius missæ officium ordinatum. ¶ Dñs uobiscum. Et cum spũ tuo. Oremus. ¶ Post hanc sequitur secunda pars huius tertiæ, & ultimæ partis missæ. In qua fit humilis supplicatio in prolatione orationum, siue collectarum: quæ post cõiones dicuntur, & patet ratio nominis uel complende eo, q̃ per eas cõpleť, & finitur missæ officium. Cantata nanq; cõione, ex qua sacerdos spũale gaudium populi spũaliter secũ sacrosanctã eucharistiã cõicantis cõcipit, ipse lætus, & hilaris ad populum se conuertit, ipsum salutans, & dicens. Dominus uobiscũ. & supplendum est, secundum Alber. & maneat in æternum uisceribus. s. uestris infusus, sicut dicitur. Ioh. 17. Tu in me pater, & ego in eis, ut sint in unũ consummati. Sic & X̃ps fidelibus spũmsanctum a patre dandum promisit in æternum, unde ait. Et alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum. Et respondet populus, uel uicem populi tenens. Et cum spiritu tuo. optans ut & in spiritu sacerdotis maneat Christus, quem pro omnibus accepit, sciens quòd parum ualet sacramentum corporaliter accipere, nisi remaneat in pœnetralibus cordis, & intima spiritus deuotione. Spiritualis enim cibus in spiritu, & non in corpore est conseruandus. Spiritus nanq; est

Luc. xxi.

Albertus.

B

Alexand.

Albert.

C

Albert.

Ioh. 17.

Ioh. 14.

Iohan 4. Deus,& eos,qui adorant eum,in spiritu,& ueritate oportet adorare.Ioh.4.

¶ Deinde sacerdos reddit ad dextrum cornu altaris:& eleuatis manibus,ad orationem populum prouocans,& dicens. Oremus,ultimam missę orationem exequitur multiplicans eam secundum numerum collectarum in principio missæ,& secretarum ante canonis præfationem præmissarum,secundũ

Innocen. Innoc. Fiunt autem hæ orationes post communionem in fine missæ,ad significandum secundum eundem,q̃ ita nobis necessaria est subsequens oratio sicut præcedens,quia sine intermissione orandum est.

Luc.18. Oportet semper orare,& non deficere Luc.18. Petit autem in his orationibus eleuatis manibus communionis perfectionem,ut eam ab alto dominus misericorditer largiatur.Quæ duplex est. Vna gr̃æ in uia,alia gloriæ in patria. Operatur enim refectionis gratiam in uia in præsenti,ad consequendam gloriã in beatitudine cœlestium:sicut nunc sub specie panis,& uini absconditè accipitur,ita in patria in beatitudine,& clara diuinitatis uisione perficiatur:ut sic uerum fiat,quod dicit Psal. Gratiam,& gloriam dabit dñs.

Psal.83. Hoc autem facile attenditur in omnibus post communionibus quæ per totum annum leguntur:sic diligenter inspiciuntur. Quod etiam frequenter exprimitur in ipsa uerborum significationes:sicut hic. Perficiantur in nobis domine tua sacramenta,quod continetur,quod nunc in spe gerimus:rerum ueritate capiamus.

De ritibus, ac gestibus, cerimonialibus sacerdotis.

D ¶ Dicturus autem hanc orationem reddit ad dextrum cornu altaris,ad significandum(secundum Inno.& magistrum in rationali) q̃ in fine mundi Christi prædicatio rediturа est ad iudæos,qui per dextrum cornu significantur.

Innoc. De horũ gestuum significatione.

Esa.10. Tunc enim iuxta c.10. Esa.prophetiam ad dominum conuertentur,& reliquiæ Israel saluæ fient,ut allegat Apostolus ad Rom.9. Finita aũt oratione,redit ad medium altaris,ut ipsam concludat per illud additum. Per dñm nostrum Iesum Xp̃m &c.iam frequenter expositum. Quia sicut dextrũ altaris repræsentat populum iudaicum,& sinistrum populum gẽtilem,ita medium altaris repræsentat Christum,& Xp̃i fidem,in qua utercq; populus connectitur,& unitur.

Rom.9. ¶ Item Christus ipse est,qui utrumq; populum inducit,& illuminat ad petendum,ideo recte in altaris medio oratio ipsa per Christum mediatorem concluditur,& finitur. Post cuius finem,iterum sacerdos se conuertit ad populum,ipsum salutandõ,dicens. Dominus nobiscum,secundum Albert.

Albert. optans ut recedentes a templo non recedant a domino,sed ut sataganț,quatenus dominus semper cum eis in omnibus agendis maneat.& nunquam ab eis recedat:quod & facit,si nos cum eo mentis deuotione maneamus. Respondet autem pro populo chorus,uel minister. Et cum spũ tuo:optans ut & ipse sacerdos post missam non carnalibus,sed spũalibus operibus intendat.

Gal.5. Et ut dominus,qui spũalia opera per apostolũ suum suggerit dicentem. Spũ ambulate,& desideria carnis non perficietis &c. Et sic matura

E salutatione communionẽ indicantes,missa claudit,& finit. ¶ Secundum magistrum in rationali,hæ ultimæ salutationes repræsentant:q̃ Xp̃s post resurrectionem bis discipulos suos legitur salutasse,dicens:ev. Pax uobis. Vnde prima salutatio ante post communionem,significat illam benedictionem,qua Christus ascensurus in cœlum legitur dedisse discipulis suis,unde ut Lucæ ult. commemorat. Eduxit eos foras in Bethaniam:& eleuatis manibus,benedixit eis. Vltima saluatio uitam æternam significat,quam Christus ascendens ingressus est,quia cum ab eis recessit,ut consequenter scribit Lucas,ferebatur in cœlum. ¶ Et nota,q̃ septies sacerdos salutat populum:quatenus exclusis septem uitijs capitalibus,suscipiat gratiam,septiformem sanctiſpiritus,& quinque uicibus se uertit ad populum,ante primam collectam:ante euãgelium saltem lateraliter,ante offertorium,ante post communio-

De septẽ salutationib? sacerdotis.

nem,

nem,& post eandem, quod secundum Alexand. repræsentat quinque appa- Alex.
ritiones,quibus in diei resurrectionis se manifestauit mulieribus,& discipu-
lis. Primo Mariæ Magdalenæ:secundo ceteris mulieribus,dum de sepulcro
rediret in Hierusalem : tertiò Petro: quartò duobus discipulis euntibus in
Emaus:quintò undecim discipulis simul congregatis. ¶ Ite missa est. ¶ Hæc F
est tertia particula partis tertiæ,tertiæ partis principalis missæ,quæ est ul-
tima,in qua concluditur missa.Concluditur autem missa tripliciter, quãdoq;
per Ite missa est,quandoque per Benedicamus domino,quandoque per Re-
quiescant in pace. Primo modo concluditur in festis,& solennitatibus:in
quibus in matutinis dicitur. Te deum laudamus, & in missa Gloria in excel-
sis,& cetera lętitiæ cantica. In his concluditur per Ite missa est,quasi dicat
diaconus ad populum uersus,uel sacerdos,dum fine diacono celebrat, Ite,
hoc est redite ad propria, quia missa.i.oblata est hostia deo salutaris pro ue
stra,& totius humani generis salute consequenda. Licet autem supra lect.
15. distincta est quadruplex missæ acceptio, tamen in proposito duæ sufficiunt. Vna,qua missa accipitur pro ipsa hostia sacra,de quo uenerabilis Hu Hugo.
go lib.2. de sacramentis parte 8.c.14.ait. Ipsa hostia sacra missa uocari pōt:
quia trãsmissa est, primum a patre nobis,ut nobiscum esset,postea a nobis
patri,ut apud patrem pro nobis intercederet. Primum a patre nobis per in-
carnationem,postea patri a nobis per passionem. Modo in sacramento per
passionis eiusdem commemorationem : primum a patre nobis per sanctifi-
cationem, qua nobiscum esse incipit, postea patri a nobis per oblationem,
qua pro nobis intercedit.Alio modo accipitur missa pro officio missæ uel to
to,uel parte,& etiam sic dicitur missa quasi transmissa, uel transmissio secun
dum eundem Hugonem. Quia populus fidelis per ministerium sacerdotis,
qui fungitur uice mediatoris inter deum,& homines,preces,supplicationes,
uota,& oblationes transmittit altissimo. ¶Secundum primam igitur acce-
ptionem clamat diaconus Ite missa est hostia Christus mediator. Ite post ip
sum,hoc est sequimini ipsum,secundum illud apostoli ad Eph.5. Estote imi- Ephes. 5.
tatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus
dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo in
odorem suauitatis. Non enim est in hoc mundo stãdum, sed ad patriam per
bona ppera,festinandum.Currite ait, idem apostolus, ut comprehendatis.1. 1.Cor. 9.
Cor.9. Ite ergo de uirtute in uirtutem,ut tandem uideatur deus deorum
in syon,in specula altissima perennis gloriæ.Missa enim est hostia,per quam
fracta sunt tartara,cœli ianua reserata,& uia ad cœlum est patefacta. Missa
ad dexteram patris, speciebus sacramentalibus iam consumptis ; ut ibi nos
patri in se offerat,ibi nos incorporatos sibi faciet, & locum nobis paret Io- Ioh. 14.
han. 14.Vado parare uobis locum. ¶Secundum alteram missæ acceptionē
Ite ad propria pro uestra,& fratrum corporali necessitate procuranda. Re-
dite,quia missæ officium,& preces pro uobis fundendæ sunt finitæ. Ite,quia
missa est uestra oratio,ac deuotio æternis illata sedibus,angelorum minister-
io sanctorum, qui ob Christi reuerentiam missæ sacrificio astiterunt, ob
quam uestram deuotionem, & orationem cœlestis pater gressus uestros sa-
lubriter dirigit in uiam morum tutissimam,& uirtutum. ¶Duo autem sunt, G
quæ secundum beatum August. nos duobus motibus ire compellunt. 19.de August.
ciuitate dei. ca. decimonono. uz. charitas ueritatis, & necessitas charitatis.
Charitas ueritatis abiecta sollicitudine rei familiaris facit nos recedere a
proprijs:& ad templum dei festinare, secundum illud Esaiæ secundo. Ibunt Esa. 2.
populi multi, & dicent. Venite, ascendamus ad montem domini,& ad do-
mum dei Iacob,& docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius &c.

Missa cõclu
ditur tripli-
citer.

Per Ite mis-
sa, Benedi-
camus. Re-
quiescant.

Sequitur. Domus Iacob, uenite, & ambulemus in lumine dei nostri. Necessitas charitatis nos redire ad propria, & ad curã rei familiaris compellit. In hac enim necessitate ordo charitatis, quo nos primo, & post proximum secundum gradum suæ coniunctionis, per effectum operis, & exhibitionem necessariorum, diligere oportet. Et ideo ut illa paremus, quæ tali exhibeamus necessitati, sollicitari oportet, & laborare. Istud ire ad Deum, & redire, figuratum est, & signatum Genes. uigesimosecundo. Vbi seruis suis dixit Abraam Patriarcha. Expectate hic cum asino: ego, & puer illuc usque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad uos. Serui domus, & curæ familiaris huiusque necessitatis ministri, sunt solicitudines, cogitationes, & labores, quales acquirantur miseræ huius uitæ ammínicula. Asinus autem asininum sensum signat huius animalis corporis. Hæc autem familia relinquenda est, quando itur ad templum, ad missam, ad Deum. Post adorationem autem, & sacrificium, quod cum puero, id est puro spiritu faciendum est, permittitur ad familiam reuersio, quia ad propria redire oportet propter uitæ huius multiplicem necessitatem. Hinc ergo diaconus dicit. Ite missa est. quasi di. nunc licentiam habetis abeundi missa finita, cui interesse tenebamini a principio usque ad finem, iuxta canonicas sanctiones, quibus præcipitur ne quis ante sacerdotalem benedictionem, quæ continuo sequitur, egredi præsumat, prout supra lectione trigesimanona. Habitum est. ¶ Dicitur autem. Ite missa est, in diebus festis, & officijs solennibus, quia his diebus populus in magno numero confluit, quia interesse officio principali tenẽtur, qui diu a proprijs abesse non possunt, ut supra tactum est. Nec propter secularia negocia, quibus alligati sunt, contemplationi insistere multo tempore ualent, ideo tunc redire eis ad propria conceditur, immo redire iubentur propter charitatis necessitatem. Etram his diebus licentia redeundi ad propria conceditur, ut dona dei ad corporis refectionem, cum gratiarum actione percipiant, ac de eisdem indigentibus impertiantur. unde Neemiæ octauo. Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, id est uinum melle dulcoratum. unde & græcè hydromel uocatur, secundum glosa. Et mitte partes his, qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est. ubi glosa. Cum in festis diebus post orationem, lectionem, & psalmorum studia completa carnem reficimus, pauperum, & peregrinorum meminisse debemus. Præterea dicit Alexand. habita refectione spirituali, quæ insinuatur, cum dicitur, missa est: ut diuina bonitas euidentius appareat: indicitur populo: ut ad propria redeat ad refectionem corporalem, ut sic secundum hominem utrumque reficiatur, & Deo ampliores gratiarum referat actiones. Hoc autem magis conuenit diebus festis, in quibus diligentius diuinis est laudibus insistendum. In alijs, quibus dicti cantus lætitiæ non dicuntur, ut in diebus ieiuniorum, & serialibus non festiuis clauditur missa per .Benedicamus domino, per quæ uerba inuitatur populus ad gratias agendum pro perfecto missæ mysterio. Ac sic dicatur illud Deuteronomio trigesimosecundo. Date magnificentiam, id est magnificas gratias, deo, quia dei perfecta sunt opera, quia consecratione, & communione corporis, & sanguinis domini, officium totum missæ est completum. ¶ Et quia in his diebus populus, ut frequenter missæ non interest, sicut nec tenetur: sed religiosi conueniunt, quibus non statim congruit ad secularia negocia se conuertere: sed in Dei laudibus semper permanere secundum Innocent. ideirco nequæ eis licentia redeundi per Ite missa est. intimatur. Sed per benedicamus domino, quod est

Gen. 22.

H

Nemiæ 8.

Alexand.

Deut. 32.

I

Cur ite missa est dicitur in festis.

Benedicamus domino: in feria.

communis

communis horarum conclusio, etiam missa terminatur. Cum autem ite missa est, dicit celebrans, aut diaconus, uertit se ad populum cui loquitur. Dum uero benedicamus domino dicit, non se ad populum, sed ad orientem uertit, quia tunc non loquitur distincte ad populum, sed secum populo hortatur ad gratias referendum uero orienti, a quo omnes illuminantur. Respondet autem chorus pro populo ad utramq; conclusionem, Deo gratias, scilicet referamus omnes demisse perfectione, & sacrosancti corporis, & sanguinis dominici communione. Ne dicatur nobis, uel alicui nostrum. Luc. 17. Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo. Vel facit illud adinstar apostolorum, qui post ascensionem domini, ad propria reuertentes, deo gratiarum actiones persoluerunt, unde dicitur. Hi omnes erant perseuerantes Act. 2. unanimiter in oratione. De gratiarum actione dictum est lect. 17. & 18. In missis pro defunctis pro conclusione dicitur. Requiescant in pace, ut finis huius missæ respondeat principio, in quo eis æterna requies postulatur. Et quia totum illud officium singulariter ordinatur pro requie defunctis impetranda, ideo eis pax, & requies petitur in missæ principio, in medio, & in fine. Et hic respondet pro populo chorus, uel minister Amen, ideſt fiat, per hoc profitens se fidem rectam tenere de huius missæ, & orationum in ipsa sanctarum efficacia. Et in hoc terminatur missa. ¶ Missa uero finita, populus benedicitur, sicut in fine officiorum fieri debere ex concilio Agathensi præcipitur, ut de consecratio. distinctio. 5. conuenit. Item ex concilio Aurelianensi, ut habetur de consecratio distinctio. 1. cum ad celebrandas. dicitur. Cum ad celebrandas missas in dei nomine conueniatur, populus non ante discedat, quam missæ solemnitas compleatur. Et ubi episcopus non fuerit, benedictionem a sacerdote accipiat. Verum ubi adest episcopus, sacerdos non sine mandato, aut permissione episcopi benedicit, ut in c. denique 21. distinctio. ubi dicitur. Nullus sacerdos maiore suo non inuente, cuiuslibet rei benedictionem dare nitatur, uel saltem maiore suo, ideſt episcopo non permittente. Nam eoipso, quòd permittit eis missam celebrare per consequens omnia permittit, sine quibus missa esse non potest, scilicet esse perfecta. Benedictio autem ad missæ perfectionem pertinet, ut in c. missas. de consecratio. distinctio. 1. Dicit glo. in c. ecce ego. 95. distinctio. Solemnẽ tamen benedictionem, etiam absente episcopo dare non potest, illa enim soli episcopo reseruatur. 26. quæstio. 6 ministrare. Sed quæ est solemnis benedictio. Glo. ibidem dicit benedictionem solemnem, quæ fit per talia uerba. Sit nomen domini benedictum. Sed glo. in c. cum ad celebrandum de consec. dist. 1. dicit. Dicitur solemnis, benedictio, quæ ante missæ consummationem a solis pontificibus celebratur. inhibetur. s. sacerdotibus. Hanc esse puto, quam episcopus præmissa exhortatione diaconi. Humiliate uos ad benedictionem, post sacramẽti fractionem ex pontificali legit, cui subiungit. Et pax eius sit semper uobiscum. Sequitur agnus dei. Vnde non uidetur, q illa uerba. Sit nomen domini benedictum, reddant benedictionem solemnem, cum communis usus habet, quòd etiam sacerdotes hæc benedicendo proferant. ¶ Sacerdos igitur missa consummata, benedicit populum, ut qui missarum solennijs interfuit, licentiatusque est redire ad propria, sine spirituali munere non abscedat, ac recedens ab infestationibus malis præseruetur, dicens secundum morem quarundam ecclesiarum. Cœlesti benedictione benedicat, & custodiat uos diuina maiestas, & una deitas, pater, & filius, & spiritussanctus. Habet autem hæc benedictio originem ex ueteri testamento. Legitur enim, quòd Iacob moriturus primum filios suos benedixit, singulos scilicet, benedictioni-

Popnlus cur in fine missæ benedicitur

K

De benedictione sacerdotis modo, & forma.

T

bus

Gen. 48. Leui. 9. 3. Reg. 8.

bus proprijs. Similiter de Moyse, & Aaron legitur, ꝙ expletis hostis, & holocaustis, introierunt tabernaculū testimonij, deinceps & benedixerunt populum. Sic & Salomon expletis sacrificijs benedixit populo. Maius aūt exēplū habemus in Christo saluatore nostro, qui simul rex fuit, & sacerdos, hic ascensurus in cœlum primum discipulis benedixit. Lucæ. ulti. Eleuatis manibus benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Vnde & mos inoleuit apud uiros religiosos, ꝙ cum abinuicem separantur, benedictionem sibi mutuo impartiantur, uel saltem minor a maiore, frater a patre benedictionem postulat. Sic & sacerdos tanquā maior, populo redeunti ad propria benedixit. Nam & apostolus ait. Sine

Ad Heb. 7.

ulla autem contradictione, quod minus est, a maiore benedicitur. ¶ Hæc etiā

M

benedictio secundum Inno. missionem spiritussancti significatur, quem misit dominus apostolis in die pentecostes. Fit.n. hæc benedictio per uerbum oris, & signum crucis, quia illa missio per sonum aeris, & linguam ignis innotuit. secundum ꝙ legitur Act. 2. Factus est repente de cælo sonus &c. Et apparuerunt apostolis dispartitæ linguę tanquam ignis. Et licet spiritussanctus specialiter sit missus, quia tamen indiuisa sunt opera trinitatis, missionem illam tota trinitas fuit operata, ideoq; benedictionem illam sacerdos facit in nomine trinitatis patris, & filij, & spiritussancti, hæc Inno. ¶ Formam autem benedictionis, ut Alexan. ait, legis expressit auctoritas, dicente per Moysen domino. Inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego dominus benedicam eis. Numeri. 6. ubi innuit, ꝙ homo non benedicit, nisi ministerialiter, dominus autem auctoritatiue. Ideoq; sacerdos in proposito optatiue loquitur, optans, ut dominus benedicat, & custodiat cum inuocatione omnium trium personarum, sicut & propheta in ps. optans benedictionem a domino, personarum trinitatem significat, ter deum nominando, dicens. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus. ¶ Fit quoq; cum signo crucis, quia totum bonum spirituale, quod rationali creaturę cōceditur, ex merito Christi crucifixi donatur. unde de consecra. dist. 5. Nunquid. dicitur. Nunquid non omnia charismata (alibi chrismata) sacerdotalis mysterij crucis figura perficiuntur? Nunquid baptismatis unda, nisi cruce sanctificator, peccata relaxat? Et ut cætera prętereamus, sine crucis signaculo, quis sacerdotij gradū ascendit? Et Rabanus de institutione clericorum. & allegatur de cons. dist. 4. c. postea. Signatur baptizandus signaculo sanctæ crucis tam in corde, quā in fronte, ut ab eo tempore apostata diabolus in uase suo pristino, suæ interemptionis cognoscens signaculum, iam deinceps illic sciat se esse alienū. Magna igitur uirtus crucis est, qua tantus terretur inimicus. Hinc canit ecclesia. Ecce signum crucis, fugite partes aduersæ, uicit leo de tribu iuda, radix iesse. ¶ Vtitur autem sacerdos his uerbis benedicendo. Benedicat, & cu-

Ps. 66.

Inno. Alexand.

Vnde sumpta sit.

N

Iohe. 4.

stodiat. &c. Benedicat purgando a peccatis, & uitijs. Hoc enim donum est benedictionis dei secundum illud. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, uide licet deus, & relinquat post se benedictionem. Rursus benedicat uos replendo uos uirtutibus, & spiritualibus donis, quod etiam ad domini benedictionem pertinet. secundum illud ps. Benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem. Addit. Custodiat corda, scilicet, & intelligentias uestras ut in Christi amore permaneatis. Talem custodiam petiuit apostolus. Philippensibus ad eosdem, dicens. Et pax dei, quę exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias in Christo Iesu. Custodiat, & per ministerium angelorum: iusta psalmistæ uerbum. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Subdit. Vos, qui. s. diuino missæ officio interfuistis ex charitate ad diuinum officium inuitati, & nunc ad curam rei

Quid significat illa benedictio.

Psal. 43.

Ad Phil. 4.

familiaris accedentes necessitate uitæ impulsi. Ne inimicorum iacula mundi, carnis, & diaboli in peccata uos deijciant, & prosternant. Custodiat uos diuina maiestas, quam tremunt impia tartara, colitq; abissus ultima, quæ est pater ingenitus, cuius est benedicere ex sui omnipotentia, filius unigenitus, cuius est benedicere ex sui ineffabili sapientia, spiritussanctus, cuius est benedicere ex sua bonitate infinita, & clementia. ¶ Huic indiuiduæ trinitati humiliter se inclinans data benedictione, hanc finalem offert orationem, a qua ipsam postulabat benedictionem, dicens. Placeat tibi sancta trinitas hoc obsequium seruitutis meæ, & præsta, ut sacrificium, quod oculis tuæ maiestatis ego indignus obtuli, sit tibi acceptabile, mihiq;, & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante, propitiabile. Per Christum dominum nostrum. ¶ In qua oratione sacerdos uelut in quodam compendio, petitiones priores recolligit, humiliter petens pro se, aliisq; omnibus, pro quibus sacrificium illud obtulit exaudiri. Et tangantur quattuor hanc oblationem concernentia. I. dignitas eius, cui sacrificium illud dedicatur, & hoc in principio orationis. Ordo, siue potestas sacerdotis, a quo illud sacrificium consecratur, ibi. Hoc obsequium seruitutis meæ. Tertio humilitas offerentis, quo ut placitum sit, deprecatur, ibi. Ego indignus obtuli. Quarto ordinata charitas eius, de qua ut sibi, & omnibus prosit, applicatur. Quoad primum dicitur. Placeat tibi sancta trinitas. O sancta, scilicet ex te per essentiam, non per participationē, & adiacentiam, quomodo rationales, & intellectuales quædam creaturæ in se fragiles, & ex se deficientes, ex te, & per te sunt sanctificatæ. Trinitas personarum, scilicet in una individua, & singularissima essentia personarum diuinarum, quæ sunt pater, & filius, & spiritussanctus. Trinitas una, & unitas trina. Vna in simplicissima impartibili essentia. Trina in proprietatum relatiuarum hypostases constituentium, reali, non tamen essentiali differentia. Placeat, hoc est gratum tibi sit, & acceptum pro multiplici obtinendo beneficio, quia nisi tu id acceptaueris ex tua benignitate, & eius dignitate ad huiusmodi effectus, fructusq; causandos, ex mea iustitia, & bonitate acceptum esse non poterit. Placeat tibi hoc obsequium seruitutis meæ, o pater omnipotens, quod tibi iure æquissimo nunc impendo, quia tu dominus es uniuersorum, a quo profluit, nedum omnis seruitus, sed & omnis potentia, & ad seruiendum multitudo. Placeat tibi o fili patris sapientia, hoc seruitutis meæ obsequium, quod iuxta tuam institutionem tibi, ut persoluerem, demandasti, dum dixisti ad discipulos, & in illis eorum successoribus. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Placeat tibi o sanctæ spiritus hoc obsequium seruitutis meæ, quod nunc exhibeo, tua fauente clementissima bonitate, & ad te refero, ut ad auctorem principalem. Obsequium inquam, meæ seruitutis, mei gradus sacerdotalis, ratione cuius debitor effectus sum, ut sacrificium hoc ministerialiter conficere, & consecrare sub re solo, & uero principali autore. Et præsta, tu beata per essentiam, & sancta trinitas, pie, & misericorditer. Vt sacrificium illud ueri corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, quod tu pater ab æterno immolandum præordinasti, & tu fili in tempore, ut offerretur, instituisti, & tu sancte spiritus plenitudine omnis sanctitatis expleuisti. Et quod ego indignus ex meis meritis, & iustitia, d̄ gnificatus utinam ex tua clementia, obtuli cum timore, & reuerentia cum deuotione utinam, & diligentia. Oculis tuæ maiestatis. Oculis, quibus omnia nuda sunt, & aperta. Oculis eius maiestatis, quæ in altis habitat, & humilia nihilominus respicit, & alta superbiæ nostræ figmenta a longe cognoscit, maiestatis magnæ potestatis, cuius plena est omnis terra. Immo quæ mensa est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit, quæ appendit tri-

Expositio sponsi placeat tibi sancta trinitas.

O

Heb. 4. Psal 136.

bus

bus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Esa. 40. Sit tibi acceptabile, non tantum secundum se æqualiter tibi displicere non potest, cum corpus sit, & sanguis nostri saluatoris. Sed etiam ut a me tibi offertur ad donorum tuorum impetrationem. Mihiq; sacerdoti offerenti, & omnibus Christi fidelibus uiuis, & defunctis, pro quibus illud obtuli, primo pro me, deinde pro alijs, ut charitatis ordo, quæ a se incipit, seruetur. Sit hoc oblatum sacrificium, te tota superbenedicta trinitate miserante, idest misericorditer concedente propitiabile, pro diluendis peccatis, pro redimendis pœnis & conferendis spiritualibus donis, Per Christum dominum nostrum. Amen. fiat. ¶ Hæc orat sacerdos finito sacrificio. Et ego Gabriel Byel ex Spira, omnium sacerdotum ultimus, finita hac laboriosa expositionis collectura, tibi o trinitas substantialis semper benedicta, humili corde prostratus solotenus corpore, gratias ago, cuius ductu per maris profundissimi procellosas difficultates, portum attigi laboris terminum, atq; finē. Supplici corde orans, ut me, quem in huius sacrificij ministrorum numero esse uoluisti, uelis esse & merito. Talem quoq; sanctissimæ huius oblationis ministrum me facito, qualem describunt sanctorum tuorum dogmata in hoc collectorio comportata. Erratis simul ueniam præbens, sinceritissimæ ueritatis tuæ intelligentia, mentem meam, omniumq; legentium illumines pariter, & accendas. Eos autem, qui hæc legere dignabuntur, exoratos esse uolo, ut quę ad catholicam doctrinam accommoda in hoc notauerint operę, non mihi, sed deo, his quoq; quorum scripta congessi, adscribant. Ex meis enim, quę nulla sunt uel minima, nihil aut parum posui, sed quæ ab alijs digesta reperi, ut potui, scripsi. Magnam huius totius uoluminis partem ex lectura uiri ingenij quondam acerrimi famosissimi magistri Eggelingi de Brumsuuig, sacræ theologiæ licentiati, uita pariter, & doctrina præfulgidi, ad clerum Moguntinum pronunciata, declarata, & exposita pene exemplariter transcripsi. Sicubi uero erratum est, neq; illi, nec cæteris, sed meæ imputetur ignorantię, qui nedum inuenire, sed nec inuenta ordinate componere me idoneum, recognosco: quorum pium, atq; orthodoxum desidero correctorem. Si qui uero huic collectorio titulum præponere maluerint obtestor, & in Christi uisceribus cohorto, ut hunc, non alium anteponant. ¶ Ex posito sacri canonis missæ est lectura quondam clarissimi uiri magistri Eggelindi de Brumsuuig, sacræ theologiæ licentiati collecta, paucis omissis, nonnullis additis, uel mutatis. ¶ Húc uerò dignissimũ uirũ, atq; doctissimũ, nũc de medio sublatũ, meq; peccatorẽ legẽtiũ orationibus cõmẽdo, qui etsi nõ alij, mihi tñ utcũq; in hoc labore meo ꝓficere uolui, licet minus ualui. Absit aũt, ut mihi honorẽ quãtuluncunq; arrogẽ. Neq; immemor sum illius. Heronymiani super Malachiã. Si quis doctus, & eruditus, lege dñi, põt aliot erudire, nõ debet suæ affignare prudẽtiæ, ingenioq;, quod possider. Sed gratias agat primũ dño, qui cuncta largitur, deinde sacerdotibus, & ministris, a quibus doctus est. Si. n. nõ egerit gratias, sed sciẽtiã uẽdicauerit sibi, in penuria maledicet. Quod si intelligẽs largitorẽ deũ, & agens his gratias, per quos a deo eruditus est, humiliauerit se, & in horreũ dei intulerit cibos, hoc est scripturarũ alimenta in ecclesijs populis ministrauerit, aperient super eũ catharactæ cœli, effundetur pluuia spũalis, & mãdabit nubibus suis, ut pluant super eum, & abundantia rerũ omniũ perfruetur. hęc Hiero. Quam collectori simul, & lectori per sui gustus dulcissimã ꝓlibationẽ in ꝓsenti, & fruitionẽ plenissimam in futuro, ꝓstare dignet oipotẽs, & misericordissimus pater, cũ unigenito filio suo, & spũsancto, deus unus æternus, & uiuus. Per oia secula seculorũ. Amen.

Conclusio operis cum autoris humili oratione.

FINIS.

SAN

SANCTISSIMI ALTARIS SACRIFICII PERSPICVA EXPOSITIO IN DVOS Libros Diuisa,

In quibus primum non tam Hæreticorum falsæ opiniones reijciuntur, quam uere Catholicorum sententiæ confirmantur; deinde Germana uerborum subsequitur interpretatio Omnium certe locorum sacrosancti Concilij Tridentini de hac re seruatis decretis

Auctore ZACHARIA ANDRIANO Brixe ex ordine canonicorum Sancti Georgij in Alga, Doctore Theologo.

PROEMIVM.

VNT plane tot humanæ naturæ uarietates, totq; animi nostri cæcitates & tenebræ, ut facile quisque naturæ ipsius ductu intelligat, neminem unquam per se subsistere posse, nisi ab eo supremo motore, quem omnes Deum appellant, adiuuetur, ac dirigatur. Quare hominibus natura comparatum est, ut quem rectorem, & aditorem agnoscunt, eidem nobiliori quo possunt modo honorem, & cultum exhibeant. Possunt autem homines debitum honorem exprimere conuenientius, si signis sensibilibus utantur, quando etiam ex sensibilibus rebus debitæ seruitutis cognitionem acceperint. Quo factum fuit, ut & si deus maximus rerũ omniũ conditor, & sapientissimus gubernator nullis penitus indigeat signis externis; quippe qui ille sit, qui hominũ corda intuetur, multi tamen homines diuino quodam instinctu, afflatuq; concitati necessarium esse duxerunt, ut humilem atque deuotum affectum, quem animis infixum erga Deum gerebant, exteriori aliquo signo cæteris hominibus declararent, atque quod intus per desiderium ardebat, foris per spiritualia exercitia ostenderetur. Et hæc quidem fuit ex sanctorum Patrum sententia præcipua ratio, cur ab huius mundi primordio ad aduentum usq; Saluatoris nostri (quando quæ tam in figura obscura iacebant noua luce subsequente in ueritate aperta sunt) tam multa, & tam uaria sacrificiorum genera pij illi homines obseruauerint, ut scilicet suam ipsorum fidem internam per externa sacrificia uniuerso hominum generi protestarentur, & Deum esse supremum illud principium a quo omnia orirentur, & finem postremum ad quem essent referenda, ostenderent, ac ita in hæc uerba uoces suas prorumperent: Tua sunt omnia, & quod de manu tua accepimus, dedimus tibi. Exo. cap. 22.

Præcipua sacrificiorum causa.

Cæterum

Cæterum ante omnia sacrificia præcipuum, ac potissimum illud est, quod Iesus Christus Dominus noster seipsum obtulit Deo in odorē suauitatis, quādo omnia illa sacrificia antiquitus offerebantur, ut hoc unum singulare sacrificium tanquam per imperfecta perfectum figuraretur, atque ad ipsum sicut ad finem ordinarentur. Quare antiquæ legis sacerdos sæpe eisdem offerebat hostias, quæ nullum unquam poterant auferre peccatum; Christus uerò ex hominibus assumptus pro hominibus sacerdos constitutus, unam obtulit in sempiternum, cuius ope omnia nostra ablata sunt peccata, ut nos Deo nostro reconciliati uita pariter sempiterna in cœlis cū ipso frueremur. Id quod planè saluator noster de seipso loquens ostendit his uerbis: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Cæterum quia non solum in hostia uiuentem, & uerum sacrificium offerendum, sed & in sacramentum sumendū se dedisse testatus est, quum hæc præter alia multa in hunc modum scripta reliquit: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur; hinc fit, ut idem ipse Dominus, & saluator noster simul sacrificium, & sacramētum sit, cuius figuram, & similitudinem Agnus Paschalis gerebat; quum filij Israel ut sacrificium offerre, & ut sacramentum commedere consueuerant. Vnde diuersę inter se ortæ sunt Sacrificij & Sacramēti rationes; ita ut sacramentum consecratione perficiatur, & commedatur; at sacrificij uis omnis in eo posita est, ut offeratur, atque sacramētum ideo dicatur, quòd sacræ rei hominem sanctificantis sit signum, & cœlestium diuitiarum thesaurum, sacrificium uerò quòd pro immensis in nos collatis beneficijs Deo reddimus; Denique inter se eo differre uidentur, quia sacramentum a Christo Domino institutum est, ut cœleste animæ nostræ alimentum esset, quo uitam spiritualem augere & auctam conseruare possemus, sed sacrificium ideo instituit, ut cœlestis Patris sceleribus nostris grauiter offensi gratiam & amorem nobis conciliaremus. De hoc igitur tanto sacrificio, quod & sacramentum pariter esse diximus nos pro nostri ingenij, facultate, quæ aut nulla, aut certe perexigua est, præsens opus in duos libros digestum Deo aditore confecimus; ubi in primis nostrū fuit institutum singula diligentius expendere, quæ ad sacrificij rationem attinent, id enim pro totius huius nostri tractatus argumento, uel (ut Dialectiorum uerbis utar) subiecto considerandum suppo suimus: Deinde pauca de eo, ut sacramentum est, dicere non recusauimus, ut & perfectam, absolutamq; omnibus numeris de hac recognitionem, quoad fieri posset, traderemus, & nos qui in uineam Dei colenda operarij ad multorum salutem constituti sumus, fructum centuplum accipiamus, atque cum sanctis in cœlis uitam æternam possideamus. Initium ergo explicandi a nobis summatur, ut, quæ antecedere uerborum explicationem consueuerunt, præponamus: sic enim uetus, ac laudata omnium fere expositorum consuetudo est, ut nunquam ad uerborum explicationem accedant, nisi aliqua prædocuerint, ac in uestibulo præscripserint, quæ ad rei suscipiendæ munus obeundum; maximopere conferant. Horum autem & si aliqui plura, alij pauciora prædocenda uoluerint; nos tamen in hoc ipso opere nostro aggrediendo eò sumus progressi, ut eatātum, quæ animaduersione digna & cognitu perneccessaria sunt præmittere studuerimus. Quę ut distinctius intelligantur primum explicare oportet, quid nomen Missæ significet, & quæ sit eius certa definitio, in qua quia sacrificium esse positum est, declarandum erit qualenam sacrificium sit, idq; ut facile intelligatur dicendum erit quotuplex sit sacrificium, quid in ipso agatur, quomodo sacrificium quod in Missa offertur unum, idemq; sit cum sacrificio quod in cruce fuit oblatum,

Sacrificiū dignius quale.

Differentię inter Sacrificiū & Sacramenti tres.

Totius operis tractata.

Rerū dicendarū ordo.

Breuitas, præmittit, qua superflua resecentur, & necessaria non omittantur.

& quo-

& quomodo ab ipso differat, quod una cum sacrificio sacerdotium fuerit institutum: quid sacerdotis nomine significetur, quotuplex sit sacerdotium, & pleraq; alia dicentur, quibus non tã hæreticos reijcere, quam catholicos cõfirmare ex animo optamus. Deinde declaranda uenient, quæ ad sacramenti rationem attinent, ut quę huius sacramenti fuerit causa, quis instituerit, quis illius particeps euadit, quam ob causam sub speciebus, ac sic duabus panis & uini sumatur, quam eximium sit hoc sacramentum, qui fines, & qui effectus illius sint, & id genus alia, quæ paucioribus quó poterimus, exponere conabimur, aliaturi (ut speramus) haud parum luminis non tantum illi rei, quã prę manibus tenemus, sed multis etiam ueterum Ecclesiæ Patrum de hac re sententijs, ac scriptis. Quæ omnia quamprimum fuerint a nobis in hoc primo libro expedita, ad institutum nostrum redeuntes, tempus iam erit singulas Missæ partes assignandi, ut in altero facilius ad uerborum explicationẽ aggrediamur. Atque hæc quidem quæ primo loco proposuimus, ut suo ordine distinctius tractentur, initium a nominis significatione in hunc modum desumendum uidetur.

QVID SIGNIFICETVR NOMINE Missæ, & quid sit. Cap. I.

SANE' id nomen Missa plerique latinum putant a mittendo, quòd sacerdos preces suas, & sacrificia in Missa Deo Patri mittat. Quæ plane significatio ex eo D. Pauli loco accepta uidetur, ubi hęc uerba habet: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in his, quæ sunt ad deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Alij id nomen Missa hebręum esse censent, & tam unde m significare atque officium, sacrumq; mysteriũ, quod Græci liturgiam, latini sacram oblationem appellant. Divus Chrysostomus crebro Missam appellare solet Græca uoce Mysterion, quę sonat arcanum, sine secluso: scire quidem: secluso enim debuli nostro ingenio est, ac uelut Corinij specus impenetrabile, & inaccessum, quod quemadmodum primum iucunda quadam amœnitate accedentes allectat, & ad se ducit, donec altius atque altius ingressos tandem horror quidam, ac maiestas nominis illic inhabitantis eos deijciat, sic huius sacri mysterij maiestas in accessu iucunda est; mox uero ut nos scioli homines insciitiam nostram non agnoscentes altius ascendere præsumimus, tota illa imperscrutabilis, ac imperuestigabilis se obijcit, ut maxime hic locum habeat præclarum illud Isaię dictũ: Nisi credideritis, non intelligetis. Vtraq; significatio rei propositæ est accommodata, nam & sacrum mysterium est, atq; in ea preces & sacrificia Deo mittuntur, sed prima nominis uim, atq; rationem absoluit, altera autẽ naturam, & (ut dicunt) essentiam rei aperit; ac ita illa descriptio proprie, ista definitio, quoquo pacto dici potest. Hanc igitur definitionem amplectentes dicimus: Missam esse sacrum altaris ministerium, & iuge sacrificium a Domino Iesu Christo in sui commemoratione faciendum institutum, quod ab Apostolis uiris, Apostolicis traditum secundum legitimum Ecclesiæ ritum pro salute omnium fidelium cum uiuorum, tum mortuorũ, sacris sacerdotis manibus Deo offertur. Non desunt, qui alias afferant definitiones, quidam, traduunt: Missam esse legationem inter Deum, & homines, cuius legationis officio fungitur Sacerdos, cum populi uota per preces, & supplicationes ad Deum offert: nonnulli uerò definiunt, Missam esse passionis Christi contemplationem, & quasi representationem, atq; alię ab alijs traduntur definitiones, quæ etsi uerę sint, quantumcumq; a ueri sacrificij natura perfecte explicanda longe, lateq; differant, facile conspici poterit ex his, quę, ut paulo ma-

Pomponius Mela de specie illo hęc refert.

Definit Missa ut sacrificium est.

Hæb. ca 5.a

Isa. cap. 7. b

lò manifestior nostra, quam attulimus, definitio euadat, necessariò præmittenda duximus.

EXEMPLA, ET TESTIMONIA AFFERVNTVR in scripturis, quibus contra Hæreticorum pertinaciam facilè ostenditur, Missam esse iuge Sacrificium. Cap 2.

FVERVNT nonulli, qui ut sublatis Missę sacrificijs, torq; Sacerdotijs in singulos annos erectis præbyteri expoliati cogerentur exules, & inopes aliena limina lustrare, temerè reiecerunt, quod a nobis in definitione nostra omnium catholicorum consensu positum est, nempe, Missam esse iuge Sacrificium. Quibus cum insigniter Latini Doctores, sanctiq; Patres, Latinis monumentis satisfecerint, nihil plane est, quo solicitari debeamus. Verum, ut sacerdotibus nostris luce clarius ostendamus hanc eandem definitionem a nobis traditam, cum uniuersalem Ecclesiæ consensum (quod est testimonium omnium maximum) tum exempla, testimoniaq; pro se habere in scripturis, hæc pauca pro nostri ingenij modulo subijcere statuimus.

Hi planè fuere Pichardi, quos sequuti sunt Luchetus, atq; alij huius farinæ uiri impijssimi.

Principio itaq; neminem esse arbitror, (nisi sit uniuersi ueteris testamẽti plane ignarus) qui dubitet Patres utteres omnes suas oblationes ad hunc finem retulisse, ut hoc unicum, & singulare Sacrificium per multiplicia signa figuraretur, utq; res una uarijs exemplis adumbrata, tanquam multis uerbis, quãmaxime commendaretur, atq; in memoriam reconderetur: quòd aliter nulli hominum ab exordio mundi salus, nisi per huius hostiæ fiduciam contingere posset, ut Paulus Apostolus testatur his uerbis: Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes mare trãsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem biberunt: Et paulò post: Hęc autem omnia, inquit, in figura contingebant illis. In figura plane erat, quod egressurus de Aegipto populus Hæbraicus a Domino per Moysem in mandatis accepit, ut singulę familię sumerent agnum anniculum sine macula, illumq; assarent igni, atq; de eius sanguine utrumq; domorum suarum postem lenirent; ne percutiente Angelo primogenita Aegyptiorũ cum eisdem pariter interirent. Sed quis est agnus iste anniculus absq; ulla contagione delicti, nisi Christus Dei, & hominum mediator? Ecce agnus Dei, inquit Ioannes, ecce qui tollit peccata mundi. Hic accerrimo passionis igne, in cuius stipite affatus fuit, obtulit semetipsum pro nobis uerũ sacrificium, ut utriusq; nostri hominis spirituales postes eius præciosissimo sanguine linitæ ab infestãte Demone illesi gradiamur. Huius sacrificij confirmandi causa statim ab ipsis mundi primordijs quicunq; erant homines pietate erga Deũ prædicti sacrificia Deo de primogenitis; ac selectissimis animalibus gregum suorum faciebant: quo hisce sacrificijs hoc maxime testatum relinquerent, ut quẽadmodum illa animalia immaculata erant a corporum uitijs, ita sese indubitatò credere, ac sperare futurum, ut is immolaretur aliquando pro nobis, qui solus immaculatus esset a peccatis. Quapropter eos, qui sacrificia illa externa alia intentione offerebant Deus non secus increpat, quã si ea ipsa sacrificia, quę per Moysem præcipit, penitus reprobaret. Sic.n. loquitur Christus ad Patrem per Prophetã suum Dauid: Sacrificium & oblationem noluisti. Nunquid noluit, quòd instituit? Non certè, sed sic noluit, quo modo illorum multi offerebant, & quo modo multi dementes putabant Deum illa uelle, ueluti suæ gratia uoluptatis, uel quod exilitarent se effusione peccuini sanguinis Deum placare, uel ea ratione tantum se iustos esse coram Deo, & non magis respicerent in illũ agnum immaculatum, qui solus poterat peccata mundi tollere. Quod item

Nostri sacrificij figura. Exo. c. 12. a

Ioan. c. 1. d.

Gen. c. 3. a. Leuit. c. 1. a

Animalia immaculata quid significabant.

Psal. 39. b.

Cur aliquorum sacrificia Deus reprobaret.

Melchisedech typũ huius sacrificij portarit declarat Spiritus sanctus ex persona Patris ad Filium dicens: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Malchisedech. Idq; (mea quidẽ sententiæ) significauit sacrosancta synodus Tridentina in sess. 22. cap. 1. ubi hæc uerba habet: Quoniam superioti testamento teste Paulo propter Leuitici sacerdotij imbecillitatem consumatio non erat, oportuit Deo Patri misericordiarum ita ordinanti sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes quotquot sanctificandi essent consumare, & ad perfectum adducere. Hæc ibi. Hic ergo Melchisedech proferens panem, & uinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit Abrahæ, Hic ille Melchisedech est, qui Rex iustitiæ, & pacis sine patre, sine matre, neq; initium dierum, neq; finem uitæ habens manet Sacerdos in æternum. Cæterum quis est iste Melchisedech, qui figuratur Rex iustitiæ, Rex pacis, nisi Christus qui solus est dei iustitia, Dei pax, & Dei sapientia? Hic protulit panem, & uinum dicens: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Hic benedixit fideli Abrahæ, & obtulit semetipsum pro eo uerum Sacrificium. Per suum enim sanguinem benedictionem idest, remissionem peccatorum acquisiuit illi, & omnibus electis, qui expectauerunt eum ab origine mundi. Nec tenendum est Melchisedech sine patre, & sine matre exstitisse, sed ideo positum est, ut scriptura in typo nobis ostenderet sacerdotium Christi, cuius figuram Melchisedech gessit, finem nonquam habiturum. Immolationem deniq; Isaac figurã, & protypum, quo Christi Sacrificium iam, tũ figurabatur portasse nemo est, qui ambigat. Ex prædictis itaq; liquidò perspicitur Sacrificiũ ipsum, quod Missam nuncupamus apud nos in orbe conditos homines sub typis, figurisq; prodijsse. Quod quidẽ ita esse ex hoc præter alia maxime cõfirmari posse arbitror, quod testatũ reliquit sacrosanctum Oecumenicum, & Generale Concilium Trident. quum de Missę Sacrificio, seu hostia catholicam hãc doctrinam tradens hęc uerba protulit: Hæc deniq; illa est, scilicet, hostia, quæ per uarias sacrificiorum naturæ, & legis tempore similitudines figurabatur, ut pote quæ bona omnia per illa significata uelut illorum omnium, consumatio, & perfectio amplectitur. Hęc in Concilio, quæ etsi minus perfrictam hæreticorum frontem conuincere possunt, nos tamen ob eam potissimum cãusam adduximus, ut qui catholice sentiunt in eorum salutari doctrina, ac fide confirmentur. Id quod singulis in locis ubi opus erit, nos esse facturos expectes. Cæteras huius sacrificij figuras, quæ plurimæ sunt, persequi in præsentiarum supersedebimus; ne nimia figurarum copia lectoris nostri ingenio obscuritatem ingerat. Sat est hæc pauca attulisse, ut ostenderemus ubi uniuersalis Ecclesię consensus, quo in definitione nostra positum est, Missam esse Sacrificium, exempla apud antiquiores Patres haberet. Sed ad authoritates accedamus.

Post antiquorum Patrum figuras nobis explicandus, & illustrandus se offert locus Danielis, quem etiam Christus adduxit his uerbis: Quando uidebitis abhominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta stante in loco sancto, qui legit intelligat. Cum igitur ipsemet Christus sua Daniele uerbis confirmet, quomodo & quid ipse Daniel scripserit uideamus. In cap. 12. hæc sunt ad lineam illius uerba; Impie agent impij, neq; intelligent omnes impij. Porrò docti intelligent, & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abhominatio in desolationem. Quibus quidem uerbis (orthodoxorũ sentẽtia) maxime intelligitur hoc iuge Sacrificiũ permansurũ usq; ad consummationẽ sæculi, atq; tribus tantum annis cũ dimidio

Psal. 109.

Conc. Trid. sess. 22. c. 1.

Gen. c. 14. d.

Matth. c. 26. c

Chrys. Hom. 34. in Gen.

Gen. c. 22. b.

Conc. Trid. sess. 22. c. 1.

Quę in Conciliis traduntur, ut minus hęreticos cõuincunt, sic magis catholicos confirmant.

Dan. c. 9. f. Matt. c. 24 b.

Dan. c. 12. d.

Missę sacrificiũ quanto tẽpore permansurum.

antequam intereat Antichristus, defuturum. Et quoniam nullum aliud in Ecclesia sacrificium præter illud, quod in Missa super altare offerimus, reperitur, restat ut Missa sit iuge, purum, ac per omnia inconteminatum sacrificium, quod Ecclesia ab Apostolis susceptum quotidie in templo, hoc est, in Ecclesia toto terrarum orbe religiose celebrat, non desitura celebrare, nisi post dies mille ducentum nonaginta, qui tres, ut diximus, annos cum dimidio uel circa conficiunt, ante extremum iudicium, quo Christus veniet iudicare uiuos & mortuos. Multa item alia Danielis uerba de hac re afferri possent, quæ, quoniã in eundẽ, quẽ diximus, sensum uertuntur, omittenda duximus.

Cap. 9. f. & 11. b.

Mala. c. 1. c.

Sed alium adeamus Prophetam omnium postremum scilicet, Malachiã, qui sententiam nostram maxime' confirmans hæc ita scribit: Non est mihi uoluntas in uobis dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manu uestra, quoniam ab ortu solis usq; ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda, & sacrificium purum, quoniam magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus omnipotens. Sed quænam oblatio mũda, & quale Sacrificiũ aliud in omni loco nomini Dei offertur, nisi quod sacerdos in Missa quotidie celebrat? Nec enim hæc prophetia intelligi potest, de sacrificio, quo paulus monet corpora nostra exhibere hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentẽ; nec de sacrificio laudis uel iustitiæ; quis enim potest dicere purum & mundũ est cor meum? Relinquitur ergo ut sit hoc sanctum Sacrificium quod in altari oblatum, non ex alio, quam uirtute altissimi obumbrante, ac superueniente Spiritu sancto absq; omni labe conceptum, formatumq; est; Id ipsum de huiusmodi sacrificio, Hieronymo, Chrysostomo, Iuicieñ. Lirano, ac uniuersis nimirũ sanctis Doctoribus asserentibus, & inter Iudæos Rabi Salomone omniũ præcipuo, qui libro suo ad Rabi Isaac magistrũ synahogę Arabicę de reprobatione sacrificij Iudæorũ, & electione sacramenti Christianorũ scribens idipsum ad literã prosequitur. In quam sententiã sacrosancta synodus Tridentina de hac re sermonem habẽs hæc scripta reliquit: Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest, quã Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurũ esset in gentibus in omni loco mundam offerendam dixit, & quam non obscure' innuit Apostolus Paulus Corinthijs scribens eum dicit, nõ, posse eos, qui participatione mensæ Dæmoniorũ polluti sunt, mensæ Domini participes fieri; per mensam altare utrobiq; intelligens. Et reuera præter hæc omnia non leue ducimus argumentum, quod sacerdos prolatis uerbis sacramentalibus in altum tollit hoc uenerabile Sacrificium, ut hac eleuatione Christi fideles agnoscant hoc sacramentũ esse uere' Sacrificiũ. Sea in priori testamẽto quæ offerebantur plerunq; populo ostendebantur. Mitto præterea hanc uoculã, Missa, hebræam esse, & in Duterenomio positã, quo in loco significat Sacrificiũ seu oblationẽ spontaneum. Id quod linguarũ periti norunt omnes.

Rom. c. 12. a.

Psal. 18.

Luc. cap. 1. d

Rabi Sal. ad Rabi Isaac cap. 20.

Conc. Trid. sess. 22. c. 1. Mala. c. 1. c

1. Corint. c. 10. c.

Restat ut ostendamus hanc nostram sententiam uniuersalem Ecclesiæ cõsensum omniũ tẽporũ pro se habere; atq; ut ab Apostolis principiũ peramus, liquidò constat Andream in Achaia sacrificantem, & ab Egea Præfecto Dijs sacrificare iussum hæc uerba protulisse: Omnipotenti Deo quotidie agnum immaculatum offero, qui postquam a toto populo comestus fuerit integer perseuerat. En uerbum, offero, oblationem, seu sacrificium significãs. Martialis quoq; in Apostolatu suffectus duabus a se editis Epistolis idipsum testatur in hunc modum: Sacrificium enim Deo creatori offertur in ara nõ homo, neq; Angelo, nec solũ in arã sanctificata; sed ubiq; offertur Deo oblatio munda. Et post pauca: Quod autem Iudæi, inquit, per inuidiam immolauerunt

Omniũ Catholicorũ cõsensu probatur Missam esse Sacrificium.

Martialis cũ Martha.

iunt, putantes nomen eius a terra abolere, nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis uitam præstandã, & mortem fugandam. Ecce quod Apostolica uerba aut sacrificium, aut oblationem, aut immolationem Missam semper apellant. In hæc eadem uerba nõnulli Apostolici Canones legũtur: Ac primus eorũ sic positus est: Si quis Episcopus, aut Præsbyter præter ordinationem Domini alia quædã in sacrificio super altare offerat, ideſt, aut mel, aut pro uino siceram congruo tẽpore deponatur. Alter in hunc modum iacet: Item non licet aliquid ad altare offerre, præter nouas spicas, & uuas, & oleũ ad luminaria, & thymiama, ideſt, incensum tempore, quo sancta celebratur oblatio. Tertius in hęc uerba positus inuenitur: Si quis Episcopus uel præsbyter, aut Diaconus, uel quilibet ex Sacerdotij catalogo facta oblatione non communicauerit aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit ueniam consequatur, si non dixerit communione priuetur. Ex prædictis itaq; satis superq; constat id, quod in Missa agitur, aut sacrificium aut oblationem ab apostolis semper nominari.

Post Apostolos primi numerantur Dionisius Areopagita Pauli discipulus, & Hyrenæus Lugdunensis Episcopus ipsis uel Apostolorum temporibus in Asia sub Policarpo Ioannis, discipulo sacris literis eruditus: Veterq; martyr. Ille satis perspicue sententiam nostram asserere uidetur; quum Missæ ritum præscribens ait: Ex didascalo suo Paulo sese recipisse omnium hostiarum hostiam esse Missam. Alter nempe Hyrenæus uerba, ac sententiam Christi imitatus sic habet: Et Dominus noster eum, qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens: Hoc est corpus meum, & calicem similiter, qui est ea creatura, quę est secundum nos, suum confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis recipiens in uniuerso mundo offert Deo. Demonstraturus quoq; hanc sententiã habere in scripturis testimonium, & exẽplum, locum ex Malachia supra citatum affert, Rursus Sacrificium Missæ oblationem, & Eucharistiam asserens hæc uerba protulit: Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus nostram constituat sententiam: offerimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter communicationem, & unitatem prædicantes carnis, & spiritus. Et quid clarius eos quod sequitur? Quemadmodum enim qui est a terra panis percipiens uocationem Dei iam nõ communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus cõstans terrena, & cœlesti, sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam iam non sunt corruptibilia spem resurrectionis habentes: offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius sanctificantis creaturam. His iungendus est Tertullianus uicinus apostolicorum temporum, qui de castitate scribens hæc pauca habet: Offert, & tingit Sacerdos. Rursus in calce secundi libri ad Vxorem: Vnde, inquit, sufficiam ad enarrandum fœlicitatem eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio? Vide ergo quam pulchre tres illi insignes magistri, & egregia Christianæ fidei luminaria, quod comprobandum recepimus, luce clarius affirment.

Dion. cœles. hierar. c. 3.

Hyre. lib. 4. cap. 32.

Mala. c. 1. & In lib. 4 c. 32 & 34

Tertul. de exore castit.

Iam rursus aliud par duorum (omnium sententia) celebratissimorum Ecclesiæ latinæ doctorum copulabimus, nempe diuos Hieronymum, & Augustinum: Nam Ambrosium Latinum Chrysostomo Græco conferendum seruabimus. Dicuus itaq; Hieronymus primum in epistola ad Euagriũ hæc ad literam prosequitur: Sic & Melchisedech eo quod Cananæus fuerit & nõ de genere Iudæorũ in typũ præcessisse filij Dei; de quo dicitur: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretãtur præscripti Doctores, quòd solus & Rex fuerit, & Sacerdos,

Hie inepist. ad Eua. Psal. 109.

cerdos,& ante circuncisionem sanctus sacerdotio, ut non gentes ex Iudæis, sed Iudæi ex gentibus Sacerdotiũ acceperint, neq; unctus oleo Sacerdotali, ut Mosi præcepta constituunt, sed oleo exultationis;& fidei puritate, neq; carnis,& sãguinis victimas immolauerit,& brutorũ animaliũ extra, & quidqd super escã est susceperit; sed pane & uino simplici, put oq; sacrificio Christi dedicauerit sacramentum. Et in epist. ad Titum: Si Laicis præcipitur ut propter orationes, ab uxoribus se contineant, quid de illo Episcopo sentiendũ est, qui quotidie quãcadmodũ pro populo, & ita & pro semetipso offert Deo immaculatã hostiam? Præterea in Malachiam cap. 1. hæc habet: Manus est per quam offerimus, & sacramenta cœlestia sumimus: ut sileamus plerosq; alios locos, ubi in astruendo Missæ sacrificio multus est Hieronymus. Huic sententiæ subscribit August. 10. de Ciuit. Dei libro cap. 20. ubi pauca hęc uerba habet: Rursus hoc sacrificium christianorum est. Atq; alibi idem B. Pater de hac re ita scribit: Nullatenus dubites ipsum unigenitum Deũ uerbum carnem factum se pro nobis obtulisse sacrificium,& hostiã Deo in odorem suauitatis, cui cum Patre & spiritu sancto a Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus tempore ueteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, idest, tempore noui testamenti cum Patre hic Spiritu sancto, cum quibus est illi una diuinitas sacrificium panis & uini in fide & charitate sancta Ecclesia per uniuersum orbem terræ offerre non cessat. Eodem quoq; modo in libro primo contra Cresconium Grammaticum animaduertit Augustinus, quod corpus & sanguis Christi in sacramẽto fit uere Sacrificium, atq; in libro 12. de Ciuitate Dei cap. 8. scribit, quod cum Presbiter obtulit Sacrificium corporis Christi expulsi sint maligni spiritus e domo, & agris Hesperij uiri tribunitij. Sexcenta proferri possent loca, quibus semper Missam Sacrificium, seu oblationem appellat. Sed si breuitatem, quam a principio promisimus, sequi uolumus, satis perspicuum est fieri non posse, ut ulterius progrediamur: alioqui breuis hic tractatus in magnum aliquod uolumen creseeret. Iam ad Ambrosium,& Chrysostomum pergamus. Scimus ex Ambrosio citari locum in epistola ad Marcellinam sororem suam, cui referens quid de basilicis tradendis actum esset, & in quo statu res ipsa consisteret sic ait: Post lectiones, atq; tractatum de missis cathecuminis symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam basilicę: Illic nunciatum est mihi cõperto, quod ad portionem basilicam de palatio Decanos misissent,& uela suspenderent populi partem eò pergere. Ego tamen mansi in munere, Missam facere cœpi: Dum offero raptum cognoui a populo Castulum quendam, quem Presbyterum dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderunt eranseuntes. Amantissime flere, & orare cœpi in ipsa oblatione, ut subueniret. Idem in libro officiorum cap. 48. confirmat his uerbis: Prius offerebatur Agnus, & Vitulus: nunc autem offertur Christus: Idem in libris de Sacramentis sæpissime sacrosanctum Sacrificium, aut oblationem uocat; Et ad hæc deuotissima oratio Ambrosij, quam Missæ præparatoriam inscripsit, non parum præstare notissimum est. Scimus quoq; ex Chrysostomo in epistolam ad Hebræos citari hunc locum ad lineam: Hoc aũt Sacrificiũ exẽplar est illius, idipsum quod semper offerimus. Scimus deniq; subsequentem locũ, qui offertur in hęc uerba. Potisex aũt noster ille est, qui hostiam mundantẽ nos obtulit, ipsam offerimus & nunc. Et paulò post, Hoc aũt, inquit, quod nos facimus, in cõmemorationẽ quidem fit eius, quod factũ est: Hoc enim facite, inquit, in meã cõmemorationẽ. Quare perspicuũ est Ambrosiũ & Chrysostomũ Missam appellare oblationẽ, & Sacrificium.

Hieronym⁹ in Mala. 9d

Aug. lib. 10. de ciu. dei c. 20.

De ciuit. dei lib. 10. c. 20.

Cap. 25.

In Enchi. c. 10. in lib. ad Petrũ Diac. cap. 18. De ciui. Dei lib. 10. cap. 10. & 20. Ad inquisitiones Ianua. c. 2. 4 5. & 7. In lib. 2. contra epist. Parmeniani cap. 5. Item lib. 9. conf. c. 11. Ambr. lib. 5. epist. 33.

Chrys. Homil 7.

Quid Cyprianum illum latinum illustrem Ecclesiæ Doctorem,& marty

rem

rem referam? qui, ut ad hoc Sacrificium ueluti omnium infirmitatum noſtrarum remedium omnes incitaret, ita ſcribit: Hoc eſt Sacrificium illud ſingulare omnes excedēs uictimas: hoc poculum, quod ipſe Chriſtus pincerna, porrexit, cuncte uirtutis eſt, ut omnipotentis aſperſione animam muniat, & ſanet, quidquid carni, uel ſpiritui ueteris uitæ adlinierat corruptela. Item epiſt. 3. ad Cæcilium lib. 2. & ad Cornelium Papam epiſt. 2. lib. 1. Rurſus epiſt. ad Maximum contra Hæreticos, & fere' triginta in locis quoties Miſſę meminit, Sacrificium appellat, & probat. Ex poſterioribus, qui omnes in eandem de hac re ſententiam deſcendunt, unum tantum, cuius teſtimonio libenter utimur, adducemus lucupletiſſimū Laurentiū Iuſtinianum, primum Venetiarum Patriarcham, primumq; Congregationis noſtræ inſtitutorem. Is ad Sacerdotes de corpore Chriſti lungam habens orationem inter cætera hæc ſcripta reliquit: Iſta duo bene ſcilicet agere, & ſperare, quamuis omnibus, præcipue' tamen Sacerdotibus congruunt, qui ſacris altaribus iugiter aſſiſtentes Sacrificium uituli ſaginati altiſſimo immolant mendullatum: Et poſt pauca: Quanta autem circa eundem, inquit, mexime tempore, quo Sacrificium memoratum conſpectui præſentatur altiſſimi, ſit Angelorum, Archangelorumq; frequentia, mortalium nemo ualet edicere. Et rurſus loco citato ita ſcribit: Sane' nullo alio Sacrificio honorificentius laudatur Deus; quā per altaris immaculatam hoſtiam, quam præcipue ob diuinæ laudis exhibitionem complendam Eccleſię ſuæ Chriſtus offerendam inſtituit. Patet igitur ex his, quæ nuper retulimus, uerbis, atq; ex multis alijs, quæ in hanc ſententiam afferri poſſent, hunc Vitum cum doctrina, tum uitæ ſanctimonia celebrem ubiq; Sacri Altaris miniſterium, aut Sacrificiū, aut oblationem uocare. Vt ergo ſemel de hac re finem dicendi faciam pauciſſimos, quin magis nullos inuenies, qui ex iſtorum albo non ſint; alioquin ne Ignatius quidem Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, & ſub Traiano Imperatore martyrio coronatus ad Smirnæ Epiſcopum ſcribens dubitauit Sacrificium appellare, neq; Origenes, Euſebius Emiſſenus, Baſilius, & Gregorius Nazianzenus, quorum authoritates ex integro hic reuocare locus tempusq; dehortantur, quippe' quod omnes cum ſuperioribus conueniant, diuerſa ſcripſerunt ſententia. Conſtat etiam Patres 308. Nicæa Bithiniæ ciuitate congregatos hoc uenerabile Sacramentum Sacrificij nomine celebraſſe. Quod ſi quæ a mille annis fuere concilia, teſtimoniaq; ſanctorum Martyrum adducere uellem, exercitum ſane' luculentum, & ab omni parte inſtructum, paratumq; conficerem. Hos omnes uiros cum doctrina tum integritate uitæ inſignes qui teſtimonium fuerunt de conſenſu totius Eccleſię omnium temporū ſubſequutum eſt Concilium Generale Tridentinum, quod quoties de Miſſa ſermonem habet, ubiq; ſemper Sacrificium nominat, ut cum albi ſæpe, tū uerò maxime' in ſeſſione 22. facile' eſt uidere ubi hæc uerba leguntur. Et quoniā in diuino hoc Sacrificio, quod in Miſſa peragitur idem ille Chriſtus continetur, & incruente immolatur, qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruente' obtulit, docet ſancta ſynodus Sacrificium iſtud uere propitiatoriū eſſe, per ipſumq; fieri, ut ſi cum uero corde & recta fide, cum metu, & reuerentia contriti, ac pœnitentes ad deum accedamus miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Sed quoniam non ſatis eſt ueritatem agnoſcere, niſi detegantur, & refellantur errores, eadem ſacroſancta ſynodus a ſpiritu ſancto edocta, ut damnaret, quę huic puriſſimę fidei, ſacręq; doctrinæ aduerſantur, canonem confecit in hunc modum: Si quis dixerit in Miſſa non offerri Deo uerum, & proprium Sacrificium, aut quod offerri non ſit aliud, quam nobis Chriſtum ad manducandum dari,

Cypr. de cœna Dom.

Laurēt. Iuſt. in tractatu de corpore Chriſti.

Ignati. ad Smir. Epiſc.

Canon primus eiuſdē ſeſſ.

Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap 2.

anathema sit. Cum itaq; in ore duorum, trium ue omne constet testimoniũ, nobiscumq; faciant non modò testimonia, & exempla ueteris, ac noui testamenti, summi Pontifices, Doctores, Martyres, sed uno ore omnis Ecclesia catholica; certò tenendum est, Missam esse uerum, ac iuge Sacrificium: quod ut planior, ac certior nostra de hac re superius tradita definitio redderetur, primum discutiendum pro nostris uiribus suscepimus. Ex ijs ergo omnibus facile unusquisq; iudicabit fuisse ab æterno in mente diuina hoc Sacrificium ad generis humani reparationem ordinatum, fuisse mox cõdito orbe in patribus figuratum, in lege deinde per Sacerdotales panes adumbratũ. In cruce a Christo exhibitum, & per Apostolos, primosq; orthodoxos patres orbi commendatum, nec desiturum, donec Christus redierit iudicare uiuos, & mortuos. Facilè quoq; deprehendet discrimen Sacrificiorum ueteris legis, & huiusce Sacrificij nouæ leg. In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis. Christi, quã pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguis, quem erat in remissionem peccatorũ nostrorum effusurus; In isto autem Sacrificio non solum (ut impij fuentur hæretici) gratiarum actio, atq; commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quẽ pro nobis idem Deus abunde effudit, sed re quidem uera ipsum Christi corpus, & sanguis simul offertur, atq; ut dictum iam nobis est, uerũ & iuge Sacrificium est memoriale quidẽ illius Sacrificij semel in cruce cruẽte peracti. In illis Sacrificijs quid nobis esset donandum figurate significabatur; in hoc autem Sacrificio quid nobis condonatum sit, euidenter ostenditur. In illis Sacrificijs pronunciabatur filius Dei pro impijs occidendus, in hoc autem pro impijs annunciatur occisus. Quę omnia latius D. Augustinus in Psalmo 37. & contra Faustum Manich. lib. 19. eleganter admodum prosequitur. Et hæc, quod ad præsens attinet, dicta sufficiant.

Altaris Sacrificũ ab æterno in mente Dei extitisse

Noui test. Sacrificiũ quo pacto a ueteris legis Sacrificijs distinguatur.

Hæretica assertio, aduersus quam totum hoc primum caput dirigitur.

MISSA QVALE SACRIFICIVM sit. Cap. 2.

POstquã ex firmissimis (ni fallimur) fundamẽtis ostendimus Missam esse iuge Sacrificiũ, reliquũ est, ut quale Sacrificiũ sit paucis dicamus. Id quod planè apertissimũ erit, quã primũ cognouerimus, qd in Missa tractet. Duo itaq; sunt, quæ in Missa aguntur: Res oblata, & ipsa oblatio. Rursus res oblata duplex est; nempe corpus Christi uerum, & corpus Christi mysticũ. Cum. n. Ecclesia Christi sit corpus dicente Paulo sicut enim in uno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem alterius membra, habentes dona secundum gratiam, quę data est nobis; idcirco Ecclesia per Sacerdotem, qui in tanto ministerio fungendo non suam, sed in primis Christi, deinde totius Ecclesiæ personam gerit, ueluti per publicum ministrum in Missa offerens, non tantum hoc agit, ut corpus Christi uerum, illiusq; passionem, quæ præterijt, Deo repræsentet; sed & seipsam, quæ Christi capitis mysticum corpus est, per Christum offerat. Id quod ostendit Augustinus multis in locis; præcipue uerò libro 10. de ciuitate Dei his uerbis. Hoc Sacrificiũ Christi nostrorum est: multi unũ corpus sumus in Christo, quod Sacramento Altaris fidelibus uoto frequentat Ecclesia, ubi ei demonstratur, quod in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur. Hæc ille. Quemadmodum igitur Christus nos omnes in cruce portabat, atq; totius Ecclesiæ causam gerebat, eandem in seipso Deo Patri offerens, sic Ecclesia tantam oblationem, tantumq; beneficium pia deuotione recolens, non sese diuidit; sed omnium membrorum suorum curam gerens pro uiuis & mortuis, quos una, eademq; fides

Duo in Missa tractatur.

Rom. c. 12. b

Duplex res oblata.

Sacerdos cuius personã gerat in Sacrificio offerendo.

Sacerdos qd agat.

De ciuit. dei lib. 10. c. 6.

In Missæ Sacrificio Ecclesia Sacerdotis ministerio & uerum Christi corpus, & se ipsam Deo patri offert.

colli-

Altaris Sacrificiū quo modo propitiatoriū, & Eucharisticū é.

colligauit, deprecatur, seq; totam per Christum Deo uiuo uicissim offert, ac confecrat. Quatenus ergo Ecclesia uerum corpus, & uerum sanguinem Christi Deo Patri offert Sacrificium uere representatiuum eius est, quod in cruce semel est peractum, cuius uirtus perpetuò durat, eiusdem semper potentiæ, & efficatiæ. Et hac ratione hoc Sacrificium propitiatorium apellatur, quòd uirtute omniporentis uerbi Dei consecratum pro remissione peccatorum iram Dei placat, & Deo nos reconciliat. Quatenus uerò se ipsam, quæ est uti diximus, corpus Christi mysticum per Christum offert, seq; ac sua omnia per Christum Deo dedicat, Eucharisticum, & gratiarum actionis Sacrificium est. Dum enim nihil habemus, quod illi dignum offerre ualeamus, calicem salutaris accipimus, hoc est, passionem eius, representantes Deo patri opus nostræ redemptionis, ut illius Sacrificij semel in cruce pro nobis oblati, & nostra commemoratione peracti participes effecti maneamus, & in ipso uiuamus per ipsum. Ex quibus omnibus facile est colligere, qualenam Missa Sacrificium sit, nimirum propitiatorium, & Eucharisticum, id est, gratiarum actionis.

Cypr. ad Cęcil.

Oblatio duo respicit.

Supereſt, ut de ipsa oblatione, quę est altera res in Missa tractata, aliqua dicamus. Superius enim dicebamus duo in Missa reperiri, rem oblatam, & ipsam oblationem. De rebus oblatis hactenus. Dicamus nunc de ipsa oblatione. Oblationem itaq; ad duo respicere orthodoxi tradunt, nempe ad cerimoniam exteriorem, & ad id, quod intus agitur per fidem. Cerimonia enim, seu actus exterior sine fide, & pio cordis affectu nihil proficere, qui dubitet, neminem esse arbitror. Nam omnium communis sententia est, omnē noui Testamenti cultum spiritualem esse, qui non aliter, quam spiritu, & ueritate hoc est uero cordis affectu perficitur, quemadmodum Christus Saluator noster ostendit his uerbis: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu: & ueritate. Quod si nonnunquam orthodoxi aliquid tribuunt operi operato in hoc Sacrificio, nihilominus per opus operatum non intelligunt cerimoniam exteriorem sine fide, quod faciunt aduersarij, sed potius ueritatem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, quæ non in merito Sacerdotis, sed in uerbo conficitur creatoris. Id quod ostendit D. Innocentius in cap. 5. libri 3. de Sacro Altaris mysterio, ubi hæc scripta inueniuntur: Quamuis opus operans aliquando sit immundum, semper tamen opus operatum est mundum, non quidem ut pariter dignis, & indignis, sed tantum ut digne sumentibus prosit ad salutem. Nam ut omnia sunt munda mundis, sic omnia sunt immunda immundis. Vtranq; igitur oblationem spiritualem scilicet cum externo opere coniunctam Sancti Patres Sacrificiū in Missa esse attestantur, atq; id Sacrificiū est laudis, gratiarū actionis, & obediētiæ, quam Deo pro tot, tātisq; beneficijs ueluti honorē, & seruitutē ei ꝓprie' debitos reddimus.

Ioan. c. 4. e

Positio hęretica.

D. Inn. lib. 3. de Sac. Alt. cap. 5.

Tit. cap. 1. d

QVOMODO SACRIFICIVM, QVOD IN MISSA offertur sit unum, idemq; cum Sacrificio, quod in cruce fuit oblatum, & quomodo ab ipso differat. Cap. 3.

VERVM forsam is, qui ex aduerso Ecclesiam sanctam Dei insectator nobis obijciet, ac dicet; Vt largiamur tibi hæc omnia uera esse, quo modo tandem fiet, ut uerum corpus Christi (secundum quam rationem dixisti, hoc Sacrificium propitiatorium appellari) in altare iterum offeratur; quum Apostolus dicat, quod Christus una oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos, quodue Xps semel oblatus est? Cui respondemus nihil obscuri occurrere, si oblationū spēs teneamus, & singula singulis referamus. Immolatio nanq; seu oblatio per quam Christus in mortali corpore factus obediēs

Hebræ. cap. 10. c

Qualis Christi immolatio

usq; ad mortem in cruce, ac omnium conspectu se ipsum obtulit, hęc inquã, immolatio, & oblatio transijt, nec reiterabilis est; quandoquidem Christus semel resurgens ex mortuis iam non amplius moriatur. Sed quoniam Sacrificium, quod in cruce Christus obtulit in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetua uirtute consistit, ut nõ minus hodie in conspectu Patris oblatio illa sit efficax, quam eo die, qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit (quippe cum reseruatæ in corpore plagæ salutis humanæ exigãt præcium) idcirco Ecclesia sub speciebus panis & uini in illius oblationis memoriali Sacrificio eum quotidie offert, ut fructu passionis, ac mortis eius repleatur, Quapropter certò tenendum est, unum idemq; esse Sacrificium, quod in cruce fuit oblatum, & quod in Ecclesia quotidie offertur; hac solum adhibita differentia, quod illic sub propria specie uisibiliter, & corporaliter oblatus fuit, hic uerò, idest in altari sub sacramenti speciebus in illius oblationis commemorationem offeratur: &, ut breuiter dicam; Vnica est oblatio ex parte hostiæ oblatæ, quia semper eadem est, quę offertur; Differt tamen (ut Scolasticorum uerbis utar) quo ad modum essendi; quia tunc modum essendi mortalem habuit; nunc uerò habet immortalem. Et hęc est diuersa illa offerendi ratio, quę in sessione 22. Concilij Tridentini significatur his uerbis: Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentiæ concedens crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. Vna enim eademq; est hostia idem nunc, offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa. Id uerò factum est (ut latius infra differemus) ex ipsius Christi doctrina, & institutione dicentis: Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. Qua in re Cyprianus eleganter dixit: Passio Domini est Sacrificium, quod offerimus, idest quod offerendo repræsentamus, memores illius unici, & summi Sacrificij, & sanctæ immolationis in cruce factæ. Non ergo immolatur Christus in Altari sub propria specie uisibiliter, & corporaliter, sed Sacramentaliter, & mistice. Non toties in Altari occiditur Christus; sed offertur, & repræsentatur, quod olim factum est, ne tanti beneficij in nos collati, ut diximus, obliuiscamur. Non occiditur (inquit Augustinus) Christus, ut manducetur, sed mortuos uiuificat, quando manducatur, reficit, & non deficit: uiuit manducatus, quia surrexit occisus. Porrò hanc Sacrificij nostri rationem D. Chrysostomus in Epistolam ad Hæbreos pulcherrime describit his uerbis: In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens: quid ergo nos? Non ne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius, & una est hæc hostia, non multæ. Quomodo una est, & non multæ? nempe quia semel oblata est illa: illata est in sancta sanctorum. Hoc autem Sacrificium exemplar illius est: idipsum enim semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, cras autem alium, sed semper eundem ipsum. Proinde unum est hoc Sacrificium, alioqui hac ratione, quia in multis locis offertur multi Christi essent? Nequaquam sed unus ubiq; est Christus, qui & hic plenus est, & illic plenus unum corpus. Sicut enim qui ubiq; offertur unum corpus est, & non multa corpora, ita etiam & unum Sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit: illam offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata fuit, quæ consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus nunc in commemorationẽ fit eius, quod factum est tunc. Hoc enim (inquit) facite in meam cõmemorationem. Hęc Chrysostomus. Ex quibus quidem uerbis præterquam quod habemus oblationem nostram esse uerum Sacrificium, & exemplar

Rom. c. 6. b
Cypri. de Baptis. Christi.

Catholicè dicitur memoriale Sacrificij, hęreticè memoriale solum sacrificij.

Idẽ est Sacrificiũ, & quod in cruce fuit oblatum. Et quod quotidie in Missa offertur: Sed modus essendi plane diuersus.

Theologis distinctio familiaris.

Conc. Trid Sess. 22.

Luc. c. 22. b
Cypr. ad Cęcil.

Chryf. Homil. 17.

Luc. c. 22. b

illius

illius in cruce factæ, pulcherrime etiam traditur, quo pacto tot sacrificia Sacrificium unum, & hostia una dicatur. Non ergo putandum est, quod ipsum corpus in utero Virginis formatum deinceps formetur, neq; quod in cruce semel lácea perfossum est, iterum crucifigatur; sed illud ipsum corpus, quod per Spiritum sanctum in utero Virginis formatum, & igne passionis in ara crucis corporaliter, uisibiliter & sub propria specie immolatum est, hic sub speciebus panis & uini mystice in illius cruenti Sacrificij recordatione uerbo cœlesti increuente offerri certò credendum est. Et hæc est præcipua ratio, cur Canon toties seipsum declarat, atq; non semel pronunciat se hanc oblationem offerre in memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, ut plane calumniati, & Ecclesiam mendaciter traducere conuincantur, qui temere asserunt catholicos iterum offerre Christum pro peccato, iterumq; crucifigere filium Dei, ueluti non suffecerit oblatio in cruce semel porrecta. Non enim Ecclesia Christum ad eum modum, quo semel in cruce oblatus est, offert, nec oblationi suæ seruitutis remissionem peccatorum adscribit: quis enim est, qui uel primis rudimentis Christianis imbutus ignoret non esse aliam satisfactionẽ pro peccatis, quam quę facta est in cruce, eademq; non tantum pro nostris, sed & pro totius mundi peccatis sufficientissimam esse, nullaq; supplerione indigere, neq; requiri ullum aliud meritum, per quod ex impijs efficiamur iusti, & recõciliemur Deo patri? Sed quid agimus nos? Certè non applicamus nostram oblationem, seu sacrificium, quasi per seipsum sit opus meritorium remissionis culpæ, & pœnæ simul, sed fructum oblationis Christi, quam hoc memoriali sacrificio repetimus, per fidem nobis applicari petimus, quippe, cum ille fructus perpetuò duret eiusdem semper (ut sæpe diximus) potentiæ, & efficatiæ. In Baptismo enim omnis peccati reatus tollitur, chirographum damnationis nostræ deletur, & ea gratia nobis confertur, ne amodo nobis concupiscentia, si uolumus, noceat. In confirmatione aduersus concupiscentiam armamur: sed tamen ipsius concupiscentiæ fomes non aufertur: qui equidem fomes si rursus, ut solet, efferis motibus ebulliat, atque nos uel non cogitantes, uel non resistentes in peccatum præcipites deducat, post priora illa duo Sacramenta, quæ non iterantur, altera supereſt post naufragium tabula, nimirum pœnitentia efficax contra mortale peccatum medicina, qua Deus lapsis peccatoribus ad se per fiduciam, quæ est in Christo Iesu ex toto corde conuersis peccata iterum condonare paratus est. Sed nunquid etiam post condonata peccata infirmitas carnis tota tollitur? Non utique, sed manet adhuc ille fomes: manet in carne concupiscentia, quæ nos rursus ad malum incitare conatur. Interim nec mundus nos deserit: Diabolus quoque quò magis nos de uita in melius commutanda solicitos uider, tantò acrius contra nos bella parat, ac instaurat, atq; non aliter: quam Leo rugiẽs circuit quærens, quem deuoret. Quapropter, ut aduersus perpetuos istos ac sæuissimos hostes partim internos, partim externos: cũ quibus nobis tota uita cõfligendũ est: fortiter consistamus: noua semper ope, nouo auxilio subinde est opus, q̃ est huius sacrosancti Sacrificij uirtus, & efficacia. Vbi, quia nullus ex nobis est, qui aliqñ nõ peccet, q aliqñ nõ labat, iteratur (inquit Aug.) quotidie hæc oblatio, qa quotidie peccam⁹ peccatis, sine qbus mortalis infirmitas cõsistere nõ p̃t: Dedit. n. nobis hoc sacrificiũ salutis: ut qa nos quotidie peccamus, & ille iã mori nõ p̃t: per hoc sacrificiũ uirtute illius sacrificij in cruce oblati, cuius memoriam gerit: cuiusq; fructus: ut dictum est: perpetuo maneat: omnium delictorum nostrorum remissionem consequamur.

Proinde sancti Patres non sunt ueriti corpus, & sanguinem Xp̃i in altari

Positio hæretica.

Quomodo Sacrificium, qđ ex institutione Christi Sacerdos offert, propiciatoriũ sit.

In Baptismo quid cõfertur.

In Cõfirmatione quid assequimur.

Pœnitentię fructus qualis.

Augustin. in Ench. c. 66.

Augustin. in Ench. c. 64.

1. Petri cap. 5. c

Augustad Ianua.

Ioan. cap. 1. & 2. Hebr. c. 7. d

præsentia

Augusti. ad Gloriū Epiſc. & Hom. 33. Cypr. ad Cæcil. Epiſc. 3. Ambroſi. de Myſt. ad Neceph.

præſentia precium pro peccatis totius mundi, precium noſtrum, preciū noſtræ redemptionis, & uictimam ſalutarem appellare, quia ſcilicet conſecratione uerbi cœleſtis hoc corpus manducamus, in quo tanta perpeſſus eſt, & bibimus ſanguinem, quo. ſ. redempti, & uiuificari ſumus. Hoc enim accipimus in ſpecie panis, quod pependit in cruce, & hoc in calice potamus, quod effuſum eſt de latere Chriſti: Quæ digne' ſumentibus in remiſſionem peccatorum, in uitam æternam, & in cuſtodiam animæ, & corporis ſūt; ut ex ijs, quæ dicta ſunt, quæque dicentur, facile conſpici poteſt. Et licet ſecundum hanc rationem corpus Domini in altare omnino proprie' dicatur Sacrificium, ſed magis Sacramentum, ſeu res Sacramenti, ſiquidem præter alia, quæ ſuperius attulimus, Sacramentum, & Sacrificium eo differre, ut dictum eſt, uideantur, ut ſacramentum ſit rei ſacræ ſignum, per quod Deus nobis exhibet aliquid nos ſanctificans: Sacrificium uerò quod nos Deo reddimus, attamen ijdem Patres non dubitarunt hoc Chriſti ſeruatoris noſtri corpus in altari ſacrificiū nominare ratione ſacrificij, quod ſemel in cruce oblatū eſt, in quo Chriſtus ipſe eſt ſacerdos, & oblatio in ſempiternum. Id quod plane oſtendit B. Aug. his uerbis. Et hoc eſt, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus. Sacrificium Eccleſiæ duobus conſici, duobus conſtare uiſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne, & ſanguine. Sacramento id eſt uiſibili, & re ſacramenti, hoc eſt corpore Chriſti. Dicuntur autem ſpecies panis, & uini ſacramentum, & non res ſacramenti, ꝙ ſint ſacræ rei ſignum, ſiquidem præter ſpeciem, quam ſenſibus ingerunt, aliud faciunt in cognitionem uenire. Et de ijs hactenus. Iam ſuſceptæ inſtitutionis ordinem, ut hactenus fecimus proſequamur.

Aug. de ciui Dei lib. 10.

Aug. in lib. ſent. Proſp. Et de cõſec. diſt. 2. c. Hoc eſt.

Sanctorum Patrū catholica obſeruatio.

QVOD HOC SACRIFICIVM, AC VNA CVM ipſo Sacerdotium fuerit a Chriſto inſtitutum. Cap. 4

QVVM ex ſuperioribus ſatis, ſuperq; conſtet, Miſſam eſſe ſacrificium propitiatorium, & Euchariſticum, ſupereſt, ut uideamus a quo, ubi, & quando fuerit inſtitutum. Chriſtus itaque æterna illa ueritas, quæ omnino mentiri non poteſt, ut fidem hominum roboraret, nullum præter ſe huius tum ſacramenti, tum ſacrificij inſtitutorem fieri uoluit, non Apoſtolum, nō Prophetam, non Patriarcham, non Angelorum quempiam, ſed ipſe plane illud inſtituit, qui ſemetipſum tradidit. In hoc aũt ipſo inſtituēdo ſimplicius, & apertius dicere non potuit, quam quod atteſtantibus Matth. Marc. Luca Euangeliſtis dixiſſe legitur. Hoc facite in meam commemorationē. Quorum uerborum ſenſus ex ſacrorum doctorum ſententia hic eſſe cenſetur. Adhoc ſacramentum iſtud uobis relinquo, ut non tantum corpus, & ſanguinem meum manducetis, & bibatis, ſed ne tanti beneficij (quod ueſtri cauſa moriens uobis impetraui) nempe remiſſionis peccatorum, & uitæ æternæ ſemper memores ſitis, & ſemper ad gratiarum actionem conuertamini prædicantes, & annunciantes mortem Domini, idq; donec ueniat, quemadmodum D. Paulus cęteris Euangeliſtis apertius retulit dicens; Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Hoc, inquam, ipſum, quod ego nunc facio inſtituo, ac faciendum, & ſumendum iubeo, facite & uos; nimirum ex pane corpus meum, non neſtra uirtute, ſed meo uerbo facite, hoc eſt, conſecrate, & offerte. Rurſus ne putares hanc poteſtatem conſecrandi, & offerendi corpus Dominicum Apoſtolis tantum fuiſſe conceſſam adiecit, in meam commemorationem. Quæ ſanè ſeruatoris noſtri uerba licet non uideantur ita ſignificare, ſic tamen ueniunt a catholicis Viris interpretanda, ac ſi dixiſſet,

Matth. cap. 26. c Marc. c. 14 b Luc. c. 22. b 1. Corint. c. 11. e

Christus ſolus inſtituit hoc ſacrificium offerēdū, ut fideliū mentes roboraret.

1. Corinth. c. 11. e

Verborum Chriſti catholica expoſitio.

corpus

corpus meum offerte, consecrate, & manducate per successionem temporum usq; in finem seculi in memoriam passionis meæ. Hoc ipsum igitur qđ Christus fecit, quod deinde Apostoli eius mandato fecerunt, nunc quoque per sacerdotes in offerendo, consecrando, & manducando corpore dominico fit, & deinceps fiet (ut de hac re supra latius diximus) donec ipse redierit ad iudicandum uiuos, & mortuos. Quod plane sacrosancta synodus Tridentina in 22. sess. latius, & apertius docet his uerbis. Is igitur Deus, & dominus noster, & si semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ uisibile, sicut hominum natura exegit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, eiusq; memoria in finem usq; seculi permaneret, atque illius salutaris uirtus in remissionem eorum, quæ a nobis committuntur peccatorum, applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & uini Deo patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus ut offerrent, præcepit per hæc uerba. Hoc facite in meam commemorationem, uti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Quibus uerbis aperte docemur quis instituerit, quibus uerbis, & quando, ac simul, & semel sacrificium, & sacerdotium Christum instituisse intelligimus. Hoc item luce clarius ostendit eadem sancta Synodus Tridentina sess. 23. ubi ita scriptum reliquit. Cum igitur in nouo testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium uisibile ex domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea nouum esse uisibile, & externum sacerdotium, in quod uetus translatum est. Hoc autem ab eodem domino saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorundemq; successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus, & sanguinem eius, necnon & peccata dimittendi, & retinendi sacræ literæ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit. Cæterum, quoniam aduersus hanc sacrosancti Euangelij, Apostolorum, Sanctorumq; patrum doctrinam, superioribus his annis multi exorti fuerant errores, quo sacrosancta Synodus Tridentina cupiens dānare, subiectum hunc canonem constituit. Si quis dixerit, illis uerbis; Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, alijq; sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum, anathema sit.

Conc. Trid. sess. 22. c. 3. Hæbr. c. 9. & 10.

Luc. 22. b

Conc. Trid. sess. 23. c. 1.

Luc. c. 22. b

Cano. 2. sess. 22.

Quod uerbū offerre pro sacrificare, conficere, & cōsecrare accipitur.

Nec certe uitio nobis uertendū est, ut pote qui uerbum facere, quo Christus in hoc sacrificio instituendo usus est, quando dixit. Hoc facite in meam commemorationem, pro offerre, consecrare, conficere, & afferre acceperimus. Nam ea consuetudo loquendi scripturæ familiaris est, ut hębraice Asa, ποιεῖν Græce, & facere Latine pro offerre, uel sacrificare accipiatur. Quod ex his, quæ in Leuitico, & multis in alijs locis legunē, facile quisq; intelligere poterit. Sic enim in c. 23. Leuitici scriptum inuenitur. Et facietis hircum pro peccato: Et in Ezech. c. 45. hæc ad lineam legimus. Faciet Princeps in die illa pro se, & uniuerso populo terræ uitulum pro peccato. Et post pauca positum est. Faciet septem uitulos, & septem arietes. Et sequenti capite hæc ita habentur: Agnum eiusdem anni immolatum faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud. Hæc autem ita accipi non possunt, atque si Principi, aut Sacerdoti quasi coitu naturali faciendus, uel pro-

Leuit. 23. c
Ezech. cap. 45. g

Ezech. cap. 46. a

creandus

creandus sit hircus aliquis, aut vitulus, sed potius iuxta ritum legis faciendi, hoc est, offerendi, & sacrificandi sint. Taceo, quòd Plautus facere, pro offerre ponit. Et Virgilij hæc uerba sunt.

Cum faciam vitulum pro frugibus, ipse venito.

Theocritus uerò ita scribit.

Cum facies Agnum nymphas veneratus agrestes.

Atque ita facere, pro offerre, uel sacrificare, usurpari Hæbreis, Græcis, & Latinis manifestum est. Quare dominus noster Iesus Christus cum institueret hoc uenerabile Sacrificium in sui commemorationem faciẽdum, eodem uerbo uti uoluit, quod offerre, sacrificare, & consecrare sui ipsius significatione referret. Hoc igitur tantum Sacrificium quis, quando, & quibus uerbis instituerit ex ijs, quæ attulimus, putamus nos iam perspicuè ostendisse. Nunc de huius sacrificij ministro reliquum est, ut in morem nostræ institutionis agamus. Sed primum te rogatum uelim, lector pijssime, ut sacri altaris quanta sit dignitas diligentius, & exquisitius inspicias. Hic enim sacrificium illud singulare noui testamenti offertur omnes excedens victimas. Hic est præsens illa victima, quæ semel in cruce oblata Deo Patri tot nostrorum scelerum generibus offenso nos reconciliauit. Hic eadem illa victima rursus mystice in recordationem, & gratiarum actionem immolatur. Huius loci magnitudinem olim Iacob præuidit in spiritu, quum Mesopotamiam pergens, lapideq; capiti supposito obdormiens in uia uidit erectam scalam tangentem cœlos, atq; Angelos ascendentes per eam, ac descendentes, Dominumq; scalæ superpositum; cuius rei magnitudine comprehensus in hæc uerba uocem prorupit. Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauensq;, quam terribilis, inquit, est locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Equidem est terribilis altaris locus, in quo Dei Filius factus homo, sub speciebus panis, & uini offertur, & immolatur. Huius quoq; loci antiquam dignitatem Psaltes egregius contemplans ita cecinit: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini: cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sed unde exultauerat, inquit, Altaria tua Domine virtutum Rex meus, & Deus meus. Sed hæc pauca quasi pro appendice posuisse contenti fimus. Prosequamur & reliqua.

Sacri Altaris quanta sit dignitas.

QVID SACERDOTIS NOMINE SIgnificetur, & quotuplex sit Sacerdotium. Cap. 5.

VT igitur a uocabuli ratione auspicemur huius Sacratissimi Sacrificij Ministri uulgo Sacerdotes uel a dando, uel a conficiendo sacra dicuntur. Consecrant enim Sanctissimum Christi corpus. Solent etiam Presbyteri græcè, latinè seniores appellari non ætatis, uel senectutis ratione, sed magis ob morum grauitatem, & sapientiæ doctrinam, quæ in ipsis quam maximè elucere debet, ut Sapiens his uerbis testatur: Senectus uenerabilis, nec annorum numero computata: Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Quo plane sensu D. Paulus uenit explicandus, cum ad Timotheum Episcopum, ac Presbyterum hæc ita scribit: Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Hactenus de ministri nomine. Dicamus nunc cuius personam, ac potestatem gerat.

Sacerdotis nomen quid significet.

Sacerdos quidem pro Christo legatione fungitur, & a Christo ministerium reconciliationis accipit, qui licet malus sit, si tamen consecrare intendit,

dit,& uerbis Christi utitur,corpus sanguinem domini conficiet.Nihil enim a bono maius, nihil a malo minus conficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris; quamuis interim malus minister ad iudicium, & condemnationem suam tanto ministerio fungatur. Cum enim Christus inuisibilis ille Sacerdos per uisibilem sacerdotem panem, & uinum in manus accipit, ac benedicit dicens: Hoc est corpus meum,scito hunc sermonem nec Angelicum, nec humanum esse, sed planè diuinum, quem etsi pronunciet consecratus sacerdos homo mortalis, tamen in pronunciando non suis, sed Christi Dei, & hominis uerbis utitur. Quemadmodum uerò superioris Testamenti Patribus Deus præstitit, ut supra naturæ uires multa operarentur, sic nouæ legis Sacerdotibus contulit,ut præter eorum uires hoc mirabile sacramentum conficerent, consecutumque in odorem suauitatis Deo ut sacrificium mitterent. Supra naturam quippe fuit, ut ad sonum percutientis uirgæ Moyses maris profunda detegeret, & undæ in murorum altitudine solidatæ se protenderent, actandiu permanerent immobiles, quandiu populus Israeliticus sicco transiret uestigio. Naturæ quoque uires tunc supergressus est, quum multitudine Hæbreorum siti periclitante eadem uirga bis silicem percussit, & repente petra, quas prius non habebat, emanauit tot aquas, ut sufficerent omnibus, quin potius abundarent. Dies prorsus nobis deficeret, si quæ fecerunt Iosue, Helias, Heliseus, alijque complures Prophetæ in medium afferre auderemus. Quamobrem nec mirum uideri debet,si Deus,qui per manus suorum ministrorum tãta peregit,etiam nouæ legis sacerdotibus potestatem contulerit hoc iuge sacrificium offerendi,& hoc tam admirabile sacramentum tractandi,ac conficiendi. Verum qualis sit iste minister (quod in hac re animaduersione dignũ est) superest,ut paucioribus, quoad per nos fieri poterit, pertractemus. Principio itaque dicebamus huius sacrificij ministrum uniuersali Ecclesiæ consensu sacerdotem esse: Vbi per sacerdotem eum semper intelleximus,qui ad hoc munus obeundũ consecratione,ac manuum impositione ab Episcopo est ordinatus, ne cum Hæreticis unquam conueniremus, qui,ut sublata ministrorum potestate sundi rus euellerent sacramenta,& alia omnia,quæ in Ecclesia ministrorum opere peraguntur, asserere haudquã ueriti sunt nullum esse sacerdotij discrimẽ, omnes ex æquo presbyteros esse, oẽs eandem habere potestatem ex Laicis Sacerdotes facientes, & sacerdotalia munera utriusq; sexus laicis iniungentes. Quo factum fuit,ut in Germania (quemadmodum a uiris probatissimis Romæ accepimus)etiam mulierculæ(proh dolor)in commessationibus conatæ sint consecrare,prolatis ad hoc etiam Christi uerbis. Vt autem tam perniciosum dogma ex sacræ scripturæ locis perperã intellectis plebi pſuaderent in primis hucdetorquent, ꝙ Petrus Apostolus oẽs Christifideles alloquens scribit in hunc modum: Vos estis genus electum, regale sacerdotium,gens sancta,& populus acquisitionis.Addunt & alia in Apocalypsi uerba sic posita: Qui dilexit nos,& lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos reges,& sacerdotes Deo,& Patri nostro: Et rursus: Fecisti nos Deo nostro reges, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Ex quibus facile putant posse persuadere omnes ratione Baptismi solum fieri Sacerdotes diuina ministrantes,& Reges regiam gubernantes potestatem. Verum,q̃ toto cœlo errent isti neminem (nisi planè cœcus extiterit) reperiri arbitror, qui luce clarius non intueatur. Quis.n.est in sacris literis mediocriter uersatus,qui non uideat scripturas de duplici sacerdotio, atq; etiã regno loqui? Siquidem aliud est sacerdotiũ spirituale,& internum,spiritalis,ac interni

Si ijs, qui sacrificia in figura solum offerebant Deus tantã uirtutẽ præstitit,ut præter naturę uires multa operarentur,quantam,censeo,dum est eis traditisse, q̃ Christi uerbis ex eius institutione utentes quidem uera, & non in figura tãtũ Christũ ipsũ Deo offerunt?

Quid sacerdotis nomine uenit intelligẽdum.

Positio hęretica asserens omnes Christianos ex æquo Sacerdotes esse. Res prorsus dolenda.

Hæreticorũ certe ea consuetudo est, ut literã magis, quã sensum attendẽtes quadrata rotũdis euertant.

Duplex Sacerdotium, & Regia potestas in sacra scriptura.

Matth. cap. 26. b

Exod.c.24. e Num.c.20. b

1.Pet.c.2.b

Apoc. c. 1. b Apoc.c. 5. c

Sacrificij. ſ. contriti cordis, & humiliati ſpiritus obla ionẽ Deo offerens. Quod ſacrificium tum Prophetæ ſignificare voluit, quum ita cecinit: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Aliud eſt ſacerdotium externum, & uiſibile, quod ſigno quodam uiſibili, non ſine ſpiritali gratia in Eccleſia Dei cõfertur, & per externam, publicamq; ſacerdotalis officij pro ſeipſo, & populo exhibitionem exercetur. Vnum uerò ab altero diſtinguitur, quod ſacerdotium inuiſibile, ac internum omnibus Chriſtianis præcipuè pijs eſt commune, qui ex æquo omnes dicuntur ſacerdotes, quia Chriſti ſummi ſacerdotis per Baptiſmum mẽbra ſunt effecti: ſed aduiſibile, ac externum ſacrificium præter Baptiſmi lauacrum adhuc ordinatio, & conſecratio exigitur. Pro huiuſmodi ſacerdotio externo Deus hoc præceptum Moyſi tradidit: Aaron, & filios eius unges, & ſanctificabis eos, ut ſacerdotio fungantur mihi: Dinus quoq; Paulus arguit eos, qui ultro ſacerdotium externum inuadunt, quum ait: Nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui uocatur ut Aaron, per ordinis ſcilicet ſuſceptionem, & conſecrationem. Quamobrem Dathan, Chore, & Abiron ſibi propria authoritate ſacerdotij munus uſurpãtes uiui abſorti ſunt. Ozias quoq; increpatus ab Azaria, & reliquis domini ſacerdotibus, cum ei munus ab iniuncta ſibi ſacerdotali functione deſiſteret, lepra in fronte perfuſus eſt. Quemadmodum uerò duplex eſt ſacerdotium, ita in duplici ſpecie Regia poteſtas, ſeu adminiſtratio partitur: altera iterna, & inuiſibilis, ea. ſ. quę per concupiſcentiarum, & uitiorum rebellium repreſſionem fit, & hæc ex ſimplici baptiſmatis ablutione oritur: cuius ſermonem ad Romanos Paulus habens hæc ita ſcripſit: Non ergo regnet (ſcilicet per internam regiam poteſtatem) peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentijs eius: Altera eſt externa, & uiſibilis per uiſibilem, externã, ac publicã ſceptri Regij terræ, & maris gubernationem, quæ non ſimplici baptiſmatis ablutione, ſed electione, & unctione conſtat: ut Sauli, Dauid, & reliquis contigit Iſraeliticæ gentis Regibus, quorum etiam inſtitutio ad noſtros Romani imperij Regis ſimilis electio, & iniunctio traducta eſt. Quales igitur Reges, qualesve Sacerdotes Ioannes in Apocalipſi, & Petrus Apoſtolus in eis, quas ſuperius attulimus authoritatibus, nos conſtituunt? Tales equidem, quales baptiſmi lauacrum cunctos baptizatos reges, ac ſacerdotes efficit: Reges, ut diximus, interni, ac ſpiritualis regiminis, quo potens effecti ſumus baptiſmatis gratia ad regendam concupiſcentiam, & fomitem, ne prorumpamus in actiones praua, aut ſaltem per conſenſum nos non rapiant in peccata. Quo ſane modo etiam per baptiſmi lauacrum ſacerdotes dicimur potentes per deuotam rationem, ac mentem offerre pro nobis ipſis internam, inuiſibilemq; oblationem, atq; cordis contriti, & humiliati ſpiritus acceptum Deo ſacrificium. Quod ita eſſe luce clarius oſtendunt ea diui Petri uerba, quæ loco ſuperius citato ſic habentur: Et ipſi tanquam lapides uiui ſuperædificamini domus ſpirituales in ſacerdotium ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles per Ieſum Chriſtum. Cum igitur ex his uerbis appareat, ex lauacro Baptiſmi conſtitutis ſacerdotibus a Diuo Petro concedi, ut ſpirituales hoſtias, hoc eſt, cor contritum, & humiliatum Deo offerant, afferre iſti non poſſunt, nec ex conſequenti deducere, ut eis pariter facultas condonetur, ac tribuatur legales Chriſti hoſtias uidelicet, corpus, & ſanguinem conficiendi, atq; ſacrificãdi: quippe cum munus hoc ſit proprium ſacerdoti externo, atque uiſibili, qui præter baptiſmi lauacrum electione Canonica, & conſecratione, impoſitione ve manuum pro tanto munere obeundo ab Epiſcopo eſt ordinatus. Et hæc fuit cauſa, ob quam Generale Concilium Tri-

dentinum

Pſal. 50.d

Exod.c. 30.c

Num. c. 16.c

4. Reg. cap. 15.a

2. Paral. cap. 26.c

Rom.c. 6.c

1. Reg. cap. 10.a

Apoc.c.1.b

1. Pet. c. 2.b

1. Pet.c.2.a

Sacerdotiũ internũ quo modo ab externo diſtinguatur.

Obſerua Hæretice iram Dei uindicẽ in eos, qui temere diuina pertractãt.

dentium quoties de hac postrema sacerdotij significatione sermonem habuit, semper addiderit dictiones illas, uisibile, & externum, ut de sacerdotio Canonica electione erecto se loqui quisq; intelligeret: quod quidem ipsius Concilij uerba ostendunt, cum in 23. sess. hæc ad lineam referuntur. Cum igitur in nouo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium uisibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea nouum esse uisibile, & externum sacerdotium. Et rursus in Canone primo eiusdem sessionis eadem ferè uerba repetita ad hunc modum leguntur. Si quis dixerit, non esse in nouo Testamento sacerdotium uisibile, & externũ, anathema sit. Complura alia loca afferri possent, quibus quod proposuimus latius, atq; diffusius ostenderemus, sed quæ de hac re hactenus attulimus, sufficere arbitror. Conc. Trid. sess. 23. c. 1.

SACERDOTVM CONSECRATIO, ET manuum per Episcopum impositio ex diuersis sacræ scripturæ locis ostenditur. Cap. 6.

Hæretici Sacerdotũ ordinationem reijciunt.

QVONIAM uerò in hunc de consecratione, & impositione manuum locum incidimus, absurdum planè esset, si in hac re, ubi catholicæ doctrinæ aduersarij pertinaciter audent Presbyterorum ordinationem reijcere, nihil prorsus diceremus. Quo igitur huius sanctissimi sacrificij ministri habeant, quibus ex locis sancta Mater Ecclesia antiquissimum hunc morem acceperit, aliqua, atq; ex ijs præcipua (quantum quidem instituti nostri breuitas permittit) in medium afferemus. Principium itaq; nostrum sit a Moyse, cui quum iam dominus in uertice montis legem tabulis lapideis inscriptam tradidisset, ac quomodo tabernaculum testimonij erigendum docuisset, quumq; de uestimentis, quibus sese induerent Aaron, & filij eius, longum sermonem habuisset, demum eidem Moysi semel, & iterum præcepit, ut eorum manus ungeret, & consecraret, quo sacerdotij munere sibi fungerentur. Verba autem in Exodo posita huiusmodi sunt Portó filijs Aaron tunicas parabis, & baltheos, ac Tiaras in gloriam, & decorem uestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo, & unges eos, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisq; illos, ut sacerdotio fungantur mihi. Quid bone Deus his uerbis clarius, apertiusq; afferri unquam potest? Id etiam magis, magisq; confirmatur ex his, quæ in sequenti capite scripta sunt ad hunc modum: Vestes autem sanctas, quibus utetur Aaron, habebunt filij eius post eum, & ungantur in eis, & consecrentur manus eius: Et paulò post alia adijciuntur uerba cum superioribus fere eadem, quæ huius generis sunt: Aaron, & filios eius unges, sanctificabisq; eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Quid ergo isti sugillant in Ecclesia consuetam manuum unctionem, ac consecrationem? Quid præterea de manuum impositione dicere restat, quum notissimum sit omnibus, Diuum Paulum, & Timotheum suos sacerdotes ex impositione manuum ordinasse? Quod quidem ex hoc præter alia maxime intelligi posse arbitror, quòd ad Timotheum Paulus scribens ita ostendit. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyteri. Ex quibus quidem uerbis patet Timotheum per impositionem manuum Pauli, id quod etiam Episcopi facere solent, ordinatum, ac initiatũ extitisse. Si ergo Timotheus dona consecutus est ex impositione manuum sacerdotalium, quo modo ergo rustici stiuam aratri tenentes in manu absq; ulla sacrarum manuum impositione, & unctione pro sacerdotibus habendi sunt? Quare, & Spiritus sanctus dixit: Ordinate mihi Barnabam, ac Saulum ad hoc opus, ad quod

Exod. c. 28. g

Exod. c. 29. e

Exod. c. 30. e

Manuum impositio unde.

1. Tim. c. 4. d

Act. c. 13. a

eos uocaui. Pro hac absq; dubio causa, qui primorum Pontificum, utpote Petri, Anacleti, Euaristi, cæterorumq; uitas, & gesta scripserunt, semper adijciunt, quot quisq; Pontificum ordinauerit Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos, ut de hac re quilibet Platinam historicum, ac alios de uita Pontificum consulere possit. Quoniam autem reliqua omnia nostra uniuersali Concilij Tridentini consensu, ac testimonio confirmauimus, munus quoq; nostrũ fuerit, quæ in præsenti capite adduximus, eiusdem sacri Concilij authoritate munire. De hac igitur re in sess. 23. hanc salutarem doctrinam tradit his uerbis: Cum scripturæ testimonio Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit per sacram ordinationem, quæ uerbis, & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, ordinem esse uerè, & propriè unum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis: inquit enim Apostolus: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Vt uero in tot errorum tenebris, Christi fideles fidei regulam haberent, qua Catholicam ueritatem facilius agnoscerent, & agnitam tenere possent certo, ac proprio Canone in hunc, qui sequitur, modum impios aduersarios damnare cõstituit: Si quis dixerit, Ordinem, siue sacram ordinationem non esse uerè, & propriè Sacramentũ a Christo Domino institutum, uel esse figmentum quoddam humanum excogitatum a uiris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros uerbi Dei, & Sacramentorum, anathema sit. Quæ uerò contra hanc nostram orthodoxam sententiam afferentur, nullus est, qui si sacram scripturam attigerit, facile non intelligat falsa esse, ac nihil plane concludere. Et hæc, quòd ad ministrum sanctissimi huius sacrificij attinet, pro præsenti dixisse sufficiat. Quare consequenter ut ad reliqua pgamus.

Conc. Trid. sess. 23. c. 3.

2. Tim. c. 1. b

Canon 3.

QVOD SPIRITIBVS MORTVORVM HOC SACRIFICIVM oblatum ad relaxationem prodest. Cap. 7.

DIcebamus in definitione nostra a principio tradita hoc sacrificium in cruce oblatum & uiuis, & defunctis quos una fides coniunxit, ad relaxationem prodesse. De uiuis, & si nullus dubitet; de mortuis tamen obijciunt hæretici hanc institutionem, ueluti ignotam ueteri Ecclesiæ calumniantes, quibus si uniuersalem Ecclesiæ consensum (quod est omniũ maximum testimonium) opponamus, perspicuum erit, & hanc ordinatio sit Apostolica. Si quis igitur ex ueteribus authores aliquos desideret post Dionysium, testis est Tertullianus, qui ad uxorem scribens aperte asserit Ecclesiam pro defunctis annua die oblationem facere. Hoc item testantur Cypria. lib. 1. epist. 9. & Greg. Nazianzenus ad Cæsarium fratrem de morte sua scribens. Basilius quoq; lib. quæst. ad Antiochum principem quæst. 34. ostendit defunctorum animas sentire beneficia, quum super illos fiunt cõuentus. Nam si non aliquo (inquit) beneficio participarent nõ fieret in cura, & exequijs eorum commemoratio. Itidem Chrysostomus hunc ritũ orandi quotidie in Sacrificio laudis, quod iuge uocant, pro defunctis in Ecclesia Græca semper fuisse, eundemq; Apostolicæ traditionis esse asseruit. Quibus Ioannes Damascenus in sermone de his, qui in fide hinc migrauerunt, subscribẽs ait: Apostoli discipuli Saluatoris in tremendis, uitalibusq; sacramentis memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt, habendum esse dixerunt. Sed inter cæteros celebres sanctæ Ecclesiæ Doctores diligentius rem hanc prosequutus est B. Augustinus qui Dulcicij quæstionibus satisfaciens, atque in libro pe cura pro mortuis, rem hãc solius peregrinationis ex catholica, & orthodoxa

Assertio Hæretica negãs mortuorum animas sentire huius Sacrificij diuinã uirtute.

Dion. lib. 7. cæl. Hier.

To. 4. Hom. 82.

doctrina

doctrina tradit, triplex esse dum in hoc corpore viuitur, viuendi genus; Vnũ adeo bonũ, ut supplicationes nostras post mortẽ non exigant, in quo Apostoli, & sancti Dei martyres, cũ hinc decederent, inuenti sunt: Alterum tam malum, ut ei non prosint ista post mortẽ, qualis eorũ est, qui, etsi Christi baptismate in Ecclesia baptizati, nec ab ea ullo schismate, uel hæresi præcisi sint, in lethalibus tamen criminibus, quæ nulla pœnitentia diluunt usq; ad ultimum huius uitæ diem pertinacissimè perseuerant, de quibus Apostolus dixit: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt: Tertium uerò ueluti mediũ, nec tam bonũ est, ut post mortẽ non exigant Ecclesiæ supplicationes, nec tam malũ, ut ei non prosint: qualis viuendi modus est eorum, qui pœnitentes in fide, & confessione obdormiunt, nec dum tñ peccati reliquijs penitus expurgatis. Hi ergo in tertia classe positi ex huius sanctissimi Doctoris sententia illi sunt, qui dũ præsentem ducerẽt uitã, meritũ sibi comparauerunt, ut quæ pro eis religiosè in missa, cæterique diuinis officijs peraguntur, non inaniter Ecclesia impendat. Rursus idẽ Beatus Pater libro Confessionũ 9. pietatẽ istã diligenter prosequens, nec contentus, & ipse parentes ptjs precibus dño commendasset, orat, ut idẽ faciant, qui sua legerint. Illius aũt uerba sunt huiusmodi: Inspira Dñe Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filijs tuis, dñis meis, quibus & uoce, & corde, & literis seruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulę tuæ, cum Patricio quondam eius coniuge, per quorũ carnẽ introduxisti me in hanc uitã: Meminerint cum affectu pio parentũ meorũ in hac luce transitoria, & patrũ meorum sub te Patre, in Matre Catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalẽ, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu usque ad reditum, ut quod illa a me popposcit extremũ, uberius illi præstetur in multorum orombus. Hactenus ille. Ex quibus quidem uerbis facilè colligitur duo esse, quæ hic Beatus Pater expostulat, quo supplicationes istæ mortuorũ animabus prodesse possint: Primũ ut fiat recta fide, ac pietate, hoc est, ut precantis affectus accedat, sine quo externa supplicatio ullas suppetias afferre pòt; secundũ, ut tales fuerint defuncti, qui, cũ viuerent, ut hæc sibi postea prodessent, meruerunt. Nam nec afferendum, nec credendum est sacrificium nostrum pro his, qui non baptizati de corpore exierunt, offerendum esse; sed tantum pro eis, qui membra Christi fuere, & absq; mortalibus peccatis ex hac uita di cesserunt. Quo fit ut in Canone non pro quibuslibet, sed tantum pro his, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis, Sacerdos orat. Ambrosius quoque in Epistola ad Faustinum de Germanæ obitu dolentẽ ego, inquit, eã non tam deplorandam, quam orationibus prosequendam reor, non mœstificandum lachrimis tuis, sed magis oblationibus animam eius Dño commendandam arbitror. Postremò Concilium Cabilon. omnium sanctorũ Patrum uestigia subsequutum de hac re a Christifidelibus hoc obseruandum sanciunt his uerbis: Visum præterea nobis est, ut in oibus Missarum solẽnibus pro spiritibus defunctorũ loco competenti in Ecclesia ad dominum deprecetur. Sicut nulla dies excipitur, qua pro uiuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus dominum deprecet, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro aiabus fidelium precès Dño in Missarum solennibus fundantur. Quæ oĩa in Concilio Tridentino dubio procul diligentissime expensa sunt, in quo præter alia, sic sancitum legimus: Curent autem Epi, ut fidelium uiuorum suffragia, Missarum. i. sacrificia, orones, eleemosinæ, aliaq; pietatis opera, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ statuta pie' & deuotè fiant, & quę pro illis ex testatorum fundationibus, uel alia ratione debentur, non perfunctorie', sed

Gal. cap. 5. d

Extrema fuę matris postulatio.

Si Ecclesiæ supplicationes mortuis prodesse debẽt, duo exiguntur.

Pulchra obseruatio, quæ in Missali ex decreto Concilij Tridentini nup impressio minime p termissa est.

sed a sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris, & alijs qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accurratè persoluantur. Ex his ergo omnibus satis nos ostendisse putamus, q̃ ecclesia quèadmodũ pro uiuis, ita & pro spiritibus defunctorum sacrificiũ mediatoris òffert, illosque pia oratione propitiationeue tanti sacrificij semel oblati commendat, firmissime credens, q̃ hoc sacrificiũ in cruce oblatum tum uiuis, tũ in fide defunctis prosint: Quod Innocentius III. rectè ac grauiter sic explicauit; Orat pia mater ecclesia non solũ pro uiuis, sed etiam pro defunctis, & eos sacræ oblationis nimirum in cruce factæ intercessioni commendat certissime credens, q̃ sanguis ille preciosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solũ ad salutẽ uiuentium, uerum etiam ad absolutionem ualeat mortuorum. Quod si quis tandem huic purissimæ, sacræq; Patrum omnium doctrinæ aduersaretur a sancta Ecclesia, per subiectum hunc Canonem damnatur: Si quis dixerit missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarũ actionis, aut nudam oblationem sacrificij in cruce peracti, nò aũt propitiatoriũ uel solũ prodesse sumẽti, neq; pro uiuis, & de unctis, anathema sit. Et hęc pro præsenti sufficere arbitror.

Inno. de Sacro Alt. myster. li. 3. c. 5.

Can. 3. sess. 22. Cõc. Tri.

Reliquum tãtum est, ut quam breuissime declaremus missas in honorem sanctorum celebrandas esse: quod mox ut fuerit absolutum, tempus erit, ut ad ea, quæ huius sacrificij naturam, quatenus hoc sacrificium sacramentum est, perficiunt, descendamus.

IN ANNVAS SANCTORVM SOLENnitates missas celebrandas. Cap. 8.

PRæter multa, quæ hactenus adduximus, adhuc malè habet aduersarios, q̃ in honorem, & annuam solemnitatem sanctorum missas celebremus: quum tamen Cyprianus uetus ille, ac uere pius ecclesiæ doctor testatur in ecclesia solitas celebrari oblationes, & sacrificia ob commemorationes martyrum, qui ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu transierunt. Huius sanctissimi Doctoris uerba hæc sunt: Denique & dies eorum, quibus excedunt annotatæ, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus, & deuotissimus frater noster inter cætera solicitudinẽ; & curam suam cum fratribus in omni obsequio operationis impartit, qui nec illic circa curam corporum deest scripserit, ac scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hic a nobis oblationes, & sacrificia ob commemorationes eorum, quæ citò nobiscum Domino prosperante celebrabimus. Hoc item confirmat libro 4. epist. 20. his uerbis: Sacrificia pro eis semper, ut meminisse, offerimus, quoties martyrum passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Id quod etiam ostendit August. contra Faustum lib. 20. ubi ait: Populus Christianus memorias Martyrum religiosa celebritate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atq; orationibus adiuuetur. Hoc item confirmat lib. 3. contra Epistolam Pelagiani his uerbis: Non constituimus eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sane eorum memorias tanquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem suorum corporum pro ueritate certarunt, ut innotesceret uera religio falsis religionibus conuictis. Quis autem fidelium audiuit unquam stantem Sacerdotem ad altare, etiã super sanctum corpus Martyris ad Dei honorem, columq; constructum dicere in precibus, Offero tibi Sacrificium

Lib 3. epist. vj.

Hæretici ex suo more ea euertere cõnantur: ficut & modo faciunt, quũ adeo piã Ecclesiæ cõsuetudinẽ celebrandi missas in honorẽ sanctorũ de medio tollere audeãt.

Petre,

Petre, uel Paule, uel Cypriane? quum aquid eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & homines, & Martyres fecit, & sanctis suis Angelis cœlesti honore sociauit, ut ea celebritate, & Deo uero de illorum uictorijs gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, atq; palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ recordatione adhorremur. Hęc ille. Cuius præclarissimi Doctoris sententiam sacrosancta Synodus Tridentina ad lineam fere imitata, hæc uerba protulit: Et quamuis in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdū Missas Ecclesia celebrare consueuerit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronauit: Vnde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, uel Paule, sed Deo de illorum uictorijs gratias agens eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris. Ex prædictis itaq; plane constat, quòd non adoramus sanctos, non facimus eos mediatores, non seruimus illis cultu, qui latria nuncupatur, quoniam hæc soli Deo, & Christo debentur, sed ad altare Christi, cuius ipsi sancti membra sunt, eos, ut domesticos Dei amicos, ac pios & fidelos apud Deum pro nobis interpellatores agnoscimus, ipsorumq; meritis per fidem participes fieri petimus. Hæc sunt, quæ pro huius sanctissimi sacrificij ueritate tradenda mihi breuiter dicenda erant. Habes igitur (ut credimus) summatim, quid de hoc tanto sacratissimę Missę sacrificio te intelligere oporteat. Principio enim ostendimus, quid missę appellatione, ac definitione contineatur: atque fuisse ab æterno in mente Diuina hoc Sacrificium ad generis humani reparationem ordinatum, & mox condito orbe fuisse in Patribus, Moyse, Melchisedech, Isaac, & alijs figuratum; in lege per sacerdotales panes adumbratum, per ora Prophetarum Danielis, & Malachiæ uaticinatum, In cruce a Christo Seruatore nostro consummatum, & tandem per Apostolos, primosque Orthodoxos Patres Dionysiū, Hyreneum, Tertullianum, Chrysostomum, Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Origenem, Eusebium, Basilium, & plerosque alios uiros cum doctrina, tum uitæ sanctimonia commendatum. Posthæc ostendimus, quanta inter ueteris, ac noui Testamenti sacrificia posita sit differentia. Rursus habes hoc sacrificium propitiatorium esse, quatenus uerum corpus, & sanguis Christi per ipsum Deo Patri offertur, at uerò quatenus Ecclesia, quæ est corpus mysticum per Christum Deo offertur, sacrificium laudis, & Eucharisticum dici. Atque unum, & idem esse sacrificium, quod in missa offertur cum sacrificio, quod in cruce fuit oblatum, hac sola adhibita differentia, quod illic Christus sub proprio specie, uisibiliter, corporaliter, & cruente fuit oblatus; hic uerò, ideest, in altari sub sacramenti speciebus in illius oblationis commemorationem inuisibiliter, incorporaliter, & incruente offertur. Habes præterea quis instituerit, quibus uerbis, & quando; necnon simul, & semel sacrificium, & sacerdotiū Christum instituisse. Vbi facere pro offerre, consecrare, hebræis, græcis, & latinis usurpari ostendimus. Nec minus ostendimus ministrum huius sacrificij legatione Christi in hac parte fungi, qui electione canonica, & consecratione, impositioneue manuum ab Episcopo est ordinatus. Postremo habes hoc sacrificium mortuorum animabus prodesse, atq; in honorem, cultumq; sanctorum Deo Patri exhibendum esse. Venio iam ad alteram huius libri præcipuam partem, in qua Deo fauente, speramus singula breuiter declarare, quæ ad hoc præclarum sacrificium, ut sacramentum est, attinere uidentur: Superius enim dictum nobis fuit, id quod in missa agitur, sacrificium, & sacramentum esse, ac licet, nostrū institutū sit de eo agere, ut sacrificiū est, quo tū omni ex parte notitiam ab-

Conc. Trid. sess. 22. c. 3.

In Missis pro sanctorum honore celebratis quid agatur.

Epilogus breuiter cōplectēs, quæ hactenus dicta fuere.

hæreses uitari debeant, placuit eidem sanctæ Synodo hunc Canonem adijcere: Si quis negauerit in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri uere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem una cum anima, & diuinitate domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, uel figura, aut uirtute, anathema sit. Nullus itaq; dubitandi locus nobis relinquitur, quin peracta consecratione, in admirabili hoc sacramento sub panis, & uini speciebus corpus, & sanguis Domini nostri Iesu Christi una cum ipsius anima, & diuinitate existat. Ac ita certe congruens fuit, ut hoc sacramentum, quod & sacrificium simul futurum erat, contineret ipsum Christum passum non in figura tantum, sed quod majus est in re ipsa, atq; substantia, ut probaretur dignius, & perfectius sacrificijs ueteris legis, quæ illud uerum passionis Christi sacrificium continebant in figura solum, atque ut maiorem erga nos pro nostra salute charitatem, & amicitiam ostenderet. Est enim maxime proprium ex Aristotelis sententia conuiuere amicis, nec eos præsentia corporali destituere. Demum sic decuit ut suam nobis in hoc sacramento carnem præberet inuisibili modo, quatenus augeret præmium fidei nostræ, quæ sicuti est de diuinitate Christi, ita est de eius humanitate, quemadmodum testatur Ioannes his uerbis: Creditis in Deum, & in me credite.

Can. 1. sess. 13. Cõc. Trident.

Hila. de Trinit. lib. 8. Ambrosi. de sacra. lib. 8. Cyrillus super illud: Hoc est.

Tho. 3. part. q. 75. art. 1.

Ioan. c. 14.

Ne uerò quis rotunda quadratis, quadrataq; rotundis euoluat, hic te lectorem studiosissimum admonitũ uelim; q̃ si interdum scriptura sacra corpus Domini post consecrationem panẽ uocat, more suo facit, quę res quaslibet uocare solet nominibus earum rerum, ex quibus fiunt, ut sacræ scripturæ illud ad hominem dictũ ostendit: Quid superbis terra, & cinis? Sic ergo corpus domini panis adhuc uocatur, quia ex pane conficitur, & panis retinens qualitates inuentiũ oculis panis apparet. Vel fortasse panis dicitur, q̃ reuera panis animẽ sit, & Angelorũ uitã æternam mundo ministrans. Vbi facile uidere potes, quomodo a sacris Theologis passim conceditur, & a Christi fidelibus, ut uera, suscipitur hæc enuntiatio: Ex pane fit, uerũ Christi corpus, hoc est, substantiam panis fuisse conuersam in uerum Christi corpus.

Decens plane fuit, ut in hoc sacramento christus contineretur.

Quã ob causam corpus christi, post consecrationẽ panis nõ nunquã uocatur.

Ecclc. 10 b

Tho. 3 part. q. 75. art. 8.

QVIBVS EX CAVSIS SVB ILLIS SPECIEBVS Christus seipsum nobis exhibuerit. Cap. 10.

IAm si forsan in dubium uoces, cur Christus carnem, & sanguinem suum ijs speciebus tecta, & operta nobis exhibuerit, respondet locupletissimus ille noster Diuus Laurentius Iustinianus in tractatu de corpore Christi, ad quem deuota mente hæc uerba transmittit: Illud quippe corpus, quod recubuit in præsepio, Mariæ requieuit in gremio, uerissime in hoc tuo Sacramento percipimus, in propria quidem natura, sed sub alia specie, non autẽ absq; maximo sapientiæ tuæ mysterio. Quis hominum non expauesceret humanam carnem, eiusq; cruorẽ manducare, & bibere, & potissime Dei, & domini sui innocentis? Huiusmodi escam mortalium perhorrescit natura. Et paulò post inquit: Opportune igitur satis sub panis, & uini specie accipimus Sacramentum hoc, & rem ipsam, id est, corpus Christi, ut merita aggregentur fidei, quæ argumentum est non apparentium. Videt qui sumit aliquid, & aliud credit, quo nil excellentius, nil potest esse maius. Intuetur, inquam, uisibiles species panis, & uini, & sub ipsis inuisibilem credit Deum, qui corpus suum nedum in solatium, & præsidium peregrinationis nostræ exhibuit, uerum etiam, in cibum, precium, præmiumque. Cibum utique in Sacramento, precium in cruce & in cœlo præmium.

Laurẽtius iustin. in tractatu de corpore christi.

Hæc ille. Ex quibus perſpicuum eſt, Chriſtum ſub illis ſpeciebus carnem, & ſanguinem ſuum exhibuiſſe, primum, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus, ſcilicet, carnem, & ſanguinem; deinde ut fidem noſtram exerceret, quæ de iis eſt, quæ non inſpiciuntur. Adde, quod & hoc factum eſt, ne ridiculum fiat paganis, ſi ſub propria ſpecie Dominum noſtrum manducaremus, & cruorem occiſi hominis biberemus. Ambro. lib. 6. de ſacram. Tho. 3. p. q. 75. art. 5.

QVO MODO SVB SPECIE PANIS SANGVIS contineatur, & e diuerſo. Cap. 11.

ILlud præterea minimè prætermittendum eſt, ſub panis ſpecie ex ui (ut dicitur) Sacramenti Chriſti corpus contineri, ſanguinem uerò per concomitantiam, ſicut ex altera parte ſub uini ſpecie ſanguis Chriſti continetur ex ui Sacramenti, per concomitantiam uerò, & corpus. Et hæc eſt ea ratio, cur nec plus ſub utraq;, nec minus ſub altera tantum ſpecie, uel ſpeciei particula ſumitur Chriſtus: Nam eadem eſt ratio, ut teſtatur Hilarius, in corpore Chriſti, quæ in manna præceſſit, de qua dicebatur, quòd qui plus colligeret, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. Quamobrem ſacroſancta Synodus Tridentina ſacram illam de uenerabili, & diuino hoc ſacramento doctrinam tradēs, quam ſemper Catholica Eccleſia ab ipſo Ieſu Chriſto Dño noſtro, ac eius Apoſtolis erudita retinuit, hęc eadē, quæ diximus, explicauit, ac definiuit his uerbis: Et ſemper hæc fides in Eccleſia fuit ſtatim poſt conſecrationem, uerum Domini noſtri corpus, uerūq; eius ſanguinem ſub panis, & uini ſpecie una cum ipſius anima, & diuinitate exiſtere, ſed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub uini ſpecie ex ui uerborum; ipſum aūt corpus ſub ſpecie uini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamq; ſub utraq; ui naturalis illius connexionis, & concomitantię. Et poſt pauca hæc adijciuntur: Quapropter uerißimè eſt tenendum ſub alterutra ſpecie, atque ſub utraque contineri. Totus enim, & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis eius ſpeciei parte, Totus item ſub uini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit. Quæ omnia ut dilucidiora fiant, illud intelligere oportet, quòd cum Chriſtus Dominus ex tribus illis ſubſtantijs, diuinitate, anima, & corpore ipſa, & uerè coniunctis, ſimulq; unitis conſtet, neceſſe eſt, ut ubicunq; eſt unum iſtorum, & reliqua duo ſint; ſed aliter, & aliter. Nam q̄ ad corpus attinet, Chriſtus continetur in hoc Sacramento ex ui ſacramenti, hoc eſt, ex efficacia, & uirtute uerborum, quibus ſubſtantia panis cōuertitur directè in corpus Chriſti; ſed quòd ad diuinitatem, & animam pertinet, Chriſtus continetur in eo ipſo ſacramento ex naturali, & reali concomitantia, quia corpori Chriſti ſimul coniuncta nunc ſunt ipſius diuinitas, & anima. Similiter & de ſanguine dicendum eſt, quod quòd ad ſanguinem eius attinet Chriſtus eſt in hoc ſacramento ex ui eiuſdem ſacramenti, ideſt, ex uirtute uerborum, quibus ſubſtantia uini conuertitur directè in ſanguinem Chriſti, cum quo quidem ſanguine quum realiter ſimul ſint coniuncta ipſius diuinitas, & anima, hinc neceſſario ſequi uidetur, ut ſub eiſdem ſpeciebus ſacramentalibus, ſub quibus ſanguis Chriſti ex ui uerborum, ſeu ſacramenti continetur, diuinitas, & anima ex naturali, & reali concomitantia contineantur, non autem ex uerborum ui, & efficacia: quippe cum uerba, quibus conficitur ſacramentum non tendunt, nec terminant directè in diuinitatem, aut animam, ſed ſanguinem Chriſti. In hunc quippe modum Chriſtus Seruator noſter continetur ſub utraque ſpecie, ſed alio, & alio modo: Nam ſub panis ſpecie, ut ſæpe, ac ſæpius diximus, continetur ipſum Chriſti corpus ex ui ſacramenti, quia uerba, quibus panis ſacramenta-

Hila. de con ſec. diſt. 2 cubi para.

Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 3.

Tho. 3. p. q. 76. art. 3.

Tho. 3. p. q. 76. arti. 1.

licer

liter consecratur directe tendunt in corpus Christi; sanguis autem continetur eo, quòd uere, & realiter est unitus corpori: Eodem quoque modo sub specie uini sanguis continetur ex ui sacramenti, quia uerba, quibus consecratur uinum, tendunt directe in Christi sanguinem. Cæterum, quia sanguis non est separatus a corpore, propterea necesse est, ut sub eisdem speciebus, sub quibus sanguis continetur & corpus ex reali, naturalique (ut dicunt) concomitantia continetur. Quare si tribus illè diebus, quibus ad inferos Christus extitit, consecratum fuisset hoc sacramentum, tunc anima Christi non fuisset sub illis speciebus ex reali concomitantia, quia tunc uerè anima fuit separata a corpore, quemadmodum nec tempore passionis sanguis fuisset sub specie panis, nec corpus sub specie uini ex reali concomitantia, quia tunc sanguis Christi fuit a corpore separatus. Et hæc in re tam difficili nec obscure, nec prolixe dixisse sufficiat.

Pulchre collectum.

Tho. 3. p. q. 76. arti. 2. in respon. ad 2.

QVOD AD REM HVIVS SACRAMENTI SIGNIficandam nihil congruentius potuit assumi, quam panis, & uinum. Cap. 12.

Quot modis Sacris scripturis panis accipiatur.

HIc certè se offert locus breuiter declarandi nullum elementum congruentius esse ad significandam rem in hoc sacramento contentam, quam sunt panis, & uinum. Quod ut facilius assequi possimus, rem paulò altius aggrediemur. Qui in scripturis uel mediocriter uersati sunt nouerunt appellatione panis, non tantum hunc, qui frumento conficitur uenire, sed per panem interdum significari Christum, ut idem de seipso ait: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Ipse enim unigenitus filius uerus panis est, qui quum sit ex substantia patris naturaliter cuncta uiuificans, universum terrarum orbem potest nutrire, & toti mundo uitam præbere. Interdum uerbum Dei, quo fidelis anima reficitur, ac sustentatur, panis dicitur. Nam ut in Euangelio Christus testatur: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei: Hic enim est panis ille supersubstantialis, què petimus nobis quotidie dari. Nonnunquam panis omnia ad uitæ præsentis subsidium necessaria designat, & præsertim panem illú materialem, quo potissimum uictitamus. Quum igitur Christus se ipsum nobis in sacramento exhibere, & porrigere, esuq; corporis sui in fide uerbi diuini reficere, sustinere, & conseruare nos uoluerit, elementum delegit, quod ad hæc omnia significanda non tantum menti, sed & oculis nostris inculcanda congruissimum est. Quemadmodum enim panis hic terrestris imbecillitatem carnis nostræ reficit, sustinet, & conseruat, & uinum hominem lætificat, sic caro, & sanguis Christi, quum non solum sacramentaliter, sed & spiritualiter manducantur, interiorem hominem mirifice reficiunt, atq; lætificant. Id quod Propheta cum in spiritu præuidit, quum in hunc modum cecinit: Calix meus inebrians quam præclarus est. Præterea quum Ecclesia Christi corpus, ut dictum est, mysticum sit, & illius unitatem perceptione huius sacramenti Christus nobis commendare uoluerit, panis, & uini materia cõgruentissime delecta est, quoniam sicut ex multis granis conficitur panis, & ex pluribus racemis unum confluit, & unum corpus ex multis membris componitur, sic Ecclesia, ex multis fidelibus charitate copulante, connectitur: Mysterium siquidem pacis, & unitatis nostræ Christus in sua mensa consecrauit. Hac quidem ratione hoc salutare sacramentum græce appellatur Synaxis, id est, conciliatio, seu communio, quod hoc mysterio significetur, & confirmetur arctissima coniunctio corporis cum capite, hoc est, Christi, et Ecclesiæ, & omnium

Ioan. c. 6. d

Luc cap. 4. a

Tho. 3. p. q. 74. arti. 1.

Pulchra similitudo rei propositæ aptissime accommodata.

Psal. 22.

Eucharistia cur sinaxis Græce dicitur.

August. in sermone: ad infan. de sacramen.

Christi membrorum. Quæ sanè appellatio delumpta uidetur ex uerbis Diui Pauli dicentis: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quid ergo unquam fiet, ut non accendamur mira quadam charitate erga proximos, cum quibus intelligimus unum nos esse corpus in Christo, ut quemadmodum ille nobis se totum donauit, ita nos quoque utilitati proximorum totos expendamus? Sed ad reliqua accedamus.

1. Corint. ca. 10. d

Ad fraternæ amorem adhortatio.

CVR SVB DVABVS SPECIEBVS SEPARATIM consecretur, & sumitur. Cap. 13.

CÆterum in hoc sanctissimo Sacramento sub duabus speciebus separatim consecratur, tum quòd ita fuerit a Christo institutum, tum etiã quod ita fieri conueniat. Nam quum hoc sacrificium sit, ut dictum a nobis est, reminiscentium passionis Dominicæ conuenit, & ipse separatim panis, & separatim calix consecretur, quoniam & in passione sanguis fuit separatus a corpore. Hac quoq; de causa sub duabus speciebus a Sacerdote percipitur, ut animæ, & carnis liberatio a nobis significetur, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis pro anima nostra offertur. Quod Moyses præfiguranit, quando dixit: Caro pro corpore uestro offertur, sanguis pro anima. Adde quod hoc est conueniens usui huius sacramenti, ut seorsum accipiatur a sacerdote corpus Christi in cibum, & sanguis in potum. Cæterum quomodo Christus sub iis speciebus continetur, & panis, ac uini substantia conuertitur in corpus Christi, atq; de aliis quamplurimis, quæ in hac plane inexplicabili materia subtiliter disputantur, hic agere non conuenit; perturbant enim imbecillium animos, pro quibus tum confodiendis rum instruendis hoc nostrum munus consecimus. Id unum re scire uelim, hanc conuersionem panis in corpus Christi, & uini in sanguinem ab Ecclesia Catholica transubstantiationem passim nominari, ut facile est uidere ex eis, quæ sacrosanctum Concilium Tridentinum affert in hunc modum: Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id quod sub specie panis offerebat uere esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia fuit, idq; nunc denuo sancta Synodus declarat per consecrationem panis, & uini conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi domini nostri, & totius substantiam uini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè a sancta Catholica Ecclesia transubstantiatio est appellata.

Ambr. super 1. epist. ad Corinth. c. 11.

Leui. c. 17.

Conuersio panis in corpus & uini in sanguinẽ Christi, quo nomine proprie nocetur.

Conc. Trid. sess. 13. ca. 4. Luc. c. 22. b. Ioann. 6. c

DE HVIVS SANCTISSIMI SACRAmenti dignitate, & excellentia. Cap. 14.

QVam eximium hic sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum nullus plane est, qui ex eis, quæ dicta sunt, quæq; dicentur, facilè non intelligat. Hic enim præsens iacet illud summũ bonum, quo nihil præstantius, nihil probatur esse perfectius. Hic est sempiternum illud Verbum, in quo uiuunt omnia, per quod elementa cuncta subsistunt, Dei filius, Patris sapientia, splendor gloriæ, fons uitæ, Angelorum conditor, ac denique hominum plasmator, atq; Redemptor. Hic etiam ipsa Angelorum natura miratur: & sub accidentibus Christũ uenerantur, diuinamque in sacramento maiestatẽ colũt. Sed quis huius excellentissimi Sacramenti dignitatem ad plenum referare unquam poterit? Humanam, & Angelicam hoc tantum munus transcendit naturam. Non capit cor, lingua deficit, humanæque so-

pitur

pitur sensus ad tanti mysterij perfectionem explicandam, quę etiam tum maxime illustratur, si ad cæterorum Sacramentorũ prælantiam conferatur. Sacramentum enim hoc alijs sacramentis tum ueteris, tum noui testamenti, maius, & excellentius ex eo probatur, quod elementum, seu exterior species nullam transubstantiationem, seu substantialem mutationem admittit neq; enim aqua Baptismatis, aut oleum Chrismatis per consecrationem in aliã naturam mutantur; neq; Spiritus sanctus in eisdem elementis essentialiter continetur, quamuis credẽtibus in mysterio exhibeatur. At solum in hoc Sacramento panis, & uinum potentia uerbi diuini ita mutantur, ut substantialiter non sit, quod ante fuerat, sed quę ante consecrationem erant panis, & uinum post consecrationem sunt substantialis Christi caro, & sanguis. Huius autem Sacramenti perfectionem super cęrea sacramenta Dionysius apertissime docet his uerbis: Et ideo hoc Sacramentum, quod ipsum Christum realiter continet, est perfectiuum aliorum omnium sacramentorũ, in quibus uirtus Christi participatur. Illud etiam in eo singulare inuenitur, quod reliqua sacramenta in usu perficiuntur, quando. s. materia istorum sacramẽtorũ ad hominem sanctificandum applicatur, sicut Baptismus in ablutione, & Cõfirmatio in Chrismatis cõsignatione: sed hoc Eucharistiæ sanctissimũ Sacramentum consecratione materiæ peracta, antequam ad hominem applicetur hoc est, ab homine sumatur, iam est perfectum. Hanc plene excellentem differentiam ostendere nititur sacrosancta illa tam libenter a nobis sæpe, ac sæpius repetita Synodus Tridentina, quando quid huic sacramento cum cæteris commune, & quid proprium sit, docuit his uerbis: Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistię cum cæteris Sacramentis symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gratiæ formam uisibilem. Verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tum primum sanctificandi uim habent, cum quis illis utitur, at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Nondum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum uere tamen ipse affirmaret corpus suum esse, quod præbebat. Huius igitur Sacramenti quanta sit excellentia, quantaue dignitas ex ijs, quæ attulimus, putamus nos iam breuiter ostendisse.

Præcipua huius Sacramẽti excellẽtia sup alia, & ueteris & noui testamenti quæ sit.

Aliud quoq; in Eucharistiæ Sacramento singulare reperitur ab alijs Sacramentis penitus disiunctum.

Cælest. Hier. cap. 4.

Tho. 3. p. q. 73. art. 1. in resp. ad 3.

Conc. Trid. sess. 13. c. 3. & de cõsec. dist. 2. c. Sacrificium.

RATIONES, QVIBVS HOC EVCHARISTIAE SAcramentum Christus instituerit. Cap. 15.

QVANQVAM ex superioribus satis superq; deprehendatur, quæ huius tanti Sacramenti causa, & efficacia sit quia tamen hinc tota oritur lis pendet, ut non tantum agnoscamus quid ipsum Sacramentum sit, sed & quæ sit institutionis causa, & qui sint eius fructus, in morem epilogi quã breuissime huius Sacramenti rationem, & uirtutem repetemus. Principalis ergo huius Sacramenti finis est (quod & superius attigimus) ut manducãtes, & bibentes corpus, & sanguinem Domini in interno cordis gaudio, summa cum laude commemoremus, annunciemus, & prædicemus corpus Christi pro nobis traditum, & sanguinem eius in cruce pro remissione peccatorum nostrorum effusum: id q; facere nos oportet donec ueniat, ut ueniet ad iudicãdum uiuos, & mortuos inueniat nos facere, quod ipse a nobis discedens, ut faceremus, instituit ad hunc modum: Hoc facite in meam commemorationẽ; ac si diceret: Hæc quidẽ de causa Sacramentũ istud uobis relinquo, ut scilicet non tantum corpus, & sanguinem meum manducetis, ac bibatis, uerum quoq; ut tanti beneficij, quod uestri causa moriens impetraui

Primarius Eucharistiæ finis quis.

Matth. c. 26. Luc. c. 22. b

nempe

nempe remissionis peccatorum, & uitæ æternæ semper memores sitis, & sem per ad gratiarum actionem conuertamini, prædicantes, & annunciãtes mor tem Domini uestri donec ueniat, ut Diuus Paulus ostendit his uerbis: Quo tiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec ueniat. Hunc planè finem Concilium Tridentinum agnoscens in eam, quam nuper retulimus, sententiam hæc habet: Ergo Sal uator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem hoc Sacramentum instituit, in quo diuitias sui erga homines amoris uelut effudit memoriam faciẽs mirabilium suorũ, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suãq; annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum ueniat.

Præterea, hoc Sacramentum fuisse institutum, non est ambigendum ueluti spirituale animarum cibum, ut intus latentis morbi, & perpetuæ infirmitatis nostræ consecij medicemur, ac dulciter reficiamur, atq; aduersus omnes peccati, mundi, ac Diaboli insidias roboremur: Id quod planè Bernardus non inscite nos docuit his uerbis: Si quis ex nobis non tam acerbos iracundiæ, inuidiæ, luxuriæ, & eiusmodi criminũ motus sentis, gratias agat corpori, & sanguini Dominico, & gaudeat quod pessimum uulnus accedat ad sanitatem. Equidem hoc Sacramentum fomitem mirificè temperat, & quo minus grauioribus peccatis solicitante carne, mundo, Diabolo consensum præbeamus, prohibet, minora uerò peccata omnia diluit: Quod ita esse præter cætera ex eo capite Concilij Tridentini, quod superius adduximus, ostendi posse arbitror, ubi de altera instituendi hoc Sacramentum ratione sermonẽ habens, hæc protulit: Sumi autem uoluit Sacramentum hoc tanquam spirituale animarum cibum, quo alantur, & confortentur uiuentes uita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse uiuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus, præseruemur. Hæc ibi. Quis ergo non uidet, quam indigeamus hoc Sacramento per totam uitam, qui laboramus, qui onerati sumus, qui ægrotamus, qui tot tentationum procellis quatimur, ac iactamur? Adeamus igitur Christũ singuli, ad præsens illud remedium nobis propositum properemus. Ei, quia & uirtus, & refugium nostrum, & adiutor est in tribulationibus, pos magna cum fide copulemus, atq; adeò uirtutem in corpore, & sanguine eius sitam in nobis traijciamus. Nam si qui fimbriam uestimenti eius tetigerit, rectè omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur nos, si totum illum in nobis habeamus? Sedabit ille in nobis sæuientem membrorum nostrorum legem, perturbationes animi extinguet, morbos omnes depellet, ab omni casu nos eriget, & inimici potestate deuicta ad ueram pietatem concitabit. Sed redeamus unde paulo digressi sumus.

Eucharistiæ finis alter.

Pro huius Sacramenti frequẽti susceptione adhortatio.

Porro nemo ignorat hoc Sacramẽtũ fuisse quoq; institutum, ut sit efficax signum Ecclesiasticæ unitatis, & fraternæ charitatis. Quod certe significauit Apostolus in Epistola ad Corinthios, ubi ait: Quoniã unus panis, & unũ corpus sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Qui ergo est in eius corporis unitate, ipse uere dicendus est manducare corpus Domini, & bibere sanguinem Christi. Ac propterea hæretici, & schismatici ab huius corporis unitate separati possunt quidem tractare, & percipere idem Sacramentum, sed sibi noxium. Accipiunt enim id in testimonium contra se, qui non sunt in eo uinculo pacis, quod in illo exprimitur Sacramento: Diuisionem quippe quærunt, quum panis ille cælestis indicet unitatem. Vna mensa omnibus est proposita, idem cibus porrigitur nõ diuiti amplius, non pauperi minus, ut nos corpus unum agnoscamus, & mutua charitate compleamur. Mysterium pacis, & unitatis nostræ Christus in sua mensa (inquit

Tertius Sacræ Eucharistiæ finis.

Augu-

. Cor. c. 9. f

Psalmo. 110.

Th. 3. p. q. 79. ãrie per totam quæst.

In sermo. de cœna Dom.

Con. Trid. sess. 13. c. 3.

Iosann. c. 6. f

Psal. 42. a

Luc. c. 8. f

Chrys. in Matth. Homil. 26.

1. Cor. c. 10. d

De consec. dist. 1. c. quia pax sus.

Aug. de Ciu. Dei lib. 12. c. 23.

Huius tanti Sacramenti fructus principalis est nos Deo nostro coniungere.

Aeterna fruitionis beatitudinem alterius est huius Sacramenti fructus.

Hic & qui subsequitur fructus non sunt planè ab ijs, qui in præcedentibus capitibus fuere adducti.

Tertius fructus Eucharistiæ fructus. Tribus causis, quibus dictum est hoc sa-

Augustinus) consecrauit, & per hunc cibum, & potum societatem sui corporis, & membrorum suorum intelligi voluit, quæ est Ecclesiæ unitas. Ille igitur, quem peccatorum suorum ex animo pœnitet, subindeq; contrito (ut de hoc infra latius dicemus) & humiliato spiritu accedit, suauiterq; recolit, ac memoria recondit, quod pro se Christus corpus suũ tradiderit, & sanguinem in remissionem peccatorum fuderit, atq; ita demum concepta fiducia hoc Sacramentũ tractat, & sumit, ille inquã, ita cum Christo coniungitur, ut Christus cum ipso, & ipse in Christo inueniatur, id quod de se testatus est his uerbis: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Hanc sententiam Hilarius prosequutus hæc uerba intulit: Hæc sacraméta suscepta faciunt, ut Christus in nobis, & nos in Christo simus. Is præterea certum pignus immortalitatis, ac uitæ æternæ habet. Quo enim alio pignore Christus de tantis donis nos certiores reddere potuit, quam impertitione sui præciosissimi corporis, quo nos sibi tanquam mẽbra adiungit, ut ibi ipse sit, illic & nos simus? O ineffabilem Dei benignitatem; O' suauissimum summi Dei erga nos amoris pignus, & testimoniũ, quod Christo non fuit satis se pro nobis in mortem tradere, nisi & se nobis daret in cibum, ut in eo saluati, & innouati ex eo tanquam solido cibo uiuamus, atq; adeo in eum conuertamur, ut ab eo nunquam separemur. Atq; hæc omnia Christus Seruator noster ostendere voluit, quando corpus suum Discipulis tradens sic loquutus est; Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur: Accipite carnem meam in remissionem peccatorum pro uobis traditam, & manducate, ut manducantes in me transformemini, & spretis omnibus terrenis cupiditatibus in me maneatis, & ego in uobis. Quam sane doctrinam catholicam eadem sacrosancta Synodus Tridentina loco, quem paulo ante adduximus, pulcherrime tradit in hunc modum: Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoq; Symbolum unius illius corporis, cuius ipse caput existit, cuiq; nos tanquam membra arctissima fidei, spei, charitatis adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata.

Ioann. c. 6. f.

Ioan. c. 12. d.

Matt. c. 26. c.

Conc. Trid. sess. 13. c. 3.

DE HVIVS SACRAMENTI effectibus. Cap. 16.

QVANTI uerò & quam mirifici fructus ex eausis, quas attulimus, oriãtur, facile est uidere, Nam in primis qui in interno cordis gaudio cõmemorat, & annũciat corpus Christi pro nobis traditum, & sanguinem eius in remissionem peccatorum nostrorum effusum, is utriq; confitetur hoc esse unicum præcium redemptionis animarum nostrarũ, quemadmodum Diuus Paulus testatur: Empti enim estis præcio magno, glorificate, & portate Deũ in corpore uestro: Deinde qui per fidem intelligit quo modo Christus se totum ei impertiat, & ineffabili charitate adiungat, is non potest non uicissim se totum, hoc est, corpus, & animam Christi conficere. Nam qui corpus Christi manducat, quid aliud protestatur, quam se in Christo manere, & illum in se manentem habere? Qui sanguinem bibit, quid aliud contestatur, quam se libenter etiam sanguinem (si res ita postulat) fusurum pro Christo, qui non tantum pro eo sanguinem fudit, sed & eundem sanguinem suum in potum tr.buit. Postremò curas, ut cui Christus iam factus cibus, ipse rursus cibus Christo mundus inueniatur, & uoluntati Christi se totum accommodet. Hi igitur sunt principales huius Sacramenti effectus, quos omnes eadem sacrosancta Synodus Tridentina amplectẽs hanc pulcherrimam, & salutiferam doctrinam omnibus Christi fidelibus in hunc modum tradidit: De-

1. Cor. c. 6. d

mum

Conc. Trid. sess. 13. c. 8. ad medium.

nium autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per uiscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes, & singuli, qui Christiano nomine censetur in hoc uinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo tam tandem aliquando conueniant, & concordent, memoresq; tantæ maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis ad manducandum, hæc sacra mysteria corporis, & sanguinis eius ea fidei constantia, & sit mitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & uenerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, & is uere sit animæ uita, & perpetua sanitas mentis, cuius uigore confortati ex huius miserę peregrinationis itinere ad cœlestem patriam peruenire ualeant, eundem panem Angelorum, quem modò sub sacris uelaminibus edunt absq; ullo uelamine manducaturi. Hactenus de causis, & effectibus huius nostri Sanctissimi Sacramenti. Cæterum de affectu, quo accedendum est ad tantum Sacramentum, nunc dicamus.

Sacramentum fuisse institutum, tres pariter. fructus correspondit.

DE AFFECTV, QVI ADHIBENDVS EST, VT DIGNE quis hoc Sacrosanctum Sacramentum tractet, & sumat. Cap. 17.

Psal. 77. c.

Glos. in Epistol. 1. ad Corinth. c. 11. Th. 3. q. 80. ar. 11.

DE affectu, præparationeq; breuiter dicturi illud præmisisse necessarium duximus, tres esse manducandi hoc Sacramentum modos, alter sacramentalis, quo solum percipitur non percipiendo effectum, & hoc modo suscipiunt illi, qui confitendi copiam habentes, aliquo tamen mortali peccato detinentur; alter est spiritualis tantum, per quem suscipitur effectus Sacramenti, quo homo spiritualiter Deo coniungitur, licet re ipsa Sacramentum non sumat, nimirum tum quando Sacramẽtum habet in uoto: De quo Augustinus in libro de remedio pœnitentiæ hæc scribit; Vt quid paras dentem, & uentrem? Crede, & manducasti. Alter, est quo Sacramentum simul, & effectus ipsius percipitur. Ex quibus protinus diluculum euadit, aliquos manducare hoc Sacramentum sacramentaliter tantum, quosdam spiritualiter solum, alios sacramentaliter, & spiritualiter simul. Qui uerò hi sint, facile intelliges ex uerbis sacrosancti Concilij Tridentini, quæ huius generis sunt: Quo ad usum autem rectè, & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt: Quosdam enim docuerunt sacramentaliter duntaxat id sumere, ut peccatores, alios tantum spiritualiter illos nimirum, qui uoto propositum illum panem cœlestem edentes fide uiua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & utilitatem sentiunt: Tertios porrò sacramentaliter, simul & spiritualiter: Hi autem sunt, qui ita se prius probant, & instruunt, ut uestem nuptialem induti ad diuinam hanc mensam accedant. Hactenus Concilium. Quibus in hunc modum suppositis ad eorum, quorum causa hæc declarauimus, nunc redeamus. Accessuro itaq; ad hoc cœleste conuiuium assumẽdũ, & ad hanc magnam Regis æterni cœnam pertractandam incumbit, ut ea fide primum sit præditus, qua sumens credas non tantum ueritatem corporis, & sanguinis Domini in hoc Sacramento, sed & credas ac sentias per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, tibi gratis remitti peccata, quę etiam hoc Sacrificium pro te semel oblatum summa cum laude, ac prædicatione prosequaris, qua demum intelligas te ueluti e manu Christi corpus eius pro te traditum, & sanguinem in remissionem peccatorum tuorum sumere. Breuiter ea fide imbutus eris, qua in causas institutionis, & fines huius Sacramenti diligenter inspicias, eademq; fide fructus tam mirificos (quos supra retulimus) capias,

Corpus Iesu Christi manducandi modi quot.

Manducãtes sacramẽtaliter solũ qui. Qui spiritualiter manducent. Cõicãtes sacramentaliter, & spiritaliter simul.

Accessuro ad hos Sacramentum qualis fides sit necessaria.

&

& adipiscaris: adeptis uerò rursus in proximi tui commodum utaris in sequens præceptum, & exemplum Domini tui, qui ait: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Qui hac uius fide accedit, is quotiescunq; corpori Domini communicat, mortem Domini annunciat, & corpus Domini secundum Apostolicam iussionem dijudicat referens fructũ permanentem in uitam æternam. At contra, qui hac fide uacuus accedit, foris quidem manducat, non intus, præmit dente, non capit mente. Sumit equidem is ueram Christi carnem, & sanguinem, sed essentia, non salubri efficientia: Sacramentum accipit, sed uitam Christi non accipit. Hoc est n. (ut idem sæpius repetamus) manducare illam escam, & bibere illum potum in Christo manere, & illum in se manentem habere; ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus proculdubio nec manducat spiritualiter eius carnem, nec bibit eius sanguinem, licet præmat dentibus corpus, & sanguinem Christi.

Ioan. c. 15. b

Augustin. in Ioann. tract. 26.

Manducare corpus Domini quid.

Accedẽti ad hanc summi Regis mensam diligẽs suæ cõscientię excussio & oris confessio.

Secundò ut digne capias necesse est, ut te excutias, & infirmitatem, ac peccatum tuum agnoscas: Non enim bene ualentibus, & se iustos ac sine peccato presumentibus opus est medico, sed male habentibus, ut de peccatis pœnitens, atq; seueritate pœnitentiæ a teipso iudicatus, non iudiceris a Deo, ac ita si quid est criminis, quod conscientiam grauet sacerdoti in teipsum ius habenti patefacias. Hanc quidem præparationem præcedere cum ex aliis complurib⁹ sanctorum Patrum Conciliis intelligi licet, tum uerò maxime ex 13. sacri Concilij Tridentini sessione, ubi hæc scripta leguntur: Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte; certe quo magis sanctitas, & diuinitas cœlestis huius Sacramenti Viro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet, ne absq; magna reuerentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis uerba apud Apostolum legamus: Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quare communicare uolenti ad memoriam reuocandum est illud præceptum, Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullis sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus uideatur absq; præmissa Sacramẽtali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hęc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente, Sacerdos absq; præuia confessione celebrauerit, quamprimum confitearur. Hæc ibi. Verum ne quis de hac realiter credere, docere, aut prædicare audeat eodem in loco sancti Patres hunc Canonem sanxerunt: Et ne tantum Sacramentum indigne, atq; ideo in mortem, & condemnationem sumatur statuit atq; declarat sancta Synodus illis, quos conscientia, peccati mortalis grauat; quantumcunq; etiam se contritos existiment habita copia cõfessoris necessario præmittendam esse confessionem sacramentalẽ. Si quis aũt contrariũ docere, prędicare, uel pertinaciter asserere, seu etiã publice, disputando defendere presumpserit, eo ipso excommunicatus existat. Hactenus Canon. Vnusquisq; igitur diuina suscepturus mysteria cõscientiæ suæ complicatam rationem euoluat, & mentis si quas inuenerit maculas detergat, atq; sic ploret delicta præterita, ut deinceps lugẽda non agat. Si.n. impune non transijt Oza, quod temerario ausu inclinate fœderis arcæ manũ presumpserat subm̃ittere, qua ratione diuinam poterit euadere ultionẽ quisquis in mortali culpa cõstitutus mysteria cælestia tractare, & mãducare uoluerit? Præterea si a Domino imperatum est Moysi, ut bestia, quæ mon-

Matth. c. 5. b

Conc. Trid. sess. 13. c. 7.

1. Corint. c. 11. g. Et de cons. dist. c. quid ergo. 1. Corint. c. 11.

Can. 11. Conci. Trid. sess. 13.

Lib. 2. Reg. cap. 6. b.

tem

tem tangeret, lapidibus obruerentur, quanto minus diuinum cuitabit iudicium, qui bruorum uitam traducens ad spiritualem Dei montē, qui Christus est, minime formidabit accedere? Est plane Christus mons ille excelsus, coagulatus, & pinguis, in quo Deo bene inhabitare complacuit. Porrò si Abimelech Sacerdos esurienti Dauidi, & eius pueris propositionis panes dare renuit, nisi ipse, & pueri mundi essent, præcipuè a mulieribus, quid de his arbitrandum est, qui immundi, qui sceleribus onerati pollutis interioris hominis manibus, atq; animo infrunito, & irreuerenti ad Dei, & Domini sui mensam spiritualem audent accedere, & mysteria sacrosancta tractare? Certissimum apud me semper fuit, eritq; perpetuò, quod dū sanctissimum hoc Sacramentum non debita ueneratione tractatur uindicē mox sequitur ira Dei. Quod quidem facilē colligitur ex epistola Diui Pauli ad Corinthios ubi ait: Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Domini. Iudicium in Euangelio horrendum, atque seuerissimum quid semper indicat, ut in Matthęo, Marco, Luca, & Ioanne facile est uidere. Iudicium itaque sibi manducat iuiquus, & malus, & reus sit æternæ damnationis, quippe cum non discernat, quam sit hoc corpus dignius creaturis omnibus, nec sub externa panis specie præsentem Domini maiestatē minime ueneratur, atque ob eam causam, quod indigne sumentes Regem gloriæ, atq; uniuersorum conditorem contemnunt, & irreuerenter tractant, præ cæteris grauiora delicta committunt, & pertinaciores in malo, atq; ad emendationem uitæ tardiores fiunt.

Inspice Hæretice quam impie, & quā immane rē tuam cōtra Deū agitas: nā ad materialē hūc panem manducandū locis manibus properas; ad æternū, & spirituale animę cibum, qui superiori eo est excellentior, quo corpori anima antecellit, docces, & prędicas rusticos etiā stiuā aratri in manu tenentes posse accedere.

QVO MODO EXPERIRI POSSVMVS, AN DIgne susceperit quis corpus Domini, nec ne. Cap. 18.

QVEMADMODVM uero priusquam accedat, debet seipsum homo probare, ut sic de pane illo edat, & de calice bibat, itidem postquam ederit, & biberit debet probare seipsum, an digne hoc Sacramento sit usus nec ne. Sed licet quis quo modo qui ederit, & biberit intelliget, an digne, & cum fructu hoc Sacramento sit usus, an minime? Cui in hunc modum satisfaciendum esse arbitror, nullum certius testimonium, aut signum reperiri, quo probare poterit hoc Sacramentum digne suscepisse, quam si senserit cor suum post sumptum Sacramentum ab operibus mortuis repurgatum, atq; cum magno uirtutum prouentu ea charitate inardescere, ut & inimicos odisse desinat, & experiatur se nunc ad omnia charitatis officia proximo impendenda paratum, ac promptum esse, seq; in rebus proximi afflicti non secus, ac propijs moueri. Quod equidem innuere uidentur ea, quę Petrus Apostolorum omnium Princeps scripsit ad hunc modum; Satagite fratres, ut per bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. Ex ijs ergo omnibus (ut unde nostra defluxit oratio redeat) satis ostendisse arbitramur fidem, & confessionem illa duo esse, quæ cunctis hoc Sacramentum, & ipsius effectus percipere cupientibus sunt necessaria. Quare falsam illorum sententiam esse certò tenendum est, qui asseuerare haud quaquam ueriti sunt solam fidem absq; confessione pro huius Sacramenti suscipiendi præparatione plane sufficientem esse, quos ut Generalis Synodus Tridentina damnaret, confecit hunc Canonem: Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, anathema sit.

Efficax signū digne suscepti Sacramēti.

Impia Hæreticorū assertio, cui tota sacra scriptura repugnat.

QVAE

QVAE PROPRIE CONVENIANT SACERDOTIbus hoc Sacramentum ministrantibus. Cap. 19.

PRAETER illa duo, quæ tam Sacerdotibus, quam Laicis hoc Sacramentum sumentibus, quam multa alia sunt, quæ pro huius Sacramenti ministrandi præparatione Sacerdoti rectè conuenire uidentur. Excellentior quippe gradus excellentiorẽ expostulat p̃parationẽ. Sit itaq; Sacerdos pudicus, ut moribus, uerbis, habitu, & incessu pudorem indefinẽter exhibeat. Sit humilis corde, ut super eum spiritus Domini requiescat, super quẽ enim requieſcet Spiritus meus (inquit ille Propheta) nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Sit conuersatione sanctus, dicente Domino: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Sit temporalium contemptor facultatum, ut libentius possit Deo uacare. Non sit uinolentus, neq; gulæ intemperans: Vtrunq; enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat. Tumultus hominum, & maxime sceleratorum euitet, ne eorum conuersatione mens puritatis decorem amittat. Hæc, & huius generis alia esse debent Sacerdotum studia, ut sincero corde, atq; ardenti desiderio die noctuq; Deo assistentes Sacri Altaris participatione sint digni. Sed de ieunio quid dicemus? quum enim liquido appareat, quando primo acceperunt Discipuli corpus, & sanguinem Domini, non eos accessisse ieiunos, nunquid propterea calumniandum est uniuersæ Ecclesiæ, quod a ieiunis semper accipitur? Absit. Nam ideo cœnatus Dominus cœnatis Discipulis corpus suũ tradidit, ut in hoc Sacramento consumationem omnium sacramentorum ueteris testamenti, & Agni Paschalis, quem paulò ante manducauerant, ostenderet: & quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ Discipulorum, a quibus erat ad passionem digressurus. Quo uero deinceps ordine sumeretur, ipse non præcepit, sed præcipiendum reliquit Apostlis, per quos Ecclesiam dispositurus erat: quibus a Spiritu sancto edoctis placuit, ut in honore tanti Sacramenti prius in os Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi, ac ideo per uniuersum terrarum orbem mos iste recte seruatur. Et hæc, quæ de tanto Sacrificio, ut Sacramentũ ẽ, magis difficilia, magisq; obscura exponere curauimus, pro p̃sti loco dixisse sufficiat. Reliqua autem omnia, quæ de hoc Sacramento dici poterant, consultò omisimus, tùm quòd cognitu facilia sunt, tum & maxime quòd ab alijs latius, diffusiusque tractari inuenies. Quæ in hac re magis difficilia erant, sic explicasse nobis abunde sufficiat. Restat ergo ut ad uerborum explicationem accedamus. Sed primum unico quasi uerbo de Missæ partitione me expediens, exponam principales eius partes, quod & supra me facturum receperam; deinde cætera in sequenti libro suo ordine prosequar.

Isa. c. 66.

Leu. c. 19. a

1. Tim. c. 3. a.

Christus quare post cœnã suum corpus dedit.

De consecr. dist. 1. cap. liquido apparet.

Diuina prorsus hęc institutio, & summis laudibus commẽdanda Ecclesię consuetudo.

IN QVOT PARTES MISSA diuidatur. Cap. 20.

MIssa itaque in duas diuiditur partes præcipuas, altera ab Introitu usque ad Offertorium, altera ab Offertorio in finem usque protrahitur. Prima pars Cathecumẽnorum Missa ab extra mittendo appellabatur, quòd Sacerdote Eucharistiam consecrare incipiente Cathecumeni extra Ecclesiam mittebantur. Quare antiquitus perlecto Euangelio, Diaconus super pulpitum acclamare solebat his uerbis: Siquis Cathecumenus adest exeat foras. Ad hanc Missæ partem audiendam admittuntur etiam Gentiles, Hæ-

Dist. 1. de consecr. cap. Eps.

retici,

retici, & Iudei, & incestuosi. Secunda pars fidelium Missa a demittendo dicitur, quòd ea expleta fideles, qui soli huic parti interesse possunt, ad propria dimittantur. Non ignoramus complures liturgiæ elucidatores esse, qui in tres partes, qui in quatuor, & qui in plures diuidunt Missam: sed nos sectionem illam in medium attulimus, quæ nobis magis plana, ac magis facilis uisa fuit. Hæc sunt, Lector pijssime, quę de hoc tam admirabili Sacrificio, ac Sacramento pro ueritate catholica tuenda, ac ostendenda mihi breuiter in hoc primo libro dicenda erant; in quibus explicandis, omnem nostram operam dedimus, ut nec ob longam prolixitatem a memoira excíderent, nec ob nimiam breuitatem, molesta obscuritas se infunderet. Quod si forte assequutus non ero, certè uoluisse satis erit. Nunc ad alterum librum me conuerto.

33. dist. 3. de incestu, & c. sequenti.

PRIMI LIBRI FINIS.

QVOD EX VERBIS ET GESTIBVS IN MISSA PERACTIS VNIuersa Iesu Christi Passio repræsentatur. Cap. 1.

SANE' siquis fuerit attentior, comperiet in Missa repręsentari, depingi, & quasi ad uisum exhiberi nedũ Christum in cruce lirantem; sed etiam omnes passionis articulos, ut quam rectissime Missa dici possit passionis Christi quoddam spectaculum, & quædam actio. Hoc autem præter præcipuam Missæ partem, uidelicet, oblationem tribus redditur modis: Verbis, gestibus, atq; indumentis. Cum enim res ipsas in disputatione nequaquam afferre possimus, rerum ipsarum loco uerba significantia proferimus, quæ naturam, & essentiam rei ostendendę aperiunt. Verba autem, quæ Christi passionẽ delinũt, ea sunt, quæ passim in Euangelijs leguntur; præcipue uero illa, quę Christi res gesta per totam illam hebdomadam ante paschalem a Luna scilicet decima primi Mensis, quando Iesus adijt Hyerosolimam usq; ad septimam decimam, quando resurrexit a mortuis, explicant. Gestus quoq; passionis repræsentandę uim habent: nam quando Sacerdos manus expandit, extensionem Christi in cruce præfignat, iuxta illud Prophetæ dictum: Expandi manus meas tota die. Id etiam summopere cruces ostendunt, nam quemadmodum uerba primitus spectant ad Eucharistiam consecrandam, ita signa ad historiam Dominicæ passionis recolendam maxime attinent. Quantam præterea uim hoc efficiendi indumenta habeant ex his, quę sequuntur facile deprehendes. Habet enim diuini cultus religio alium in usu communi habitum, & alium in Ecclesiasticis officijs exercendis, ut dignosceremus ad mutationem secũdum habitum subsequi debere spiritualem animę mutationẽ, sic enim Sacerdos ueterem hominem exuit, & nouum induit, qui secundum Deum creatus est. Vsus autem sacrorum uestimentorum ex ueteri lege pendet. Præcepit enim Dominus Mosi, ut faceret Aaron Sacerdoti, & filijs eius uestes sanctas in gloriam, & decorem, ut sacris uestibus induti fungerentur eorum officio. Quod præter alia ex hoc maxime intelligi pos-

Christi passio tribus repræsentatur modis.

Psal. 87. b

Extensio manuum Sacerdotis quid.

Col. cap. 3. b

Cur in Ecclesiasticis officijs exercendi Religio Christiana alio mutatur habitu ab eo, quem in usu communi habemus.

se ar-

se arbitror, quod in Exodo habetur his uerbis: Dum ingredientur sanctuarium meum, & accedunt ad mensam, ut mihi ministrent, & audiant cærimonias meas, uestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam laneũ. Cum ægredientur atrium, exterius ad populum exuent se uestimentis suis, in quibus ministrauerunt, & non sanctificabũt populum in uestimentis suis. Exo. c. 43. 44.

In sacris scripturis numerus senarius dignitatem præseruet.

Porrò Missæ indumentorum sex sunt species Amictus, Alba Cingulum, Manipulus, Stola, & Planeta. Vbi per sex sacerdotis indumenta senarij numeri perfectionem uelim intelligas. Sexto enim die Deus perfecit cœlum, & terram, & omnem ornatum eorum. Sexta etiam ætate uenit in mundum. Et sexto die, ac hora sexta genus redemit humanum. Amictus, seu super humerale operimentum illud repræsentat, quo Iudæi uelabant faciem Christi dicentes. Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit? Sacris omnibus uestibus supponitur, & omnibus supereminet, quia castitas debet esse intus in pectore, & foris nitere opere. Caput operit, ne undequaque libere perspiciendo illicita cogitemus. Duæ cordulæ, quibus amictus collum renes, & pectus ambit, designant intentionem, & finem, quibus informandum est opus, ut fiat in azimis sinceritatis, & ueritatis. Collum in quo uox est, stringitur, ne inde ad linguam mendacium transire possit. Renes cingit, quia ibi præcipue luxuria dominatur. Pectus complectitur, quia animus Sacerdotis debet esse intentus. Quatenus autem amictus super os planetæ reuoluitur, innuitur, quòd bonum opus debet ad charitatem referri. Planeta enim (ut suo loco uidebitur) charitatem insinuat. Amictus qd indicet, & de eo multa. Matt. c. 26. g

De hac ueste complura notatu digna.

Alba, Latine talaris dicitur, quod talos usque descendat. Vestis hęc, quæ in ueteri sacerdotio linea uocabatur, stricta fuisse describitur spiritum seruitutis Iudæorum in timore designens, sed in nouo Sacerdotio propter spiritum adoptionis in libertate, qua nos Christus liberauit extensa est; ita tamen ut membris corporis conuenienter accommodata, nihil in uita Sacerdotis dissolutum esse debere demonstret. Candor huius uestis munditiam significat. Ex byssо, uel lino conflatur, ut quemadmodum byssus, uel linum candorem acquirunt ex arte, sic & Sacerdos munditiam, quam a natura non habet, per exercitium bonorum operum sortiatur ex gratia. Talos usque descendit, quia usque ad finem uitæ huius bonis operibus Sacerdos insistere debet. Habet in summitatibus auriphrisia, ut indicet illud Prophetæ dictum. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. Pſal. 44. c

Cingulum, siue Zona designans flagellum, quo Pilatus cecidit Iesum, albam præcingit, ut castitas Sacerdotis per albam significata nullis incentiuorum stimulis dissoluatur. Pectus, & renes leniter cum amictu cinguntur, quia primi motus (ut aiunt) non sunt in potestate nostra; sed cingulo fortiter stringuntur, ut castigetur corpus, & in seruitutem redigatur, & impetus luxuriæ refrenetur. Hinc illud Saluatoris nostri. Sint lumbi uestri præcincti. Ioſ. ca. 19. a Luc. c. 12. c

Manipulus funẽ repręsentat, quo Iesus, mox ut a Iudæis fuit comprehensus, ligatus extitit. Quod etsi per manipulum quandoq; præmium designetur, quòd in sensu accipienda sunt uerba Prophetę, cum ait: Venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos, in præsenti tamen uigilantiam, uel strenuitatem significat. Per leuam uita præsens accipitur, ut ex eo loco facile colligitur, ubi dicitur. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sacerdos igitur induit se in leua manu manipulum, ut depulso tædio, seu corpore, qui in uita præsenti mentibus optime compositis, & diuino cultui mãcipatis sæpe subrepit, bonis operibus strenue inuigilet. Accingitur in brachio, ut strictus ad terrena, & præsentis uitæ Ioan. c. 18. c Pſal. 125. Cant c. 2. b

Cur manipulus in leua manu ponatur.

bona caduca a cælestia expeditus tendere possit.

Stola funem circumscribit, quo Saluator noster ad columnam adstrictus fuit. Hoc genere uestis solummodo huiusmodi personis uti concessum est, quibus prædicandi officium est delegatum. Hinc apte orarium solet nominari, quòd solis Christi oratoribus conueniat. Leue Domini iugum significat. Quod plane declarat Episcopus, quando Sacerdoti stolam afferens hæc inquit: Accipe iugum Dei: iugum enim eius suaue est, ut onus eius leue Osculo super collum sibi eam Sacerdos imponit, & per consensum, & desiderium se huic iugo subijcere demonstret. A collo autem per anteriora descendens dextrum, & sinistrum latus adornat, quatenus per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris munitus, nec prosperis eleuetur, nec aduersis frãgatur. Per dexteram prospera, & per sinistram aduersa significantur. In modũ crucis ante pectus geritur, ut pote, qui inter prospera, & aduersa imperturbatus consistere nequeat, nisi Christi crucem, & passionem, cuius ipse minister est, mente concipiat. Longitudo stolæ perseuerantiam attestatur. Vsque ad genua, quæ curuantur, protenditur, ut nos mites, & humiles corde insinuet. Ad lumbos tandem succingitur, ut sit fortis compugnax libidinum.

Sextum Sacerdotale indumentum est casula, sic dicta per diminutionem a casa, quasi minor casa, quòd eorum hominem tegat. Hanc Græci planetam nominant, quæ repræsentat purpureum uestimentũ, quo milites Iesum circũdederunt. Hæc supremum omnium indumentorum est, & cetera omnia suo munimine tegit, & seruat, quia charitas per hoc genus uestis significata cunctis uirtutibus supereminet, & eorum decorem suo tutamine protegit, & illustrat. Nec enim unquam ullius iam erit splendor uirtutum, nisi eas charitatis fulgor irradiauerit. Nam si linguis hominum loquar & Angelorum (inquit Apostolus) charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, aut cymbalum tiniens. Quod uerò casula unica, & integra est, significat unitatem, & uinculum charitatis. Quatenus uerò in manuum extensione diuiditur quodam modo in duas partes, duo charitatis præcepta, scilicet, amorem Dei, & proximi nobis indicat, in ijs enim duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Ad brachia eleuatur, ad dexterum quidem, dũ charitatis bonum ad domesticos fidei operamur, & ad sinistrum, dum etiam ad inimicos extenditur. Hoc est illud Aaron uestimentum, quod a capite descendit in barbam, & a barba descendit in omnia. Et hac de sacris Sacerdotis uestibus dixisse sufficiant.

Dist. 23. cap. Ecclesiastica.

1. Cor. c. 13. a

Matt. 22. d

DE ACCESSV SACERDOTIS AD ALTARE, ET eius confessionem cum reliquis. Cap. 2.

SACERDOS igitur sacris uestibus ornatus, & pedibus calceatis indutus (nam sacerdotis calceatio incarnationis est representatio, in Idumeã, inquit Prophera, extendam calciamentum meum, id est humanam naturã, quam assumam) de sacra æde egreditur, & ad altare accedit, ut significet Christum carne nostræ humanitatis uestitum de secreto cælorum habitaculo in mundum uenisse. Mox ut ad altare peruenerit, inclinat se Christo, exinanitionem significans, & calice deposito librum aperit, quem nemo dignus est aperire, nisi Leo de tribu Iuda. atque ad primum altaris gradum descendit, & considerans, quod iustus in principio sermonis accusator est sui, in genere peccata sua confitetur peracto iam ex institutione Cælestini psalmo incipiente: Iudica me Deus. ut prius discretus agente non sancta, & ab homine liberatus iniquo, altaris mysteria dignius possit tractare. In confessione

Psal. 59.

Apoc. ca. 5. a

Psal. 42. a

De stola multa scitu præclara. Et primũ quid significet. Quibus cõpetat. Alio nomine orarium dicit & cur. Quare a collo descẽdat.

Dextra, & sinistra corporis pars q̃d in scripturis significent.

De hoc indumẽto multa non omittenda.

Sacerdotis calceatio q̃d innuat. Altaris ascẽsus mystica significatio. Quia ex causa Sacerdos se inclinat.

Pectoris trina percussio cur.

sione faciendæ exemplum Publicani sequuti pectus ter percutimus, ut ostendantur tria illa ad veram pœnitentiam necessario requisita, scilicet, cordis cõtritio, oris confessio, & operis satisfactio. Interim manus iungit, ad deuotionem comparandam, & ad omnium bonorum a Deo fluentium in ipso unitatem designandam. Demum pro circumstantibus uenia peccatorum implorata altare ascendit enixe Deum rogans, ut cunctas eius iniquitates, auferat, quo deinceps pura, ac sancta mente possit ad sancta sanctorum introire; atque ut facilius id consequatur ad omnium sanctorum, præcipue eorum, quorum reliquiæ in altari positæ iacent, merita se conuertit, quibus præcatur, & certo sperat omnia sibi peccata condonari, & interim altare ipsum in medio deosculatur, ut significetur, quod Christus ad nos ueniens non solum humanitatem uniuit diuinitati, uerum etiam sanctam sibi copulauit Ecclesiam. qua de re scriptura ait; Osculetur me osculo oris sui Postremũ se transfert ad introitum perlegendum, quoniam Christus ubi primitiuam Apostolorum congregauit Ecclesiam docens, & prædicans, scripturæ mysteria reuelauit dicens: Vobis datum est nosce mysterium regni Dei, cæteris in parabolis. Se uertit in latus dextrum, innuens Christi transitum de passione per resurrectionem ad æternam uitam. Vt enim sinistra præsentem uitam, sic dextra æternam in scripturis sacris designat. Sacerdos igitur a principio legit introitum, de quo in sequenti capite restat agendum.

Manuũ iunctio quid ostendat.

Altaris osculum quid significet.

Cant. c. 1. a

Ad altaris osculum cur subsequitur introitus.

Dextræ, & sinistræ alia significatio sacræ scripturæ familiaris.

Luc. c. 8. b

DE INTROITV QVAM multa. Cap. 3.

Introit? cur sic dicitur.

INTROITVS sic dicitur uel ab introitu Sacerdotis ad aram, uel a meditatione, quæ sub hoc fieri debet: tum enim meditari debemus introitum Christi in carnem, in qua passus est; quandoquidem totũ plane Missæ officium (ut sæpius diximus) præter id, quod est uerum sacrificium, etiam pro Christi passione repræsentanda, atq; delineanda sit institutum, Ex Prophetarum uaticinijs desumitur, quia sanctorum Patrum filij Dei aduentum, & incarnationem expectantium desiderium exprimit. Subsequitur uersiculus psalmisticus, per quem ad introitum quasi ad eandem meditationem reuertimur. Additur Damaso institutore hymnus Gloria patri & Filio, qui personas tres diuinas omni tempore æqualẽ habere maiestatem innuit, sicq; Sacerdos hoc initio a sancta Triade beneuolentiam capit, ueluti si quis cum Principe acturus laudis titulum præmittit. Deinceps Introitus repetitur, ut iterationem multiplicatio suspiriorum, & clamoris ipsorum Patruum euidentius exprimatur. Quod plane desiderium Isaias his uerbis expressit; Manda, remanda, expecta, respecta, modicum ibi, modicum ibi: si moram fecerit, expecta eum; quia ueniens ueniet, & non tardabit. In Missa pro defunctis celebrata affertur semper idem Introitus, scilicet, Requiem æternam, quoniam totum illud officium præcipue ordinatur pro requie defunctis imploranda. Ex his igitur, quæ de introitu diximus, id unum saltem debet colligi; quod cum introitus sanctorum Patrum desiderium de aduentu Christi significet, non satis conuenire, ut Sacerdos in Missa solemni ad altare accedat, nisi chorus introitum inceperit, quia antequam Christus ueniret, primum fuit desideratus.

Cur ex prophetis accipiatur.

Sanctæ Trinitatis inuocatio cur.

Introitus repetitio qua ex causa fiat.

Isa. cap. 28. c

In Missa cãtata nisi primũ chorus introitũ inceperit Sacerdos non conuenit ad altare accedere, & cæt.

SVPPLICATIO NOVENA CVR, ET QVID significet. Cap. 4.

NOVENA subsequitur supplicatio, ut nomen Angelorum agminibus per aduentum Christi consociemur. In qua primum ter profertur Kyrie eleison: Secundo loco ter Christe eleison; & rursum, tertio loco ter Kyrie eleison. Et hæc diuinæ misericordiæ postulatoria oratio a Græcis primum sumpta, etiam apud Latinos Græco sermone profertur. Significat autem Kirie Domine, eleison uerbum est Græcum imperatiui modi haud aliter significans, quam miserere apud Latinos, Kirie eleison, Domine miserere; Christe eleison, Christe miserere. Ex quo protinus euadit perspicuũ Kirieeleison geminas esse dictiones, semperq; diuisim, ac separatim scribẽdas, atq; proferendas. Similiter & Christe eleison duas esse uoces disiunctim ponendas. Neque ferenda est illorum in scitia, atque imperitia, qui coniunctim proferẽda putant hęc uocabula; itidem & scribenda hoc pacto: Kirieleison, Christeleison. Nã certe non minus refugiũt mutuam adinuicem cõpositionẽ hæ duę dictiones Kirie eleison apud Græcos, quam hę duę dictiones apud Latinos, Domine miserere. Sed nullus adeò ineptire credendus est, ut dicat has duas dictiones Domine miserere unam fieri dictionem per compositionẽ; aut Christi miserere adinuicem unã constituere uocem cõpositam. Neq; igitur æquiualentes illis uoces Græce Kyrie eleison; neque Christe eleison adinuicem admittunt compositionem. Quod si obijciat quispiam antiquæ consuetudini esse innitendum, illamq; pro authoritate habendam, quæ dictiones illas coniunctim semper protulit, & scribẽdas exhibuit. Admittimus equidẽ rectam consuetudinem, & rationi consentaneã esse sequendam. At illa, non est cõsuetudo appellanda, sed error uetustus, & crassa ignorantia quæ prorsus ubi primum ueritas obuijs (ut aiunt) manibus capescenda agnoscitur, eliminanda est, & explodenda. Sed hæc obiter, non tamen ab instituto nostro prorsus aliena. Redeamus, unde nostra defluxit oratio. Ex nouẽ diuinę misericordię orationibus inuocatorijs tres primæ Deo Patri, tres mediæ Filio Dei, & Domino nostro Iesu Christo, Tres uero postremæ Spiritui Sancto attribuuntur. Vbi prætermittendum non est eodem nomine, scilicet; Kyrie supplicari Patrem, & Spiritum Sanctum; quia uterq; eiusdem sunt tantũ naturæ. Filius uerò sub alio nomine. s. Christe supplicatur; quia etsi sit eiusdem naturæ, hoc est, Diuinæ cum illis, est tamen & alterius, scilicet, humanæ. Quare media uice Filium inuocamus, ut duas in ipso naturas diuinam, scilicet, & humanam esse crederemus. In hunc certe modum Propheta loquitur, cum dicit: Benedicat nos Deus, hoc est pater, Deus noster, ideſt, Filius; Benedicat nos Deus, scilicet, Spiritus sanctus. Ibi ait, Deus noster ubi naturam nostram appellandi in Christo locus accessit. Hactenus de nouena supplicatione, quam Syluester dici instituit, & ex imitatione Græcorum nouenario repetendam Gregorius.

Hęc nõ sunt sicco (ut aiunt) pede pertermittẽda.

Consuetudo qualis est quæ authoritate admittenda.

Cur eisdem uocibus Pater, & Spiritus sanctus supplicitur.

Psal. 56.

HYMNI ANGELICI BREVIS explicatio. Cap. 5.

IAM restat sacerdoti nostro, ut ex institutione Telesphori persoluat hymnum Angelicum sic dictum, quod in Nituitate Domini Angeli post apparitionem factam pastoribus concinuisse sunt auditi, ut Lucas Euangelista testatur his uerbis: Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, atque dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax Hominibus bonæ uoluntatis. Reliqua uerò præsentis hymni præconia ecclesia, siue chorus succinit, authore Symacho in

Luc. cap. 2. b

Hymn⁹ præsens cur Angelicus dicitur.

hunc

hunc modum: Laudamus te, Benedicimus te, quasi Sacerdos dicat: O Angelinos iubetis ut deo detur gloria, en obtemperamus quincuplicem ei promentes laudem:

Laus quinaria { Laudamus te. / Benedicimus te, / Adoramus te. / Glorificamus te. / Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Hę autem laudes quoniam ad insinuandam diuinæ substantiæ pertinent unitatem; ideirco subiungitur unius Dei inuocatio tribus personis communis his uerbis: Domine deus rex cœlestis: Non enim hęc denominatio aut Patri, aut Filio, aut Spiritui Sancto est propria; sed ipsis omnibus indifferens. Cæterum quia cũ unitate diuinæ naturæ confitenda est etiam personarum Trinitas, ipsa proprijs deinde nominibus exponitur. Patris quidem persona cum dicitur: Deus Pater omnipotens. Filij uerò cum subnectitur: Domine fili unigenite Iesu Christe. Deniq; Spiritus Sancti innuitur persona: cũ in calce huius hymni adijcitur, cum Sancto Spiritu. Cętera uero omnia, post expressam Filij personam, & ante Spiritus Sancti nuncupationem hic posita prœconia ad solum diriguntur Filiũ Dei, duplicemq; illius naturã, & diuinã, & humanã indicant. Diuinã quidem (ut facile est aduertere) cum ipse Iesus Christus, Dominus Deus Filius Patris, & peccata mundi tollere prædicatur. Quis.n. potest dimittere peccata nisi solus Deus? Humanã uerò cum Agnus Dei nuncupatur, & ad dexteram Patris confedere perhibetur. Quatenus.n. homo, eatenus immolatus est pro salute mundi Iesus, & sedet ad dexteram Patris. In reliquis uerò laudibus id tantum omitti nõ debet, quòd diuinæ naturę propria attribuuntur Filio Dei; cũ ipse solus Sanctus; solus Dominus esse enunciatur. In quibus quidem tribus Filij Dei celebrationibus particulã illa, solus, non excludit reliquas duas personas diuinas, Patrem. f. & spiritum sanctum; quin potius eas amplectitur. Est.n. & Pater Sanctus, Dominus, & altissimus, nec minus Spiritus ipse Dei Sanctus, Dominus, & altissimus, quippe cum tria illa (ut scholastici uocãt) prædicata sint essentialia, & diuinitatis cõcernant substantiã; ac propterea ipsis tribus sunt communia. Quare manifestum est, dictiones illas, solus, Dominus, & altissimus, naturas alias a Diuina, ut Angelicam, & humanam hic excludere. Nam etsi Angelus, & homo qñq; dicantur sancti, at tñ non secundũ eam rationem sancti sunt, qua dicitur Deus sanctus; propterea quod Deus ex sua natura, uel (ut passim dicitur a Theologis) absolute, per se, & formaliter est Sãctus, Dominus, & altissimus natura sanctitatem habens, dominatum, & altitudinẽ; at Angelus, & homo non suapte natura; neque ex se sanctimoniam habet, dominum, & celsitudinem, sed participatione & sola gratia a Deo dependente; perinde atque aqua caliditatem mutuatur ab igne per se calido, aut aer claritatem a sole per se lucido. Hactenus de hac Angelorum laude. Postremo præter supradictas particulas, adiectæ sunt & aliæ ab alijs summis Pontificibus Symacum subsequentibus ad omni sãctam Virginem Mariam attinentes, cum de ipsa celebratur Missæ sacrificium, quibus quoniam nullam habent difficultatem, consultò supersedebimus.

Notatu dignum.

Cõpleta prædicata de Deo dicũtur per essentiã, de Angelis, & hominibus per participationem.

DE ORATIONE QVAE COLLECTA dicitur. Cap. 6.

HYMNO Angelico expleto, Sacerdos ad populum uersus eundem salutans dicit: Dominus uobiscum, quibus uerbis Dei præsen-

iam ipſi populo præcatur, qua fiat attentius, pius, & deuotius, atque ſic oratio, quam eius uice ad Deum fuſurus eſt, efficax reddatur. Eſt genus hoc ſalutationis non humano arbitrio compertum, ſed ex diuinæ ſcripturæ authoritate probatur ex ijs locis fuiſſe deſumptum, ubi ſæpius & ſingulariter, & pluraliter legitur poſitum. Singulariter quidem dicente Angelo Mariæ, Dominus tecum. Item Angelus Gedeoni, Dominus tecum uirorum fortiſſime. Pluraliter uerò legitur, cum Booz meſſoribus ſuis dixit, Dominus uobiſcum. Item Azam Regem Iudæ cum uictor reuerteretur de prælio, ſalutationem recepiſſe a Prophęta legitur, his uerbis; Dominus uobiſcum, quia fuiſti cum Domino. Populus autem reſpondet: Et cum Spiritu tuo. Quaſi dicat; Tu Sacerdos optaſti nobis diuinam præſentiam, ut reddamur attenti, ad Deum erecti, & pij: Identidem & nos uicißim tibi optamus: ut Dominus ſit cum ſpiritu tuo, ideſt, cum anima tua, quo ſic oratio utriuſque noſtrum communis accepta fiat, & impetrabilis. Eſt autem reſponſio hæc ex D. Paulo accepta, qui poſteriorem ad Timotheum Epiſtolam ſic finit: Dominus Ieſus Chriſtus cũ ſpiritu tuo: Dominus uobiſcum, Amen. Hunc ſalutationis, & reſalutationis modum non deerant, qui turbarent hæretici Priſcilliani, contra quos Eccleſia, ut ne in modico quidem ſubſiſterent in Brancarenſi Concilio hæc habet. Item placuit ut non aliter Presbyteri, & aliter Epiſcopi ſalutarent populum, ſed uno modo ſalutent dicentes: Dominus uobiſcum, & ut reſpondeatur a populo, & cum ſpiritu tuo. Hæc ibi. Habita ſalutatione ſtatim deuotiſſimus Sacerdos ſeipſum una cum populo colligit ad orandum, Oremus, inquiens, Quo in loco ſit præcatio, quam Collectam uocant a colligendo, quòd Presbyter non oret ſolus, neque pro ſe tantum; ſed totum ſecum colligat populum cum quo, & pro quo uelut cõmunis aduocatus communem facit orationem omnium petitiones ea in oratione colligens, atq; concludens. Quod ex eo præter cætera colligi poſſe arbitror, & quod dicit Oremus, numero plurali. Orationis autem ordo is eſt, eam primo dirigere ad Patrem; Secundò impetrare per Chriſtum: Tertio includere in Spiritu Sancto; quia & Apoſtolus ait: Ex quo omnia pro Patre, per quem omnia pro Filio, in quo omnia pro Spiritu Sancto. Oratio igitur eſt dirigenda ad Patrem ex Domini Saluatoris noſtri præcepto, qui Diſcipulos ſuos ita inſtruxit, cum eum interrogarent, quo modo orare debuiſſent a Cum ſtabitis, inquit ad orandum, dicite: Pater noſter. Concludimus autem orationes per Dominum noſtrum, Patrem orando per Filium; quod ita in euangelio idem ipſe Filius præcepit in hunc modum: Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo, petite, & accipietis, Qui & effectum noſtris petitionibus ſi per ipſum rogauerimus, promittit dicens: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. Vnde & plurimas orationes, uel pene omnes ſatis congrue concludimus ad hunc modum: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Sciendum autem quod in hac uſitata concluſione per Dominum, Romanus ordo, & antiquiſſima exemplaria nomen Dei interponunt, ubi dicitur, qui tecum uiuit, & regnat Deus, quod tamen recentiores poſt nomen Spiritus Sancti ſubiungere uolent in hunc modum: Qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Et hæc hactenus conſuetudo uſque adeò inualuit, ut ſi antiquæ traditioni inhærere uelimus, ſcandalum uideamur committere, quod in tam leuibus cauſis ſummo ſtudio cultore debemus. Omnes autem aſſtantes ex antiqua ſanctorum Patrum traditione ut communem orationem, quam Sacerdos pro omnibus Domino libauit, confirment, mox reſpondent; Amen. Quę ſanè dictio quoniam in calce omnium oratio-

Salutatio Sacerdotis ad populũ unde accepta.

Collecta cur ſic dicitur.

Orationis ordo quis.

Anima duerſione dignũ.

num

Luc. cap. 1. c

Iud. cap 6. c

Ruth. cap. a

Cap. 3.

Rom. c. 11. d

Luc. cap. 11. a

Matt. ca. 6 b

Ioan. ca. 16 a

Matt. ca. 7. b

num Ecclesiasticarum subnectatur, quid nam illa significet, non est silentio prætereundum.

DICTIO AMEN QVID significet. Cap. 7.

SCIRE igitur par est, eam dictionem in calce orationum positam optantis esse particulam, & significare idem quod fiat, siue compleatur illud, quod in oratione antea acta postulatum est. In qua quidem significatione sæpius in sanctis sumitur scripturis, ut ibi: Et respondebit omnis populus, & dicet, Amen. Et alibi: Cumq; omnes dixissent, Amen, accesserũt ad conuiuium. Præter hanc significationem, alteram quoque habet admodũ frequentem acceptionem, qua assertiua, seu affirmatoria particula est, tantum ualens sicut uere, quam præcipue Dominus noster Iesus Christus (qui summa ueritas est) sæpius unicé, & semel nominauit ad assertionem eorum, quæ protulit dicens: Amen dico uobis, amen dico uobis. Apud beatum uerò Ioãnem semper in eadem sententia geminata reperitur, ut Amen Amen dico uobis. Cæterũ quam ob causam noluerint interpretes uocẽ illã, Amẽ, in alienam transferre linguam, sed eam. Hebræam ut est, dimiserunt; id esse factum puto, quatenus in illa utpote a Domino integre prolata honoraremus syncerius summam, & diuinam ueritatem ea dictione nobis assertam, atque comprobatam.

Deuth. cap. 27. c. Tobiæ c. 9. d

DE ORATIONVM NVMERO Cap. 8.

HOC certe institutio officiorum exigere uidetur, ut sicut ad unam Missam unam tantum Lectionem, & Euangelium legimus, item unum Introitum, immo unum officium celebramus, ita & unam orationem dicamus. Quod etiam ordo Romanus expostulat, ut Amalarius in prologo sui libri de officijs ab ipsis Romanis dedicisse fatetur. Sed hæc iam pauci obseruant, quin potius plures sic orationes multiplicant, ut auditores suos sibi ingratos efficiant, & populum Dei potius auertant, quam ad sacrificium alliciant. Hoc autem sapientioribus multum displicet, qui etsi aliquando antiquam traditionem alijs morem gerendo excedant, in ipsa tamen successione modum tenere, & rationem aliquam attendere solent. Nam etsi non semper una tantùm oratione sunt cõtenti, septenarium tamen numerũ in orationibus non transcendunt. Quem utique numerum nec Dominica oratio excedit, quæ cum solis septem petitionibus omnia corpori, & animæ necessaria comprehendit. Hoc igitur summopere solent obseruare, ut in Missa siue unam, siue tres, quinque, siue septem orationes celebrent; Vnam, aut propter Deitatis unitatem, aut propter Romanam traditionem. Tres, uel ob personarum Trinitatem, uel quia Dominum ante passionem ter orasse legitur. Quinque, propter quinquepartitam Christi passionem. Septẽ, cum propter septiformem Spiritus Sancti gratiam, tum quia & Apostolos septem petitiones Dominicæ Orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse legitur.

QVALES ORATIONES AVTHENticæ habeantur. Cap. 9.

SApientiores aliàs orationes nisi antiquas, & a Gregorio confectas difficile admittunt, utpote quas in antiquioribus, & emendatioribus sacramentarijs maxime inueniuntur. Sed in VIII. Africanæ prouinciæ Concilio VIII. Conc. Afric. ca. 12.

cilio, cui B. Pater Augustinus simul cum CC. XLIII. Sanctis Patribus interfuit, ita sancitum est: Nullę præces, uel orationes, uel Missę, uel præfationes, uel commendationes, uel manus impositiones dicantur, nisi in Cõcilio fuerint probatæ. Item in III. Carthaginensi Concilio, cui idemipse Sanctus Augustinus præsens fuit, hæc habentur: Nullus ad altare Patrem pro Filio, uel Filium pro Patre nominet, sed semper orationem ad Patrem dirigat, nec qualibet oratione utatur, nisi probata. Ex his igitur facile colligitur, nulli conuenire Sacerdoti, ut sibi ex proprio capite quas uelit orationes legendas assumat, sed eas tantum, quę uel a Summis Pontificibus traditæ, a sacris Concilijs fuerint probatæ. Cæterum nos arbitramur eas omnes orationes uelut probatas, & authenticas accipiendas esse, quę in Missali ex Decreto sacri Concilij Tridentini nuper impresso positæ leguntur.

Orationes authenticæ quales habeandæ.

DE ORATIONE CONTRA HAEreticos. Cap. 10.

POSTQVAM in locum de oratione incidimus, non ab re erit, aliqua contra perfidam Hæreticorum opinionem de absoluta necessitate tradere. Sed de oratione quid sanctius, & quid utilius docere possumus, quam quod orationi iugiter sit insistendum, quando ubiq; legamus Christũ toties pro nostris oasse peccatis? In monte uidelicet Oliueti in faciem procidisse, prolixiorem profudisse orationem; post cœnam hymnum dixisse, dormientes Discipulos a somno ad orandum aduocasse; atq; quomodo, & quid orandũ sit, docuisse? Num & Apostoli omnimnes non perseuerauerunt in oratione? Hinc Petrus, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Quòd si orationes inutilis esset, ut aduersarij multa diligentia prosequuntur, cur ob rem inanem D. Paulus tot uerbis uteretur ad orandum persuadentibus, quemadmodum Romanis, Corinthijs, Galatis, Ephesijs, alijsq; scribit se sine intermissione facere, eosq; obsecrare, ut e diuerso prosequantur? Aut cur Ecclesia Hierosolymis sine intermissione ad Deum pro Petro orasset? Aut quo modo orationes Cornelij in conspectu Domini ascendissent? Quæ omnia dum clarius comprehendantur Scripturis, restat, ut nos iugiter diuinis orationibus insistamus, uti Christum Seruatorem nostrum, Patres, & prædecessores nostros fecisse, & docuisse legimus. Hactenus de Oratione. Pergamus ad reliqua.

Positio hæretica.

Positio hæretica.

DE EPISTOLIS. Cap. 11.

ORDINARVNT deinde Viri Apostolici, & Patres Prisci, ut Presbyter oratione iam gratiã a Deo nactus populo doctrinam impertiat, quatenus ex ea doceatur, quo pacto se aptare possit futuris mysterijs. Et hoc agitur in Epistola, quæ semper aut ex ueteri lege, aut ex aliqua Apostolica lectione accipitur: Ex ueteri quidem lege, quod antiqua lex præcursor est nouæ legis, quæ in Euangelio tradita, inuenitur. Ex Apostolica quoque lectione assumitur, quòd Dominus miserit illos binos ante faciem suam, hoc est, ante Euangelium, in omnem locum, quo ipse erat uenturus. Adde Epistolam euangelio præmitti, quia ut plurimum uelut prælectio, & præexistens quædam notitia ipsum declarat. Solis Subdiaconibus inferioris gradus Romana authoritas concedit, ut Sacris uestibus induti Epistolam legant ad Missam. Nihil uerò obstat, quin Sacerdos in Missa inferiorum officia si necesse fuerit, possit explere, quum omnes ordines inferiores iam retinere constet: Sed non ordinato inter dicitur. ut in, solemni Missa sacris

Quare ad orationẽ subsequitur epistola.

Epistola ex qua lectione debet cõstare.

Cur aut ex ueteri, aut ex nouo sumitur testamento.

uestibus

vestibus indutus epistolam legat; Nam Beatus Hormisda Pontifex Maximus illum deponit, quicunq; non ordinatus officium ordinati in eum, quem diximus, modum usurpauerit.

GRADVALE VNDE DICITVR, ET cur epistolam subsequatur. Cap. 12.

Graduale unde dicit.

REsponsorium, quod epistolam subsequitur, Graduale uocant, denominatione a modo canendi orta: Initio enim plerunq; graue est; deinde suis gradibus ascendens, mystice designat nouitium pœnitentem nondum alte ascendisse in uia Dei, sed adhuc in plorationis conualle positū in dies altius ipsum ascendere, atq; ad editiorem procedere gradum. Id quod Propheta innuere uidetur, cum cecinit: Beatus uir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in Valle lachrymarum in loco, quem posuit: etenim benedictionem dabit legis lator; ibunt de uirtute in uirtutem. Hinc aspero, & graui cantu persoluitur, qp ad lamentum, ipsaq; pœnitentiæ opera pertineat, atque epistolam apte subsequitur; quia mox ut sacra doctrina mores instituens fuerit percepta; sequi debet pœnitentia cum suis fructibus. Sunt tamen qui putent Graduale dici a loco, in quo canitur. Nam in Cathedralibus ecclesijs, quæ omnium sunt pretiosissimæ, canens Graduale ad gradum sæpius consistit, & interior eo stare consueuit, qui subsequens Haleluia concinit. Sed prima significatio (ut arbitror) est admodum congruens rei propositæ, longeque accommodatior, quam ista.

Psal. 83. b

Cur epistolam mox sequitur.

Aliquorum opinio.

HALELVIA QVID SIGNIficet. Cap. 13.

QVoniam statim subiungitur dictio haleluia, & in usu ecclesiastico eadem sæpius repetitur, quid dictio illa significet, opere pretium est dignoscere. Sane qui linguæ hebreæ periti sunt, illiusq; leges, & documenta callēt, cēsent id uocabulū duas in se dictiones amplecti, quarū prior est trisyllaba, sic Halelu; secunda uerò dictio ia apud Hebræos monosyllaba est; nam i & a apud eos coalescunt in unam syllabam. Significat haleluia tantundem sicut laudate Dominum, nam Halelu laudate designat, ia nomen est Dei significans Dominum; Est enim apud Hebræos unum de decem Dei nominibus, quæ Diuus Hieronymus in quadam Epistola ad Marcellam recenset.

Dictio, Haleluia, ex duab⁹ coalescit i unā.

Haleluia qd indicet.

Hoc ipsum haleluia cantus est hilaritatis, & ingētis lætitiæ, immo uerius iubilus, quam cantus: Ex lapide (inquit Tobias) candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per uicos eius haleluia cantabitur. Aptissimè quidem sequitur Graduale canticum: quum perspicuum sit; tristitiam pœnitentiæ semper ingens sequi gaudium, ut testatur Christus his uerbis: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: Gaudium prorsus sequitur plenitudinem & hic, & in futura patria, ubi perpetuò cantabitur haleluia. Id quod eo loco ostendit Ioannes, ubi hæc scripta reliquit Post hæc audiui uocem magnam turbarum multarum in cœlo dicentium haleluia. Hoc in Romanam Ecclesiam Damasus Papa ab Hierosolymarum Ecclesia per Hieronymum introduxit.

Tob. c. 13. d

Matt. c. 5. a

Apoc. cap. 19. a

Lib. 9. Reg. Epist. viij.

Cur graduali statim adijcitur.

Quo tempore Tractus dicatur, & cur.

Verum toto tempore intermedio, a quinquagesima usq; ad Pascha, Sancta mater Ecclesia prætermittit hoc lætitiæ canticum, & ex institutione Telesphori Tractum assumit, ut luctum pœnitentiæ pro peccatis diluendis

assumendum

assumendũ esse significet. Tractus nomen habet a trahendo, q̃ ob carnis repugnantiam ui, atq; violentia quadam ad luctum pœnitentiæ trahamur. Tractus unde.

DE EVANGELIO QVAM multa. Cap. 14.

Sub initio lib. de præp. Euang.

EVangelium græce, latine bona nunciatio (authore Eusebio) sic dicitur, q̃ uel æterna, atq; incorruptibilia bona, quæ certe suprema, & maxima sunt, atq; adeo summam felicitatem cunctis hominibus annũciet; uel ab aliis uidetur, q̃ bonum, & lætum nobis afferat de Christo nuncium; nimirum q̃ is sic potenter pro nobis uicerit peccatum, mortem, & inferos, ut hæc formidanda nobis non sint, si eidem uiuaci adhæserimus fide. Hos præcios simum nuncium admirans Isaias. Quam speciosi (inquit) pedes euangelizantium pacem, annunciantium bona.

Euangelium quid significet.

Ex Romano ordine a Diacono Euãgelium legebatur uersus Meridiem, ubi masculi conueniebant, non ad Aquilonem, quo in loco fœminæ consistebant: Ad principalem enim sexum meritò uertebatur, q̃ ei (ut Apostolus instituit) infirmior sexus domini docendus committitur. Sed presbyteri ad legendum Euangelium non se ad Meridiem uertebantur; quia nec in pulpitum sicut Diaconus ascendebant, ubi necessario ad masculos potius, quam ad fœminas se uertere debebant. Nam iuxta ecclesiasticam consuetudinem ad altare legunt, ubi nulla diuersitas auditorum appropinquat, quæ Sacerdotes legentes magis in hanc partem, quam in aliam conuerti exigat. Ad sinistrum uerò cornu altaris habent librum, cum Euangelium legunt, uel cum sacrificant, ut in dextera parte expeditiores sint ad suscipiendas oblationes, siue ad conficiẽda altaris sacramenta. Vnde ad Aquilonem magis quam ad Meridiem uersi uidentur, cum annunciant Euangelium, atq; hinc illam usurpationem emersisse uidetur, ut etiam Diaconi in pulpito se uertant ad Aquilonem: idq; adeo inoleuit, ut apud plerosque quasi ex ordine sanctum teneatur. Et fortasse eam ob causam uertitur ad Aquilonem; quasi contra Diabolum; quomodo in canticis dicitur: Aquilo surgat, & Auster ueniat, hoc est, Diabolus fugiat, & Spiritus Sanctus accedat. Et recte contra Diabolum Euangelium legitur, ut illum sua uirtute expellat. Sed Euangelio præmittit sacerdos consuetam salutationẽ dicens, DOMINVS VOBISCVM, plebe, uel Choro respondente, ET CVM SPIRITV TVO. Quibus allocutionibus mutuo se ad Euangelium attentissime audiendum excitant. Deinde pergit cantando: SEQVENTIA SANCTI EVANGELII SECVNDVM N. VEL N. cui populus uel chorus, uel minister summa reuerentia respondet: Gloria tibi Domine, ac si diceret; Si tibi o Deus summa laus, & gloria, qui tam iocundum nuncium, uerbum salutis nobis é cœlo mittere dignatus es. Interim tam sacerdos, quàm populus ternis se muniunt crucibus, ne Diabolus Euangelij fructum ubertimũ quo quo modo impedire possit. Est.n. ipse uolucris illa funesta, quæ præciosissimum diuini uerbi semen de cordibus audientium tollere nititur, ne credentes, salui fiant. Tribus quidem se signant crucibus, ad frontem, ubi sedes ipsius uerecundiæ conspicitur, ut spreta omni uerecundia cum Apostolo de Euangelio nõ erubescat: In pectore, ne aliqua suggestio Diaboli impediat, quin puro corde euangelium Dei annunciare possit: In ore, ut quod corde percipit, simul & ore profitetur: Ac ita tribus crucibus se signant Christi fideles ad frontem, os, & pectus, ut significent se euangelium crucifixi adeo non erubescere, ut parati etiam sint hoc ipsum profiteri & ore, & pectore.

In Missa solenni quo in loco legebatur Euangelium.

In Missa priuata ad cornu sinistrum uersus Aquilonem legi debet. Et quã ob causam.

Populus

Populus uero non ledens, sed stans (Anastasio institutore) euangelium audit, ut ad prælium pro Christi ueritate tuenda prõptitudo notetur. Nec minus caput detegit, ut quæ sub uelamine, ac figura in lege, ac Prophetis continebantur, in euangelio manifestata esse significetur. Postremo lecto Euãgelio sacerdos ipsum osculatur, ut innuat præcipuum amoris affectum erga Dei euangelium, de quo hæc pauca dixisse sufficiat. De cõs. dist. 1. cap. Apost.

SYMBOLI NICENI EXpositio. Cap. 15.

Symbolum unde collatio, & inditium latine dicitur.

SYmbolum Græcè, collatio, & inditium latinè utroq; significatu recte sic dicitur. Collatio quidem, quia Apostoli in unum contulerunt, quod unusquisque de Deo sentiret ut sic concors esset fidei professio: Inditium autem, uel signum ideirco dicitur, quia cum multi ex circumcisionibus iudeis simularent se esse Apostolos (ut in Actibus Apostolorum legitur) & lucri alicuius, uel uentris gratia ad prædicandum prosilirent, nominantes quidem Christum, at non integris traditionum lineis nunciantes, istud inditium posuerunt, per quod agnosceretur is, qui Christum uere secundum Apostolicas regulas prædicaret. Cæterum post Apostolorum obitum, uarię succreuerunt in orbe ecclesiæ zizaniæ, præcipue Arij illius Alexandrini, qui filio dei naturam diuinam adimere ausus est, & pestilentissima doctrina ingentes excitauit in ecclesia turbas, ita ut Oriens, & Occidens exitiali bello inter se cõflicterentur. Quam ob causam optimus ille, & prentissimus Imperator Constantinus Magnus magnum conuocauit Concilium, congregatique sunt Niceæ cccxviij. Patres ad numerum ferme annorum Christi tunc occurrentium: qui Symbolum confecerunt non quidem aliud, sed plane idem cum priore apostolorum, quod a loco Nicenum est dictum, & Symbolum maius plerunq; appellatur, q duodecim articuli in eo propter hæreticos, & pfidos iusius, & apertius sunt discussi, & declarati. Hoc ipsum Symbolum Marcus summus Pontifex in Missam legi instituit, ut quidem statim post euangelium, q scilicet euangelij doctrinam, & prædicationem sequi soleat fides, dicente Paulo: Fides ex auditu, auditus per uerbum Dei. Ar quibus diebus in officio missę legeretur, a Damaso post Marcum fuit institutũ. Quã ob causam Apostolorũ Symbolum idem, cum Niceno. Rom. cap. 10. d

Iam ut ad Symboli huius expositionem aggrediamur, principio sciendum est, quicquid hic continetur, tribus partibus, sicut sunt tres sanctissimæ Trinitatis personæ, ad quas refertur, comprehendi. Prima pars Patri: Secunda Filio: Tertia Spiritui sancto ascribitur. Primæ igitur partis primus articulus hic est, qui sequitur. In tres principales partes diuidit.

Credo in unum Deum Patrem. Quum n. Deus sicuti est, nemo uiderit unquam optimo iure Symboli prima uox est credo. Vbi initio commonendum est, triplicem esse credendi rationem. Si credere Deum, Deo, & in Deũ. Prior est, quum credimus Deum reperiri, & in rerum natura existere, contra eos, qui negauerunt Deum esse, de quibus Prophera hęc scripta reliquit: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Secunda, credere Deo est, quando Dei uerbis credimus, & uera esse, quæ de Deo dicũtur, quomodo, & Dæmones credunt, & contremiscunt (ciunt enim illum mentiri non posse) & plerique Philosophi credidernnt; sed tamen euanuerunt in cogitationibus suis. Tertia credendi ratio est, in Deum credere, hoc est credendo amare, credendo diligere, & credendo in Deum uniri: In hunc quippe modum in Deum credendum esse nunc proponitur, quemadmodum pij credunt, qui nihil sibi quasi proprium, & in sua potestate positum arrogãt, sese illius clementissimi domini seruos profitentur, sciũque omnia tribuunt diuinæ uolun- Triplex credendi ratio. Credere Deum quid. Deo credentes qui sint. In Deũ credere quid. 1. Ioan. c. 4. e Augusti. in Psal. 77. Psal. 13. a

tati, eique se totos committunt, quantum possunt propria abnegantes in omnibus breuiter pro comperitissimis habent omnia, quæ sacris Bibliis, ac Catholicæ Ecclesiæ definitione prodita sunt, & absque dubio sperant, quæ Deus ibi promittit.

Vnde uerò fides, qua in Deum credimus, oriatur, facilè erit ostendere, paulo altius hinc petito principio. Erant homini ab initio fuæ creationis præcipuæ illæ animi uires intellectus, & uoluntas sic diuinitus inditæ, ut Deum ueluti optimum, simul & maximum rerum omnium cõditorem perpetuo agnosceret, agnitum uerò quoad fieri posset, complecteretur. At postea quam ille legem Dei neglexit, statim intellectum, seu mentem, & rationem, qua recte iudicaret quid eligendum, quidue fugiendum omnis ignoratio, & error occupauit, & uoluntatem, qua expeteret, quod ratio commõstraret, carnalis concupiscentia grauiter uitiauit. Atq; ita factum est, ut recederet homo, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, comparatusque iumenti, similis illis effectus sit. Vtraq; igitur animæ nostræ parte uitiata, duplici remedio opus erat, fide, quæ purificaret mentem, & rationem; & charitate, quæ uoluntati submoueret prauas cupiditates. Sed utrunq; remedium quum humana tantum industria minimè comparari posset, a Deo petendum erat: Ambo enim ipsius dona sunt. Nam charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: Et nemo per fidem uenit ad Patrem, nisi per Filium; & uicissim nemo uenit ad Filium, nisi Pater traxerit eum. Fides ergo in Symbolo proposita, qua in Deum credimus, est donum menti hominis diuinitus infusum, quod ex D. Pauli sententia in earum rerum, quæ non uidentur, cognitione, atq; longe omnium certissima positum est. Hæc igitur fides est, quam in nobis exigit Deus, nec tamen inueniet, quod exigit, nisi donauerit, ut inueniat. Hæc est, quæ consolatur nos in omni tribulatione nostra spe bonorum cœlestium, de qua hæc scripta habentur. Induite uos armaturam Dei, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Iterum, per quem habemus accessum, per fidem in gratiam istam: Atq; alio in loco hęc ad lineam legimus: Circuit uos tanquam leo rugiens, quærens quem deuores, cui resistite fortes in fide. Nec minus de tam excellenti dono rursus hæc alia inuenies in diuinis scripturis, sic posita: Et hæc est uictoria, quæ uicit mundum, fides uestra. Hæc fides nos Deo copulat: hæc in huius uitæ tenebris præluceat ostendens quid uere fugiendum, quidue expetendum. Hæc sola aditum præbet, ac facit, ut qui per incredulitatem, & superbiam uetere in Adæ a Deo excidimus, Deo rursus appropinquemus. Si desit hæc fides, nulla bona conferunt ad salutem, sin adsit, omnia cooperantur in bonum. Hinc sacrosancta Synodus Tridentina superiorum Patrum exempla sequuta ad ficium pro extirpandis hæresibus, & moribus reformandis constructura, quo pia eius solicitudo principium, & progressum suum per Dei gratiam haberet, ante omnia statuit, & uoluit præmittendum esse fidei confessionem. Illius autem in Sess. 3. uerba sunt hæc: Quare Symbolum fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessario conueniunt, ac fundamentum firmum, & unicum, contra quod portæ inferi non præualebunt, totidem uerbis, quibus in omnibus ecclesijs legitur, exprimendum esse censuit, quod quidem eiusmodi est. Credo in unum Deum. Vnum dicitur ad excludendam Deorum pluralitatem. Ex quo facile colligitur in hoc articulo exhiberi Deitatis unitatem credendam. Credimus igitur in unum Deum: Quando Deum dicimus, intelligimus illam substantiam spiritualem sine initio, sine fine, simplicem, si-

ne ulla

Fides, qua in Deum creditur, unde fluat.

Maxima hominis conditi dignitas.

Duplici morbo duplex medela respondet.

Pſal. 48. c

Rom. c. 5. a

Ioã. cap. 6. g

Hebr. c. 11. a

In Deum fides quid.

Ephe. c. 6. b

Rom. ca. 5. a

Fidei fructus qui sint.

2. Petr. c. 5. b

1. Ioan. c. 5. a

Conc. Trid. Sess. 3.

Quid Dei nomine concipiatur.

ne ulla admixtione, inuisibilem, incorpoream, immensam, ineffabilem, inestimabilem, qua nihil esse potest nec dignius, nec sapientius, nec melius: at quoniam cum essentiæ unitate debet etiam credi personarũ Trinitas, mox legimus Patrem; quæ sane dictio additur, ut distinguatur persona patris a filio: nam etsi Deus multis modis in scripturis pater uocetur, ut in oratione Dominica, infra latius demonstrabimus, hic tamen pater accipitur, quatenus ostendit nomen personæ Deitatis, cui soli hoc competit quod Filium genuit eiusdem diuinitatis consortem. Omnipotentem. Quilibet Angelus, uel homo secundum sibi traditam potestatem potest dici potens, sed omnipotens nunquam soli Deo, qui omnia ex nihilo creauit, hoc omnipotentis cognomen competit ad confirmandam imbecillium fidem, & ad excludendas omnes ratiocinationes humanas in operibus diuinis exquirẽtes quo modo Deus hoc, uel illud fecerit. Quibus omnibus hoc uno uerbo esset satisfaciendum; quod quum infinita sit, & incomprehensibilis Dei potentia, non est impossibile apud Deum omne uerbum. Cæterum quum Deum Patrem Omnipotentem dicimus, Filium, aut Spiritum sanctum Omnipotentem non negamus, quin potius astruimus; Nam sicut eadem est patris, & filij, & spiritus sancti essentia, ita & Omnipotẽtia, licet sub ratione, qua Deus est omnium causa, & principium, omnipotentia patri attribuatur, sicuti filio sapientia, & spiritui sancto bonitas. Ita filius, & spiritus sanctus est factor cœli, & terræ, sicut & pater; quoniam diuinarum personarum ad extra profusa operatio una, & eadem est, sicut uirtus, & substantia. Factorem cœli & terræ. Dicitur factor, ut innueretur, quòd non ex propria substantia, sed aliunde, utpote ex nihilo cœlum, terramque produxit. Ipse enim est, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Ipse dixit, & facta sunt. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod & Apostolus luce clarius ostendit his uerbis: Quoniam per ipsum condita sunt uniuersa, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum creata sunt. Visibilium omnium, & inuisibilium. In cœlo fecit uisibilia Solem, & Lunam, & Stellas. Suis animalibus terrestribus, & omni plantarum genere impleuit terram, aerem uolatilibus, mare natantibus; Fecit hominem, qui cæteris creaturis dominaretur, & constituit eum super opera manuum suarum. Omnia subiecit sub pedibus eius, oues, & boues uniuersas, insuper & pecora campi: Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Et ut hæc propter hominem produxit, ita hominem, atque alia omnia propter se, hoc est, ut cognoscãt, & glorificent conditorem suum. Fecit etiam inuisibilia, naturam, scilicet, Angelicam, & mentem humanam ad imaginam, & similitudinem suam. Fecit in cœlo sedes Dominationes, Principatus, & Potestates.

Omnipotentis nomẽ soli Deo conuenit.

Hominũ uana curiositati quo modo satisfaciendum.

Luc. cap. 1. d

Ioan. ca. 1. a Colo. c. 1. c

Cuius rei gratia conditus sit homo.

August. de Simbo. ad Cath. libr. 1. cap. 1.

Psal. 8. b

Gen. cap. 1. d

ET IN VNVM DOMINVM IESVM CHRISTVM FILIVM DEI VNIGENITVM, ET EX PATRE NATVM ANTE OMNIA SÆCVLA. DEVM DE DEO, LVMEN DE LVMINE, DEVM VERVM DE DEO VERO, GENITVM NON FACTVM CONSVBSTANTIALEM PATRI, PER QVEM OMNIA FACTA SVNT. Hic secunda exprimitur diuinæ Trinitatis persona, nempe, Filius Dei, qui cum sit Deus, & homo duabus naturis deitate, ac humanitate constans, de ipsius natura diuina quid credendum sit, in hoc secundo articulo docetur. Ac ita incipit. ET IN VNVM DOMINVM. Hic Filius Dei Dominus nuncupatur, ut æquam cum Patre, significetur habere dominationis authoritatem, ad extirpandam Arrianorum audaciam, qui Filium authoritate, &

perfectione

perfectione minorem Patre, & quasi seruum, atque subiectum illi obiurarunt. Omnipotentem Patrem fatebantur, testante Propheta; Hæc dicit Dominus omnipotens, sed Filium, aut Spiritum sanctum negabant omnipotentem, quum tamen dictus sit, & Filius omnipotens Ioanne Apostolo in Apocalypsi dicente de Iesu Christo Domino nostro; qui est, & qui fuit, & qui uenturus est omnipotens. Id quod confirmatur uerbis ipsius Saluatoris de sui omnipotentia dicentis: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Tu autem hæretice respondе, si audes; si filio data est omnis potestas ubiq; quomodo non erit omnipotens? Dictus & Spiritus sanctus Omnipotes, ut ex eo ostenditur, quod in libro sapientiæ ita scribit sapientissimus Salamon: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & is, qui continet omnia, scientiam habet. An non est omnipotens, (inquit Aug.) qui continet omnia? Neq; sine sacræ scripturæ testimonio ipsum nomen domini filio adscribitur, quando in præsenti articulo dicitur; Et in unum Dominum: Nã Paulus de filij dominio in hunc modum tradit: Vnus pater Deus, & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed scias uelim, quod etsi filius dominus hic appelletur secundum diuinitatem, in scripturis tamen frequenter dicitur Dominus etiam secundum humanitatem; quod ita esse ostendit illa suauissimæ uocis dicens: Vos uocatis me magistrum & Domine, & benedicitis; sum etenim: Verum non ratione humanitatis per se, & seorsum sumptæ Dominus dicitur; sed quatenus humanitas est diuinitati coniuncta; quemadmodum ediuerso Christiane ac pie dicimus Deum passum, ac mortuum, non quia Christus, qui erat Deus, & homo ratione deitatis sit passus, & mortuus, quin potius ea causa erat impassibilis, & immortalis; sed dicimus Deum passum, & mortuum ratione humanitatis, quæ in Christo erat deitati unita. Quadam etiam peculiari ratione Christus dicitur Dominus credentium, seu electorum; unde & in Symbolo Apostolorum additur, Nostrum, ut quotquot in Christo per Baptismum renati sumus, quotquot habemus redemptionem per sanguinem eius, hunc unicum Dominum nostrum profiteamur, & totos nos ei dedicemus, Iesum. Hæc nox hæbraïs sonat Saluatorem. Nec temerè id nominis ei tributum est, sed ab Angelo priusquam nasceretur, inditum scimus: Et uocabis, inquit, nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Nec aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, sicut ipse ostendit his uerbis: Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur. Christum. Hoc nomen regium, & pontificale est. Nam & sacerdotes, & Reges Christi apud Iudæos appellabantur, q̃ unguento Chrismatis consecrabantur; sed Iesus ab illis statim se diiunxit, quòd illi exteriori unguento materiæ corruptibilis uelut mortales, & corruptibilis ungebantur, hunc autem singulariter plenitudine Spiritus sancti unxit Deus. Id quod plane eo loco ostendit Isaias, ubi ex persona filij hæc scripta reliquit: Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me, euangelizare pauperibus misit me. Filium Dei unigenitum. Vnigenitus dicitur, q̃ solus ex substantia Patris est genitus, solus substantia, atq; natura Dei Filius. Cæteri uerò qui credunt in nomine eius, filij quidem Dei sunt, at non natura. (Natura enim omnes nati sumus filij iræ) sed adoptione, & gratia, ut ostendit D. Paulus, quando ad Romanos scribens hæc inquit: Accepistis Spiritum adoptionis filiorũ D. i, in quo clamamus Abba pater. Hoc item confirmatur ex eis, quæ scripsit ad Ephesios his uerbis: Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Et licet Christus duas habeat natiuitates, unam, qua nascitur ex Patre sine tempore, alteram, qua nascitur ex Virgine Ma-

Apoc. ca. 1. b

Matt. ul. ca. d

Sap. cap. 1. b

1. Cor. cap. 8. b

Ioã. ca. 13. b

Act. cap. 4. c

Ioan. c. 10. b

Cyprian. in Symb.

Ise. cap. 61. a

Rom. ca. 8. c

Eph. cap. 1. a

Augusti. de Eccles. dogm. cap. 2.

Christus dominus dicitur tum secundum diuinitatem; tum secundum humanitatem.

Ratiõe quãdam priuata Christus credentium Dominus dicitur.

Reges apud iudæos Christi nominabantur, sed non eadem ratione, qua Iesu; dicitur Christus.

Iesus filius Dei natura est: cæteri omnes Filij adoptiõe dicuntur.

tre

Duę Christi nattuitates non duos filios arguũt, sed eundem semper aliter aliter natum.

Qua ratione Dei Filius fratres, & coheredes habet.

tre tempore præfinito a Deo, non duo tamen, sed unicus est filius, nõ alius, sed idem aliter natus. Cum igitur hic filium Dei audis, non debes generationem carnalis nativitatis assumere, sed illam, quæ ab æterno a patre duxit, quam spiritu Isaias annuncians hæc uerba protulit: Generationem eius qs enarrabit? Secundum quam priorem generationem Christus, non frater noster est, nec hæres Dei, nec fratres habet, nec coheredes. sed secundum eam quam in tempore ex uirgine Matre traxit; De qua prædixit Propheta, cum ita loquutus est. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Quod autem sit unigenitus, ostendunt uerba, quæ Ioannes Euangelista in hunc modum habet: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti: & paulò post addidit: Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et ex patre natum ante omnia sæcula. Negabant aduersarij filium patri coæternum, ac ideo nec Deũ esse, sed creaturam a Deo patre ex nihilo factam. Cõtra fidem catholica eis omnino aduersa Filium Dei hic profitetur ex patre, id est, ex substantia patris natũ, & ante omnia sæcula, hoc est, Deo patri coæternum Quę duo ex sacris de prompta sunt eloquijs, in quibus ad filium pater dicere legitur: Ex utero, hoc est, ex substantia mea ante luciferum genui te. Et alio in loco idem confirmatur, his uerbis filius meus es tu, ego hodie genui te. Vbi particula, hodie, nota est æternitatis. Deum uerum de Deo uero. Confitetur etiam filium esse Deum de Deo genitum, ut omnino intelligatur consimilis esse, eiusdemq; naturæ cum Deo Patre gignente. Et ne hæretici autumarent hanc filij a patre generationem per diuisionem substantiæ fieri, quomodo rerum corporalium fiunt generationes, subiungit Symbolũ Nicenum Filium Dei natum ex Patre, ut Lumen de lumine spiritali immo uerius super spiritali, & super intellectuali generatione. Neq; ab re luminis generatio hic posita fuit, tum q̃ ita testetur scriptura; Et testimonium perhibet de lumine, atq; alio in loco: Et in lumine tuo uidebimus lumẽ. Et etiam q̃ in rebus sensibilibus nulla est productio propinquior illi æternæ generationi filij a Patre (quam inenarrabilem esse superius testatus est Propheta) neq; ulla ad hanc super diuinam generationem exprimendã accommodatior, quàm generatio splendoris a lumine. Queadmodum enim uidemus lumẽ producere de se natiuum splendorem sine aliqua sui diminutione, aut dilectione suæ substantiæ, ita sanè Filius ipse Dei ex substantia Patris sine paternæ substantiæ imminutione, aut partitione ineffabiliter prodijt. licet hæc nulla similitudo afferri possit, quin innumera discrepent. Nulla enim creatura talis esse potest, qualis creator eius. Lux. n. non parit substantiuum splendorem, sed Filius Dei substãtialiter generatur, quippe cum Pater in eum omnem essentiam suam transfundit. Id quod plane ostendit ipse filius, cum in euangelio dixit: Ego & Pater unum sumus. Deum de Deo uero genitum non factum consubstantialem Patri. Sincera fides credendum statuit Dei Filium esse uerum Deum natum de Patre uero Deo, quemadmodum naturali productione nascitur homo uerus de homine uero. Sed quoniam factura non ex facientis est substantia, neq; ipsi facienti coæua, idcirco orthodoxa fides negat Filium factum a Patre, sed esse consubstantialem Patri, eiusdemque substantiæ cum Patre. Per quem facta sunt omnia. Nec solum Filius Dei factura est; quin potius ipse est per quem non quidem ut per instrumentum extrinsecum, sed tanquam per internam, & naturalem Patris uirtutem, & sapientiam facta sunt omnia. Hoc autem apertissimè ostendunt D. Pauli uerba, qui in hanc sententiam sic scriptum reliquit: Per quem. s. Filium, fecit & sæcula. Quod si factum dixerãt Arriani Filium Dei, quũ omnia per ipsum facta sint, & ipse per seipsum, siue a seipso factus esset,

In rebus naturalib⁹ nulla productio magis affinitatur æternę generationi, ut lucis productio

Omnis creatura longe distat a suo Creatore.

Pſal.109. Pſal.2. b

Ioan.ca.1.a Pſal.35.c

Ioan.ca.10.f

Heb.cap.1.a

quod

quod ueritati omnino est dissonum. Nihil enim suipsius est principium,& nihil unquam seipsum producit,aut facit. Et hæc de secundo articulo.

Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus est. Tertius sequitur articulus, qui usq; ad octauam ea proponit credenda, quæ ad Christi humanitatem attinent. Quem ergo ex superioribus secundum naturam diuinam ab æterno ineffabiliter ex Patre natum didicisti,eundem hic inspice in tempore de Spiritu sancto conceptum, & ex Virgine natum. Quod Isaias uaticinatus est ad hunc modum: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium,& uocabitur nomen eius Emanuel, q̃ est nobis Deus. Nobis ergo in primis incarnationis causa credenda depromitur, q̃ certe facta sit propter nos homines, & propter nostram salutem,quemadmodum & Dominus noster in Euangelio ostendit his uerbis; Venit filius hominis quærere,& saluum facere, quod perierat. Hunc equidem locum uelim, ut qui doctrinam Scoti tuentur de incarnationis necessitate disputantis animaduerterent;nimirum hic a Sanctis Patribus opus incarnationis in remedium contra peccatum,& propter nostram salutem,quam ex primi parentis peccato admiseramus,assignare,& omnibus Christifidelibus credendum proposuisse. Descendit de cœlis.Non quidem quod per incarnationem cœlos dimiserit,aut ante incarnationem in terris non fuerit;quia ubiq; semper fuit, est,& erit;sed de cœlis descendisse dicitur filius Dei, quia per susceptionem nostræ naturæ nouo existendi modo in terra esse incepit.i.per humanitatis cum diuinitate in una persona coniunctionem quam Doctores sacri unionem hypostaticam appellant, secundum quem modum ante non fuerat in terris. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Quod autem de Spiritu Sancto incarnatus est ex Maria Virgine, ostendunt uerba Angeli,qui ad Ioseph loquutus hęc dixit: Quod enim in ea natum est,de Spiritu Sancto est. Sed qũo hoc incarnationis opus Spiritui sancto scriptura attribuit; quum certo credere debeamus totam Trinitatem hoc admirabile mysterium cooperatam esse? Verum sciendum,quod non est rarum,ut quædam, quæ omnium personarum communia sunt,ut omnipotentia, sapientia, & charitas, peculiari tamen quadam ratione scriptura sacra singulis tribuat personis, ueluti quum Patri tribuit omnipotentiam, Filio sapientiam, Spiritui sancto charitatem. Vnde quia opus incarnationis incomprehensibilis est charitatis, & ineffabilis amoris, ut declarant nostri Saluatoris uerba dicentis ad hunc modum; Sic Deus dilexit mundum,ut Filium suum unigenitum daret, recte Spiritui sancto tantum opus tribuitur. Ex Maria Virgine. Perpetua Virginis Mariæ integritas tãgitur, quæ prophetico enigmate fuit his uerbis significata: Porta hæc clausa erit,& non aperietur, & uir non transibit per eam. Sed Virginem designat ex nomine Mariam, idq; non temere, q̃ & Lucas Euangelista in hanc sententiam loquutus,ita scribit: Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid,& nomen Virginis Maria. Hæc est illa Maria, ad cuius nomen recreantur omnes animæ piorum. Nam Eua Diabolo assentiens maledictionem,& mortem orbi intulit; Maria uirgo Deo credens, Deo obediens benedictionem,& uitam protulit. Et Homo factus est. Cur Dei filius factus sit homo,prætermitti minime debet. Induit igitur humanã naturam æterna illa ueritas supereminens omnibus suis creaturis,ut subditos erigeret ad seipsum,ut æterni Patris uoluntatem nobis aperiret, ut eruditet nos abnegare omnem impietatem, & sęcularia desideria, ut factus humilis,sanaret superbos: Exaltauit enim se homo, & cecidit, humiliauit se

Deus,

Nostræ salutis causa credenda proponitur.

Pulchra dubitatio,sed pulchrior solutio.

Deus,& manuum hominī porrexit,ac misere lapsum subleuauit. Cum uero dicuntur hæc uerba;Et homo factus est in Euangelio Ioannis sic expressa;Et uerbum caro factum est, commendanda sane & studiose semper obseruanda est a quouis tum proferente, tum audiente humilis genuum flexio, atq; inclinatio ad terram ex ritu Ecclesiæ religiose institutа in repræsentationem,& uenerationem illius eximiæ humilitatis Christi, qua exinaniuit seipsum, formam serui accipiens: Hactenus de tertio articulo. Nunc addam & quartum. Ioan. ca.1.b

Seruanda cō suetudo.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato,passus & sepultus est.Post diuinā,& humanā Christi natiuitatē iā mysteriū passionis igredimur, in quo solo nos gloriari oportet.Primum uerō mortis genus, scilicet,crucis traditur,quod apud Iudæos summam habebat ignominiam: Nam in lege eorum scriptum inuenietur; Maledictus omnis,qui pendet in ligno. Hanc mortis speciem credat, ac sciat Christi fidelis ad redimendum genus humanum nedum cōuenientem,sed & decentissimam fuisse. Decebat.n.ut qui in ligno per superbiæ, & uoluptatis stimulos uicerat, in ligno quoq; per extremam humilitatem, & ingentissimos dolores uinceretur. Decebat, ut Christus, qui pro sua ineffabili misericordia quærebat omnes complecti ipso dicente; Quum exaltatus fuero,omnia traham ad meipsum, expansis brachijs a terra sublimis penderet: Decebat,ut sponsus noster thalami sui lignum ascē deret,ut quo modo Eua facta est ex latere Adæ dormientis, ita & Ecclesia formaretur ex latere Christi in cruce pendentis,ex quo manauit sanguis,& aqua,quæ sunt ecclesiæ sacramenta. Decebat deniq; Christum cruci affigi, ut fixa cruce i terrā indicaret inferna sibi regna subijcere,& ipse in aerē sublimatus aereas subiugaret potestates,tenderetque manus,ut credentes inuitaret.Christus igitur his de causis crucifixus est. Sed pro quibus crucifixus est? Pro nobis subiungit Symbolum,ac si diceret; præterquam quod Christus dignatus est nasci pro nobis,ēt dignatus est crucis patibulū subire ꝓ nobis, ut & nos carnē nostrā cū uitijs,& cōcupiscētijs suis crucifigamus.Id quod plane declarāt uerba,quæ D. Petrus ita scribit.Xpō ergo passo in carne & uos eadē cogitatione armemini, qa qui passus est in carne desijt a peccatis, ut iā non desiderijs hominum, sed uoluntate Dei, quod reliquum est uiuat temporis. Hoc idem quinto ad Galatas capite luce clarius ostendit Paulus Apostolus his uerbis: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs,& concupiscentijs. Idque alio in loco confirmat ad hunc modum. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sub Pontio Pilato. Iudicis nomen, sub quo passus est Christus, adiectum est propter temporum agnitionem, & historiæ certitudinem. Passus. Sic scriptura testatur Christum uere passum eo loco, ubi ait: Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar. Passus itaque est in corpore, captus, uinctus, contumelijs affectus, colaphis cæsus, consputus, flagellatus,spinis coronatus, deniq; in crucem affixus. Passus quoq; est in anima, ut ipse de seipso ostēdit his uerbis, Tristis est anima mea usque ad mortem, & factus in agonia prolixius orabat. Sed absit, ut suspicemur Christum in diuinitate aliquid passum: Nam etsi humanitas,in qua patiebatur,fuerit diuinitati unita; unitas tamen illa ineffabilis singulis naturis suam proprietatem seruauit. Quod enim passibile erat, nempe humanitas manſit passibile: Quod autem impassibile certe diuinitas,mānsit impassibile. Sepultus. In monumēto nouo,& uiuo,solidoq; lapide excisо sepultꝰ est,ut sicut i hoc monumēto nullus alius mortuꝰ sepultus est nec antea,nec postea, sic i illo 1.Cor.ca.1.d Deut.cap. 21.d Cypr. in Symbo. Ioan.c.1.00 Augusti.in Symbo. ad Cath.libr.2. cap. 2. 1.Pet. ca.4.a Gal.cap.5.d Gala.ca.6.c Luc.ca.22.b Mar.ca.14.d Luc. ca.22.c Matt. c.27.g

Quibus de causis tam ignominiosum mortis genus,scilicet Crucis Christus subierit.

Varia passionis genera.

Non prætermittendum.

utero, in quo prodijt nec ante, nec postea quicquam mortale conceptum est. In Apostolico Symbolo post dictionem illam, Crucifixus, statim additur, Mortuus, & sepultus. Sed hic de morte nulla fit mentio, quum tamen & nos credere debeamus in cruce mortem subijsse, quod quia facile est sub ea dictione Crucifixus intelligere, fortasse illi Sancti Patres omiserũt. Hæc sunt, quæ de ijs, quæ ad quartum attinent articulum breuiter, nobis dicenda erant. Nunc ad reliquum me conuerto.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Resurrectio Christi a mortuis ponitur hic credenda. Quo in loco animaduertendum esse arbitror, quod resurrectio Christi a mortuis difficilius cæteris nostræ redemptionis mysterijs recepta fuit mentibus humanis eò, quia supra naturæ leges fit & iura. Cuius rei illud indicium est, quòd discipuli post multas manifestationes Christi a mortuis suscitati ipsis factas, post multa itidem argumenta, & signa, quibus se præbuit illis viuum, adhuc subdubitarunt de illius resurrectione, ut iam in cœlum ascensurus Christus exprobrauerit illis incredulitatem illorum, & duritiam cordis ad credendum. Quare ut tollatur omnis occasio ambiguitatis, atque materia non otiosæ neq; ab re in præsenti articulo ea est dictio apposita, Secundum scripturas, quandoquidem scripturis sanctis indubitato credendum est. Quam facile uerò hic ex diuinis eloquijs Christi resurrectionem coniectura ri, ostendere possunt hæc pauca, quæ subsequuntur. Quid enim in Euangelio est, quod Christus tam sæpe inculcet, quam se passurum, & resurrecturum tertia die, ut inconcusse teneremus Christum Deum esse, & hominem? In passione enim hominem & mortalem; in resurrectione autem se Deum declarauit & immortalem. Quod ipsum luce clarius ostendens Diuus Paulus hæc uerba ad lineam inculcat; Tradidi uobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Verum & hic decebat ob plures causas authorem salutis nostræ resurgere; ac primum quidem, ut eum immortalem sciremus; Christus enim, inquit Apostolus, resurgens ex mortuis iam nó moritur, mors illi ultra nó dominatur; demde ut nos simul cum illo per pœnitentiam commortui peccatis, & per baptisma consepulti simul etiam cum illo, in nouitate uitæ resurgeremus: Id quod ostendere uidetur Paulus his uerbis: Traditus est ergo propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Hoc ité confirmat alio in loco, ubi ait: Si ergo cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: Decebat præterea eum resurgere, ut nobis etiam certam ipsem resurrectionis faceret. Ipse enim est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, & primogenitus ex mortuis. Qui autem primus est, solus esse non potest neque caput deseret sua membra. Si enim ut D. Paulus colligit, Christus resurrexit, ergo & nos resurgemus. Cæterum obiter & illud annotandum est, Symbolum Apostolicum præter Christi resurrectionem, adiecisse etiam eius descensum ad inferna cuius etsi nulla fit in hoc nostro symbolo Niceno expressa mentio: Non tamen minus credi debet ille Christi ad inferos descensus, ac si fuisset expressus; quoniam ex sacræ scripturæ testimonio constat tum multis alijs locis, tum uero præcipuè ex duodecimo Matthæi cap. te, ubi dominus ad iudæos hic loquebatur: Generatio hæc nequam est, signum quærit, & non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in uentre cæti tribus diebus, & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Descendit non ut illic cruciaretur, quum in cruce omnis passionis eius con-

Act. cap 1.a
Mar ca. 16.c
Matt. c 17.b & 20. c
Marc ca. 9.b & 10. f
Luc. ca. 18. f
1. Cor cap. 15. a
Rom. ca. 6. b
Coloss c. 2. b
Rom. ca. 4. b
Rom. ca. 6. a
1. Cor. cap. 15. c
Matt. ca. 12. c

Christi resurrectio cur credenda difficilior

Quantis ex causis decuit Christum resurgere.

Pulchra Apostolici Symboli obseruatio.

Cur Christus ad inferos descendit.

matio facta est, sed ut Satanam cum omnipotentia, propter quam princeps huius mundi dictus est, sibi & in se credentibus subijceret, ac captiuam duceret captiuitatem. Sed ad sextum properemus articulum. Psal. 67. d

Quo pacto Christus ad cœlum ascendit.

Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Consumatis omnibus quæ Christus in terra gessit, & animabus de inferni captiuitate reuocatis ascendit in cœlum. Sed num fortasse ante non erat in cœlo? Non erat equidem secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem tantum. Ascendit igitur in cœlum non secundum deitatem, qua semper æqualis est Patri, qua ubiq; est, & qua nusquam deest, sed secundum hominē assumptum gloria, & honore coronatum uniuersis, & quæ in terra, & quæ in cœlo sunt sibi subiectis. Ascendit autem post quadraginta dies a resurrectione, intra quos seipsum discipulis suis uiuum præbuit in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei. Act. cap. 1.a

Cur Christ? ad cœlū ascenderit.

Ascendit Christus caput nostrum in cœlum, ut nos membra sua secum in cœlum sublenaret. Vis ergo ascendere? membrum illius esto, qui solus ascendit, qui simul consuscitauit nos, simulq; sedere fecit in cœlestibus. Ascendit Christus, factus præcursor pro nobis parans iter, ut fidenter speremus ad ipsum nos posse peruenire. Vis ergo ascendere in cœlum? ascendentem tene; etenim per teipsum leuari non poteris. Sedet ad dexteram patris, Sic Christus futurum ut ad dexteram patris sederet, dixit: Verumtamē dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis Dei. Sic Stephanus legitur uidisse cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris uirtutis Dei. Quo in loco dicto illa Virtutis nobis apertissime ostendit, quomodo Iesus sedeat ad dexterā Patris. Nam sessio ista non est accipienda humano sensu tanquam Pater ad sinistram, Filius ad dexteram sedeat; sed per dexterā intelligenda est honoris æqualitas, & regni potestas, qua constitutus est Christus super omnes creaturas, & quæ in cœlo, & quæ in terra, & quæ apud inferos sunt. Quod sic ostendit D. Paulus in Epist. ad Ephesios capite primo: Secundum operationem potentiæ uirtutis eius, quā operatus est in Christo Iesu constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationē, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed & in futuro. Alter subsequitur articulus, qui septimo positus est loco. Mat. ca. 26.f Act. cap. 7.g

Sedere ad Patris dexterā quo modo accipitur.

August de Symbo. ad Cath. libr. 2. cap. 7.

Eph. ca. 1.d

Et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos, & mortuos. Duplex sanè Christi aduentus in scripturis perhibetur; alter, quo descendens de cœlis uenit, ut per mortem, & sanguinem suum captiuos redimeret, & nos perditos repararet, ac seruaret; alter, quo ueniet conuenientissimo tēpore in gloria Patris iudicaturus uiuos, & mortuos. De primo aduētu dictum est prius in articulo secundo, & de reliquo in hoc articulo primum dicitur, q̄ sit futurus cum gloria & maiestate, sicut prior eius aduentus in mundum fuerat cum humilitate, & exinanitione: Quod ita futurum esse ostendit dominus noster in Euangelio his uerbis: Quum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cū eo, tūc sedebitis super sedem maiestatis suæ. Id qđ in alio loco confirmat, ubi ait; Filius hominis uenturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opera sua. Feret igitur sententiam & de uiuis, qui tum in aduentu suo supererunt, & de mortuis nimirum omnibus, quotquot ab Adam in eū vsq; diem defuncti erūt, reddituros unicuiq; secundum opera sua. Oportet enim nos (inquit Paulus) omnes sisti ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria operis sui, prout gessit siue bona, siue mala. Videāt modo aduersarij num ex fide illa mortua, quam nulla comitantur dilectionis opera, sint saluandi nec ne, quin potius misericordiæ opera, ut de cæteris magis necessarijs filēam, requiri cer- Aug. de fide & Symbo. cap. 1. Matt. c. 25. Matt. c 16.d

Aduentus Christi duplex.

Positio Hæretica solum fidem ad salutem consequendā sufficere asserēs. 1. Cor. ca. 3. b

Marc.ca.25.d tissimum est: Tunc enim & Rex his, qui a sinistris eius erunt, dicet: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non operuistis me; infirmus, & in carcere eram, & non visitastis me; Et quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Ecce misericordiæ opera. Sed redeamus unde paulò discessimus. Hic in primis non omittendum est, quòd totum hoc iudicium non humano more, nempe, motosa discussione, & longo progressu, sed in momento, punctoq; temporis geretur; quandoquidem patebũt omnia cordium arcana, & sua quemq; damnabit conscientia. Quod plane ex hoc præter alia maxime intelligi posse arbitror, q Apostolus testatũ reliquit in hunc modũ: Testimonium illis reddente conscientia ipsorũ, ac inter se inuicẽ cogitationibus accusantibus, aut etiã defendẽtibus in die, quũ iudicabit Deus occulta hominũ: Deinde a nobis recedere non debet, q Dñs hunc diem aduentus sui nobis ignotũ esse uoluit ad excitandum nos, quo semper in ea, qua uocati sumus, uocatione parati inueniamur, atq; ea de causa admonuit nos, ut vigilaremus, quia breuis est, & incerta ista uita, & nescimus tempus, quando uenturus sit. Hæc autem sunt Saluatoris nostri uerba: Vigilate ergo, nescitis enim quando dñs domus ueniat sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne quum uenerit repente inueniat nos dormientes. Matth. ca.3. Quod autem uobis dico, omnibus dico: Vigilate. Vigilemus ergo, & oremus. Hæc de præsenti articulo. Octauus præfefert declarandus.

Modus, quo fiet uniuersale illud iudicium.

Rom. ca.1.c

Cur extremi iudicij tẽp' nobis sit ignotum.

Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit, qui cum patre & filio, simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est q Prophetas. In hoc tertia symboli parte tertia exprimitur summæ Trinitatis persona, cum suis proprietatibus, tam essentialibus, q̃ singularibus. Cum ergo dicitur, Et in Spiritum Sanctum, debet subaudiri uerbum, credo, nã & in symbolo Apostolorũ, idem verbum hoc loco exprimitur. Dicamus igitur credo in Spiritũ Sanctũ. Sed spiritus tribus sumitur modis. Interdum pro flatu aeris, aliqñ pro substantia incorporea, quo modo in scripturis sanctis Angeli spũs dicuntur, & animus hois spũs appellatur; nonnunquã peculiari quadam rõne tertia in diuinis persona Spũs Sanctus nuncupatur, qui secundum diuersas eius operationes diuersa quoque in scripturis sacris sortitus est nomina. Luc.ca.11.c Nunc enim Dei digitus dicitur, in quo Christus eiiciebat Demonia: Ioan.c 16.a Nunc spũs paracletus, id est, consolator, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Nunc spiritus rectus, q deducat nos in uiam rectam a terrenis affectibus nos purgans, & ad cœlestia subuehens: Nunc Rom.ca.1 & Psalm.50.c spiritus sanctificationis, quòd ex se omnia sanctificat. Nunc spiritus principalis, quòd confirmet nos, ut nullis perturbationibus a Christo separari valeamus. Nunc deniq; spiritus bonus, quod diffundit charitatem in cordibus nostris. Rom.ca.5.a Oportet ergo credere in hunc Spiritum Sanctum. Sanctus appellatur, quia unicus est spiritus natura, sanctus omnia sanctificans. Sancti quoq; dicuntur Angelorum, & piorum hominum spiritus; at non natura, sed participatione; nec sanctificantes, sed sanctificati per Spiritum Sanctum. Sanctus etiam dicitur Spiritus ad malorum spirituum distinctionem: legimus enim in scriptura Sauli fuisse spiritum malum, & spiritum mendacem in ore prophetarum, spiritum uertiginis, spiritum pythonicum, spiritum formicationis, spiritum nequam, spiritum immundum, spiritum fatuum, spiritum elatum. Quando uero dicitur? In spiritum sanctum diligenter retinenda est præpositio, in quæ manifeste declarat Spiritum Sanctum Deum esse Patri, filioque coæqualem. Nam in quas personas pariter

Tertia Symboli pars principalis.

Spiritus quot modis sumit in scripturis sacris.

Spiritus sancti uaria in scripturis sãctis nomina.

1.Reg.c.16.c
1.reg.c.22.d
Esa.cap.19.c
2.Reg.c.18.a
Ose.cap.4.c
Act.cap.19.c
Marc ca.1.c
Ioan.c.13.d

Angelorũ, & piorũ hominum spiritus Sancti dicitur; sed diuerso plane modo a Spiritu Sancto, qui in diuinis tertia est persona.

creditur, eadem necesse est coæquales, atque onum Deum esse. At superius diximus, credere nos in unum Deum Patrem, credere in filium eius pariter, & hic eo loquendi modo utimur, credo in Spiritum Sanctum ob eam, quam diximus causam ut confiteamur Spiritum Sanctum esse Patri, filioq; coequalem. Est igitur Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus; nō tamen tres Dij, sed unus est Deus. Cæterum, ut euidentius Symbolum nostrum æqualitatem Spiritus Sancti in diuinitate cum cæteris personis: & eius proprietates indicaret, quinque addidit de Spiritu Sancto credenda, nimirum, quod sit Dominus; quod uiuificet; quod ex Patre filioque procedat; & cum Patre, & Filio simul sit adorandus; quod tandem ipse sit, qui loquutus est per prophetas. Neque sine sacræ scripturæ testimonijs hæc omnia Spiritui Sancto attribuuntur. Quod enim Dominus sit testatur Paulus cum ait: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce quem primo loco spiritum uocat; secundo Dominum dicit, & tertio Deum. Est etiam Spiritus Sanctus uiuificans, Spiritus est (inquit sermo euangelicus) qui uiuificat. Quod item non a Patre solum, ut hæresis Græcorum pertinatius astruit, sed & a filio simul æterna processione emanet, facile est ostendere: A patre quidem procedit: filio attestante: Qui, inquit, a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: Et alio in loco; Non enim estis uos, qui loquimini: sed Spiritus Patris, qui loquitur in uobis: A filio, quum euangelium dicat: quod filius post resurrectionem mittens discipulos suos prædicare euangelium, insufflauit in faciem ipsorum, & dixit: Accipite Spiritum Sanctum. Sed apertius quod dicimus, ostendi potest ex eis, quæ de eodem spiritu uerba faciens dominus noster habet in hunc modum: Ille me clarificabit, qui de meo accipiet: At quomodo Spiritus Sanctus poterit de eo, quod Christi est; accipere nisi ab eo quoque diuina processione dicatur proficisci, ut ab eodem, & substantiam accipiat, & sapientiam? A Patre ergo, & a filio simul Spiritus Sanctus procedit. Et hæc est Spiritus Sancti proprietas. Pater innascibilis est, filius ab æterno genitus, Spiritus Sanctus ab utroque procedens, uterusque quidam nexus ineffabilis.

De Spiritu Sancto quot sint credenda.

Athan. in suo Symbo.

1.Cor.c.12.a

Ioan.ca.6.g

Falsa Græcorum de Spiritus Sancti processione assertio.

Ioan. c.15.d

Matt. c.10.c

Ioan.ca.20.f

Ioan.ca.16.e

Vana hæreticorum de Prophetis opinio.

Ad retundendam uerò illorum insaniam, qui ut detraherent uerbis propheticis fidem, atque auctoritatem temere asseruerunt, Prophetas ipsos quasi arreptitios, & mente captos enunciasse sua oracula, & diuina mysteria hoc in loco proponitur etiam credendum, & ipse spiritus sanctus loquutus est, per Prophetas: Quod & beatus Petrus ostendit his uerbis. Non uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Nonus subsequitur articulus.

2.Pet.cap.1.c

Ecclesia qd sit ab eius Aethimologia sumpta definitione explicatur.

Et unā Sāctā Cathol. et Apost. Eccles. Hic primo scire cōuenit Ecclesia qd, & quotuplex sit. Ecclesia itaq; Græca uox est, ab ecealein qd est euocare. Vñ ecclesia, quasi euocata cōcio est, q; in unius fidei in Iesum Christū Filiū Dei uiui consensum coit. Hoc aūt illud genus hominū est, quod nullū locū, nullam linguā certam habet, sunt.n. ex omni natione, ex omni lingua, atq; ex omni loco congregati, & per uerbum Christi a simulachris mortuis ad Deum uiuum in unā fidem euocati, quos ipse Christus uno nomine ecclesiā appellat, cū ei, qui primus professus est hanc fidē, ac primus fuit, qui confiteretur eum esse Christum Filium Dei uiui, ita dixit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui ergo super hāc fidei petram sunt fundati, hos ecclesiam suam Christus, hoc

Matt.ca.16.e

loco appellat, cuius partes, ut unius corporis membra dicuntur, quicunque eandem fidem profitentur. Quid igitur Ecclesia sit breuiter diximus. Quotuplex uerò sit, perspicuum ex paucis, quæ subsequentur, fiet. Ecclesiam duplicem esse, & ueritas ostendit, & catholici omnes certò sciunt. militantem, & triumphantem. Vtraq; hoc articulo comprehenditur. Ecclesia triúphans, est cœtus ille beatorum spirituú, cum Christo regnantium, qui & de mundo, & Diabolo triumphauit, & regnat cum Christo securus in æternú. Ecclesia militãs est populus (uti iam diximus) in unam professionem fidei, & communionem sacramentorum uocatus, cohærens secundum unitatem professionis, & uisibilem quandam Christianæ fidei formam. A qua quidem definitione secluduntur excommunicati, hæretici scismatici, & pagani. Excõicati quidẽ, quòd publico Ecclesiæ iudicio ab exteriori Ecclesiæ consortio donec resipiscant, seperati sunt. Hæretici autem, & scismatici, quòd sua sponte de Ecclesia exierint, deseruerintq; eandem, & proscindentes, & persequentes. Pagani uero, q Ecclesiam, ueluti in qua nec sint, nec unquam fuerint, nulla ex parte, ne exteriori quidem, & uisibili forma religionis, & sacramentorum agnoscant. Et quamuis eorum aliqui Ecclesiæ membris cohabitent, & secundum quandam exteriorem politiam cum Ecclesiæ membris conuersentur, nemo tamen eos Ecclesiæ membra dixerit. Quod secus est de ijs christianis uita non satis inculpata carnaliter uiuentibus, ut auari, fornicatores, & id genus homines, qui quamuis publice peccent, ab Ecclesiæ tamen consortio nondum resecantur. Nam quemadmodum humano corpori plerunq; adhærent membra aut mortua, aut putrida, aut languida, quæ nonnunquam resecanda ueniunt, ne cætera membra horum contagione inficiantur, interdum toleranda, ne forte si abscindantur, totum corpus in periculum ueniat, quæ etsi membris uiuis in uitali spiritu non communicent, quia tamen colligantia quadam uiuis adhærent, proinde adhuc corporis membra dicuntur, & corporis partes: Ita & Ecclesiæ boni, & mali permisti adhærent, qui etsi non sint colligati omnes unitate spiritus, & in uinculo charitatis, mali tamen adhærent bonis secundum unionem unius signaculi fidei, & secundum uisibilia Ecclesiæ Sacramenta, atq; in hoc cœtu non secus sunt, quam palea est in frumento. Quod quidem ita esse ex his, quæ subsequuntur, deprehendere poteris: Ioannes. n. de Christi uigilantia in extirpandis uitijs prædicens hæc inquit: Cuius uentilabrum in manu ipsius, & permundabit aeream suam: Vbi per aream, quæ continet paleam; & triticum, Ecclesiam intelligi, nemo est, qui dubiter. Vineam quoq; Christus appellat, in qua sunt palmites nõ solum uuas, sed & labruscas facientes: Sementem item seminatum in agro nominat, in quo succrescunt simul zizania, & triticum. Sagenam insuper uocat in mare missam, atq; ex omni genere piscium malorum scilicet, & bonorum congregatam. Præterea regnum cœlorum appellat Ecclesiam, quod comparat decem uirginum quinq; prudentibus, & quinq; fatuis. Deniq; quemadmodum in arca Noe, quæ (omnium Catholicorum consensu) typum gerebat Ecclesiæ, animalia munda erant simul cum immundis, ita & in Ecclesia quandiu in hoc mundi pelago iactatur boni erunt, & mali, modo tamen mali pacem integram, tum quoad ad fidei professionem, & doctrinam, tum quod ad participationem Sacramentorum attinet, cum membris uiuis retineant.

Sed hoc scitu dignum scias uelim, quod ea pars, quæ bonos tantum, & membra uiua sibi mutuò in spiritu charitatis cohærentia complectitur, strictius appellatur Ecclesia; ad quem modum Ecclesia est corpus Christi mysticum, seu congregatio fidelium in unitate fidei, & charitatis uinculo sub

uno

Ecclesia duplex.

Ecclesia triúphãs quid.

Ecclesia militans quid. Ab Ecclesia militante quis excludatur, & cur.

Similitudo rei propositę aptissime accommodata.

Ecclesię nomẽ præsumus supra quos contineat.

Augustin.

Matth. c. 3. c

Matt. c. 10. a
Matt. c. 13. d

Matt. c. 13. f
Matt. ca 25. a

Gene. ca. 7. a

Augustin. de fi de ad Pet. Et cõtra Donatistas.

uno capite Christo militantium, ipsique capiti per uiuam fidem, & ueram charitatem cohærentium, de quibus Apostolus ita scribit: Multi unum corpus sumus in Christo, quos & alibi uocat populum emundatum ab omni iniquitate, acceptabilem Deo, sectatorem bonorum operum. Hanc sanctam Ecclesiam constantem tantum ex membris uiuis spiritualis uitæ participibus, & occulta quadam connexione in spiritu charitatis cohærentibus, Paulus Apostolus describit in hunc modum. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro uitæ, ut exhiberet ipsam sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculã, aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata, nutritq; & fouet eam, quia membra sumus corporis eius, & de ossibus eius. Ecclesia autem hoc modo accepta soli Deo nota est, quemadmodum idem Apostolus ait; Nouit dominus, qui sunt eius. Neque ad hunc modum oportet accipere ecclesiæ uocabulum, ubi uel Christus de audiẽda ecclesia præcipit, uel patres post apostolos de authoritate ecclesiæ differunt. Hanc enim, quæ audienda est, & cuius authoritas sequenda, nobis cognoscibilem, atque adeo uisibilem esse oportet, cuius definitionem superius tradidimus, & quæ bonos, & malos permistos habet. Hæc pauca interim uolui adnotare in primis, nequis existimet, neque hæreticorum falsis persuasionibus conuincatur, ecclesiam propter malorum permistionem deserendam, & aliam quærendam. Nam maxime memoriæ commendanda est beatissimi Cypriani de hac re sententia dicentis. Quanquam in ecclesia uideamus esse zizania, non tamen debet perturbari aut fides, aut charitas nostra, neq; de ecclesia recedere debemus ob id, quod zizania in ecclesia esse cernimus, quin potius ubi uidemus ecclesiam opprimi per impios, hic fidei articulus nos confirmabit, ne desperemus; sed sciamus ecclesiam esse permansuram, & nauiculam iactandam, sed non submergendam. Deinde, ut intelligamus; nec minus ab ecclesia recedendum, quod interdum in ecclesia præsidere conspiciamus criminosos ministros modo tamen per legitimam ordinationem ius, & potestatem ministerij acceperint, & in communione permanserint: Nam etsi tales ecclesiæ ministri uitam ducentes improbatam spiritu careant, quo & ipsi sancti sint & iusti, quandiu tamen ecclesiæ membra sunt, & ab ecclesia tolerantur, Spiritum Sanctum, qui Christi, & ecclesiæ ministerijs, quæ per eos aguntur, assistit, habent, per quem in ecclesia peccata remittunt, ac sacramenta efficaciter conferunt. Non enim pendent sacramenta ex dignitate ministrorum: sed ex mandato, & ordinatione diuina: Quid enim Apollo: quid uero est Paulus? Ministri eius, cui credidistis. Ego quidem plantaui, Apollo rigauit: sed qui incrementum dat Deus. Itaque neque qui plantat est aliquid: neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Non attendamus ergo in ministris, quatenus ministri sunt, meritorum diuersitatem, sed tantum uirtutem, ac potestatem eius: cuius munere funguntur. Quibus omnibus sic declaratis, atque suppositis, facile erit, ut ad præsentis articuli explicationem accedamus. Vbi primo (sicuti in altero articulo diximus) debes subintelligere uerbum CREDO, ut sit sensus: credo unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, superius dicebamus; Credo in unum Deum Patrem, & in Iesum Christum Filium eius unigenitum, & in Spiritum Sanctum. Sed hic statim mutatur modus loquendi, omittitur enim præpositio, in. Non enim dicit Symbolum: credo in unam sanctam ecclesiam, ut in Deum; sed tantum, credo unam sanctam: idest, credo ecclesiam a Deo congregatam esse: Vbi facile deprehendis Creatorem secerni a creatura ui & efficacia illius præpositionis, in.

1 Cor. c. 12. b

Tit. cap. 2. d

Eph. c. 5. f

2. Tim. c. 2. c

Cypr. ad Max. & August. contra Cresco. Grã. 31.

1. Cor. c. 3. a

An maduerte Hæretice.

Pulcherrima omnino obseruatio, cur prætermissa fuerit præpositio, in, declarãs.

tiæ impetrationem mirifice,& efficaciter conterunt, uerum de principali solum fit mentio,quod ad illius positionem,& ablationem cætera omnia sacramenta ponantur,& auferantur. Sed ad subsequentem articulum accedamus.

Et Expecto resurrectionẽ mortuorum. Vana prorsus, & inutilis fides nostra esset, si resurrectionẽ,quæ nos ab infidelibus separat,negare auderemus, tũ q̃ qui non credit resurrectionẽ mortuorũ,neq; credit,q̃ Xp̃s resurrexit,tũ q̃ nos si hac uita tantũ speremus,miserabiliores simus oibus animalibus. Crẽdimus ergo omnes homines secundum corpus, & carnem reuicturos tam pios,quã impios,tam bonos, quã malos,sic ut eadem caro,quam circumferimus,quæ mortua est,& sepulta,ac computruit, resuscitanda sit. Quod aperte ostendit Paulus,cum de carnis resurrectione sermonem habens, hæc protulit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: Quum enim addit illud pronomen, hoc, quid aliud intendit,quam quod hæc uisibilis caro,quasi digito per uim pronominis ostensa sit reuictura? Quod apertissime ostendit Beatus Iob, cui ita ait: Et rursus circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum meum,quẽ uisurus sum ego ipse,& oculi mei conspecturi sunt. Erit ergo hæc corporis resurrectio pijs, atque impijs cõmunis: sed longe diuersa ratione; nam pijs æternam beatitudinem, impijs uero æternos cruciatus afferet; sicut ex his facile ostendi potest, quæ Daniel propheta hunc in modum scribit. Quia tunc resurgent, qui sunt in terræ puluere, hi quidem in uitam æternam, hi autem in opprobrium, & confusionem æternam. Id quod etiam aperte Christus testatus est his uerbis: Et procedent,qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ,qui uerò mala egerunt in resurrectionem iudicij:id est, æternæ damnationis. Hoc item apertius in symbolo Athanasij sic declaratur. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propijs rationem; & qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam, & qui mala egerunt, ibunt in ignem æternum. Resurgent ergo mortui non immutata corporis substantia, sed corporis qualitatibus; quo modo intelligendus est. D. Paulus, cum in prima Epistola ad Corinthios ait: carò, & sanguis regnum Dei non possidebunt,hoc est,caro,& sanguis cum his qualitatibus corruptibilibus non resurgent. Et hæc de præsenti articulo breuiter dicta sufficiant. Reliquum est, ut ad postremum huius symboli articulum aggrediamur, qui quamprimum fuerit a nobis expeditus,cætera quoq; omnia,quæ ueniũt explicãda,fœliciter absoluemus.

Resurgendũ modus.

Et uitam uenturi sæculi. Venturum sæculum dicitur duratio post hanc temporaneam, & mortalem uitam,& ante,& post diem iudicij. Quem ergo in Christo manentẽ nõ delectet uera,æterna; uitæ fidelis promissio? Vitæ, inquã corporis,& animę nunquam finiendæ? Quod. n. ad corpus attinet, non erit amplius obnoxiũ fami,siti,æstui,frigori,indigẽtiæ,lassitudini, seruituti,dolori,morti,aut ullo incõmodo sederit immortalitate,& claritate summa decoratum. Quod uerò ad animũ attinet,nullis uitijs,nulla tristitia,aut mœstitia solicitabitur, sed perpetuò fruetur summo bono, quod est Deus. Quæ sane fruitio quanta bona cõplectatur, nulla lingua dicere, nulla mẽs humana apprehendere poterit. Nec.n.oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hois ascenderunt,quæ præparauit Deus diligentibus se. Qm̃ uerò oia p̃dicta,q̃uel adorationẽ,uel redẽptionẽ,uel sanctificationẽ nostrã cõtinent ueriſſima esse indubitato credimus,idcirco addit,Amẽ,quę uox est eius,q̃ sermonẽ suũ nitit cõfirmare,ut de hac re in superioribus plura disseruimus,quę ne sępius nulla cogẽte necessitate repeti cõtingat,ad eũ locũ te diligẽtẽ lectorẽ reijcimus. Atq; hęc erãt q̃ in hac debili nostra symboli explicatione dicẽ

Hæ sunt nostri corporis qualitates in resurrectione amittendę.

1. Cor. 15. g

Iob. ca. 19. d

Dan. ca. 12. a

1. Cor. c. 16

1. Cor. c. 2. e

da habuimus, in qua si breuiores extitimus, quam res, ipsa, quæ amplissima est, expostulare uidebatur, id totum a nobis esse factum uelim existimes, tū quia a cōpluribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tam Græcis, quam Latinis Doctoribus; atque a sacris Concilijs hanc rem late; diffuseq; explicatam inuenies, tum & maxime, quia ijs omnibus postremò accessit diuinus ille liber Cathechismus inscriptus, qui de hac re, ac multis alijs eā numeris omnibus notitiam absolute tradidit, ut aliquid dignius, ac præstantius, quod possit afferri, nec habeam nec inuenire queam. Sed quæ attulimus, utpote difficiliora, & in hac re cognitu magis necessaria, pro nostri instituti formula sufficere arbitror. Nunc ad reliqua me conuerto.

DE OFFERTORIO CAETERISQVE MVLTIS cognitu necessarijs. Cap. 16.

SACERDOS, & populus iam tertiò inuicem se ad deuotionem mentemq; in Deum intentam commonefaciunt, Sacerdos dicens, Dominus uobiscum, & populus respondens, & cum spiritu tuo; Deinde Sacerdos cohortatur ad orandum dicens, Oremus. Hæc quidem fiunt propter sequens sacrificium, quò dignus, ac religiosus perficiatur. Deinceps Sacerdos, qui est inter Deum, & populum mediator, ut præces suijpsius, & populi nota Deo offerat, manuum digitis patenam altius tenens hostiam Deo uiuo & uero offert, & mente deuotissima, uoceq; submissa absoluit orationem illam; Suscipe Sancte Pater suppliciter rogans, ut laudare eum in solemni mysterio, & pro suipsius, circunstantium, & omnium fidelium uiuorum, atq; defunctorum commissis placare ualeat. Hinc offertorium ab offerendo nomen accipit ibi omnes circunstantes seipsos offerre debent. Quinis. n. Christianus cum alias semper, tum maxime; quum sacratissimo missæ sacrificio est præsens, Deo seipsum offerre debet, atque diuino nutui uoluntate se totum subijcere, subiugateq;, Diuo Paulo attestante, ad magis nos obsecrante his uerbis: Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uſa hostiā uiuentē, sanctam, Deo placentem. Per manus igitur sacerdotis offertur hostia, quæ est panis e tritico azimus, offertur & uinum cum aqua mixtū. Panis nomē traxit a Pan qđ latine significat totū qm̄ hic, & in futuro Xps, qui post cōsecrationē sub spē panis cōtinet, est tota uita nostra, Vinum a uite, cui Dominus se comparat, ubi ait: Ego sum uitis uera. Aqua ab æqualitate sic dicitur, quòd hoc mediante sacramento æquales Angelis efficiamur. Panis offerendus orbiculari imprimitur figura, ad designandum Deum esse principium & finem, quando in circulo (ut Mathematici norūt) ubiq; sit assignare principium, ac finē. Cæterum, cur aqua in sacrificio altaris uino misceatur, tres assignantur causæ. Prima quidem est, quòd S. Patres testantur id fieri exemplo, & ministerio Domini, quibus maxime regionis Iudææ mos suffragatur, cum ibi non merum, sed aqua mistum uinum ex more bibatur. Vnde & in Prouerbiorum cap. ix. ita scriptum inuenimus: Bibite uinum, quod miscui uobis, & quamuis in Euangelio hoc non habeatur expressum, Patrum tamen concors testimonium nobis sufficere debet: Altera causa est, quòd unus ex militibus tempore Dominicæ passionis, quam, sicut dictum est, hoc sacrificio repræsentamus, lancea latus Christi aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua; qua de re Paschalius hęc in hunc modū sanciuit: Plane aqua in uino misceatur, quare misceatur, dum in natalicio calicis factum fuisse non legimus? Illa maxime causa est, quia de latere Christi, ubi passio impletur, sanguis pariter cum aqua manauit. Quod certe mysterium Apostoli plane intelligentes faciendum in calice censuerunt, ut ni-

Rom. c. 12. a

Ioā. c. 15. a

Prouer. c. 9. a

Ioan. c. 19. f

Offertorij unde.

Panis, & uini ethimologia.

Aqua quasi ab æqualitate dicitur.

Hostia cur circularis est.

Quibus ex causis aqua uino imponitur.

hil

hil deesset nobis in hoc sacramento ad commemorationem passionis, quòd tunc extitit in cruce ad consummationem nostræ redemptionis. Postrema ratio, ob quam uino aqua misceatur, ea est, quod quum aqua populum significet, dicente Ioanne, Aquæ multæ populi multi, hinc fit, ut ex huiusce modi aquæ, & uini mixtione ostendatur, quod Christo seruatori nostro populus coniungitur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur. Hoc autem ita esse præterquam quod & ex ijs, quæ dicta sunt, & ex multis alijs locis facile est intelligere, confirmari etiam potest ex sacrosanctæ synodus Tridentinæ authoritate, quæ mira quadam breuitate tres, quas de hac re attulimus causas, amplectens; hæc ita habet: Monet deinde sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut quam uino in calice offerendo misceant, tum quod Christum dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentum hac mixtione recolitur; Et cum aquæ in Apocalypsis beati Ioannis populi dicantur ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur. Quibus sane uerbis ex suo more Canonem subiecit, qui huiusmodi est; Si quis dixerit Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa uoce pars canonis, & uerba consecrationis proferuntur damnanda esse, aut lingua tantum uulgari Missam celebrari debere, aut aquâ non miscendam esse uino in calice offerendo, eo quòd sit contra Christi institutionem, anathema sit.

Apo. ca. 12. d

Conc. Trid. Sess. 22. ca. 7.

Apoc. c. 17 d

Interim Sacerdos oratiunculas tres absoluit, quarum prima est; Offerimus tibi Domine calicem; in qua petit calicem oblatum pro suijpsius, & circunstantium; & denique totius mundi salute ad Deum ascendere. Altera, cuius initium est, in Spiritu humilitatis, rogat, ut sacrificantes sint Deo accepti; Ad tertiam descendens, nempè ad eam, cuius initium est, Veni sanctificator, expostulat, ut oblata cælitus sanctificentur, & consecrentur. Quibus absolutis manus suas lauans Psalmi Versiculos, Lauabo inter innocentes, cum subsequentibus decantat, cogitans meliorem lotionem animæ suæ: Frustra enim manus lauat, si interim illotam habeat conscientiam. Et in medium altaris accedens, hanc deuote persoluit orationem. Suscipe Sancta Trinitas, & quæ sequuntur: In qua supplex orat, ut Missæ hostia oblata usq; adeo fiat apud Patrem cælestem accepta, efficax, & fructifica, ut cedat Patri cælesti in gloriam, sanctis in honorem, animabus in liberationem, & nobis mortalibus in salutem. Quam orationem quamprimum perfecerit, ad populum se uertit, eius precibus se in opere tam arduo adiuuari desiderans, atque ad circumstantes hic alloquitur. Orate fratres cum reliquis, quæ quoniam apertissima sunt declarare omittimus. Absoluit præterea orationes, quæ secreta appellantur, uel a mysterijs multò secretissimis, quæ mox incipiens; uel quod hic memorari debeamus silentium Christi, quum iam sua immineret passio; nam ab eo die, quo Caiphas mortis sententiam in eum tulerat, non iam amplius palam apud Iudæos ambulabat, sed secretus cum discipulis latuit; uel quia summissa uoce, atque secreta proferri debent, ne tã sancti mysterij uerba manifeste prolata per quotidianum usum uilescant, & a Laicis etiam in locis prophanis indebite, atque irreuerenter pronuncientur. In secretarum tam conclusionem Presbyter eleuat uocem alte canens. Per omnia sæcula sæculorum, quo rursus populum ad orationis uigilantiã extimulet, ficq; oratio secreta etiam a populo adiuta, fiat ualidior.

Secreta cur dicitur oratio post offertorium.

DE PRAEFATIONE MVLta. Cap. 7.

Præfatio ex ordium est

QVEMAdmodum in Rothorum orationibus prohœmia sunt, & exordia ante causæ narrationem, quibus ad se trahitur auditorum beneuolẽ

tia,

tia, ut reddantur attenti ad ea, quæ dicturus est orator, ita (si magna paruis comparare licet) in hoc diuinissimo celebrando sacrificio præmittitur oratio uulgato nomine præfatio, siue prologus, & præloquutio dicta. In ea.n. sacerdos tantũ cum Deo acturus causam præloquitur gratias, & laudes Deo; ut præparatus huiusmodi laudatione aptius possit ac melius ad consecrandũ Christi corpus peruenire. Tria autem sunt, quibus admonet populum, ut summa deuotione, dignitate, & reuerentia uentura sacra excipiat. Primo præmittitur salutatio consueta ad populum, ea scilicet, Dominus uobiscum; secundo profertur oratio admodum admonitoria eleuationis cordium in Deũ his uerbis: Sursum corda; Populus subinde annuens respondet: Habemus ad dominum. Ad insinuandum, quod tam Sacerdos ipse celebrans, quam assistens sacris mysterijs debent relictis ad terrena negotia cogitatibus tunc animos suos ad deum erigere. Tertio additur exhortatoria oratio ad gratias agendas pro susceptis ab eo ampliſſimis beneficijs ad hunc modum, Gratias agamus Deo nostro, & populus obtemperans respondet, Dignum, & iustũ est nos, scilicet, Deo nostro gratias agere. Nihil enim æquitati magis consonum, aut rationi cõsentaneum, quam benefactori pro acceptis muneribus, & bonis gratiarum actiones persoluere. Demum hanc responsionem fidelis populi approbans Sacerdos continua oratione subiungit totius præfationis contextum, & sermonem suum ad Deum Patrem conuertit decens: O' domine Sancte pater omnipotens æternę Deus utique Dignum, & Iustum est, æquum, & salutare, ut nos omnes tibi semper, & ubique gratias agamus ob innumera beneficia, quibus nos afficis cum alias continue, tum maxime in hoc sanctissimo altaris sacrificio, ubi totus es tui prodigus, & eorum teipsum expendis, nimirum, unicum tuum filium Iesum Christum nobis donans iure tam pleno, ut nobis liceat eundem sub typis sacramentalibus manducare, & bibere, qua beneficentia, imo uero magnificentia nulla maior cogitari potest in cælo, & in terra. Sed quonã modo Deo Patri agẽdæ sunt gratiæ? Certe per Christum Dominum nostrum nempe aduocatũ, & mediatorem, per quem (ut ait Paulus) accessum habemus ad patrem. Ita enim & nouem cælestium spirituum chori Deo Patri sua impendunt obsequia. Nam omnes per Christum maiestatem patris laudant, adorant, tremunt, & communi lætitia celebrant. Cæterum per uirtutes cælorum generatim quicunque spiritus cælestes sunt accipiendi, sumpto latius eo nomine uirtutum: ut suo ambitu Angelicas omnes complectatur substantias: quemcunque constituant ordinem. Sed age si ab hac maiestate tremunt potestates cælestes, spiritus purissimi, ijdemq; fortissimi, quippe qui potestaris tenebrarum sint debellatores, homuncio impurus, luteus fragilis quid faciet, aut quomodo consistet? Cæteri secum cogitent. Quoniam uerò Angelicorum spirituum laudes ipsæ summæ diuinitati iure sunt acceptissimæ, quando omni peccato liberi sint, nullaq; malitiæ sentaint contagia, imo tanta firmitate ipsi bono adhæreant, ut ab illius stabilitate, & rectitudine decedere neuti quam possint: at contra nostræ ad Deum laudes ob uitæ mortalis uarias necessitates, ob inquinamenta peccatorum (in multis enim offendimus omnes) minus gratæ sunt diuinæ maiestati, & acceptæ; non est enim speciosa laus in ore peccatoris; Quare in calce præfationis Sacerdos nomine populi rogat Patrem cælestem, ut suas uoces admittat, & acceptet una cum uocibus Angelicis, ita ut ex uocibus utrisque unus fiat laudis concentus, unaq; modulatio suauis, & Deo grata. Itaque iam exauditus Sacerdos celeberrimum illum Angelorum concinit hymnum, laudatissimumq; cantum quem Sixtus Papa in ordine viij. constituit, ut ante sacrificium diceretur. Is autẽ

Eph. cap. 2. d

Ecclesiasti. cap. 15. b

sacri Canonis subsequentis.

Magnificentia Dei maior quæ.

Angelorum laudes lõgæ a nostris distant.

est,

est, quæ sequitur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus deus Sabaoth; Pleni sunt cæli, & quæ sequuntur, Hymnus plane, diuinissimus Angelorum, & hominum conflatus. Prior pars usq; ad Osanna Angelorum est, Altera hominum, turbæ scilicet Christo die palmarum acclamantis, Osanna in excelsis; Benedictus qui uenit in nomine Domini. Ter Sanctus repetitur, ut primũ Dei Patri respondeti intelligatur, secundum Filio, tertium uerò Spiritui Sancto. Et quia in Trinitate personarum simul credenda est deitatis unitas, additur, Dominus Deus, in numero singulari, quod nomen diuinitatis indicat unitatem, quẽadmodum in superioribus locis dixisse meminimus, Sabaoth unum est ex proprijs Dei nominibus, tantundem ualens atq; exercituum. Itaq; dominus Deus Sabaoth dicitur, quia exercituũ cœlestium, Angelicorumq; agminum dominus, & princeps est. Pleni sunt cæli. Per cœlorum plenitudinem, seu amplitudinem, & terræ spaciositatem ostenditur super infusa diuinæ magnitudinis plenitudo. Quod & Dominus indicat, cũ ait; Nunquid non Cœlum, & terram ego impleo? Illud autem humana uoce depromptum præconium Osanna in excelsis perhibet testimonium de Christo, q̃ uerus esset Messias in lege, & Prophetis promissus. Est autem Osanna dictio hæbrea ex uerbo ois, quod significat salua, & anna, quæ obsecrantis est interiectio, affectumq; deprecantis exprimit: abiecta autem postrema littera prioris partis, scilicet littera i, per earum duarum dictionum unionẽ dicimus Osanna, ideſt, salua obsecro. Hæc uerò oratio, Osanna in excelsis, in hoc loco bis est posita ad expostulandam geminam salutem & animæ, & corporis tandem in cœlis complendæ. Benedictus, inquam, qui uenit dudũ in mundum per incarnationem, die palmarum Hierosolimæ asinæ insidens, adhuc quotidie sacramentaliter. Sed de Præfatione hactenus. Restat, ut per singula quæque in Canone posita cõsideremus, nulli enim dubium est, quin eum, qui satis commode pelit de Missa differere, quid eius unaquæq; pars significet, diligenter exponat, oportet. Sed ad rem accedamus, propiusq; (ut aiunt) pedem conferamus.

Sabaoth qd indicat.

Dictio Osanna quid significet.

Ioan. c. 12. e

Iere. ca. 23. e

VNIVERSI SACRATISSIMI CANONIS PLANA expositio ab Hæreticorum conuitijs uendicata. Cap. 18.

Hęreticorũ impia reiectio.

TE Igitur clementissime Pater Per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices Rogamus, ac Petimus. Solet hæc missę pars præcipua, quæ tot sęculis concordi totius Ecclesiæ consensu sacrosancta est habita, temere reijci, ac ab ijs aspernari, qui sacrosanctam Dei Ecclesiam Dæmonis impulsu, ac cœco iudicio insectantur. Cum quibus non est, quòd cõtendamus; præcipuæ cum hæc pestilentissima hęresis fuerit hic temporibus sanctissimè reiecta a sacrosancta Synodo Tridentina in xxij. Sess. ubi hæc ad hunc modum sancita habentur. Et cum sancta sanctæ administrari conueniat, sitq; hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut digne, reuerenterq; offereretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purũ, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatẽ, ac pietatẽ redoleat, mentesq; offerentiũ in Deũ erigat. Is. n. constat tũ ex ipsis Domini uerbis, tũ ex Apostolorũ traditionibus ac sanctorum quoq; Pontificũ pijs institutionibus. Vt uero, quæ huic sacrę doctrinæ aduersantur, dãnarẽt, subsequentẽ hunc Canonẽ cõstituit, siquis ei xerit Canonẽ Missę errores continere, ideoq; abrogandũ esse, anathema sit.

Conc. Trid. Sess. 22. c. 4.

Can. 6.

Hæc pars quatuor nominibus appellatur.

Accedentibus igitur ad huius partis explicationẽ, princi piò sciendũ est, q̃ hæc pars præcipua quatuor nominibus appellari solet atq; inscribi. Canon, secretum, Actio, & sacrificium. Canon Græce, Latine regulam signi-

ficat

ficat, quia uerborum series, & connexio regularis, & ordinata est. Secretū dicitur altera ex superius causis assignatis, cum de oratione dicta secreta diſ ſerebamus. Actio, quia in ipsa sanctissimum Christi mysterium peragitur: Sacrificium, quia per hunc Canonem ex pane, & uino conficitur sacrificium salutare, sacrificium laudis, sacrificium iustitiæ. Neque hic prætermittendū est per totum Canonem Dominicæ passionis commemorationem potissimum actitari; nam ita Dominus quoque præcepit in Euangelio. Hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriā facietis. Quod & Apostolus confirmat his uerbis: Quotiescunque hoc sumpseritis, mortem Domini annunciabitis. Quocirca & ipse Sacerdos per totum Canonem in extensione manuum non tam mentis deuotionem, quam Christi extensionem in cruce præfigurat, ita dicente Cypriano. Hierarcha pius, quem Spiritus Sanctus cōpungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum, crucis mysteriū repræsentans confidenter orat pro sua, & populi ignorantia. Ex quibus quidem facile colligi potest, quòd inueterata illa consuetudo contrahendi digitos in Canone post habitam consecrationem, nullo pacto ferenda esset, quādo Christum, quem tantopere imitari studemus, nullum in cruce legamus digitum contraxisse, sed magis extendi deberent, quum, & ipsum saluatorem nostrum manus suas extendisse, sciant omnes, cæterum commendanda sanè, & studiosè semper obseruanda est, quia ob eam quidem rationem in usu uenit, nequid ex digitorum extensione tangi unquam contingat præter sanctissimum Domini nostri Iesu Christi corpus. Quum uerò Canonem legere incipimus, capite uersus altare inclinamur, ut Christum imitemur, qui se pro nobis usque ad crucis mortem humiliauit. Sed iam ad explicationem adeamus.

In toto Canone quid potissimum agitur.

1. Cor. 11. f

Manuum extensio quid.

Cypr.

In fronte Canonis in primis animaduertunt Doctores sacri diuina quadā prouidentia factum esse, ut Canon ipse a littera T, quæ apud Hebræos Tau dicitur, incipiat. Nam ipsa significat mysterium uiuificæ crucis, hanc ex sui effigiatione, atque formatione repræsentans. Posita uero particula, Igitur connectit Canonem cum præcedenti hymno partim Angelico, partim humano; ut hic habeatur sensus: O Pater clementissime, quia plem sunt cæli, & terra gloria tua siquidem misisti ad nos filium tuum, qui per assumptam humanitatem uenit in hunc mundum, ideo supplices te rogamus, ac petimus. Vbi scitendum est quatuor hic adduci motiua, quæ perfacile Deū patrem inflectere possunt, ut nostras preces exaudiat. Ea autem sunt, ipsius Patris clementia, eius unigeniti filij interceſſio, deprecantium humilitas, ac uehemens petendi affectus. Ac primum cum dicitur, Pater clementissime, ipsius Patris adducitur clementia, quæ ex Aristotelis omnium philosophorum facile principis sententia, uirtus est spectans ad principes, & præsides, moderatiua pœnarum reis infligendarum. Et quamuis Deus innumeras alias habeat proprietates, quibus honorari, celebrariq; possit, hęc tamen cæteris est congruentior, quia, ut testatur Propheta, benignus est, & misericors, ac præstabilis super malitia. Deinde unigeniti filij interceſſio innuitur, quum adijcitur. Per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, tanquam mediatorem inter Deum Patrem, & nos peccatores. Præterea deprecantium humilitas significatur per id, quod petimus supplices, ideſt humiles; quoniam superborum supplicatio nunquam Deo placuit, sed humilium. Porrò uehemens petendi affectus geminatione uerbi deprecatorij exprimitur, quum mox subiungitur, Rogamus, ac Petimus. Quæ duo sane uerba cū sequentibus fere omnibus in numero plurali posita sunt, ut significetur, q Sacerdos hæc orans, aut offerens, non pro se solum, & in sua solius orat persona;

Inter cæteras proprietates apte Deo conuenit clemen-

Ioel. ca. 2. c

sona; sed uice, & loco omnium Christi fidelium, & in persona totius Ecclesiæ orationem Deo Patri fundit, & sacrificium offert; quandoquidem ipse celebrans publico (ut a principio diximus) fungatur officio orandi pro omnibus. Sed quę sunt illa, quæ supplices rogamus, ac petimus? Vti accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Quę igitur supplices rogamus, ac petimus, duo sunt; primũ quidem ut Deus Pater accepta habeat, grata, & placita hæc dona, quæ offeruntur, panem. s. & uinum in altare præparatum. Deinde, ut benedicat eadem dona, & munera, hoc est, ut benedictionem suæ uirtutis, & gratiæ illis infundat, quò idonea fiant tam digno Sacramento, & in corpus, & sanguinem Christi conuertantur. Exprimuntur offerenda triplici hoc nomine; hæc dona; hæc munera; hæc sancta sacrificia illibata, ut intelligatur, tantam esse huius sacrificij dignitatẽ, ut nequeat reperiri aliquod uocabulum, quod tantæ rei cõueniat. Itaq; tria illa nomina unam, eandemq; rem, scilicet, substantiam panis, & uini oblatam altari, in quibus perficienda est consecratio, pro suæ magnitudinis excellentia ostendunt. Habent tamen diuersas rationes, & habitudines, quatenus enim ex Dei liberalitate in nos profluunt, dicuntur dona. Omne enim datum (inquit Iacobus) optimum, & omne donum desursum est, descendens a patre luminum; quatenus autem in nobis recipiuntur, sic dicuntur munera; ut uerò a nobis Deo offeruntur, ita uocantur sacrificia: Hinc Prophęta sic nos admonet: Sacrificate sacrificium iustitiæ. Est itaq; donum dantis, munus recipientis, sacrificium offerentis. Cęterum quam ob causam quæ offeruntur ante consecrationem hic sancta, & illibata nominentur, silentio non est inuoluendum. Dicuntur igitur hæc sacrificia etiam ante consecrationem hic sancta, & illibata, non quidem secundum se neq; absolute; sed aut ratione mysticæ significationis, quòd nunc in hunc modum oblata significant sacrosanctum Christi corpus, & immaculatum eius sanguinem; aut sancta dicuntur, quia ad sanctum usum deputata sunt. Sed qui sint ij, pro quibus Sacerdos hæc sacrificia offerat, statim ostenditur per ea, quæ hunc in modum subijciuntur, uerba: In primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo tuo Papa nostro. N. & antistite nostro. N. & omnibus orthodoxis, atq; catholicæ, & apostolicæ fidei cultoribus. Quinque eorum genera hic explicantur, pro quibus Sacerdos petit hæc sacrificia acceptari. Primum quidem uniuersam Ecclesiam amplectitur. Secundum continet eos, qui primatum spiritualem gerunt: Tertium uniuersos rectam fidem tenentes: Quartum quosdam ambit priuatim nominatos: Postremum omnes amplectitur, qui sanctis. Missæ sacrificio præsentes adsunt. Principio itaq; sacerdos petit, ut pater clementissimus dignetur, uelitq; Ecclesiæ hæc quatuor condonare, nempe eam pacificare, ne a tyrannis, & hæreticis inturbetur, aut infestetur. Custodire a uitijs, & Dęmonibus, ne ab illis conculcetur, & perfundetur. Adunare inter paganos, & infideles, ut fideles facti omnes ex propheræ sententia habitent unius moris in Domino: Dispersiones enim, ut alter Prophetæ locus habet, Israelis congregabit. Regere, ne in prosperis insoleſcat, & extollatur; in aduersis ne opprimatur, & deijciatur ut per diem Sol non uratur eam, neque Luna per noctem. Ipsa tota Ecclesia recte Dei Patris esse innuitur per illud pronomen possessiuum, Sua, illi adiunctum, quia ab illo indeficienter gubernatur, uegetatur, & regitur. Non tamen eius solius Patris est Ecclesia, sed & Filij, & Spiritus Sancti; quoniam ipsorum individua est, & in una sanctam Ecclesiam operatio. Ad summum prætereà animarum pastorem in terris descendit oratio in hunc mo-

dum

Res eadem pluribus nominibus significatur.

Quomodo donum, munus, & sacrificium inter se distinguũtur.

Iac. cap. 1.

Pſal. 4. b

Scitu pulchrum.

Quot hominũ genera, pro quibus Sacerdos sacrificium offert.

Pro Ecclesię statu quatuor petit.

Pſal. 67. a

Pſal. 146.

dum. Vna cum famulo tuo Papa nostro, Papa pater patrum dicitur; fuerunt enim harum duarum dictionum pater patrum primæ syllabæ Pa: pa: prius diuisim positæ, postea uero scribentium incuria in unam coadunatæ dictionem, inde conflatum est nomen papa. Quod sane nomen meritò ipsi soli Summo Pontifici adscribitur, quoniam omnium Episcoporum, Patriarcharum, & cæterorum Ecclesiæ Patrum supremus est Pater. Descendit præterea ad inferiorem gradum orans in hunc modum: Et pro antistite nostro, Antistes accipitur hic Episcopus loci illius, in quo fit Missæ celebratio. Demum fit oratio pro Omnibus orthodoxis, ideſt de fide recte sentientibus: Nam orthodoxus nomen Græcum deducitur ab orthos, quod rectum significat, & doxa, quod sententiam, & æstimationem signat. Is igitur orthodoxus dicitur, qui rectam fidei sententiam sequitur, & determinationem. Quod postea oratione latina dilucidius explanatur his uerbis: Atque catholicæ, & apostolicæ fidei cultoribus, hoc enim posterius declarat apertius ante positum uocabulum. Dicitur autem catholica fides, ideſt uniuersalis; quippe cum omnes ad eam amplectendam teneantur: Qui non crediderit (inquit saluator) condemnabitur. Dicitur autem Apostolica; quoniam per Apostolos in toto terrarum orbe est promulgata, sicut testatur Marcus, qui ita scriptum reliquit: Illi autem profecti prædicauerunt, ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Hoc item Propheta confirmat, quum subsequentia intulit uerba. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Quoniam uerò præscriptus, ac definitus rogandi ordo hoc expostulare uidetur, ut prius orandum sit pro tota Ecclesia, quam personis singularibus: quâ doquidem commune bonum, tanquam præstantius, atque nobilius bono priuato, & particulari recto iure præponendum sit, prius offerre debemus pro Papa, quam Episcopo, quoniam Summi Pontificatus maiestas simplici Episcopali dignitate est eminentior, atque sublimior, quemadmodum & Episcopalis dignitas cæterorum orthodoxorum dignitati antecellit. Quum uerò omnes ij communi, & publico fungantur officio, quumq; uniuersalia, ut iã dictum est, digniora, præstantioraq; sint particularibus, proinde facta pro his oratione Sacerdos nunc ad quosdam speciales descendit, pro quibus orans, ac petens suipsius obsecrationem in hunc modum effundit.

Memento domine famulorum, famularunque tuarum Famulos, & famulas uocat potius, quam uiros, & mulieres; ut humili professione famulatus, & seruitutis illam inclinet, quem ad petitorum concessionem præcatur. Eodem quoque modo, & Propheta petens diuino auxilio liberari ab inimicis inquit. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, quoniam seruus tuus sum. Porro hoc in loco celebrans tacita mentis expressione recitet nomina uiuentium sigillatim, pro quibus intendit in illa celebratione priuatim, ac seorsum orare, quod apertissime ostendunt litteræ illæ (ut uocant) maiusculæ N. & N. Cæterum ne huiusmodi determinatarum personarum nominatio ob incertum ordinem ingerat sacerdoti celebranti confusionem, aut turbationem, certis quibusdam gradibus a maiori obligatione ad minorem procedentibus in huiusmodi commemoratione utendum est. Primo enim loco habenda est eorum memoria, aut unius, aut plurium, pro quibus tunc principaliter fit oblatio. Secundo parentum, & cognatorum tam carnalium, quam spiritualium. Tertio subiectorum suæ curæ tanquam filiorum spiritalium: Quarto confratrum suorum, si fuerit Ecclesia collegiata. Postremo eorum, qui fundatores, Patroni, & benefactores cum temporales, tum spirituales censentur.

Hoc nomen Papa unde initium duxerit, & qd significet.

Orthodoxũ nomen Græcum est, & quid ostendit.

Orthodoxis quis.

Mar. ca. 16. d

Mar ca. 16. d

Psal. 18. a

Qui ob causam prius orandum est pro uniuersalibus, quam particularibus psonis.

Psal. 142. c

Qualis ordo teneri debeat in orandi pro singularibus personis.

Com-

Altaris sacrificio adstantiũ quãta sit utilitas.

Completa autem huiusmodi uiuorum commemoratione, Sacerdos deinceps orat pro circunstantibus, cum mox subiungit; Et omnium circunstantium. Vbi notatu dignum censent sacri authores, quam sanctum sit, & salubre Missę interesse mysterijs, cum tantum sacrificium etiam pro circunstantibus offerri dicitur. Verum non temere circunstantium dicit textus, non autem circumgirantium, perambulantium, aut confabulantium, qui non solũ non sunt participes Missæ, quin magis grauiter peccant, transgredientes præceptum Ecclesiæ de audienda Missa die aut Dominico, aut festo. Quod ne contingat, duplex requiritur conditio his uerbis, insinuata: Quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. Vt ergo salutaris Missę fructus in circunstantium utilitatem cedat, fides firma, & inconcussa in eis exigitur, ut credatur circa tantum mysterium sub speciebus panis, & uini post uerborum Christi prolationem uerum Christi corpus una cum eius præciosissimo sanguine contineri. Quod quia nostræ mentis captum transcendit, sola fide attingi debet. Exigitur quoque & nota deuotio, quæ est attentio, & eleuatio mentis in Deum. At cui fit huiscemodi mentis eleuatio nota? Tibi addit Canon. Nam etsi fides, & deuotio homines lateat, ipsi tamen Deo cordium scrutatori cognita est, & nota. Cognita quidem per approbationem, & nota per acceptationem. Vt uero intelligamus ijs omnibus hominibus recte dispositis applicari, adiungiq; fructus ipsius Missæ, adijcit textus hæc uerba: Pro quibus tibi offerimus, pro quibus famulis, & famulabus tuis, & omnibus circunstantibus fidelibus, & deuotis tibi offerimus tanquam ministri, uel, Qui tibi offerunt non tantũ nos pro illis offerimus, sed & ipsi quoque famuli tui, & famulæ, omnesq; circunstantes fideles, & deuoti Tibi offerunt Pro se, suisque omnibus Prius pro se, quoniam charitas ordinata primum a suo exoritur fonte, deinde & pro suis omnibus consanguineis, & affinibus, familiaribus, amicis, & benefactoribus offerunt tibi non corporaliter, sed spiritualiter. Nam quemadmodum qui se per fidem, & pium affectũ effundunt in Deum spiritualiter, dicuntur manducare corpus Christi, ita etiam hoc loco ipsi Laici, & circunstantes dicuntur spiritualiter offerre hoc sacrificium, quando oblationi illi deuote assistunt. Verum quoniam bonorum, quæ a Deo postulantur illis impertienda, pro quibus fit oblatio, tria sunt genera, statim hæc subduntur uerba: Pro redemptione animarũ suarũ, pro spe salutis, & incolumitatis. Primũ bonũ spirituale est, nimirũ redẽptio animarũ suarũ per remissionẽ peccatorũ: Secũdũ est supremũ, & perpetuũ, s. spes salutis, & beatitudinis æternæ, ad quã tendimus. Tertium infimum est inter hæc tria, quod est spes incolumitatis, seu sanitatis corporis, quæ etiam a Deo experenda est, ut sit bonorum operum instrumentum. Demum aliud in ijs, qui offerunt sacrificium laudis commendandum adijcitur his uerbis: Tibique reddunt uota sua æterno Deo uiuo, & uero. Deo reddunt uota sua, hoc est deuotionem suam, siue bona opera. Non enim uotum accipitur hic proprie pro rei spiritalis, utpote, castitatis, paupertatis, obedientiæ, & cæterorum huius generis promissione Deo facta; sed communiorem sortitur rationem, ut & pium mentis affectum, & omne opus bonum complectatur. Huiusmodi autem uota & sua sunt, idest, offerentium, & redduntur Deo æterno uiuo, & uero. Deus dicitur æternus, ut distinguatur ab hominibus, qui cum sint mortales, & caduci, Dij nihilominus uocantur per adoptionem, ut Propheta ostendit his uerbis: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Viuus dicitur, ut Deus æternus distinguatur à simulachris, quæ non sunt Dij uiui; Os enim habent, & non loquentur, oculos ha-

Quid in circunstantibus exigitur, ut salutares huius sacrificij cõsequatur.

Qualia bona circunstãtibus adueniant.

Corporis sanitas quo fine sit expetenda.

Psal. 81. d

Psal. 113. b

bent, & non uidebunt. Verus denique uocatur ad differentiam Demoniorum, qui sunt Dij falsi, & mendaces.

Communicantes, & memoriam uenerantes, & quæ sequuntur. Quemadmodum legalis Sacerdos, pontifex leuiticus dum ad sancta sanctorum ascenderet, nomina duodecim tribuum in rationali descripta portabat, sic sancta mater Ecclesia hac figurali obseruatione edocta instituit, ut Sacerdos Euangelicus sancta sanctorum ingressurus præcedentium Patrum noui testamenti recenseat memoriam, quatenus eorum supplicationibus adiutus hoc sacramentum digne conficere possit. Dicuntur autem, & qui celebrant Sacerdotes, & qui circunstant fideles, communicantes, propterea quòd communicent cum sanctis ipsis in unitate Ecclesiæ, in una fide, quam & ipsi habuerunt in una spe, quia quod ipsi sperabant, & nos speramus; in dignissimo Eucharistiæ sacramento, quia quod ipsi cernunt reuelata facie, nos frequentamus, & colimus in sacramentali specie. Et memoriam uenerantes, sed quorum memoriã uenerantes? In primis quidem gloriosæ, semperque Virginis Mariæ, quoniam ipsa mater est illius, cuius est hoc sacrificium; Deinde duodecim Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi cum cæteris quos Dominus elegit ante suam passionem. Item duodecim martyrum, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, & Cypriani, Laurentij, Grisogoni, Ioannis, & Pauli, Cosmæ & Damiani, quiomnes a principio nascentis Ecclesiæ sanguinem suum pro Christo fuderunt. At cur istorum potius nomina, quam aliorum sint posita, nobis non constat, quamuis nemini dubium esse debeat id propter rationabilem aliquam causam factum esse, nos tamen latentem; præcipue cum omnium catholicorum consensus, & sententia sit, Canonem hunc diuina inspiratione conflatum esse. Demum sanctorum omnium ponitur inuocatio cum subditur: Et omnium Sanctorum tuorum, quorum postulatur suffragium, ut ipsorum meritis, & precibus, quas assidue pro nobis Deo profundunt, in omnibus & credendis, & agendis diuinæ protectionis muniamur auxilio aduersus omnium inimicorum uisibilium, & inuisibilium callidissimas fraudes. Nam si Deus pro nobis, quis contra nos? Confessorum autem, siue (ut Damascenus uocat) exercitatorum nulla fit hic peculiaris memoriam. Causa est fortassis antiquitas Canonis: Nam hæc pars facta creditur priusquam Ecclesia illorum celebraret memoriam. Cæterum disputare multis de Diuorum inuocatione non est huius compendij. In præsentia admonuisse sufficeret, nos id facere in Missa, quod Missæ ratio faciundum expostulat. Sane Missa non singulare, sed totius Ecclesiæ sacrificium est, quo Ecclesia Christi oblationem repræsentat, & nos corpus capitis oblationem imitamur. At sancti nobilissima Ecclesiæ membra sunt, quos Pater cælestis ut filios agnoscit, & honorat; Filius ut fratres, & cohæredes; & Spiritus Sanctus templa uocat. Nec certe ob id reijcienda est sanctorum inuocatio, quòd solus Christus factus sit nobis a Deo sapientia, iustificatio, sanctificatio, & redemptio, quia præter hæc gratuita saluatoris nostri beneficia, & diuina opera, quæ soli Christo tribuũtur, nemo ignorat sanctis quoque sua adesse merita, quæ tamen etiam Dei dona sunt. Quòd si præterea Angeli, qui non communicauerunt carni, & sanguini nostro, de salute tamen nostra sunt soliciti, quanto minus nobis deerũt sancti, quos cognoscimus eiusdem corporis membra esse? Si glorificatur (inquit Apostolus) unum membrum, congaudent omnia membra, & si patitur unũ membrum, compatiuntur omnia membra. Nouerunt illi periculum nostrũ, fragilitatem nostram, nouerunt aduersariorum dolos, & impetus. In eadem

Cur in Miss. Canone sanctorũ recesentur memoriæ.

Cõfessorum cur nulla fiat mentio.

Contra Hæreticos de sanctorũ inuocatione.

ixod. c. 39. c

Rom. cap. 8. f

Ioan. c. 20. d

1. Cor. 12. d

dem tentatione fuerunt, eosdem superarunt conflictus, & ex his, quæ passi sunt, dedicerunt compassionem. Nec debet uideri recens, quod & Ecclesia ueteris legis obseruasse legitur. Eodem quippe modo. Moyses pro populo, qui uitulum conflatilem adorauerat, preces ad Deum effundens inter orandum Patrum memoriam recolit. Eius autem uerba sic ad lineam scripta leguntur: Recordare Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum. Exod.c.31.d
Tres item pueros hebræos in fornace succensa deiectos sic orasse legimus: Dan cap 3.d
Ne auferas a nobis misericordiam Domine Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Iacob sanctum tuum; sed horum impias ineptias dimittentes nostra deuertar, unde fluxit, oratio: Vnus enim præter cætera nobis catholicis usus Ecclesiæ, quæ sanctorum inuocationem semper maximi fecit, abunde sufficere debet.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ quæsumus Domine, ut placatus accipias, Diesq; nostros in tua pace disponas atque ab æterna damnatione eripias, Et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum. Quoniam igitur cum sanctis tuis communicantes, & eorum memoriam uenerantes hoc tibi sacrificium offerimus, ideo suppliciter te quæsumus Domine sancte Pater, ut tu ipse placatus meritis, & precibus gloriosæ, semperque Virginis Dei genitricis Mariæ, sanctorum Apostolorum, Martyrum, & omnium electorum tuorum concedere, ac præstare digneris, ut placatus accipias, ideſt, placide acceptes hanc oblationem, terrenam, scilicet, materiam panis, & uini in altari oblatam, quam oblationem seruitutis nostræ textus appellat, quòd nos serui, & ministri illam offerimus in uero cultu. Nec solum oblatio ista est seruitutis nostræ, quinimo etiam est cunctæ familiæ tuæ, hoc est, totius Ecclesiæ catholicæ, quæ tibi deuota famulatur, & uota offert. Petitur autem acceptari sacrificium non quidem ex parte ipsius, quia sic ipsum Deo displicere non potest; sed quatenus offertur per ministros. Nonnunquam enim in usu uenit, ut oblatio de se grata, & digna non sit Deo accepta; quia eam indigne ministri contractant, & indebite offerunt, ita ut suum fortitur effectum. Secundo quæsumus te clementissime Pater, ut dies nostros, & huius uitæ nostræ tempus in tua pace, quam mundos dare non potest, digneris disponere. Tertiò, ut ab æterna damnatione eripias, quoniam tu ipse es, qui habes claues mortis, & inferni. Postremò, ut in electorum tuorum iubeas grege numerari, siue ut habet illud canticum, ut æterna nos facias cum sanctis tuis in gloria numerari. Ac ita ex his quatuor bonorum generibus per trium postremorum postulationem profitetur Ecclesia Deum esse uniuersorum Dominum; Per secundum enim in terris, per tertium in inferis; per quartum uerò in cælis. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem & acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi Præcamur quoque te clementissime Pater, ut hanc oblationem nostræ seruitutis, & cunctæ tuę familiæ digneris facere, Benedictam, ut per eam benedictionem spiritualium bonorum multiplicationem tam offerens, quam ij, pro quibus offertur, consequantur; Adscriptam, ut per ipsam societati Angelorum, & sanctorum omnium adscribamur: Ratam, ut per eã ad finẽ usque mundi permansuram fixam, & stabilem ratum sit, & firmum nostræ salutis illud promissum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Rationabilem, per quam nos ipsi rationabiles, atque secundum rationem uiuentes efficiamur: Acceptabilem, ut per eam Deo acceptabiles, placitique reddamur, qui per

Deus quod de se gratũ est, offerẽtis indignitate fit nonnunquam ingratum.

Ioan. ca. 6. f.

nos ipsos illi iure displicemus. Præcamur tandem te clementissime Pater, ut hæc oblatio panis, & uini fiat corpus, & sanguis dilectissimi filij tui. Dixisti enim. Hic est filius meus dilectus, qui cum ipse etiam sit saluator noster, & unctus a Deo recte itidem Iesu Christi additum est. Porrò in hac postrema petitione utitur Ecclesia uerbo fiat tribus de causis. Prima quidem est, quia eadem potentia, scilicet uirtus Dei immensa, & infinita exigitur in huiusmodi, quam petimus panis, & uini, conuersione, quæ tunc requirebatur in uerbi incarnatione, quum Angelo nunciante Maria respondit: Fiat mihi secundum uerbum tuum. Secunda causa est, ut intelligamus, quòd Sacerdos sua ipsius, & propria uirtute non operatur, sed tantùm minister est, organum, & instrumentum: ac si Sacerdos diceret: Fiat ergo non mea, sed infinita omnipotentis Dei uirtute. Tertia, quia hoc uerbum, fiat, significat aliquid nec dum factum, postea effici, & quod nondum exhibitum est, præstari. Quod equidem uerbum, fiat, ad explicandam ineffabilẽ illam transmutationem, quam apprime transubstantiationem sacri doctores appellant, quæ in huius Sacramenti consecratione fit, maxime conuenire uidetur.

Verbum fiat quot ex causis Ecclesia hic utitur.

Qui pridie quam pateretur accepit panem in sanctas, ac uenerabiles manus suas, Te igitur clementissime Pater precamur, ut panis fiat, hoc est, transubstantietur in corpus, & uinum in sanguinem dilectissimi filij tui, Domini nostri Iesu Christi, qui pridie quam pateretur, hoc est, qui præcedente die, quam passionem, & crucem pro nobis sustineret, accepit panem, nempe, in eadem cœna, quando ex ritu Iudæorum cum discipulis suis primum manducauit Agnum Paschalem, & deinde instituit sacratissimum hoc mysterium per Agnum illum typicum præsignatum, ut simul & ueteri legi finem imponeret, & nouæ legis inchoaret sacramentum. Accepit autẽ in manus suas, ut quemadmodum tactu suæ mundissimæ carnis uim regenerationem contulit aquis, ipsasq; determinauit in sacramenti baptismatis materiã, ita & attactu sanctarũ, ac uenerabilũ manuũ suarum pani materiali uim quandã conferret, ipsumq; in materiã huius diuini Sacrificij deputaret: Accepit, inquã, in sanctas, ac uenerabiles manus suas, sanctas quidẽ, qm̃ sanctitatis, ac mũditię sunt plenissimę, & omnia sanctificãtes. Venerabiles uerò, quia sanctitati sunt coniunctæ, propter quam summa uenerationedignæ sunt. Et eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem. Ad cœlum Christus oculos eleuauit, tum ut hoc indicio manifestaret se a Deo Patre potestatẽ accepisse hoc opus excellentissimum perficiendi, omnia enim illi tradita sunt a Patre suo, tum ut nobis afferret & exemplum ad Deum bonorum omnium auctorem, & datorem sub initio cuiusq; actionis nostræ oculos nostros erigendos esse. Et quamuis nullos Euangelistarum primam huius sacramenti institutionem describentium expresserit Christum in illa oculos eleuasse, nõ minus tamen id credi debet; siquidem multa tam de operibus, quam uerbis Domini prætermiserunt Euangelistæ, quæ tamen Apostoli uel facto suppleuisse, uel uerbo expressisse leguntur. Quod si ẽt tũc oculos eleuauit ad Patrẽ, cũ ad corpus emortuũ accedẽs animã Lazari reuocauit, ua lẽtiore iure, potioreq; ratione credẽdũ est, & tũc oculos ad cęlũ leuasse, quũ panẽ, & uinũ in corpus, & sanguinẽ proprũ commutauit. Tibi gratias agens: Cũ accepisset panẽ in sanctas, ac uenerabiles manus suas, cũq; in cęlũ oculos eleuasset gratias egisse dicit, cũ ut se gratũ in Patrẽ ostẽderet de susceptotanto dono, & tã excellẽti gra instituẽdi adeo eximũ Sacrm toti mũdo salutare tũ ut nobis exẽplũ ꝓberet Deo de collatis oibus bonis indefinẽter gras agẽdi. Aut in gratias referẽdis qd egit? Benedixit. s. panẽ illũ; quia suæ benedictionis

Quare Christus panẽ in manus suas acceperit.

Cur Christus oculos ad cęlum eleuauerit.

Gratias egit, & cur.

uirturem

Marth. c. 3. d

Luc. cap. 1. d

Luc. ca. 22. b

Ioan. c. 11. d

Ioan. ca. 11. e

uirtutem in eum transfudit, qua in sacratissimum suum corpus conuerteretur. Et fregit: Hoc loco exprimitur ipsius sacramenti in discipulos distributio; cum fregisse panem ipsum dicitur, ut in suum accommodarent usum, & esum, quod his significauit uerbis ad ipsos dictis: Accipite, & manducate ex hoc omnes. Quorum uerborum quis sensus sit facile est uidere ex ijs, quæ ab initio diximus, quando de huius sacramenti institutione agebamus, ad quem locum te lectorem reijcimus. Postremo sacratissima posita sunt uerba, quibus Dominus noster in consecratione ipsius panis usus est, & omnes deinde conficientes sacramentum uti debere instituit, scilicet. Hoc est corpus meum, In quibus id firma fide cum Ecclesia Catholica, indubitateq; tenendum est, quod in fine prolationis eorum uerborum, & momento ipso ea claudente desinit substantia panis, atque sub illius accidentarijs dispositionibus iam uere, & re ipsa continetur uerum Christi corpus. Verba sacramentalia.

Sed quomodo? Imperscrutabili quidem, atque inesplicabili. Simili modo postquam cœnatum est, Hic modus, quo a Christo consecratio uini in sanguinem facta est, exprimitur, quum textus addit; quod simili modo, quo acceptum panem Christus sua benedictione, & consecratione conuertit in suum corpus, accipit etiam calicem ad uinum consecrandum eo quidem tempore, posteaquam cœnatum est, ea scilicet cœna, in qua Agnũ paschalem cum discipulis suis manducauerat. Accipiens & hunc. sed qualem? Num eundem numero fortasse calicem, quem Christus in manus suas accepit, habet & Sacerdos, quum hæc uerba profert? Non certe eundem numero, sed hunc, ideſt, similem quò ad usum, & liquoris continentiam attinet. Sicut enim in calice, quem Christus accepit, continebatur (ut censent omnes catholici) uinum aquæ permixtum, sic & in hoc calice, quo Sacerdos consecrationem uini perficit, continetur uinum aqua permixtum. Præclarum, Nomen adiectiuum ex eo psalmi loco assumptum, & calix meus inebrians, quam præclarus est, quasi præ alijs claram significat, quia non figuralis fuit, ut ueteris testamenti fuere phialæ, & cyphi, sed exemplaris, & ipsam continens ueritatem. Christus ergo dum uinum diuina suipsius uirtute conuertit in proprium sanguinem, instituit ipsum uinum in materiam consecrationis sui sanguinis, ut ex perfecta corporis nutritione ad perfectissimam ascenderemus, & excellentissimam animæ nutritionem spiritualem. Ad nutritionem autem corporis perfectam constat non solum pertinere cibum, sed & potum uini moderate sumptum. Accepit igitur & hunc præclarum calicem. Recte calix potius dicitur, quam cyphus, aut cyatus, aut crater, ut facile intelligamus, calicem sanguinis non solum ad potum spiritualem, sed ad memoriam passionis Christi pertinere, quum per nomen calicis amaritudo passionis significatur. Quod plane ex hoc præter alia maxime intelligi posse arbitror, quod Christus in oratione positus dixit. Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Vbi per calicem passionẽ intelligi debere, qui dubitet, arbitror esse neminem. Cętera autem uerba, quę sequuntur, ut puta quod Xps gratias agens benedixerit calicẽ cum reliquis, cõsimiliter sunt interprætanda, ut superius in consecratione panis dictũ est. Quibus adduntur alia uerba ad consecrationem sanguinis pertinentia in hunc modum. Hic est enim calix sanguinis mei. Pronomen, Hic, demonstrat per intellectum calicem continentem prætiosum Christi sanguinem, ubi primum ad calcem omnium uerborum peruenerimus. Hic est igitur calix continens sanguinem Christi. Noui, & æterni testamenti. Merito sanguis Christi dicitur sanguis noui testamenti, quia effusione ipsius, & intercedente Christi morte nouum confirmatum est testamentum, cui quũ

Psal. 22.

Quãdo Christus uinũ in materiã consecrationis instituerit, & cur.

Cur magis calix, quam cyphus positus sit.

Matt. c. 26. d

non sit aliud testamentum successurum, sicut ueteri successit nouum, æternum appellauit, quòd usque ad finem mundi per cuncturum sit. De quo Isaias sic uaticinatus est: Feriam uobiscum pactum sempiternum. Mysterium fidei. Mysterium quidem nomen Græcum, idem latine significat quod secretum, & occultum. Huiusmodi est hoc sacramentum; nam fuit sub figuris ueteris legis absconditum, & per sanguinem Christi completum, & perfectum. Cæterum hoc in loco obseruandum est, quòd nec simpliciter, nec absolute mysterium dicitur, sed additur mysterium fidei; quia quidquid ad ueritatem huius sacramenti pertinet, nempe, ad transubstantiationem, continentiam, & accidentia, totum id sola fide attingitur. Cernitur enim species uini, & creditur ueritas sanguinis Christi, qui in remissionem peccatorum nostrorum traditus est, ut uerba subsequentia declarant: Qui pro uobis, & pro Multis, Pro uobis, inquam, Apostolis, & discipulis, quos hisce uerbis alloquebatur, & pro multis, scilicet, Iudæis, & gentibus per discipulos ipsos conuertendis, effunderur. Ex qua quidem dictione, multis cum Angelico Doctore colligendum est, hoc sacrificium alijs etiam, quam sumentibus prodesse, contra aduersarios falso asserentes sacerdotem Ecclesiæ personam gerentem non posse hoc sacrificium propiciatorium pro alijs offerre, licet contextus apertissime ostenda id, quod nos catholice sentimus. Sic.n. iacet: Qui pro uobis, & promultis pro uobis Apostolis sumtibus, & p multis, .i. alijs in remissionē peccatorū effundet. In hūcquippe modū Doctores sacri interpretantur Saluatoris nostri uerba, quæ attulimus. Multis, & nō omnibus dixit, quia quāuis pro omnibus effusus sit sanguis Christi, quò ad sufficientiam, non tamen quo ad efficatiam. Sufficiens est enim Saluatoris nostri præciosissimus sanguis tollere omnia peccata, ubi non inuenit contrariæ uoluntatis obstaculum. Effunderur; Hoc uerbum non ad tempus futurum referendum est, sed ad illud, quod in hora institutionis huius sacramenti fuit futurum, cum nondum effusus fuisset sanguis Christi, sed postridie effundendus. Proferuntur enim uerba sacramentalia in persona Christi, & pro tempore illo, quo Christus primum instituit hoc sacrum mysterium. Reliqua autem uerba. Hęc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, non sunt de integritate, & substantia formæ consecrationis uini, ut nonnulli autumarunt; sed in ipsa eleuatione partim cum in altum erigitur, & partim cum dimittitur pro nuncianda. Quę planæ uerba eam prę endunt sententiam, quòd quotiescunque Apostoli, & Sacerdotes illorum successores fecerint tam corporis, quam sanguinis Christi consecrationem, & sumptionem illam facturi sunt illius memoriam. Vna igitur causa institutionis huius sacramenti fuit ut ipsum esset nedum uerum sacrificium, sed & signum memoriale ipsius sumi sacrificij, quod Christus obtulit in cruce. De qua quidem re in superiori libro pluribus differuimus.

Esa. 65. a

Mysterium unde.

Tho. par. 3. q. 79. art. 7.

Ex Angelici doctoris diligentia pulchre collectum contra Hęreticos.

Cur dictio, multis, & nō magis omnibus posita sit.

Vnde & memores; sequitur alterum Missæ opus magnum, excellentissimum, & principale, nostrum, oblatio, in qua Sacerdos ex persona Ecclesiæ offert Deo Patri cæleſti filium suum Christum, non quidem in mortem (ut cauillantur hostes) sed in mortis eius memoriam ad excitandam Dei misericordiam. Et in offerendo brachia expandit sic orans: Vnde & clementissime Pater, quoniam filius tuus hęc ipse in sui commemorationem fieri instituit, memores nos serui tui, qui nostrorum ordinum ministeria ad hæc offerenda sacrificia accepimus; nec solum nos, sed & plebs tua sancta, tota scilicet, uniuersi populi sanguine Christi filij tui Domini nostri Iesu Christi sanctificata, memores (inquam) tam beatæ, atque salutaris

passionis

passionis filij tui, quam hæc repræsentant mysteria, memores necnon & ab inferis resurrectionis, ad quos triduano illo suæ mortis spatio descendit, ut sanctos Patres ibi detentos liberaret; demum nos etiam memores in cælos gloriosæ Ascensionis, quæ in glorificato, & immortali corpore super omnes cælos facta est; tantorum igitur, & tam sublimium operum Christi memores nos serui tui, sed & plebs tua sancta offerimus simul quidem, non tamen eodem modo. Nos enim Sacerdotes, & ministri offerimus in ministerio, & opere, sed plebis tuæ sancta voto, & tacitæ, & deuotione. Sed quibus nam offerimus? Sanctis fortasse? Neutiquam. Sed præclaræ maiestati tuæ, eximiæq; tuæ diuinitati. Nec ex ijs, quæ nostra sunt, aut a nobis profecta offerimus. Sed de tuis donis, ac datis, hoc est, de bonis illis, & temporalibus, & spiritualibus, quę largiter, & abundę nobis communicasti. Cæterum inter illa dona, & data, quod optimum est, & præstantissimum tibi núc Domine sancte Pater offerimus hanc, nimirum, salutarem hostiam, quam quinque præclaris titulis hic præsertim honoramus nuncupantes eam; Puram, quia puritatis omnis & munditię fons est, & ipsos efficacia suæ virtutis mirifice purificans; Sanctam, quia omni sanctitate, & gratia est plenissima; Immaculatam, quoniam nulla peccati contagione est contaminata; Panem Sanctum uitæ æternæ, non panem materialem, ut fuit ante consecrationem, sed spiritualem, conferentem digne sumentibus uitam æternam. Id quod apertissime promittit saluator noster his uerbis: Si quis manducauerit ex hoc pane, habet uitam æternam. Calicem salutis perpetuæ, Recte calix est salutis perpetuæ, nam eius haustu salus perpetua datur hominibus.

Diuerso plane modo Sacerdos, & circunstantes sacrificiũ Deo offerũt. Deo soli sacrificium offertur.

Ioan. ca. 6. f

Supra quæ propitio, ac sereno uultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere, dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, Immaculatam hostiam, Prosequitur Sacerdos expoſcens quæ offeruntur, grata, & accepta haberi a Deo Patre in hunc modum, supra quę, scilicet, dona, & data respicere digneris. Sed quomodo? iratus, & ulciscens? Minime quidem hoc abs te petimus Domine; sed digneris respicere propitio, ac sereno uultu, qui tuã in nos mansuetudinem declaret. Quæsumus quoque clementissime Pater hæc ipsa, quæ offerimus accepta, & grata habere, sicuti accepta habere dignatus es hæc tria, nempe munera Abel, quæ obtulit Domino de primogenitis, & adipibus gregis sui, ad quæ Dominus respexisse dicitur. Pueri tui Abel, puer dicitur ob innocentiam, & uitæ puritatem; non autem ob ætatem, uel ignorantiam eorum, quæ sciri debent, qualem improbat Apostolus, cum dicit: Nolite pueri effici sensu, & intellectu. Iustus quoq; nominatur propter elogium illi adscriptum, quom Dominus ita diceret; Ve uobis super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti. Quæsumus item, ut quæ offerimus, sic grata habere digneris, sicut gratum accepisti sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, qui secundum præceptum domini obtulit filium suum primogenitum Isaac. Nostri, Dicitur Patriarcha noster, quia non tantum Israeliticæ plebis per carnem, quam totius populi Christiani per fidem Pater est, Eodem quoq; modo præcamur, ut quæ obtulimus ita digneris accipere, sicuti gratum accepisti sacrificium, quod obtulit Melchisedech, qui protulit panem, & uinum, gratias agens Deo de uictoria, quam Abrahæ contulerat de cæde quatuor regum. Age igitur Pater, & hac parte succurrere nobis, & effice nos bonos, & dignos, quales ob innocentiã, obedientiam, & sanctimoniam tibi dilectissimi, atque gratissimi

Gen. cap. 4. a

Abel cur puer nominatur, & iustus.

1. Cor. c. 14. a

Matt. c. 23. d

Gene. c. 22. d

Gen. ca. 14. d

fuerunt Abel, Abraham, & Melchisedech. Tales si nos feceris, indubie omnem benedictionem, & copiosam cælestium charismatum gratiã ex hoc pleniſſimo fonte hauriemus. Soli autem innitentes humilitati, per quam nihil de nobis præsumimus, sed tantummodo de tua misericordia, Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut iubeas hæc, corpus, scilicet, & sanguinem filij tui in altari oblata, & præsentia, Perferri, non secundum loci translationem, sed secundum gratam acceptationem perferri, inquam, Per manus Sancti angeli, ideſt, per ministerium sanctorum Angelorum, In sublime altare tuum, nempe in cælum, ubi sedes tua est, & thronus. Hic singulare nomen sancti Angeli pro plurali positum esse censent grauissimi authores, quos sequi uoluimus. Sic uerò supplices petimus hanc oblationem perferri in conspectu paternæ maiestatis tuæ, Vt quotquot, nos Sacerdotes, & plebs tua sancta ex hac altaris participatione, communioneq; sacrificij Sacrosanctum filij tui corpus, & sanguinem sumpserimus, aut secundum Sacramenti realem sumptionem, ut celebrantes, aut secundum spiritualem perceptionem solũ, ut populus circunstans, Repleamur omni benedictione cælesti, & gratia, repleamur inquam, largitate cælestium charismatum, donorum, & uirtutum. At uero id non nostris meritis petimus consequi, sed Per eundem Christum Dominũ nostrũ, quem semper pro sua reuerentia audit Pater benignissimus.

PRO MORTVORVM SVPPLICATIONE COMmemorationeq; facienda. Cap. 19.

2. Macha. c. 12. d

CAETERVM quoniam sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur, eaq; nulla efficatior dabitur unquam, quam quę sacrificio altaris est, coniuncta, non solũ petimus ò Domine, ut nos uiui cælesti benedictione, & gratia repleamur, sed sanctorum Patrum decreta, & uestigia insequentes quæsumus: Memento etiam famulorum, famularumque tuarum, qui nos præcesserunt, nam firmiter credimus hoc nostrum sacrificium non solum prodesse uiuis, sed & defunctis ad relaxationem. Cæterum non pro omnibus defunctis exoramus, proijs tantum, Qui nos Præcesserunt cum signo fidei. De ijs enim solum commemoratio est habenda, qui discesserunt ante nos sacramentis Ecclesiasticis fideliter, reuerenterque susceptis, Qui etiam dormiunt in somno pacis, & qui in pace conscientiæ mortui sunt sine peccatis mortalibus, & Dei offensa: His etenim duntaxat prosunt orationes uiuentium. Literæ illæ maiusculæ. N. & N. insinuant sigillatim nomina eorum, pro quibus tunc specialiter Missam celebrat. Ipsis, itaque cum priuatim nominatis, tum omnibus In Christo, hoc est, in fide, & confessione Christi, Quiescentibus, defunctis ria a Domino indulgeri, concediq; Sacerdos imprecatur, unum quidem continet, Locum refrigerij a pœna, scilicet, quæ eis intelligetur pro peccatis in præsenti uita commissis, necdum plene quantum ad satisfactionem remissis; Alterũ, Et locum lucis perpetuæ, in quo non sit obscuritas tenebrarum; Tertium amplectitur, Locum pacis, in quo nihil est male afficiens, aut contristans habitantem. Cæterum locus refrigerij, lucis, & pacis quis alius esse poterit, nisi illa superna ciuitas Hyerusalem, fœlicissimaq; sanctorum habitatio? At uerò non solum precamur hunc locum defunctis; Verum & Nobisquoq; peccatoribus famulis tuis. Peccatores Ecclesia pronunciat, ut Dei benevolentiam capiet. Nam nihil æque diuinam maiestatem inflectit ad impendendã hominibus misericordiam, quã humilis peccatorum recognitio. Respexit enim Deus (inquit Prophetа) in orationem humilium, & non sprevit preces eorum. Precamur igitur ò Domine, ut pro tua benignitate, & gratia; (nã

Pro quibus defũctis exoramus.

Lucis, & pacis locus qs.

Psal. 101.

ex nobis non sumus tanto munere digni) donare digneris nobis peccatoribus famulis tuis sperantibus non in nostra iustitia, aut bonis operibus tantum, sed de multitudine miserationum tuarum, hoc est, in multas miserationes propter uarios, & multiformes diuinæ misericordiæ effectus nobis exhibitos, donare, inquam, digneris, Patrem aliquam, & societatem, ideſt, participationem beatitudinis, Cum sanctis tuis Apostolis, & Martyribus, cum Ioanne, & reliquis, quos figillatim nominat, & tandem cum omnibus sanctis, quorum sicut ante consecrationem suffragia postulabamus, ita hoc in loco obnixe quæsumus, ut nos demum admittas intra eorum cõsortium, non tanquam æstimator meriti, quum tibi debeamus omnia, sed sicuti uenię largitor. Idipsum autem petimus, Per Christum Dominum nostrum, mediatorem Dei, & hominum. Per quem ô Domine Pater omnipotens Hæc omnia, panis, scilicet, uinię, substantiam, quorum species præsentes continent uerum Christi corpus, & sanguinem; Semper bona creas, per naturæ constitutionem Sanctificas per uerbum, & orationem, Viuificas per uitalem conuersionem, Benedicis per gratiæ exuperationem; Et præstas nobis, per liberalissimam largitionem. Nec minus, Per ipsum scilicet Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, ut principium rerum productiuum, Et cum ipso, ut medio omnia moderante, Et in ipso, ut fine cuncta consumante, Est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus Sancti omnis honor, & gloria. At quoto tempore huiusmodi honor, & gloria est tribus personis persoluenda? Vno forsasse, aut die, aut mense? Certe non: Sed Per omnia sęcula sæculorum. per omnes mundi ætates. Circunstans uerò fidelium turba respondet Amen. nimirum, uerum est, quod per ipsum Iesum Christum & cum ipso, & in ipso est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus Sancti omnis honor, & gloria per infinita sæculorum sæcula, Oremus præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere, Consecratione oblatorum habita progredimur ad eorum communionem, ad quam, ut rite præparemus, hortatur alta uoce omnes ad orationem dicens: Oremus, non quidem ex animi superbia, sed quia adhoc salutaribus sacrarum scripturarum præceptis moniti sumus. Oportet (inquit sermo Euangelicus) semper orare, & non deficere. Nec omnes ex nostra temeraria præsumptione; sed diuina institutione formati audemus dicere id ipsum, quod Christus nos docuit. Audemus, inquam, quoniam ipse hunc ausum orandi nobis præbuit, quum nos in hunc modum orare præcepit: Pater noster. Luc. ca. 18.a Matth. c. 6.b Luc. ca. 11.a

ORATIONIS DOMINICÆ BREuissima expositio. Cap. 20.

Oſonis Dominicæ excellencia in tribus perſpicitur.

ORationis Dominicæ, quæ ab expositoribus dividitur in exordium, & petitionem, excellentia super cæteras orationes in tribus perspicitur. Primò in eius dignitate: Nam quę potest esse dignior, ac nobilior oratio, quam quæ a Christo nobis data est, a quo cuncta nobilitate, ac perfectione aliqua insignita procedunt? secundò in eius breuitate; siquidem Christus instituens compendiosa succinctè reseruit. Tertiò in fœcunditate, & sententiarum grauitate. Septem enim petitiones continet, quibus certè uniuersa comprehenduntur, quę pro nobis possumus a Domino licite postulare. Sed iã ad huius orationis aggrediamur exordium. Vt euangelicę legis doctrinam amore, ac libertatis esse legem Iesus Christus indicaret, utque maior nobis præstaretur orandi fiducia, & confidentia imperandi, quod petimus, in ipsa fronte orationis ponitur dulcissima hæc uox: Pater. At cuius parer?

Cur a principio Dominicæ orationis posita sit illa uox, Pater.

num

num mei,uel tui potius? Nemo,inquit Augustinus, dicat pater meus;nam id soli Christo competit, qui est filius per naturam;sed pater noster. Itaq; vtriusque & tui,& mei. Ex quo sequitur nos adinuicem fratres esse in terris, quando unius, eiusdemq; patris filij simus. Quare hoc ipso ad impendendum adinuicem fraternum amorem, & obsequium tenemur. Est enim fratris fratri adiumentum suppeditare. Cæterum quot modis in scripturis sanctis Pater noster nominetur ficco (ut ajunt) pede minimè prætereundū est. Plane Pater noster dicitur creatione primùs; quo in sensu unus ex Prophetis loquutus est,quum dixit: Nunquid non pater unus omnium nostrùm? nunquid non Deus unus creauit nos? Deinde redemptione,uti uerba illa testantur,quum in Isaia in hunc modum scripta inueniuntur: Tu autem Pater noster,& redemptor noster a sæculo nomen tuum. Præterea sacramentali regeneratione. Quotquot enim,ait Ioannes, receperunt eum,scilicet, per sacramentorum fidem, dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius: Item adoptione per gratiam;quod ostendit D. Paulus in eo loco,ubi hæc scripta reliquit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei,in quo clamamus Abba Pater. Iis igitur modis omnibus Dominus,ac magister noster Iesus Christus instituit hanc orationem sub initio paterno dulcefrere nomine,ut nos eius filios imitatione,& opere esse profiteremur. Contra in lege ueteri,quia seruitutis,& timoris lex erat,omnium orationes ad Deum dirigebantur,tanquam seruorum ad Dominum. Hinc in Exodo,& Leuitico sæpius illud inuenies repetitum: Ego Dominus uester; Ego Dominus. At in nostra Euangelica lege ubiq; amorem, ubiq; libertatem dulcius omnia,resonantem inuenies. Id quod plane in præsenti loco facilè est uidere, quum dicitur: Pater noster, qui es in cœlis. Sanè quamuis Deus sit ubiq;,& in cœlo sursum,& in terra deorsum, frequenter tamen in scripturis, & præsertim hoc in loco in corporibus,& globis esse dicitur propter excellentiora,& mirabiliora Dei opera in ipsis clarius relucentia. In cœlorum enim magnitudine, ac semper super eisdem polis circuitione, quam Græci Peripatetici stationem appellant,Dei potentia ostenditur,sapientia in ipsorum pulchritudine, bonitas tandem in communicatione, & distributione uirtutis ipsorum in hæc inferiora. Et quoniam magnitudo dilectionis,& sublimitatis mansionis ad Dei spectant exaltationem,& laudem hæc pauca, Pater noster, qui es in cœlis, interpretum multi exordium huius orationis continere autumarunt. Reliquum est,ut ad petitiones deueniamus. In oratione Dominica septem exprimuntur petitiones, quarū prima spectat ad Deū, sex aliæ ad seipsum,& ad proximum. Cum enim in præsenti oratione preces ad Deum dirigamus,ut filij ad patrem,bonus filius ante omnia petit ea, quæ spectant ad honorem patris,idcirco primò petimus: Sanctificetur nomen tuum,honoretur,& glorificetur. Sed cur petimus, ut nomen Patris nostri glorificetur; num fortasse quia nomen ipsum Dei sanctitatem aduentiam admittat? Non equidem in hunc modum: Verum Sanctificetur nomē tuum,hoc est,enixè petimus o Domine, ut nomē tuum apud alios sanctum esse prædicetur, & declaretur, quo notitia,& honor nominis tui ad omnes tum iudæos,tum infideles amplificetur, & extendatur. Hoc enim modo Deus sanctificatur a creatura,ut testatur Ioannes his uerbis. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus; nos affecto pio animi, ore, opere, gestu sanctissimum eius nomen honoremus, ipsum semper animo infixum meditantes ore reuerenter, & cum tremore nominantes,atq; cum illud audimus ab alijs nominari inclinatione, genuflexio-

Malac. c.2.b

Isa. c. 63. d

Ioan. ca. 1.d

Rom. ca. 8.c

Exod.c.20. a Leui. c. 18.a

Alex. Them. simplic. & Ioan. Grammaticus in 8. phy. per totum.

Ioan. ca. 3.a

Pater quot modis in sacris scripturis accipitur.

Cur Deus in cœlis esse perhibetur.

Septem Dominicę orationis petitiones.

Quo modo nomen Dei sanctificat.

ne,aut

ne, aut alio exteriore signo decenter honorem illi sacratissimo nomini exhibemus.

Adueniat regnum tuum, Per regnum siue locus æternæ beatitudinis, siue ipsa beatitudo intelligatur in eundem ferme' sensum redibit. Neutrum enim sine altero non habebitur unquam. Hanc igitur beatitudinem nobis aduenire petimus, quoniam illic totius desiderij est satietas: satiabor, inquit Prophetæ, cum apparuerit gloria tua. Psal. ca. 16. d

Fiat uoluntas tua, Recte' post regni cœlestis petitionem continuo additur postulatio diuinæ uoluntatis perficiendæ, quoniam hæc medium est, & uia ad regnum cœlorum perueniendi. Qui enim facit uoluntatem Patris mei ipse intrabit in regnum cœlorum: frustra enim finis expetitur, si minus exquirantur media ad finem illum ducentia. Fiat ergo uoluntas tua, hoc est, fiat, & sicut in cœlo, & spiritibus Angelicis ac sanctis mentibus uoluntas tua integrè perficitur, sic & in nobis hanc adhuc uitam agentibus eadem perficiatur, ut amemus, quæ commendas, detestemur, quæ odis, tibique in omnibus obedientiam, ut ueri filij, præstemus. Matt. ca. 7. c

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Vt autem ad omne opus bonum paratiores simus, tuaque in nobis dum præsentem uitam ducimus, compleatur uoluntas, ad te supplices confugimus petentes panem nostrum quotidianum dari nobis hodie, ne egestate compulsi furemur, & periuremus nomen tuum. Id certè facile præstare potes: Tui enim sunt cœli, & tua est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo. Hoc item tuam decet paternam benignitatem; qui etiam das iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus te; qui pascis uolatilia cœli, quæ neque serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & ne unũ quidẽ in oblitione est apud te; qui tandem escam omni carni. Nunquid ergo nos ad imaginem, & similitudinem tuam factos, & quos constituisti super opera manuũ tuarum destitues necessarij alimenti præsidio? Num deseres sine uestitus, & domicilij adminiculo? Nunquam hoc certè finet tua immensa in nos beneficentia. Itaque Da nobis, non uendi, aut mutuari a te panem exposcimus, sed, ut filij tui, petimus dari nobis. Sed quid petimus, ut des nobis? carnes? pisces? & huiusmodi genus? Non utiq; dñe. Sed da nobis panem, nempe cibũ, & potum, uestitum, & domicilium. Quid enim aliud hoc loco nomine panis debet intelligi, quam uictus necessarius ad humanæ uitæ sustentationem, ut habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus? Panem nostrum Panis noster dicitur quoad usum, & utilitatem, sed Dei est ut authoris, atq; datoris. Petimus igitur illum panem Quotidianum, hoc est, quotidie, quandiu hic sumus dari nobis Hodie, non die crastino, quia ipse præcipisti: Nolite solliciti esse in crastinum. Cæterum non modo panem corpori nostro necessarium hac petitione ab eo flagitamus, sed & panem uiuum, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo, exposcimus. Quid enim prodest corpus suo fouere cibo, si anima, quæ plus est, quam corpus, relinquatur famelica, & macie confecta? Hunc igitur panem uitæ, hunc panem Angelorum non mittendum canibus, hunc, inquam, panem quotidianum, idest, æternum, & incorruptibilem da nobis hodie, hoc, scilicet, die præsentis uitæ.

Prouerb. cap. 30. b. Psal. 88. b. Psal. 146. b. Matth. c. 6. d. Luc. c. 12. d. Qui bruta animalia beneficijs prosequitur homines fortasse deseret? Psal. 135. d. Gen. cap. 7. d. Psal. 8. b. Panis nomine quid intelligatur. 1. Thi. c. 6. b. Matth. c. 6. c.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sane lex Euangelica, quæ fraterna charitate nos omnes præcipit esse deuinctos, sanxit, ut ad diuinæ mansuetudinis, & benignitatis imitationem, alijs dimittamus, si uolumus ipsi a Deo remissionem peccatorum consequi. Itaq; Dimitte nobis debita, quæ nos separant a summo bono, & ab æterna gloria per damnationem perpetuam. Quę debita dicuntur Nostra, quo-

Vis ut Deus tibi dimittat, & tu alijs dimitte.

niam

nia neq; authore Deo, neq; adiutore sunt perpetrata, sed ex nobis ipsis. Sicut & nos dimittimus debit. nost. In eũ quippe modum a te Domine petimus, ut dimittas nobis debita nostra, quemadmodum, & nos ipsi, qui aut uerbo, aut opere nos offendunt ex corde dimittimus, cum exinde nec odium, nec indignationem animi in eos concipimus, neque uindictam, aut ultionem de illis expetimus.

Et ne nos inducas intentationem. Quoniam parum, aut nihil est a præteritis, & iam commissis peccatis absolui, nisi etiam a futuris præseruemur, subterfugientes occasiones, quæ nos inducunt in ruinam, & lapsum, quales sunt tentationes Dæmonum, mundi, & carnis (suggerit enim caro mollis, mundus inania, Diabolus mortifera) hinc te benignissime pater oramus, ut
Luc. cap. 11. c ne nos inducas in tentationem. At cum Deus neminem tentet, qua ratione fiet, ut ipse id agat, quò in tentationem inducamur? Num fortasse Deus erit malorum author, & causa? Absit, ut qui summè bonus est, & faciens omnia ualde bona, sit malorum causa. At non hoc, sed illud in præsenti loco petimus, ne sinat nos Deus induci in tentationem, neue permittat pertrahi in consensum mali, aut ab eo uinci. Seruator enim noster hoc in loco eo loquendi genere utitur in sacris literis usitatissimo, quo Deus illa dicitur agere, quæ fieri permittit, quemadmodum in eo loco Exodi legitur: Et induravit cor Pharaonis, id est, permisit indurari.

Quo in sensu debet accipi, ne inducas.

Quæ sanè interpretandi ratio etiam in præsenti loco minimè omitti debet, quum dicitur: Et ne nos inducas in tentationem, hoc est, non sinas induci nos in tentationem. Cum enim plura bona hactenus fuerint a nobis expostulata, hoc etiam aliud a te benignissime Pater exposcimus, ut ne permittas nos in tentationem aliquam induci, quin potius diuino auxilio adiuti contra omnes Dæmonis, carnis, & mundi falsas suggestiones ualentiores persistamus. Petimus itaque Dei adiutorium hic ad tentationem impellendam, & separandam.

Sed libera nos a malo. Quemadmodum per præcedentem petitionẽ postulauimus nos eripi a malo culpæ imminentis, aut instantis, ita in hac postrema petitione expostulamus, nos liberari a malo præsentis uitæ; quoniam mille malorum generibus est referta: Nunc enim nos morbus affligit, & infirmitas, nunc orbitas, nunc bonorum amissio; nunc calumniam patimur; nunc in carceres, & uincula insontes conijcimur. Quæ omnia plerunq; imbecillum animum protrahunt ad culpam; ut morbus ad impatientiam; egestas ad furta, & latrocinia; aduersitas ad murmurationem in Deum. Ne igitur occasione horum perpellamur ad aliquam turpitudinem, oramus te Pater clementissime, ut his nos malis eripias, non quidem omnino ea sustollendo (nam uirtus in infirmitate perficitur) sed ita ea mitigando, & moderando, ut perferre illa ualeamus. Quibus omnibus, ut in nobis perficiantur, additur Amen. tantum significans, quod fiat. Et hæc pro breui huius Dominicæ orationis elucidatione dicta sufficiant. Aggrediamur & reliqua.

Præsentis uitæ uaria, multiplicia-que tormen torũ genera.

2. Cor. 12. c

AD RELIQVAS PERBREVEIS ORATIONES FACILIS PROGRESSVS. Cap. 21.

LIbera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris, & intercedente Beata, & gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, & Beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; Andrea, & omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & a peccatis simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi.

In

Sanctorum intercessio.

In postrema Dñicæ orationis petitione a malis liberari petijmus, a malis equidem præteritis, quibus anteacto tpe Deum offendimus, præsentibus, quę infirmos animos plerunq; a rectitudine deijciunt, & futuris insidijs, scilicet, & laqueis tentationum. Sed quibus intercedentibus? In primis beata & gloriosa, semperq; Virgine Dei genitrice Maria, quæ benignissima humani generis aduocata pro nobis assidue ad Deum preces effundit, deinde beatis Apostolis tuis Petro Apostolorum Principe, & Paulo, qui uas electionis, & gentiũ prædicator extitit, atq; Andrea oĩum primò ad agnitionẽ Christi uocato, & oĩbus sanctis, i. cum reliquis oĩbus Apostolis, martyribus, confessoribus, ac uirginibus. Horũ autem triũ, qui propter singularẽ, qua præditi sunt, excellentiam potius, q̃ cæteri hic nominatim tanguntur, & reliquorum omnium sanctorum suffragante patrocinio, Dñe, da propitius pacem in diebus nostris, per quã tibi reddamur infensi, ut ope tuæ misericordiæ adiuti, hoc est, ut adiutrice tui misericordia, & benignitate, & a peccato, quod hanc conscientiam perturbat, semper simus liberi, & ab omni perturbatione, quæ peccandi materiam præstat, simus securi, more suo concludens: per eundem Christum Dominum nostrum. Qua ratione sic absoluta, hostiã in tres frangens particulas tres designat Ecclesiæ partes, triumphantis in cœlo, militantis in terra, & patientis in purgatorio, quæ omnes ex hoc sanctissimo sacrificio suos sortiantur effectus; Nam triumphanti in honorem cedit tantum mysterium; patienti in relaxationem, & militanti ad salutem, Tertiam uerò hostiæ partem manu tenẽs facit super ore calicis tres cruces dicens: Pax, non Dęmonis, non mundi, non carnis, sed Pax Domini sit semper uobiscũ: populò, ut sui moris est, respondente, Et cum spiritu tuo, sit, scilicet, ea pax, quam nobis annunciasti. Pacifice enim nobis salutantibus uicaria rependenda est salus. Et statim particulam illam, quam manu tenet calici immittit his uerbis: Hęc commixtio, & consecratio, sane quum hic commixtionem, & consecrationem fieri dicitur, non rerum contentarum ueri. s. corporis, & sanguinis Christi fieri intelligas, quippe cum hoc factum fuerit, dum uerba sacramentalia proferrebantur; sed ipsarum specierum, atq; accidentium panis, & uini, quę post consecrationem superstant, cõmixtionem adinuicẽ fieri intelligendum est; qñquidem Sacerdote calici immittente tertiam hostiæ particulam, species panis commiscentur uini spẽbus, & ediuerso, quia ad inuicem secundum contactũ, & per immissionem coniunguntur. Erit itaq; eorum uerborum huiusmodi sensus. Hæc consecratio corporis, & sanguinis, i. specierum corporis, & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi fiat accipientibus nobis in uitam æternam. Quã uerò ob causam nõ positũ fit, hęc cõmixtio, & consecratio specierum corporis, & sanguinis; sed absolute, & simpliciter corporis, & sanguinis, ea pỗ afferri, q̃ multa, quæ ad solas species pertinent, usus loquẽdi attribuit rebus cõtentis sub speciebus, sicut quũ corpus Xpi dicitur uideri, aut tangi, cum tñ solæ sacramenti species uideantur, aut tangantur.

Tres particulæ hostiæ quid indicent.

Notatu dignum.

Cur loco corporis, & sanguis positũ est specierum corporis & sanguinis.

Cæterum quoniam pax illa Domini, quam enixe petieramus absq; peccatorum remissione obtineri non potest, siquidem peccata inimicitias ponant inter nos, & Deum, Isaia ita asserente: Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deum uestrum, propterea ter profertur ex uerbis sancti Ioannis Baptistæ ea oratio: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Vbi prima, & secunda prolatione petitur Dei misericordia ad abluenda peccata per subiunctam in utriusque orationis calce particulam, Miserere nobis, In tertia uerò pronunciatione petimus, ut pacem ipsam Dominus nobis præstare dignetur. Pro qua quidem pace impetranda subiungit Sacerdos ad Christum orationem, in qua primum proponit rationabilem fiduciã, atq; confi-

Agnus Dei ter repetitur, & cur.

Ioan. ca. 1. c

Isa. ca. 59. a

Ioan. ca. 1. d

dentiam

Ioan. c. 14. d

dentiam quærendæ pacis a Christo, utpote qui in ultima cœna discipulis suis pacẽ ꝓposuerit; deinde de se humiliter sentiẽs petit, ut Deus nõ attẽdat peccata ipsius, quoniam illa magis sunt impedimento ad pacem impetrandam, quam assequendam: sed potius respiciat fidem Ecclesiæ suæ dilectissimæ sponsæ. Demum petit, ut pro suæ uoluntatis rectissimæ beneplacito Deus ipsam Ecclesiam pacificare uelit ab infidelibus, & incredulis, ne eam perturbent suis persecutionibus; atque eandem custodiat ab omni malo, & coadunet in uinculo charitatis, ut sub uno pastore sit unum ouile. Oratio autem hæc est. Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis Pacẽ meam do uobis, Pacem meam relinquo uobis, ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ, eamq; secundum uoluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui uiuis, & regnas. Hac autem oratione absoluta statim Sacerdos erectus ad unionem, & charitatem designandam deosculatur altare ministro pacem afferens his uerbis. Pax tecum, cui statim de more respondet, & cum spiritu tuo. Congruè uerò pax datur ante communionem, quia iudicium sibi manducat, & bibit, quicunq; non prius fratri suo reconciliatus communicare præsumpserit. Christo asserente: Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinq; ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Hinc est, quod hoc sacramentum apud Dionysium Areopagitam peculiare nomen habet synaxis, idest communio, quæ nil aliud est, quam pax, unio, concordia, charitas, fraternitas, & amicitia. Hue spectat, quod Eusebius lib. 5. Historiæ Eccles. c. 24. recenset, nimirum, Episcopos aliis Episcopis aduenis Eucharistiam solemniter transmisisse, ut significarent se cum illis pacem, & societatem habere, haud dubiè ex Apostolica consuetudine desumptum.

1. Cor. c. 11. f
Matth. c. 5. d

Cur pax ante communionem affertur.

Euſ. libro 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 24.

Proinde nulla sunt uitia sacramento huic magis repugnantia, & contraria, quæq; manducantem indigniorem faciant, quam simultates, dissensiones, lites, inimicitiæ, iræ, & rancores. Quomodo enim tales unus erunt panis, unumque corpus in tanta cordium, ac animorum diuersitate? Aliorum esto iudicium.

Quæ uitia magis huic ſacramento repugnant.

Porrò in Missa, quæ pro defunctis celebratur, tribus illis precatiunculis incipientibus, Agnus Dei, tantummodo requies illis a Deo donari rogatur. Neq; enim, ut ipsorum misereatur, aut det illis pacem petimus, quum extra præsentis uitæ statum consistant, & iam a laboribus suis requiescant; sed pro requie a pœnis purgatorij impetranda orat Ecclesia.

Domine Iesu Christe, Sacerdos iam iam communicaturus intra sacrum stat, & saxum, fluctuans medius inter duos affectus desiderium, s. & timorem. Desiderium quidem habet manducandi, quia Christum audit inuitantem, & pollicentem: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Rursus timorem habet, quia Paulum audit ita minantem: Quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne' reus erit corporis, & sanguinis. Quid ergo faciet? quo se uertet? Certe ad eum, qui omnia facere digna, & munda potest. Is est Iesus Christus Dei filius, quem iam sumpturus precatur hũc in modum. Dñe Iesu Christe, fili Dei uiui, qui ex uoluntate patris mundum uiuificasti, donans nobis omnia delicta, Libera me per hoc sacrum corpus, & sanguinem tuum, Domine, inquam, Iesu Christe libera me uirtute sacrosancti corporis & sanguinis tui Ab omnibus iniquitatibus meis, & uniuersis malis, & fac me tuis semper inhærere mandatis, hoc est, & præsta gratiam obediendi mandatis tuis, in quorum integra obseruatione uita, & salus

Ioan. ca. 6. f

1. Cor. c. 11. f

an mæ posita est,& ostendunt saluatoris nostri uerba ad eum adolescentem in hunc modum dicta; Si uis ad uitam ingredi,serua mandata. Et a te nunquam separari permittas. Nunquam certe neq; in præsenti quidem sæculo per culpam,neq; in futuro per pœnam gehennæ. Matth. 19.c

Subsequitur alia breuis oratio,qua Sacerdos humiliter se indignum profitetur,ut hac humili suæ indignitatis confessione dignus tandem a Deo effici mereatur. Oratio autem hæc est. Perceptio corporis tui Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat ad iudicium, & condemnationem; sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis,& corporis,& ad medelam percipiendam:Qui uiuis. In qua quidem oratione perspicuum est sacerdotem tria petere, primum ut perceptio dignissimi sacramenti non cedat illi in iudicium, & condemnationem;deinde ut il tus uirtute tam anima protegatur a consensu, & opere peccati, quàm corpus ab imminentibus malis,& periculis; Postrema petitio est,ut illa perceptio sit contra uulnera,& morbos: Siquidem in hoc admirabili sacramento contra omnem animi,& corporis infirmitatem efficacissima contineatur medicina;quemadmodum superiori libro latius disputauimus.

Accipiens demum patenã cum corpore Christi maxima humilitate absoluit alteram perbreuem orationem, similitudinem gerentem eius Prophetę dicti: Calicem salutaris accipiam, mutando calicem salutaris secundum propositam materiam in panem cœlestem: Nam ita uocat eum Dominus dicens:Ego sum panis uiuus,qui de cœlo descendi: Hunc igitur panem cœlestem, inquit Sacerdos, accipiam ego ęgrotus,& infirmus,ut a cunctis morbis ualeam sanari: Hunc panem omne delectamentum in se habentem accipiam ego famelicus,& esuriens, ut non esuriam in æternum: Hunc panem uerum accipiam ego inquietus,& anxius, ut cor meum stabiliat,ut turbidos sęculi fluctus sedat: Hunc deniq; panem cœlestem accipiam claudus, & debilis,ut rectus ambulem in uia Domini. Et nomen Domini inuocabo, debitam diuino nomini laudem persoluens, quippe cum sacrificium, istud ad Dei laudem præcipue sit institutum. Psal. 115.a Ioan. ca.6.f

DE HVMILI CENTVRIONIS oratione. Cap. 22.

SAcerdos igitur ante illius faciem positus,qui cœli, & terræ Dominus est, totus animo tremens absoluit illam Centurionis orationem suæ humilitatis explicatricem,quæ,ut efficax sit,& accepta,non sufficit eam sola uoce proferre;sed ut proferentis cor humiliter primum de se sentiat, oportet. Quamobrem enitendum summopere est,ut sacerdotis animus seipsum cunctis alijs submittat:quonią,qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipsum se seducit. Et tacto hoc fundamento hanc protestetur humilitatem uoce expressa dicens: Domine,totius mundi creator, & rector, Non sum,fateor, Dignus,ex mea iustitia,ex mea operatione;quia etsi fecerim omnia,quę præcepta sunt mihi,dicam tamen, ꝙ seruus inutilis sum: nam quod debui facere,feci. Verum nec omnia, quæ præcepta sunt mihi, sed uix aliqua compleui;nec ea,quę debui feci. Non sum igitur uere dignus Domine, ut tu intres sub tectum meum,ubi nullus est uirtutum splendor, & ornatus pro tuæ maiestatis mansione: nõ enim delectaris habitare in tabernaculis peccatorum. Cęterum quia peccatricem illam a contactu pedum tuorum non reiecisti, quin magis multis modis commendatam peccatorum suorum dimissione es consolatus: Quoniam item mulierem illam passam multos annos fluxũ sanguinis a tactu hęmbriæ tui uestimenti non prohibuisti, sed illam tua uirtute Matth. c.8.a Gal. cap.6.a Luc. ca. 17.c Luc. cap.7.g Matth. c. 9.c

Non sat est uocé humilis proferre, nisi & corde se humiliter sentiat.

sanitati

Matt. c.15.c

sanitati restituisti: quoniam deniq; Chananeam illam mulierem importunitate sanctas tuas aures pulsantem semel, & iterum tandem oculis misericordiæ conspexisti, tu Domine, Tantum dic uerbo, qui uerbum est patris coæternum; dic uerbo uirtutis tuæ, Et sanabitur anima mea; quia tuum dicere

Psal. 148.a

idem est, quod facere: Tu enim ipse dixisti, & facta sunt. sanabitur per te cibum salutiferum a morbis spiritualibus uitiorum, a Dæmonio grauiter infestante, a paralysi, ab ignauia animi, & ardore concupiscentiæ.

Quibus ita absolutis, Sacerdos sumit sanctissimum Christi corpus cruce se muniens, & supplex petens, ut sacrosanctum illud corpus custodiat animam eius ab omni malo, & inclinatione in peccatum, ne fiant prioribus peiora. Deinde sumpturus præciosum Christi sanguinem oratione tres ter-

Psal. 115. a

sus complectente erumpit in hanc interrogationem. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipse enim me creauit, me redemit, me regenerauit, me ad pœnitentiam reuocauit. Quid ergo illi pro tot, tantisq; bonis retribuam? Scio quid faciam, nihil certè illi de meo retribuam; sed de suo illi reddam. Calicem salutaris accipiam, calicem, inquam, Iesu Christi, qui est salutare nostrum, & saluator mundi accipiam, & cum gratiarum actione, Nomen Domini inuocabo, cui omnis debetur honor, & gloria: Laudans, Christum de tanto exhibito beneficio, Inuocabo Dominum beneficentiam eius magnificans. Vnde & hoc consequar beneficium, atq; præsidium, q⁹ ab Inimicis meis, & corporalibus, & spiritualibus saluus ero. Præterea calice se signans absoluit hanc orationem, eandem cum superiori mutata dictione corpus, in dictionem sanguis; atq; in hunc modum inquit: Sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in uitam æternam. Et statim sumit sacratissimum Christi sanguinem supplex orans Sacerdos, ut sacrum hoc mysterium, quod sub uenerandis signis corporaliter est sumptum, cum debita mentis puritate spiritualiter etiam capiatur, dicens: Quod ore sumpsimus pura mente capiamus, & de munere temporali, participatione, scilicet, sacrorum mysteriorum ad tempus, & pro huius uitæ curriculo data, Fiat nobis, sumentibus ore, & spiritu remedium Sempiternũ, contra uitia, & tentationes. Postremò aliam orationem persoluit in hunc modum: Corpus tuum Domine, quod sumpsi, & sanguis, quem potaui, adhæreat, non quidem secundum substantiam, & rei adhærentiam, quemadmodum cibus sensibilis adhæret stomacho, sed secundum uirtutem, & substantiam, adhæreat, inquam, uirtus, tanti sacramenti, Visceribus meis, non quidem corporalibus, sed spiritualibus ipsius animæ, quæ sunt memoria, intellectus, & uoluntas, in quibus elucet summæ Trinitatis, & unius deitatis imago: Tandem petit, ut nulla in ipso maneat scelerum macula, quem pura, & sancta refecerunt sacramenta. Et licet unum sit sacramentum unitate integritatis, & ordinis, dicuntur tamen numero multitudinis sacramenta, cum propter diuersitatem signorum (sunt.n. alię species panis, & aliæ uini) tum propter diuersitatem rerum contentarum, quandoquidem sacrum Christi corpus aliud est, reiq; substantia differens a sanguine, & sanguis a corpore, manet tamen (ut canit Ecclesia) Christus totus sub utraq;, & sub altera tantum specie. Et de communione, toroque Canone hactenus. Nunc reliquum est, ut ad spiritualem signorum significationem descendamus.

Animæ tres partes intellectuales.

DE SPIRITVALI SIGNORVM, ALIORVMQVE rituũ significatione, quibus in sacro Canone positi obseruantur. Cap. 23.

MVlti plane ritus in Canone obseruantur, quos omnes si persequi uoluerimus, longum fuerit, nec necessarium est, quum plures libelli ex-

tent,

Signorũ forma unde petenda.

teant, qui nos omnes sigillatim, & ex professo explicent. De paucis tantum, magisq; difficilibus admonebimus: Nullum enim hic spectes ritum (ut interim de reliquis taceam) ociosum, qui non suam peculiarem uim significandi habeat. De signis igitur, quæ super oblationem fiunt, nos ab Apostolica sede potissimum formam sumere debemus, unde totius Christianæ religionis ordinem, & originem suscepimus, præcipuè uerò cum & illi sedi Deus Optimus Maximus gubernatorem præposuerit Gregorium Papam, qui sub decem suis antecessoribus a puero Romæ nutritus, & eruditus omnes Apostolicas traditiones diligentissimè inuestigauit, & inuestigatas studiosissime in actum referri curauit. Ex huius ergo sanctissimi Doctoris religione, & authoritate præcipui traditione imparem numerum semper in dispensatione signorum super oblationem obseruamus, uidelicet, unam crucem, uel tres, uel quinq; faciendo. Et hoc utiq; nõ sine certi causa mysterij. Nam in una, & tribus trinum, & unum Dominum ostendimus: in quinq; autem qu̇ ncupartitam Domini passionem significamus. Item tres cruces designant tres illos dies, quibus Christus prædicauit post Dominicam in ramis palmarum, & triduum, in quo Christus sepulchro requieuit, & tria corporis loca, nempe, manus, pedes, & latus, in quibus passus fuit. Fiunt etiam quinque cruces ad quinariam sanguinis Christi effusionem ostendendam. Prima fuit in circuncisione. Secunda in sudore, nam factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. Tertia in flagellatione. Quarta in crucifixione. Quinta in lateris nulneratione. Merito autem impar numerus in Ecclesiasticis officijs frequentatur, quia nunquã in duo æqualia unitate impediente diuiditur, quemadmodum unitas sanctæ Ecclesiæ nullatenus eam in duas partes secari patitur. In primis ubi dicitur, Hæc dona, tres cruces super panem, & unum facimus ita, ut erecta pars crucis tantum super panem, transuersa autem super calicem protendatur. Nam erecta pars crucis corpus Christi sustinuit, transuersa autem ipsius brachia distendit, sub quibus calix collocatur, quasi de latere Domini sanguinem susceperus. Tres item cruces cum dicitur, Benedictam, super utrunque simul facimus, & alias duas seorsum super panem, & calicem. Tertio panis, & calix separatim signantur, quum ante eleuationem uterque per manus Sacerdotis accipitur, & benedicitur: Nam & CHRISTVS in Euangelio utrunque benedixit, antequam dimitteret e manibus, accepta enim in manibus benedixit; postea discipulis dedit. Insuper ubi dicitur, Hostiam puram, tres cruces super utrunque facimus, quia & utrunque simul in eisdem uerbis intelligimus; quartam autem super panem, & alteram super calicem separatim infigimus, uerum sanguinem Domini de latere profluentem designantes. Eleuatio corporis, & sanguinis Christi eleuationem eius ad crucem, ueluti sacrificium pro totius mundi salute oblatum ostendit; demissio depositionem eius de cruce. Positio super corporale inuolutionem eius in syndone munda significat. Id quod plane ostendunt uerba de consecratione distinctione prima posita ad hunc modum. Consultò constituimus, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut in tincto quisque celebrare præsumat, sed in puro lintheo ab Episcopo consecrato terreno, scilicet, lino procurato, atque contexto, sicut corpus Domini nostri IESV CHRISTI in syndone pura sepultum fuit. Cum autem Sacerdos uocem exaltat dicens: Nobis quoque peccatoribus, illum Centurionem designat, qui uisa morte CHRISTI uocem exaltauit, his uerbis: Vere filius Dei erat iste. Quum uero pectus suum tundit,

Cur in crucibus signandis ipar numerus semper obseruatur.

Crucis signãdæ modus.

Luc. cap. 1. e
Luc. ca. 22. e
Ioan. ca. 2. a
eodem. d
eodem. f

Luc. ca. 23. g

misericordiam supplicitèr exposcit. Nam Centurio, & qui cum eo erant, reuerebantur percutientes pectora sua, quasi de errore in Christi mortem commisso veniam petentes. Postea verò tres cruces in honore sanctæ Trinitatis super corpus, & sanguinem simul facit, hæc verba dicens: Sanctificas, cum reliquis. Postremo loco cum corpore Dominico tres cruces super calicem erigit, dicens, Peripsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, ut significetur post spacium trium horarum tertiæ, sextæ, & nonæ, Christum fuisse cruci affixum: Vbi quoniam corpus ab anima fuit separatum, statim eodem Christi corpore duæ aliæ surgunt cruces ab ore calicis uersus Sacerdotis pectus, quæ duæ cruces separationem animæ a corpore, ut diximus, in cruce factam significant. Quidam tamen sunt, qui tres tantum cruces super calicē, & duas in latere eius faciunt, quod uidetur incōgruum, quum Christus non nisi unum tantum uulnus in latere habuerit. Cum verò dicimus: Omnis honor, & gloria, corpus cum calice leuamus, & statim in altari utrunq; depositum claudimus, quia, & Ioseph corpus nostri saluatoris de cruce leuauit, & in sepulchro depositum lapide operuit. Exclamatio autem Sacerdotis uoce eleuata: Pater noster, qui es in cœlis, ad memoriam reuocat clamorem illum, quam in hora mortis Christus emisit ad hunc modū; Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Cum verò Sacerdos subiungit. Per Dominum nostrum Iesum Christum, diuidit hostiam in dextro latere, ut ostendat Dominici lateris percussionem, & maiorem partem subdiuidens a duo confringit, ut tres portiones de corpore efficere possit. Hæ autem tres partes primum significāt Trinitatem: deinde triplicem Christi statum, nempe, illum cum hominibus manentem, alterum cum mortuis in sepulchro iacentem, tertium verò nunc immortalem existentem, ostendunt quoque Christum in tres sui corporis partes passum fuisse, scilicet, in manibus, pedibus, & latere. Porro significant, ut superius nobis dictum est, tres Ecclesiæ partes. Vna est in cœlo triumphans, quam significat particula in sanguinem missa, secunda in terris militans significata per particulam a sacerdote consumpta, tertia in purgatorio degens a tertia particula, quam uiaticum morientium appellare solemus, apte figuratur. In pace tradenda ostendit, q; Christus resurgens a mortuis stetit in medio discipulorum, & dixit eis. Pax uobis, & quia tunc dedit eis potestatem remittendi peccata, statim addimus est: Agnus Dei, quod ter repetimus, quia humiliter deprecamur nobis remitti peccata cogitationis, locutionis, & operationis, aut ex multorum sententia ter idē adsumimus, quia & saluator noster ad tria persequenda uenit in hunc mundum, nimirum, ut liberaret nos a culpa, & pœna misera, & nobis daret de plenitudine gratiæ. Qua ex causa Sergius Papa constituit, ut statim facta confractione Dominici corporis, Agnus Dei a clero, & populo decantetur, utille, cuius corpus ibi confringi uidemus, dignetur nobis propitius auxiliari, quæ fractio in specie tantum panis fieri tenendum est; quandoquidem Christus totus in singulis partibus integer maneat. Per partes itaq; manducatur in signo, sed manet integer totus in substantia, manet integer totus in corde nostro. In pace dicenda Sacerdos facit tres cruces cum parte hostiæ, quam tenet inter digitos super calice dicens; Pax Domini sit semper uobiscum, quibus significat tres dies Christum in sepulchro fuisse. Ex quibus omnibus facile colligere potes, sacrificium istud septem uicibus signari in Canone, & in uniuersum ante orationem Dominicam fieri summatim cruces octoginta quinque. Qui plane numerus, ut Mathematici norunt, cubicus, seu quadratus est. Namin se ipso reductus infinitus semper surgit, & semper in se ipsum reducitur, ut unusquisq;

intelligat,

intelligat, quod quantumlibet multiplicetur Eucharistiæ sacramentũ, semper tamen est idem sacrificium. Et hæc de spirituali signorum, aliorumq; rerum significatione breuiter dixisse sufficiat: superest modo, ut quam breuissime ostendamus, ex quibus tum ueteris, tum noui testamenti locis sancta Romana Ecclesia usum cæremoniarum acceperit, quo sacerdos noster apertissime intelligat, summo honore habendos esse omnes ritus Ecclesiasticos, minimè uero reijciendos, ut falso hæreticorum multi putant.

Positio hæretica.

QVIBVS EX LOCIS TAM VETERIS, QVAM NOUI testamenti ritum, & cæremoniarum usum sancta Romana Ecclesia acceperit. Cap. 24.

ETSI ex prædictis putamus nos iam perspicuè ostendisse ritus, ac cæremonias omnes, quas pia Mater Ecclesia obseruari instituit cum in uniuersa Missa, tum uero maxime in Canone ex Christi, & Apostolorum traditione acceptas fuisse, quo tamen res ipsa magis, magisq; elucescat, operæpretium duximus hæc pauca ex ueteri, nouoq; testamento assumpta, & in centonem (ut aiunt) congesta seorsum, separatimq; transcurrere. Principio igitur neminem esse arbitror, qui si primo modo labris sacram scripturam attigerit, non uideat populo Israelitico in Raphidim contra Amalechitas pugnante, Mosem sublatis manibus Deum orasse, atq; sic uictoriam obtinuisse. Exod.c.17.e

Aduerte Hæretice cæremoniarum usum unde Ecclesia acceperit.

Nullus item erit, qui non inspiciat eundem populum, Esdra aperiente librum, & præcepta Domini legere incipiente, pronum extendisse brachia sua, & genibus flexis Deum adorasse. Quis item fuerit, qui in sacris literis testatũ nõ inuenierit, q̃ quum gloria Dñi eidẽ populo Israelitico apparuisset, omnes una cum Mose, & Aaron in faciem sese inclinauerint? Id quod & maiorem, & minorem natu Tobiam fecisse legimus: Hi enim post Angeli Raphaelis discessum mox continuo horas in faciem prostrati Dominum benedixerunt. Eodem quoq; modo Achior conspecto Holofernis capite pronus in faciem cecidit: sic alij pene innumeri uiri sæpissime in terram ceciderunt, quos recensere longum esset. Quod si in lege Veteri, ut breuiter ostendimus, huiusmodi cerimoniæ celebres fuere, admiratione dignum est maxima, cur quidam pessimi uiri fuerunt, qui ritus ex nostro Euangelio acceptos, quos pro tanti sacrificij maiestate commendanda, & contemplatione excitanda hactenus celebrauimus, conuitijs prosequuti fuerint, absq; fronte asserentes cerimonias, & ritus nostros nihil esse, quin potius idolatriam, assentationem, & irritabula impietatis magis esse, quàm pietatis officia: quum tamen in Euangelio legamus, Christum quibusdam cerimonijs etiam in orando usum fuisse, præcipue in monte Thabor, in monte Oliueti, ac prope Iordanem, ubi se inclinauit in genua: Quòd si deniq; huiusmodi cerimonijs contemnendis forent, scire ab ijs uellem, cur Christus seruator noster tam sæpissimè oculis in cœlum aspexerit, sicuti cùm fecisse legimus, quum Lazarum resuscitauit; quum quinque panes, ac duos pisces benedixit, quum surdum, & mutum sanitati restituit, atq; adeo quum in ultima cœna (quod & superius in Canone attigimus) discipulos communicauit? Num etiam illa fuit cerimonia, quum manum extensam leprosis imposuit? quum manum eandem posuit super socrũ Petri, filiamq; Iairi? quum deniq; in patria sua duos attigit cæcos? Quis non admirabitur seruatorẽ nostrum in cuiusdã surdi aures digitos suos misisse, in cœlũ eleuatis oculis respexisse, ingemuisseq;, necnon cæci nati oculos luto, quod sputo madefecerat, unxisse, ac cũ ad natatoria Syloe lauandũ misisset? Taceo, q̃ Christus salus nostra bis sese inclinauit, ac quum mulierem in adulterio deprehensam absoluisset, in terrã scripsit. Mitto interim q̃ pa-

Impia Hæreticorũ assertio.

Exod.c.17.e
3. Esdr.c.9.f
Leuit.ca.9.d
Tob. c. 12.d
Iud. ca 13.d
Matt.c.17.a
Luc.ca.22.e
Ioan.c.11.e
Mar. ca. 7.d
Marc ca. 1.d
Matt. ca 8.b
Mar. ca. 5.d
Matt c.20.d
Marc.ca.7.d
Ioan. c.11. e
Ioan.ca.9. a
Ioan. ca.8.a
Luc.ca.13.b

Ioan. c. 12.a Luc.cap.7.f

nem fregerit, pedes discipulis lauerit, tunicam deposuerit, seseque lintheo præcinxerit, & tandem aquam in peluim fuderit. Mitto tandem quod Dominus noster mulierculâ, quæ oleum, & unguentum attulerat, non increpauit,

Marc.c. 11.a & b.

licet multis obtereturcer monijs, neque illos prohibuit, qui uestes asinæ substrauerant, ac ramos, & frondes proiecerant clamantes, Osanna: & huiusmodi pluſquã sexcentæ cærimoniæ in Euangelio passim adductæ leguntur, quas breuitatis studio omittimus. Sat est ex ijs, quæ hactenus adduximus, ostêdisse Romanã Ecclesiam tam ex ueteri, quam nouo Testamento cærimoniarũ locũ, & usum accepisse, ut per hæc uisibilia signa tanti sacrificij maiestas commendaretur, & mentes fidelium ad rerum altissimarum contẽplationem excitarentur. Id quod plane Concilium Tridentinum in sessione xxij. cap. v.

Conc. Trid. sess.22.ca.5.

pulchre admodum, & erudite prosequitur in hunc modum: Cumq; natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus, ad rerum diuinarum meditationem sustolli, propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quædam summissa uoce, alia uerò elatiore, in Missa pronunciarentur, instituit: Cærimonias item adhibuit, ut mystica benedictiones, lumina, themiamata, uestes, aliaq; id genus multa ex Apostolica disciplina, & traditione, quo & maiestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fideliũ per hæc uisibilia religionis, & pietatis signa ad rerũ altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur. Hęc ibi. Cæterum huiusmodi pias, ac orthodoxas cærimonias conuellere nil aliud est, quam ipsum

Canon. 7.

Christum summum cærimoniarum magistrum contemnere, idcirco idẽ Cõcilium Canonem instituit sub ijs uerbis: Si quis dixerit cærimonias, uestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia utitur, inritabula impietatis magis esse quam officia pietatis, anathema sit. Sed de ijs hactenus. Reuertamur, unde paulò digressi sumus, ne te lectorem benignissimum ad huius nostri opusculi finem properantem, amplius retardemus.

DE HIS, QVAE POST COMMVNIONEM leguntur. Cap. 25.

HIS omnibus absolutis, atque perfectis, mox subsequitur antiphona, quæ ab ordine post communionem uulgo dicitur. Hæc autem est gratiarum actio, quæ post epulas illas cælestes ad Deum dirigitur, & Propheta uaticinio similis: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum.

Psal.21. d

Vnde alta uoce, & certa quadam celeritate, & cum iubilo in choro cantari debet, siquidem gratiarum actionis, & gaudij post communionem inditium apertissimum sit. Quod & idem Propheta (ut arbitror) ostendit, quum ita

Psal. 41.a

cecinit: In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Vbi nõ omittendum est hanc antiphonam (si nulla adest propria) semper in eodem psalmo cum Introitu conuenire. Quod ideo factum esse censendum est, ut principio finis correspondens ostendatur unum, ac semper idem sacrificium esse, quod ab initio, & constitutione mundi usque in finem perseueraturum est. Sacerdos deinceps populum ex more salutans orationem absoluit, in qua Ecclesia precatur, ut in ijs ipsis, quibus cõmunicauerunt, sacramentum digne sumptũ suos consequatur fructus, quos licet omnes numero stringere possit nemo, attamen si in summam colligas, facile inuenies esse binos, incrementũ, scilicet diuinæ gratiæ in uita præsenti, & in futuro gratiã consumatã. Eadem iterum salutatione Dominum populo precatur: Quo in loco perspicies Sacerdotẽ in Missa se uertere ad populum quinquies, at eũdem salutare septies. Est enim septenarius numerus sacer admodũ, & magnorum utriusq; testamenti mysteriorũ significatiuus, ut studiosi sacrarũ litterarũ pertractatores

Quæ ex ea sa Antiph na comm nionis c introitu c ueniat.

Fructus ius sacra ti etsi in meri finc duos tan cõtrahit

res

res diligẽtius indagãt,& discutiunt. In huius.n. rei figurã Iosue contra urbẽ Hiericontinã,quę typum Dæmonicæ ciuitatis gerebat,pugnaturus septẽ die bus eam circuisse legitur; septem quoq; Sacerdotibus commisisse munus, ut septẽ tubarũm clangoribus eam oppugnarent. Sed de huius numeri dignitate,ac multiplici eius in sacris scripturis significatione latius differemus in libello de mensuris, & numeris Hæbraicis,quem,quum in lucem Deo adiutore ediderimus legentibus minime ingratum fore speramus. Habita ad populum salutatione Sacerdos denũciat expletum esse altaris sacrificium his uerbis: Ite missa est. Ac si apertius diceret. iam redite in domos uestras,ad sua quisq; opera ad rem familiarem denuò accedat: nam Missa finita est. Recte porro iam primum dimittit populus; siquidem ante Missam completã ueteri Ecclesiæ statuto nemini temere templum egredi licet. Cæterum hæc solemnis populi dimissio, ite Missa est, dicitur,quum in officio Missæ hymnus angelicus celebratur. At quando omittitur, Sacerdos Missam hoc fine terminat; Benedicamus Domino,hoc est, in cuiuscunq; operis fine Deum omnis boni authorem laudare debemus. Ad utramq; uero dictarum conclusionem respondet populus,seu minister, Deo gratias.i.dicamus de Missę consumatione, & sacrorum misteriorũ completione, quandoquidẽ Deo Opt. Max. agere debeamus gratias cum alias semper,tum maxime postquam summum perfecerimus sacrificium, per quod sacratissimæ passionis Christi uirtus quotidie ad nos defluit. Aliam præterea orationem uoce summissa exoluit in hunc modum: Placeat Tibi sancta trinitas obsequium seruitutis meæ, placeat,inquam,non tam ex mei offerentis deuotione,quam tui,cui fit oblatio,dignatione obsequium gradus sacerdotalis,quo fungor. Et præsta,ut sacrificium, Quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli, sit tibi acceptabile, non solum ex parte muneris oblati,quod tibi nunquam displicere potest,uerum etiam ex parte mei offerentis,esto, quod tale nunquam offerre possim, quod tua sit dignum maiestate, Mihique,& omnibus,fidelibus Christianis tãiuis, quã defunctis, Pro quibus illud obtuli,sit,inquam,idẽ sacrificiũ, Te mi seràte propitiabile,utile,& salutare ad diluẽda peccata, & gratiã cõsequẽdã. Per Xpm Dominũ nostrũ, in cuius nomine quidquid postulatũ fuerit haud dubiæ,ut promisit, præstabitur. Postremum Sacerdos benedicens his, qui Missæ interfuerunt, precatur,ut Deus trinus, idemq; unus eos omnibus impleat bonis,& a malis omnibus,seruet,atque custodiat. Sic etiam Moses,& Abraham expletis sacrificijs benedixerunt populum: Sic Simeon senex in templo parentes pueruli Iesu benedixit. Sic deniq; Christus Rex,& Sacerdos in æternum ascensurus in cœlum discipulis benedixit. Iam benedicendi forma,& simplex hęc uocula, benedico, quantum bonorum cumulum in se amplectatur,apud uiros librorum numerorum abunde ostendit. Quapropter incõsulte agit,qui non expectata Sacerdotis benedictione abit tam multis;tamq; præclaris bonis se priuans.

Iosu cap.6.a

Ioan.c.14.b

Leui.cap.9.d

Luc.cap.2.e

Luc.ca.24.g

Numer.c.6.d

Benedictio bonorum cumulum amplectitur.

DE BENEDICTIONE POST MISSAM.

Cap. Extremum.

QVANQVAM Beatus Damasus Papa,ubi de uana coepiscoporum superstitione tractat, huiusmodi benedictionem populi Presbyteris illicitam uideatur asserere, propterea tamen hæc potuisse credendum est, ut presbyteros doceret, quod hoc benedicendi munus eis quasi ex proprio officio usurpare non licere; sed ex Episcopali authoritate illis concedi posse intelligerent. Quod autem is summus Pontifex huiusmodi benedictionem, ut illicitam Sacerdotibus non prohibuerit,ex his præter alia: maxime conijcere possumus, quę B. Hieronymus sub eodem Damaso Papa, & post ipsum

Benedictio Sacerdoti commissa.

usq;

ersus ad Sixtum successorem eius in Ecclesiasticis ordinibus studiosissime in uigebant Rustico Narbonensi Episcopo de hac re ita scriptum reliquit: Si presbyter Christum confecerat, cum in altario dei sacramenta benedicit, benedicere populum non debet, qui Christum meruit consecrare? Ecce quam apertissime presbyteros a benedictione super populum nō prohibendos esse testatur. Sed & magnus Leo, & Gelasius Damasi successores in Ecclesiasticis officijs apprime eruditi in decretis suis, ubi diligentissime quid presbyteris liceat, uel non liceat, descripserunt, nullatenus eis benedictionem super populum, nisi Episcopo præsente interdicunt. Quod si forasse huiusmodi tam sancta benedictio presbyteris antiquitus interdicta fuit nulla, ut arbitror, alia de causa factum est, nisi quia & ad Episcopale officium pertinere uidebatur, & ijs, qui Missæ aderant, nondum adeò necessaria putabatur; quando soli communicātes Missæ sacrificio antiquitus intererant. Quibus & oratio post communionem, quæ pro solis communicantibus instituta uidetur, pro benedictione satisfacere potuit. Cum uerò iam populus a communione cessaret, nec tamen a diuinis Missæ mysterijs se subtraheret, necessariò ab Episcopis permissum est, ut qui sacratissimæ Missæ adessent a Sacerdote benedicerentur, ne sicuti communione, ita & benedictione priuati discederent. Siue modo hæc fuerit ocasio, siue alia, fat est, & nostram in medium adduxisse sententiam, qualiscunq; illa fuerit, & te lectorem admoniuisse, quòd is benedicendi usus iam inoleuit, ut quandiu alter per Apostolicam sedem sanctum non extiterit, nequaquam præter defunctorum Missam absq; graui scandalo a presbytero hoc tantum sacrificium celebrante prætermitti possit. Postremo loco animaduersione dignum est, quòd Sancti Patres in capit. xiiij. Concilij Toletani sanxerunt, ut quisque Sacerdos excommunicationi subiaceret, qui peracto Missæ sacrificio sacris uestibus se exuens, hymnū trium puerorum dicere negligeret. Hæc sunt, quę ad totius nostræ elucidationis diligentiā attinere uidebantur, ex quibus omnibus, lector pijssime, facile deprehendes præter cætera, quæ attulimus, id locupletissime nos ostendisse in hoc sanctissimo Ecclesiæ sacrificio ad eo non obscurari beneficium Christi, ut eo potius quam maxime illustretur, & pulcherrime ostendatur. In qua re ostendenda, atq; explicanda, etsi uel prolixiores, uel inepciores fuerimus, quam susceptæ institutionis modus ferre uidebatur, ignoscendum tamen nobis putamus, quibus hoc quam maxime in notis fuit, ut rem cognitu admodum necessariam, quod in nobis est, expediremus. Quod si aliqua ex parte assequuti, sumus soli Deo gratia; sin minus, luculentiorem Ecclesiæ definitionem (cui nos, & hæc omnia nostra libenter submittimus) ex animo optamus.

Cur ab Episcopis Sacerdotibus concessum est, ut Missę circunstātibus benedictionem afferāt.

Auctor humiliter (ut decet) se, suaque omnia Ecclesię determinationi submittit.

Deo a quo, & per quem, & in quo sunt omnia sit honor gloria, uirtus, & imperium in infinita sæcula
Amen.

FINIS.

BRIXIÆ, APVD THOMAM BOZOLAM.
M D LXXVI.

REGISTRVM

1. 2. 3. 4. 5. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss

Omnes sunt quaterniones, præter Sss, Qui est duernus.

Digitized by Google